8 L lat 935 a

<36625397730013

S

<36625397730013

Bayer. Staatsbibliothek

~~Dupstum Bill.~~

Reg. ~~Mon.~~

Collegij Soc. Jesu Monachij. 1718

UNIVERSÆ PHRASEOLOGIÆ LATINÆ CORPUS, CONGESTUM

A

P. FRANCISCO WAGNER,

Societatis Jesu Sacerdote.

Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis,

ET

Permissu Superiorum.



AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Sumptibus Georgii Schlüter & Martini Happach.

Francofurti ad Mœnum,

Typis MATTHIAE ANDREAE,

Anno M DCC XVIII.

Pro Cubiculo M. Sgnt. B: B.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Nobilibus, ac Strenuis Viris atque
DOMINIS,
DD. Conſulibus, Prætori,
Conſultiſſimis Senatoribus Liberæ ac Imperialis Civitatis Liberæ Wangenſis,

Dominis meis plurimùm obſervandis.

Nobiles, Strenui, Conſultiſſimi Viri.

EQuidem vitæ quod complexus ſum inſtituto prohibeor, ne quem Patrem, niſi communem illum mortalium omnium Satorem ac Parentem; ne quos neceſſarios præterquam univerſo illo chriſtiano charitatis vinculo colligatos; ne Pa-

triam aliam quàm ſuperam illam, boníſque omnibus propoſitam regionem agnoſcam. Neque tamen, ut exiſtimo, hactenus ea lex pertinet, ut vel grati animi lege ſolutos ſuos aut communi humanitatis ſenſu exutos velit. Quantumvis devoti ſumus & ſacri, licet hominibus & gratis eſſe; & ſentire patrii dulcedinem ſoli, & beneficiis pro modulo officia rependere. Ad eam, quam omnium commodis impenditis curam ac ſollicitudinem, multùm debeo, quod cum fortè poſt longum intervallum ad meos reviſerem, liberaliter ac perhonorificè publico nomine acceptus ſum; plus etiam quod æquos vos meis bonosque ſemper præbueritis, plurimùm quod petenti mihi veniam feciſtis, Conatum hunc meum Phraſeologicum veſtris auſpiciis, veſtris inſignitum nominibus in publicum emittendi. Id quod magno mihi honori verto, ad vos vix alia laus redibit, niſi quod civem habeatis, qui exſcribendi laborem inſigniter faſtidioſum, cum non nulla tamen utilitatis publicæ ſpe conjunctum ſuſcipere & pertolerare potuerit.

Alia vobis ſuppetunt domeſtica decora, quæ oppido veſtro, cætera cum magnis

Sue-

Sueviæ urbibus nec opulentiæ nec ditionis amplitudine, nec ædificiorum ſplendore, nec murorum ambitu aut munimentis comparando numerum nihilominus aliquem & nomen conficiant. Eſt imprimis vetuſtas tanta, ut jam Trajani ævo Vemaniæ nomine noteſceret, dignaque videretur, quæ Romanorum Civium colonia deduceretur, iis regionibus poſt Campodunum diu celeberrima. Id nomen fortaſſe à Vangionibus, Vangionià (Vangenà) commutatum eſt ea ætate, qua cum plerisque Germaniæ populis (qui Allemanorum vocabulum ex re ſibi ſumpſerant) poſt infelix ad Argentinam cum Juliano C. prælium, in Helvetiæ montes veſtrumque agrum ex immani ſe ſtrage recepêre. Cujus rei argumentum eſt, quod idem Vangenæ an Vangioniæ nomen præter complura Sueviæ, tribus & viginti Helvetiæ locis hæſiſſe aliàs adnotavi. Ager porrò ille, quem de ſe Allemangojam, quaſi Allemannorum terram, hodie Algoiam dixere novi incolæ, novam Germaniæ univerſæ apud exteros Allemanniæ appellationem peperit; nobis quidem gloriosè, nec immeritò: Nuspiam enim veteris Germaniæ, qualem clari ſcriptores pinxêre, imago lu-

culentior, prisci moris vestigia certiora, quàm hîc vicinaque Helvetiâ offendas. Patrum memoriâ vetus ille candor, simplicitas, fides, habitus, lingua originem suam olebant; quin hodiedum post tot peregrina vitia multiplicibus bellis haud parcè infusa, earum laudum summæ velut lineæ, inviolatæ adhuc dum existunt.

Post extinctos, quibus exinde Vemania paruerat, Sueviæ Duces in magno illo tristis interregni naufragio libertatem cum plerisque Sueviæ oppidis nacta, ipsa nimirum sibi eâdem cum cæteris reipubl. legumque formâ imperare; excussâque humiliore clientelâ ab uno Cæsare jus petere cæpit, satis deinceps felix & fortunis usa percommodis. Ager etsi modi non maximi, lætus tamen, & pascuus, & intercurrentium passim rivulorum beneficio fæcundus, duo item, quibus includitur, flumina supera inferaque Arga non fertilitatem duntaxat, sed ad papyri telæque nitidissimæ mercatum, ad ferrarias officinas, ad ingentem civium quæstum, oportunitatem magnam præbentia, publicas, privatásque opes magnopere auxerant. Per temporum injuriam multum equi-

equidem de priſtina opulentia, ne latum quidem unguem, de integerrima in Cæſares, Auſtriacos præſertim, fide diſceſſum eſt. Id quidem cum cæteris Sueviæ urbibus majoribus noſtris commune fuit, ut Germanicæ Reipublicæ ſalutem Auſtriæ felicitate contineri exiſtimarent; in communi periculo præ cæteris Imperii Ordinibus primi in fœdus & arma irent, recederent poſtremi; primi ſtatum militem numeris integris in campo repræſentarent; ſocio nihilominus militi ſtativa perpetua ac tantum non domicilium præberent, hoc eſt, hyeme juxta & æſtate belli mala perferrent, maximis laudibus à Leopoldo M. literisque honeſtiſſimis ſæpiùs commendari mererentur.

Hanc, inquam, diviſam cum multis laudem habetis, propria illa & ad perpetuam patriæ commendationem planè ſingularis eſt, quod unam inter ac triginta Sueviæ imperiales civitates ſola propemodum Vemania, in fatili illâ latiſſimèque pervagata defectione patrum religionem, ſacra avita, ſummâ conſtantiâ tenuerit, nec Lutherana unquam dici, nec divorum cælitum

ſigna ignibus, ſacerdotes cum ſacrificio exiliis damnari ſuſtinuerit; cumque vicina circum oppida Lindavia, Ravenſpurgum, Campodunum, Memminga, Leutkircha, Isnya, novi Evangelii contage vel affectæ jacerent vel confectæ, una perſtiterit in gradu, idemque quod ante mille annos credere perrexerit. Eſt hæc tam illuſtris ad poſterorum memoriam pietas, ut talem mihi patriam obtigiſſe, magnopere gratuler, ut fidem tam raram cæleſtis Munificentia numinis multis beneficiis remunerari ſit viſa; quod è multis ſæpè, quibus planè haurienda videbatur, calamitatibus ſalva caput extulit; quod etſi in re tenui adoleſcentes magno numero liberalibus diſciplinis inſtituendos in extera Gymnaſia amittat, atque ubi cælo utimini bonorum ingeniorum ferace, permultos cenſeatis viros egregios, ſacrorum Cœnobiorum antiſtites, alios in utraque republica ſpectatos.

Pergite hac pietate, Magiſtratus Sapientiſſimi, pergite hac fide, integritate filios ad literas, ad concordiam cives, ad probitatem avis dignam omnes adhibere; ruinas

nas ſarcire, rempublicam induſtria curisque veſtris augere, meos item, ſi digni videbuntur, veteri benevolentiâ & gratiis complecti. Ita Vos DEUS O. M. valentes integrosque diu ſervet. Viennæ ad D. Annæ. M DCC XIIX. xx. Februarii.

Veſtro Nomini

devotus Cliens,

FRANCISCUS WAGNER,
è S. J.

FACULTAS & PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

EGo infra ſcriptus per Provinciam Auſtriæ Societatis JEſu Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi factâ ab A. R. P. Noſtro Michaële Angelo Tamburino, Præpoſito Generali, facultatem concedo, ut liber, qui inſcribitur Univerſæ Latinæ Phraſeologiæ Corpus, à P. Franciſco Wagner, ejusdem Societatis, congeſtum, & à Reviſoribus memoratæ Societatis lectus & approbatus, typis mandetur. Quem in finem Dominis, Georgio Schlüter, & Martino Happach, Bibliopolis Auguſtæ, concedo jus Cæſarei Privilegii, quô Typographi omnes & Bibliopolæ prohibentur, ne ullos libros à quopiam ê Soc. Jeſu conſcriptos imprimant, recudant, aut alibi impreſſos venum exponant intra S. R. Imperii, regnorumq; ac dominiorum Suæ Cæſareæ Majeſtatis hæreditariorum fines absque Superiorum prædictæ Societatis permiſſione, in quorum fidem has litteras manu mea ſubſcriptas, & conſueto officii ſigillo munitas dedi. Viennæ 4. Martii 1717.

(L.S.)

Stephanus Dinarich.

Præ-

Præfatio ad humaniorum Scholarum Professores.

CUm noſtrorum, qui ab Religioſi Tyrocinii biennio humaniores literas pro more repetunt, domeſticæ ſcholæ præfectus fuiſſem, id propoſitum habebam maximè, & eò induſtriam omnem convertendam exiſtimabam, ut P. Juventii, harum literarum hodie inter nos facilè Principis, ſapienti monito obtemperarem. Primus, ait ille, Magiſtri labor erit, Latinum ſtylum illis optimum demonſtrare, & ut aſſequantur, adjuvare. Ergo putare mecum cæpi, quæ adjumenta offerrem præſentiſſima, queis viis Adoleſcentes non minùs ſciendi aviditate quàm ingenii præſtantiâ, ad omnem hujus literaturæ laudem paratiſſimos, ad Latinæ linguæ Proprietatem, Elegantiam, Copiam, quàm celerrimè, commodiſſiméque perducerem.

Proprietatem ut condiſcerent, hoc eſt, è barbarie vulgaris ſermonis ſordibuſque emergerent, præter expoſitos barbararum vocum Indices multiplices, ſi quam vocem ſuſpectam haberent, ***Theſaurum Latinitatis*** ſeu ***Forum Romanum*** conſulerent, juſſi. Ex eodem præcipuorum verborum ſyntaxin, uſúmque Latinis proprium ipſe exſcripſi: quo labore perfunctus admoneor à Collega, dudum id à P. Pomæjo in ſuis Floſculis præſtitum. Etſi dolerem actum me egiſſe, deque libello tam pervulgato ignorâſſe puderet, in eandem tamen cum Viro egregio cogitationem, methodum ac prope verba incidiſſe, mihi gratulabar. Hos ergò flores tranſcribendos dedi meis; ſepoſui quot diebus quartam horulæ partem, quâ ſuſcitandos pertentarem ſingulos, conſtitutúmque ejus diei penſum de memoria repeterem; ſi quà adhærerent explicabam; difficiliora paradigmatis illuſtrabam; & fiebat, ut quotidianæ ſcriptionis argumento ferè aliquid inſerere poſſent. Atque hiſce ſcriptitationis, auditionis, exercitationis induſtriis jam intra bimeſtre Latinum quid velut in herba eﬄoreſcere non ſine jucundo animi ſenſu animadverti.

Ut

Ut verò ad *elegantiam* quoque perpolirentur, Tursellini particulas singulis, Schorum illis aut Doletum, Hadrianum aliis aut Goclenium &c ut copia erat, divisi, monuique ne legerent duntaxat, sed lecta in chartam compendio referrent, quò memoriæ commendarent altiùs, quæ ab lectione sæpè, ut fit, minùs intentâ facilè devolatura erant.

Ut *Copiam* cum elegantia combiberent, Manutium à Büchlero auctum, & Schönslederum præbui, quos altera quavis periodo inspicerent, quorum opibus ad ornatum, varietatemque nec timidè & liberaliter tantisper uterentur, dum usu non admodum diutino, in jus suum assererent, quæ aliena fuerant; abjectisque centonibus de suo liberum quid & nativum contexerent; cogitarent autem præterea: hæc incipientium subsidia ad proritandum duntaxat, Latinôque aliquô sapore imbuendum Tyronum palatum excogitata; cæterum germanæ Latinitatis spem omnem in assidua Ciceronis, bonorumque ex aurea ætate Authorum lectione collocandam; hos tanta cura pervolvendos, velut si nihil peractum paratumque accepissent à majoribus, sed unis ipsis eruenda forent, quæ ex his venis tantis conatibus egessêre, quidquid hactenus fuit Phraseologorum.

Hæc agenti cùm illud incommodum videbatur, quod tot libellorum, queis Discipulorum pluteos onerarem, turba mihi unde unde corradenda esset, tum quod iisdem, dum hinc Adverbia, Epitheta inde &c. fastidiosè commendicant, plurimùm utilissimi temporis volvendo revolvendoque inaniter elaberetur. Hoc tædio ut levaremur, utrinque optare cæpi, esset aliquis, qui sparsas has operas, eademque apud diversos repetita in unum quoddam corpus conflandi consilium caperet. Tot jam extare Criticorum, Grammaticorum, Phraseologorum Indices, Enchiridia, Gazophylacia, Thesauros, Elegantias observavi, ut felicem se reputare posset is, quem tantam tam paratam materiam in unum volumen certo ordine ac methodo ædificandi animus incesseret, feliciores verò fore Discipulos, qui in magno viæ compendio progressiones tamen celeriores facerent, nec jam per rivulos concursare deberent, quos in unum fontem Vir adeò beneficus corrivâsset.

Externis verò nostris scholasticis quàm ejusmodi opera, non opportuna modo, sed necessaria foret omnino! *Ciceronem, Ciceronem* ex alto suggestûs Juvenibus inclamamus magistri, in hunc vel-

ut

ut regulam omnisque Latinitatis exemplum respicere, hunc legere, imitari, exscribere jubemus, sed iis juvenibus, quorum parti maximæ præter fragmenta quædam suæ classis scholastico libro (quanquam & hunc quàm pauci emant) inserta, nullus domi Cicero; plurimis Terentii, Livii. Sallustii &c. ipsa nomina peregrina, plerique, quid Nizzolius aut forum Romanum hominis vel rei sint, perinde ut maragnonius quispiam ignorent. Et hos stimulis fodiemus? hos Latinos Ciceronianos effici volumus? qua autem ope, ad quem lydium lapidem suspectæ fidei voces explorent? barbaras secernant, melioribus commutent? unde colores, verasque pro adulterinis pigmentis elegantias petant? unde ad copiolam aliquam parandam vel Synonymiam exsugant? Huc certè flagitii vidi devenisse non nullos, ut Epistolam, chriam, orationem scripturi *in Synonymis, Gradibus ad Parnassum &c.* habitarent, qua re quid horribilius & ad corrumpendum stylum aptius excogitari possit? quod si opulentiores quidam filiifamilias circumfluant etiam, natentque Ciceronibus, Terentiis &c. quam pauci iis urantur igniculis, ut formulas inde, phrases, nexus &c. in adversaria excerperent, justam animi contentionem ad exhaurienda principiorum ardua afferrent?

Eædem atque his majores difficultates cum Poëticæ fores obsiderent, fuêre qui *Flavissas, Synonyma, Gradus ad Parnassum &c.* præclara adeò adjumenta elaborarent, ut brevi tempore poëticum aliquem colorem inde calorémque trahere multos experiamur. Quid est igitur, quod nemo dum ad oratoriam gradientibus de tali adminiculo, de gradibus ad rostra gratificatus est? quid? quod optarunt hoc multi, nemo optantibus morem gessit? quid autem (ajebam) quin tutè hanc spartam occupas, & lexicon aliquod Phraseologicum, aut quodvis demum nomen habeat, vel ipse conficis, vel si per temporis angustias excludaris, typum denique & summas lineas designas, quas tali provocatione commoti alii depingant denique & absolvant.

Consilii dubium duæ res magnopere retrahebant, magnitudo laboris & ignobilitas? Infidâ utebar parumque firmâ valetudine. Operosæ Scholæ quotidianæ vacui utilisque temporis relinquebant minimum; & informaveram nonnulla, quorum Author minimum dici possem, cum è præsenti opere præter diligentis scribæ nomen nihil ad me rediturum cernerem. Titubantem Collega meus, externorum Rhetorum Magister Vir, & morum & Latinitatis

purissi-

purissimæ candore longè suavissimus, *P. Gabriel Wimmert*, iteratis identidem hortatibus in proposito retinuit, tantoque promptiorem habuit, quod ejusmodi, ut ego sum, hominum genus, ab omni fumo alienissimum esse, idque pro honestissimo ducere debet, si magno quidem suo impendio, quæstu minimo, plurimorum commodis servire possit.

Re deliberatâ Phraseologos, quos nancisci poteram, omnes tres in classes partior; horum alii *Proprietatem* docerent, ut Niessii, Cellarii, Vorstii, Vossii, Borrichii Commentarioli; *alii elegantiam* præstarent, ut Hadrianus, Valla, Doletus, Tursellinus, Schorus, Fabri &c. Copiam denique nonnulli suppeterent, quorum chorum Manutius duceret & Schönslederus. Horum, inquam, operas omnes in unum Corpus cogendas, eximenda quæ apud singulos præcipua essent, atque sub unum conspectum objicienda constitui, eâ tamen adjectâ conditione, ut ne voluminis moles ita excresceret, quin ab juvenibus in scholam ad statas scriptiones comportari posset. Hanc verò, quam vides, methodum mihi descripsi:

I. Nizzolium equidem pro solo operis stravi, ejusdemque ordinem alphabeticum sum secutus, quin tamen iisdem me carceribus includerem, iisdem religionibus obligarem; neque enim in ea sum hæresi, ut vel Ciceronem de omnibus argumentis disputasse, aut non iisdem cum Vitruvio, Varrone, Livio, Cæsare &c. si de iisdem rebus loqui voluisset, vocabulis usurum fuisse, existimem. Quare aliorum quoque ex aureâ ætate Authorum voces adjeci, asterisco notatas, ut ab Ciceronianis secernantur, non quod fugiendæ essent. Totus enim in ea sum sententia, juvenes intra hujus ætatis limites constringendos, & à Plinianis, Senecianis &c. omnino abstinendos. Intelligent autem, quam hìc vocem non repererint, nullum habere idoneum Authorem: atque adeò meliore commutandam.

II. Vocabula nihilominus *sacra* & *religiosa* suis locis, characterum forma diversâ intexui, easdemque è Pontano, quo nemo melius christianè simul & Latinè loqui docet, Tympii opera collectis observationibus illustravi.

III. Cùm ad linguæ puritatem Etymologiæ cognitio plurimùm conferat, vocum origines seu *radices* è Festo, Isidoro, Nonio &c. adjectas oportuit; ego hoc properantiæ indulsi meæ, ut Denzlero, diligenti ut puto Lexicographo, considerem, ac præter ejus Radices, alias fodere non laborarem. Compositorum ac derivatorum

Primi-

Primigenia, nempe quorum notitia obvia, omnino prætermisi. Hæsi paululùm, num alphabeti neglecto ordine suam Primitivis familiam Denzleri Exemplo subjicerem, cæptum tamen tramitem ut quærentibus adolescentibus accommodatiorem retinendum decrevi. Qua causa per illud, V, *vide*, passim, qua porro eundum foret præsignavi.

IV. Synonyma ut in Nizzolio sunt, simpliciter ascripsi.

V. Contraria signo)(notata, ut quæ se ipsis offerrent, non erat, tu multa vestigatione conquirerem.

VI Vocum, quas ferè pro idem significantibus usurpat vulgus, elegantiores verò haud paulum notionibus inter se differre observant, *Differentias* D. è Laurentio *Valla* dedi aliquas, ac revera cæpi potius, & quid voluissem ostendi.

VII. Epitheta Ciceroniana *è Nunnio*, sed, quod nolebam, promiscuè nullôque ordine projecta;

VIII. Adverbia è Susannæo adjunxi, idque alieno potius indicio, ac ne quid prætermitterem, quàm quod momenti multùm inesse censerem.

IX. Suam vocibus singulis syntaxin seu *usum* peculiarem, sententiis, formulisque lectissimis è Nizzolio, Pomæjo, aliisque multô discrimine decerptis attexui, quarum iterata lectio cùm alias utilitates afferet, tum si aliquam quampiam atque ab his alienam construendi formulam adhibuerint Discipuli, ferè in Idiotismum se impactos admoneantur.

X. Vulgatiores barbarismos seu Idiotismos Syntaxi Latinæ locis quibusdam è Schoro &c. subjeci; ut venia sit ingenuè confitenti, ubi minimùm oportebat, præparcus fui; nec enim solum demonstranda erat via, quâ incederent, sed infames quotidianis erroribus scopuli detegendi, ut suæ barbariei identidem admonerentur juvenes.

XI. Ad *Copiam* seu Phraseologiam quod attinet, ut operis partem præcipuam, discentibusque desideratissimam, plurimùm mihi negotii surgere videbam; atque si Morhoffium ante legissem, quàm re jam perfectâ, ab incæptis bonâ fide abibam. Negat ille justum lexicon Phraseologicum, nisi conjunctis plurium operis, confici posse, *quorum unus hunc, alter alterum Authorem secundum Indices componat*, unde postea aliquod Lexicon universale formetur. Equidem Plautinam Phraseologiam *Paræus*, Cæsareanam Rothius congessit; Livianam Discipulis, partitis inter se operis, colligendam de-

deram;

deram; at quod nondum in locos ſuos compoſita omnia eſſent, nec digerere vacaret hanc præcipuè partem ſecundis curis multipliciter augendam ſervavi. Interim Roterodami, Manutii, Schönsléderi Phraſibus ſuam utcunque penuriam ſolabuntur, dum plenis modiis admetiamur. Duabus in rebus ab Schönsledero diſceſſi; imprimis quod ſententias ab ipſis Authorum verbis paulum deflexas faciliori juvenum captui in formulas Manutianis ſimiles detorſi; deinde quod Senecæ, Petronii, Plinii &c. aliáſque è ſequiori ævo elegantias eô conſiliô prætermiſi, ne ætatis aureæ ſancta illa repagula pronæ alioquin in licentiam juventuti laxarem. Eâ vero in re planè mihi iraſcor quod non item ſua *Verbis* Præterita & Supina, *Nominibus* Genera, & Genitivos adjecerim, ut jam in imis Grammaticæ claſſibus pueruli hôc lexicô aſuefierent. Jam prope manum de tabula tollebam, cùm ab librario, cujus ad hæc excudenda operam flagitâram, certior fio: Duo jam, quale ego molirer, lexica proſtare, alterum *Mellificium* Meyfarthi, alterum *Florilegium Royeri* inſcribi; viderem, num occupatô jam per alios forô mercem meam vendibilem fore crederem, ſe quidem tantô periculô impenſas neutiquam facturum. Is nuncius in magnam me ſollicitudinem conjecit, quod immani labore chartas, oculos, tempus perdidiſſem. Scribo, mitteret quantociùs utriusque exempla. Inſpicio: cura ſimul omnis abſcedit; quin ſollicitudinis in locum neſcio quid ambitionis ſuccedit, & ſpei, fore, ut talibus rivalibus collatus ab idoneis æſtimatoribus pluris etiam fierem. Royerianum florilegium ſuum pretium habet & uſum, & ſalubriori odore futurum erat, ni peregrinos quosdam flores adlegiſſet; at Mellificium illud, veneficium eſt, denique & corruptela mera. Ipſa libri inſcriptio vide quàm Latinis auribus dura accidat, & inſolens. Verè adeò, quem ſæpiùs nomino, Morhoffius: Inde *non tam mella quam lutum legendum eſt.* E lacunis haurit maximam partem, quod felicius vel ex ipſis fontibus, vel rivulis limpidioribus hauriri poterat. Si cui veræ Latinitatis laudem invides, huic ſe libro det, jube.

Habetis hic, RR. PP. Profeſſores & Magiſtri, quid, quôque conſiliô inſtituerim, & quàm longè aliud quam cogitatione informâram, opus exierit. Si præterquam, quod præſtiterim, quantum inſuper voluerim, apud vos exiſtimabitis, conatibus noſtris veſtrô veſtrorumque commodô benevoli utemini, fruemini.

Lati-

Latinitatis ars brevicula,

d:

Tribus Latini Sermonis Virtutibus.

Caput I.

Discipulus. *Satin' in Latinæ linguæ studio processi, si præter Latinas rerum omnium notiones* (significationes) *regulas syntaxeos ita teneam, ut emendatè sine solœcismo scribam?* Magister. Initium hoc duntaxat est Latinitatis, nondum absolutio. Nempe aliud est capitalium criminum reum, aut deformem non esse; aliud virtute etiam aut formâ præstare. Et quemadmodum Poëta è prosodiæ regulis metri quidem errores devitare, syllabarum tempora dimetiri, non item concinnum carmen pangere condiscit, nisi Metricam artem adjecerit; ita quantumvis intus & in cute syntaxista fueris, leges omnes ut digitos tuos tenueris, si nihil ultra addes, vituperationem quidem effugies, non item laudem ab Latinitate ullam mereberis.

D. *Quid adeò præterea sibi Latinitas deposcit?* M. In quavis vel Persica vel & Sarmatica lingua postquam assecutus es, ut emendatè & sine solœcismo loquaris, elaborandum est præterea, ut 1. *Purè*, hoc est ad suum idiomatis ingenium nitidè ac propriè; 2. Nec vulgariter solùm, & ad trivialem modum, sed cum verborum discrimine quodam *eleganter* & venustè; 3. denique ut *copiosè* loquare, hoc est, sententiam unam multiplici varietate efferre nôris. Hæ porto tres sermonis virtutes: *Puritas*, *Elegantia*, *Copia* in Latina tantò studiosius consectandæ sunt, quod indignum est, in cultissimâ hac litterarum, litteratorumque omnium linguâ vel barbarum esse, vel impolitum, vel inopem.

D. *Qua arte verò ad hanc laudem, quâ viâ, quô duce contendam? Cum præter Soarii syntaxim & quædam è Cicerone fragmenta liber ad manum sit nullus, nedum ut legerim?* M. Conclamant, nec immeritò, Præceptores omnes, in *lectione* sita esse omnia, nempe quæ cum imitatione ac scribendi exercitatione conjungatur. At non ii sunt mores nostri, ut libris abundet juvenum vulgus; non is sciendi ardor, ut vel diutinæ lectionis tædia perferant, vel (quod de Lipsio ac Vossio ferunt) annos vix decem & octo nati libros egregiè Latinos scribere gestiant. Ergo compendiariâ quâdam viâ deducendi sunt. Eam in rem en tibi præcepta paucula: *Breviculam Latinitatis artem*, Exempla innumera: *Universæ Phraseologiæ Corpus*; è quibus te, si monenti ritè morem geris, utcunque Latinum â me effici posse confido: uti juvenes meliore ingenio multos, etsi

lectioni non admodum deditos, solo *Artis metricæ ac Flavissarum, Synonymorum, Graduum ad Parnassum* præsidio carmen non inscitum condere experimur.

Caput II.

De Puritate, quæ est in singulis verbis.

D. *In quo sita est, quam primo loco dixisti orationis Puritas, seu proprietas?* M. Pura dicitur oratio, quæ non aliis vocibus, loquendique generibus utitur, quàm quæ Latini idiomatis naturæ, mori, ingenio propria sint ac domestica; quæ demum optimis Roman. Reipublicæ temporibus, communi eloquentium hominum consuetudine recepta viguêre. Impura verò erit oratio, quæ voces, vel loquendi genera adhibet, seriùs à deterioribus Reipublicæ cum eloquentiá defluentis ætatibus introducta, quæ *Novata* dicimns; vel ex alienis linguis invecta, quæ *Peregrina & barbara* appellamus: atque adeo nec veteri mori consentanea, & scriptoribus Latinitatis laude florentibus incognita sunt. Atque inde intelliges, duplicem esse puritatem: in singulis *verbis* alteram, in loquendi ratione seu tota *sententia* alteram.

D. *Ergo non omnes voces Latinæ erunt, quæ à Calepino, Frisio, Kônigio, Kirschio pro Latinis ascribuntur?* M. Id superi nolint! sanè immanis esset & perniciosissimus error, si credas, vocabula Dictionarii omnia sonum flexionemque Latinam præferentia, eo ipso proba, genuina, ac civitate donata esse. Collectores illi bona, mala, nova, obsoleta, suspecta, adulterina, semibarbara, semilatina sine delectu congerunt, ut notionem vernaculam quærentibus suggerant, non item ut in usum scribendi vertantur. Percurrenti solam litteram A Calepini, quot improbæ voces se offerunt! Vide sis:

Impropria.	Latina.	Impropria.	Latina.
Abannatio.	*Anni unius exilium.*	Æquanimis.	*Moderatus, æquô viv animo.*
Abbrevio.	*Notis compendiariis utor*	Æquivaleo.	*Tantundem valeo.*
Abbreviaturæ.	*Notæ compendiariæ.*	Ærumnalis.	*Ærumnosus.*
Abhortor.	*Dehortor.*	Æruscator.	*Qui malis artibus pecuniam cogit.*
Abloco.	*Loco.*	Affectuosus.	*Pius.*
Ablutio.	*Abluendi actus.*	Affectatio.	*Nimia diligentia.*
Abnocto.	*Foris pernocto.*	Affectatus.	*Exquisitus.*
Abolitio.	*Abrogatio.*	Aggressura.	*Aggressio.*
Abominosus.	*Abominandus.*	Activitas.	*Alacritas.*
Absento.	*Absentem facio.*	Agonizo.	*Animam ago.*
Absolutorius.		Allicefacio.	*Allicio.*
Acervo.	*Accumulo.*	Alitura.	*Nutricatio.*
Acumino.	*Acuo.*	Alumnor, aris.	*Alo.*
Adaquare.	*Irrigare, ad aquam agere.*	Altercator.	*Qui altercatur.*
Adcorporo.	*Adjungo.*	Alternatim.	*Alternis.*
Adjutorium.	*Adjumentum.*	Alternatio.	*Mutatio.*
Aduno.	*Congrego. Colligo.*		

Ama-

Impropria.	Latina.	Impropria.	Latina.
Amanuenſis.	*Scriba. Servus à manu.*	Appronare.	*In genua ſe proſternere.*
Amarico.	*Exacerbo, amarum reddo.*	Aquaticus.	*Aquatilis.*
Amaritudo.	*Amarities.*	Argutator.	*Sophiſta.*
Amodo.	*Dehinc, poſthac.*	Argumentoſus.	*Artificioſus.*
Amœniter.	*Amœnè.*	Ariolatio.	*Divinatio.*
Anguloſus.	*Angulatus.*	Appetibilis.	*Appetendus.*
Animæquus.	*Æquo animo.*	Artificialis.	*Arte factus.*
Animoſitas.	*Vehementia, impetus animi.*	Attempero.	*Adapto, moderor.*
Annuatim.	*Quot annis.*	Atteſtatio.	*Teſtimonium.*
In anteceſſum.		Attiguus.	*Contiguus.*
Apoſtatare.	*Deficere.*	Audenter.	*Audacter.*

At enim verba ejusmodi apud Latinos doctosque Scriptores paſſim reperiuntur? M. Ingens eſt, ut inter voces, ſic authores diſcrimen. Doctos illos & ſubtiles, & in ſcientiis egregiè verſatos facilè dixero, Latinos fuiſſe nunquam conceſſero. Etenim, quæ fuit illorum temporum calamitas, cùm rerum quàm verborum ſolliciti ſunt magis, dicendi genere corrupto, inquinato, ſordido, rerum, quas afferebant, dignitatem verborum barbarie magnopere inumbrarunt. An tu Scriptorum hoc vulgus ignobile ſequendos cenſebis præ iis, qui omnium ſæculorum conſenſu Romanæ Linguæ principatum tenuêre; quorum imitatores ſe ipſi hi minorum gentium Scriptores falsò ferebant?

Quænam fuit illa ætas, quam Latinæ linguæ tam facilem lætamque illuxiſſe prædicas? M. Ducentos ferè, qui Chriſti ortum præceſſêre, annos complectitur; nimirum à ſecundo Punico bello ad extremam Auguſti Cæſaris ætatem. Hoc ævum uti Duces magno numero protulit clariſſimos, qni rem Romanam bello ad apicem dignitatis eveherent, ita ingenia maxima edidit, quæ Romanas litteras, ac Eloquentiam imprimis ad ſummum perducerent; quos ſecutæ deinceps ætates omnes pro exemplis ſibi ſtatuerent, admirarentur omnes, nemo æquaret. Quare merito *Aurea* dicitur. Succeſſit *Argentea*; hanc *Ænea*; dein *Ferrea* & *lignea*.

Poſſumne ætatis Aureæ ſcriptores ex te audire? M. Primas ſine rivali tenet M. T. Cicero, unus inſtar omnium, heros quidam & Deus omnis elegantiæ; Latinæ linguæ theſaurus & norma certiſſima. Alii ſunt: Plautus, Terentius, Lucretius, Virgilius, Horatius, Catullus, Tibullus, Propertius Poëtæ. Saluſtius, J. Cæſar, T. Livius, Cornelius Nepos Hiſtorici. Catonis item & Varronis fragmenta. Univerſim XV. quorum nomina fideli memoria tibi complectenda ſunt.

Ergo ejurandæ, ac tantum non proculcandæ mihi erunt voces omnes, niſi quas apud heroes hoſce reperero? M. Ita quidem, donec tyro eris; neque quantacunque religio in principiis hærenti nimia videri debet, aut ſuperſtitioſa. Valet hic vulgare illud: Æquum ut obtineas, iniquum impera. Certè hâc viâ tetendere, quotquot de Majoribus noſtris ad veræ Latinitatis decus adſpirarunt. Olim cum confirmatioribus nervis, de ſchola emancipa-

cipatus, è principiorum angustiis emerseris, tuoque jure ac veluti ære vixeris, liberiori paulùm, non item præcipiti esse licebit, neque tum fortasse à Plinianis quibusdam & Suetonianis vel Agellianis, cum argumenti ratio postulârit, magnopere abhorrebis.

Quæ autem fuit ætas argentea? M. Primis â Christo non integris centum annis, quibus nitor ille vetus pedetentim deflorescere, voces quædam superioribus illis inusitatæ subrepere, Cicero jam pro inimitabili haberi cœpit. Sunt autem Curtius, Vellejus Paterculus, Valerius Maximus, Petronius Arbiter, Mela Historici. Ovidius, Seneca uterque, Lucanus, Persius, Juvenalis (etsi aliquanto posterior) Poëtæ. Hyginus, Phædrus, Fabularum Scriptores. Cornelius Celsus Medicus.

Quænam apud hos novæ voces? M. Pauculas pro specimine afferam.

Nullibi.	Pro	*Nusquam.*	Consumo, as.	Pro	*Perficio, absolvo.*
Conversatio.		*Usus familiaris, vitæ societas.*	Consummatus.		*Perfectus, excellens.*
Officium.		*Procuratio, dignitas.*	Imputare alicui.		*Assignare, ascribere.*
Excessus.		*Delictum.*	Profectus.		*Progressus, progressio.*
Taxo, as.		*Reprehendo.*	Experientia rerum		*Usus rerum.*
Interim.		*Interdum.*	Privilegium.		*Beneficium.*
Infulcire.		*Infercire.*	Sub meo nomine.		*Meo nomine, &c.*

Recense ætatem æneam. M. Secundum â Christo sæculum occupat, habetque Plinium utrumque, Tacitum, Suetonium, Florum, Agellium, Solinum, Frontinum, Martialem, Silium, Statium.

Ferrea denique ætas quæ? M. Ea fuit, cum ab utroque sole coorti innumerabiles barbari, Romæ non imperium solùm & mores, sed litteras etiam ac linguam tantâ strage oppressêre, ut inde ferè ab anno 400, si pauculos Ciceronis imitatores diligentiores excipias, nemo fere scriptorum fuerit, cui non velut nativa ea barbaries adhæserit, qui non ferrum lignumque loqueretur, qui styli causa ab quoquam sano legi mereatur. Tenuitque ignoratio tam immanis ad Maximiliani I. ætatem ac ferè an. C. 1500. cùm utilissimis Erasmi, Petrarchæ, &c. laboribus velut è ruderibus suis protracta Romana lingua, excoli denuo cœpit & reflorescere.

Quæ autem hæc servitus, quæ in scribendo tarditas, si ad vocabula singula hærendum, aurati illi Scriptores de jure consulendi, aurea illa libella pertentanda erit? M. Inanem metum metuis. Plurimæ, quæ in usu sunt voces adeo Latinæ sunt, ut de earum bonitate nullus sit dubitandi locus. Ut verò ne in barbaras aut improprias imprudens impingaris, quædam tibi dubitandi ars addiscenda est, per quam neque oscitantiâ quâdam adulterina pro genuinis arripias, neque inani suspicionum fastidio identidem resistas.

De tali dubitandi arte ego nondum audivi. M. Audi. Eæ imprimis voces ut suspectæ in dubitationem revocandæ erunt, quæ 1. vel apertam peregrinitatem præferunt, atque Germanicam, Gallicam, Italicam originem ipsâ vocis naturâ indicant; 2. vel quæ terminationem habent suspectam; vel 3. quæ in Alphabeto barbarico sæpius perlecto te reperisse memi-

memineris. En è Carolo Fresnio vocum aliquarum apertè Germanicarum, Francicarum, Italicarum specimen.

Barbara.		Latina.
Aquagangium.	Wassergang.	*Aquæ ductus.*
Aventura.	Abentheur.	*Eventus.*
Affa,	Aff.	*Simius.*
Arrentare.	*Gall.* Mettre à Rente.	*Ad Emphiteusim locare prædium, vel ad censum.*
Attachiare.	Antasten. *Gall.* attacher.	*Comprehendere.*
Bodium.	Boden.	*Fundus.*
Bannire.	Verbannen.	*Proscribere.*
Binda.	Binden. *Gall.* Bendes.	*Instita fascia.*
Bisaccia.	*Italicè idem.*	*Duorum saccorum mantica.*
Burgus.	Eine Burg.	*Turris, aula, castellum.*
Caminata.	*Ital.*	*Conclave, in quo caminus.*
Camisia.	Kamisol.	*Interula.*
Camera.	Kammer.	*Conclave, Cubile.*
Caputium,	Kaputzen.	*Capitis tegumentum.*
Cellarium.	Keller.	*Promptuarium, penuarium.*
Casare.	*Hisp.*	*Matrimonio jungi.*
Clocca.	Glocken.	*Campana.*
Derobare.	*Gall.* Derober.	*Diripere.*
Diccus.	Flan. Dück.	*Agger.*
Feudum.		*Beneficium.*
Flasca.	Flaschen.	*Lagena.*
Forestare.	Zu einem Forst machen.	*In sylvam convertere.*
Forestum.	Forst.	*Saltus, sylva.*
Guidare.	*Ital.*	*Ducere.*
Guereggiare	*Ital.*	*Bellare.*
Herberga.	Herberg.	*Hospitium.*
Hueba.	Hueben.	*Villa, prædium.*
Hostagius.	*Gall.* Hostage.	*Obses.*
Hosa.	Hosen.	*Caligæ.*
Leccator.	Ein Lecker.	*Nequam, Scurra.*
Lotum.	Ein Loth.	*Semuncia.*
Morgengeba	Morgengab.	*Dos.*
Marcha.	March.	*Terminus, limes.*
Nacca.	Nacken.	*Navigii genus, Scapha.*
Namium.	*Sax.*	*Pignus.*
Pifferus.	Pfeiffer.	*Tibicen.*
Pultrones.	*Ital. Gall.*	*Abjecti, vaniloqui homines.*
Quarteria.	Quartier.	*Stativa militum.*
Reiteri / Reitres.	Reitter.	*Equites.*
Steura.	Steur.	*Census.*
Saumerius.	Sämer.	*Clitellarius.*
Schuba.		*Chlamys.*
Torcia.	Tortzen.	*Fax, Tæda.*
Tunna.	Ein Tonnen.	*Dolium vini, aquæ, &c.*
Torneare.	Turnieren.	*Hastâ certare.*
Viare.		*Iter facere.*
Vidimare.	Vidimiren.	*Recognoscere, &c.*

Sane seipsis natales suos produnt hæc verborum monstra. M. Medii tamen ævi Scriptoribus frequentata & in deliciis fuêre, ut eorum barbariem sæculorum agnoscas, & ab iisdem scopulis tantò diligentius caveas.

Quænam illæ terminationes, quæ vocem mihi suspectam reddant? M. En observationes quasdam â Magistro quodam perdocto discipulis suis traditas. Igitur observa.

1. Barbaricè jungi Græcam vocem Latinæ; hinc malè dicitur *Proto-parens, Archi-Dux, Archi-Ducissa, Mon-oculus &c.*

2. Barbaricè plerumque jungi plures præpositiones & adverbia; unde barbaris adnumerant: *adimpleo, recommendo, abrenuncio, prædecessor, discooperior, coadjutor, &c.*

3. Suspecta esse sine authore Substantiva in *ia*, & penultimam quasi longam efferentia. Ut: *Sutoria, Pistoria, Sartoria &c.*

4. Parum valere substantiva non Græca in *ismus*, si neque origine sint Græca, ut *Germanismus &c.* aliud est de *Solœcismo, Catechismo, Hellenismo &c.* Græcis.

5. Eliminanda esse fœminina in *issa* non Græca, ut *Iudicissa, Priorissa, Comitissa, Rrincipissa.*

6. Toleranda non esse Masculina in *ista* non Græca, ut *Parvista, Principista, Humanista, Iurista &c.* aliud est de *Syntaxista &c.* quia Græca sunt.

7. Tolerari non posse verba Latina in *izo* vel *isco*, ut: *Præceptizo, Sutorisco*; aliud est: *Evangelizo, Prophetizo, &c.*

8. Non esse facultatem Latinis formandi diminutiva ex Græcis more Latinorum, ut: *Theatreolum, museolum, &c.* sicut nec vicissim ex Latinis more Græcorum, ut: *Oratoridion, &c.*

9. Compositionem ex duabus vocibus Latinis more Græcorum factam barbaram esse, ut: *Corpore-parvus, parvo-corporus, &c.*

10. Vitanda esse sine autoritate abstracta in *eitas*, & *ietas*, ut: *idoneitas, nimietas.* Item in *itas*, ut *garrrulitas, natrvitas, robustitas*, item multa in *antia* & *entia* ex participiis deducta, ut: *festinantia, vacantia, carentia, &c.*

11. Ad Culinam releganda esse substantiva derivativa â supinis in *ura*, non Græca, ut: *confectura, clausura, tortura, creatura, &c. Literatura* bonum est, quia autores usurparunt. Item in *mentum*, ut *optamentum, præparamentum, honestamentum, &c.*

12. Substantiva in *atus*, *etus*, *itus* dirivata ex adjectivis cum delectu adhibenda esse, unde non temerè usurpabis *tussitus* & similia. Licèt fortasse aliqua autoribus usitata sint.

13. Locum vix habere apud Latinos aliqua substantiva in *ale, orium,* & *ivum*, ut: *finale, calefactorium, motivum.* Etiam adjectiva ex Græcis sumpta male formantur in *alis*, neque enim dicendum: *Grammaticalis, Synodalis, Patriarchalis, &c.* sed *Grammaticus, Patriarchicus, Synodicus, &c.*

14. Excludi â Latinis ex puris adjectivis substantiva in *arius*, uti *Commissarius, Secretarius, Confessarius.* Dicuntur substantiva pura: *falcarius, notarius, pararius.* Græca derivata in *arius* omnino sunt semibarbara, ut *Bibliothecarius, Apothecarius, Apocrisiarius, &c.*

15. Cautè utendum esse sine authore adverbiis in *iter*, ut: *flexanimiter, cordialiter.* Item *inter* & *enter* ex participiis non oriunda, nec ex nominibus *ans* & *ens* deducta, ut: *Somnolenter, &c. Violenter* quidem habent authores. Suspectum etiam est *recenter*, licet â nomine deductum.

16. Participia in *dus* non variari per gradus comparationis, hinc Solœcismis annumerantur, *colendior, colendissimus, reverendissimus, observandissimus. Iucundior-issimus, &c.* non participia dicuntur.

17. Expurganda esse adjectiva in *ivus* sine autore, ut *locutivus, calefactivus, &c.* & in *bundus*, ut: *amabundus.* In *ficus* ex *facio*, ut: *salvificus*; in *parus* ex *pario*, ut: *tardeparus*; in *genus* ex *gigno*, ut: *piscigenus*; in *bilis*, ut: *loquibilis, visibilis*; in *isticus*, non Græca, ut: *humanisticus*; in *osus*, ut: *pomposus, præsumptuosus, &c. Fastuosus, lutosus, mendosus, menstruosus*, apud probos autores leguntur. In *alis* & *aris*, ut: *punctualis, monetaris, &c.*

18. Non

18. Non admittenda esse aliqua substantiva sine autore per analogiam facta in *udo*, ut: *ingratitudo*, *promptitudo*:

19. Observa: quando res æquè Latinè ac Græcè eleganter efferri possunt, non esse utendum Græcis; sic non dices: *Orexis* pro *desiderio*, *eclipsare* pro *obscurare*, &c.

Quodnam Alphabetum barbarum memineras? M. Ita appellare libet Catalogum quempiam alphabetico ordine vocum barbararum, quæ vulgò familiares magis, & usu quotidiano teruntur sæpiùs. Quis enim verborum monstra omnia recenseat? quorum millia aliquot è medii ævi scriptoribus *Carolus Fresnius* Glossario suo intulit. Catalogum hunc in tabellas descriptum publicè in Schola, velut proscriptionis tabulas in foro, prostare juverit, ac fortasse privatim exscribi; ut cum vox quædam ejusmodi inter scribendum se obtulerit, admonearis, dubitesve, num proscriptas inter legeris? En tibi Catalogi hujus initium quoddam & specimen.

Barbara.	Latina.
A.	
Abusivè.	*Per abusum. Minùs propriè.*
Adhuc semel.	*Iterum.*
Adversitas.	*Adversa, res adversæ.*
Æque tot.	*Totidem.*
Affirmativa pars.	*Pars ajens.*
Agibilis homo.	*Industrius, solers, acer.*
Aliqualiter doctus.	*Utcunque doctus.*
Appropriare sibi.	*Vindicare.*
Apotheca.	*Pharmacopolium.*
Aptitudo.	*Habilitas, facultas.*
Apparentia.	*Species.*
Approximare.	*Appropinquare.*
Arguo sic.	*Argumentor.*
Arrestare.	*Manus injicere.*
Artificialis.	*Arte factus. Artificiosus.*
B.	
Balneo.	*Lavo, nato.*
Bassa vox.	*Depressa, gravis.*
Bastardus.	*Nothus, spurius, è thoro illegitimo natus.*
Bursa.	*Crumena Loculi.*
Bene-factor.	*Bene meritus.*
C.	
Calefactivus.	*Vim calefaciendi habens.*
Calendarium.	*Fasti.*
Caliditas.	*Calor.*
Capitosus.	*Contumax, sententiæ tenax.*
Captivare.	*Capere, comprehendere.*
Cervicosus.	*Contumax, sententiæ tenax.*
Chorus.	*Odæum.*
Cholera.	*Stomachus, bilis.*
Circumlocutio.	*Circuitus verborum.*
Circumstantiæ.	*Adjuncta.*
Coactè.	*Per vim.*
Coætaneus. } Coævus. }	*Æqualis.*

Barbara.	Latina.
Concivis.	*Civis.*
Collationem facere.	*Canitare, canulam sumere.*
Combinare.	*Connectere, componere.*
Commensalis.	*Convictor.*
Commendatariæ.	*Commendatitiæ.*
Compatior.	*Miseratione tangor. Vices doleo.*
Computus.	*Ratio sumptuaria.*
Conceptus ingeniosus.	*Commentatio, cogitatio.*
Concernit hoc Paulum.	*Pertinet ad Paulum.*
Concordantia vocum.	*Concentus.*
Concupiscentia carnis.	*Libido.*
Consanguinitas.	*Sanguinis conjunctio, necessitudo generis.*
Consodalis.	*Sodalis.*
Contrariari.	*Adversari.*
Confiscare.	*Publicare.*
Conterraneus.	*Popularis.*
Condoleo.	Latinis idem est, quod *doleo.*
Contractum facere.	*Pacisci.*
Contradictoria.	*Pugnantia.*
Controvertitur.	*Ambigitur, in quæstione est.*
Complices.	*Participes, Socii sceleris.*
Copia Scripti.	*Exemplum.*
Copiare.	*Exscribere.*
Cordialiter.	*Ex animo.*
Correspondentia.	*Mutuum commercium.*
Correspondere.	*Respondere inter se.*
Criminale.	*Capitale.*
Curabilis.	*Sanabilis.*
D.	
Deauratus.	*Inauratus.*
Deceptor.	*Impostor.*
Defalcare de summa.	*Decidere de summâ.*
Decollare. / Decapitare.	*Securi percutere.*
Defectus multos habet.	*Multis vitiis laborat.*
Deforis.	*Extrinsecus, in extima parte.*
Delator, Delatio.	*Index, indicium.*
Deputare ad aliquid.	*Designare, destinare.*
Deturpare.	*Maculare.*
Devotio.	*Pietas, religio in Deum.*
Disparitas.	*Dispar ratio.*
Dispensare cum aliquo.	*Aliquem lege solvere, privilegio donare.*
Dispensator familiæ.	*Promus-Condus.*
Displicentia.	*Offensio, molestia.*
Diescit.	*Lucet.*
Discretus vir.	*Elegans, elegante judiciô vir.*
Discretio.	*Elegantia judicii, discrimen.*
Distractiones animi.	*Evagationes animi.*
Distrahi animo.	*Alias res agere, animo evagari.*
Discursus.	*Sermo, oratio.*
Ditio.	Latinis idem quod *potestas, juris dictio.*

E. Ebrio.

Barbara.	Latina.
E.	
Ebrio.	*Ebrium facio.*
Ecclesia.	*Ædes sacra, templum.*
Echo.	*Imago, saxa & solitudines voce respondentia.*
Econtrà.	*Contra.*
Effectivus.	*Efficiens.*
Essentia.	*Natura, vis, potestas.*
Evacuo.	*Exhaurio, inanio.*
Evitatio.	*Declinatio.*
Exactè.	*Accuratè, limatè, exquisitè.*
Exalto.	*Effero, proveho.*
Excessivè.	*Præter modum.*
Excessus.	*Superatus.*
Excopio.	*Describo.*
Exero.	*Ostendo. Declaro.*
Exinanitus.	*Enectus, effœtus.*
Exoptabilis.	*Optabilis, optatus.*
Expensa.	*Impensa, impendium.*
Expergefio.	*E somno suscitor.*
Explorator.	*Speculasor.*
Extraordinariè.	*Extra ordinem.*
F.	
Faciliter.	*Facilè.*
Factor cæli & terræ.	*Conditor, molitor, effector rerum omnium.*
Favorabilis.	*Benignus, popularis.*
Festivitas.	*Festus dies, festum.*
Fictitius.	*Commentitius.*
Figmentum.	*Commentum.*
Fidejussor.	*Sponsor.*
Fomes peccati.	*Vitiorum seminarium.*
Fraternitas.	*Germanitas.*
Furiatus.	*Furiosus, rabidus.*
G.	
Garrulitas.	*Inanis loquendi profluentia.*
Geniculare.	*Ingenua se demittere.*
Generatio.	*Ætas, sæculum.*
Gesta.	*Res gestæ.*
Glorifico.	*Extollo, prædico, celebro.*
Grossò modò.	*Crassâ Minervâ.*
H.	
Heroldus.	*Caduceator, Fecialis.*
Homagium.	*Clientela.*
Hortulanus.	*Olitor.*
Humilis.	*Modestus, demissus.*
Humilitas.	*Modestia, demissio.*
I.	
Jejunare.	*A cibis vel carnibus abstinere.*
Ignoranter feci.	*Imprudens, inscienter.*
Imaginare sibi.	*Concipere, volvere animô.*
Impossibile est.	*Fieri nequit, supra vires est.*

Barbara.	Latina.
Improbare.	*Exprobrare.*
Indesinenter. Inceßanter.	*Nullo temporis puncto intermisso.*
Ex inconsideratione fecit	*Inconsulto, ex inconsiderantia.*
Incontinens.	*Intemperans, Immoderatus.*
Incorporeus.	*Corpore carens, corporis expers.*
Incorrigibilis.	*Insanabilis, Desperatorum morum.*
Infractus.	Latinis idem quod *fractus.*
Ad instantiam Pauli.	*In gratiam Pauli.*
Intrinsecus, a, um.	*Internus, intimus*
Infirmitas.	*Morbus, ægrotatio.*
Immediatè.	*Quam mox, quantocyus, jam modo.*
Indivisibilis.	*Individuus.*
Intercessor.	*Deprecator.*
Intercedere.	*Deprecari.*
Intermediare.	*Intercedere alicui negotio. Conciliare.*
Inextinguibile odium.	*Infinitum, mortale, implacabile.*
Ingratitudo.	*Ingratus animus, oblivio beneficiorum.*
Inintelligibilis.	*Supra intelligentiam.*
Injuriare.	*Injuriâ afficere.*
Inopinatè.	*Nec opinatò.*
Inordinatio.	*Rerum confusio.*
Inordinatus.	*Perturbatus, Confusus.*
Insensatus.	*Stupidus.*
Insolubilis nodus.	*Inexplicabilis.*
In instanti.	*Momento temporis.*
Illibenter.	*Invitus.*
Intantum malus, ut &c.	*Usque eo perversus est, ut &c.*
Intentio.	*Scopus, finis, propositum, consilium.*
Intercedo.	*Deprecor.*
Interstitium.	*Intervallum.*
Intitulare librum.	*Inscribere alicui.*
Irrationalis.	*Expers rationis.*
Ire & redire.	*Commeare.*
Intricatus.	*Perplexus, confusus.*
Irreligiosus.	*Remotus ab omni religione.*
Irremissibile peccatum.	*Inexpiabile.*
L.	
Lapidare.	*Lapidationem facere, lapidibus petere.*
Laudabiliter.	*Cum laude, pulchrè.*
Lacticinia.	*Edulia è lacte.*
Licitè.	*Iure, bonis & honestis rationibus.*
Legenda vetus.	*Res gestæ, vitæ sanctorum.*
Licentiare aliquem.	*Missum facere, amandare, amittere.*
Linteamen.	*Lodix Linteolus, linteum lecti operimentum.*
A Longe.	*Eminus, è longinquo.*
Litigatio.	*Concertatio, jurgium.*
Locumtenens.	*Vicarius, Legatus.*
Lutosus.	*Lutulentus, Luteus.*
M.	
Maledicere alicui.	*Aliquem devovere.*

Barbara.	Latina.
Malefactor.	*Male meritus, noxius, vel improbus.*
Masticare cibum.	*Comminuere, frangere dentibus.*
Mensurare.	*Metiri.*
Miraculosus.	*Portentosus.*
Molestare.	*Negotium facere.*
Multoties.	*Sæpe.*
N.	
Nativitas.	*Natalis dies, ortus.*
Neutralis.	*Neutrarum partium, medius, inter partes medius, neutri addictus.*
Notarius.	*Scriba publicus.*
Nullatenus.	*Nullo pacto.*
O.	
Obstinatè, obstinatus.	*Præfractè, contumax, præfractus.*
Obviare.	*Obviam venire, occurrere.*
Olfactus.	*Odoratus.*
P.	
Parcitas.	*Partimonia.*
Passiones animi.	*Affectiones, perturbationes.*
Passio.	*Perpessio.*
Per accidens.	*Fortè, temerè, casu.*
Perpendiculariter.	*Ad perpendiculum, ad lineam.*
Piscatio.	*Piscatus.*
Possibilitas.	*Vires, facultas.*
Posta.	*Tabellarius, Veredarii.*
Practicus homo est.	*Usum rerum habet, solers, industrius, ingeniosus.*
à Propè.	*Cominus, è vicino.*
Præsagium.	*Præsagitio.*
Prætextus.	*Simulatio, nomen, species.*
Præbenda.	*Sacerdotii fructus.*
Primatus.	*Principatus.*
Prodegit sua.	*Effudit, dissipavit, dilapidavit.*
Prodigaliter.	*Effusè per luxum.*
Profunditas.	*Profundum.*
Professor.	*Magister.*
Prolongare.	*Producere, extrahere, proferre.*
Promptitudo.	*Alacritas.*
Propalare.	*Evulgare, efferre, enunciare.*
Proportionaliter.	*Proportione ratâ.*
Protector.	*Patronus.*
Proventus.	*Fructus annuus.*
Proximior.	*Propior.*
Proximus meus.	*Alius.*
Pusillanimitas.	*Timiditas, pusillus animus.*
Q.	
Qualis qualis.	*Cujusque modi, cujusmodicunque.*
Qualitercunque.	*Utcunque.*
Quictantia.	*Apocha, Chirographum à Creditor e acceptum.*

R. Rati-

Barbara.	Latina.
R.	
Ratificare.	*Ratum habere, facere.*
Rationabiliter.	*Ratione, probabili ratione, probabiliter.*
Rebellio.	*Seditio, defectio.*
Reditus.	*Vectigal, fructus.*
Reduplicare.	*Conduplicare.*
Refocillare.	*Recreare, Reficere.*
Regaliter.	*Regificè.*
à Retro.	*A tergo, pone.*
Regiſtrate.	*In tabulas referre.*
Rectè venit.	*Commodum venit.*
Recreatio.	*Relaxatio, remisſio animi.*
Remorſus conſcientiæ.	*Morſus, vermis, inquies.*
Reſpectivè.	*Comparatè.*
Reſuſcito.	*Ad vitam revoco.*
Revelare rem.	*Aperire, enunciare.*
Rixoſus.	*Pronus ad rixam.*
Ruditas ingenii.	*Infirmitas, Stupiditas ingenii.*
S.	
Sagittare.	*Iaculô, ſagittâ figere, ferire.*
Salvare.	*Servare.*
Scholaris.	*Scholaſticus.*
Scibilis.	*Quod ſciri poteſt.*
Scrupuloſus.	*Religioſus, accuratus*
Sæcularis.	*Profanus, mundanus.*
Sigillare litteras.	*Obſignare, litteris ſigillum imprimere.*
Significatio verbi.	*Notio, notatio, vis, poteſtas verbi.*
Simul tempore.	*Simul, ſimul ordine temporis.*
Somnolentia.	*Languor.*
Situatus.	*Situs.*
Specialiter.	*Speciatim, nominatim, ſingillatim.*
Spatiari.	*Inambulare.*
Spontaneus.	*Voluntarius.*
Spiculari.	*Spiculum jacere.*
Subditus Cæſaris.	*Subjectus Cæſari.*
Subjugare.	*Subjicere, ſubigere.*
Subitaneus, ſubitaneè.	*Subitus, ſubito.*
Sublimitas ingenii.	*Excelſitas, præſtantia.*
Sufficienter.	*Satis.*
Superabundanter.	*Abundanter.*
Summa ſummarum.	*Ad ſummam.*
Subſtitutus meus.	*Vicarius.*
Superbire.	*Extollere, efferre ſe; animos, ſpiritus ſumere.*
Superfluitas.	*Redundantia.*
T.	
Taliter qualiter.	*Utrumque.*
Tenebroſus.	*Tenebricoſus.*
Textus.	*Scriptum, Tabulæ.*
Titulus libri.	*Inſcriptio.*
Tractatus magnus.	*Volumen, Codex ingens.*
Tractatio ſplendida.	*Convivium opiparum, Epulæ.*

Tri-

Barbara.	Latina.
Tribulatio.	*Calamitas, miſeria.*
Tortura ingenii.	*Tormentum.*
V.	
Vagabundus.	*Vagus, inquietus.*
Viſibilis.	*Aſpectabilis,*
Viſus bonus.	*Acris oculorum acies.*
Victualia.	*Commeatus, cibaria.*
Viſito.	*Viſo, inviſo.*
Vituperium.	*Vituperatio.*
Unâ vice.	*Semèl.*
Ullatenus.	*Ullô pactô,*
Unanimis.	*Concors, voluntas conſentiens.*
Unanimitas.	*Concordia.*
Undecunque.	*Ex omni parte.*
Unigenitus.	*Unicus matris.*
Univerſaliter.	*Univerſim, generatim, universè.*
Voluptuoſus.	*Voluptarius, voluptatibus deditus.*
Vulgariter.	*Populariter.*
Z.	
Zelus.	*Religionis fervor, æmulatio.*

At enim multa ſunt hodie nova inventa, aureo illo, quin argenteo & æneo ævo planè incognita. M. Rectè obſervas. Certè totius Reipublicæ ſacræ & profanæ ratio adeo mirificè immutata eſt, ut plurimæ paſſim novitates in re Eccleſiaſtica, Politica, militari, forenſi, ſcholaſtica, ruſtica, architectonica, nautica, veſtiaria, cibaria, venatoria occurrant, quibus ex aurea illa ætate nomina nulla reperias. Cæterùm rebus novis nova excogitanda nomina ipſe Cicero monuit, & ratio docet, nec putidius eſt quidquam, quàm hìc faſtidioſum eſſe & exquiſitum. Ea tamen erit tenenda moderatio, ut, quæ Latinè reddi commodè poſſunt, & à bonis authoribus uſurpantur, præ deterioribus utaris; in cæteris admodùm religioſus ne fueris. Exemplum habeto in re militari.

Vulgo.	Latinè.
Generaliſſimus.	*Imperator.*
Mareſcallus.	
Generalis armorum Præfectus.	*Peditatus Magiſter.*
Generalis Equitatûs.	*Magiſter equitum.*
Pro-Mareſcallus.	
Generalis vigiliarum Præfectus.	*Aciei ſtructor.*
Colonellus.	*Tribunus.*
Colonelli Leutenantius.	*Subtribunus, Pro-Tribunus.*
Supremus vigiliarum Præfectus.	*Legionis ſtructor.*
Capitaneus.	*Centurio.*
Leutenantius.	*Pro-Centurio, Sub-Centurio.*
Corporalis.	*Decurio.*
Regimen.	*Legio.*
Battaliones.	*Cohortes.*
Squadrones.	*Turma.*
Companniæ.	*Centuria.*

Hæc

Hæc inquam, quidni cum probatis authoribus utcunque Latinè efferam? Alia contra etsi novata, quia tamen nisi longa & odiosa verborum circuitione exponi non possunt, neque tamen à vulgo intelliguntur facile, retinenda potius, quam superstitiosè vitanda existimo. Qualia sunt:

Furnuli.	Furnell.
Forcipes.	Zangenwerck.
Revelinum.	*Reveln.*
Cortina.	*Cortin.*
Mortaria.	Mörser/ Kessel.
Grandifera tormenta.	Hagel-Geschütz.
Granatæ pilæ.	Granaten.
Reductus.	*Redouten.*
Approximationes.	*Approchen.*

Jam dubitare scio, sed quo authore ea me dubitatione exolvam? quis scrupulum eximet? M. Ad Lexicon isthoc quantocyus consulendi causâ recurres, ubi si dubiam vocem desiderari, omissamque videris, cavendum tibi, aliamque substituendam intelliges. Vel in Dictionario vocem eandem requires, ac nisi aurei ævi authorem ascriptum reperias, similiter pro damnata abjicies.

Cum dubitare, dubiumque deponere tam sit proclivè, puto me paritatem, quæ in singulis verbis est, non maximo negotio assecuturum? M. Planissimè. Sed id quoque existimandum erit, infimam hanc esse Latinitatis virtutem, nec tam in laude ponendam, si teneas, quàm turpe, si careas. Majoris operæ est adversus eam, quæ in sola sententia est, Latini sermonis proprietatem nihil peccare.

Caput III.

De Puritate Sententiæ.

P*Oteſtne fieri, ut impura sit oratio, etsi & Latinis verbis & ad syntaxeos regulas rite constructis composita?* M. Planè, uti è lapidibus scientissimè quidem quadratis, ordine nullô insciteque aptatis inæquale ædificium consurgit ac pendens, ità è verbis merissimè Latinis, si aliter inter se composueris, si aliam potestatem vimque indideris, Latinæ linguæ mori & usui repugnantem, vel impropria sententia existet, vel omnino barbara. Et fœdissimè sibi imposuêre multi, quos cum barbara verba ferro & igne insectarentur, in his eliminandis toti essent, nihilominus oratione uti vidimus sanè quàm inquinatâ & juvenili. Rem ab exemplo unico æstima: *Multæ voluntariæ oves eunt in unum ovile.* Verba singula Latinissima sunt, at totâ hâc sententiâ, quid ab veræ Latinitatis ingenio alienius?

Quonam id vitio evenit? M. Inde: Postquam Juvenes Thema Germanicum notionibus Latinis convertere, & ad syntaxis regulas flectere didicêre, quidquid Latinè ipsis dicendum, scribendumve est, ad Germanici nimirum sui sermonis modulum bonâ fide liberèque detorquent. Quod nondum è bonorum lectione authorum observârint, quæ ratio Latinis propria, & quam immani intervallô Teutonica loquendi genera ab Romanis

manis idiotismis diffideant. Unde ferè ridiculæ, inconditæ, Italico-Franco-Germanicæ scribendi formulæ in dies ab imperitis procuduntur. Atque Italicâ ejusmodi, Francicâ, Germanicâ Latinitate conscripti sunt ferè libri omnes ab anno Christi M. ad MCCCCL. Habe exemplum unicum, è quodam, qui fortuitò mihi in manus venit, Sacræ Hierosolymitanæ expeditionis Scriptore:

Jussit Imperator Alexius Cruce signatis dari mercatum, dixitque: nolite mihi transmeare fretum, donec conveniat maxima virtus Christianorum, quoniam vos tanti non estis, ut possitis cum Turcis præliare.

Ipsi vero Christiani nequiter deducebant se, & Palatia urbis sternebant & ardebant; Lombardi verò elegerunt Seniorem super se, Reinaldus nomine; & apprehenderunt unum castrum, ubi invenerunt satis comestibilium.

Postquam verò Turcæ iterum angariaverunt illud castrum circumcirca obsidentes, nostri fuêre in tanta afflictione sitis, ut flebotomarent equos suos, & sanguinem biberent. Confortabant eos Episcopi, sed ea tribulatio fuit per octo dies.

Tandem Rainaldus concordatus est cum Turcis, ut suos socios traderent. Turcæ illos ab invicem diviserunt sicut oves, alios miserunt ad signum & sagittabant eos; alios vendebant sicut animalia; adunarunt ligna, ut eos comburerent; plerosque horribiliter martyrizarunt.

Audiens hoc Imperator mandavit pro illis, ut irent retro. Interim præclarissimus Godifredus Bari intravit mare & Dyrrhachii appulit; Ducis verò Dyrrhachii cor mala cogitatio tetigit, & jussit Christi milites astutè Constantinopolim duci, quo fidelitatem Imperatori facerent. Sed ille plenus iniqua cogitatione jussit quidem eos hospitari in Burgo, & cum fiducialiter putarent exire, quo vellent, Turcopulos suos misit in insidiis, ut Latinos capitalem sententiam subire facerent.

In eodem tempore Boamundus Princeps honestavit se ad incipiendum iter S. Sepulchri, & in partibus Bulgariæ invenit nimiam abundantiam alimentorum corporalium. Monuit autem suos, quod nemo accipiat plus, nisi quod ei sufficiat ad edendum in benedictione. Habitatores castrorum exierunt cum Processione, deferentes crucem, & venientes in præsentiam Boamundi cum lætitia permissi sunt abire.

Remansit deinde Tancredus, & Boamundus ivit prius, & intravit vallem plenam omnibus bonis, quæ corporalibus nutrimentis sunt congruæ. Malignus Imperator statim misit pro eo, ut veniret secreto simul secum loqui, & anxiens & bulliens irâ cogitabat, quomodo milites Christi destrueret.

Congregati ergo in unum Seniores consiliati sunt in unum, quod deberent facere sacramentum Imperatori. Ad ultimum, quid facturi erant? humiliaverunt se ad voluntatem nequissimi Imperatoris.

Solus Comes S. Ægidii meditabatur, qualem de eo vindictam habere posset, contrariatur ei Boamundus, & dicit: quia si injustum aliquid illi faceret, & fiduciam facere nollet, ipse ex Imperatoris parte fieret.

Perexe-

Perexerunt deinde Nicæam & invenientes Turcas graviter irruerunt, quod fugam darent, & esset mortua magna pars illorum, nec modicam contritionem perferrent.

Erat autem ex parte urbis lacus, in quo Turcæ mittebant naves, & exibant & intrabant, & ferebant herbam, ligna, & alia. Milites Christi attulerunt boves, qui naves traherent per montaneas, usque approximent lacus. Iis visis Turcæ timuerunt usque ad mortem plorantes & lamentantes. Franci gaudebant, & dabant gloriam Deo.

Videntes Turci, quod nullum adjutorium habere possent, legationem mandaverunt, quia civitatem spontè redderent, &c. &c.

Hactenus bonus ille Historicus. Nihil abs re fecero, si quot barbarismis, ac idiotismis scateat ea oratio, singillatim sub conspectum posuero.

Dari mercatum.	Freyen Marck zu gestatten.	*Rerum venalium forum praberi.*
Nolite transmeare. *Barb.*		*Ne trajeceritis.*
Maxima virtus Christianorum. *Idiot.*	Die grösste Macht der Christen.	*Robur Christiani exercitus.*
Vos tanti non estis. *Impr.*	Ihr seyd nicht so viel.	*Tantô numerô.*
Cum Turcis præliare *Barb*		*Prælium committere.*
Nequiter deducebant se. *Idiot.*	Führten sich übel auf.	*Maleficiis non abstinebant.*
Palatia ardebant. *Barb.*		*Comburebant.*
Elegerunt super se. *Idiot.*	Uber sich erwehlet.	*Sibi legerunt.*
Raynaldus nomine. *Barb.*		*Cui nomen Rainaldo.*
Apprehenderunt castrum. *Idiot. Ital.*		*Occuparunt.*
Satis comestibilium. *Barb.*	Eß-Waaren.	*Annona.*
Angariaverunt castrum. *Barb.*		*Pressêre.*
Circumcirca obsidentes. *Idiot.*	Umb und umb belagern.	*Coronâ cingentes.*
Fuerunt in afflictione sitis. *Barb.*		*Tanta siti conflictabantur.*
Ut flebotomarent equos. *Barb.*		*Venas equis inciderent.*
Confortarunt. *Impr.*	Stärckten sie.	*Confiemarunt.*
Fuit tribulatio per octo dies. *Barb.*	Trübseligkeit.	*Ea calamitas tenuit octo dies.*
Concordatus est cum *Barb.*	Hat sich verglichen.	*Pacta iniit.*
Ab invicem diviserunt sicut oves. *Barb.*	Haben sie voneinander gesondert / wie die Schaafe.	*Gregatim sparsêre.*
Miserunt ad signum. *Barb.*		*Pro meta statuêre.*
Sagittabant eos. *Barb.*		*Quò spiculis collinearent.*
Vendebant sicut animalia. *Idiot.*		*Pecudum ritu.*
Adunarunt ligna. *Barb.*		*Congestis lignis.*
Horribiliter martyrisarunt. *Idiot.*	Erschröcklich gemartert.	*Fadè excruciârunt.*

Manda-

Mandavit pro illis. *Idiot.*	Hat umb sie geschickt.	*Revocavit illos.*
Ut irent retro. *Idiot.*	Solten zurück gehen.	*Reverterentur.*
Intravit mare. *Impr.*		*Conscendit.*
Appulit. *Idiot.*	Hat angelendet.	*Appulsus est.*
Ejus cor mala cogitatio tetigit. *Impr.*		*Improbum consilium cepit.*
Ut fidelitatem illi facerent. *Impr.*		*Fidem suam sacramento obstringerent.*
Plenus iniquâ cogitatione. *Barb.*	Voll böser Gedancken.	*Perfidia plenus.*
Jussit hospitari. *Impr.*		*Hospitium præbuit.*
In Burgo. *Idiot.*	In der Burg.	*In aulâ.*
Fiducialiter. *Barb.*	Vertreulich.	*Tutò.*
Putabant exire, quò vellent. *Impr.*		*Quâ liberè oberrare se posse credebant.*
Misit suos in insidiis. *Barb.*		*Insidias tendere jussit.*
Capitalem sententiam subire facerent. *Impr.*		*De medio tollerent,*
In eodem tempore. *Barb.*	Zu selbiger Zeit.	*Eadem tempestate.*
Honestavit se. *Barb.*		*Comparavit.*
Ad incipiendum iter. *Impr.*		*Ineundum.*
Nimiam abundantiam. *Idiot.*	Allzugrosse Menge.	*Abundantiam.*
Alimentorum corporalium. *Idiot.*	Leiblicher Nahrung.	*Commeatûs.*
Monuit, quod. *Barb.*		*Monuit, ne,*
Accipiat plus. *Impr.*		*Extorqueat.*
Sufficit ad edendum. *Idiot.*	Was zu essen genug ist.	*Necessitas postulat.*
In benedictione. *Idiot.*	Mit GOttes Segen.	*Si Deo placuerit,*
Cum processione. *Barb.*		*Cum supplicatione,*
Venientes in præsentiam. *Barb.*		*Coram adeuntes,*
Permissi sunt abire. *Idiot.*	Hat sie lassē mit Frieden davon gehen.	*Incolumes dimisit.*
Boamundus ivit prius. *Idiot.*	Ist voran gangen.	*Praivit.*
Quæ corporalibus nutrimentis sunt congrua. *Impr.*		*Queis corpora commodè curarent, famem explerent.*
Misit pro eo. *Idiot.*	Hat umb ihn geschicket.	*Accersit eum.*
Ut veniret loqui secum. *Idiot.*		*Ad colloquium secretum.*
Anxiens & bulliens irâ. *Impr.*		*Anxius & irâ æstuans.*
Quomodo eos destrueret. *Barb.*		*Eos perderet.*
Congregati in unum. *Barb.*		*Senatu coacto.*
Consiliati sunt. *Barb.*	Haben berathschlaget.	*Consilium cepêre*
Quod deberent jurare. *Barb.*		*jurandi.*

Fideli-

Fidelitatem jurarent. *Idiot.*	Treue angeloben.	*Jurejurando fidem Imperatori obligarent.*
Ad ultimum. *Impr.*		*Denique.*
Quid facturi erant? *Idiot.*	was wolten sie thun?	*Quid agerent?*
Humiliaverunt se ad voluntatem illius. *Barb.*		*Ejus imperiis morem gessere.*
Quam vindictam habere posset. *Idiot.*	Was er vor eine Rach haben möchte.	*Quam vindictam de perfido sumeret.*
Contrariatur ei. *Barb.*		*Adversatur.*
Si injustum aliquid faceret ei. *Idiot.*	Wann er ihm was unrechtes thäte.	*Si injuriâ eum afficeret.*
Fiduciam facere. *Barb.*		*Fidem addicere.*
Ex parte illius fieret. *Impr*		*In ejus partes transiret.*
Perrexerunt deinde. *Barb.*		*Profecti sunt.*
Graviter irruerunt. *Impr.*		*Vehementem impressionem fecerunt.*
Quod fugam darent. *Id.*	Daß sie die Flucht gaben.	*Ut terga verterent.*
Esset mortua magna pars. *Barb.*		*Occumberet.*
Magnam contritionem perferrent. *Impr.*		*Magnam cladem acciperent.*
In lacu mittebant naves. *Impr.*		*Lacui immittebant.*
Exibant & intrabant. *Idiot.*	Giengen aus und ein.	*Commeabant.*
Ferebant herbam, ligna. *Idiot.*		*Pabulum, materiam.*
Attulerunt boves. *Idiot.*	Haben Ochsen beygebracht.	*Adduxerunt.*
Per montaneas. *Barb.*		*Montes.*
Usque approximent lacui. *Barb.*		*Ad lacum usque.*
Timuerunt usque ad mortem. *Idiot.*	Fürchtetē sich zu todt	*Timore exanimes.*
Plorantes & lamentantes. *Impr.*		*Crebros inter ploratus &c.*
Dabant gloriam Deo. *Idiot.*	Gaben Gott die Ehre.	*Deum prædicabant.*
Nullum adjutorium habere. *Barb.*		*Omni se ope destitui.*
Legationem mandarunt &c. *Impr.*		*De deditione nuncios ablegabant.*

Nullus sim, si hæc historia aureum sæculum vidit, si non ferrea tota est & lignea. Festivum est, quod is, qui historiam eandem ornatiore dicendi genere recudendam cuipiam Baldrico commisit, hoc prologo utatur: *Legant alii & desudent ingentia Philosophorum revolvendo volumina, mihi siquidem mei admirandi Ciceronis scripta sufficiunt, suaque inexplicabili obdulcoratione animum legentis relevando relevant, & oculum in eo jucundantis indicibiliter trahendo accendunt.* Neque hic ego admirandi Ciceronis vel umbram video.

Quid autem est Idiotismus? M. Græcis idem est ac *proprietas*. Etenim Germanica, Italica, Gallica non alium duntaxat verborum sonum, sed

sed & verba inter se struendi modulos, formulas, consuetudines, seu allegoricas, seu adagiales, aut ipsis denique linguæ originibus insitas, ita peculiares sibi propriasque habent, ut in alteram si transferantur, barbarum quid & absurdum referant, quare, nisi addiscant juvenes, quid Latina proprium habeat, quid ab sua ipsorum vernacula diversum, fiet, ut alia sit Polonis, alia Gallis, nec eadem Germanis, quæ Italis Latinitas. Ut revera vel unô hôc Idiotismorum Teutonicorum indiciô nemo Germanicæ peritus authorem libelli *de Imitatione Christi* Germanum fuisse dubitet; etsi multis eum bellis Galli sibi repetant & Itali. Hujusmodi igitur domesticis idiotismis nisi quis se exuerit, Cæsar ante erit, quam Latinus.

Cuperem exempla aliqua. M. Horum modios facile admetior, si juvenum Latinè familiariter inter se fabulantium circulo observator diligens adesse, vel è quotidiano scriptionis pensô gemmulas tales colligere libeat. Habe nonnulla.

Idiotismi Germanici,	*Latinè redditi.*
Non fiet hoc in omnem æternitatem. Es wird in Ewigkeit nicht geschehen.	*Id nunquam fiet.*
Non tenebo illud pactum. Selbigen Vertrag werde ich nit halten.	*Non stabo hoc pacto, abibo ab eo pacto.*
Semper tenebo tecum. Ich will allezeit mit dir halten.	*Tuas partes, te sequar.*
Accidat, prout velit. Es geschehe wie es will.	*Utcunque res eveniat.*
Non possum de hac re audire. Ich mag von dieser Sach nicht hören.	*Non fero ejus rei mentionem. Aures meæ abhorrent, non ferunt.*
Loquuntur ad invicem. Sie reden miteinander.	*Loquuntur inter se.*
Pro magna mea fortuna. Zu meinem grossen Glück.	*Magnô meô bonô. Fortuitò.*
Arrisit me. Er hat mich angelacht.	*Arrisit mihi.*
Vade ad patibulum. Gehe zum Galgen.	*Abi in malam crucem, ad corvos.*
Habe patientiam cum illo. Hab Gedult mit ihm.	*Fer, tolerato hominem.*
Permittas me videre hunc librum. Laß mich diß Buch sehen.	*Da videndum. Sine, videam.*
Et quod adhuc plus est. Und was noch mehr ist.	*Quid? quod,*
Appetitum tenere in fræno. Die Begierde im Zaum halten.	*Frænare, coërcere libidines.*
Non facias, noli facere. Thue es nicht.	*Ne feceris.*
Hoc semel pro semper sit dictum. Dieses seye ein vor allmahl gesagt.	*Hoc semel dictum esto.*
Volo parum tecum loqui. Ich will ein wenig mit dir sprechen.	*Paucis te volo.*
Quomodo significat iste puer? Paulus. Wie heist der Knab? Paul.	*Qui vocatur? Paulus.*
Oportet dicere, quod veritas est. Man muß sagen/was die Warheit ist.	*Oportet rem dicere.*

Idiotiſmi Germanici.	*Latinè redditi.*
Concluſi mecum. Ich hab bey mir beſchloſſen.	*Statui mecum. Fixum eſt.*
Culinarium Latinum loquitur. Er redet ein Küchen-Latein.	*Malè Latinè loquitur.*
Melius ſtat cum illo. Es ſtehet beſſer mit ihm.	*Melius eſt illi.*
In perſona affuit. Er iſt in Perſohn zugegen geweſt.	*Ipſe affuit.*
Amicus perſonæ, inimicus cauſæ. Freund von der Perſohn / Feind zum Gericht.	*A cauſa diſſideo, non ab homine.*
Mittam, ibo pro illo. Ich werde umb ihn ſchicken gehen.	*Accerſam, evocabo illum.*
Dabit mihi multum ad agendum. Er wird mir viel zu ſchaffen geben.	*Multum negotii faciet.*
Non poſſum illum pati. Ich kan ihn nicht erleiden.	*Non fero hominem.*
Eſt planè contrarius mihi. Er iſt mir durchaus zuwider.	*Odioſus mihi eſt.*
Scit bene circuire hominibus. Er kan mit den Leuten wol umgehen.	*Devincire ſibi, bellè tractare homines novit.*
Hoſtes fugam dederunt. Die Feind haben die Flucht gegeben.	*Terga verterunt, fugerunt.*
Bonus vir non habet cor. Der gute Freund hat kein Hertz.	*Nihil habet animorum.*
Factus eſt totus albus præ timore. Er iſt vor Furcht gantz weiß worden.	*Impalluit timore.*
Claudere unum oculum. Ein Aug zumachen.	*Connivere.*
Porcum fecit in charta. Er hat eine Sau gemacht.	*Lituram.*
Iſte eſt unus nebulo terribilis. Dieſer iſt ein greulicher Böſwicht.	*Næ iſte nebulo eſt inſignis.*
Multæ oves eunt in unum ovile. Viele Schaaf gehen in einen Stall.	*Multas oves capiet ovile.*
Nihil habes ad comedendum? Haſt du nichts zu eſſen. &c. &c.	*Nihil eſt, quod edas?*

Quodnam mihi antidotum in morbum tam pervulgatum? M. Ante omnia, quam ſupra memini *dubitandi* artem adhibebis, ac ut neceſſarias ejuſmodi ſuſpiciones tibi obmoveas, obſervabis: 1. num ſententia, quam ſub manu habes, apertè ac manifeſtè Germanicam originem præferat, id quod ex allatis Germanicorum Idiotiſmorum exemplis facilè agnoſces. 2. Indiculum ſententiarum ejuſmodi barbararum tibi conficias, quales tibi paſſim magnô numerô occurrent, ut earum admonitu cautior fias de cæteris. Viden' aliquam ſylvulam.

Sententiæ Barbaræ.	*Latinæ.*
A.	
Acceptavi Provinciam.	*Suſcepi.*
Accepit Deum in teſtem.	*Teſtem Deum vocavit.*
Acceptor perſonarum Deus non eſt.	*Nullum eſt diſcrimen apud Deum.*

Apud

Sententiæ Barbaræ.	*Latinæ.*
Apud pedes me accepit.	*Pedibus me prehendit.*
Accommoda mihi calamum.	*Commoda; mutuum, commodatò da.*
Annihilare rationes.	*Inducere.*
Allegare testes.	*Citare, afferre.*
Ascendere super arborem.	*Conscendere arborem.*
Appulit navis.	*Appulsa est.*
Angustia mihi est maxima.	*Valde angor, in magna sum molestia.*
Attulit secum fratrem suum.	*Adduxit.*
B.	
Bonificere debes damnum.	*Præstare.*
Benedicamus Deo.	*Laudemus Deum.*
Beneficia tria Parochus habet.	*Curio tribus sacerdotiis potitur.*
C.	
Capis omnia ad malum.	*In malam partem accipis.*
Capiam hoc super me.	*Suscipiam hoc negotium, meum faciam.*
Communiter hoc fit.	*Vulgò, ferè.*
Is confudit me valde.	*Pudorem incussit mihi, verecundiâ me affecit.*
Congruè satis loquitur.	*Aptè, ad rem.*
Contentus sum.	*Nihil repugno, nihil recuso.*
Contentabimus illum.	*Contentum reddemus.*
Concernit me ea res.	*Ad me attinet.*
Celebrastis illud festum?	*Egistis?*
Competentem judicem petebat.	*Legitimum, suum.*
Conscientiâ ducitur.	*Religione tangitur.*
Communicavi illi meum consilium.	*Cum illo.*
Civem te faciemus.	*In civitatem adscribemus.*
Cum tempore fiet.	*Tempore.*
Certò die adero.	*Statô die, ad constitutam diem.*
Cecidit in pœnam.	*Commissum ei est.*
Concludes inde.	*Inde efficies.*
D.	
Dedit mihi licentiam.	*Veniam, potestatem, facultatem fecit, dedit.*
Dixit mihi veritatem.	*Verum.*
Dimittas mihi multam.	*Condones, remittas.*
Dispensatum est cum illo.	*Lege solutus est; privilegium obtinuit; Venia legis, gratia legis ei facta est.*
Disponere sua negotia.	*Componere, curare.*
Dispositus hodie non es.	*Non optimè constitutus, turbidus.*
Doctus in Grammatica.	*Peritus, doctus Grammaticæ.*
Diutius est quam una septimana.	*Unâ hebdomadâ amplius.*
Damnatus est ad mortem.	*Capite, capitis damnatus est.*
De verbo ad verbum recitavit.	*Ad verbum recitavit.*
Deponeris ex officio.	*Locô, magistratu moveberis, abrogabitur tibi magistratus.*
Discurrit per urbem.	*Concursat urbem.*

Sententiæ Barbaræ.	*Latinæ.*
Deliquium eſt paſſus.	*Animus eum liquit.*
Duplo plus dedit.	*Alterum tantum.*
Determinabo, quit ſit faciendum.	*Definiam, conſtituam.*
Dependet unum ab alio.	*Tendet, cohæret unum cum alio.*
F.	
Facere magnas expenſas.	*Sumptus.*
Feſtivus eſt hodie dies.	*Feſtus. Feſtum agitur.*
Famam peſſimam habet.	*Peſſimè audit, infamiâ laborat.*
Funus ad ſepulchrum tulimus.	*Funus extulimus.*
Fugam dedit.	*Fugit.*
G.	
Guſtum dare alicui.	*Oblectare.*
H.	
Habent me in deriſu.	*Deriſui, ludibrio me habent.*
Humiliandus eſt is nequam.	*Deprimendus, coërcendus.*
Hæreditatem partiamur.	*Cernamus, adeamus.*
Habet ita ſe res mecum.	*Ita meæ rationes ſunt. Mea ratio, mea cauſa, mea conditio hæc eſt.*
I.	
In ſpecie illud dixit.	*Nominatim, ſpeciatim.*
Inclinationem magnam habet ad iram.	*Propenſionem.*
Ite bini & bini.	*Bini.*
Impertinenter id dicitur.	*Extra rem, extra cauſam.*
Intimavit hoc mihi.	*Significavit, indicavit.*
Juxta amicitiam noſtram.	*Pro amicitia noſtra.*
Invicem luſerunt.	*Inter ſe luſerunt.*
Inveni gratiam coram illo.	*Inivi ab illo gratiam.*
Impegi pede.	*Offendi.*
Impinges certò.	*Puniêre, pœnam non effugies.*
L.	
Ludere in teſtudine, fidibus.	*Canere Cytharâ, fidibus.*
Liberum mihi non eſt id facere.	*Non eſt integrum.*
Lucrantur operarii denarium.	*Operæ denario merent.*
Lucrari ſibi affectum alterius.	*Gratiam conciliare, ſibi devincire.*
M.	
Maneas ſtans, ſedens.	*Conſiſte, aſſide.*
Moratur in hac platea.	*Habitat.*
Memoriter didici.	*Edidici, Memoriæ mandavi.*
N.	
Noli hoc dicere, facere.	*Ne dixeris, ne feceris.*
Non eſt bene affectus erga me.	*Æquus mihi non eſt, benevolò illò non utor.*
Non fecit libenter.	*De induſtria, deditâ operâ.*
Neceſſe habeo re aliqua.	*Rem aliquam.*

Sententiæ Barbaræ.	*Latinæ.*
O.	
Opus habeo.	*Opus est mihi.*
P.	
Parum ante venit.	*Paulò ante.*
Parum tibi aliquid dicere habeo.	*Paucis te volo.*
Perrexit Lincium.	*Profectus est.*
Probato calamum.	*Experire.*
Pro posse meo.	*Pro virili parte, pro virili, pro viribus.*
ex Professo fecit iratum.	*De industria.*
Præsumpsi tibi scribere.	*Sumpsi hoc mihi, arrogavi, ausus sum.*
Permitras me aliquid valere.	*Gratiæ aliquem locum mihi tribue.*
Promisi me ad cænam.	*Condixi ad cænam.*
Processum lucratus sum.	*Causam obtinui. Secundùm me judicatum est.*
Processum intentare alicui.	*Iure experiri cum aliquo.*
Passa est Resp. detrimentum.	*Detrimentum accepit, cepit.*
Perdidit processum.	*Lite cecidit.*
Pati hunc hominem nequeo.	*Fero hominis fastidium. Intolerabilis mihi est.*
Ponamus ita esse.	*Fac esse, demus ita esse.*
Pulsat hominis vena.	*Arteria micat.*
Proposui hoc firmiter.	*Certum mihi & deliberatum est.*
Pro tempore consul.	*Tum, in præsenti.*
Q.	
Quomodo vocaris.	*Qui? Quod tibi nomen est.*
R.	
Respectu amicitiæ feci.	*Amicitiæ causa, intuitu.*
Regere se ipsum non potest.	*Sui potens non est.*
S.	
Successu temporis sapiet.	*Procedente tempore, olim.*
Supplevi illum in officio.	*Vices ejus, partes ejus obivi, gessi.*
Spectat hic liber ad me.	*Meus est.*
Spuere in vultum alteri.	*Consputare aliquem.*
Securavit me.	*Cavit mihi rebus & tabulis.*
Seduxit multos juvenes.	*Pervertit, corrupit, abduxit.*
Superscriptionem mihi facito.	*Litteras inscribe.*
Salvam guardiam habemus.	*Fidem publicam, commeatum.*
T.	
Tenet multos famulos.	*Alit.*
Traxit me apud capillos.	*Capillis me traxit.*
Tenuit me apud manum.	*Manu me tenuit.*
Tam vilissimus socius.	*Tam vile caput.*
Teneor hoc facere.	*Debeo, æquum est, oportet.*
Taxare damnum & interesse.	*Æstimationem damni facere.*
V.	
Ubi mansimus ultimatè.	*Ad ultimum, proximè ubi desitum est.*
Virum dedit suæ filiæ.	*In matrimonium alicui collocavit. Elocavit filiam.*

Sententiæ Barbaræ.	Latine.
Vocem habet in Capitulo.	*Ius suffragii in consilio.*
Valde serò venit.	*Multa nocte.*
Valedixit mihi.	*Iussit me valere. Supremum salutare.*
Venam in Majo secabo.	*Incidi faciam.*
Virtuosè vivit.	*Cum virtute.*

Dubitationem porrò quîponam? M. Ad *Phraseologiam* denuo te consilii causa remitto. Vides, ut cuivis ferè vocabulo suus *usus*, qualem nempe ævo aureo obtinuit, sit adscriptus; hoc est: quam compositionem admittat, quibus cum verbis, qua ratione conjungi possit. Igitur *suspectæ* sententiæ prædicatum vel subjectum, vel utrumque perquires in Phraseologiâ, atque nisi veteribus in eodem, quo tu meditaris, usu fuisse repereris, ut spuriam abjicies, ac probatiorem ex eodem libro facilè sufficies. Vin' paradigma.

Sit *Sententiâ suspecta. Præ ira vix apud me sum*; Ich bin vor Zorn kaum bey mir. Quære in Phraseologia vocem *apud*, & reperies: *Apud se non esse*, de insano. Ergo proba est sententia.

Sent. susp. Accepit me apud manum; Er hat mich bey der Hand genommen. Quære V. *Accipe* & *apud*. Cùm neutrobique hunc usum reperias, adulterina est sententia.

Sent. susp. Habe bonum animum; Habe guten Muth. Quære V. *Animus* & *Habeo*, Et reperies iisdem ferè verbis, igitur tuta est sententia.

Sent. susp. Animum cadere permisit; Er hat das Hertz fallen lassen. Quære V. *Animus*. Cùm reperias *animus cecidit*, damnatæ illi hanc loquendi morem substitues.

Sent. susp. Ut se initia dederint; Wie sich der Anfang geben wird. Quære V. *Initium* & *do*, & comperies Latinam esse sententiam.

Sent. susp. Dedit mihi colaphum; Er hat mir eine Ohrfeige gegeben. Quære *usum* V. *Colaphus*, & reperies Colaphos infligere, infringere. His utere. &c.

Igitur in Phraseologiâ tuâ sunt omnia? M. Aliàs dixi: Insigne quidem esse tyronum adjumentum ad exacuendum nempe & inexpertæ adhuc Latinitatis gustu imbuendum palatum; cæterum in *lectione* & *exercitatione* rei summam collocatam esse.

Quid legam igitur, & quomodo? M. E Ciceronis epistolis vel orationibus, è *Pontano*, *Curtio*, *Livio*, *Sallustio* id leges totum, quod tuæ classi præscriptum fuerit. Ea verò erit legendi ratio, ut præcipuè observes, *quo pacto sententiam quamvis Germanicè aptè redderes*; quin eam conversionem in chartam referas, quò evidentius idiomatis utriusque discrimen percipias. Quâ legendi methodô spondere ausim, brevi tempore multum viæ emetieris. Vin' paradigma. Si *Livium* legere inceperis, hunc ita traduces.

Facturusne operæ pretium sim, si à primordio urbis res populi Romani perscripserim, nec satis scio, nec, si sciam, dicere ausim.	Ich bin es nicht allerdings vergewißt/ würde auch nicht sagen dörffen / ob es vor mich rathsam / die Thaten des Römischen Volcks von der Stadt Rom Anbegin her zu beschreiben.

Quippe

Quippe qui tam veterem tam vulgatam esse rem videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius allaturos aliquid, aut scribendi arte rudem vetustatem suppleturos credunt.

Indem ich gar wohl sehe / es auch ein alte und gemeine Sach ist/daß ihnen die neue Geschicht-Schreiber immer einbilden/ sie werden entweder etwas gewisseres beybringen / oder durch ihre Schreib-Art es dem einfältigen Alterthum bevor thun.

Utcunque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte mea, & me ipsum consuluisse.

Es seye ihm / wie es wolle / so wird es doch nicht unnütz seyn / wann ich das Angedencken deren Geschichten des vor allen Völckern berühmten Römischen Volcks hiermit nach meinem Vermögen zu verewigen trachten werde.

Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est, nobilitate ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, me consolor.

Obwohlen mein Name unter so vielen Geschicht-Schreibern sehr unbekandt ist/ tröste ich mich doch mit dem / daß die jenige / welche meinem Ansehen in dem Licht stehen werden / allerdings vortreffliche / und grosse Männer gewesen.

Res est præterea & immensi operis, ut quæ supra septingentesimum annum repetatur; & quæ ab exiguis profecta initiis eò crevit, ut jam magnitudine laboret suâ. Et legentium plerisque, haud dubito, quin primæ origines, proximaque originibus minus præbitura voluptatis sint, festinantibus ad hæc nova, quibus jam pridem prævalentis populi vires seipsas conficiunt.

Es ist dieses Werck beynebens eine so weitläufftige Sach / als welches über die 700. Jahr hinaus lauffet; welches auch von geringem Anfang so hoch erwachsen/daß dero Grösse ihr selbst gefährlich und beschwerlich fället. Ich zweiffle nicht/ es werden die alte / und ihrem ersten Ursprung nahe Sachen denen Lesenden nicht besonders belieben machen/indem sie immer zu denen neuern eylen werden / da dieses übermächtige Volck nunmehr sich mit seinen selbst eignen Kräfften zu Grund richtet/ und entkräfftet.

Ego verò contra hoc quoque laboris præmium petam, ut me à conspectu malorum, quæ nostra tot per annos vidit ætas, tantisper certè, dum prisca illa totâ mente repeto, avertam, omnis expers curæ, quæ scribentis animum, etsi non flectere à vero, sollicitum tamen efficere possit, &c. &c.

Ich rechne mir auch dieses vor eine Belohnung meiner Mühe / daß indem ich mich in das Alte gantz vertieffe / unterdessen mein Absehen von jenen üblen entferne / durch welche unsere Zeiten so sehr gedrucket werden. Bin auch ausser allen Sorgen / welche mich zwar nicht so viel von der Wahrheit abwendig machen / doch einige Sorgfalt erregen möchten.

Hanc tuam versionem Germanicam in scrinium tantisper sepones, atque post unum alterumve mensem, tuâmet Latinitate convesties. Tum verò comparatione factâ videbis, quid Teutonica Latinitas ab Romana illa differat. Tu fortasse ita convertes:

Non sum omnino certus, nec dicere auderem, an mihi suadendum sit gesta populi Romani ab origine Urbis describere.

Nam satis bene video, & antiqua & communis res est, ut sibi recentiores scriptores semper imaginentur, se allaturos aliquid certiùs, vel simplicem antiquitatem modo scribendi superaturos.

Quomodocunque sit, non erit abs re, si memoriam gestorum primarii inter omnes populi pro posse meo perennare studuero.

Etsi meum nomen inter tam multos scriptores ferè ignotum est, consolor me tamen, quod illi, qui in lumine mihi sunt, maximi viri sint, ac præstantissimi.

Hæc res item longè fusissima est, & ad 700. annum excurrit, quæ etiam à parvis principiis eousque crevit, ut ipsa magnitudo sua eidem sit periculo.

Non dubito, quin antiquæ istæ res & suis originibus vicinæ legentibus non magnam delectationem afferant, cum semper ad nova sint festinaturi, quibus prævalentis populi vires seipsas destruunt.

Æstimo hoc pro mercede laboris mei, quod dum priscis me immergo, interim obtutum meum ab iis malis removeo, quibus nostra tempora adeò premuntur.

Et sum extra omnes curas, quæ me, non quidem à veritate avertere, sed tamen aliquam sollicitudinem movere possent.

Hanc tuam versionem cum *Liviano* contextu singillatim compara; quod si sæpius iteraveris, pulchrè advertes, *quod* sit *Latinæ linguæ ingenium, qui idiotismi, quantum ab Germanicâ Phrasi diversi.*

Quam scriptionis rationem imperas? M. Heus tu, adesto animis! Cupio altissimè recondas animo monitum, quod ex me audies. Seu Epistolam, seu narrationem, Chriam vel orationem scribas, ne te piguerit quâvis ferè periodo inspicere Phraseologiam, vocem prope quamlibet ad eam amussim examinare, quemadmodum nullum prope verbum inconsultis suis synonymis in carmen referunt Poëtæ nostri. Hoc industriæ genere, si, dum in scholis es, usus diligenter fueris, fallacem me & fide posthac omni indignum hominem dicito. nisi brevi tempore colorem quendam antiquæ Latinitatis trahas, ac proprietatem Latinam cum elegantia vix sentiens imbibas.

Ut video, non tam in proclivi est, genuinæ Latinitatis gloriam consequi? M. Si Magistrum nactus fidelem, solertem, expertum, si rectam juvenis viam semel institeris, si ardore quodam laudis, sciendique cupiditate accensus constantem diligentiam attuleris, ea nimirum fundamenta pulcherrimi ædificii jacies, quæ per cæteram ætatem non maximô negotiô exædifices. Initium bonum dimidium est viæ. Memineris autem, tantam esse rei hujus dignitatem, ut sapientissimi viri multi ætatis partem magnam in hoc studio sibi collocandam existimarent.

Caput IV.

De Elegantia Sententiæ.

QUid ad sermonis puritatem ultrà requiris? M. *Elegantiæ* præterea studendum erit. Scythis, Troglodytis, Brasilis satis est, ita loqui, ut intelligantur; cultiores populi omnes, Turcæ ipsi ac Persæ, ut in habitu, ritibus, epulis delectum quendam adhibent, sic linguæ quoque nitori cujusmodicunque ac venustati student. Quis curam eandem in Latinâ, ipsius sapientiæ idiomate, aut aspernandam dicet, aut nimiam?

Qua in re sita est dictionis elegantia? M. In certis quibusdam *loquendi generibus*, â vulgari ac plebejo sermone remotis, ac nescio quid nobile ac pulchrum spirantibus; quas vulgò *phrases* appellamus, quæ velut gemmulæ quædam splendidiorem, ut condimenta dulciorem efficiunt orationem. Sed illud diligenter observes, ut nativæ sint hæ gemmæ, condimen-

dimenta domestica; hoc est, elegantiæ tales, quæ Romanis authoribus recepta Romanæ linguæ sint propriæ, non peregrinæ, ineptæ, spuriæ. Exemplis disce, quid velim.

Cum vulgo dices.	*Elegantiùs dices.*
Amo te, quia virtutem amas.	*Virtus tua amicum me tibi fecit.*
Multum gaudemus, quia sumus boni amici.	*Amicitiæ nostræ integritas me valde delectat.*
Cæteri etiam siluerunt.	*A cæteris quoque silentium fuit.*
Læsus est ante, vel à tergo.	*Adversum, vel aversum vulnus accepit.*
Nihil mihi charius.	*Nihil mihi antiquius, nihil potius.*
Absentiam tuam ægrè fero.	*Desiderium tui non fero.*
Impressum animo.	*Affixum in sensu atque insitum.*
Laborare temporis angustia.	*Tempore, temporibus excludi.*
Videre aliquid.	*Oculis rem usurpare.*
Vix non corruissem.	*Propius factum est nihil, quàm ut corruerem.*
Bene facere alicui.	*Bene mereri de aliquo.*
Terret me loci novitas.	*Moveor loci insolentiâ.*
Amicorum suasu.	*De amicorum sententia.*
Militem agere.	*Stipendia facere; merere.*

Unde phrases has, hos flores, quonam ex horto petam? M. E bonorum *lectione* authorum *excerpes*, atque in adversaria tua referes loquendi genera omnia, quæ ab vulgari discedunt, & singularem elegantiam habent. Hæc deinde, multa exercitatione familiaria tibi reddes, atque in tuum, quod ajunt, succum sanguinemque vertes. Cæterùm quoniam hoc & longinquioris temporis, & operæ majoris est, & jam nunc epistolæ, narrationes &c. tibi scribendæ sunt *Phraseologiæ* præsidio utêris, in qua præter *usum* vocis, *phrases* quoque ex optimis Phraseologis congestas reperies.

Nimium tu de Phraseologia tua promittere videris? M. En epistolam sanè perbellam, quam Focus condiscipulus tuus privatâ industriâ ab se domi confectam mihi attulit. Lege sis, si potes, sine invidia.

Gandolphus Cervinus Barbaræ sorori charissimæ S. P. D.

E publicis privatisque nunciis exploratum perspectumque habebis, ùt, cùm exercitum haberemus multis partibus inferiorem, Turcicum nihilominùs in fædam fugam conjecerimus; & Belgradum ad Cæsaris ditionem adjunxerimus, urbem sitam cælo saluberrimo, agro lætissimo, abundantem omnibus copiis, ut cum præcipuis Europæ in contentionem venire possit. Rumore quidem ad vos perlatum fuerit, milites magno numero valetudine infirma prostratos, quod æstate præteritâ calores immensos habuerimus; nunc verò Deo opitulante pars maxima è morbis recreatur. Id commodè nobiscum actum est, quod non item annonæ difficultate laboratum est, alioquin haud paulo plures lucis hujus usuram amissuri erant. Ego quoque gravi morbo oppressus decubui, atque etiamnum viribus parum firmis utor, sic ut vix pedibus insistam. Certè præ debilitate vestigium ex Ungaria movere non potero. At heus te, soror amantissima, multa mihi vobiscum & æqua expostulatio est, imprimis quod mihi authores fueritis, ut militiæ nomen darem; qua in re turpi fraude me circumvenistis, nec aliud erat vestrum consilium, quàm ut astu patriis me penatibus detruderetis. Certè si conjecturâ assequi potuissem, conditione me victurum tam miserâ, cala-

calamitatibus tot conflictaturum, domo pedem nunquam extuliſſem. Alterum eſt, unde acerbitatis moleſtiæque plurimum contraxi, quod licèt mihi identidem ſanctiſſimè confirmaſſetis ſæpiuſculè ſcripturos vos, officio tamen veſtro literarum crebritate parum ſatisfeceritis, ut adeò in animum inducam meum, vos de me minimè laborare. Denique cùm infimis precibus toties contendiſſem, ut incredibili pecuniarum anguſtia preſſo, nummorum aliquid aſpergeretis, ne aſſe quidem ſubmiſſo inopiam meam levaveritis. Niſi facta ſaltem nomina diluere potero, ad vos gravior, quàm memet redundabit infamia. Quod ſi Parens noſter veteres iras non depoſuit, cum matre ſaltem diligentiſſimis precibus agito, ut ne me neglectum omnino ac deſertum jacere patiatur, ne ſpes mihi omnis excluſa videatur. Vale. Belgradi, &c.

Quâ arte, quibus præſtigiis puer ſyntaxi vixdum egreſſus huc elegantiæ perveniſſet? Tute manum admoviſti; Foci id opus eſſe, non adduces, ut credam. M. Faxim credas, ſi quid ipſe contulerim, quid adjecerit ille aperuero. Ego epiſtolam, puris quidem, ſed vulgaribus ſententiis contextam tradidi, juſſi elegantiam adderet, eô artificiô, ut voces præcipuas in Phraſeologia perquireret, & pro vulgaribus elegantiores ſubjiceret. Id ille hac ratione perfectum dedit:

Intellexeris publicis novis, ut Turcicus exercitus per noſtrum *devictus ſit*, & Belgradum ſe *dediderit*, urbs aurâ *ſaniſſimâ*, agro *fertili*, & cum præcipuis Europæ *comparanda*. *Rumor* quidem ad vos venerit, milites noſtros multis *morbis laboraſſe*, quia reverà calidiſſima æſtas fuit, ſed tamen plerique jam *convaleſcunt*. In ea re *felices* fuimus, quod non item annonæ *caritas* fuit; aliàs multo plures *morituri* erant. Ego quoque graviter *ægrotavi*, atque etiamnum ſum viribus tam *infirmus*, ut vix *incedere* poſſim, quare ex Ungaria vix *abire* hoc autumno potero. Sed, mea ſoror, multas vobiſcum *conquerendi* cauſas habeo, primò quod mihi *ſuaſeritis*, ut *miles* fierem. Qua in re planè me *decepiſtis*, nec aliud *volebatis*, quam me fraudulenter domo *amandare*. Certè ſi *providere* potuiſſem, me tot miſerias *paſſurum*, nunquam domo *abiviſſem*. Alterum eſt, quod valde mihi *dolet*, quod licèt mihi *promiſeritis*, ſæpius vos mihi *ſcripturos*, raró tamen *ſcripſeritis*, ut adeò *credam*, me planè à vobis *contemni*. Denique, cum frequenter rogaſſem, ut cùm ſummè *egerem*, pecuniarum aliquid *mitteretis*, meam penuriam tamen nec nummo *juveritis*. Niſi debita ſaltem *ſolvere* potero, major erit veſtra *infamia*, quàm mea. Quod ſi parens meus adhuc *iratus* eſt, matrem ſaltem roga, ne penitus me *deſerat*, ac omnino mihi *deſperandum* ſit. Vale. Belgradi, &c.

Quære in Phraſeologia Verbo

Intelligo.	Exploratum habeo & perſpectum.
Vinco.	Cum exercitum haberet multis partibus inferiorem, Pompejum in fugam conjecit.
Deditio.	Adjungo ad imperium.
Sana aura.	Cælum ſalubre.
Fertilis.	Lætus.
Comparari.	In contentionem venire.
Divitem.	Omnibus copiis abundans.
Rumor.	Rumore perfertur.
Laboro.	Infirma valetudine proſternor.
Calidus.	Calores immenſos habuimus.
Convaleſco.	E morbo recreor.
Felices.	Commodè tecum actum eſt.
Caritas annonæ.	Annonæ difficultate laborare.
Morior.	Lucis uſuram amittere.
Ægroto.	Morbo opprimor.
Infirmus.	Viribus parum firmis uti.
Incedo.	Greſſum moliri.

Abeo.

Quære Verbo.

Abeo.	Vestigium hinc non movebo.
Queror,	Æqua mihi tecum expostulatio est,
Suadeo.	Tibi author fio.
Miles fio.	Militiæ nomen dare.
Decipio.	Fraude circumvenire.
Expello.	Penatibus patriis detrudere.
Provideo.	Conjecturâ assequor.
Miseria.	Conditione esse miserâ. Calamitatibus conflictari.
Abeo	Pedem effero.
Doleo.	Molestiæ & acerbitatis plurimum contraxi.
Promitto.	Confirmo.
Scribo.	Exarare litteras.
Promissum fallo.	Fidem vestram non liberâstis.
Credo.	In animum induco.
Contemno.	Minimùm de aliquo laborare.
Rogo.	Infimis precibus contendo.
Penuria.	Incredibiles nos premunt pecuniæ angustiæ.
Do.	Aspergere aliquem pecuniolâ.
Solvo.	Ære alienô se liberare.
Infamia.	Gravior ad vos, quam me redundabit infamia.
Ira.	Iram depono.
Rogo	Ago cum aliquo precibus diligentissimis.
Desero.	Neglectum jacere patior.
Despero.	Spes omnis mihi exclusa est.

Estne hæc tota elegantiarum ars? M. Præter summa hæc sunt minora quæpiam, quæ tamen ad ornatum orationis magnopere conferunt, ac prope necessaria sunt. Etenim ut frontis forma non solâ humorum justâ temperie, sed coloris bonitate, membrorum dimenso, aptoque inter se nexu, minimis sæpè naturæ ductibus perficitur, ita è rebus in speciem minutis magnus dictioni decor accrescit. Has ego Elegantias ad *quatuor capita* revoco: Et est 1. *Particularum usus*, 2. *Verborum collocatio.* 3. *Lecti quidam & singulares Latinitatis flores.* 4. *Aptus partium omnium inter se nexus.*

Quis ille est particularum usus? M. Earum nomine *Præpositiones*, *Adverbia* &c. veniunt, quæ quoniam non partem aliquam, sed totum orationis corpus permeant, & alterâ quâque periodo redeunt, multùm interest, ut ritè, & ad linguæ ingenium accommodatè dispensentur. Certè qui *Gallicam*, *Italicam* &c. methodô docent magistri, multum operæ ponunt, ut *particularum* præcipuè vim discentibus inculcent, quod ad universi idiomatis cognitionem eos facile proficere compertum habeant, quibus earum usus expeditus fuerit. *Latinas particulas Tursellinus* aureo opusculo collegit, *Niessius* compendio tradidit, quod item adscribere est visum.

A.

A vel *Ab* eleganter jungitur *verbis neutris*; ut: *A Paulo occidi, interii.* Significat *causam propter quam*: *mare à sole collucet.* *Locum* aut *personam*, unde: *Ab Andrea numeravit aut solvit mihi pecuniam.* Significat idem quod, *Pro*: *A bonorum causa stat. A me est.* Idem quod *Post*: *A morte parentis hic decimus annus est.* Idem quod *Propter*:

Vir ab innocentiâ clementissimus est. Puer â memoriâ præstantissimus. Idem quod *Præpositus alicujus muneri*: *Est mihi ab Epistolis* : *A rationibus*; *a pedibus*.

Abhinc. Jungitur *Ablativo* & *Accusativo*, & *tempus præteritum* tantùm, non *futurum* significat : *Pragæ fui abhinc annis vel annos duodecim*.

Absque. Comicis relinquendum : in soluta oratione meliùs dicitur, *sine injuria*, quam, *absque injuriâ*.

Ad. Pro *usque ad* : *Perpotavit ad insaniam*; *ad insaniam studuit*; *ad obolum persolvit*; *ad unguem scit*. Pro *circiter* : *Ad centum sumus in Rhetoricâ*. Pro *apud* : *ad urbem est*. Pro *quod attinet ad* : *prudens ad consilia*. Pro *secundum* : *ad voluntatem mihi succedunt omnia*. Pro *adversus* : *Herba ad morsus bestiarum*; *ad oculorum morbos*; *ad vulnera*. Pro *præ*: *Doctus Jacobus est, sed nihil ad Antonium*.

Adeo. Pro *verò* : *Hanc adeo illi gratiam habeo*. Item pro *Imo* : *In Schola atque adeò vidente præceptore hoc egit*.

Adhuc. *Temporis* est, non *numeri*: *Adhuc nihil actum est*.

Admodum. Pro *Penè* : *Nihil admodum respondit*; *viginti admodum juvenes in templo garriverùnt*.

Adversus. In *bonam* etiam *partem* accipitur: *Pietas adversus DEUM*.

Æquè. Ponitur aliquando cum *Ac*: *Nemo libris æquè delectatur, ac Paulus*. Aliquando cum *atque*: *Me observat æquè atque te*. Aliquando cum *&* : *Non æquè grandes sunt labores magistro & discipulo*. Aliquando cum *ut*: *Non possum æquè esse in Scholâ ut alii*.

Alius. Sæpe jungitur cum *Ac*, *Et*, *Atque*: *Solet aliud mihi, ac tibi videri*. Rariùs cum *quàm* à Cicerone.

Alias. *Temporis* plerumque est apud *Tullium* : *Canendum aliàs contentiùs, aliàs remissius*.

Aliter. Copulatur plerumque cum *Ac*, *Atque*, ut : *Quàm non salvus sim, si aliter scribo, ac sentio*. *Aliter, atque ostenderam, facio*. *Nescio, quid aliter audio, atque ut ad te scribebam*, *Ne aliter, quàm ego velim, meum laudes ingenium*.

Alterum tantum. Significat *duplo plus*: *Alterum tantum auri non mereat mihi*.

Amplius. Refertur ad *tempus*: *Amplius sunt sex menses*. Ponitur pro *Insuper*. *Decrevi hoc amplius*.

An. Eleganter *dubitat*: *Hoc dixit paucis, antequam mortuus est, diebus, an mensibus?*

Antequam. Aliquando disjungitur: *Quæ causa ante mortua est, quàm tu natus esses*.

Ast. Rarum apud Oratores, non inusitatum. *Cicero* ad *Atticum* : *Crebras â nobis litteras expectas, ast plures mittito*.

Atqui. Pro *attamen*: *Atqui ne ex eo quidem tempore hoc egit*.

B.

Bene. Pro *valde* : *Bene longa oratio*. *Bene longus homo*.

Bellè. Id est, *satis benè* : *bellè cessit negotium*; *bellè habet*.

Brevi. Pro *paucis* : *Complectar brevi*.

C.

Citius. Pro *Potius* : *Citiùs dixerim jactasse se aliquos*.

Citra. Pro *Intra* : *Citra Almenium habitant Eystettenses*. Per *Translationem* : *Citra satietatem comedere*. Pro *sine*: *Citra Fastidium*.

Commodum. Id est, *opportunè*: *Commodùm obviam venisti*.

non Continuò. Id est, *non ideò* : *Non continuò, si me in gregem porcorum intuli, sum improbus*.

Continenter. Pro *sine intermissione*: *Continenter tres horas studuit, potavit, scripsit*.

Contra. Id est, *è contrario*: *Ut hi miseri, sic contra illi beati*. Jungitur cum *Ac*, *Atque*, *Quàm*: *Contra ac licet*. *Contra atque oportet*. *Contra quam promissum est, egit Iacobus*.

Cum. Gaudet indicativo cum temporis est: *Multi anni sunt, Paulus in ære meo cùm est*.

Cur. Cum causa jungitur: *Non fuit Causa, cur tantum laborem caperes*.

D. *De*.

D.

De. Pro *Ex*, accommodatur ad *Personam*: *Audivi hoc de Patre meo. De Fratre quæsivi.* Ad *locum*: *Clamat de viâ.* Ad *tempus*: *De nocte in templum venit.* Ad *gradum*: *De plebe homo.* Ad *multitudinem*: *Unus de multis, de septem.* Idem pro *propter* aliquando sumitur: *Non de nihilo flebat, non de suo supplicio.* Pro *quod attinet*: *De facie novi.* Huc pertinent & illa: *De Consilio; De sententiâ meâ feci; De industria; De integra; De scripto; De verbo; De meo; De tuo; Olent unguento de meo.*

Deinde. Est *ordinis adverbium*: *Anne ego tibi obviam non prodirem? primùm Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde (quod caput est) amico.*

Deinceps. Ferè tantùm significat, *Unum post alium*: Primò bibit Paulus, deinde Petrus, deinceps reliqui.

Dum. Pro *dummodò*: *Libenter servio tibi, dum ne mercedem neges.*

E.

Eatenus. Significat *usque ad eum terminum*: *Si quis esset sordidior, ferebat eatenus eum Stephanus, quoad ipse per se negligeret eas sordes.*

Enimvero. Vehementius affirmat: *Ain' vero? Aio enimvero.* Aliquando usurpatur pro *scilicet*: *Tu enimverò homo lepidus es.* Aliquando pro *demum*: *Nunc enimverò occidi.* Pro *nimirum*: *Enimvero Dii nos quasi pilas habent.*

Ergo. Pro *Causa*: *Nequitiæ ergo puer vapulavit.*

Et. Pro *Et tamen*: *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.*

Etiam. Huic particulæ *Et* præponi facilè non solet; neque enim dicitur tam commodè, sicut: *Atque etiam.* Aliquando vim habet affirmandi: *Aut etiam, aut non responde.* *Repetitum vehementiam* sonat: *Etiam atque etiam te rogo.* Dicimus: *etiamnum* vel *etiamnunc*, pro *adhuc*; quemadmodum etiam & *tunc* pro eo, quod barbari: *usque tunc.*

E vel *Ex.* *Causam* sæpe declarat: *E vitâ langues. Ex me doluisti.* Jungitur *parti Corporis*: *Ex capite laboro; ex pedibus; ex oculis.* Non ita facile reperies: *Ex vertigine, ex insania laborat*; quamvis aliquando reperies. Huc pertinent: *Unus è* vel *ex multis.* Item: *ex insidiis aliquem conficere*; *ex improviso, ex tempore disce.* Item pro *secundum*: *Ex more aliquid facere; ex præceptis Decalogi.* Item: *Ex loco superiore pugnare; ex intervallo ad studia litterarum redire.* Referuntur ad *utilitatem* etiam: *E re meâ est. Ex Republica. Ex nostrâ dignitate, ex æquo decrevit.*

Extra pro *præter*: *Extra Clericos, omnes â Magistratu civili puniri possunt.*

F.

Facilè. Pro *sine Controversiâ*: *Facilè Princeps Oratorum Cicero.* Jungitur & cum *superlativo*: *Facile doctissimus.*

Fortè. Multum differt â *Fortasse*, & *Forsitan*, hoc idem significat quod *casu*: *Nicolaum fortè domi reperi.* Ubi non bene diceres *forsitan* aut *fortasse*. Notandum tamen, quoties antecedit *Si, nisi, ne*, dici *fortè* non *fortasse* aut *forsitan*: *Si quis vestrûm fortè miratur.* Nisi multa aliquando verba interponantur.

H.

Hactenus. *Usque ad hunc terminum* aut *locum* significat. Per *translationem* frequentiùs usurpatur: *De his hactenus.* Cum ad *tempus* refertur, non ita commodè usurpatur: *Gessit se bene hactenus.* Dicendum enim est: *Adhuc benè se gessit.*

Haud. *Haud scio, an*, significat eleganter: *Fortasse est id quidem magnum, atque haud scio, an maximum.* *Haud paulo plus*, id est, *multo plus.*

Hic. Pro, *cum ita res se habeat*: *Hic non miramur tantam audaciam.*

Hinc, Illinc. Pro *hinc, inde*: *Hinc, illinc exhibes mihi negotium.*

I.

Iam nunc. *Ex hoc tempore*, seu quod barbari, *ex nunc*: *De supremo die Iudicii cum cogito, jam nunc horreo.*

Iam diu. Huic non rectè subjicitur, *est quòd*; Ut: *Iam diu est, quòd studeo*; sed: *jam diu studeo.*

Idem. Barbarè subjungitur huic voculæ *cum.* Unde non dices: *Idem est cum illo; sum idem tecum*; sed: *Idem atque ille*; *Idem ac Frater tuus.*

Identidem. Sæpiùs *per intervalla*: *identidem in Febrim relabitur.*

In. Dicimus: *In dies, In posterum, In primis, In diem vivere.* Divisim, non conjunctim. *In caput alicujus pecuniam statuere. Peregrinum in modum exornatus*: *In orbem bibere*, &c.

Infra. *Translatè* elegans est: *Infra me omnia humana duco.* Sumitur pro *post*: *Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit.*

Ipse. Pro *omnino*: *Triginta dies sunt ipsi, cum hæc*, &c.

Id. Dicimus: *Id ætatis, temporis*, pro, *Eo tempore, ætate.*

Iterum. Pro *Secundò*: *Iterum, tertium, quartum Consul. Iterum ac tertiò seu tertiùm consul factus est. Semel, iterum, tertiò* dicendum non est; non, *semel, bis, ter.*

Iuxta. Pro *Æquè*: *Iuxta boni, malique obtruncati sunt.* Assumit *Ac si*: *Tum reliquis officiis juxta, ac si meus Frater esset, sustentavit me.* Item *Cum*: *Iuxta tecum existimo.*

L.

Longè. Idem est quod *procul*: *Longè abest*; non, quod barbari: *A longè illum vidi.*

M.

Maximè. *Vel maximè, ut cum maximè, ut qui maximè sapit.* Elegantia sunt.

Magnopere. *Dividitur* eleganter. *Magnô abs te opere peto.*

Male. Latina sunt: *Malè accipere aliquem*; *Malè multare*; *Malè audire*; *Malè facere alicui*; *Malè esse*; *Malè habere*; *Malè narrare*, &c.

Malum. *Indignantis* est: *Quænam, malum! est ista voluntaria servitus?*

Minimùm. *Vel minimum* dicitur; non tam bene, *ut minimum.*

Mirum. Jungitur cum *quàm*, *quantum*: *Mirum quàm*; *mirum quantum industrius juvenis.*

Modò. Pro *Tantummodò*: *Hi unum modò, quale sit, suspicantur.* Pro *tamen*: *Ad cœlum pervenies, si modò bonus fueris.*

Mox. Jungitur cum *Quàm*: *Quàm mox hoc expedias velim.*

N.

Neque & *Nec*: *Neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* *Negationes* hæ post *non*, vel *nihil*, vel *nullô modô* affirmant. *Non medius fidius præ lachrimis possum reliqua nec cogitare, nec scribere.*

Nihilo. Semper cum *comparativo* jungitur: *Nihilo minus. Nihilo beatior est Iupiter, quam Epicurus.*

Nihilominus dividitur eleganter sæpe: *Nihilo tamen minus.*

Nimium quantum. Idem est, quod *mirum quantum*: *Sales in dicendo nimiùm quantùm valent. Nimiô plus te diligo.*

Nisi. Elegantiæ causâ aliquando assumit *Si*: *Quemquam illudi nolo, nisi si se jactat.*

Nullus. Pro *non*: *Memini, tametsi nullus moneas.*

Numquid. Si addatur *nam*, vehementius *interrogat*: *Numquidnam vis?*

Nunc. Admittit aliquando *jam*: *Nunc jam sum expeditus.*

Nusquam. Barbari dicunt: *Nullibi*; ut &, *ullibi* pro *usquam.*

O.

Ob. Significat aliquando *Ante*: *Ob oculos versatur mihi semper mors.*

Omnino. Pro *nimirum*: *Omnino est amans sui virtus.* Pro *tandem*: *Quid enim est omnino hoc?*

P. Pa-

P.

Pariter. Additur illi *Ac, Atque, Et, Ut* : *Vultu, colore ac motu Corporis pariter atque animô varius. Pariter hoc fit, ut alia facta sunt.*

Parumper & *Paulisper.* *Parvum tempus* significat. Hinc non dices : *Expecta parum* ; sed, *parumper* aut *paulisper*.

Per. Refertur aliquando ad *tempus* : *Per eos dies gesta sunt.* Aliquando ad *Personam* : *Per Iagolum hac transigit.* Aliquando ad *modum* : *Domum per potestatem Georgio abstulit prætor. Per simulationem* ; *Per speciem* ; *Per causam.* Hujus etiam loci sunt : *Per ætatem, per valetudinem non licet. Per invidiam hoc factum est* : *Per* aliquando *concedentis* est : *Per me vel stertas, licet.* Aliquando *obsecrantis* est : *Per fortunas te tuas rogo.*

Perinde. Ponitur cum *ut* : *Perinde ut ego.* Cum *Quasi* : *Perinde loquitur quasi insanus.* Ajunt *proinde* ejusdem esse usus, nisi mendum in typo est.

Porro. Pro *Autem* : *Clamabat porrò Ioannes.* Pro *ultra* : *Ex loco porrò agere in altum equos.*

Post. Dicimus : *Post homines natos* ; *Post hominum memoriam.* Subjungitur eleganter *Quàm.* Post diem quartum, quàm ab urbe discessi.

Postea verò quàm : Plenum elegans est.

Posterius. Pro *postea* : *Posterius ista videbimus.*

Præ. Pro *propter* : *Prægaudio ubi sim, nescio.* Jungitur cum *ut* : *Parum præ ut futurum est, vapulasti.*

Primùm : In tripartitâ enumeratione dici solet : *Primùm, tum, post* : vel *primùm, deinde, tum* : Vel *primùm, deinde, postremò.* Longiores enumerationes liberaliores sunt : v. g. *Primùm, tum, deinde, post, tum, deinde.* Et quemadmodum in principio aliquando omittitur *primum*, sic in fine subjici potest, *ad extremum.*

Primò. Refertur ad *tempus* : *Primò, deinde, post hoc dicam.*

Primus. Eleganter numerabis : *Primus, alter, tertius*, tametsi *secundus* etiam dici possit.

Pro. Aliquando idem est quod *Ante* : *Pro foribus stat.* Idem, quod *In* : *Pro concione laudatus est S. Ignatius.* Idem quod, *alicujus loco* : *Iudæ arbor pro patibulo fuit.* Idem quod, *secundùm* : *Non dubito, quin hoc pro tuâ singulari prudentiâ intelligas.* Dicimus etiam : *Pro re natâ* ; *Pro tempore* ; *Pro opibus meis te juvabo* ; *Pro meâ parte* ; *Pro virili mea* ; *Pro se quisque*, vel, quod idem, *pro sua quisque parte* ; *Pro rata portione* ; *Pro eo ac merui* ; *pro eo ac temporis difficultas fert.*

Propter. Sæpe usurpatur pro *propè* : *Propter ædem sacram habito.* Usus est etiam hujus particulæ, cum *status in loco* significatur ; nam cum declaratur *motus*, *præter* tutius dicitur : *Præter fluvium transivi*, non *propter.*

Propterea, cum. Frequentissimè à Cicerone jungitur : *Cùm essem otiosus in Tusculano, propterea, quòd discipulos obviam miseram.* Cum eodem jungitur non infrequenter *ut* : *Propterea scripsi, ut me non sine causa laborare intelligeres.*

Q.

Qualiscunque. Interdum dividitur, *ut* : *Quale id cunque sit.*

Quasi. Cum *sic* : *Græcas litteras sic avidè arripuit, quasi diuturnam sitim explere cupiens.*

Quampridem. *Quampridem hoc fecisti?*

Quatenus. Significat, *ad quem terminum* : *Videndum est, quatenus amor in amicitia progredi debeat.* Refertur aliquando ad *tempus.* Item significat etiam *ex parte* : *Postulatum est, ut singuli sententia divideretur, quatenus de Religione dicebat.*

Quid cum genitivo : *Quid hominis? Quid mulieris? Quid animi?*

Quod. Dicitur : *Quod ad hoc* ; *Quod ad illud* : *non quoad hoc, quoad illud.*

Qui. Dicitur : *Quicum, quocum.* Pro *cum quo*, quod usitatum non est. *Qui*, pro *quomodo*, in interrogando locum habet.

Quidem. Jungitur cum *certè* pro *saltem* : *Summa habeam cætera, temporis vix certè satis habeo.* Cum *profectò*, magis affirmat: *Nunc quidem profectò satur sum.*

Quomodo. Pro *ut*, vel *sicut* : *Faciemus, quomodo tibi placuerit.*

Quoad. Refertur ad *tempus, locum*, aliusve rei *terminum* : *Quoad fuit Eystadii Nicolaus, probus fuit.* Additur aliquando elegantiæ causâ: *Quoad ejus fieri poterit.*

Quuque. *Decimus quuque ; centesimus quuque*, id est, *unus è decem, è centum.*

S.

Secus. Pro *malè* : *Rectè, an secus, nihil ad nos.* Communiter usurpatur pro *aliter* : *Res se secus habent, quàm intellexi.*

Secundùm. Pro *post* : *Secundùm ea quæro.* Item pro *In* : *Secundùm quietem vidi*, id est, *in somno*: *Secundùm crus læsus sum ; in pede.*

Sin. Pro, *sed si* : *Si mecum sentis, places ; sin cum Petro, non item.*

Sive. Ponitur aliquando cum *seu* ; ut : *Sive ego taceo, seu loquor, scio scire DEUM.*

Sic sum. Pro *ita factus vel constitutus sum* : *Sic est vulgus, facile ut credat omnia. Sic est vita hominis, ut* &c.

Similiter. Jungitur eleganter cum *Ac, Atque, Et* : *Similiter egit, ac si insaniret.*

Simul. Iteratur nonnunquam : *Simul vorat, simul laborat.* Jungitur eleganter pro *quàm primùm* : *Simul intellexi, discessi.* Ejusdem significationis est: *Simul quàm primùm ; Simul ut ; Simul ac* seu *atque.*

Sodes. Dictum est, quasi *si audes*, & usurpatur pro *quæso*, vel *si vis* : *Non pro socio* vel *amico dic, sodes, atque argue me.*

Sub. Aliquando est, *statim post* : *Sub dies festos.* Aliquando idem quod *circa* : *Sub lucem ; Sub vesperam ; Sub id tempus.* Dicitur etiam *sub dio*, seu *divo* ; *Sub aspectum, sub sensum cadit.*

Subter. Contrarium habet *supra* : *Subter præcordia. Subter se*, id est : *Infra se. Subtus se* barbarum est.

Super. Idem est, quod *supra* : *Fronde super viridi.*

Supra. Significat aliquando *ante*: *Hoc suprà dixi* ; non *superius*, quod barbarismum olet. Elegantissimum *Nihil supra*, es ist nichts drüber.

T.

Tam. Est *similitudinis* ; unde in comparatione adsciscit *quàm* : *Tam Ambrosius, quàm Augustinus disertè scripsit.* Non in *copulatione* ; malè enim diceres : *Ambrosius tam Græcè novit quàm Latinè* ; sed *tum Græcè, tum Latinè* ; vel, *& Græcè & Latinè novit.*

Tanquam. Hâc particulâ in *comparatione* libentius utitur Cicero, quàm *velut* ; subjungitur illi, *sic, ita* : *Si tanquam levia vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista gustata magis quàm potata delectant.*

Tantùm. Interdum *Epiphonemati* adhibetur: *Deducebatur cereo funerali & tubicine ; tantum licentia dabat gloria.*

Tantulum : *Si tantulum moræ fuisset. Tantulum malum. Tantâ pœnâ multatur?*

Tanti est. Pro *expedit* : *Fuit tanti. Est mihi tanti, hoc fieri* &c. *Nil tanti est.* Elegantissimè dicitur. *Iuratus tibi possum dicere, nihil tanti est.*

Temerè. Significat, quod barbari dicunt, *casu*: *Non temerè hoc scribo.*

Totidem. Dicimus : *Hanc Epistolam totidem verbis interpretatus sum, gemini fratres fuerunt, at hi non totidem annos vixerunt.*

V.

Ubi : *Ubi primùm hoc intellexi*, pro *quàmprimùm. Ubi, ubi sit*, pro *ubicunque.*

Vel. Usurpatur pro *saltem* : *Si nihil aliud, vel hoc age.* Pro *etiam* affirmando: *Vel hoc pueri nôrunt. Superlativis* eleganter adjungitur: *Vel optimè ; Vel maximè.*

Ullibi barbarum est: Latinus dicet *Usquam.*

Ultro citroque. Quod vulgus, *hinc, inde* : *Ultro, citroque cursare.* Per *translationem* significat *mutuo* vel *inter se* : *Beneficia ultro citroq; data & accepta.*

Unus, Alter, Tertius. Si numeratur, cum plures duobus sunt. Pro *Tertius* subjungitur aliquando *plures.* Dicitur: *Unus aliquis.* *Unus, quivis, quidam.* Dicitur: *Ad unum omnes.* *Unus ex omnibus, vel inter omnes.* *Unus* cum *superlativo* valde auget : *Justissimus unus, qui fuit in Teucris.* Item eleganter : *Unus omnium loquacissimus puer.*

Usque adeo. Epiphonemati servit : *Dionysius Tyrannus expulsus Corinthi pueros docebat; usq; adeo Imperio carere non potuit.*

Usque. Sæpè significat *assiduitatem* & *perseverantiam* : *Hoc mihi usque curæ erit.*

Ut Eleganter ponitur pro *quemadmodum* : *Præsertim ut nunc sunt mores.* Item pro *quamvis* : *Ut omnia possideas, nunc ad inferos ibis.* Latina sunt : *Ut nunc est*; *Ut nunc habet*; *Ut nunc fit.* Geminatur etiam : *Ut ut est*, pro *utcunq; est.* *Sit, ut sit*, dicit Barbarus. *Ut primum*; *Ut maximè*; *ut cum maximè.* Usitatissima.

Uter. De duobus dicitur. Hinc si duo tantum peccârunt, quæres : *Uter fecit?* non *quis fecit?* Eôdem modô quæritur de duobus. *Utrum tibi placet, nigrum an album?* Quamvis apud Ciceronem *utrum* reperiatur etiam de pluribus.

Quid de verborum collocatione habes? M. Rhetoris quidem hæc ars propria, nec tamen vel tironi negligenda; cum ad ornatum orationis vel squalorem plurimum intersit, quô ordine collocentur verba, sic ut eadem sententia, sed aliter disposita, jam se ipsâ elegantior videatur. Perinde ut capilli iidem, qui sparsi horrori fuerant, pectine compositi in ornamentum vertunt. Præcipuas quasdam de *collocatione* observationes ex *Sylvio* subnecto.

Elegantiæ Collocationis.

1. Verbum plerumque periodum terminat.
 Ex.gr. *Non enim procacitate linguæ vitæ sordes* diluuntur.
2. *Omnis, nullus, meus, tuus, suus*, eleganter in finem periodi rejiciuntur.
 Illa lex turpitudinem habet summam, gratiam nullam. *Si animum inspiceres* meum.
3. Comparativa & superlativa tum in fronte tum in fine periodi.
 Agricultura nihil melius, dignius *nihil invenitur.*
4. Cum idem vocabulum repetitur, continenter ponitur.
 Amicus amici *consuetudine gaudet.* Clavus clavo *truditur.*
5. Idem de derivatis intellige
 Oratori orationes *sunt legendæ.* Deformis deformitate *suâ ne dejiciatur.*
6. Duo contraria itidem continenter ponuntur.
 Docti indoctis *præstant.* *Alii* exultant, lamentantur *alii.*
7. E numerabilibus minor præponitur.
 Annus octavus *& tricesimus.* Sextus *decimus.*
8. Genitivus eleganter ab altero substantivo voce aliqua interjectâ separatur.
 Tuarum litterarum *admiratus sum* elegantiam.
9. Inter *magis quàm* nihil interponitur.
 Laude delector magis quàm *pecuniâ.*
10. Particula *quam* elegans est inter duos comparativos.
 Felicior quam *ditior.* *Laudas me amicius* quam *veriùs.*
11. Particula *quam* inter duo nomina eleganter ante comparativum ponitur.
 Re quam *verbis liberalior.* *Aristoteles* quam *Plato doctior.*
12. Item ante verbum *malo.*
 Italiam, quam *vitam deserere malo.* *Intelligi me*, quàm *laudari malo.*
13. Inter *duo epitheta* vox aliqua interjicitur.
 Magnum *opus omnino atque* arduum.

14. Continuata *duo substantiva* vix sine particula *&* ponuntur.
Tuis illum officiis & *liberalitate adjuva.*

15. Vocabula *composita* interdum dividuntur.
Magno *à te* opere *peto*. Rem *vero* publicam *ne desere*.

16. Part. *antequam, priusquam, postquam* eleganter dividuntur.
Nullas ante *litteras accepi*, quàm *tu redieras*. Post *diem quartam*, quàm *in Britanniam ventum est*, *eum adii*. *Parandum* prius *bellum*, quàm *gerendum*.

17. Nomen *dignitatis* proprio præponitur.
Pontifex maximus *Clemens*. Cæsar *Carolus*.

18. *Cognomina* nominibus anteponuntur.
Phalereus *Demetrius*. Montecuculus *Raymundus*.

19. Præpositio ponitur post *cujus*, *quorum*.
Cujus ex *amicitia*; *quorum* in *ædibus*.

20. Accusativus post infinitivum.
Contemni te *putas*. *Mirari* se *ait*.

21. Participio postponuntur *me, te, se*.
Visurum me *spero*. *Amantem* me *redama*.

22. Ablativus absolutus in fronte vel medio, certè ante verbum ponitur.
Re intellectâ *ad te properabo*.

23. *Ut ne*, loco *ne*.
Operam da, ut ne *fallare*.

24. Inter particulas *ne quidem, non solùm, non tantùm, non modò, sed etiam*, aliquid eleganter interponitur.
Amicitia non *mutua* solùm *colenda*, *sed*. Non *Petrus* tantùm, *sed omnis*. Non *pilis* tantùm, sed *gladiis* etiam.

25. Part. *si, nisi*, non in fronte, sed proximè verbum eleganter locantur.
Amantem si *negligis*; *id ille* si *fecerit*.

26. *Ut* in medio & proximè verbum.
Negotium ut *conficias, labora*. *Ita confusa est oratio*, *nihil* ut *primum*, *nihil* ut *sit secundum*.

27. *Qui, quæ, quod*; item: *cum, dum, cur, ne*, eleganter in medio.
Relictum quod *erat, arripui*. *Eam causam* cùm *suscipio*. *Ambulatum* dum *iret*. *Fortunæ vim* ne *experire*.

Quas autem singulares Latinæ linguæ elegantias memorabas? M. Docti quidam viri & Latinitatis instaurandæ studiosissimi, assidua è Ciceronis lectione, observationes quasdam & velut Idiotismos Latinæ elegantiæ collegêre, in quibus singulare quid & reconditum sibi deprehendisse videbantur. Quæ revera si post diligentem lectitationem in rem tuam verteris, saporem quendam, nescio quem, toti orationi aspergunt. Horum tres centurias *Sylvius*, ex his lectiores CXLIX. *Buchlerus* congessit. Præ cæteris verò laudatur *Hadriani Cardinalis* opusculum. Utriusque succum tibi exprimendum censui.

Antequam *Sylvii* observationes adscribam, afferenda mihi sunt duo palmaria Elegantiæ artificia, quibus si juvenes egregiè assuefacti fuerunt, multùm se ad comparandam Latini sermonis venustatem adjuvari sentient. *Alterum* est crebrior Participiorum & Ablat. absoluti usus; *Alterum*, duarum sententiarum in unam artificiosa contractio.

Crebrior participiorum usus tanto commendatior fit, oportet, Germanis adolescentibus, partim quod is breviorem, & ideo illustriorem, pinguiorem, venustiorem denique reddat orationem; partim quod cum Germanicum Idioma participiis futuri temporis, gerundiis, ablat. absoluto omnino desti-

destituatur, si Germanum item morem in Latino tenueris, impolita & nescio quid ruditatis spirans oratio exibit. Assume thema quodvis crebris particulis & contextum; participiis id commuta, neque alia additâ elegantiâ elegantiorem factam miraberis. Utimur verò participiis, cùm duæ sententiæ per particulas *&, cùm, dum, quando*, vel relativa *qui, quæ* &c. conjunguntur, quod syntaxistæ bene exercitato facilè ac promptum. Vide paradigmata.

Cùm ante biennium â te discederem, promisisti mihi, *quod* pecuniam transmittere velis, *quæ* mihi necessaria foret.	*Discedenti mihi necessariam pecuniam missurum te receperas.*
Advenit amicus meus, tunc manum ei dedi, & prandium apposui, & apud me manere jussi.	*Advenienti amico meo porrectâ dextrâ epulisq; refecto hospitium obtuli.*
Miror te, *quod cum* aliis toties scribas, *qui* tibi nihil rescribunt, mihi non scribas, *qui* diligentissimè rescribo.	*Miror te ad alios nihil rescribentes scribere toties, mihi diligentissimè rescribenti silere.*
Magister laudavit me, & primo loco posuit, & imagine donavit.	*Magister laudato mihi præter primum locum imaginem donavit.*
Fuit quidam rex, qui legem tulit, *quòd quicunque* subitò mori deberet, manè *ante ortum solis* ante domum ejus tubas canerent, & statim talis vestibus nigris se indueret, & sic ad judicium properaret.	*Rex quidam legem tulit, ut quibus subitò moriendum esset, tubis summô manè ad domum canentibus pullis induti ad judicium properarent.*
Ille rex magnum convivium fecit, & omnes satrapas regni vocari fecit, *qui* & venerunt. *Erant* hic omnes generis musici, *qui* ex suavi melodia magnum solatium convivis fecerunt, Rex vero nullum lætitiæ signum ostendit, & vultum tristem habuit, & suspiria emittebat.	*Idem rex evocatos omnes regni satrapas magno convivio excepit. Symphoniacis suavi melodia convivas recreantibus, unus nullo ostenso lætitiæ signo fronte contracta suspiriis indulgebat.*
Videntes hoc convivæ admirati sunt, & non audebant causam tristitiæ petere, & ideo fratri regis *dixerunt*, *ut* causam indagaret, qui & fecit. Ait Rex: Crastina die responsum audies.	*Videntes & admirabundi convivæ, causamque tristitiæ petere non ausi, per germanum Regis rem indagant; Cui ille: Cras, inquit, responsum audies.*
Et præcepit Buccinatoribus, sequenti die venirent ante fratris domum, & tubis canerent. Audiens hoc, commota sunt viscera ejus, & se vestibus nigris induit, & ad regem ivit.	*Iussis verò postridie ad ejus ædes canere Buccinatoribus, vehementer commotus, pullatus ad Regem properat.*
Hic fecit fieri foveam profundam, & ultra foveam cathedram fragilem, *quæ* quatuor pedes fragiles habuit, & fecit fratrem suum exui vestibus, & super cathedram poni. Cum esset in cathedra positus, fecit, ut supra caput gladius acutus per filum sericum penderet, & quatuor armati cum gladiis acutissimis starent, unus â parte anteriore, unus â posteriore, unus â parte dextra, unus â sinistra, &c. &c.	*Ille parata profunda fovea cathedram fragilem, quaternis fragilibus pedibus nixam, imponi, in eaque germanum vestibus exutum collocari jubet; præacutô etiam gladiô supra sedentis caput, è filo tenui suspensô, quatuor armatis ad singula latera appositis &c.*

Vide, quàm solâ hâc participiorum elegantiâ adjectâ longè aliam speciem induxerit hispida alias, & teutonicum sonans narratio. Putem non

aliâ arte illuſtrem adeo & veluti adipalem eſſe *Livii* brevitatem. En è prima pagina periodum unam, quâ quàm multa, quàm breviter & eleganter dicit:

Inde Turnus Rutulique diffiſi rebus ad florentes Hetruſcorum opes, Mezentiumque eorum regem confugiunt. Qui Cære opulento tum oppido imperitans, jam inde ab initio minimè lætus novæ origine urbis, & tum nimiô plus, quàm ſatis tutum eſſet accolis, rem Trojanam creſcere ratus, haud gravatim ſocia arma Rutulis junxit.

Germanus verò quantô verborum circuitu ſententiam eandem redderet! in hunc fortaſſe modum:

Turnus und die Rutuler fangen an aus ihrem Handel ein Mißtrauen zu ſchöpffen / wenden ſich derohalben zu denen Hetruriern / ſo dazumahl ſehr mächtig / und in groſſem Anſehen waren. Sie hatten zu einem König Mezentium, welcher zu Cäre herrſchete / welches derzeiten eine ziemlich reiche Stadt war. Dieſer König hat ſich ſchon dazumahl ſehr beſtürzet / da er den Anfang dieſer neuen Stadt vermerckte / in Meynung / es würde ſich die Macht der Trojaner mehr vergröſſeren / als es die Sicherheit anliegender Völckern erleiden könte. Dahero er ſich gantz willig mit den Rutulern in eine Bündnus eingelaſſen.

Tractandorum aptè participiorum imperitus fortaſſe ita redderet:

Inde Turnus & Rutuli rebus ſuis *diffidere incipiunt*, *atq; ideo* ad Hetruſcos; *qui tum* opibus florebant, convertunt, *&* ad eorum regem Mezentium, qui tum Cære *imperabat* opulento oppido. Is jam tum minimè lætabatur, *cùm* nova urbs conderetur, & rebatur, rem Trojanorum magis creſcere, quàm accolis ſat tutum eſſet, *ideo* haud gravatè Rutulis ſocia arma junxit.

Alterum, quod dixi, Elegantiæ artificium eſt *in duarum ſententiarum in unam contractione*. Ejus hæc eſt ratio: In longiore quovis orationis contextu maxima pars ſententiarum aliæ ponunt aliquid, ſeu *affirmant*, aliæ dicti *rationem* reddunt; ambæ ferè per particulas illas cauſales inter ſe nectuntur, quales ſunt: *quia*, *cum*, *quod*, *quoniam*, *eò*, *ideo*, *idcirco*, *propterea*, *nam*, *enim*, *quippe*, *etenim*. Verbum ejus ſententiæ, quæ *rationem reddit*, in ſubſtantivum converte, ſic ut ex duabus una ejusdem notionis ſententia fiat, qua in re judiciô opus & exemplis. Horum habeto aliqua.

Ignoſce, quod tardus fuerim.	*Ignoſce tarditati.*
Annona defecerat, & *ideo* deditionem facere coactus eſt hoſtis.	*Annonæ inopia deditionem maturavit.*
Solvi debuit conſilium, *quod* clamor obortus omnia turbaverat.	*Oborta cum clamore turba conſilium ſolvêre.*
Quia hyems erat aſperrima, nihil agi potuit.	*Hyems rem agi prohibuerat.*
Cave pomeridianum ſomnum, magnum *enim* languorem creat.	*Cave ab conſequente pomeridianum ſomnum languore.*
Ne eum læſeris, *nam* validas ad vindictam vires habet.	*Validas hominis ad vindictam vires ne injuriâ provocâris.*
Quoniam diuturnum laborem pauci tolerant, pauci item docti fiunt.	*Diutini laboris intolerantia paucos doctos procreat.*
Si Elegans eſſe cupis, diu te exercites oportet.	*Diuturna exercitatione elegantiam quæres.*
Studiis aptus non ſum, *quia* calidiſſimum tempus eſt.	*Immodicus calor ſtudiis me ineptum facit.*

Noctu

Noctu ne vigiles, *quia* necesse erit, *ut* interdiu dormias.	*Nocturnis vigiliis diurnum somnum provocabis.*
Si juvenis otiaris, senex egebis.	*Otiosa juventus inopem senectutem trahet.*
Ut longævus sis, parentes honora.	*Honore parentibus habitô longævitatem emes.*

Sylvii Elegantiæ.

Loco	Elegantius.	Exemplum.
Valdè imbebillus.	*Comparativus.*	Corpus habet *imbecillum*, iram *impotentiorem*.
Quàm ut.	*Quàm quem*,	Amor in te major est, *quàm quem* exprimere possim.
Quanto, tanto.	*Quò, hôc s. eò.*	*Quò* difficilius, *hôc* præclarius,
Secundùm quod quisque.	*Ut quisq.*	*Ut quisq.* optimus, ita & modestissimus est.
Non sum talis.	*Non sum is, quem.*	Nom sum *is, quem* impune contemnas.
Nullus.	*Nemo,* in fine	Hominem id nescire puto *neminem*.
Longus.	*Diutinus.*	*Diutinum* laborem non fero.
Non est opus, ut.	*Non est, nihil est.*	*Non est, nihil est, quid est*, cur gratias agat.
Suadeo ut.	*Hoc velim, facias.*	Gratum mihi, utile tibi feceris.
Quàm.	*Ac.*	Longè alius sum, *ac* tu existimes.
Primo, 2do, 3tio, 4to.	*Primum, deinde postea, deniq.*	Deus primùm amandus, deinde patria, postea parentes, denique, amici.
Juxta, secundùm.	*Cum relativo.*	Tarditati meæ, *qua tua est humanitas*, facile ignosces.
Quomodo, cum quo.	*Qui, quicum.*	*Qui* vales? *quicum* agis?
Interrogationi.	Tandem *adjungitur.*	Quid *tandem* te fiet?
Ad amici domum, â patris domo.	*Omittitur* domus.	Ad amicum, â patre venio. Ad te ibo.
Dignus amari.	*Cum relat.* qui.	Dignus, *qui* ameris. Idoneus, *qui* excellas.
Alius, a, ud.	*Repetitur.*	*Aliud* dicis, *aliud* cogitas.
Præcedens.	*Superior.*	Superiore annô, *superiores* litteræ.
Dicimus, quòd non.	*Negamus.*	Nobilitatem scientiæ præstare *negamus*.
Tantum abest.	*Cum gemino* ut.	*Tantum abest, ut* te oderim, *ut* etiam magnopere amem.
Sed.	*Omittitur subinde.*	Copiâ, non inopiâ labora.
Cibô non opprime, sed refice corpus.		Cibô refice corpus, non opprime.

Cæteras Buchleri elegantias ad hanc methodum suô quisque marte conscribet, atque memoriæ causa in adversaria referet.

Vidi quosdam in epistola vel Chria componenda Elegantiæ causâ Synonymis Poëticis utentes? M. Immani se piaculo obstrinxêre. Canunt Poëtæ, loquuntur oratores; Poësis voluptati utili, soluta oratio necessitati servit & utilitati; quare loquendi genera infinito inter se discrimine dissident; quod Poëtis decorum maximè apud oratorem longè putidissimum est. Quàm ridiculus foret is, quem subjicio, epistolæ è synonymis petitus ornatus;

Intellexeris è publicis nuntiis, ut Turcicus exercitus per nostrum devictus sit, & Belgradum se dediderit, urbs aurâ saniſsima, agro fertili, dives, cum præcipuis Europæ comparanda.

Audieris etiam milites multis morbis laborasse, quia calidiſsima ætas fuit, sed nunc plerique convalescunt.

In ea re felices fuimus, quod annonæ copia fuerit, aliàs longè plures morituri erant.

Ego quoque graviter ægrotavi, sic, ut hac autumno ex Ungaria abire vix possim, &c.

Elegantia Poëtica.

Intellexeris è publicis Mercuriis, ut Bistonidum hastata seges per nostra agmina devicta, trepidâ formidine ceu fumus in auras abierit, & Belgradi Capitolia alta Eugenium Apollineâ lauro cinctum tempora admiserint. Urbs est cæli facie ridentiſsima, ubere camporum fertilissimo, Cereris & Bacchi ferace; fulvi metalli dives, & præcipuis Europæ assimilanda.

Audieris etiam è caduciferis dira morborum examina militum corpora edisse, quia Sirii latrantis ardoribus vehementer tosti fuerant, at nunc plerosque Salus respicit & Diva Sanitas.

In ea re vultu sereno nobis risit fortuna, quod pleno copiæ cornu annona nobis fluxerit, alioquin longe plures ad stygis atria subiissent.

Mihi quoque tabificus morbus membra populatus est, & adhuc titubantes artus ita torpent, ut pampineo ac udo hoc anni tempore infaustis his oris excedere nequeam, &c.

Alii quidam ex authoribus aliis recentioribus, *qui vulgo circumferuntur, excerpunt.* M. Ingenti quidem suo malo. Uti Latini sermonis puritatem sectanti medii ævi barbaries omni conatu vitanda est, itâ nostrâ hâc tempestate novitiæ quædam elegantiæ enatæ velis remisque declinandæ sunt. Sunt scriptores, quorum alii Metaphorico ac Poëtico dicendi genere, alii perpetua figurarum frequentatione, alii denique eruditiorum Græcorum nominum sesquipedaliumque vocum congerie pulchri sibi & ornati videntur. Verbô, elegantias sectantur, quarum non dicam aureâ, nec argenteâ, sed nec æneâ ætate exemplum, aut vestigium ullum reperias. Si autem ad claſsicos nihilominus etiam hodiernos legere cupis, *Sadoletum*, *Manutium*, *Bembum*, *Muretum*, *Perpinianum*, *Nigronium*, *Bencium*, *Juvencium*, *Stradam*, *Maffæum*, *Marianam* delige, quorum flores ad antiquam illam venustatem acceſsere proximè. Vin' paradigmata frigidiſsimarum elegantiarum?

Ad extremas nauseantis naturæ vomitu rejectas insulas profugus.

Ad extremum naturæ deficientis limbum tua fama evolabit.

Adeo violenta pietas cælos evocat, suspiriis divinas auras attrahit, per lachrymas divinorum beneficiorum onerarias deportat.

Non eam formam dico, quam detestanda idololatria, pedisſequa vanitatis, mulieres cogitationum suarum circum, curarum amphiteatrum, plausuum arenam definiunt; quin detractam cadaveribus comam insigni sacrilegiô suis capitibus immolant.

Cum primi florent anni, jam maturitas autumnabat in vultu.

Indoles puero est, calidè boni sitibunda.

Non expandunt se hortensem in iridem folia, nisi è laboris nubibus sudoris pluviæ destillârint.

Capillos cogunt in suggestum; sed crede mihi, nunquam illo de suggestu peroravit sapientia; sub illâ cæsarie nihil reperies quàm Aristophanis Nebulas, Polystra-

lystrati somnia, solasque tenebras in augustissimo illo Capitolio scilicet triumphantes.

Comitas illi tanta, quæ sola *Comitem* efficere potuisset, etsi natales negâssent.

Illæ lachrymæ, quas dolor excutit, occidentis sunt solis mare, si unquam aliud amarissimum; cujus undæ jam oculis innatant, & effractis veluti repagulis per acerbissimos fluctus genis insultant: cujus maris reciprocatio vestri sunt singultus: cujus fluctus sunt sævi, & alterno turbine in seipsos repercussi dolores: cujus murmura sunt incondita, fumus prosequentium lamenta, cujus æstus sunt singultientes vestri gemitus: cujus venti sunt vestra, Academici, suspiria.

Bruta, quæ non Dædala Dei serva Physica in lucem suscepit absolutè, sed quæ vix tenui fistula cohærentia edidit imperfectè.

Adsit *Plinius*, experientissimus *Plinius*, & enunciet, ubi vel in aëre inter volucres, vel flumine inter pisces, vel sylva inter feras cessantium sic observetur inertia, uti in alveolis inter apes. Glis somniculosus est, extremè somniculosus est, glires tolerant; vitulus marinus ignavus est, incredibiliter propemodum ignavus est, vituli non taxant; Fucus torpidus est, incessabiliter torpidus est, reliqui Fuci non curant. Sed apis, si cessat, quam acriter sociæ observant, quid? quam duriter castigant; quid? quam severa morte puniunt.

Hoc antequam faciam, â vobis bonarum artium & partium consecraneis eo, quo possum & debeo, debeo autem omni, possum tenui, contendo opere, velitis meæ dissertatiunculæ vela benevolentiæ vestræ favonio, & auscultationis Zephyro, & sublevare & propellere, suum, ad quem tendit, ut portum consequatur facilius & felicius.

Cum voluntas hominis infinitis apostematibus ulcerosa, appetitus & affectuum vomicis ad mortem usque decumbat saucia, in nosocomium illud & infirmarium, morum poliendorum heroina tanquam medica se penetrat: quò suis pharmacis, suis virtutum emplastris saucium sanet, ulcerosum curet, saluberrima medica, omnium morborum peritissima medica! laboras morbo temeritatis? Ethica medica est; melancholia timiditatis? Ethica medica est; quartana pertinaciæ? Ethica medica est; phthisi ingluviei? Ethica medica est; cancrô avaritiæ? Ethica medica est; pestilentiâ lasciviæ? Ethica medica est; urgeris asthmate sordidæ tenacitatis? Ethica medica est; luce & vitiligine philautiæ? Ethica medica est; serpigine & impetigine ambitionis? Ethica medica est; Hydrope inflatæ elationis? Ethica medica est; dysenteria garrulitatis? Ethica medica est; paralysi ignaviæ? Ethica medica est; Apoplexia crudelitatis? Ethica medica est; lienteriâ & lubricitate scurrilitatis? Ethica medica est; adulationis podagrâ? Ethica medica est; injustitiæ hecticâ? Ethica medica est; tota voluntatis cachexiâ? Ethica medica est; Cachexiam voluntatis ad eupraxiæ, injustitiam ad justitiæ, adulationem ad humanitatis, scurrilitatem ad urbanitatis, crudelitatem ad mansuetudinis, ignaviam ad diligentiæ, garrulitatem ad taciturnitatis, invidiam ad benevolentiæ, ambitionem, elationem, philautiam ad modestiæ, sordidam tenacitatem ad magnificentiæ, lasciviam ad castitatis, ingluviem ad sobrietatis, pertinaciam ad constantiæ, timiditatem & temeritatem ad fortitudinis pristinam, quantum in hac infirmitate fieri potest, redigit sanam mediocritatem, ad mediocrem sanitatem. Aurea medica! quis te non efferat laudibus, tui admirator? quis te non excolat studiis? sanitatis contempror. Victrix es, quis te superciliosè negligat? vitiorum prostibulum; affectus edomas, Imperatrix es, quis te fastidiosè despuat? servitutis mancipium; rationi imperas.

Nominativi illi socii, Genitivi nummi, Dativi nulli, Accusativi populi, Vocativi oculi, Ablativi loculi? gens nimium furtiva, furtiva intemperanter, gens lucratoria, lucratoria inexplebiliter, gens prædatoria, prædatoria per plateas; quid per plateas dico? parum hoc est, dicam per totas urbes; quid per urbes dico? & hoc parum est, dicam per integras provincias; Gens, quam, quia fraus nova est, novo nomine cum Misnia Kipticam Wipticam nominaverunt.

Fructuosa eruditionis cælestis disciplina est, edocet, præcipit, pollicetur, minatur supplicia, pollicetur præmia, præcipit bona, edocet vera, vera sine fallacia, bona

ſine malitia, præmia ſine miſeria, ſupplicia ſine injuſtitia; Jucunda Divini eloquii eſca eſt: ecquid ſentitur dulcius? animam ſaginat, ecquid ſumitur avidius? viſcera impinguat, impinguat morum ſapore, ſaginat fidei dulcedine. Lucida ſalvifici verbi lucerna eſt; cæcutis? illuminat; exorbitas? reducit ſine præcipitiis, illuminat ſine tenebris.

Verba, quæ volantia poëtæ appellant, ea verba detractis pinnis intra murum candentium dentium preme.

Gaudia ubi eſtis? cælum vos provocat; jubila ubi eſtis? terra vos invitat; cælum quod candicat, candicat ſerenitate; terra quæ ridet, ridet jucunditate. Profecto ſi unquam ἀπὸ βαθείας γνώμης per omnes ſenſuum feneſtras juſtè erumpetis, nunc juſtiſſimè deliteſcitis. Auris audiat, pupilla videat, manus tangat, ecquæ tangit, niſi formoſa? ecquæ videt niſi fructuoſa? ecquæ audit niſi canora? canora avium, avium quæ trutillant, ut citharæ, fritillant ut tibiæ, minuriunt ut barbiti, pipiunt ut ſeſe non æquiparent litui. Fructuoſa, agrorum; agrorum, qui copiam ſuam & horreis ad neceſſitatem, & cellariis ad hilaritatem, & penuariis non ita pollicentur ad ſaturitatem. Formoſa hortorum, hortorum, qui hic niveo, illic flammeo, hic eburneo, illic âureo, illic purpureo, hic colore ita luxuriant ſanguineo, ut artifici foret fas æmulari, nunquam poteſtas imitari.

Animi ſui pabulum vel Hiſtoricus expetit? reperit in Virgilio: vel phyſicus indagat? conſpicit in Virgilio: vel Politicus depoſcit? haurit ex Virgilio: vel œconomicus inquirit? coacervat ex Virgilio? vel militaris annuit? carpit, & quidem ad ſatietatem, ex Virgilio. Tu verò & Rhetor, & cum Rhetore Poëta Virgilium hunc tuum admirare, & admirando obſtupeſce.

Quæris gentem vel impudentem? fæx vulgi eſt; vel indoctam? fæx vulgi eſt; vel indocilem? fæx vulgi eſt; vel rudem? fæx vulgi eſt; vel incautam? fæx vulgi eſt; vel imperitam? fæx vulgi eſt; vel inertem? fæx vulgi eſt; vel infidam? fæx vulgi eſt; vel mobilem? fæx vulgi eſt; vel præcipitem? fæx vulgi eſt; vel diſcordioſam? fæx vulgi eſt; vel pavidam? fæx vulgi eſt; vel iniquam? fæx vulgi eſt; vel loquacem? fæx vulgi eſt; vel turbidam? fæx vulgi eſt; vel indomitam? fæx vulgi eſt. Indomita, ſi Cantalycii; Turbida, ſi Taciti; agreſtis, ſi Pacifici; Invida, ſi Augurelli; & quidem à natura, ſi Lipſii; loquax, ſi Strozii; iniqua, ſi Politiani; diſcordioſa, ſi Saluſtii; pavida, ſi Claudiani; præceps, ſi Annæi; ad torrentis ſimilitudinem, ſi Herodoti; mutabilis, ſi Valerii; anceps, ſi Statii; mobilis, ſi Syllii; & quidem ſicut mare, ſi Livii & Curtii; invita, ſi Horatii; iners, ſi Luciani; imperita, ſi Columellæ; incauta ſi Virgilii; rudis, ſi Ovidii; indocilis, ſi Mantuani; indocta, ſi Apuleii; imprudens, ſi fidem noſtram calamo tribuamus Fauſti.

Nihil igitur niſi ex alieno, nihil unquam de meo elegans erit? M. Docet equidem Nieſſius, boni Rhetoris eſſe, non tam phraſes elegantes aliunde colligere, quam facere, hoc eſt, noſſe artificium copulandi verba more Latinorum. Author tamen fuero tironi, non aliis, quam illis ſuâ vel alienâ operâ collectis uti; procedente ætate, firmiore jam judicio, ſuapte phraſes ipſe procudet, ſed veteribus imitatione ſimiles, modeſtas, probatas.

Quid amabo in tali loquendi genere non dicam cordatum, ſenatorium, virile, ſed quid elegans, quid non futile, ridiculum, puerile? Talium verò facetiarum artifex idem *Mellificii* cujusdam author eſt, quod ita inſcribitur: — — — — — — — — — — — —

Quæ inſcriptio quàm Latinis auribus inſolens, quàm dura ſit, tute ſenties. At ſi è talibus floribus mel fabricare jubeantur apiculæ noſtræ, hæc, inquam, tam abſurda ſi ad imitandum diſcipulis proponantur, quis jam de corruptæ Eloquentiæ cauſis quærendum ultra cenſebit?

Caput

Caput V.

De Copia Verborum.

S*I jam purè, si etiam eleganter scribo, in portu ero?* M. Nondum quidem, *Copiosè* insuper scribas. Unam aliquam sententiam semel nec impropriè nec inculte efferre multorum nec maximi negotii est. At rem eandem aliis atque aliis verborum formis variare toties, ac gestum in scenâ Roscius; nova sæpius convestire specie, ut cum idem dicas, aliud semper dicere videâre, hoc paucorum ac fortasse in Latinitatis studio summum est. Hac laude præcipue ita effloruit Cicero, ut, quibus affluebat, *orationis divitiis* jam Latinissimi sui ævi oratores in stuporem daret.

Vis dicere artem variandi? M. Equidem. Illud autem fero ægerrimè, quod cum voluntate vel in socordiæ vestræ supplicium *variatis* argumentum, inutiliter fere chartas tempusque projiciatis; Cum tamen hac in exercitatione tantum sit tamque necessarium futuro Poëtæ ac Rhetori adjumentum. Poëtæ certè uni alicui verborum formulæ velut compedibus alligati, quam miserè se suâ inopiâ discruciant, quibus facile carmen flueret, si copiam ante parassent. Quid oratore, quid concionatore miserabilius, qui eadem verborum crambe obtundit, nullâ varietate recreat audientes?

Quibus præceptis ea ars continetur? M. Ad *sex capita* revocari possunt omnia quæ alii diffusè tradidêre. Sunt autem hi copiæ fontes longè uberrimi: *I. Synonymia. II. Enallage, Latinis Commutatio. III. Periphrasis, Latinis circumscriptio. IV. Metaphora seu translatio. V. Comparatio. VI. Æquipollentia, Græcis Isodynamia.*

Nihil horum intelligo. M. Princeps Copiæ Fons *Synonymia* est, seu verborum idem aut prope idem significantium congeries. Hanc verò in Phraseologico opere habes; in ejus porro tractatione hâc viâ incedes:

1. Propositæ sententiæ partes omnes, verba, nomina, adverbia singillatim percurres, ac respondentia iis Synonyma in chartam adnotabis.

2. Quoniam vox ferè nulla est, quæ non similem ac affines plures haberet, neque tamen in Lexico singulis subjectæ sint singulæ, ideò sua iterum synonymis synonyma conquires.

3. Atque ut volvendi compendium aliquod facias, nec odiosè iter idem relegendum sit sæpius, eâdem operâ utrorumque synonymorum Enallagas seu commutationes exscribes. Exemplo, quod mox subjicio, rem disces melius.

Quid rei est Enallage seu commutatio? M. Figura est in speciem humilis, ad varietatem tamen orationi conciliandam momenti maximi. *Commutatio* dicitur, quod per eam verba paulum deflexa & commutata ponantur. Duobus potissimum modis constat, cum vel 1. pars orationis aliâ commutatur, vel 2. qualitas solùm, vel quæ vocant orationis accidentia immutantur.

Pars

Pars orationis alia commutatur his ferè modis:
Poëtam verborum copia plurimùm juvat.

Nomen.		
Sübſtantivum in Adjectivum.	*Copia.* *Poëtam.* *Auxilium fert.*	*Copioſa* oratio. Artis *Poeticæ* ſtudioſum. *Auxiliarem* manum porrigit.
Adjectivum in Subſtantivum.	*Ingenioſum Poëtam.* *Dives oratio.* *Inops verborum.*	*Ingenium* Poëtæ. Orationis *divitiæ.* Verborum *Inopia.*
Subſtantivum vel Adjectivum in Adverbium.	*Mirum in modum juvat.* *Copia verborum.* *Multam opem fert.*	*Mirè.* *Copioſè* eloquens. *Multùm* juvat.
Verbum.		
Activum in Paſſivum.	*Multum juvat Poëtam.*	Poëta plurimùm juvatur.
In nomen Subſtantiv. vel Adjectiv.	*Multùm juvat.* *Admodùm progredietur, ſi verbis abundet.*	Multum *adjumenti* confert. *Progreſſiones* magnas faciet, ſi verborum *abundantia* fuerit.

Vel mutatur Orationis qualitas, ut:

Numerus, ut:	*Adjumentum Poëtæ confert.* *Verborum Copia.* *Non hærebit ad ſcopulum.*	*Adjumenta Poëtis* præbet. *Copiæ.* Ad *ſcopulos.*
Perſona, ut.	*Sine copia quid aget Poëta? parum proficiet.*	Quid ages? quid egero? Nihil proficies.
Caſus, ut.	*Multum opis tibi impertietur, magnum auxilium erit.*	Multâ *te ope* impertietur. Magnô erit *auxiliô.*
Species in *Diminutivum.*	*Poëta verborum copia inſtructus in verſu pangendo.*	Verborum *copiolis* in *Verſiculis* pangendis.
In *frequentativum.*	*Multum adjuvabitur.* *Si legendo ſe exercuerit.*	Adjutabitur. Si *lectitando* ſe *exercitârit.*
In *Comparativ.* vel *Superlativum.*	*Fertilis ubertas verborum.* *Præſenti auxilio erit.*	*Fertiliſſima, fertilior.* *Præſentiſſimo.*
Figura.		
In Compoſitum.	*Multum juvat.* *Opem feret.*	*Adjuvat.* *Afferet.*
Tempus.	*Nihil hærebit.* *Sterilem eſſe non ſinet.* *Si abundabis.* *Felix Poeta eris.*	Nuſpiam *adhærebit.* Nunquam *ſivit, ſinet.* *Abundaveris.* Poëta *fueris.* &c. &c.

Omnes hi modi multâ varietate diſtinguunt orationem præſertim temporum commutatio, item cum verbum in nomen ac viciſſim convertitur. Sed ipſe rem experiaris, velim.

Tute Experimentum præi; ſequar? M. Sumamus ſententiam maximè obviam, de hoc ipſo quod tractamus argumento, in hunc modum: *Omnis ferè ſententia multis ferè modis variari poteſt.* Cape Lexicon. Ratio quærendi hæc erit, 1. Conquire partibus ſententiæ ſingulis ſua ſynonyma & Enallagas. 2. Horum ſynonymorum nova ſynonyma cum ſuis Enallagis & Enallagarum ſynonymis. 3. A primo gradatim deſcendendo tamdiu per-

pervoles singula, dum ita excutias omnia, ut superesse nihil existimes. Vide Paradigma.

Quære. Quævis. *Syn.* Quilibet, omnis, quicunque, nullus non, universus, quis omnium non?

Qu. *Sententia.* *Syn.* Dictum, oratio, sermo, sententiola.

Qu. *Multis.* *Syn.* Multiplex. Qu. *Multiplex.* *Syn.* Varius, copiosus. Qu. *Varius.* Dissimilis, dispar, diversus, distans, commutabilis. Varietate distinctus, multiformis. Qu. *Dissimilis,* Cum aliquo dissimilitudinem habens. Qu. *Dispar.* Disparilis. Qu. *Diversus.* Disjunctus, contrarius, totus ferè alius. *Enall.* Diversitas. Qu. *Commutabilis.* Mutabilis. Qu. *Multiformis.*

Qu. *Modis.* Ratio.

Qu. *Variari.* *Syn.* Distinguo, varietatem facio, muto. *Enall.* Varietas. *Syn.* Dissimilitudo, Disparitas, mutatio, mobilitas.

Qu. *Distinguo.* *Enall.* Distinctio. *Syn.* Discrimen.

Qu. *Muto.* *Syn.* Immuto, permuto, commuto, verto, inverto. *Enall.* Mutatio. *Syn.* Permutatio, conversio. Item mutabilis, mutabilitas.

Qu. *Commuto.* *Enall.* Commutatio, commutabilis.

Qu. *Verto.* *Syn.* Flecto.

Qu. *Inverto.* *Enall.* Inversio.

Qu. *Flecto.* *Syn.* Inflecto, torqueo, contorqueo, detorqueo, verso. *Enall.* Flexibilis. Flexio. *Syn.* Anfractus, conversio, flexus. *Item.* Flexuosus. *Syn.* Tortuosus.

Qu. *Torqueo,* contorqueo. *Enall.* Contortio, contortus, contortè, tortus.

Qu. *Tracto.* *Syn.* Explico. *Enall.* Tractabilis, tractatio. *Syn.* Explicatio.

Qu. *Explico.* *Syn.* Expono, dissero, dico, verbis rem amplector, in medio pono. *Enall.* Explicatio, explicatus, ûs.

Qu. *Expono.* Exprimo, edissero. *Enall.* Expositio,

Qu. *Dissero.* Disputo.

Qu. *Exprimo.* Oratione complector, effingo.

Qu. *Profero.* Promo.

Qu. *Disputo.* *Enall.* Disputatio.

Viden', ut e verbis verba pullulent; Ego ea ordinis causa in tabulam redigere soleo.

Distinguo.
Muto.
Immuto.
Commuto.
Permuto.
Verto.
Inverto.
Flecto.
Inflecto.
Torqueo.
Contorqueo.
Detorqueo.
Verso.
Tracto.
Explico.
Expono.
Dico.
Dissero.

Exprimo.
Profero.
Effero.
Promo.
Disputo.
Oratione complector.
Effingo.

Varietas.
Distinctio.
Disparitas.
Mutatio.
Mobilitas.
Discrimen.
Commutatio.
Conversio.
Mutabilitas.
Flexio.

Flexus.
Anfractus.
Contortio.
Tractatio.
Explicatio.
Disputatio.

Varius.
Mobilis.
Distinctus.
Mutabilis.
Commutabilis.
Contortus.
Flexibilis.
Flexuosus.
Tortuosus.
Tractabilis.

Profecto sub manu sylva ingens succrescit. M. Majores verò opes *Circumscriptio* seu Periphrasis pariet; Ita dicitur, quod rem eandem vel per

ejus

ejus definitionem, vel effecta, caussas, partes, adjuncta circumscribendo enuntiet. Sint igitur verba *Abalieno*, *Abdo*, *Abeo*, &c. queis tu Periphrasim aliquam cupias; sciscitare ex te ipso : Quid est *abalienare* à se quempiam ? Resp. Voluntatem alicujus à se, amorem in odium convertere. Quid *Abdere*? Resp. Ex præsentia,ex oculis subducere, submovere. Quid *Abire*? Resp. Ex uno loco in alium se conferre, gressum movere. En habes, quam volueras periphrasim.

Quid, si multum meditanti in mentem veniret nulla? M. Ne te uspiam quidquam moretur,viam sternam planissimam, vel enim primo quod promptissimum, Phrasim aliquam ê lexico excerptam periphrasis loco adhibebis, vel quod non minus expeditum, me, magistrum,inquam,consules, qui haud gravatè suggeram,quod rogâris. Sic *abalieno* circumscribes ê lexico : *Animum alicujus à conjunctione alterius avocare.* Loco *Abdo*: Intra tenebras se continere. Loco *Abeo*: Aliunde vestigium movere, &c.

Sed Periphrasis ejusmodi denique unicâ sententiâ finitur, nec adeò copiosa est. M. Imo cornucopiæ confertissimum, circumscriptionem namque cujusmodi suâ iterum synonymia, suis Enallagis,ut supra factum,locupletabis. In exemplo rem non videbis, sed manibus contrectabis. In argumento proposito Periphrasim peto ex Caussâ : *Latina lingua valde copiosa est.*

Latina Lingua valde copiosa est.

Qu. *Latinus*. Romanus. *Enall*. Roma, Latium.

Qu. *Lingua*. Idioma, sermo.

Qu. *Valde*. Admodum, mirum *vel* majorem in modum, egregiè, non mediocriter, perquam, sanè quàm, impensè, inprimis.

Qu. *Copiosa*. Abundans, uber, dives. *Enall*. Copiosè, copia. *Syn*. Abundantia, ubertas, facultas.

Qu. *Abundans*. Affluens, circumfluens. *Enall*. Abundo.

Qu. *Uber*. Fæcundus, fertilis, ferax. *Enall*. Ubertas, uberrimè.

Qu. *Dives*. Locuples, opulentus. *Enall*. Ditesco, divitiæ.

Qu. *Affluens*. Refertus, plenus. *Enall*. Affluo, affluentia. *Item*. Circumfluens, circumfluo.

Qu. *Abundo*. Redundo, sum dives. *Enall*. Abundè.

Qu. *Fæcundus*. *Enall*. Fæcunditas.

Qu. *Fertilis*. Opimus. *Enall*. Fertilitas.

Qu. *Locuples*. *Enall*. Locupleto. *Syn*. Dito, Divitiis augeo.

Qu. *Opulentus*. *Enall*. Opes, opulentia.

Qu. *Divitiæ*, Abundantia, &c.

Qu. *Redundo*. Supero, superfluo. *Enall*. Redundantia. *Syn*. Profluentia.

Copiosa.	Locuples.	Fæcunditas.
Abundans.	Opulentus.	Fertilitas.
Uber.	Redundans.	Opulentia.
Dives.	———	Redundantia.
Affluens.	Copia.	Profluentia.
Circumfluens.	Abundantia.	———
Fæcundus.	Ubertas.	Abundo.
Fertilis.	Divitiæ.	Ditesco.
Ferax.	Affluentia.	Dito.

Affluo.	Locupleto.	Superfluo.
Circumfluo.	Augeo.	
Redundo.	Supero.	Uberrimè, affluentiùs.

Etiam metaphoram velut copiæ matrem prædicabas. M. Et fæcundam admodum. Ut autem rei, de qua agitur, simile aliquid excogites, animô percurrenda erunt cælestia, elementaria, mineralia, arborum, plantarum, animalium, rerum humanarum classes omnes. Eum præstantis ingenii indicium habere ajunt certissimum, qui in reperiendis similibus fuerit felix; Tibi nihilominus indolis tam perspicacis adolescenti, si metaphora pertinacior venire nollet, de meo interim præbebo, tu eandem synonymia & Enallagis pro more exauxeris. Quid autem huic simile occurrit? *Multis ne modis variari potest?* Resp. Multis modis *pingi*, *vestiri*, seu *ornari* potest. Lexicum consulas hic, si placet.

Quævis sententia aliis & aliis verborum coloribus pingi potest.

Qu. *Color.* Pigmentum, fucus, species. *Enall.* Coloro. *Syn.* Colorem induco.

Qu. *Tingo.* Picturâ exprimo, expingo. *Enall.* Pictura, pictor, pictus, pigmentum. *Syn.* Fucus, ornatus.

Qu. *Ornatus.* Lux verborum, flos orationis. *Enall.* Ornamentum. *Syn.* Honor, dignitas, insigne, lumen. *Enall.* Orno. *Syn.* Exorno, illustro, illumino, decoro, ornatum affero, ornamenta congero, collocupleto, instruo. *Item. Ornatus.* *Syn.* Politus, luculentus, excultus, comptus, expolitus, nitens, elaboratus.

Qu. *Illustro.* Collustro. *Enall.* Illustris, illustratio.

Qu. *Decoro.* Cohonesto. *Enall.* Decus. *Syn.* Honestamentum.

Pingo.	Expolio.	Pictus.
Expingo.	Cohonesto.	Coloratus.
Pictura exprimo.		Politus.
Coloro.	Pictura.	Luculentus.
Figuro.	Pictor.	Excultus.
Colorem induco.	Pigmentum.	Comptus.
Orno.	Fucus.	Expolitus.
Exorno.	Ornatus.	Nitens.
Illustro.	Lux verborum.	Elaboratus.
Illumino.	Flos orationis.	Illustris.
Ornatum affero.	Honor.	
Ornamenta congero.	Dignitas.	Luculenter.
Decoro.	Lumen.	Politè.
Collocupleto.	Insigne.	Comptè.
Instruo.	Ornamentum.	Ornatè.
Collustro.	Decus.	

Metaphora Secunda.

Quævis sententia alio & alio verborum habitu vestiri potest.

Qu. *Habitus.* Forma, figura.

Qu. *Forma.* Notio, character. *Enall.* Formo. *Syn.* Figuro, fingo, effingo. *Item:* Formosus. *Enall.* Formositas. *Syn.* Pulchritudo. *Item.* Formula.

Qu. *Figura.* *Enall.* Figuratus, Effiguro.

Qu. *Fingo.* Informo, adorno, adumbro. *Enall.* Figmentum.

Qu. *Informo.* Conformo. *Enall.* Conformatio. *Syn.* Informatio.

Qu. *Vestio.* *Enall.* Vestitus, vestimentum.

Formo.

Formo.
Figuro.
Fingo.
Effingo.
Effiguro.
Informo.
Adorno.
Adumbro.

Conformo.

Habitus.
Forma.
Figura.
Notio.
Character.

Formula.
Formositas.
Pulchritudo.
Figura.
Figmentum.
Conformatio.
Informatio.

Quid post metaphoram? M. Comparatio copiæ vena itidem locupletissima, & ad varietatem maximi usûs, præsertim si plures congestæ fuerint. Quære, quid valde mutabile? quæ lingua valde copiosa? Resp. Dices: *sententia quævis omni Proteo est mutabilior. Variari quælibet sæpius potest, quàm gestum Roscius in scenâ.* Hæc meo beneficio habebis, ad te synonymia & Enallage pro more redit. Verùm in præsenti eam prætermittemus, lassum enim te volvendo conspicio. Ad Æquipollentiam gradum promove.

Quid est Æquipollentia? M. Hæc cæterorum modorum una fæcundissima est varietatis mater, cum & Synonymiæ & Enallage & Periphrasi novam & æquè numerosam sobolem parturiat. Constat ea verbis contrariis additâ vel demptâ particulâ *Non*. Exempli gratiâ: Homo diligens, *non negligens*. Placet, *non displicet* &c. In nostro argumento dic: *Nulla sententia iisdem verbis alligata est*. Periphrasi æquipollebit hæc: *Latina lingua minimè omnium egena est*. Age ac pro more iusque deque volvito.

Nulla sententia iisdem verbis est alligata.

Qu. *Alligata.* Obstringo, ligo, devincio, constringo.
Qu. *Obstringo.* Obligo.
Qu. *Ligo.* Vincio, colligo, constringo.
Qu. *Devinico.* Vincio. Qu. *Constringo.* Arcto, concludo.
Qu. *Obligo.* *Enall.* Obligatio. *Syn.* Authoramentum, servitus, vinculum.
Qu. *Arcto.* *Enall.* Arctus.
Qu. *Concludo,* Cogo, claudo.
Qu. *Servitus.* Servitium, famulatus. *Enall.* Servus, servio. *Syn.* Deservio, servitutem servio.
Qu. *Vinculum.* Qu. *Cogo.* Qu. Claudo. *Enall.* Claustrum.

Alligo.
Obstringo.
Ligo.
Devincio.
Vincio.
Constringo.
Arcto.
Concludo.
Includo.

Obligo.
Cogo.
Claudo.
Servio.
Deservio.
Servitutem servio.

Obligatio.
Authoramentum.

Servitus.
Servitium.
Famulatus.
Vinculum.
Servus.
Claustrum.

Arctus.
Inclusus.

Æquipollentia Periphr.

Latina lingua minimè omnium egena est.

Qu. *Egens.* Indigens, cui quæsito opus est. *Enall.* Egeo. *Syn.* Mihi opus est, indigeo. *Item.* Egestas. *Syn.* Inopia, indigentia, mendicitas, domestica difficultas, paupertas.

Qu.

Qu. *Opus est.* Necessarium est.
Qu. *Indigeo.* Qu. *Inopia.* Qu. *Mendicitas.* *Enall.* Mendicus. *Syn.* Pauper.
Qu. *Paupertas.* Tenuitas, angustia rei. *Enall.* Pauper. *Syn.* Inops, egenus, tenuis, parvis opibus ac facultatibus, inanis.
Qu. *Tenuitas.* *Enall.* Tenuiter. *Syn.* Angustia.
Qu. *Angustus.* *Enall.* Angustè. *Syn.* Exiguè, exiliter, strictè.
Qu. *Exigue.* *Enall.* Exiguitas.
Qu. *Exiliter.* Jejunè. *Enall.* Exilitas. *Syn.* Jenunitas.
Qu. *Exilitas.* Qu. *Iejunitas.* *Enall.* Jejunus. *Syn.* Aridus.
Qu. *Aridus.* *Enall.* Ariditas.

Vide divitem egestatem. Tabulas ordina.

Egeo.	Exilitas.	Inops.
Indigeo.	Exiguitas.	Egenus.
Quæsitò opus est.	Angustia rei.	Inanis.
Necessarium est.	Difficultas.	Parvis opibus.
Destituor.	Mendicitas.	Exiguus.
Deficio.	Jejunitas.	Jejunus.
	Ariditas.	Aridus.
Inopia.	Pauper.	Exiliter.
Indigentia.	Tenuis.	Jenunè.
Egestas.	Exilis.	Tenuiter.
Paupertas.	Augustus.	Angustè.
Tenuitas.	Arctus.	Arctè.
Mendicus.		

Quod autem hoc fastidium, si ad sententiolam quamvis toto Lexico volitandum est? M. Tyroni hæc exercitatio proponitur, non item veterano, quem usus, multa lectio, scriptio, auditio suapte locupletem fecit & copiosum Quanquam ne is quidem quidquam se indignum fecerit, si concionem, aut opusculum quoddam meditans hâc industriâ supellectilem pararit Tyronem verò quanta possum contentione rogo & obtestor, sæpiusculè hanc exercitationem iteret; nisi ad scribendi facilitatem admirabile sibi adjumentum accessisse comperiat, chartam hanc unà cum Lexico Danubio, quà profundissimus est, non sine diris imprecationibus demergat.

Sed cum hâc sylva quid demum agemus? M Jam hoc tui ingenii, judicii, solertiæ est, paratam materiam erotundare, aptare, construere, figuras miscere, in speciem quandam & dignitatem elaborare. Figurarum præcipuæ sunt: Dubitatio, Allocutio, interrogatio, execratio, optatio, exclamatio, obsecratio, correctio, imprecatio, præteritio, contraposi um, communicatio. Inspicies item figuras Emmanuelis Thesauri tractatui Chriæ subjectas. Inter primas curas habebis, ut temporum & modorum Enallagas frequentes. Paradigmata quæ subjiciam, eaque imitandi industria, difficultatem plurimùm mollient. Ad rem progrediamur.

Synonymia & Enallage.

Omnis ferè ſententia modis variari poteſt multis.

Sententiam quamvis multimodis facilè *variaveris*. — *Vario.*
Varietatem maximam ſententiæ prope omnes admittunt. — *Varietas.*
Multo *diſcrimine* orationem quamcunque *diſtinguere* eſt. — *Diſcrimen, Diſtinguo.*
Sententiolam omnem multiplici verborum *contortione*, ſi artem tenes, *tractabis*. — *Contortio, tractio.*
Innumeris modis dictum idem *converti* poteſt. — *Converto.*
Mira eſt in varias loquendi formulas ſententiæ cujusvis *mobilitas*. — *Mobilitas.*
Incredibilem verborum *mutationem* invariata eadem ſententia recipit. — *Mutatio.*
Diverſiſſimos in modulos dictionem unam periti *verſare* nôrunt. — *Verſo.*
Dictum idem variari poteſt toties, ut *commutatum* â ſe atque aliud videri poſſet. — *Commuto.*
Infinitas verborum *permutationes* eadem oratio ſubire poteſt. — *Permutatio.*
Superi, in quot modulos â bonis Latinis dictiuncula una *flectitur*? — *Flecto.*
Sententiæ ſingulæ in plurimas formas faciles ſunt & *flexibiles*. — *Flexibilis.*
Plurimis *flexionibus* ſententiam quamvis permutaveris. — *Flexio.*
Infinities dictum idem docti homines *vertunt*. — *Verto.*
In quot *flexus* ſententia una ab docto homine *torquetur*! — *Flexus, torqueo.*
Conſtaret utinam juvenibus, quantum ars valeat, ad ſermonem quemvis aliter atque aliter verbis *effingendum*. — *Effingo.*
Nihil hominis oratione *commutabilius*, ita multipliciter & variè *contorqueri* ſe ſinit. — *Commutabilis.*
In maxima verborum *diſſimilitudine* nihil tamen de ſententia *immutatur*. — *Diſſimilitudo.*
Quæ omnium oratio eſt, quam in diverſos loquendi modos *detorquere* non liceat? — *Detorqueo.*
Artis hoc beneficium eſt, rem eandem diverſiſſimis formulis *complecti*. — *Complector.*
Novis itentidem verbis de re eadem eruditi *diſputare* ſolent. — *Diſputo.*
Idem ſermo aliter atque aliter *explicari* poteſt. — *Explico.*
Rem ſæpe eandem *dicimus*, verbis inter ſe plurimum diſſidentibus. — *Dico.*
Imperitus es ſanè, niſi magnâ verborum *varietate* in eodem argumento diu commorari poſſis. — *Varietas.*
Si una de re *differes* pluribus, cave eâdem verborum crambe utaris. — *Differo.*
Eſtne aliqua cogitatio, quæ una ſolum formulâ *exprimi* ſe patiatur? — *Exprimo.*
Minima ſententiola multimodis *tractabilis* eſt. — *Tractabilis.*
Expeditius nihil, quam animi ſenſu quælibet aliter atque aliter efferre. — *Effero.*
Inops nimium eſt, qui niſi unô verborum ſonô rem unam *explicari* non poſſe exiſtimat. — *Explico.*
Eandem ſententiam in maxima verborum *diſcrepantia* nullô negotiô retinueris. — *Diſcrepantia.*
Longior de eodem argumento *diſputatio* multiplici verborum *inverſione* tractanda eſt. — *Diſputatio. Inverſio.*
Erit eadem oratio, etſi multa verborum diverſitate *contorta*, &c. &c. — *Contorqueo.*

Peri-

Periphrasis cum sua Synonymia & Enallage.

Latina Lingua valdè est copiosa.

Da, si potes, linguam, cui *copia* major suppetat. *Copia.*
Ne Græca quidem Romanâ *abundantior* est. *Abundans.*
Insigni *ubertate* Latinum idioma gloriatur. *Ubertas.*
Ut ærarii quondam *opibus*, sic linguæ copiâ Romanæ hodiedum gentes omnes superant. *Opes.*
Quam mihi gentem dabis, quæ perinde *copiosè* loquatur? *Copiosè.*
Quâ in lingua tantam verborum *fertilitatem* offendas? *Fertilitas.*
Non abundat verbis solum Latium, sed propemodum *redundat*. *Redundo.*
Putem agrum *feraciorem* nullum, quàm hunc antiqui Latii. *Ferax.*
Nescio Cæsaribus argenti, an Tullio orationis *divitiæ* fuerint majores. *Divitiæ.*
Venâ *uberrimâ* Latinus sermo fluit. *Uber.*
Græcæ *opulentiam* æquat vel antecellit Latina. *Opulentia.*
Quam fæcundus sit Romanus sermo, experiundo disces. *Fæcunditas.*
Tam *locuples* est eruditorum hoc idioma, ut augeri nec possit, nec debeat. *Locuples.*
Inexhausta quadam verborum *abundantia Latium linguam circumfluit*. *Circumfluo.*
Si *ditiorem* proferre noveris, per me quidem Latinam aspernaberis. *Dives.*
Paulûm exercitato Latino verba etiam *superant*. *Supero.*
Lætissima quædam *profluentia* verborum Romani sermonis peritô quôvis in argumentô deesse nequit. *Profluentia.*
De verborum *sterilitate* non nisi ignavus & in Latio hospes queri potest. *Sterilitas.*
Linguis quantumcunque *fertilissimis fertilior* Latina est. *Fertilis.*
Qui studium adhibuêre, *superfluere* etiam sibi verba sensêre &c. &c. *Superfluo.*

Metaphora cum sua synonymia & Enallage.

Quævis sententia variis verborum coloribus pingi potest.

Aliter atque aliter *colorari* potest eadem sententia. *Coloro.*
Novis semper verborum *ornamentis* dictum idem *illuminandum* est. *Illumino.*
Eidem Orationi alii aliique *colores induci* queunt. *Colorem induco.*
Cum eandem orationem nova semper verborum luce *illustrare* didiceris, disertus eris. *Illustro.*
Alia, interque se diversa *ornamenta* in idem dictum *congerimus* experti. *Ornamentum. congero.*
Fidem superat, quàm multiplici variôque flore verbulorum *exornari* idem sermo queat. *Exorno.*
Tentando disces, quàm sine negotio idem dictum multiplici verborum ornatu *cohonestetur*. *Cohonesto.*
Illustrior semper ac *nitidior* eadem sententia reddi potest. *Illustrior, nitidus.*
E novâ verborum *dignitate luculentior* usque existet oratio. *Dignitas, luculentus.*
Qui artem callent, *politiorem* usque *comptioremque* orationem *elaborant*. *Politor, comptus, elaboro.*

Idem sermo aliis atque aliis *pigmentis adornatus*, seipso videbitur pulchrior. | *Pigmentum.*
Unam sententiam novô *expolitam* decore splendidiorem seipsâ ac prope novam reddideris. | *Expolitus.*
Aliter aliterque *pingi*, *fingique* sermo idem potest. | *Pingo.*
Aliis, aliisque verborum *insignibus* eandem sententiam *decorare* eloquentium est. &c. | *Insigne, Decoro.*

Æquipollentia.

Nulla Sententia iisdem verbis est alligata.

Libera est oratio, nec certis ullis verborum limitibus *inclusa*. | *Includo.*
Oratio nulla est, quæ arctis pauciorum verborum *vinculis ligatur*. | *Vinculum, ligo.*
Non sic in angustum *cogitur* Romæ lingua, ut una oratio una verborum formula *circumscribatur*. | *Cogo, circumscribo.*
Sententia nulla iisdem verbis *constringitur*. | *Constringo.*
Probrosa foret sei virus; si oratio ad certa duntaxat verba *arctari* se pateretur. | *Arcto.*
Certis verborum carceribus nemo Latinus *devinciri* se sinit. | *Devincio.*
Amplior Romæ lingua est, quam ut sententia ulla uni alicui verborum modulo *obstringatur*. | *Obstringo.*
Nulla sententia angustis verborum terminis definitur. | *Angustus.*
Definitô verborum dimensô oratio nulla *obligatur*. | *Obligo.*

Æquipollentia Periphrasis.

Latina Lingua minime omnium est egena.

Parvis nimium opibus est, qui linguâ tam divite *tenuiter jejuneque* scribit. | *Tenuiter, Jejune.*
Copia citius, quam *Inopiâ* Latini laborant. | *Inopia.*
Inscitiam suam, quam linguæ *egestatem* melius incusarent juvenes. | *Egestas.*
In Romana Palæstra probe versatus verborum inops esse non potest. | *Inops.*
Si per ætatem nondum rerum doctus esse potes, ut ne verborum saltem *difficultate* labores, laborandum est. | *Difficultas.*
Angusta penu est; qui in Latio cum verborum *paupertate* confli-ctatur. | *Paupertas.*
Sponte se offerunt verba; *quæsitô* vix *opus* est. | *Quæsitô opus est.*
Ad Romanam linguam cæteræ omnes *exiles* fere sunt & *mendicæ*. | *Exilis mendicus.*
Miseret me juvenum, cum verbis se *defici scribentes* lamentantur. | *Deficio.*
Nec *jejuna* profecto est nec *arida* Romæ lingua. | *Jejuna.*
Ante Tyberis aquis, quam verborum flumine Latium *laborabit*. | *Laboro.*
Latinum scriptorem, si rem tenet, verba *destituere* non possunt. | *Destituo.*
Nemo sanus Latinæ linguæ *exilitatem* unquam objecerit. | *Exilitas.*
Quem nec Ingenium, nec industria destituerit, verba *destituant* nunquam.

Vide & mirare copiam lætissimam, eamque paratu non admodum difficilem. Id præcipue animadvertendum tibi, quantum venustæ varietatis illa *personæ*, *numeri*, *temporum*, *modorum &c.* Commutatio addat. Adjungam paradigma aliud nuper ab quodam ipsa hac methodo & in argumento longe sterilissimo elaboratum. Thema erat;

Hæc

Hæc charta est valde alba.

Periphrasis ab effectis. Suo Candore oculos delectat.
2. Ad scribendum invitat.
Metaphora. Cujus non oculos hæ nives perstringant?
Comparatio. Vernis floribus candidior est.
Cygnorum candorem superat.
Æquipollentia: Hæc charta minime est atra.

Synonymia cum Enallage.

Charta hæc est valde alba.

Nihil hâc chartâ candidius.
Quanta non elegantiâ exalbescit!
Quid hujus venustate chartæ jucundius?
Color qui potest esse sincerissimus, inest in hac membrana;
In papyro venustiore nondum calamum duxi.
Nihil vidi purius hâc chartâ, nihil nitidius.
Æquè venusta membranula nondum sub oculos venit meos.
Quid est candidum, nisi hæc charta est?
Quis integellam hanc & nitidulam lini filiam non exosculetur?
Utinam is, qui in chatta resplendet candor, in hominum moribus enitesceret!
Mundiorem hac papyro frustra requiras.
Tam bellæ tabulæ Venus ipsa suum nomen inscribat.
Nitidiorem hac Diphtera vereor ut invenias.
Quid hoc macrocollo castius, concinnum magis, & politum?
Superi, quâ se venustate effert hæc charta!
Quis in tam candidula tabulâ non lubens scribat?
Macrocollum hoc mira puritate nitescit.
Incorruptô hôc candore nihil castigatius,
Mirus in hac papyro candor renidet,
Incorrupti integerrimique hominis similem hanc chartam dicas.

Periphrasis cum Enallage & Synonymia.

Papæ, ut oculos delectat hujus nitor membranæ!

Intuentes mirum in modum recreat hæc chartæ puritas.
Non usum modò, sed delectationem etiam scriptori præbet,
Aspectum sanè quàm exhilarat talis candor.
Lumina intuentium multa voluptate perfundit rara hæc membranæ münditiés.
Tenentur suspensi contuentium oculi ab tanta luce,
Nulla videndi satietas obrepserit hanc munditiem contemplanti.
Tenetur jucundè hoc candore oculus.
Non manus solùm jucundè in hoc æquor excurrit, sed oculus simul hac tanta coloris jucunditate pascitur,
Affigi sentias oculos ad papyri hujus candorem, cum semel inspexeris,
Diutius inspice, amplius placebit hæc charta,

Periphr. Secunda,

Hic papyri Candor ad scribendum invitat.

Quis non hic litteras imprimere gestiat?
Tabellarii manum provocat hæc macrocolli gratia,
Non in alia charta nigellæ Cadmi filiæ pulchriùs exsplendeant,
Subest in hâc chartæ venustate quædam ad scribendum provocatio,

Vel pigrum ſcriptorem hic Tabulæ decor trahat.
Velut blanditias quasdam admovet hic chartæ color.
Quis talem membranam litteris inarare nolit?
Sola hâc chartæ forma ad ſcriptionem excitari me ſentio.
Scribendi quidem tædium, in hac charta oboriri non poteſt.
Eſt ſua quoque chartæ forma, quâ utile lenocinium faciat.
Aucupari ſcriptoris manum dicas, tantum illicii habet.
Nitidiſſimæ membranulæ gratia propemodum in amoribus mihi eſt.
Nemo in æquore tam bello ſcribere detrectet.
Manum, oculosque Scriptoris allicit hæc venuſtas.

Metaphora cum ſua Synonymia & Enallage.

Planè nivea eſt hæc membrana.

Supra puras nives, nullô tum pede calcatas manu te incedere credas.
Nivalem candorem imitatur hæc charta.
Si quid nivibus album eſt magis, hæc membrana eſt.
Virginali ſane candore gloriatur hæc papyrus, adeo intemerata eſt.
Ipſum ebur ad hunc candorem liveſcit.
Papyrum hanc non è lino, ſed recentium nivium floccis concretam dixerit.
Ninxit puto in hanc chartam, tam alba eſt.

Comparatio cum ſua Synonymia & Enallage.

Verni Arborum Flores huic candori decedunt.

Incredibili nitore hæc charta *eſfloreſcit.*
Ne ver quidem chartâ floridius ridet.
Plane floret & vernat hæc papyrus.
Lux quædam candoris oculos ex hac membrana everberat.
In papyro florentiore nondum ſcripſi.
Ipſe primus arborum honos minus candeſcit.
Ad cygnorum colorem charta hæc accedit.
Cygneam quandam venuſtatem hic videas.
Chartâ utor gypſatiſſimâ.
Concretum lac te conſcribere exiſtimes.
Plusquam lacteus candor hanc papyrum commendat.
Aut Lactea eſt hæc charta, aut lac ipſum liveſcit.

Æquipollentia cum Synon. & Enallage.

Nihil in hac chartâ nigroris eſt.

Ab omni Labe remotiſſima eſt hæc charta.
Parte ſui nullâ ſquallet aut immundior eſt.
Quid in pulchello hoc æquore lividum aut ſqualidum?
Nihil hic invenuſtum aut luridum.
Coloris nobilitas minimè plebejam hanc chartam probat.
Ne umbrâ quidem maculæ ullius notatur charta hac.
Æthiops fiam, ſi nævum hic ullum detegas.
Labeculam ullam ſi hic repereris, magnô talentô redemero.
Nihil in hac papyro noctis, nihil fuliginis.
Quis tam malignus, qui hujus innocentiam membranæ carbone notet.
Ne fortuita quidem labecula huc irrepſit.
Oculatus ſit, oportet, qui ſordis aliquid hic detegat.
Quæ lynx vel ſuſpicionem aliquam nævi hic inveniat?
Nihil uſpiam maculatum aut fædum.

Cave

Cave, puer, tantum candorem per incuriam uſpiam commacules.
Nihil hic, quod inquinet, aut oculos offendat &c. &c.

Si vel librum de alba charta conſcribere velis, puto ſupellectilis abunde futurum. Tertium paradigma adjicio ex Eraſmo, cujus ductum ac veſtigia maximè ſecutus ſum hactenus. Sententiam is ſumpſit natura (ut ait ille) non admodum fæcundam, neque ad varietatem idoneam, quò magis appareat, quantum poſſit hæc commutandi ratio, ſi uſu atque exercitatione confirmetur. Ea ſententia eſt hujusmodi: *Semper dum vivam, tui meminero.* At enim, bonâ tanti viri veniâ, & particula *ſemper* variarum circumſcriptionum eſt fertiliſſima, & in omnibus linguis nulla ferè res copioſiùs effertur, ac illud *vivere, mori.* Et aliàs in grammatica mea Philoſophica oſtendam, multiplici variationi aptiſſima eſſe verba, quæ actionem aliquam ſeu ad voluntatis affectiones ſeu intelligendi vim pertinentes ſignificant, è quibus eſt illud *memini, memoria.*

Semper, dum vivam, tui meminero.

Nunquam, dum vivam, tui non meminero.
Nunquam, quoad victurus ſum, tui me capiet oblivio.
Haud unquam, dum vixero, tu animo excideris meo.
Nunquam, donec vivam, mihi venies in oblivionem.
Nunquam, quoad in vivis ero, tui nobis veniet oblivio.
Non prius tui meminiſſe deſinam, quàm vivere.
Non me ante tui memoria, quàm vita ipſa reliquerit.
Uſque dum ſpirabo, tui memor ero.
Donec hac luce fruar, Tu animo hærebis meo.
E vivorum contubernio citiùs emigraverim, quàm tui memoria noſtro è pectore demigrârit.
Ipſe prius è vivis exceſſero, quàm Morus è noſtra exceſſerit memoria.
Lux hæc me prius deficiet, quàm tui immemor eſſe cæpero.
Vita me non ſerius deſtituet, quàm tam chari Capitis recordatio.
Idem dies mihi tui memoriam eripiet, qui vitam.
Eadem Lux oblivionem tui nobis eſt adductura, quæ mortem.
Idem noſtræ tui memoriæ, qui vitæ finis erit.
Dum memor ipſe fuero, tui meminiſſe neutiquam pigebit.
Non alius noſtræ memoriæ tui, quam lucis erit interitus.
Is ſolus dies tui memoriam extinxerit, qui vitam.
Ante mei ipſius quam tui obliviſci incipiam.
Noſtro è pectore non prius elabetur Mori memoria, quàm hæc anima.
Præter unam mortem nullus omnino te mihi caſus expectorabit.
Egone tam jucundi convictoris unquam vivus queam obliviſci?
Tum demum Mori ſui obliviſci poterit Eraſmus, cum ipſe ſui deſinet memor eſſe.
Dum mihi ſenſus ullus mei reliquus erit, tu ſemper animo noſtro obverſaberis.
Cordi meo charior es, quam ut vivo quidem in oblivionem venire poſſis.
Intimè noſtris in præcordiis repoſitus eſt Morus, ſic ut præter unam mortem nulla res illum illinc queat eruere.
Orco tradar ipſe prius, quam te mandem oblivioni.
Dum ſpiritus his oculis, his manibus imperabit, tu pectori inſidebis meo.
Dum ſpiritus hos reget artus, tui meminero.
Quamdiu ſupererit in nobis halitus, non quivero tui non meminiſſe.
Dum in vivis agam, vivet in me tui memoria.
Is mihi dies finis vitæ erit, qui tui oblivionis erit initium.

Idem casus hanc animam, teque è meo revellet animo.
Donec superstitem sinent esse superi, tui perpetuo recordabor.
Dum quidquam vitalis caloris, in hoc pectore palpitabit, tui memoriam non evanescet.
Non mihi diuturnior vita futura est, quam tuorum in me meritorum memoria.
Non mihi brevior fuerit tui memoria, quam ipsa vita.
Non minus durabilis erit tui capitis recordatio quàm hæc ipsa vita.
Me mihi eripiet is dies, qui tui memoriam adimet.
Ipse mihi subducas, priusquam te in memoria habere destitero.
Haud longior erit mihi lucis hujus functio, quam tuæ benignitatis memoria.
Non mihi posterius suppetet vivere, quàm tui meminisse.
Extra me fuero citius, quam Morus intra hoc pectus esse desinet.
Vita hæc tuique memoria pari stadio ad metam decurrent.
Prorsus non erit Erasmus, cum Mori immemor erit.
Non extabit hoc caput, ubi tam singularis amici quivero oblivisci.
Donec super terram acturus sum, non committam, ut obsolescat apud me tuæ Comitatis memoria.
Donec communem hunc aerem hauriam, tu crebrô animô occursabis meo.
Nunquam serius futurum est Erasmo vitam, quam tui memoriam obtinere.
Non ante de te cogitandi finem fecero, quam Atropos fatale filum secuerit.
Si qua Dies unquam tui paritura est obliviscentiam, ea certe nunquam antecesserit ei, quæ me luce orbabit ipsa.
Sol hic, qui videt omnia, nunquam me videbit non memorem tui.
Mors una tui recordationem his è præcordiis emovebit.
Donec ulla vitæ portio his in artibus residebit, Morus ab Erasmi cogitatione nunquam aberit.
Quamdiu sanguinis ulla pars hoc in corpusculo calebit, nunquam apud me refrixerit Mori memoria.
Mihi quidem dum vita aderit, tu à mente mea nunquam es absfuturus.
Quousque manebit hujus animæ corpusculique copula, tu à mea memoria nullo tempore sejungeris.
Prius animus corpori, quàm tu animo meo præsens esse desines.
Spiritus ipse citius ex hujus corpusculi domicilio demigrabit, quàm animô impressa meô imago tui deleatur.
Æquè diuturna fuerit apud me tui memoria ac vitæ cursus.
Eadem erit & vivendi, & de te cogitandi meta.
Non arctioribus pomæriis tui recordatio claudetur, quam ipsa vita.
Quoad ulla vena mihi vitali tepore salicet, dulce fuerit tui meminisse.
Quantum mea Lachesis fatale stamen extenderit, tantumdem extendetur & mea tui memoria.
Eadem mihi & vivendi, & de te cogitandi meta fuerit.
Quoad corporis molem flatus vivificus sustinebit, animum maximè tui memorem geram.
Dum lucis usum cælitum indulgentia concedet, te semper animô feram.
Dum vitam permittent Superi non committemus, ut tam fidi unquam congerronis nobis obrepat oblivio.
Donec me non deficiet anima, animum hunc & memorem & gratum nunquam posuero.
Quoadusque sole volubili frui fas erit, hunc hominem habebis tui memorem.
Vivum non videbit Erasmum, qui videbit oblitum tui.
Quantô tempore vita mihi duratura est, mens quidem hæc manebit tui recordantissima.
Quamdiu superô hoc Jove continget frui, non mihi contigerit oblivisci tui.
Donec vita perseverabit, tu cordis obtutibus semper es obversaturus.
Nominis ante mei, quam tam rari amici ventura est obliviscentia.

Ipse

Ipse mihi prius excidero, quam tui vultus imago.
Vivente quidem Erasmo haud unqnam excidet Morus.
Nulla diuturnitas ævi tui apud me memoriam obliterabit.
Non nisi mecum tui extinguetur memoria.
Ante fatalem diem e nostra memoria non eliminaberis.
Ante obitum non desistam tui meminisse.
Ante suprema funera non cessabo tui memor esse.
Non ante exacta vitæ stamina, tui queam oblivisci.
Vivo quidem Erasmo, Morica memoria haud unquam effluet.
Tui apud me memoriam nulla unquam ætas antiquabit.
Ante summum diem non abrogabitur in me memoria tui.
Nulla neque locorum, neque temporum injuria efficiet, quo minus tui quam maxime meminerim in vita.
Per omnem vitam tui meminero.
Hæc vita quàm longa continget, cum tui memoria semper erit conjuncta.
Ad ipsum usque rogum me tui memoria prosequetur.
Mei sensu carebo, priusquam conjunctissimi hominis cariturus sim recordatione.
A meis ipse membris distrahar, antequam tu ab animo meo divellare.
Mors mihi citius acciderit, quàm oblivio tam dilecti capitis.
Certum est mortem oppetere potius, quam tui memoriam non jugiter obtinere.
Non nisi me sepultò tui recordatio sepelietur in me.
Tui quidem aut mecum aut nunquam est interitura memoria.
Donec expirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria.
Donec apud Superos agitabimus, nunquam mihi incesset tuæ benignitàtis oblivio.
Antè obitum meum nunquam animo meo tui incurret oblivio; sic enim loquitur Seneca.
Nihil tam arduum hæc vita mihi gignere queat, ut tui memoriam ex his præcordiis possit extundere.
Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri vita, quæ tui conciliet oblivionem.
Vivo nil potest existere, quod mihi tuæ erga me humanitatis conflet oblivíscentiam.
Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui quidem vivis solent accidere, sit unquam cessura.
His nimirum monumentis animo meo consecratus es, ut ea nullum ævi spatinm valeat demoliri, nisi mors, cui nihil rerum mortalium non cedit.
Nisi ipse mortalis essem, non dubitarem hanc de te memoriam immortalem fore polliceri.
Si immortalis esset Erasmus, immortalis itidem foret tui apud illum memoria.
Ejusmodi statuam in mei animi penetralibus tua merita erexerunt, ut ea, quoad tellus sustinebit, nullò casu sit diruenda.
His titulis Morus inscriptus est cordi meo, ut eos nulla temporis injuria possit unquam exedere.
Non nisi una cum ætate recordatio tui in me consenescet.
Ipse mihi prius excutiar, quam Mori nomen ex adytis cordis exigatur.
Id unum tibi & confirmo & præstabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu è scrinio memoriæ nostræ nunquam dimovebere.
Ut omnia tempus possit, certè hoc unum non licebit illi unquam, ut vivo mihi tui pariat oblivionem.
Semper hic animus tui cum primis meminerit, neque id me dies, quamvis longa, dedocebit.
Donec me tellus alet, unum illud nunquam quibo dediscere, videlicet tam chari sodalis meminisse.

Donec

Donec futurus sum ἐπιχθόνιος, ut Homericô dicam verbô, Mori memoriam continenter obtinebo.

Quoad mihi continget inter σῖτον ἔδοντας, ut Homericè loquar, annumerari, nunquam hoc de pectore vultus Mori labetur.

Ὄφρ' ἂν ἔγωγε ζωοῖσι μετέω καί μοι φίλα, quemadmodum inquit Homerus, tu mihi nunquam es obliviscendus.

Tui memoriam perpetuo pariter cum ipso vitæ progressu producam.

Superstiti Erasmo sublimitatis tuæ memoriam nullus unquam dies expunxerit.

Corpore quidem abs te distrahi potero, verum animô te semper intuebor, quoad vitam numina largientur.

Donec aura vitalis hos artus moderabitur, tu â nostris cogitationibus nullô momento es absfuturus.

Usque adeo penitus his præcordiis tui impressa est memoria, ut nullo unquam pacto videatur eradenda.

Ut omnia tempore marcescant, tui certè memoria ad occasum usque vitæ apùd me vigebit.

Arctius Morum meum animô complexus sum, quàm ut vivo possit elabi.

Eadem me lux exanimem videbit, quæ tui conspiciet immemorem.

Adeo vivam quendam imaginem tui pectori insculpsisti meo, ut vix etiam mors ipsa sit abolitura.

Non erit Erasmus tui memoriâ vivacior.

Tam vivax tui erit apud me memoria, ut sim ipse non futurus vivacior.

Nunquam intercidet apud me Morica memoria, donec ipse non intercidero.

Semper hunc hominem experieris tui recordantem, donec vitæ particeps erit.

Expers hujus vitæ fuero, priusquam à tui memoria alienus.

Adeo vivax est in me tui memoria, ut ipse non sim illi futurus superstes.

Altius meæ memoriæ insedisti, quàm ulla te res inde queat emoliri.

Tenacius inhæres cordi meo, quàm ut præter mortis casum quicquam aliud inde te queat ejicere.

Penitius hoc in pectore conditus es, quàm ut hinc ullâ ratione sis excludendus, donec mihi vitam fata non invidebunt.

Interius insitus es animo nostro, quàm ut inde incolumi quidem queas extirpari.

Fixius impressum est cordi meo simulacrum tui, quàm ut superstiti possit unquam detrahi.

Sic effigies tui cogitationi meæ penitus impressa est, ut eam nulla sit ætas abrogatura.

Dum vita suppeditabit, nihil extiterit, quod fixam animo meo Mori statuam valeat labefactare.

Fieri nunquam poterit, ut vel vivam parum tui memor.

Donec apud Superos commorabor, ne tota quidem Lethes aqua tui memoriam poterit abolere.

Donec aurâ vescar ætherea, tui subinde reminiscar.

Vitam modò DEUS impertiat, ego tibi mentem perpetuò tui memorem polliceor.

Si quis mihi vita functo sensus erit, tam dulcis amiculi recordabor, tantum abest, ut vivus sim obliturus.

Omnia mihi citius acciderint in vita quàm oblivio tui.

Tum prorsus versus current amnes, ut Græcis est in proverbio, cum Erasmus Mori sui poterit non meminisse.

Non alius me visurus est oblitum tui, quam qui visurus est arduis pronos relabi rivos montibus, & Tyberim reverti, ut ait Flaccus.

Ante leves alto pascentur in æthere cervi, quam vivum Erasmum Mori capiat oblivio.

His

His coloribus in tabula pectoris mei depicta est imago tui, ut eam nulla annorum series possit eluere.
Supremus vitæ dies me tui memorem deprehendet.
Sospite vitâ non me fugiet memoria tui.
Salvâ vita hâc non demorietur apud me memoria tui.
Quoad hæc mihi vita comes erit, comitabitur & tui recordatio.
Hæc me vita tui memorem relinquet.
Non avolabit à nobis tui memoria, nisi avolante vita.
Ad supremum usque vivendi limitem tui nobis memoria perseverabit.
In obtinenda tui memoria non fuero mihi dissimilis, nisi vivus esse desiero.
Donec hoc vitæ munus divina benignitas mihi salvum esse volet, non intermorietur apud me tuæ benignitatis memoria.
Vitâ defungor, prius quam tui recolere cessabo memoriam.
Diem obiero citius, quàm te ventis & auræ mandem.
Clavis adamantinis nostræ memoriæ infixus est Morus, quos non nisi una mors valeat abrumpere.
Ad ipsos usque cineres pergam tui meminisse.
Ad extremam usque Senectam tui me comitatura est memoria.
Per universum vitæ spatium Mori meminerit Erasmus.
Ad extremum usque rogum, tuorum erga me beneficiorum memoria prorogabitur.
Fatalis ille dies denique me tui memorem est reperturus.
Dabo operam, ut tuæ humanitatis recordatio ad Libitinam usque proferatur.
Nunquam mihi quidquam obtigerit in vita, neque tam lætum, neque tam acerbum, quod tui nominis recordationem ad Libitinam usque proferatur.
Nunquam mihi quicquam obtigerit in vita, neque tam lætum, neque tam acerbum, quod tui nominis recordationem è sinu pectoris mei queat expellere.
Quoad hic animus in hoc corpusculo tenebitur alligatus, non exulabit mea memoria Morus.
Citius futurum est, ut alterum in orbem tui memoriam mecum deferam, quàm ut hic abjiciam.
Animam egero prius, quam te memoria tenere desiero.
Si quando corpus umbram suam poterit effugere, hic animus tui quibit oblivisci.
Non antequam diem vitæ novissimum clausero, desiturus sum tuam in me beneficentiam circumferre.
Quàm longa dabitur vita, tam erit longa tui memoria.
Par nobis erit memoriæ, vitæque modus.
Tui meminero, quoad aures carpsero vitales.
Absit, ut mihi brevior fuerit tui memoria, quàm vita.
Quamdiu supererit Erasmus, tam diu tui meminisse non gravabitur.
Vita orbabor, antequam tui me relinquet memoria.
Supero privabor Lumine, ut Priscorum more loquar, citius quam *Morus* ex animo deleatur meo.
Ocyus hoc mihi corpusculum morte refrixerit, quàm tui memoria frigescat apud me.
Inextinctam tui memoriam semper tenebo.
Quantum temporis animâ fruar, sic enim loquitur Salustius, tantumdem tui meminero.
Perpetim tui recordatus fuero.
Sine fine tui meminero.
Nulla res tui oblivionem mihi invexerit, nisi quæ me ex hac luce exexerit.
Orbem hunc verterim citius, quàm animum hunc tui memorem vertero.
Vitâ me exuerit is casus, qui tui importabit oblivionem.

Crudelibus umbris occubuero, quemadmodum loquuntur Poëtæ, citius atque tui recolere memoriam desiturus sim.

Efferar ipse citius quàm tui memoria è corde efferatur meo.

Ad ipsum usque bustum tui memoria prosequetur.

Ne defunctus quidem tui potero oblivisci, nedum vivus.

Viventi mihi nunquam obsolescet hominis tam bene meriti recordatio.

Quando futurum est, ut apud Erasmum evanescat Mori memoria? nempe dum vitâ destituetur.

Usque eò tui memor ero, dum in vivis agam.

Usque tum spirabo, te corde gestabo.

Quamdiu dabitur animâ frui, ut Salustianô more loquar, non desinam tui memoriâ frui.



A von. *Syn.* ab, abs, de, ex, per,)(*Contra.* *Usus.* Ager à Filio emptus; conductus de Censoribus. Libri per Duûmviros aditi. Clientelæ per Cæsarem comparatæ. *Signif.* 1. *motum de loco.* Redeo à villa. 2. *tempori servit.* A puero. A prima adolescentia. 3. *post.* A morte illius. A cœna. A prælio. 4. *pro, cum verbis facio, dico, sum,* A senatu stare. A nobis facit. A reo dicit. 5. *munus aut procurationem.* A secretis. Ab epistolis Cæsari. A pedibus. 6. *contra.* Se à frigore defendit. 7. *versus.* A sole. A dextra. 8. *cum ablat. personæ sign. ejus domum.* A Patre venio. Ab amico. A nobis redeo. 9. *per.* Salus nobis à bonis allata est. 10. *patriam denotat.* Græcus à Phocide. Principum à Lavinio liberi. 11. *quod attinet ad.* A memoria bene instructus. Firmus ab equitatu. Inops ab amicis. *Singulare est.* Ab aliquo, à sociis, ab Republica solvere. *Nomine aut pecunia reipublicæ.*

Abactus, a, abgetrieben. *Syn.* abductus, ablatus, dejectus, pulsus, expulsus, remotus, fugatus, actus, exactus. *Usus.* Abactus grex pecorum. Cujus magistratu abactus.

Abacus, i, Credentz-Tisch. *Syn.* mensa structoria; vasorum receptaculum & ad usum & ad pompam. *Usus.* Abacos complures ornavit argento auroque cælato.

Abalienatio, nis, Entfremdung. *Usus.* Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio.

Abalieno, as, entfremden. *Syn.* alieno, distraho, rejicio, averto, disjungo, divello,)(*Concilio.* *Adv.* Celerrimè, valde, vehementer. *Usus.* 1. *Ius rei nostræ in alienum transfero.* Vectigalia, agros populi vectigales, fundos, ædes. 2. *Transl. ad voluntates.* Studia hominum, judices à se, à sua causa abalienavit.

Abavus, i, Uhr-Ahn-Vatter. *Epi.* Omnium sapientissimus.

Abbas, Abt. *Syn.* Cœnobiarcha, archimandrita, monachorum præfectus seu antistes. Hæteriarchus, quasi princeps sodalitatis.

Abbatissa, a. Abtissin. *Syn.* Antistita sacrarum virginum, ascetriarum præfecta, quæ DEO dicatarum virginum collegium moderatur, monacharum Mater maxima.

Abdicatio, nis, Abkündung. *Syn.* Actus abdicandi.

Abdico, as, verstossen / ablegen. *Syn.* privo, spolio, exuo, abjicio, depono, rejicio. *D.* abdicatur *filius, dum vivit pater,* exhæredatur *post mortem.* *Usus.* 1. Abdicare filium, generum. 2. *magistratum vel procurationem aliquam pono.* Præturam, Consulatum, vel se præturâ abdicare. *Vul.* *Tradere suum munus alteri.* *Phras.* Missos facito honores. Foro te subtrahe. Curiæ & honoribus multam, longam salutem dicito. De provincia discede. Provinciam, imperium, exercitum depone. Imperio, magistratu abito. Tutelâ, patrocinio, annonariæ rei procuratione te abdicato.

Abdico, is, absagen. *Syn.* augurale verbum est.)(*Addico.* *Usus.* Aves abdixêre.

Abditus, a, verborgen. *Syn.* latens, latitans, opacus, latebrosus, obscurus, secretus, arcanus. *Adv.* Penitus, penitissimè, prorsus, planè. *Usus.* Locus ab arbitris liber; abditi ac penetrales foci; auri venæ penitus abditæ. Homo hic sensus, consilia, voluntates abditas gerit, & retrusas. Reus ille carceri abditus est.

Abdo, is, verbergen. *Syn.* occulto, retrudo, recondo, abstrudo, condo, abscondo, occulo, occulto, tego, obtego, contego, velo, involvo, operio, celo.)(*Pervulgo.* *Adv.* Latentiùs, longissimè, penitus. *Usus.* Abdere se ex conspectu. Abdere se rus, domum; se in locum occultum, in classem, in intimam Macedoniam, in bibliothecam, in scalarum tenebras vel tenebris, scholarum pulveres; gladium sub vestem. Arte quadám stultitiam suam abdere. *tegere.* V. *Abscondo.* *Tego.*

Abdomen, inis, Schmeer-Bauch. *Syn.* venter. *Epi.* turgens, insaturabile, inexpletum, obesum, unctum, pingue. *Usus* Homo abdomini natus; cujus studium unicum est abdomini inservire, indulgere, operam dare. *vide Pinguis.*

Abduco, is, hinwegführen. *Syn.* Removeo, aufero, averto, amoveo, abigo, abstraho, tollo.)(*Adduco.* *Adv.* Cautè. *Usus.* Servum ab hero, discipulos à præceptore, à Mario legiones; aliquem è foro, rus, in latomias, per vim abducere. Clavem de sera abducere. *Transl.* 1. *ad intelligendi vim.* Aciem mentis à consuetudine oculorum (*ratione, non oculis judicare.*) Cogitationem ab re aliqua, animum à cogitatione, commentatione, literariâ contentione &c. abducere. 2. *ad voluntatis studia & affectiones.* Dabo operam, ut miserum à vitio, licentiâ, libidine, irâ, turpi quæstu abducam. Respira, animum à molestiis, angoribus, sollicitudine, negotiis, republica, defensione reorum; amicum ex acie (judiciis ac foro) abducito. Multos avaritia à fide, ab officio, à vero & honesto ad nequitiam &c. abducit. Cave, ne fallaciis à veritate abducaris, abstraharis, avertaris, avoceris, abripiaris.

Abeo, is, hinweg gehen. *Syn.* discedo, recedo, excedo, exeo, facesso, migro, egredior, proficiscor, concedo.)(*Adeo, accedo, maneo.* *Adv.* Longè, longiùs, parumper, planè, intrò, peregrè, obviàm, isthuc, hinc, illinc, isthinc, inde, ab vel ex oculis. *Usus.* 1. Ex urbe ad mercaturam, è medio, fugâ abire. Viam abire. Quin ego me hinc amolior, amoveo; avolo, ut in ultimam provinciam me conjiciam. Animus est in discessu. Tui verò causâ hæc abitio evenit. 2. *Transl. negotium incœptum imperfectum deserere.* Ab incœptis, ab emptione, actione, petitione abiit. 3. *ad tristia, dum desinunt.* Nausea, pestilentia, timor, morbus serò demum abiit. Somnus, spes victis, animi quies, memoria alicujus rei mihi abiit. Salus exulatum abiit. 4. *muto mentem.* Turpe est abire ad vulgi opinionem, ad alienos mores, ad sententiam alienam. A sensibus, ab homine abiit. (*ab omni humanitate defecit.*) A proposito sermone, oratione longius abimus. Mos vetus in desuetudinem; beneficia in oblivionem abiêre. 5. *imprecantis.* In malam crucem, in malam rem, pestem, cruciatum, ad corvos abire. 6. *mori.* Vitâ, & ad plures abire. 7. *excrescere, mutari.* Oppidum in urbem abiit.

Phras. Ex Italia non abibo, non decedam, non recedam; ne latum digitum ab Italia discedam. Hinc nulla ratione neque pelli neque moveri potero. Nunquam hinc me movebo, commovebo. Pedem ex Italia non egrediar; nusquam hinc vestigium movebo; pedem Italiâ non efferam. V. *Discedo.*

Aberceo, es, abhalten. * *Syn.* arceo, prohibeo. *Usus.* Eam domo abercet.

Aberratio, nis, Irrung. *Syn.* digressio à recta via. *Epi.* Liberalissima, dignissima. *Usus.* *Transl.* *avocamentum a dolore.* Aberratio à molestiis erudito homini quærenda, deligenda est.

Aberro, as, wenig irren. *Syn.* recedo, deflecto, devio, erro, deerro, vagor. *Adv.* ab, de, ad, longiùs, unde. *Usus.* 1. Ab recta via per errorem deflecto. 2. *Transl.* *Ab fine proposito.* Consilia tua à regula & præscriptione vitæ, à communi utilitate, proposito longissimè aberrant. 3. *discrepo, difformis sum.* Imago hæc ab exemplari, filii vultus à matre, orationes à se aberrant. Nos ab vestra levitate non admodum aberravimus. 4. *à mœrore paululum animum avoco.* Scribendis epistolis, amicorum sermonibus aberro à miseriis; dolore, angore non levor. 5. *fallor.* Conjecturâ, verbô aberro. *Item.* Aberrat oratio, *cùm extra fertur.* V. *Erro.*

Abhinc, von jetzt an. *Accus. & ablat. junctum refertur ad tempus præteritum, non item futurum.* *Usus.* Annos abhinc vel annis ampliùs viginti.

Phras. Ex, ab hac die, biduô ante libertus mihi domum condixerat.

Abhorreo, es, Abscheu haben. *Syn.* detestor, abominor, aspernor, exhorreo, religioni habeo, aversor. *D.* exhorreo *hanc rem, id est, expavesco, semper cum accus.* abhorreo *ab hac re, id est, valde alienus sum, semper cum ablat.* *Adv.* longè, longissimè, multùm, planè, plurimùm, prorsus, valde, vehementer. *Usus.* 1. Abhorret alicui animus à nuptiis, literarum studiis, forensi strepitu. Studio & voluntate abhorreo ab improbis civibus, ab aliorum sententiis. Ad horum commemorationem flagitiorum auris abhorret & animus. Abhorret tua oratio ab aurium comprobatione. 2. *Transl.* *Repugno, alienus sum.* Abhorret hoc facinus ab optimi

viri moribus, constantiâ, prudentiâ, à moribus omnium; dictum hoc à veritate, communi sensu, fide abhorret; hæc doctrina à præceptis communibus, ab auribus vulgi, opinione generis humani admodum abhorret. V. *Absilio.*

Abjectè, verächtlich. *Syn.* contemptim & abjecto animo. *Usus.* Nec abjectè, nec sine aliqua dignitate casum illum tulit.

Abjectio, nis, das Hinwerffen. *Syn.* rejectio, ejectio, dejectio animi, defectio, & penè desperatio, debilitatio, nimia trepidatio.

Abjectus, a, verworffen. *Syn.* desertus, contemptus, neglectus, despectus, spretus, vilis, humilis.)(*Se efferens, exaggeratus.* *Adv.* Omnino, planè. *Usus.* Animus humilis, demissus, afflictus, fractus, perculsus metu, abjectus. Causam tuam abjectam excitavi. Verba, gemitus, oratio abjecta. Poëtarum Dii ad sensus, moresque nostros abjecti.

Thras. Animo sanè es abjecto, fracto, molli, enervato, languido. Terreum quiddam in te est, & molle, quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. Submissum, effæminatum, fractum animum geris. Cavendum tibi foret, ut ne quid timidè, ne quid ignavè, ne quid serviliter, muliebriterve facias; at tuo animo & perculso & abjecto. Pusillus ille tuus animus, fractus & dissipatus. Debilitas, abjectio, timiditas humilis tui animi palam est omnibus; quàm nihil in te virtutis, nihil animi, nihil nervorum insit, omnes vident. Ut te animo demittas, ut frangaris malis, ut animo consterneris, incommodis perturberis, mœstæ ac abjectæ sis indolis, neminem latet. V. *Vilis, Humilis.*

Abiegnus, a, aus Dannen. *Syn.* ex abiete. *Usus.* Abiegnæ trabes.

Abies, tis, Dannenbaum. *Syn.* Alpina & procerior arbor. *Epi.* Crispa.

Abigo, is, hinweg treiben. *Syn.* expello, pello, fugo, propello, ejicio, ago, exigo. *D.* arceo *prohibet accessum ad locum*, abigo *à loco rejicit.* *Usus.* 1. Pecudes furto & latrocinio. Abigere muscas, delatores ab ædibus, ab vel ex frumento anseres, hominem aliquò. Abigere partum medicamentis. 2. *Transl.* Membris lassitudinem, fastidium, molestias animô vini haustu abige. V. *Pello.*

Abjicio, is, verwerffen. *Syn.* depono, rejicio, relinquo, contemno, sperno, aspernor, despicio, negligo, respuo; *fere cum contemptu vel desperatione.* *Adv.* libenter, negligenter, prorsus. *Usus,* 1. Abjicere se humi, alicui ad pedes, insigne regium de capite, susceptum onus propter imbecillitatem; se in mare abjicere. 2. *Transl. abrumpo cœpta.* Consilium profectionis, ædificationem, voluntatem discendi; omnem de republica curam sibi abjiciendam putavit. 3. *animi vitia aut virtutes exuo.* Nunc demum socordiam veterem, superbiam, timorem &c. abjicito. Ecquid spem, gloriam, honestæ gloriæ studium, ingenii famam, hastam, te ipsum, humanitatem omnem turpiter abjicis? V. *Contemno. Relinquo.*

Abitio, nis, Abscheid. * *Syn.* abitus. *Usus.* Tui causâ hæc abitio evenit.

Abitus, ûs, Abreise/ Hinweggang. *Syn.* discessus, excessus, recessus, profectio, abitio, migratio. *Item.* Locus, per quem abire possumus.

Abjudico, as, etwas rechtlich absprechen. *Syn.* judicio aliquid alteri aut ab altero aufero.)(*Adjudico.* *Usus.* Agros, causam, fundum. Prætor Cajo abjudicavit. V. *Judicium.*

Abjungo, is, zertrennen. *Syn.* disjungo, separo. *Usus.* Lacrymas non teneo, cùm à me abjungeris; abjunxit se ab illa factione. *vide Discedo.*

Abjuro, as, verschweren. *Syn.* nego, pernego, abnego, abnuo, inficior cum juramento. *Usus.* *In judicio perjurio nego aliquid.* Creditum, depositum, pecuniam abjurare. *Vul. juramentum præstat, se non debere.*

Ablegatio, nis, Abfertigung. * *Syn.* ablegandi actus. *Usus.* Ablegatione juventutis ad bellum urbs levanda videbatur.

Ablego, as, absenden. *Syn.* amando, ejicio, pello, expello, dimitto, amitto, removeo. *Aliò mitto eum, qui molestus aut impedimento sit.* *Adv.* Aliquò, aliò, foras. *Usus.* Senatum, Consilium dimittere & ablegare. Odiosum hominem venatum, rus, in villam ablegavi. V. *Pello.*

Abligurio, is, ire, **verschlemmen.** *Syn.* ligurio, voro, helluor. *Usus.* Patria bona abligurire. V. *Vorax. Patrimonium.*

Abludo, is, **ungleich seyn.** *Syn.* differo, discrepo, absum. *Adv.* Multùm, non multùm. *Usus.* Hæc imago à te non multùm abludit. V. *Discrepo. Dissimilis.*

Abluo, is, **abwaschen.** *Syn.* lavo, purgo, eluo, rigo, expio, abstergo. *Usus.* 1. Quin tu maculas, sordes eluis, deluis? vivo flumine perfunderis? 2. *transl. corrigo.* Superioris vitæ maculas egregiis factis abluit. Perturbatio animi placatione abluitur, *lenitur.*

Abnego, as, **verlaugnen.** *Syn.* abnuo, renuo, recuso, nego, pernego, improbo, retracto, denego. *Denego, quod dono petitur, aut commodatò.* *Usus.* Depositum, pecuniam abnegare.

Abnormis, e, **ohn Ordnung.** * *Syn.* Enormis.

Abnuo, is, **abschlagen.** A Græc. νεύω. *Syn.* renuo, recuso, nego.)(*Annuo, ajo, concedo.* *Usus.* Jussa, imperia abnuit miles. Cognomen Bruti non abnuit. Nullum facinus abnuere solet. Tua erga me voluntas nihil unquam studio meo abnuit, *negavit.* V. *Nego.*

Aboleo, es, **austilgen.** *Abolesco,*)(ἀλδήσκω, *augesco, cresco.* *Syn.* antiquo, rescindo, tollo vel deleo, extinguo, oblitero. *Usus.* 1. Aquis aliquid vel igne abolere. Homo perditus viris optimis magistratum, Senatui libertatem, vires reipublicæ, leges omnes abolevit; non item conscientiam generis humani, non infamiam sempiternam abolere poterit. Crimina & nomina reorum abolevit, *è tabulis expunxit.* 2. *transl. ad animi affectus.* Tempus dolorem, iram &c. abolet.

Abolesco, is, **veralten / zu nicht werden.** *Syn.* antiquor, rescindor, obsolesco, tollor, deleor, decresco. *Usus.* Abolescunt creata, *decrescunt.* Memoria hujus rei prope jam aboleverat. Constituta olim pœna penitus abolevit.

Abolitus, a, **veraltet / ungebräuchlich.** *Syn.* antiquatus, rescissus, obsoletus, abrogatus. *Usus.* Mores abolitos unus retinet. Libros abolitos, accusationes abolitas protrahit. Abolitas ædes instaurat.

Abominandus, a, **abscheulich.** *Syn.* detestabilis, detestandus, execrabilis, execrandus, horrendus, detestatione dignus. *Usus.* Infelicitas abominanda.

Abominor, aris, **verfluchen / Abscheu tragen.** *Syn.* execror, detestor, fugio, horreo, abhorreo. *Usus. Utimur hoc verbo, cùm aliquod verbum veluti sinistri ominis causâ abominamur.* Regum insigne aut perferendum tibi est, aut (quod abominor) in te ruet. Nominata inter epulas incendia fusis aquis abominantur. *Phras.* Quis non abominetur, execretur, aversetur, detestetur civilis belli authorem? Cui non improbus & execrandus & detestabilis videatur funesti & conscelerati belli author; dignus, quem dira execratione, ac furiali carmine in ejus caput composito omnes prosequantur? V. *Horreo. Abhorreo.* *Form.* O misera vitæ ratio! O rem miseram &·calamitosam! O me perditum! O me afflictum! O meam calamitosam senectutem! O rem totam odiosam! O factum malè de hoc! Hoccine seculum? O genera sacrilega! O hominem caput scelestum & impium! Proh nefas!

Aborior, eris, *vel* iris, **entspringen / aufgehen.** *Syn.* orior, exorior, exurgo. *Usus.* Aboriri fœtus *dicitur, qui intempestivè nascitur.* Abortum facio.

Abortio, nis, **unzeitige Geburt.** *Syn.* actus aboriendi. *Usus.* Abortionem persuadere.

Abortivus, a, **mißgeburtig.** *Syn.* abortu natus. *Usus.* Filius, fœtus abortivus.

Abortus, ûs, **Mißgeburt.** *Syn.* intempestivus ortus, abortio. *Usus.* Abortum facere, pati, inferre. Uno abortu duodecim puerperia egesta. Abortioni operam dedit, ut partum enecaret.

Abrado, is, **abkratzen.** *Syn.* rado, corrado, derado, tollo, aufero, subripio. *Adv.* Penitus. *Usus.* 1. Barbam, partem summam abradere. 2. *transl. elicio, extorqueo.* Vidit, se litium terrore nihil ab eo abradere (pecuniæ) posse.

Abripio,

Abripio, is, **wegnehmen.** *Syn.* rapio, abstraho, rapto, surripio, eripio, tollo, aufero, protrudo. *Usus.* 1. Procul à terra tempestate abreptus est. In vincula, ad quæstionem abripi jussus est. Filius à complexu matris, senator à complexu reipublicæ, Epaminondas ex ipso victoriæ complexu abreptus est. A conjuge, liberis, aris focisque abripi. 2. *transl. ad vehementiores* animi affectus. Quasi æstus quidam ingenii, iracundiæ, doloris eum in altum abripuit. V. *Aufero. Fur.*

Abrodo, is, **abnagen.** *Syn.* rodo, corrodo, exedo, rodendo abscindo.

Abrogatio, nis, **Aufhebung / Abschaffung.**

Abrogo, as, **abschaffen.** *Syn.* rescindo, dissolvo, aboleo, antiquo, adimo, aufero, minuo, interdico, refigo, abdico, dissolvo, consensu publico irritum facio, derogo aliquid de lege, tollo, oblitero.)(*Rogare legem.* *Adv.* Æqualiter. V. *Irritus.* *Usus.* Alicui magistratum, imperium, potestatem, jurisdictionem abrogare. *Vul. Deponere aliquem ex officio.* Suis ipse factis sibi fidem abrogat. Legem, plebiscitum suffragiis, comitiis, abrogare, antiquare.

Abrumpo, is, **abreissen.** *Syn.* rumpo, avello, abscindo. *Item* libero. *Adv.* Ex. Ex re aliqua abrumpere aliquid. *Usus.* 1. Ab insula triginta passuum millia abrupta. Rem inchoatam abrumpere. 2. *transl. ad animi affectus.* Spem, metum, medios amores, dissimulationem, fas omne, patientiam, sermonem, consilia vasta abrumpere. Homo insanus venas sibi, vitam, lucem invisam desperatione abrupit.

Abruptio, nis, **Zertrennung.** *Syn.* ipse abrumpendi actus. *Usus.* Abruptio corrigiæ. Illa, quam scribis, abruptio non placet.

Abruptus, a, **abgerissen.** *Syn.* disruptus, confractus, loca divulsa, & ob id invia, quæ descensum non habent, prærupta. *Usus.* 1. Barathrum, vallis in ingentem altitudinem (profundum) abrupta. 2. *transl. ad hominem præfervidum, aut rem aliam inexpectatam.* Homo est præcipitis ingenii & abrupti; contumaciæ abruptæ. Orationis genere, initio, dictis, querelis abruptis utitur. Gavisus sum abrupto lucro, *præter spem oblato.*

Abs re, **nicht unnuß.** * *Syn.* non est alienum te interesse. Non est alienum meis institutis.

Abscedo, is, **hinweggehen.** *Syn.* recedo, discedo, abeo.)(*Accedo.* *Adv.* A, ab, de, procul, hinc, illinc, inde, retro, hàc, aliquò, è. *Usus.* E conspectu, ab republica ne vestigium quidem abscessit. Sol, somnus abscedit. Incœpto abscessit. Humor noxius in apostema abscessit. *vide Abjungo. Discedo.*

Abscessio, nis, **Abweichung.** *Syn.* abscessus.

Abscessus, ûs, **Abweichung.** *Syn.* recessus.)(*Accessus, appulsus.* *Epi.* Longinquus. *Usus.* Longinquo solis abscessu.

Abscindo, is, **abschneiden.** *Syn.* scindo, lacero, amputo, seco, reseco, rescindo, discindo, separo. *Adv.* A, ab. *Usus.* 1. Cervicibus caput abscindere; tunicam à pectore. 2. *transl.* querelas, operas, & similia. Abscindere sibi rerum omnium respectum, præterquam victoriæ, *nihil aliud cogitare.*

Abscissus, a, **abgeschnitten.** *Syn.* abruptus, præruptus, præcisus. *Usus.* 1. Aditus ad arcem abscissus & præruptus. Italiæ latus Siciliâ, terræ cœlo, undæ terris, insulæ à continenti abscissæ. 2. *transl.* Res & spes abscissæ, *perditæ.* Genus castigationis abscissum, *durum & asperum.* Abscissior & præfractior justitia in hoc foro viget. Oratione utitur asperâ & abscisâ.

Absconditè, **verborgen.** *Syn.* occultè. *Usus.* Non implicitè & absconditè, sed patenter & expeditè.

Absconditus, a, **verborgen.** *Syn.* abditus, reconditus, abstrusus. *Usus.* Absconditæ insidiæ; jus Pontificum absconditum, *obscurum.*

Abscondo, is, **verbergen.** *Syn.* occulto, celo, abdo, abstrudo, retrudo, opprimo, condo.)(*Aperio, resero, recludo, emineo, appareo.* *Usus.* Crimen tuum, stultitiam tuam penitissimo in pectore absconde. *Phras.* Consilia sua, cupiditatem suam simulatione, dissimulatione tegit, velat, occultat & dissimulat. Habet clausa sua consilia; voluntate est abdita & retru-

retrusâ. Ut cochlea abſcondit & retentat ſeſe tacitus. Naturam ſuam tegit, & quaſi quibusdam velis obtendit. In occultum ſe abdidit; ſub tabulas ſubrepſit; occultavit ſe, & domi continuit, *in latebras ſe conjecit*. V. *Tego. occulto. Clam.*

Abſens, tis, abweſend. *Syn.* diſſitus, remotus, non præſens. *Uſus.* Utriusque noſtrûm abſentis deſiderium epiſtolis leniamus. Abſente altero ſecundùm præſentem judicatum; nulla abſentis ratio habita.

Abſentia, æ, Abweſenheit. *Epi.* Levior, longa, brevis, dura, mœſta, triſtis. *Uſus.* Vereor, ne abſentia mea levior ſit apud te, *minùs cures.*

Abſilio, is, ire, davon ſpringen. * *Syn.* ſaltu alicunde recedo.

Abſimilis, e, ungleich. *Syn.* diſſimilis, haud ſimilis, diſpar, impar. *Iungitur ferè cum particulis negativis:* Non, nec, neque, haud. *Uſus.* Non abſimilis Tiberio. V. *Diſſimilis. Diſcrepo.*

Abſiſto, is, abſtehen. *Syn.* diſcedo, abeo, abſcedo, ceſſo, deſino, deſiſto. *Uſus.* 1. Abſiſtere à ſole, *ex ſole abire.* 2. *transl. ab incœpto recedo.* Bello, pugnâ, furore, actione, obſidendo, peccando abſiſto. V. *Deſino. Finio.*

Abſolvo, is, entledigen / loßſprechen / vollenden. *Syn.* perficio, conficio, perago, finem impono, tranſigo, ad exitum perduco. *Adv.* Aperte, bene, copiose, honeſtè, honeſtiſſimè, perfectè, planè. *Uſus.* 1. *perficio.* Opus, penſum abſolvo. *Thraſ* Exædifica, quod inſtituiſti; pertexe, quod exorſus es. Præclarè inchoatis tuis ſumma, extrema manus nondum acceſſit, eam nondum admoviſti, nondum impoſuiſti. Bellum hoc affectum eſt (propè confectum) nondum confectum. Quæſtio illa profligata (aliquò usque perducta) nondum ad exitum perducta. Res, controverſia, lis nondum ſublata, magna tamen ex parte profligata eſt. Conſilia tua & inſtituta nondum ad exitum pervenerunt; longè abſunt ab exitu; pene exitum attigêre; ad exitum pervenêre; exitum nondum habent. 2. *libero, ſolvo.* Fidem liberare, abſolvere, *promiſſa repræſentare.* Navem, creditorem, pignus abſolvit, *ſolvit, perſolvit.* 3. *judiciò vinco.* Injuriarum, improbitatis, (*ſubaud.* crimine) affectati regni ſuſpicione honeſtè, honeſtiſſimè, copiosè (multis ſententiis) ſenatorum urnâ abſolutus eſt. 4. *abire cupientem dimitto.* Abſolve demum me; ne mè ultra morare. 5. *contineo.* Honeſtas omnis quatuor partibus abſolvitur, *continetur, finitur.* V. *Perficio. Finis.*

Abſolutè, vollkommenlich. *Uſus.* Feliciter, abſolutè, fortunatè vivere; perfectè atque abſolutè beatus.

Abſolutio, nis, Entledigung/ Vollkommenheit. *Syn.* perfectio. *Epi.* perfecta, conſtans. *Uſus.* 1. Virtus rationis abſolutio definitur. Ad hujus abſolutionem operis multa deſunt. 2. *in judicio.* Hominis improbi abſolutio lex impunitatis putatur. Ego mea Oratione, interceſſione abſolutionem tibi confeci.

Abſolutus, a, vollkommen/ ledig geſprochen. *Syn.* perfectus, peractus, liber, judicio dimiſſus. *Adv.* perfectè, planè. *Uſus.* 1. Culpâ, crimine abſolutus. 2. Orator numeris omnibus abſolutus, abſoluta ſimilitudo, elegantia.

Abſonus, a, übel lautend. *Syn.* diſſonus, malè conſonus, non conſonans, repugnans, malè conveniens, diſcors, diſcrepans. *Uſus.* 1. Vox abſona; voce abſonus. 2. *transl.* Abſoni fortunis motûs; dicta fidei abſona; abſonis moribus homo & inconditis. V. *Inconveniens.*

Abſorbeo, es, gantz austrincken. *Syn.* ſorbeo, voro, devoro, haurio, exhaurio, rapio, abſumo. *Uſus.* Vide, ne te aut conſuetudinis aut gloriæ quidam æſtus abſorbeat. Quæ charybdis tam vorax tot res tam citò abſorbere potuiſſet? *de homine rapace.* V. *Haurio. Abligurio.*

Absque, ohn. * *Syn.* Sine. *Uſus.* Absque te foret, aliâ fortunâ uterer, *niſi per te ſtetiſſet.*

Abſtemius, a, der nicht Wein trincket. *Uſus.* Vini abſtemius, abſtinens; prandium abſtemium. V. *Bibo.*

Abſtergo, is, abwaſchen. *Syn.* detergo, tergo, purgo, diluo, deleo, abluo. *Adv.* planè. *Uſus. transl. ſedo, tempero, fugo.* Epiſtola tua mihi metum omnem & luctum abſterſit. Senectutis

tis molestias, fastidia, ægritudinem blanda amicorum consuetudine abstergito.

Absterreo, es, **abschröcken.** *Syn.* deterreo, terreo, arceo, prohibeo, avoco, terrorem incutio. *Usus.* Anseres ab frumento, ab se supplicem absterrere & excludere.

Phras. Minæ tuæ neutiquam me ab cœpto consilio depellent; aut avocabunt a conatu. Minis tuis nihil moveor, nihil trepido. Desperatione me non debilitabis. V. *Terreo, prohibeo.*

Abstinens, tis, **enthaltend / mässig.** *Syn.* temperans, sobrius, moderatus, parcus, suo contentus, continens, modestus. *Adv.* mirificè. *Usus.* Non manus duntaxat, sed & oculos abstinentes habet. V. *Sobrius. Iejunus.*

Abstinentia, æ, **Enthaltung / Mässigkeit.** *Syn.* modestia, continentia, parcus victus, modicus cibus, sobrietas. *D. per* abstinentiam *cohibemus nos ab alienis, per* continentiam *à voluptatibus. Ept.* admirabilis, incredibilis, provincialis, summa, parca, sana, longa, sancta, dura. *Usus.* 1. Nulla re Prætor faciliùs Provincialium benevolentiam colligit, quàm abstinentiâ & continentiâ. Summa est in magistratu abstinentiæ laus. 2. Vini ciborúmque abstinentiâ febris mitigatur. V. *Diæta. Sobrius.*

Abstineo, es, **sich enthalten.** *Syn.* prohibeo, tempero, contineo. *Adv.* facilè, vix. *Usus.* 1. *A vitio se aut aliquem coërcere.* Se maledictis, à culpa; manus, mentem à scelere; manus ab alienis pecuniis; gemitus, sermonem de re aliqua abstinere. 2. *arceo, prohibeo.* Ægrum cibo, pupillum ab hæreditate patris abstinere. Vim & bellum à finibus, vim ab aliquo & manus, ignem ab ædibus abstinere. 3. Pugnâ, bello, publico, urbe, mari.

Phras. abstinere cibo. Qui longævus esse velit, ne multi cibi sit; cibo utatur tenui; ne se cibis ingurgitet; sobriè, parcè, continenter, severè, non delicatè aut molliter; frugaliter & modestè vivat. V. *Sobrius. Diæta.*

Absto, as, **weit davon stehen.** * *Syn* disto, longè sto. *Usus.* Longiùs abstitit. *vide absum.*

Abstractus, a, **abgezogen.** *Syn.* avulsus, disjunctus, abductus.)(*Concretus. Usus.* Sæpe animus à corpore abstractus à Divino impetu concitatur. V. *Separo.*

Abstraho, is, **abziehen.** *Syn.* abripio, avello, avoco, abduco, removeo, dimoveo, divello. *Adv.* à, ab, de, è, ad, valdè. *Usus.* Ab omni me sollicitudine, ab rebus gerendis, è conspectu aliorum abstraham. Civitatem à moribus inquinatis, à servitio abstraxit. Incensos animos à certamine, à vincendi cupiditate avocavit, abstraxit. Sevocavit mentem ab oculis.

Phras. abstrahendo ab impietate hominis, imperitissimus certò est. Si impietatem etiam subtraxeris, semoveris; sepone impietatem; seposita impietate; semota illa ratione; detracto eo, quòd impius, rudis etiam est, & ignavus. V. *Separo. Impedio.*

Abstringo, is, **abstricken / auflösen.**)(*stringo. Usus.* Nodum abstringere, *solvere.*

Abstrudo, is, **verbergen / verstossen.** *Syn.* abscondo, abdo, recondo, occulto. *Adv.* penitùs, foris, inter. *Usus.* Natura veritatem penitùs in profundo abstrusit. Tristitiam abstrudere sapientis est. V. *Abdo.*

Abstrusus, a, **verborgen.** *Syn.* latens, occultus, abditus, reconditus. *Adv.* penitus. *Usus.* Diu reconditus & abstrusus animi dolor. Homo abstrusus & intra se abditus. V. *Occulto.*

Absum, es, **abwesend seyn.** *Syn.* remotus, disjunctus, disto, facesso, desum, dissitus.)(*Adsum. Adv.* longe, longiùs, diutiùs, diutiùs frustrà, dolenter, haud procul, longè gentium, longissimè, multùm, non longè, paulisper, perpetuò, plurimùm, procul, propiùs, prorsus nihil, nunquam, causâ alicujus rei, bidui, biduum, parumper, hinc. *Usus.* 1. Abesse à domo, foro, urbe, à suis. 2. *transl. alienus sum, abhorreo, aversor.* Nihil à me abest longiùs, quàm avaritia. A laude boni civis, cogitatione, spe recuperandæ libertatis non longè absum. A culpa, a maleficio, ab insania, ab contentione, à scelere non longè abes. Ab officio boni civis non longè absum. 3. *desero, desum.* Abesse amico in periculo,

riculo. Quid huic abest, nisi res & virtus? Propiùs absui à morte. Abesse non potest, quin, qui hæc facit, sit improbissimus: Es wird kaum fehlen / daß rc. Tantum abest, ut hoc inficier, ut plurimùm affirmem etiam; *vel*, Tantùm abest, ut hoc inficier; affirmo etiam. *Adeò non inficior, ut affirmem, ferè cum duplici* ut, *quorum alterum est contrarium antecedentis. Thras.* *Absit.* Quod nolim; quod Dii prohibeant; quod Dii omen avertant, *vel*, obruant. Dii averruncent. Hæc absint, velim. Dii immortales faxint, ne sit. Dii meliora. Detestabile omne avertat Jupiter; ne id Jupiter sinat, siverit. Procul abest, absit talis fortuna reipublicæ. Nec istud Dii hominesque patiantur.

Absumo, is, verzehren. *Syn.* consumo, contero, conficio, perdo, exhaurio. *Usus.* Fames illum & illuvies, denique mors fortuita absumpsit. V. *Consumo.*

Absurdus, a, ungereimt. *Syn.* ineptus, turpis, inconveniens, minimè consentaneus, alienus, absonus, quod omnium mentes aspernentur ac respuant.)(*Conveniens, aptus, accommodatus, tempestivus. Adv.* planè, valdè. *Usus.* Res tam incredibilis, quàm absurda, quâ absurdius dici nihil possit. Homo, sonus, vox absurda, & abhorrens.

Abundans, tis, überflüssig. *Syn.* affluens, circumfluens, copiosus, dives, fertilis, uber, plenus, refertus.)(*Inops, expers, deficiens. Usus.* Abundanti doctrinâ vir, sed idem studio, otioque abundans. Supellex non quidem luxuriosi, sed tamen abundantis. Ex abundanti, zum Uberfluß. *vide Divitiæ. Pecunia.*

Abundanter, überflüssiglich.)(*Pressè, angustè. Usus.* copiosè & abundanter loqui.

Abundantia, æ, Uberfluß. *Syn.* vis, numerus, *ut pecoris,* copia, ubertas, affluentia, magnitudo, acervus, fertilitas.)(*Egestas, tenuitas, angustia, inopia. Epi.* infinita, magna, vitiosa, larga, dives. *Usus.* Ingenii juxta & otii, & rerum omnium abundantiâ felix. Est hæc quædam abundantia amoris erga me tui.

Abundè, überflüssiglich. *Syn.* abundanter, copiosè, affatim, largiter. *Usus.* Abundè magna præsidia.

Abundo, as, überflüssig haben. *Syn.* sum dives, affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo, affluo.)(*Deficior, egeo, deest. Usus.* Otio, ingenio, consilio, copiis omnibus, familiaritatibus, propinquorum amore, ornamentis circumfluere & abundare. V. *Habeo, Divitiæ, Copia.*

Abvolo, as, abfliegen. *Syn.* fugio, fluo, evanesco. *Usus.* Fluit corporis voluptas, & prona abvolat.

Abusque, biß von. * *Usus.* Abusque manè ad vesperum.

Abusus, ûs, Mißbrauch. *Syn.* malus usus.

Abutor, eris, mißbrauchen. *Syn.* non rectè, non suô locô, malè, perversè utor. *Adv.* prorsus, immoderatè, insolentiùs, eleganter, ingratè, impudenter, intemperanter, licentiùs, perversè, privatim perversè, publicè perversè. *Usus. Sæpius in malam partem accipitur.* Tribunatu ad scelus; legibus & majestate judicum ad libidinem; legibus, alieno nomine ad suum quæstum; ornamentis alicujus pro spoliis; auribus, fortunis, facilitate hominum donatione, gloriâ nominis & otio ad superbiam; scelere & perfidia ad alicujus exitium abuti. *Subinde in bonam partem.* Omni tempore ad dicendum concesso abusus sum. Opera in studiis abutor. Ignoratione tua ad salutem miseri abusus sum.

Academia, æ, Hohe Schul. *Syn.* Gymnasium Athenis, Ceramicus, Lycæum. *Epi.* adolescentior, antiqua, florens, media, nova, procax, recentior, recens, vetus, umbrifera, volatica, sui similis.

Academici, orum, die sich auf der hohen Schul aufhalten. *Epi.* Sapientes, novi, veteres, diserti, antiqui, quasi certa cognitione certi.

Accedo, is, hinzu gehen/ nahen. *Syn.* adeo, venio, appropinquo, appello, contingo, transeo ad, addor, advenio, propinquo, adjungor, advento, advolo.)(*Decedo. Adv.* callidè, extrinsecùs, intempestivè, invitiùs, magis & propiùs, maturrimè, multùm sanè post, omnino non, occultiùs, pressiùs, promptiùs;

ptiùs, propiùs ad, proximè ad, cominus, huc, obviam, voluntate, temerè, timidè, tutò, propiùs paulò, prudentiùs, quàm proximè. *Usus* 1. In Apuliam, ad Romam, in oppidum, in regnum, ad ludos accedere. 2. *Suscipio.* Ad causam alterius, ad conditiones certas ac pactiones accedere. Ad dignitatem, odium, ad amicitiam alicujus accedere; ad periculum certum, ad rempublicam *gerendam* accedere. 3. *Consentio.* Ciceronis sententiæ, Pompeji partibus accedo. 4. *Similis sum.* Summa virtus proximè ad Deos, ad Deorum similitudinem accedit. Academici proximè ad nostram disciplinam accedunt. 5. *Additur.* Ex ea re magnus dolor bonis viris accessit; paulùm roboris ætati, vino ætas accessit. 6. *Transeundi ad aliud formula.* Huc accedit, quòd &c. Eò accedit, quòd &c. *Vide: Appropinquo. Phras.* Aditum molitus per saxa. Affectabat viam ad me. Adspirare ad locum aliquem. Cursum capessere ad senem. Gradum moliri. Ad senem invisere. Viam affectare, convolare, subire. Aditum quære ad senem. *V. Appropinquo.*

Accelero, as, herzu eylen. *Syn.* Maturo, celero, propero, celeritatem adhibeo, festino, premo, urgeo.)(*Tardare. Usus.* Mortem, opus, cœpta, gradum accelerare. *Phras.* Acceleratione uti. Properare, quæ incepto usui forent. Admaturare negotium. Præcipitem esse ad. Festinare ad aliquid. V. *Propero. Celer.*

Accendo, is, anzünden. *Syn.* Inflammo, illumino, illustro, incendo, uro.)(*Extinguo. Adv.* Leniter, sensim, contra, in aliquem. *Usus* 1. DEUS Solem ut lumen quoddam accendit. 2. *Transl. ad animi affectus vehementes.* Ea mentione commoveri videbatur & accendi. Luctu accensus & cupidine. In amorem, rabiem accensus est. *Phras.* Inflammatâ tœdâ, tœdâ candente ignem admovit. Ardentes faces in tecta injecit. Ignem ædibus intulit. V. *Incendium. Inflammo.*

Accensus, i, Stadt-Knecht. *Syn.* Minister, præco, apparitor Consulis. *Epi.* Conjunctus & proximus. *Usus.* Accensus eo sit numero, quo eum majores nostri esse voluerunt.

Acceptio, nis, Empfahung / Annehmung. *Syn.* Actus ipse accipiendi. *Usus.* Nec deditio, nec donatio sine acceptione intelligi potest.

Acceptus, a, angenehm. *Syn.* Charus, gratus. *Usus.* 1. Rumor in vulgus acceptus. Nihil DEO virtute acceptius. 2. Acceptum vel in acceptum referre, *tabulis acceptorum, vel codici acceptorum inferre receptam ab aliquo certam pecuniam.* Quod vivo, fortunas, liberos, rempublicam, senectutis quietem, tibi acceptum refero. Nemo virtutem DEO acceptam refert. 3. *Bene vel male habitus.* Inopiâ rerum omnium pessimè accepti sumus. V. *Gratus, Gratia. Gratiosus.*

Accersio, is, ire, hinzuberuffen. * *Syn.* Accerso, advoco. *Adv.* Aliunde, ultro. *Usus.* Accersire capitis aliquem.

Accerso, is, hinzuberuffen. *Syn.* accersio, advoco, voco, evoco, accieo, accio, appello. *Adv.* aliunde, ultro ab aliquo. *Usus* 1. Ex ultimis terris, ad aliquid, ad se, auxilia ab aliquo, ad societatem laboris alterum, ad negotium, ad bellum accersere. 2. Aliquem majestatis, capitis, vel invidioso crimine accersere, accusare, tribuere. V. *Voco.*

Accessio, nis, Vermehrung / Zusatz. *Syn.* Adjectio, incrementum.)(*Decessio. Epi.* digna, jucunda, legitima, nec ea vulgaris, libera, magna, maxima, permagna, probabilis, parva atque exigua, quantacunque. *Usus.* 1. *Hoc nomine veniunt, quæ supra stata vectigalia ac tributa exiguntur aut tribuuntur.* Pendit Sicilia modiûm sex & viginti millia, accessionem bis mille sestertiûm. Aratores jam passim nummorum accessionem dare coguntur. 2. Accessionem adjungere ædibus, etwas an das Hauß anbauen / zubauen. 3. Accessio febris, das Fröstlein. 4. Magnæ tibi factæ sunt accessiones dignitatis & opum. Magna ad veteres clades, ad ægritudines priores ea re accessio facta, allata est. Accessio annorum lentiores denique facit. Vide: *augeo, Lucrum. Quæstus.*

Accessus, ûs, Hinzunahung. *Syn.* Appropinquatio, accessio, appulsus, adventus.)(*Recessus. Epi.* modicus, nocturnus ad urbem, popularis ac tribuna-

nalis, proximus. *D.* accessus *est aditio sive appropinquatio*, accessio *autem adjectio atque incrementum.* *Usus* Luna accessu & recessu lumen Solis accipit, accessum & recessum marinum efficit.

Accidit, **es hat sich begeben.** *pro* Evenit, *solùm in tertia persona propriè de malis dicitur*, *uti* Contingere *de bonis.* *Syn.* evenit, usuvenit, cadit, casus incidit, tempus incidit, fit sæpè, ut &c. id factum est &c. potest accidere, ut &c. *Usus.* Si quid mali, adversi; si quis dolor, quæ calamitas acciderit, firmo animo esto. Si quid ex humanitate, moribúsque alterius accidere jucundum homini potest, mihi ex te acciderunt.

Phras. Si res acciderit; si res, si tempus, occasio tulerit, postulaverit, exegerit. Si se offerret, se daret, ostenderet occasio. Si fortuna occasionem obtulerit, detulerit, præbuerit. Si tempus, facultas accidet. Si fortuna feret, non committam, ut meo erga te officio desim. Accidit; casu factum est; factum est; casus tulit, fortuna fecit; fortunæ placuit; ut litem perderem. *V. Eventus. Evenio.*

Accido, is, **widerfahren / sich zutragen.** *Syn.* evenio, obtingo, advenio, intervenio, cado, contingo, fio, usuvenio, *Adv.* [illegible]ter ac, aliter atque, casu, contra, [illegible]tùs, fortuitò, humanitùs, incom[illegible]è, iniquè, maturiùs, meritò, opportunè, optatiùs, percommodè, perincommodè, perrarò, privatim, publicè, separatim nihil, valde ex voluntate, permirum, acerbius ad, contra quàm, singillatim ad pedes. *Usus* 1. *evenire.* Si quid pupillo accidet humanitùs. Nihil ad dolorem acerbius, ad gloriam optabilius accidere posset. Ipsi aculei, calamitates ipsæ mihi non ingratæ accidère. 2. *Procumbere juxta, ad aliquid cadere.* Ad pedes, ad genua accidere. Nescio, quæ vox mihi ad aures vel auribus accidit. 3. *Cadere.* Missa à Gallis tela graviùs accidère. *V. Evenio. Eventus.*

Accîdo, is, **abhauen.** *Syn.* cædo, consumo, absumo, circumcido, extenuo, affligo, haurio. *Usus transl.* Uno prælio res, fortunæ, opes Carthaginis accisæ sunt penitùs, afflictæ, imminutæ, extenuatæ. *V. Affligo.*

Accieo, es, **hinzu beruffen.** * *Syn.* accio. *Usus.* Jam ego illum huc acciebo.

Accinctus, a, **umbgürtet.** *Syn.* Industrius.)(*Discinctus, negligens.* *V. Paratus.*

Accingo, is, **sich umgürten.** *Usus.* Accingere se operi, ad rem naviter aggredi. Se prædæ accingere; in discrimen accingi. Ecquid ad sordidum lucrum, ad magicas artes accingeris, *immines?* *V. Paro.*

Accio, is, ire, **hinzuberuffen.** *Syn.* accerso, evoco, venire jubeo. *Adv.* peregrè, ex, ultrò. *Usus* 1. Properis literis ex Italia in regnum accitus est. 2. *transl.* Solet virtus magnam voluptatem accire. *V. Accerso. Accieo. Voco.*

Accipio, is, **bekommen / annehmen.** *Syn.* Suscipio, capio, recipio, sumo, assumo, prehendo.)(*Do.* *Adv.* omninò, patienter, proximè, publicè, rectè, repugnanter, separatim, seriùs, vesperi, vicissim, apertè, amicè, admirabiliter, asperiùs, bene, clam atque extra ordinem, clementer, contra ac dicitur, duriùs, eleganter, extrinsecus, fortiter, graviter, hilarè, honorificè, leviter, libenter, libentissimè, liberaliùs, malè, malè satis, mirabiliter, moderatè, severè, vehementer. *Accipi*, pessimè, planiùs, valde copiosè, privatim. *Usus* 1. Satisfactionem, causam, *excusationem* non accipio. 2. *Tracto, excipio.* Aliquem liberaliter convivio, apparatis epulis, lautè, magnificè, familiariter, hilari, tepidóque ingenio accipere. *Aut contra.* Malè, indignis modis, multis verberibus, asperè accipere. 3. *Ferre, pati.* Animo æquo, moderatè admonitionem meam accepit. 4. *Interpretor.* In bonam, vel malam, vel aliam, vel optimam partem, sine offensione, æquis auribus, quo animo dicebam, dicta accepit. Quod in eum contuleris beneficii, ita accipiam, ut si in me contulisses. 5. *Intelligo, disco.* A tabellario, à majoribus auditione, famâ id accepimus. Artes à magistris, aliquid suo experimento, natura duce accipere. 6. *Suscipio.* Rempublicam, provinciam, imperium, exercitum, conditionem, leges à victoribus, jusjurandum à testibus, jugum, frœnum à victoribus, causam alicujus, judicium accipere. 7. Animum in aliquem quietum, fiduciam, honores, ignominiam, injuriam, metum, opinionem, lætitiam, voluptatem de virtute

tute alicujus, calamitatem, dolorem, offensionem, plagam, detrimentum, repulsam accipere. In societatem, amicitiam, deditionem accipere. *V. Obtineo, Acquiro.*

Accipiter, tris, **Raub-Vogel.** *Syn.* Avis rapax. *Ab accipiendo dicta. Epi.* præceps, ferus, velox, atrox, nulli avi satis æquus.

Acclamatio, nis, **das zuschreyen.** *Syn.* admurmuratio, exclamatio, plausus, applausus. *Epi.* Acuta, attenuata nimis, adversa, levior, magna, maxima, secunda, ingens, læta, canora. *Usus.* Non acclamatione tantùm, sed convitio & maledictis contradixit Senatus.

Acclamo, as, **Zuschreyen.** *Dicitur de populo, dum orationem clamore probat aut improbat.* *Usus.* Oranti populus cum risu acclamavit.

Phras. Clamorem simul extollere; in quempiam conclamare; contumelioso acclamationum genere lacerare mortuum. *V. Clamo.*

Acclino, as, **zuneigen.** * *Syn.* Ad aliquid flecto, inclino. *Usus.* Acclinavit se ad illum.

Acclivis, e, **auffgerichtet.** *Syn.* Arduus, erectus. *De loco, ut: collis, via.*)(*Declivis.* *Usus.* Pars viæ valde acclivis. Animus falsis acclivis.

Acclivitas, tis, **das ringe Auffsteigen eines Bühels.** * *Syn.* Loci facilitas in ascensu. *Usus.* Ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur.

Accola, æ, **Feld-Nachbauer.** *Juxta aquas montésve habitans.* *Syn.* Finitimus, vicinus habitator. *Usus.* Amnis vadosi accola.

Accolo, is, **beywohnen.** *Syn.* juxta colo, habito. *Usus.* Lacum, fluvium, mare, sylvam, montem accolere. *Dicitur etiam* fluvio, lacui accolere. *V. Habito. Prope.*

Accommodatio, nis, **Bequemlichkeit.** *Syn.* ipse actus accommodandi. *Epi.* conveniens, decens, aptáque dispositio & collocatio. *Usus.* Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad orationem accommodatio. Ex liberali accommodatione magistratuum consuetudo accommodationis introducta est.

Accommodatus, a, **zugeeignet / bequem.** *Syn.* paratus, commodus, proficuus, aptus, congruens, propensus, proclivis.)(*Ineptus.* *Adv.* consultò, vehementer. *Usus.* Animal omne, quod naturæ vel ad naturam suam accommodatum apparet, appetit. Oratio ad probandum, sententiæ ad persuadendum accommodatæ. Lex hæc accommodata vobis est & utilis. Verres ad vim, ad facinus accommodatus. Tempora ad res gerendas accommodata, *apta, idonea.*

Phras. Hæc res, homo iste optimè convenit cum ingenio meo; ad naturam meam mirè factus est; vehementer ad vitæ meæ rationem accommodatus. *V. Aptus.*

Accommodo, as, **bequemen.** *Syn.* colloco, digero, commodo, apto, refero, verso, ad tempus rego, applico, adjungo, apto, comparo. *Usus* 1. Ensem lateri, coronam capiti, vel ad caput, clypeum ad dorsum accommodare. Consilium meum accommodabo ad tuum; me totum ad nutum tuum effingam & accommodabo. Fac, animum literis, curam agriculturæ, te, voluntatem ad rempublicam, res gerendas accommodes. Nomen meum, testimonium, jusjurandum ad amicorum causas libens accommodabo. 2. *Commodo.* Alicui de ædibus, suas amico ædes ad nuptias accommodare.

Phras. Boni civis est, voluntatem suam ad rempublicam accommodare, aggregare, adjungere. Conferre, conjungere voluntatem suam cum publica causa. In omni voluntate sua, quid rationes publicæ ferant, postulent, spectare, intueri, attendere. Nihil unquam velle à publica re sejunctum, alienum, separatum, disjunctum, remotum, quod reipublicæ non conducat, expediat, quod reipublicæ commoda non postulent.

Rationes nostræ accommodandæ sunt ad tempus; temporibus assentiendum; tempestati obsequendum. Omnes se ad ejus viri voluntates, ad ejus nutum, ductum converterunt, applicaverunt, conformaverunt. Populo subinde & scenæ, ùt dicitur, serviendum est. Ajunt eum cuivis tempori hominem esse, *qui se & res suas ad omne tempus accommodare nôrit.* Æquare se in speciem cœteris, reverâ alios in suos mores formare doctus. Aliorum se voluntati-

tatibus dedere, ſubſervire; eorum obſequi ſtudiis, eorum favori velificari; aptare ſe cœteris.

Accommodus, a, bequem / *Syn.* appoſitus, commodus, opportunus, aptus, idoneus.

Accreſco, is, zuwachſen. *Syn.* Creſco.)(*Decreſco.* *Uſus.* Flumen vehementer accrevit. Novi dolores, negotia veteribus accrevêre. Hæc conſuetudo cœpta à parvis tecum ſimul accrevit. Ex ea hæreditate patrimonio tuo multum accreſcet. *Vide Augeo, augeſco, addo.*

Accretio, nis, Auffwachſung. *Syn.* Incrementum. *Uſus.* Luna accretione & diminutione luminis dies notat.

Accubatio, nis, Beylåger. *Syn.* ſtatus, inceſſus, ſeſſio, accubitus. *Epi.* epularis.

Accubo, as, beyliegen. *Syn.* aſſideo, accumbo, accubito. *Uſus.* Juxtà eodem lecto accubare. *Dicitur de convivantibus.* Alicui, vel apud aliquem in convivio accubare.

Accubuò, beyliegend. * *Uſus.* Aſſiduò & accubuò tecum ero.

Accudo, is, zuſchmieden. * *Syn. transl.* addo. *Uſus.* Tres minas accudere potero.

Accumbo, is, zu Tiſch ſitzen. *Syn.* accubo, cubo, adjaceo, recumbo. Diſcumbo *ſemper de* pluribus dicitur. *Adv.* infra, ſupra aliquem, in ſummo *ſitus erat epulantium.* *Vul. Sedere ad menſam; ſedere ad edendum.*

Accumulo, as, mehren. *Aliquid ad cumulum addere.* *Syn.* augeo, adaugeo, addo, coacervo, congero, exaggero, conſtruo, compono, colligo, cogo.)(*Demo, imminuo.* *Adv.* acervatim. *Uſus.* Aliquem donis accumulare; alicui honorem accumulare.

Accuratio, nis, Fleiß / Sorg. *Syn.* Studium, diligentia, cura. *Epi.* diligentior, mera, major, veteratoria, oratoria. *Uſus.* Accurationem adhibere; accuratione in re aliqua uti. *V. Diligentia. Cura.*

Accuratus, a, mit Fleiß gemacht. *Diligenter curatum & perfectum.* *Syn.* meditatus, exquiſitus, elaboratus, abſolutus, perfectus, ſtudioſè factus. *Uſus.* Dicendi genus, ſermo, commentatio accurata. Accurata malitia, ſtudioſè excogitata. *Vul. Exactus. V. Diligens, ſollicitus.*

Accuror, aris, fleißig verſorget werden. *Syn.* curor, diligenter adminiſtror, gubernor. *Adv.* meliùs.

Accurro, is, zulauffen. *Syn.* ad aliquem curro, aliquò contendo, advolo, me confero, concurro. *Adv.* cupidè, libenter. *Uſus.* 1. Si acciero, ſi opus fuerit, Romam accurre, quæſo. 2. *transl. animo occurrere.* Iſtæ imagines, *ſpecies*, ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul, atque velimus, accurrant. *Phras.* Gradum, curſum flectere ad aliquem. *V. Curro.*

Accuſabilis, e, klagwürdig. *Syn.* accuſatione & reprehenſione dignus. *Uſus.* Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

Accuſatio, nis, Anklag. *Syn.* incuſatio, nominis delatio.)(*Excuſatio.* *Ep.* honeſta, diligens, illuſtris, mala, nugatoria, manifeſta, nobilis, glorioſa, vera, vetus, uſitata, acris, intenta, infans, muta, nova, opima, perpetua. *Uſus.* Accuſationem factitare, *profiteri.* *V. Actio.*

Accuſator, ris, Anklåger. *Syn.* Delator.)(*Defenſor.* *Epi.* acer, acerbus, vehemens, multùm acrior, æmulus, amens, bonus, diligens & firmus, falſus, ſatis firmus, gravis & vehemens, iratus, odioſus & aſſiduus, ridiculus, moleſtus, frigidiſſimus, gravis, idoneus, imbecillus, melior, temerarius, voluntarius. *Uſus.* Accuſatorem comparare in aliquem. Alicui accuſatorem opponere. Perſonam accuſatoris, ut ſumpſit temerè, poſuit. *Vide actor.*

Accuſatoriè, anklåglich. *Uſus.* Non hoc accuſatoriè, ſed liberè dixi.

Accuſatorius, a, das zum anklagen gehöret. *Uſus.* Spiritus, artificium, jus accuſatorium. Non animo accuſatorio.

Accuſo, as, anklagen. *R. ex ad & cuſo, quod ex cudo.* Vel *ad & cauſa.* *Syn.* citra judicium cauſam vel culpam in aliquem confero; culpam alicujus accuſo, poſtulo, inſimulo, arguo, compello, appello, criminor, arceſſo, redarguo.)(*Defendo, excuſo.* *Adv.* acriùs, aſperè & acerbè, conſtanter, copioſè, diligenter, diligentiſſimè, diſpoſitè, falsò, graviter, graviùs, graviſſimè, improbè, inhoneſtè, juſtè, juſtiùs, laborioſiſſimè, leviter, liberè, liberiùs, moderatè, nefariè, piè, præclarè, probabiliùs, publi-

publicè literis, separatim, severè, vehementer, verè. *Usus.* Accusare aliquem de epistolarum negligentia; alicujus inertiam, crimen, desperationem. *In judicio.* Aliquem capitis, ambitûs, majestatis, probri apud populum accusare. *Phras.* Catoni æmuli quinquagies diem dixêre; litem intendêre, intulêre. Catonem in judicio arcessivêre; judicio persecuti sunt; criminis alicujus reum fecêre; in judicium, in crimen vocavêre; reum citavêre; in reos retulêre; ejus nomen detulêre; multa in eum crimina ab accusatoribus conjecta sunt, collata, illata, allata. Effectum, ut causam diceret; vitam suam & innocentiam probaret; judicium subiret; reorum loco sederet; accusatorum impura maledicta, convitia audiret; judicio exagitaretur, judicio conflictaretur. Dicam alicui scribere, subscribere, impingere; actionem perduellionis intentare.

Acer, cris, scharff. *R. ab ἄκρος, summus. Syn.* magnus, ingens, fortis, vehemens, acutus. *Adv.* longè. *Usus.* Homo acerrimô ingeniô, consiliô, memoriâ. In rebus agendis, pervestigandis solers & acer. Acerrima & fortissima est libertatis recuperandæ cupiditas. Acris oculorum acies. In acerrima & attentissima cogitatione tempus illud omne posui. Unguentum acerrima suavitate conditum. *V. Vehemens.*

Acerbè, bitterlich. *Syn.* asperè. *Usus.* Asperè accusatus est; accusationem acerbè tulit.

Acerbitas, tis, Bitterkeit / Strengheit. *Syn.* 1. ærumna, miseria, molestia, calamitas, tristitia. 2. Asperitas, feritas, austeritas. *Epi.* diuturna, magna, subita, summa. *Usus* 1. Nullam acerbitatem, dolorem, cruciatum recuso. Lacrymas in tuis acerbitatibus plurimas profudi. 2. Objurgatio tua multùm habet acerbitatis. Multâ uteris acerbitate. Ad summum imperium naturæ acerbitatem adjungis. In obvium quemque virus acerbitatis tuæ evomis. *V. Calamitas, Asperitas.*

Acerbo, as, verbitteren. * *Syn.* aspero. *Usus.* Acerbare crimen, *q. exaggerare.*

Acerbus, a, Bitter / streng. *R. ex acer. Propriè de fructibus dicitur.*)(*Maturus. Usus.* Acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbiùs à propinquo. Homo in vituperando acerbus. *V. Difficilis.*

Acerra, æ, Rauchfaß. *Syn.* Arcula thuraria. *Usus.* Ne coronæ, ne acerræ prætereantur.

Acerrimè, auff das schärffest. *Usus.* Acerrimè reprehendere aliquem, aliquid contemplari.

Acervatim, häuffig. *Syn.* Summatim. *Usus.* Acervatim jam reliqua dicam.

Acervus, i, Ein Hauff. *R. q. aggervus, ab aggero. Syn.* cumulus, congeries. *D.* Acervus *ferè minutiorum rerum congeries,* strues *propriè lignorum.* *Usus.* Acervos tritici, nummorum, pecuniæ construit avarus. Acervos corporum victor miles.

Acetum, i, Essig. *Usus.* Aceto quempiam perfundere. Acetum habere in pectore.

Acidus, a, sauer. * *Usus.* Habet acetum acidissimum in pectore.

Acies, ei, die Schärffe oder Schneide am Eisen. *R. ab ἀκὶς, cuspis. Syn.* pars acuta ferri. *Epi.* acris, hebes, obtusior, parva. *Transl.* 1. Acies, die Schärffe des Gesichts. *Syn.* Visio, vis oculi, pupilla. *Epi.* hebes, obtusior. 2. Scharffsinnigkeit. *Syn.* acumen, perspicacia. *Usus.* Ingenii acies disputando exercetur, simul & exacuitur; otiô hebescit & obtunditur. Rerum magnitudo mentis aciem perstringit, præstringit. Sapiens ab oculorum consuetudine mentis aciem abducit & deflectit. 3. Acies, Schlacht-Ordnung. *Syn.* exercitus, copiæ institutæ. *Epi.* media, instructa. *Usus* 1. *Aciem instruere.* J. Cæsar aciem scitissimè struebat, exornabat, statuebat, instituebat, dirigebat. Legiones in aciem collocabat. 2. *In aciem procedere*; prodire; legiones in aciem deducere, educere, producere, promovere. 3. *Aciem variè formare*; extendere, porrigere, seu extenuare, firmare subsidiis, erigere in collem, distrahere aciem, distendere, laxare. 4. *Inclinari acies dicitur*; saucii acie, ex acie excedunt; nutat, propè perfringitur; cornibus nudatur acies. 5. *Aciem sistere*; hortatu, exemplo restituit, instauravit aciem, integravit, collegit, sustinuit. *V. Pugna. Prælium.*

Acinaces, is, ein Säbel. * *Syn.* gladius Persarum sive Medorum.
Acinus, i, allerhand Körner. *Usus.* Acinus vinaceus.
Acipenser, ris, Stör / ein Fisch. *Syn.* genus piscis. *Epi.* Decumanus.
Aconitum, i, Wolffs-Kraut. * *Syn.* herbæ genus.
Acquiesco, is, zu frieden seyn. *Syn.* quiesco, mihi requies est. *Adv.* aliquantum, facillimè, libenter. *Usus.* In ore tuo & vultu, in tuis bonis, charitate erga me tua acquiesco. Libros, literas tuas regusto identidem, in quibus suavissimè acquiesco. Tres in itinere horas acquieveram. *Vul.* *Pro assentior.* *V.* *Quies.* *Quiesco.*
Acquiro, is, Erlangen. *Syn.* quæro, comparo, concilio, adjungo, paro, adipiscor, persequor, consequor, obtineo. *Usus.* Acquirere honorem, dignitatem, opes.
Phras. Bonis & malis artibus pecuniæ colliguntur, conficiuntur, creantur. Ingenio authore dignitatem nactus sum, dignitatem reperi, abstuli, dignitate auctus sum. Tribunatum mea virtute extorsi, non artibus mihi expugnavi, non suffragia eblanditus sum. Laboribus meis dignitatem acquisivi, consecutus sum, mihi peperi. Vigiliis meis hanc dignitatem acceptam refero, debeo, possideo, teneo. Bonis artibus honor mihi obtigit, honorem inveni, nactus sum, impetravi, votorum compos sum factus. *V.* *Obtineo.* *Accipio.*
Acrimonia, æ, Schärffe. *Syn.* vis animi, impetus, vehementia. *Usus.* Sit in vultu pudor & acrimonia. Oratio tua multum acrimoniæ habet.
Acriter, scharff / hefftig. *Syn.* acri animo, vehementer, fortiter. *Usus.* Intelligit, dicitque acriter; acutè videt & acriter.
Acroama, tis, kurtzweilige Red. *Syn.* Musica symphonia fabulæ actibus intermisceri solita. Aut ipse musicus, qui voce vel fidibus caneret. *Epi.* festivum. *Usus.* Fuisti in hac fabula non modò spectator, sed actor & acroama.
Acroasis, is, das Auffmercken. *Syn.* auscultatio, audientia. *Usus.* Hæc vel in acroasi audeam legere, *in auditorum conventu.*
Acsi, als wann. *Syn.* ut si, tanquam si, pro eo ac si, quasi, perinde quasi, similiter ac si, juxta ac si, non secus ac si. *Usus.* Tecum agam non secus, ac si meus frater esses. *V.* *Quasi.* *Similiter.* *Æque.*
Acta, orum, Thaten / Geschichten. *Epi.* firma, irrita, multa, nefaria, præclara, publica, privata, rata & firma, reliqua, urbana. *Usus* 1. *Aliquid in acta referre.* Sui consulatûs acta ipse Cicero confecit; res suas in actis habebat, numerabat. 2. *Acta rescindere.* Acta Neronis sublata, rescissa sunt. Ejus actis auctoritas omnis & fides derogata est. 3. *Acta rata habere.* Acta Cæsaris firma erant, servabantur diligenter, cum laude commemorabantur.
Actio, nis, Handlung / Geschäfft. *Syn.* actus, factum, negotium, procuratio. *Epi.* aperta, ardentior, civilis, congruens menti, considerata, crudelis & importuna, non tribunicia, sed regia, divina, facilior, honesta, integra, lenis, levior & facilior, liberalis, maxima, perjucunda gratiarum, comes eloquendi, popularis, prima, prior, singularis, tota, tragica, tribunicia, turpis, varia, vehemens, plena animi, plena spiritûs, plena doloris, plena veritatis, vehemens & gravis & copiosa, bona, certa, congruens virtutibus, consentanea appetitionibus, constantissima atque optima, honesta, multa, periculosa, perpetua, præclara, publica, stultissima, forensis. *Usus.* Contemplatio sine omni actione manca est. Æquabilitate vitæ & omnium actionum nihil venustius. Ea pueris ludendi licentia detur, quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. Actio mentis & agitatio; virtutis actio & usus.
2. Actio *Oratoris officium, quod gestum, motúmque corporis totius & pronunciationem continet.* *Epi.* Congruens & apta, ad animos promovendos accommodata. *Usus.* Demosthenes tribuit primas, secundas, tertias actioni.
3. Actio, gerichtliche Klage. *Syn.* oratio accusatoria, jus persequendi sibi debitum, judicium, quæstio forensis, lis. *Usus* 1. *Actionem instituere,* constituere, informare, suscipere. 2. *Actionem habere,* alicui intendere; actionem quærere, postulare. 3. Actionem relinquere, excludere, tollere.

Actor, ris, Thäter / Kläger / Comedi-Spieler. *Syn.* qui agit. *Epi.* multùm acrior, aversus, fortis & vehemens, fortissimus, idoneus, non invenustus, sed iners, & inimicus fori, jucundus, optimus, summus, diligentissimus, industrius, malus. *Usus.* In theatro etiam mali actores perpetiendi sunt. Idem inventor, compositor, actor.

Actuarium, ii, ringes Schiff. *Syn.* navis genus celeritate valens. *Epi.* minutum.

Actum est, geschehen. *Rem desperatam significat.* *Syn.* conclamatum est, absumpti sumus, ventum est ad finem; deploranda nobis est in perpetuum libertas. *V. Despero.*

Actuosè, geschäfftig. *Usus.* leniter, remisśè, non actuosè agere.

Actuosus, a, geschäfftig. *Syn.* quod ab agendo non cessat. *Usus.* Virtus actuosa sit, oportet.

Actus, ûs, Handlung / Geschichte. *Syn.* actio, factum. *Epi.* extremus, perfectissimus & ornatissimus, turpissimus & flagitiosissimus vitæ, non solùm rectus, sed etiam pravus, varius. *Usus* 1. Pravitas animi in actum erupit. Respondendum tibi de actibus tuis pravis seu rectis. 2. *Actus pars comœdiæ seu tragædiæ.* Vitæ nostræ veluti fabulæ mors extremus est actus.

Actus, a, geschehen. *Usus.* Bene tecum actum est. Acta ferme tibi ætas est, *exacta.* Actô negotiô serò venis. *Vul. post festa.*

Actutùm, behend / eilend. *Syn.* Statim, illicò, subitò, repentè, mox, confestim.

Aculeatus, a, spitzig. *Usus.* Aculeatas ad me dedisti literas.

Aculeus, ei, Stachel. *Syn.* vesparum vel apum stimulus. *Transl.* de iis, quæ pungunt, concitant, irritant. *Epi.* oratorii ac forenses, reconditi. *Usus* 1. *Dolor.* Domesticarum sollicitudinum aculeos & scrupulos occultare soleo. 2. *jocus acerbus.* Genus facetiarum, in quo multi aculei & contumeliæ insunt. *Item*, emittere aculeos severitatis in aliquem. Oratio sine sententiarum forensium aculeis. *V. Acerbitas. Contumelia.*

Acumen, inis, Scharffsinnigkeit. *Syn.* acritudo, perspicacia, ingenii vis, subtilitas. *Epi.* flebile, nimium, singulare, sæpè stomachosum, nonnunquam frigidum. *Usus.* Acumen Dialecticorum, styli acumen & argutiæ.

Acuo, is, spitzen / schärffen. *Syn.* exacuo, excito.)(*Obtundo.* *Usus.* Usus prudentiam acuit. Homo suaptè ferus ad crudelitatem acuendus non est. Gloria ingenium alit, acuit. Iras alicui aut metum acuere.

Acus, ûs, Nadel. *Syn.* qua sarcinatrix vel etiam ornatrix utitur. *Usus.* Vulnus acu punctum videbatur.

Acutè, spitzfündig. *Syn.* subtiliter, ingeniosè, argutè, cum ingenio, acumine. *Usus.* Acutè colligere, (in disputando) respondere. Tractare subtiliùs, tenuiùs, acutiùs. De faciendo aliquid acutè, argutè conjicere.

Acutus, a, spitzfündig. *Syn.* subtilis, acer, perspicax.)(*Hebes, pinguis, obtusus.* *Tribuitur* homini, orationi, sententiæ, ingenio. *Adv.* valde. *Usus.* Motus animi celer & acutus ad excogitandum. Homo acutus & naturâ perspicax. Dicendi genus acutum. 2. *Acutus acie*, quod in mucronem sive acumen desinit: palus acutus. *V. Ingenium.*

Ad, zu / bey / nach. *Syn.* in, apud, circa &c. *Usus* 1. *Motum ad locum vel personam.* Venit ad Messanam; ad Aquinum pervenit. Dedit ad consules literas. 2. *Interdum sine motu.* Remansit ad urbem. Senatus habitus est ad Dianæ, Veneris, Castoris, *subaud. fanum.* 3. *Apud.* Est mihi ad portum negotium. Hyeme ad exercitum mansit. Ad mulieres nihil obtineri potuit. Ad recuperatores causam dixi. 4. *Circa.* Expectabo te ad ea tempora. 5. *Comparantis est vel præferentis.* Nihil ad tuum equitatum; nihil ad illius formam; nihil est ad Ciceronem Brutus. 6. *Contra.* Ad illum mihi pugna est. Ad illum me obmuniam. Herba ad morsus bestiarum, ad oculos salubris. 7. *Post.* Ad decem annos redibo. 8. *Propter.* Ad meas preces janua nulla panditur. Abactæ boves ad desiderium relictarum immugiunt. 9. *Pro.* Argentum ad statuam, ad nuptias conferre. Adnotare aliquid ad memoriam posteritatis. 10. *Ante, coram.* Accusatus est ad judicem. Ad limen, ad pedes ejus adstitit. 11. *Secundum, & similitudinem significat.* Ad arbi-

arbitrium illius; ad nutum; ad exemplum; ad hunc modum; ad eandem normam; ad conjecturam alieni sensûs; ad præscriptum; ad naturam; ad rationem temporis; ad aliorum similitudinem omnia agere. 12. *Præter.* Ad ceteros dolores etiam isto premor. 13. *Circiter.* fuere ad ducentos. 14. *Usque.* ad hanc diem, horam; ad multam lucem, noctem; ad exactam ætatem; ad insaniam concupiscere. 15. *Eleganter usum seu finem aliquem significat.* Erit hoc tibi ad privatum dolorem luctuosum, ad reipublicæ rationes gloriosum. Callidus ad fraudem. Quod ad pugnam fit utiliter, est ad aspectum venustum. Res varia & multiplex ad suspiciones. Ad laudem illustris, vir ad custodiendum diligens, ad supplicandum sagax, ad resistendum fortis. *Item.* ad literam rem ediscere. Ad hæc; ad ultimum; ad unguem; ad votum.

Adæquo, as, gleich machen. *Syn.* æqualefacio, æquo.)(*Supero, inferior sum.* *Usus,* Pompeius cum virtute fortunam adæquavit. Memoriam nominis sui cum omni posteritate adæquavit. *V. Proportio.*

Adagium, ii, Sprüchwort. * *Syn.* proverbium. *Usus.* Vetus est adagium. *V. Proverbium.*

Adamas, antis, ein Demant. * *Syn.* lapis durissimus. *Usus.* columnæ solido adamante.

Adamo, as, sehr lieben. *Syn.* valde amo, ardenter desidero, percupio, concupisco, exopto. *Usus.* Id adamas, quod nunquam vidisti. *V. Amo.*

Adaugeo, es, vermehren. *Syn.* cumulo, augeo.)(*Extenuo. minuo.* *Usus.* Hæc indicia adaugent suspicionem. *V. Augeo.*

Adbibo, is, trincken. * *Syn.* bibo. *Usus.* Quando adbibero, alludiabo. *V. Bibo.*

Addecet, ere, es gebührt sich wol. * *Syn.* decet. *V. Decet.*

Addico, is, zusprechen / übergeben. *Syn.* dedo, mancipo, destino, adjudico, licitanti rem auferendam permitto, trado.)(*Libero.* *Usus.* Antonius regna, Senatus authoritatem exteris pecuniâ addixit. Nemini ancillatus sum, nemini me addixi. Judices corrupti sententiam suam, fidem, religionem, pretio largitoribus addicere nil pensi habent. Amores suos, cupiditates, voluntates alterius libidini, juventutem suam omni intemperantiæ addicere, *q. divendere.* *V. Trado. Deditus.*

Addictio, nis, Zueignung / Ubergab. *Usus.* Addictio & condonatio bonorum.

Addictus, a, zugeeignet / ergeben. *Syn.* adjudicatus, mancipatus. *Usus.* Me addictum, deditum, obstrictum habes. Homo in servitutem aut morti addictus. Pretio addictam habere fidem alteri & mancipatam. Urbs jam vastitati addicta. *V. Deditus.*

Addisco, is, lernen. *Syn.* Disco; ad ea, quæ didici, aliquid adjicio.)(*Dedisco.* *Adv.* velociùs. *Usus.* Orationem, carmina, novi aliquid addiscere. *V. Disco.*

Additamentum, i, Zusatz. *Syn.* appendicula, accessio. *Usus.* Inertissimi nobiles, in quibus præter nomen nihil est additamenti. *V. Accessio.*

Addo, is, hinzusetzen. *Syn.* adjungo, accessionem adjungo vel affero, adscribo, adjicio, appono.)(*Demo, adimo, detraho, deduco.* *Adv.* gradatim, minutatim, paululum, rectè. *Usus.* Addere aliquid de suo, aliquid in orationem. Eas literas in fasciculum tuarum addas. *Vul. includas.* Laude stimulos, animos, alacritatem studendi discipulis addito. Ad ornamenta nobilitatis doctrinæ laudem addere. *Vide accedo, augeo, Phras.* Me quoque tuis amicis adde, admisce; amicis tuis aggrega, accense, adjice; fac, ut tuorum amicorum additamentum sim. Novum & ascriptitium amicum me habeto. *V. Augeo. Adjungo.*

Addoceo, es, lehren. *Syn.* doceo.

Addubito, as, zweifflen. *Syn.* Subdubito,)(*Certus sum, certum scio.* *Usus.* Addubitavi paululùm, num & quomodo ita evenerit. De tua fide nihil addubito.

Adduco, is, hinzuführen. *Syn.* deduco, induco, contendo, contraho.)(*Remitto, deduco.* *Transl. Syn.* Invito, impello, pellicio, permoveo. *Adv.* magnopere, ocyùs, quamprimùm. *Usus* 1. Adducere habenas, vultum, lorum, arcum, *astringere, contrahere.* 2. *Permovere ad aliquam affectionem.* Aliquem in metum, ad iracundiam, indignationem, misericordiam, negligentiam, ad fletum, in dubitationem, dubium, in

sum-

summam expectationem; ad nequitiam, in opinionem adducere. 3. *Redigere*. Aliquem in angustum, in summas angustias, in discrimen, in odium, aliquem in invidiam; fidem alicujus in suspicionem adducere. *V. Moveo. Allicio. Persuadeo.*

Adducor, eris, hinzu geführet werden. *Syn.* inducor, invitor. *Adv.* facilè, fortuitò. *Usus. Conjungitur cum iis, quæ animos ad aliquid permovendi vim habent.* Non spe, non odio, non commendatione aliorum, nec officio, nec pretio, nec oratione adduci potuit, ut à proposito discederet. *Item*, non adducar; non possum adduci, ut credam.

Adedo, is, gantz auffessen. *Syn.* comedo. *Usus.* Non adesum, sed devoratum patrimonium. Jecur adesum, *vitiatum*. *V. Abligurio.*

Ademptio, nis, Hinnemmung. *Syn.* ablatio. *Usus.* Ademptio civitatis. *V. Iactura.*

Adeò, so / also. *Syn.* usque eò, tam, tantùm, sicut, adeò ut, magis adeò. *Usus* 1. *eò*. Adeò jam res rediit. 2. *Itaque.* Propera adeò hinc tollere puerum. Unus adeò supersum. 3. *Id verò, agedum.* Id adeò judices considerate. 4. *Etiam, insuper, quin imò, quod plus est.* Adolescens tuus, atque adeò noster. Tune, atque adeò vos geminæ vorago gines &c. Aliquid, atque adeò multa de suo addunt. Hostem intra mœnia, atque adeò in senatu videbis.

Adeo, is, ire, hinzugehen. *Syn.* Eo, venio, convenio, inviso, viso, visito, accedo.)(*Abeo.* *Adv.* Castè ad divos, intempestivè ad aliquem, libentiùs, necessariò. *Usus.* Adire aliquem, ad aliquem, ædes, fores, loco &c. Adire ad arbitrum de re aliqua; ad jus adire. *Transl.* 1. *aggredior, incipio, suscipio.* Nunc demum ad opus diu detrectatum, ad rempublicam, ad pactiones adiit. 2. *subeo.* Nullæ sunt labores, nullum periculum, quòd reipublicæ causâ non adeam. Inimicitias, odia improborum adire non vereor. 3. *hæreditatem cerno.* Adiit hæreditates civium Romanorum. *V. Accedo.*

Adeps, ipis, Feiste/Schmeer. *Syn.* axungia, pingue intra cutem & carnem. *Usus.* Num mihi Lentuli somnus, Cassii adeps, Cethegi temeritas pertimescenda est? *V. Abdomen. Pinguis.*

Adeptio, nis, Erlangung. *Syn.* acquisitio, consecutio. *Usus.* Vita beata non in depulsione mali, sed adeptione bonorum sita est.

Adequito, as, hinzu reiten. * *Syn.* Juxta vel prope equito. *Usus* Urbi adequitare.

Adfero. V. Affero.

Adhæc, zu dem / darneben. *Syn.* præterea.

Adhæreo, es, anhangen. *Syn.* hæreo, adhæresco, nitor, infixus sum, adjungor, applicor, adjaceo, conjungor. *Adv.* vix extremum, omninò. *Usus* 1. Adhæret navis saxo, vel ad saxum. Adhærebunt tela in tuis visceribus. 2. *Transl.* In freto æris alieni, in certo studiorum genere adhærescere. Vide, ne fax illa seditionis & conjurationis ad hanc materiam adhærescat. Argumentum, oratio nusquam adhærescit. *Phras.* Platoni ut magistro affixus es; nusquam ab eo discedis. Inhæret mentis; in intimis animis insedit doctrina Platonis. *V. Hæreo. Conjungo.*

Adhæsio, nis, Anhang / Hafft. *Syn.* ipse adhærescendi actus.

Adhibeo, es, her- oder hinzu halten / brauchen. *Syn.* adfero, adjungo, adapto.)(*Amoveo, removeo.* *Adv.* alacriter, apertè, bene, extrinsecùs, frequentiùs, liberaliter, nimirùm, publicè, rectè, severiùs. *Usus* 1. *utor.* Vir bonus præter curam & diligentiam, artem etiam & fidem adhibet in amicorum periculis; idem gravitatem in dolore, modum, moderationem in rebus secundis, studium & solertiam in negotiis adhibet. 2. *admoveo.* Dignus tibi visus sum, quem in convivium, atque adeò in consilium ad deliberationes, ad causas adhiberes. Aures dicenti, animúmque adhibere. Diis preces, partui Lucinam, equo calcaria, stimulos juventuti adhibere. 3. *habeo, gero.* Ita se in imperio, ut privatum adhibuit. 4. *affero.* Ægroto vinum, medicinam adhibere. Ad negotium aliquod curam omnem, rationem, animum, mentem, virtutem, gravitatem adhibere. Literis tuis aliquam mihi consolationem adhibeto.

Adhinnio, is, ire, anwiehelen. *Equorum est.* *Transl.* Admissarius ille ad solum voluptatis nomen æstuat, adhinnit.

Adhortatio, nis, Ermahnung. *Syn.* invitatio, exhortatio.

Adhortor, aris, ermahnen. *Syn.* Hortor, ex-

exhortor, accendo, inflammo.)(*Dehortor*, *Adv*. meritò, antequam iret. *Usus*. Ad libertatem recuperandam, ad bellum faciendum vos etiam atque etiam adhortor. *V. Hortor. Moneo.*

Adhuc, noch / biß jetzund. *Adv. temporis, q. ad hoc tempus. Syn.* etiam nunc, etiam tum, jam tum, hactenus, *quod tamen est loci. Usus.* Unam adhuc epistolam à te acceperam. Adhuc hæc erant, ad reliqua tendebam.

Adjaceo, es, beyliegen. * *Syn.* Juxta vel prope jaceo. *Usus.* Thuscus ager Romano adjacet.

Adjectio, nis, Zuwurff / Zusatz. *

Adigo, is, nöthigen. *Syn.* vi impello, *cuneum, clavum in lignum*, cogo, impello, compello. *Usus* 1. Oves adigere in caulam; naves ad littus; telum ad certum spatium adigere. 2. *Transl. impello.* Ad insaniam, desperationem me adiges. *Item.* Legiones sacramento, jurejurando, vel, ad sacramentum, jusjurandum, vel, in verba Principis adiguntur, *coguntur conceptis verbis jurare. V. Cogo. Impello.*

Adjicio, is, hinzuwerffen. *Syn.* immitto, addo, applico, adhibeo, appello, adjungo.)(*Adimo, detraho. Usus* 1. Adjicere tela in castra hostium. 2. *addo.* Ad belli laudem doctrinæ gloriam adjecit. Cibo potionem adjecit. 3. *Transl. de animo & oculo.* Oculum adjecit hæreditati. Animum ad Poëticam, vel, Poëticæ adjecit. *V. Addo. Adjungo.*

Adimo, is, wegnehmen. *Syn.* aufero, eripio, detraho, præcido, tollo, extorqueo.)(*Adhibeo, addo. Adv.* improbiùs, inposterum libertatem, injustè, magnoperè, maturè, repentè. *Usus.* Dolor omnem mihi animi facultatem, somnum ipsum ademit. Pecuniam, libertatem, potestatem adimere. Civitatem adimere, *jus civitatis*, alicui. *V. Tollo. Eripio.*

Adinvenio, is, ire, erfinden / erdencken. *Syn.* invenio, comminiscor, ingeniosè & subtiliter invenio. *V. Invenio.*

Adipalis, e, fett / feist. *Usus.* Opimum quoddam & adipale genus dictionis.

Adipiscor, eris, überkommen. *Syn.* nanciscor, consequor, assequor, invenio, obtineo, colligo. *Adv.* aliquantùm, mediocriter. *Usus.* Senectutem, honores adipisci nemo non exoptat. *V. Obtineo. Acquiro. Habeo.*

Aditus, ûs, Zugang. *Syn.* via, introitus, vestibulum, os, portus, gradus, ascensus.)(*Exitus, discessus. Epi.* difficilis, difficilior, diuturnus, facilis alicui, facilior, quàm facillimus, interclusus, munitus mirificis molibus, obstructus, plenus atque integer, præclusus, primus, provincialis, unus, arduus, diurnus atque nocturnus, illustris, inter se diversi. *Usus* 1. Difficiles ferè sunt ad magnates aditus. Duo sunt in Ciliciam ex Syria aditus. 2. *Transl. Aditum aperire.* Tua præcipuè intercessio aditum mihi ad Consulatum aperuit, patefecit, fecit, comparavit. Per te mihi aditus ad honores datur, patet. 2. *Aditum munire.* Aditum ad hoc scelus sibi aliis sceleribus munivit. Aditum ad honores munivit; primum velut aditum jecit. 3. *Aditum claudere.* Tuamet temeritate aditum tibi ad honores claudes, præcludes, obstrues, intercludes, prohibebis.

Adjudico, as, rechtlich zusprechen. *Syn.* Aliquid alicui per judicium tribuo.)(*Abjudico. Adv.* Gratis. *Usus.* Ea domus, illa causa mihi demum adjudicata est. Miser ille in servitutem mihi adjudicatus est. *Phras.* Spero, fore, ut secundùm me judicetur, decernatur, judicium fiat; ut secundùm me possessio detur; pro me pronuncietur; lis & possessio mihi secundùm tabulas detur. *V. Lis. Judicium.*

Adjumentum, i, Hülff. *Syn.* Subsidium, præsidium, auxilium, perfugium, suppetiæ, opes.)(*Detrimentum, incommodum. Epi.* Magnum, maximum, externum, adventitium, multum, multum magnúmque, parvum, plurimum, proprium oratorum. *Usus.* Adjumento alicui esse ad victoriam. A Philosophia omnia adjumenta beatè vivendi petenda sunt. Honorum avido adjumenta undique petenda, conquirenda sunt. Tua authoritas maximo mihi ad res meas adjumento erit; maximum adjumentum afferet, importabit; multum habet adjumenti ad res meas promovendas. *V. Auxilium. Præsidium.*

Adjunctio, nis, Zusatz. *Syn.* Animi propensio. *Epi.* Similis. *Usus.* Beneficio, spe, adjunctione animi & voluntate ducuntur homines.

Adjunctor, ris, Zusammenfüger. *Syn.* Qui aliquid adjungit. *Usus.* Ille Galliæ ulterioris adjunctor.

Ad-

Adjunctus, a, hinzugethan / zugefügt. *Syn.* Continens, propinquus. *Usus.* Summis viris quædam divinitùs adjuncta fuit fortuna. Sunt hæc propria & causæ adjunctiora. Ei Drusus proximè adjunctus fuit.

Adjungo, is, zusammenfügen. *Syn.* Adnecto, applico, aggrego, adhibeo, ascribo, accedo, complector, attexo, addo, adjicio.)(*Disjungo.* *Adv.* Divinitùs, foris, honestè, omninò, proximè, quamprimùm, rectè, rectissimè, separatiùs, studiosiùs, valde. *Usus.* Nempe voluptatem ad virtutem adjungere cupis. 1. *Sibi adjungere aliquem.* Beneficiis tibi plebem, Principes, civitates, multos socios adjunges. Urbanitate viros bonos ad tuam amicitiam, consuetudinem adjunges; benevolentiam, animos hominum, auxilium tibi adjunges. *Vid.* *Addo.* *Adjicio.* 2. *Se adjungere alicui.* Est, ut me tibi, ut me ad tuas rationes, tuam causam, tuam factionem, ad authoritatem Senatûs adjungam. *Phras.* Tuis beneficiis effecisti, ut me dem tibi; Omnibus in rebus assentiar; Voluntates meas ad tuam dignitatem aggregem; ut ad te transiverim; ad te accesserim, tuas partes tuendas susceperim; ad te me penitus applicuerim; me tibi contribuerim; tuis consiliis admiscear; tecum faciam; in tuorum numerum ascribi, in tuam familiam me conjicere gestiam; constrictum me tibi addixerim; in tuam consuetudinem me insinuârim; societatem tecum coiêrim. *V. Faveo.*

Adjuro, as, hefftig schweren. *Syn.* Juro. *Usus.* Adjurat ille, nullum esse periculum.

Adjuto, as, helffen. *Syn.* Adjuvo. *Usus.* An eum adjutem, dubito.

Adjutor, ris, Helffer. *Syn.* Administer, particeps, socius, fautor. *Ep.* Fortissimus, pragmaticus, improbus. *Usus.* Author in consiliis capiendis, adjutor in agendis. Sceleris adjutorem esse alicui. In scelere perpetrando, vel, ad scelus perpetrandum, vel, sceleri perpetrando adjutorem se præbere, dare, profiteri. Adjutorem te, quàm deprecatorem habere, capere, venire malo. *V. Socius.* *Adjungo.*

Adjutorium, ii, Hülffe. *Usus.* Juvenes adjutoria quædam senectutis sibi præparent. *V. Auxilium.* *Præsidium.*

Adjutrix, cis, Helfferin. *Usus.* Minerva consiliorum meorum adjutrix. Conjugem adjutricem sibi cœpit.

Adjuvo, as, helffen. *Syn.* Juvo, opitulor, adminiculor, auxilior, adjumento sum, adjumentum affero, suffragor, sublevo, præsidio sum, præsidium affero, adjutor sum alicui contra aliquem.)(*Impedio.* *Adv.* Aliquantùm, multùm, planè nihil, plurimùm, publicè, vehementer. *Usus.* Velim me in petitione consulatûs adjuves; dolorem meum & mœrorem consilio adjuves. *V. Opitulor.* *Iuvo.*

Adlaboro, as, ernsthafft arbeiten / sich sehr bemühen. *Syn.* Valde laboro, elaboro. *Usus.* Alicui adlaborare.

Admetior, is, iri, messen. *Syn.* Metior. *Usus.* Frumentum alteri admetiri.

Adminiculor, aris, helffen. *Syn.* Fulcio, adjuvo. *Usus.* Vites adminiculari, Stecken schlagen.

Adminiculum, i, Hülffe. *Syn.* Sustentaculum, seu fulcimentum, quale est pedamentum vitis. *Usus.* 1. Vites claviculis adminicula quasi manibus apprehendunt. Adminiculorum ordines. 2. *Transl. Auxilium.* Nullius adminiculo, suo rem marte confecit. *Vid.* *Adjumentum.*

Administer, stri, Mitgehülff. *Syn.* Minister. *Usus.* Timarchides omnium rerum transactor, cupiditatum administer. Scelerum administri & satellites. Multæ artes hujus virtutis comites sunt & administræ. *V. Administrator.*

Administratio, nis, Verwaltung. *Syn.* Curatio, procuratio, gubernatio. *Ep.* Communis cum aliquo, provincialis. *V.* *Munus.* *Officium.* *Gubernatio.*

Administrator, ris, Verwalter. *Syn.* Præfectus, moderator, gubernator, rector minister, curator, procurator. *Ep.* Pulcher. *Usus.* Imperator est administrator belli.

Administro, as, verwalten / versorgen. *Syn.* Gero, procuro, curo, obeo, guberno. *Adv.* Accuratissimè, admirabiliter, auspicatò, bene, commodè, diligentissimè, leniùs, meliùs, optimè, quam commodissimè, rectè, temerè, vigilanter. *Usus.* Rem familiarem, leges, judicia, provinciam, bellum, civitatem, peritè, consilio & ratione, quàm commodissimè administrare & regere. *Phras.* Ecquis hac temporum cala-

calamitate rempublicam attingat, capessat? Suscipere, gerere, tractare audeat? Quis sua studia ad rempublicam conferat? Operam det reipublicæ, in republica versari velit? *Item.* Res meæ meliùs haberent, si tu administrâsses, tractâsses, curâsses; si meis rebus præfuisses; si rerum mearum ad te cura pertinuisset; penes te fuisset; si in his tuâ operâ usus fuissem; si te procuratorem, curatorem habuissent. V. *Rego. Provincia. Magistratus.*

Admirabilis, e, **wunderbar.** *Syn.* Admirandus, admiratione dignus, mirandus, admiratione affectus, nimius, habens admirationem. *Usus.* Vir in dicendo & omnibus artibus admirabilis. Pro tua admirabili & singulari sapientia. Admirabilis fama virtutum incredibilium alicujus. *V. Mirandus. Mirus.*

Admirabilitas, tis, **Verwunderung.** *Syn.* Admiratio. *Epi.* Magna, maxima. *Usus.* Hæc tua rerum despicientia magnam admirabilitatem habet. *V. Admiratio.*

Admirabiliter, **wunderbarlich.** *Syn.* Mirificè, mirum in modum, insigniter, ac velut cum admiratione quadam omnium. *Usus.* Admirabiliter aliquem excipere, & magnificè; laudare mirificè; mirabiliter administrare provinciam.

Admiratio, nis, **Verwunderung.** *Syn.* Miratio, admirabilitas. *Epi.* Familiaris, incredibilis, insuavis, jucundissima, magna, major, maxima, mediocris, perspicua, popularis, similis, summa, multa. *Usus.* Eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam judico; quæ admirationem non movet, excitat, efficit; quæ audientes in admirationem non traducit, admiratione non afficit, obstupefacit, nulla est eloquentia. V. *Miror.*

Admiror, aris, **sich verwundern.** *Syn.* Suspicio, admiratione afficior, demiror, miror.)(*Contemno. Adv.* Communiter, rectè, separatim aliquem, separatim in singulis, valde, vehementer. *Usus.* Nihil admirandum homini, aut optandum, nisi quod honestum sit. De illo vero ac de multitudine indoctorum plurimùm sum admiratus. *V. Miror. Obstupefacio. Stupor.*

Admisceo, es, **vermischen.** *Syn.* Immisceo, confundo, misceo. *Usus.* Cave, ne vulgi vitiis & erroribus te implices, & admisceas. Nolo, me illis admisceas, *inter illos esse censeas. V. Misceo.*

Admissarius, ii, **Spring-Hengst.** *Syn.* Equus, qui ad prolem servatur. 2. Pro homine libidinoso.

Admissum, i, **Ubelthat.** * *Syn.* Commissum seu delictum. *Usus.* Admissum hoc graviter puniri solet. V. *Crimen. Peccatum.*

Admissus, a, **zugelassen.** *Syn.* Incitatus. *Usus* 1. Equò admissò in mediam aciem irruit. 2. *Malum admissum aut perpetratum.* Nullum à me commissum facinus, admissum dedecus.

Admistio, nis, **Vermischung.** *Syn.* Concretio. *Usus.* Animus omni admistione corporis liberatus, purus & integer *à morte.*

Admistus, a, **vermischt.** *Syn.* Commixtus, concretus. *Usus.* Aquæ admistus calor. Aër multo calore admistus. Nihil animis admistum, nihil concretum est.

Admitto, is, **zulassen.** *Syn.* Recipio, intromitto, excipio, suscipio, adhibeo.)(*Prohibeo, arceo, repello. Usus* 1. Aliquem in domum, cubiculum, ad, vel, in consilium admittere. Ad colloquium, ad causam dicendam, ad aliquem admitti. *Thras.* Neminem à congressu meo absterrui unquam; exclusi neminem; audivi omnes; nullum onus officii cuiquam reliquum feci. Admissionum mearum facilitatem omnes deprædicant. *V. Aditus. Facilis.* 2. *Pecco, committo.* Integer adeò, ut nullam unquam noxiam, flagitium, fraudem, maleficium, culpam, facinus, nullum in se dedecus admitteret. 3. *Concito.* Equum in hostem admisit. V. *Pecco.*

Admodum, **sehr.** *q. juxta modum. Usus* 1. *valde.* Me tuæ literæ admodum delectant. 2. *Ferè.* Viginti admodum annos natus. Admodum nihil literarum scit. Nullus admodum. 3. *Pro responsione servit.* Advenit? ℞. Admodum. 4. *Cum adverbiis jungitur.* Nuper admodum; raro admodum. *V. Valde.*

Admolior, iris, iri, **hinzu thun.** * *Syn.* Admoveo. *Usus.* Rupes præaltas velut de industria natura admolita est.

Admoneo, es, **vermahnen.** *Syn.* Commoneo, ad memoriam rei alicujus aliquem excito.)(*Deterreo. Adv.* Amicè,

amicissimè, breviter, præclarè, obscurè, rectè, vulgò. *Us.* Præclarè, amicè ea de re me admonuisti. Locus ipse, ipsum nomen me admonet, ut &c. *V. Hortor. Moneo.*

Admonitio, nis, Ermahnung. *Syn.* monitum, præceptum, hortatio. *Epi.* accurata, familiaris, major, mediocris, similis. *Us.* Admonitio veluti lenior objurgatio. Nec precibus, nec admonitioni locum relinquit. *V. Præceptum. Hortor. Incitamentum.*

Admonitor, ris, Vermahner. *Syn.* hortator, impulsor. *Epi.* nimis verecundus. *Us.* Admonitore non eges. Verecundus admonitor & urbanus.

Admonitus, ûs, Ermahnung. *Syn.* admonitio, admonitum. *Epi.* Similis. *Us.* Amici nempe hominis admonitu valde movemur.

Admordeo, es, anbeissen. * *Syn.* mordeo, abrodo. *Us.* Habet argentum, hunc mihi admordere lubet.

Admotio, nis, Hinzuthuung. *Syn.* applicatio. *Us.* Admotione digitorum sonum edere.

Admoveo, es, hinzuthun. *Syn.* appono, adhibeo, applico, porrigo, extendo.)(*Amoveo. Adv.* propius se. *Us.* 1. Applicare se & propiùs admovere. Aurem admovere, & subauscultare. Ignes alicui, laminas, cruciatus, aspidem ad corpus admovere. 2. *transl.* Alicui stimulos, terrorem, preces, blanditias, vim admovere. Vultum, oculos ad rem aliquam admovere. *V. Adhibeo, Applico.*

Admurmuratio, nis, das Brumlen/Beyfall. *Syn.* approbatio, applausio murmure facta, plausus, acclamatio. *Epi.* divina, grata, multa & secunda. *Us.* Grata, secunda concionis, senatûs, aut adversa admurmuratio facta est. *V. Plausus.*

Admurmuro, as, murmelen. *Syn.* admurmurationem facio. *Adv.* valde. *Us. Senatûs aut concionis faventis.* Admurmurarunt universi. *V. Plaudo. Assentior.*

Admutilo, as, abstümplen. * *Syn.* torqueo, plagis afficio. *Us.* Me usque admutilasti ad cutem.

Adnecto, is, anknüpffen. *Syn.* alligo. *Us.* Navem nautæ adnectunt.

Adnitor, eris, mit Gewalt unterstehen. *Syn.* nitor, molior, conor, adlaboro, applico, seu applicor. *Us.* Vehementer Cæsar de triumpho adnisus est. Natura semper ad adminiculum aliquod adnititur, *natura se quoquo modo juvat. V. Conor. Nitor.*

Adnumero, as, zuzehlen. *Syn.* numero, ad numerum addo. *Us.* Age, ut cum candidatis adnumerêre.

Adnuto, as, *vide annuo.*

Adolescens, tis, Jüngling. *Syn.* ephebus, juvenis, pubes. *Epi.* abstinens, acutus, bonus, bonus & eruditus, bonus & disertus, bonus & fortis, & inprimis disertus, bonus & prudens, dignus illo loco ac nomine, bonus & strenuus, castus & diligens, clarissimus atque fortissimus, omnium præstantissimus, princeps civitatis, comicus, cupidus laudis, deditus mirificè alicui, deformis, delicatus, disertissimus, divinus, florentissimus urbis & incolumis, fortunatus, gratissimus, gravis & doctus, honestus in primis, ornatus in primis, honestissimus, humanissimus atque optimus, imperitus, ingeniosus & bonus, non tam insulsus, quàm non verecundus, non acriter intelligens, lectissimus, ornatissimus, modestissimus, nobilis, nobilissimus, optimus, mihique charissimus, ornatus omnibus rebus, nobili loco natus & prætorius, pecuniosus, perditus ac dissolutus, potens, potentissimus, præditus summa spe & animi & ingenii, primarius, probus, propinquus, prudens, prudentissimus, ætate multò robustior duce, sanctissimus, studiosissimus, maximè familiaris, rectissimis studiis atque optimis artibus præditus; non solùm indoctus, sed etiam rusticus; ingeniosissimus & propè æqualis, locuples, loquax, miser, pernecessarius, & amicitia alicujus dignissimus, plenus ingenio, segnior. *Adv.* admodùm, multùm. *Us.* Gravis bonâ indole; aut perditus, dissolutus, vinolentus adolescens. *Thras.* Peradolescens; in flore ætatis primo; admodùm adolescens, ut qui prætextatus etiam tum esset; vix è pueris excesserat; imberbis; bene valens; integri sanguinis adolescens.

Adolescentia, æ, Jugend. *Syn.* iniens ætas à 14 ad 25 vel 30 annum. *Epi.* impura, liberior, libidinosa, & intemperans, magna, modestissima, plena spei

prima, proclivior ad libidinem, proterva, tota, turpis. *Uſ.* Libidinoſa, intemperans adoleſcentia effætum corpus tradit ſenectuti. *V. Juventus. Puer.*

Adoleſco, is, wachſen. *Syn.* augeor ætate, creſco. *Adv.* ſenſim. *Uſ.* uti ratio, ita cupiditas cum ætate adoleſcit, & perficitur. *v. Creſco.*

Adoptio, nis, Auffnehmung. *Syn.* adoptandi actio. *Epi.* innumerabilis. *Uſ.* Adoptionem hæreditas nominis, pecuniæ, ſacrorum ſequitur.

Adoptivus, a, das zur Auffnehmung gehöret. *Uſ.* Sacra adoptiva.

Adopto, as, an Kind-ſtatt annehmen. *Syn.* filium facio, inſtituo. *Adv.* obſcurè. *Uſ.* 1. Æmilius Scipionem ſibi legibus adoptavit. 2. *deligo.* Adoptare aliquem defenſorem juris ſui, ultorem injuriarum. *v. Aſciſco.*

Adorea, æ, Lob und Ehr. * *Syn.* laus, gloria.

Adorior, iris, *vel,* eris, iri, anfallen. *Syn.* aggredior, invado, irruo, feror, involo. *Adv.* tumultuoſiſſimè. *Uſ.* Aliquem jurgio, fragmentis ſeptorum, gladiis, fuſtibus, à tergo adoriri. *v. Aggredior, Invado.*

Adorno, as, zieren. *Syn.* inſtruo, orno, paro, comparo, apparo. *Adv.* diligenter. *Uſ.* 1. Pompejus utrumque mare claſſibus adornavit. Bellum, claſſem, nuptias, petitionem conſulatûs, teſtium copiam adornare. 2. *honore afficio.* Omnes in hoc adoleſcente adornando conſpirant. *V. Comparo, Paro.*

Adoro, as, anbetten. * *Syn.* propitio religiones, ore precor. *Uſ.* Cæſar hoſtiâ Pacem Deûm adoravit. *v. Oro.*

Adpromitto, is, für einen verbürgen. *Syn.* promitto. *V. Promitto.*

Adrepo, is, herzu kriechen. *Uſ. transl.* In amicitiam alicujus; in ſpem hæreditatis; animo alicujus adrepere; *ſe inſinuare, gratiam captare.*

Adſciſco, is, herzu ruffen. *Syn.* approbo, recipio, attribuo. *Uſ.* 1. Romanas leges ſibi adſcivêre Latini. 2. *aſcribo, adjungo, adjicio, annumero, ſeligo.* Boni bonos ſibi adſciſcunt, ut propinquitate conjunctos. Adſciſcere ſibi ſocios ad fœtus. Civem adſciſcere. In civitatem, civitate adſciſci, *donari civitate.* 3. *comparo, retineo.* Romani à Græcis leges, ritus, conſuetudines, ſacra aſcivêre. Cura, ut laudem tibi adſciſcas. 4. *arrogo, tribuo.* Non mihi tantam ſapientiam aſciſco, ut &c. *v. Adopto.*

Adſcitus, a, angenommen. *Adv.* publicè. *Uſ.* Adſcitus hic eſt, non nativus candor.

Adſcribo, is, darzu ſchreiben. *Syn.* appono, adjungo, addo, aſſigno, adſciſco. *Uſ.* 1. Utinam ego tertius vobis amicus, vel, in amicitiam adſcriberer. Meam tuæ adſcribo ſententiam. Adſcribere aliquem civitati, vel, in civitatem. 2. *acceptum refero, aſſigno.* Hanc cladem ſuæ ſocordiæ, hunc eventum fatis adſcribant. *V. Accenſeo. Phraſ. Victoria tibi adſcribenda eſt*; tibi ſoli attribuenda; rei bene geſtæ decus tuo conſilio eſt aſſignandum; hæc victoria tui triumphi titulis accedat. *V. Tribuo.* 3. *Aliquid ad epiſtolam adjicio, appono.* Doleo, me hoc literis non adſcripſiſſe.

Adſcriptitius, a, eingeſchrieben. *Syn.* adſcriptus. *Uſ.* Novi & adſcriptitii cives.

Adſcriptor, ris, der dem Kläger in ſeiner Sach beyſtehet/Beyſtänder. *Syn.* ſubſcriptor, ſeu cauſidicus cauſam adjuvans. *Uſ.* Fuit is non modò defenſor, ſed adſcriptor dignitatis meæ. Author & adſcriptor mei honoris.

Adſtipulator, ris, Beyſtimmer. *Syn.* confirmator, defenſor. *Uſ.* In tua cauſa advocato me & adſtipulatore uteris. *V. Patronus amicus.*

Adſtipulor, aris, verwilligen/eines Meynung ſeyn. *Syn.* aſſentior. *v. Faveo, Adjungo.*

Adſum, es, beyſeyn. *Syn.* præſens ſum, præſto ſum, interſum.)(*Abſum. Adv.* coram, frequenter in cauſa, multùm, opportunè, paulò ante, præſtò, propiùs, publicè, tardiùs. *Uſ.* 1. Pugnis omnibus affui. Ad portam adeſt. Tempore ad judicium affuit, *comparuit.* Legibus, decretisque ſcribendis, judici in conſilio affuit. 2. *faveo.* Difficillimis licet rebus tuis ſemper adero. *Vul. ſtare ab alicujus partibus.* 3. *animo præſenti tribuitur.* Adſis animo, omitte timorem. Adeſte animis auditores. *V. Præſens. Coram.*

Adveho, is, hinzuführen. *Syn.* apporto, importo, comporto.)(*Aveho. Uſ.* Frumenti vis magna Romam advecta. An equo, an navi advectus es?

Advena, æ, ein Frembder. *Syn.* peregrinus,

nus, hospes, alienus, exterus, extraneus, alienigena.)(*Civis, domesticus.* *Us.* In ipsa patria nostra peregrini videmur & advenæ. *V. Peregrinus.*

Advenio, is, ire, hinzukommen. *Syn.* accedo, appropinquo, pervenio, devenio, adeo, appello, contingo.)(*Discedo, recedo, abeo.* *Adv.* præstò. *Us.* Malum quodcunque advenerit, ferendum est. Senectus cum advenit, multa mala apportat. *V. Appello. Venio.*

Adventitius, a, Fremder/Angekommener. *Syn.* fortuitus, insperatus, non quæsitus.)(*Innatus, insitus.* *Us.* 1. Mithridates multis nationum adventitiis copiis juvabatur. 2. *externus, alienus, non innatus, adveniens.* Transmarina & adventitia Græcorum doctrina. Adventitiis adjumentis uti. Bona, pecunia adventitia & assumpta.

Advento, as, offt kommen. *Syn.* advenio, appropinquo, accedo.)(*Procul sum.* *Us. de tempore, persona, & re dicitur.* Tu adventare, ac prope adesse debes. Adventat jam destinata dies. Legiones adventant.

Adventor, ris. Frembder/Gast. * *Syn.* externus, non domesticus. *Us.* Vide, ne quis adventor auscultet.

Adventus, ûs, Zukunfft. *Syn.* accessus.)(*Discessus.* *Epi.* minùs aptus ad res multas, clarus, expectatissimus, gratus & honestus, gratior, gratissimus, maturus, matutinus, nocturnus, occultus, optatissimus, primus, recens, repentinus, svavis, svavissimus, unus, gravis, improvisus, jucundus, modestus. *Us.* Uti adventus tuus svavissimus & optatissimus fuit, ita discessus afflixit.

Adventus Domini. Dies sacri Dominico adventui: hebdomades, quæ anniversariam Christi nascentis memoriam præcurrunt: quo tempore expectatio virginei partûs celebratur.

Adversaria, orum, Hand-Buch/ Sudel-Papier. *Syn.* præscriptiones, ephemerides. Tabulæ, in quas promiscuè utcunque conjiciuntur omnia, quæ in suos Accepti & Expensi codices dein referantur. *Epi.* menstrua. *Us.* Solertis est in adversaria referre omnia minutim. Adversaria scribere, conficere.

Adversarius, a, Widerwärtig. *Syn.* adversus, oppositus, inimicus, hostis.)(*Amicus, defensor.* *Adv.* maximè. *Us.* Hic obtrectator & adversarius laudum mearum semper fuit acerrimus. Semper se adversarium in meam dignitatem intendit. Perpetuum mihi cum eo bellum susceptum est. Acerbissimo te insectatore laudum mearum utor. *V. Hosti. Invidus. Infensus.*

Adversator, ris, Widersacher. * *Syn.* qui adversatur.

Adversitas, atis, Widerwärtigkeit. *Barbarum. Vide. Calamitas. Fortuna mala.*

Adversor, aris, zu wider seyn. *Syn.* repugno, obsisto, contravenio, contra rem alicujus venio, contrà pugno, contrà facio, adversarius sum, in aliquem eo, resisto, reclamo, obtrecto.)(*Suffragor.* *Adv.* infensiùs, mediocriter, valde, vehementer. *Us.* Quibus ornamentis adversor tuis? cui dignitati tuæ repugno? omnibus in disputando adversabere? *Phras. Omnibus in rebus mihi adversaris.* Me oppugnas, quàm potes acerrimè & gravissimè. Nullam adversùm me injuriam prætermittis. Nullâ non injuriâ, nullâ non te lacessis. Tuis contra nos viribus uteris. Quidquid habes virium, in nos confers. Tuam in nos vim confers. Omnia conaris, nihil non agis, moves, tentas, moliris, experiris, machinaris, moves omnes machinas; nihil non tentas ad perniciem nostram. Adversariô te utimur nimis acerbô, nimis infensô. Agis contra nos, in nos, pugnas adversùs nos iniquè nimis. Irruis in nos, quo potes impetu, quàm potes maximo. Facis maximum impetum contra nos. Adversarius es nobis nimis infensus, infestus, vehemens, sævus, imminens in exitium nostrum, nostrum sanguinem nimis avidè sitiens, totus incumbens in perniciem nostram. Nimis à nobis discrepas. Contra honorem nostrum niteris. Undique refragaris; adversùs nos tendis. Adversùs sententiam nostram adversaris. *V. Inimicitia. Inimicus. Pugno.*

Adversùs, & Adversùm, wider. *Syn.* contra.)(*Pro.* *Us.* 1. Homo adversùs rempublicam, leges, salutem civium armatus. Adversùs hostem aciem struere. Adversùs clivum tendere. 2. *Erga, amicè.* Adhibenda est reverentia adversùs homines, adversùs Deos pietas, adversùs amicos humanitas, adversùs omnes officium. *V. Contra. Erga.*

Adversus, a, zuwider. *Syn.* contrarius, incommodus, fluxus.)(*Prosper, secundus.* *Us.* 1. Valetudo adversa. Adversa reipublicæ tempora. Bellum, prælium adversum. Fortuna, res adversa. Homo adversâ in vulgus famâ, *malâ.* 2. *oppositus, ratione loci.* Antipodes adversis vestigiis. Adversum solem intueri. Adverso flumine navigare. Adversâ viâ ire. In adversam ripam evadere. 3. *In anteriore parte corporis.*)(*Aversus, in posteriore* cicatrices; vulnera adversa, *id est,* adverso corpore excepta. *v. Adversarius. Infelix.*

Adverto, is, auffmercken. *Syn.* aliquo, vel, ad aliquid verto, observo, attendo, animadverto, *Adv.* Obscurissimè. *Us.* 1. In hanc plateam te adverte. Urbi agmen, navem littori, pedem ripæ, aures monitis, cursum aliquò advertere. 2. *transl. ad res incorporeas.* Advertere animum ad dicta. *Omisso animo advertere.* De re aliqua diligenter advertere. *V. Caveo, Attendo. Observo. Converto.*

Advesperascit, es wird Abend. *Us.* Cùm advesperasceret, discessimus. *Phras.* Vespertinum crepusculum adest. Non adventat. Lucem tenebræ pellunt. Vespera appropinquat. Diei non succedit. Dies abit inclinante jam, vergente, prono in occasum sole. Cedit jam nocti dies. *V. Vesperi.*

Advigilo, as, fleißig wachen. *Syn.* vigilo, pervigilo, diligenter vigilo. *Us.* Pro negotii gravitate advigilandum est. *V. Vigilo.*

Adulatio, nis, Schmeichlerey. *Syn.* assentatio, simulatio, blanditiæ. *Epi.* amans dominorum. *Us. Propriè adulantium heris canum est.* In amicitiis nulla major pestis adulatione, assentatione, blanditiis. Semper magnæ fortunæ comes adulatio. *V. Assentatio.*

Adulator, ris, Schmeichler. *Syn.* assentator, palpator, divitum arrosor, &, *quod sequitur,* irrisor, simulator, homo levis & fallax, ad voluntatem loquens omnia, nihil ad veritatem. Qui ad alterius non modò sensum & voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur. *Us.* Nolo esse laudator, ne videar adulator. *V. Astutus.*

Adulor, aris, schmeichlen. *cum Accus.* *Syn.* blandior, assentor, auribus do; omnia ad voluntatem, nihil ad veritatem loquor, palpo. *Adv.* apertè. *Us.* Adulari fortunam alicujus. Feræ Dominum adulantes. *Phras.* Fictè loqueris ut gratiam à me ineas. Das hoc auribus meis, ut gratiam meam aucuperis. Auribus inservis. Blanda assentatione uteris. Assentationis artificio gratiam quæris. Blandè loqueris, ut me tibi adjungas, ut in meam te amicitiam insinues. Lenocinaris. Blanditiis in aures concionis influere laboras. Absurdam in adulationem progrederis. Palpo me percutis. Subparasitandi artem tenes.

Adulter, eri, Ehebrecher. *R. q. ad alteram.* *Syn.* mœchus, alienæ conjugis corruptor. *Epi.* Sororius, temerarius, obscœnus, nocturnus, turpis.

Adulterinus, a, falsch/ erdichtet. *Syn.* fucatus, adumbratus, non verus, non naturalis, non genuinus.)(*Verus, genuinus.* *Us.* Nummi, gemmæ, moneta adulterina. Adulterinô signô, *annulô,* testamentum corrumpere. *V. Falsus. Adumbratus.*

Adulterium, ii, Ehebruch. *Syn.* stuprum. *Epi.* nefarium, quotidianum. *Us.* Adulterium committere, facere, inire. In adulterio deprehendi. Stupra, adulteria, corruptelæ, & omne tale flagitium voluptate excitatur. *Phras.* Alicujus thorum contaminare, alienos thoros violare, adulterium committere, mœchari, adulterii crimen admittere; fœdus, fidem matrimonii frangere, derelinquere, deserere, fallere; adulterare, *ri*; involare in alienum matrimonium; nefariò alterius uxorem polluere, ad eam oculos impudicos adjicere. Matrimonii proditrix fœmina.

Adultero, as, ehebrechen. *Syn.* corrumpo, stupro, alienum cubile ineo. *Us.* 1. Latrocinari, fraudare, adulterare turpe est. 2. *fallaciter imitando aliquid adultero.* Judicium pecuniis, testamenti tabulas adulterare. *V. Corrumpo.*

Adultus, a, auffgewachsen. *Syn.* grandior, *progressa ætas, confirmatior,* major. *Us.* Adulta jam Roma; arbor adulta; adulta reipublicæ pestis. *Phras.* Grandis jam & adultâ ætate puer. Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectus. Grandiori ætate, corroborâ, confirmatâ, maturissimâ. In ea ætate, quæ jam confirmata, cui roboris multum acces-

accessit. Qui se jam corroboravit, vir inter viros. Jam ad puberem ætatem pervenit. Cujus ætas in medio virium robore, medio juventæ robore, flore. Jam virilem togam sumpsit. Puerilitatis annos egressus. Ex ephebis excessit. Id ætatis vir.

Adumbratio, nis, Entwurff/ Vorbildung. *Syn.* Levis imago & species. *Usus.* Alicujus rei, si non perfectio, at conatus tamen & adumbratio.

Adumbratus, a, entworffen. *Syn.* Non absolutus.)(*Expressus. Usus* 1. Sunt in hoc juvene maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Principiò adumbratas quasdam intelligentias concipimus. 2. *Fictus.* Gloria est solida quædam res expressa, non adumbrata. Homo adumbratus; comitia, opinio virtutis, judicium, lætitia adumbrata.)(*Vera.*

Adumbro, as, entwerffen. *Lineari pictura & umbratili aliquid fingo & simulo. Syn.* Effingo, imitor, describo. *Usus.* Conare Ciceronem, perfectæ eloquentiæ formam adumbrare. Facta alicujus dicendo, speciem alicujus & formam adumbrare.

Aduncitas, tis, Krümme. *Usus.* Quædam aves aduncitate rostrorum cibum capiunt.

Aduncus, a, krumm. *Syn.* Curvatus, tortuosus.)(*Rectus. Usus.* Adunci ungues, serrula adunca.

Advocatio, nis, das Fürsprechen. *Syn.* Advocati officium, patrocinium. *Epi.* Copiosa. *Usus.* Homo in re militari, quam advocationibus cautior. Ea advocatio clamoribus, lapidatione discussa, perturbata, repulsa est. Advocationes frequentissimæ.

Advocatus, i, ein Fürsprecher. *Syn.* Qui in judicio aut jus suggerit, aut præsentiam suam commendat amico. *Epi.* Armatus, perpauci. *Usus.* Invocare aliquem advocatum ad defendendam causam suam. Esse alicui advocatum. Alicui advocatum venire. V. *Patronus.*

Advoco, as, herzuruffen. *Syn.* Accerso, in auxilium voco, convoco.)(*Avoco. Usus.* In cœtum, ad concilium, ad concionem advocare. Animum ad se ipsum à voluptate advocare. Advocare sibi, causæ suæ aliquem. *V. Voco, Accerso.*

Advolatus, ûs, Zuflug. *Epi.* Tristis. *Usus.* Tristi advolatu aduncis lacerans unguibus.

Advolo, as, hinzufliegen. *Syn.* Accurro, invado, convolo.)(*Avolo. Adv.* Planè, repentè, sublimè. *Usus.* Romam quàm mox advolabo. Cùm primùm literas recepero, in villam, ad te advolabo. V. *Accurro.*

Advolvo, is, hinzuwelzen. *Usus.* Ad genua alterius advolvi.

Aduro, is, anbrennen. *Usus.* Barbam, capillum adurere. V. *Uro.*

Adytum, heimlicher Orth. *Syn.* Pars templi secretior, occultior & remotior, penetrale.

Ædepol, bey dem Tempel Pollucis, fürwahr. *Jurandi verbum per ædem Pollucis.*

Ædes, is, Kirch / Hauß. *R. ab* ἕδος, *sedes. Syn.* Domus, domicilium. *Epi.* Bona, magnifica, ornatissima, plena atque ornata, sacra, aliena, amœnissima, aurata, malè materiata, nobilissima in palatio, opima, pestilens, salubris, profana, regia. *Usus.* 1. Ædes privatæ, magnificæ. In intimis, mediis ædibus. 2. *Templum numero ferè singulari.* Ædem consecrare, reparare. Ædium sacrarum & publicarum depopulatio. *V. Ædificium.*

Ædicula, æ, Capelle / Häußlein. *Syn.* parva domus, tempellum. *Usus.* Eam aram & ædiculam, & pulvinar dedicavit.

Ædificatio, nis, Erbauung. *Syn.* Ipse ædificandi actus, constructio. *Epi.* Immensa & intolerabilis. *Usus.* Immensa & intolerabilis ædificatio. Ædificationem abjicere, deponere, *ab ædificando desistere.*

Ædificator, ris, ein Bau-Herr. *Syn.* Fabricator. *Epi.* Præstans. *Usus.* Opifex & ædificator mundi DEUS.

Ædificium, ii, Gebäu. *Syn.* Structura, *Epi.* Malum, magnificum, privatum, publicum, sacrum & profanum. *Usus.* Deturbare, vel, extruere in alieno ædificium. *Phras.* Insanæ substructiones. Insanæ substructionum moles. Ad cœlum villam extruit.

Ædifico, as, bauen. *Syn.* Extruo, exædifico, construo, constituo, pono, colloco, facio, parietem duco.)(*Diruo, destruo. Adv.* Bellè, benè, privatim, publicè, sceleratiùs, strenuè. *Usus* 1. Ædificare porticum, atrium, urbem. 2. Classem, navim ædificare. *Phras.* Urbem condidit, non villam. Saxo quadrato

drato substruxit. Ad culmen opus perduxit. Publicæ areæ inædificavit.

Ædilis, is, **Baumeister.** *Syn.* Sunt ædiles curatores urbis, annonæ, ludorúmque solennium. *Epi.* Curulis, designatus, religiosus.

Ædilitas, tis, **Baumeister-Amt.** *Syn.* Ædilitium munus. *Epi.* Curulis, furiosa, magnificentissima, præclara, ornatissima. *Usus.* Ædilitatem petere, obtinere. Ædilitate fungi.

Ædilitius, a, **das zu des Baumeisters Amt gehöret.** *Syn.* Spectans ad ædilitatem. *Item.* Qui ædilis est, aut fuit. *Usus.* Homo ædilitius.

Æditiuus, ui, **Meßner.** *Syn.* Ædítimus, qui sacris ædibus præest.

Æger, ra, **franck.** *R. ab αἰνγρὸς, tristis,* *Syn.* Ægrotus.)(*Valens. Adv.* Graviter, mediocriter, maximè. *Usus* 1. *de corpore.* Corpore ex vulnere æger. Ægra respublica & deposita. Ægra & labans civitas. 2. *de animo mœrente & afflicto.* Animi vel animo æger. Amore, ex amore æger.

Ægrè, **ungern / schwerlich.** *Syn.* Difficulter, vix, gravatè, molestè.)(*Moderatè, facilè. Usus.* Inveterata vitia ægrè depelluntur. Ægrè te careo.

Ægrè ferre, **ungern sehen.** *Phras.* Immoderatiùs, graviter tuli; stomachatus sum. Periniquò animò eam rem passus sum. Pupugit me, quòd &c. Sanè asperè accepi, subringebar, fremebam. Momordit me, discrucior. Non leviter commotus, indignatus, indignè, ægrè, iniquo animo passus sum. Dolori mihi fuit & ægritudini. Torquebat me & lacerabat. Urebat me & percruciabat, cùm hunc hominem prælatum mihi viderem. V. *Invitus. Molestè. Repugno.*

Ægresco, is, **franck und schwach werden.** * *Syn.* Ægrior fio.

Ægrimonia, æ, **Kranckheit.** *Syn.* Ægritudo animi, dolor, mœror, sollicitudo, cura. *Epi.* Nova. *Usus.* Ferrem graviter, si novæ ægrimoniæ locus esset. V. *Ægritudo.*

Ægritudo, inis, **Kranckheit.** *Animi est, ut ægrotatio corporis. Syn.* Ægrimonia, molestia, angor, animi contractio, animi perturbatio.)(*Hilaritas. Epi.* Acrior, amplificata, crucians, detestabilis, flebilis, inanis, laboriosa, levior, mærens, maxima, misera, naturalis; nova, sed ea modica, premens, simillima ægris corporibus, permanens, tetra, universa, acerba, anxia atque acerba, gravior, gravissima, incredibilis. *Usus* 1. *Ægritudinem accipere.* Parvis sæpè rebus movetur, oritur ægritudo. Res non maximæ ægritudinem afferunt, efficiunt, ægritudine afficiunt, premunt, opprimunt, conficiunt. Ad ægritudinem accedunt. Ex rebus minimis in ægritudinem incidimus, ægritudini nos dedimus, ægritudine debilitamur, quatimur. 2. *Ægritudinem lenire.* Philosophia universam ægritudinem lenit, levat, sedat, extenuat, elevat. Levatio, sedatio, vacuitas ægritudinis sistit in avocatione à cogitanda molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates. 3. *Ægritudine vacare.* Ægritudinem Stoici ùt tetram & immanem belluam fugiendam dicunt, exuendam, abjiciendam, exturbandam ex animo. Ægritudo vetustate tollitur, nobis eripitur, eximitur, repellitur. V. *Morbus. Dolor.*

Ægrotatio, nis, **Kranckheit.** *Syn.* Corporis mala constitutio, functiones corrumpêns, ἀρρώστημα, morbus. *Animadverte discrimen* morbi, vitii, ægrotationis. *Usus.* Velut ægrotatio in corpore, ita ægritudo in animo. Morbum totius corporis corruptionem appellant. Vitium, cùm corporis partes inter se dissident. V. *Morbus. Valetudo infirma. Infirmitas.*

Ægroto, as, **franck seyn.** *Syn.* Ægro corpore sum, morbo sum affectus.)(*Valeo. Adv.* Graviter, graviùs, gravissimè, leviter, periculosè, vehementer diùque, viriliter. *Usus.* Graviter, periculosè ægrotare. Ægrotanti meliùs est factum. *Phras.* In morbum incidere; morbo affici difficillimo, dubia spe vitæ. Ejusmodi est morbus, qui vitam in discrimen adducat, in quo de vita prorsus agatur, in quo vita veniret in dubium. Affectus est graviter; morbo languet; malè se habet; valetudine utitur adversa; decumbit morbo oppressus; laborat; valet pessimè. Illi nequaquam bellè est. *V. Debilis. Valetudo infirma.*

Ægrotus, a, **franck.** *Syn.* Æger. *Usus.* 1. Ægrotus corpore. 2. *Transl.* Ægrota respublica; animus ægrotus. *V. Infirmus.*

Æmulatio, onis, **Neid / Haß.** *Syn.* Rivalitas,

litas, virtutis imitatio, invidia. *Unde & laudis est, & vitii. Epi.* Vitiosa. *Usus.* Est æmulatio ægritudo animi, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. *V. Invidia.*

Æmulator, ris, Nacheifferer / Beneider. *Syn.* Imitator, rivalis, æmulus. *Usus.* Servilius æmulator Catonis. *V. Invidus. Imitor.*

Æmulor, aris, eifferen / neiden. *Syn.* Imitor, invideo. *Usus.* Æmulari aliena bona, obtrectare, alicui æmulari. *V. Invideo.*

Æmulus, i, Nacheifferer / Beneider. *R. ab ἅμιλλα, certamen. Syn.* Æmulator, rivalis, invidus. *Ep.* Non molestus, multi. *Usus.* Semper tu mearum laudum, meorum studiorum æmulus fuisti. *V. Invidus. Imitator.*

Æneus, a, von Ertz. *Syn.* Quod ex ære est. *Usus.* Signum, equus æneus.

Ænigma, tis, Räthsel. *Usus.* Obscuritates & ænigmata somniorum.

Æquabilis, e, gleich / eben. *Syn.* Æquus, par, similis. *Usus.* Habitus æquabiles & moderati. Æquabilem juris rationem tenere. Prædæ æquabilis partitio. Motus certus & æquabilis. Temperatum & æquabile genus orationis. Levis & æquabilis orationis tractus. *V. Par.*

Æquabilitas, tis, Gleichförmigkeit. *Syn.* Constantia, tenor unus, moderatio.)(*Levitas. Epi.* Maximè decora, præclara. *Usus.* Æquabilitas universæ vitæ præclara est, & idem semper vultus, eademque frons. In juris æquabilitate adhibenda est facilitas. Lenitas & æquabilitas orationis. *V. Tenor. Constantia.*

Æquabiliter, gleichförmig. *Syn.* Cum æquabilitate. *Usus.* Oratio æquabiliter profluens. Prædam æquabiliter dispartiri. *Phras.* Æquè, æquâ parte, æquâ conditione prædam partiri. Uno tenore, constanter, æquo & pari cum civibus jure vivere.

Æqualis, e, gleich. *Syn.* Par, similis, æquus.)(*Impar. Usus* 1. Stoici ajunt, peccata omnia æqualia. Oratio par & æqualis rebus ipsis. Æqualem verbis vitam agere. 2. *Coævus, ejusdem ætatis.* Est eorundem temporum æqualis. Livius Ennio æqualis fuit, Lælius Scipioni. *V. Similis. Par. Convenio.*

Æqualitas, tis, Gleichheit. *Syn.* Æqualium & parium conditio, paritas, similitudo. *Ep.* Fraterna, legitima, usitata, summa. *Usus.* Est inter nos æqualitas propè fraterna. In republica tuenda est civium æqualitas. Æqualitate judicandi offensio vitatur. *V. Similitudo.*

Æqualiter, gleich. *Syn.* Æquabiliter, æquè, æquâ parte, æquâ conditione, eodem tenore, constanter. *Usus.* Æqualiter in suos ac alienos ferox. Hæreditas æqualiter distributa. *V. Similiter. Æquè.*

Æquatio, nis, eine Ebene / Gleichheit *Syn.* Adæquatio. *Usus.* Societatis est æquatio juris. Æquatione bonorum, æquatione gratiæ, dignitatis, suffragiorum, quæ major potest esse in civitate pestis?

Æquè, billig. *Syn.* Tam, pariter, similiter, æqualiter, peræquè. *Usus.* Nemo æquè, atque ego, est occupatns. Amicus æquè utrique fidelis. Hoc ad meum æquè atque ad tuum officium pertinet. *Phras.* Æquè ac si meus frater esses. Juxta, ac si &c. nihilô minùs, non minùs, quàm si frater esses. Hyemem juxta & æstatem pati. Velle & posse mihi in æquo positum est. *V. Similiter.*

Æquilibritas, tis, gleich Gewicht. *Syn.* Æquabilitas, æqualitas.

Æquinoctium, ii, gleicher Tag und Nacht. *Usus.* Æquinoctium navigationem nostram moratur.

Æquiparo, as, gleich machen. *Syn.* Æquo, comparo, compono.)(*Excedo, supero. Usus.* Nemo factis me æquiparare potest. *Phras.* Nemo exæquandus, assimilandus est mihi. Nemo te virtute assequitur. Tecum conferri, contendere nemo potest. Nemo, qui tibi par sit, qui te vincat. *V. Comparo. Confero.*

Æquitas, tis, Billigkeit. *Syn.* Æquum & bonum, justitia. *Vel,* propensus favor in al[illegible].)(*Iniquitas. Epi.* Humana, mi[illegible]ropria maximè justitiæ, summa. *Usus* 1. Summa bonitas & æquitas causæ. Perspice æquitatem animi mei. Æquitatem rejicere, *vel contra*, servare. 2. *Candor, probitas privata, tranquillitas.* Homo summa moderatione, summa animi æquitate. *V. Honestum. Justitia.*

Æquo, as, eben machen. *Syn.* Exæquo, assequor, gradus tollo, parem facio.)(*Supero, excedo. Usus.* Cum Græcorum gloria Latinorum copia æquata est.

Cum aliquo æquari. Tenuiores cum Principibus temperamento aliquo æquantur. *V. Æquiparo. Confero.*

Æquor, ris, **ein Ebne.** *Syn.* Terræ aut aquæ planities. *Usus.* Babylonii in camporum patentium æquoribus habitant.

Æquus, a, **billig.** *R. ab εἰκὸς, Doricè αἰκὸς.* *Syn.* Habens æquitatem, non iniquus, verus, directus, justus.)(*Iniquus.* *Usus.* 1. Æquum me tibi semper præbui; tibi semper æquus fui; æquum me tibi habuisti; æquo me usus es. *Item*: Æquo cum civibus jure vivere. Æqua postulatio. 2. *Locus planus*, æquus. 3. Æquum & bonum impetrare; ex æquo & bono statuere; æqui bonique facere. *V. Justus. Honestus. Dignus. Decet.*

Aër, ris, **die Lufft.** *Syn.* Cœlum, anima, spiritus, æther. *Epi.* Adversus, crassus, cretus, crassissimus, finitimus, fusus & extenuatus, naturâ maximè frigidus, & minimè expers caloris, calore admistus, immensus & infinitus, plenus alicujus rei, purus ac tenuis, proximus terræ calidus, superior temperatus, nihil proni habens, effluens huc illuc. *Usus.* Aër alitur expirationibus terræ. Oritur ex respiratione aquarum. Terræ proximus crassus est, concretus in nubes cogitur. Aërem spiritu ducimus. *Phras. Aër salubris.* Cœlum tenue purumque. Cœli temperies salubris. Cœli mollities refovendis membris idonea. 2. *Aër gravis.* Crassus nobis aër circumfunditur, offunditur. Pingue & concretum cœlum. Palustre cœlum caput gravat. Corpore vix sustineo hujus gravitatem cœli. *V. Cœlum.*

Ærarium, ii, **Schatz-Kammer.** *Syn.* Pecunia publica, locus [illegible] a asservatur. *Epi.* Inops atque ex[illegible]m, sanctius, vetus ac refertum. *Usus.* Rationes referre ad ærarium. Ærarii depeculator, hirudo. Pecuniam in ærarium sanctius referre. Ærarium exhaurire.

Ærarius, a, **das zur Schatz-Kammer gehöret.** *Syn.* Quod ad ærarium pertinet. *Usus.* Rationes ærariæ me sollicitum habent.

Ærarius, ii, **der des Bürger-Rechts beraubet ist.** *Qui præter æra, pro capite suo tributi nomine pendenda, cæteris civium Romanorum juribus ignominiæ causâ mulctabatur.* *Usus.* Ærarium aliquem facere; in, vel, inter ærarios referre. Ex ærariis eximere, *eâ ignominiâ solvere.*

Æratus, a, **verkupffert.** *Syn.* Ære tectum. *Usus* 1. Lecti ærati, candelabra ærata. 2. *Obstrictus alieno ære.* Milites ærati, *aliàs obærati.*

Aërius, *vel*, Aëreus, a, **lüfftig.** *Syn.* Animalis, spirabilis, flabilis. *Usus.* Aërei volatus avium.

Ærugo, inis, **Ertz-Rost.** *Syn.* Quasi æris quædam scabies ipsum corrumpens. *Usus.* Æs Corinthium in æruginem incidit.

Ærumna, æ, **Mühseligkeit.** *Syn.* Calamitas, labor, ægritudo laboriosa. *Epi.* Æterna, maxima. *Usus.* Graves, perpetuas ærumnas perpeti, superare. Miseriis, ærumnis premi. *V. Angustia. Miseria.*

Ærumnosus, a, **mühselig.** *Syn.* Miser, calamitosus. *Usus.* Qui se ægritudini dedêre miseri, afflicti, ærumnosi, calamitosi. *V. Miser. Calamitosus.*

Æs, ris, **Ertz / oder Kupffer.** *R. ab Hebr. Ærez, terra.* *Syn.* Metalli genus. *Epi.* Alienum, circumforaneum. *Usus.* Æs temperare; statuam ex ære facere. Leges, pacta in æs incidere. In ære varias figuras celare. Æs signare, **prägen.** Æs figere, vel, refigere. 2. Æs alienum. *Syn.* Pecunia debita. *Epi.* Falsum, magnum & grave, maximum, novum, vetus. *Usus.* 1. *Debita contrahere.* Æs alienum cogere; æs alienum conflare, facere, contrahere. Ære alieno se obligare, *nem. pe pecuniâ vel mutuò vel fœneratò sumptâ se debitorem facere.* 2. *Debitis laborare.* Æs alienum habere; in æs alienum incidere; ære alieno laborare, opprimi, obstringi, obrui, premi; æs alienum crescit; esse in ære alicujus. 3. *Debita dissolvere.* Ære alieno liberari, levari; ære alieno exire; æs alienum dissolvere, relinquere, exonerare; æs alienum alicujus suscipere. *q. alterius debita in se recipere.* *Dicitur etiam*: Æs alienum meum, patris, filii, *quod ego, pater, aut filius contraxit.* Miles ære dirutus, *stipendio ignominiæ causâ privatus.* *V. Pecunia. Debitum.*

Æstas,

Æstas, tis, der Sommer. *Syn.* anni pars ferventior, æstivum tempus. *Epi.* iniens, integra, media, proxima, summa, tota. *Us.* Æstas iniens, propè affecta, exacta.

Æstimabilis, e, schätzbar.)(*Inæstimabilis.* *Us.* Æstimabile est, quod pondus aliquod habeat dignum æstimatione.

Æstimatio, nis, Schätzung. *Syn.* pretii judicium, impositio pretii. *q. taxatio.* *Epi.* æqua, æquior, communis, grata, mediocris, optima, non modò non incommoda, sed etiam grata, propria, remissior quàm, tolerabilis. *Us.* 1. *facere æstimationem* prædiorum, censûs, possessionum. Habendæ æstimationis potestas solis Censoribus committebatur. Cæsar æqua æstimatione facta pecuniam pro præda soluit. 2. *æstimationem accipere, æstimationem dare, accipitur pro re ab arbitris æstimata.* Accipiendæ sunt tibi æstimationes Cæsaris jussu, *id est, loco pecuniæ debitæ.* Litis æstimatio tibi persolvenda est, Gerichts-Unkosten.

Æstimator, ris, ein Schätzer. *taxator.* *Syn.* judex, arbiter. *Epi.* acerrimus, æquus, æquissimus, injustus, callidus. *Us.* Justus, acerrimus rerum æstimator. Unus tu dominus, unus frumenti æstimator callidus & iniquus fuisti. *V. Arbiter.*

Æstimo, as, schätzen. *R. ab æs & τιμὴ, pretium.* *Syn.* æstimationem habeo. *Adv.* cariùs, carè, largè, liberaliter, necessariò, severè, tenuissimè, valde illiberaliter. *Us.* 1. *de re venali, & bonis.* Æstimandis possessionibus præfectus. Frumentum, pecuniam, litem æstimare. 2. *judico, existimo, magni, vel, parvi facio.* Ex veritate, non opinione res æstimandæ sunt. De aliis æstimare difficile est, *judicium ferre.* Statua hæc non è materia, sed ex artificio æstimanda est. *Phras.* Magni te facio. Quem apud me locum teneas, quo apud me loco sis, qui apud me sis, satis nôsti. Quanta sit mea in te observantia, quantum tibi tribuam, tibi deferam; quæ mea sit de te opinio, voluntas, studium. Quem apud me locum obtineas, quô numerô sis, quantum te demirer & efferam, non ignoras. E virtute te tua pondero, pendo, existimo. In parentis, fratris, amici numero te puto, repono, duco, colloco, numero. Gradum, charitatemque filii apud me habes. Inter clarissimos viros te annumero. Alter mihi Cicero es. *Virtus ab omnibus gentibus æstimatur.* Summus virtuti honos habetur, honos persolvitur. Virtuti plurimum defertur; virtus tanti æstimatur, quanti est; magna imprimis & honesta est; in honore est; inter ea est, quæ prima dicuntur. *V. Contemno. Judico. Pretium.*

Æstiva, orum, Sommer-Hauß. *Syn.* locus, in quo æstatis ardorem devitantes bestiæ & milites se continent.)(*Hyberna.* *Us.* Æstiva attingere; in æstivis esse. Mediis caloribus in æstiva educere militem. Æstate sævissimè candente æstivare.

Æstivus, a, sommerlich. *Us.* Menses, dies æstivi.

Æstuo, as, erhitzt seyn. *Syn.* ardeo, ferveo, angor, irascor, tangor, vexor.)(*Algeo.* *Us.* 1. Aër caloribus æstuat. 2. *transl. ad animi perturbationes.* Desiderio, dubitatione, irâ, cupiditate, invidiâ exæstuare, æstuare. *V. Calor.*

Æstuosus, a, hitzig. *Syn.* æstu & calore plenus. *Us.* Æstuosa & pulverulenta via.

Æstus, ûs, Hitz. *R. à Græc.* αἶθος, *ardor, vel ustus.* *Syn.* fervor, agitatio fluctuum.)(gelu. *Epi.* magnus, marinus, maritimus. *Us.* 1. Æstus maritimi à Luna commoventur. Æstu febrique jactatur. 2. *transl. vis & vehementia.* Consuetudinis æstus multos absorbet. Æstus quidam gloriæ, æstus ingenii multos absorbet, abripit. *V. Calor. Fervidus.*

Ætas, tis, das Alter. *R. ab ævo q. ævitas dicta. Accipitur aliàs pro* sæculo; *aliàs pro* solo anno; *aliàs universim pro* tempore; *aliàs pro* tota vita hominis; *aliàs pro* vitæ humanæ partibus, infantia, pueritia, adolescentia, virilitate, senectute. *Quarum qualibet trifariam dividitur, ut alia sit* viridis, *alia* adulta, *tertia* præceps. 1. *Ætas viridis;* Iniens, prima, puerilis, infirma; ætas bona, optima, fervida, fervor, imbecillitas, infirmitas ætatis primæ; flexibilis ætas, inferior. *V. Adolescens.* 2. *Ætas media;* Progrediens, confirmata, corroborata, provecta, firmata, constans, adulta, integra, integerrima. 3. *Ætas præceps;* Ingravescens, matura, maturissima, affecta, confecta, decrepita, decursa, exacta

demens-

demensque, extrema, grandior, præcipitata, provecta, superior, deflectens; ætatis flexus, maturitas, progressus, cursus; senectus peractio ætatis est. Homo id ætatis, *tam grandævus. V. Senectus. Us.* Ætatem honestissimè agere; optimis in studiis terere, degere, conterere, consumere, exigere. Ætate progredi, procedere, provehi, præcurrere alios & anteire, præstare & antecellere. *V. Tempus.*

Ætatula, æ, **Kindheit.** *Syn.* tenera ætas. *Epi.* prima. *Us.* Cave, primam tuam ætatulam ad libidines conferas.

Æternitas, tis, **die Ewigkeit.** *Syn.* tempus fine carens, immortalitas, perennitas. *Epi.* immutabilis, incredibilis, naturalis. *Us.* Æternitatem nulla temporis circumscriptio metitur. Immutabili æternitate veritas continetur. Mihi populus eâ die non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit. Nomen tuum & gesta immortalitati commendanda, consecranda sunt. *V. Immortalitas.*

Æterno, as, **unsterblich machen.** * *Syn.* æternum, immortale facio.

Æternus, a, **ewig.** *Syn.* sempiternus immortalis, perpetuus, quod toto vitæ tempore, quod immutabili æternitate continetur.)(*caducus, mortalis. Us.* Causæ immutabiles & æternæ. Æterni DEI æternum simulacrum mundus est.

Æther, eris, **der Lufft-Himmel.** *Syn.* elementum ignis. *Epi.* æternus, ignifer, immensus, immoderatus, non satis aptus. tenuis ac perlucens, & æquabili calore suffusus. *Us.* 1. Ex aëre æther. Aërem amplectitur æther. In æthere astra volvuntur. 2. *cælum.* Omnia cingens & coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi.

Æthereus, a, **himmlisch/lüfftig.** *Us.* Æthereus ignis.

Ævum, i, **die Ewigkeit/oder immerwährende Zeit.** *R.* αἰών, q. ἀεὶ ὤν, *semper existens. Syn.* Ætas duratura. *Epi.* æternum, sempiternum. *Us.* Beati in cœlo ævo sempiterno fruuntur, æternum ævum agunt.

Affabilis, e, **holdselig mit Worten.** *Syn.* comis, mitis, placidus, maximè in sermone. *Us.* In omni sermone affabilem se præbebat. *V. Facilis. Comitas.*

Affabilitas, tis, **freundliche Ansprechung.** *Syn.* comitas sermonis, facilitas in audiendo; alloquendi, audiendi lenitas. *Us.* Difficile dictû est, quantùm animos hominum conciliet affabilitas, lenitasque sermonis. *V. Comitas. Admitto. Facilis.*

Affabrè, **künstlich.** *Syn.* fabrè, pulchrè, artificiosè. *Us.* Statua miro artificio affabrè facta.

Affari, **zusprechen.** *Syn.* alloqui, compellare. *Us.* Liceat mihi te versibus affari. *V. Alloquor.*

Affatim, **reichlich.** *R. à fatim, inusitat. q. fatim, ad faciendum satis. Syn.* abundè. *Us.* Affatim tibi satisfaciam. Vescêris, satiaberis affatim. *V. satis.*

Affectio, nis, **eine zufällige Bewegung des Leibs oder des Gemüths.** *Syn.* perturbatio, commotio, concitatio animi, sensus, impetus, πάθος, animi quidam dolor, studium, cupiditas. *Epi.* constans conveniensque, non distorta nec prava, firma corporis, invita, inconstans & à se ipsa dissentiens, laudabilis, interior, malitiosa animi, prima & optima, utilis, manens, recta. *Us.* 1. Ut ad primam, optimamque animi affectionem pervenias, perturbatio ratione depellenda erit. Ea est animi mei affectio, commodi mei causâ neminem ut violem. O te extra omnes humanorum pectorum affectiones positum! quem non lætitia, mœror, ira, gaudium exagitent, jactent, incessant. 2. *Status, vis, constitutio.* Affectio astrorum varia multas res immutat. In puero refert, quâ cœli affectione primum spiritum duxerit. Affectio corporis firma, *dispositio.*

Affecto, as, **embsig begehren.** *Syn.* appeto, quasi arcesso, nimis exquiro, ambio. *Us.* Lumina quædam orationis non equidem affectanda sunt, sed tamen adhibenda nonnunquam. Iter affectare. Munditiam non exquisitam affectare.

Affectus, a, **angethan/beschaffen.** *Syn.* paratus, comparatus, constitutus seu corpore, seu animo. *Adv.* malè. *Us.* 1. Oculi indicant, ùt animo affectus sis. Decumbendum est corporibus ita affectis, ut nihil sit, quod animis errorem afferat. Nunc ita affectus sum, tecum ut vivere non possim. 2. *præditus, cumulatus.* Honoribus, beneficio, imperio, præmiis abs te affectus sum. E literis tuis magnâ molestiâ, lætitiâ, dolore

dolore affectus sum. Summis difficultatibus affectus. 3. *Vexatus*, *afflictus*, *tractatus*, *&* *acceptus malè*. Affecta & prostrata respublica. Urbs ab illo prædone miserè affecta. 4. *Inchoatus*. Affectum est bellum, nondum perfectum. Ætas affecta. Oratio, carmen affectum. *Vul. Propè factum.* 5. *Aptus*. Animus, oculus conturbatus non est probè affectus ad suum munus fungendum. 6. *Ægrotus*. Cæsarem Neapoli reliqui graviter affectum.

Affectus, ûs, Zumuthung. * *Syn.* Affectio. *Epi.* Laudabilis. *Usus.* Affectus hominis sunt amor, odium, ira, invidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia.

Affero, ers, hinzubringen. *Syn.* Dico, nuncio, profero, induco, in medium affero, infero, deporto, apporto, adhibeo.)(*Aufero.* *Adv.* Divinitùs, in perpetuum, nec ita multò post, repentè, similiter, serò, violenter, ultrò. *Usus* 1. Ad id munus spiritus magnos, animos, authoritatem afferas, necesse est. Ad eam artem discendam multum facultatis, industriæ afferre memineris. 2. *Do*, *exhibeo*, *præbeo*. Afferre alicui fastidium, odium, molestiam, satietatem, calamitatem, detrimentum, angorem, perniciem, necessitatem, metum, dubitationem, dolorem, egestatem, luctum, errorem animis & perturbationem. Illud consilium magnam tibi laudem, authoritatem, dignitatem, voluptatem, solatium afferet. 3. *Nuncio.* Aliquid novi literis affertur. Mandata odiosa, incerta afferre. Ex sermone rumor id attulit ad aures nostras. 4. *Vul. Allegare*, *vel*, *citare.* Rationem aliquam facti, causam afferre, scriptum, legem, exempla, similitudinem afferre. 5. *Infero.* Vitæ alienæ aut corporibus vim afferre. Sibi manus; sensibus vim afferre. Afferre consulatum in familiam. 6. *Propono.* Quæstionem afferre; in medium afferre.

Afficio, is, bewegen. *Syn.* Commoveo, permoveo, dispono, *absolutè*. *Adv.* Accommodatissimè, avidè, graviter, graviùs, nominatim, optimè, probè, rectè, valdè. *Usus* 1. Literæ tuæ me variè affecêre. Variè animo affectus fuit. 2. *Bene vel malè afficio.* Aliquem summâ lætitiâ, laude, gratiâ, voluptate; *vel contra*: morte, exiliô, satietate, tœdiô, pudore, ignominiâ, molestiâ afficere.

Affigo, is, anhefften. *Syn.* Ad aliquid figo, insero, addo. *Adv.* Maximè, penitus, vehementer. *Usus* 1. Minervæ talarium pinnas affigunt. 2. *Transl.* Animum literis affigere. Animo suo aliquid tenacius affigere. Num tu humi particulam Divinitatis affiges? *V. Hæreo. Adhæreo.*

Affingo, is, dichten. *Syn.* Fingo non vera, adorno.)(*Detraho.* *Usus* 1. Affinge aliquid, ut ea, quæ affers, (nuncias) sint lætiora. Sapiens ad ægritudinem nihil opinione affingit, *addit*. 2. *Addo*, *adjungo*. Peccat Poëta, qui probam orationem affingit improbo. Error multa, plus invidia affinxit. Rebus certis multa ferè falsa affinguntur. *V. Calumnior.*

Affinis, e, Nachbar / Schwager. *Syn.* Cognatus, conjunctus. *Epi.* Novus, ornatissimus omni virtute, officiosúsque, amans alicujus. *Usus* 1. Tu me affinem tuum prodes? Affinem tuum à genibus repelles? 2. *Particeps*, *conscius*, *consentiens*. Sceleri illi, & flagitio, & turpitudini affinis judicatus est. Homines hujus affines suspicionis. Facinoris, aut, facinori affines. *V. Propinquus.*

Affinitas, tis, Schwagerschafft. *Syn.* Conjunctio affinitatis, necessitudo, cognatio. *Epi.* Gravior, impurissima, nova. *Usus.* Sum cum illo maximis vinculis affinitatis & propinquitatis conjunctus. Cum illo affinitate me devinxi. Affinitate illum attingo. Sanguine sociatus sum. Affinitatem cum illo adstrinxi. Per affinitatem multis innexus, multorum familiis immistus sum. Affinitatibus, amicitiis, vicinitatibus conjunguntur cives. *V. Necessitudo. Cognatio.*

Affirmatè, gewißlich. *Syn.* Asseveranter. *Usus.* Quod affirmatè quasi DEO teste promiseris, id tenendum est. *V. Certè.*

Affirmatio, nis, Bestetigung.)(*Dubitatio.* *Epi.* Gravior, religiosa. *Usus.* Jusjurandum est affirmatio religiosa. Dubitationem illi omnem mea affirmatione exemi.

Affirmo, âs, bekräfftigen. *Syn.* Confirmo, assero, assevero, ajo, annuo, comprobo.)(*Nego.* *Adv.* facilè, nimis, teme-

temerè, verè, valdè. *Usus*. 1. Ecquid tanta asseveratione, tam valde affirmas? Nutus tuus fidem facit. 2. *Firmo, stabilio*. Dicta tua rationibus affirmes, oportet. Is rumor, opinionem, spémque conceptam valde affirmavit. Animo te affirmes, cura. *Phras*. Confirmare hoc tibi liquidò possum; id planè profiteor; præ me fero; asseveranter testificor. Ita planè statuo; id certum mihi fixúmque. *V. Confirmo*. *Form*. Moriar, ni hæc planè contemno. Ne vivam, si ejus dictis moveor. Ita vivam, ut hominis vanitatem derideo. Incredibile est, quàm ista non curem. Ne sim salvus; pendens plectar, si tanti eum facio. Quid? Illum curarem? An dubia est hominis ineptia?

Affixus, a, angeheftt. *Syn*. Adjunctus, connexus, continuatus, annexus, cohærens, adhærens, infixus. *Usus*. Opinio hæc in animo meo penitùs affixa est, & insita. Ut magistro, ita mihi affixus es. Affixa ista sunt ad orationem tuam, non cohærent. *V. Hæreo. Adhæreo*.

Afflatus, ûs, Anblasung. *Syn*. Animi inflammatio, quasi furor, inflatus, instinctus, impetus, anhelitus, concitatio, incitatio & promotio mentis. *Epi*. Divinus, *Usus*. Nemo vir magnus sine afflatu divino, nemo Poëta sine inflammatione quasi furoris unquam fuit. Oracula divino afflatu funduntur.

Affleo, es, mit einem weinen. * *Syn*. Fletum simulo.

Afflictatio, nis, Plag. *Syn*. Ægritudo cum vexatione corporis. *V. Miseria*.

Afflictio, nis, Angst / Noth. *Syn*. Angor. *Usus*. Habet ardorem libido, sed ægritudo majora quædam, tabem, cruciatum, fœditatem, afflictionem. *V. Miseria*.

Afflicto, as, ängstigen / plagen. *Syn*. Conficio, crucio, jacto, ango, vexo, affligo. *Usus*. Tu me accusas, quòd me afflictem. *V. Affligo*.

Afflictor, aris, geängstiget / geplaget werden. *Syn*. Angor, vexor, affligor. *Adv*. Acerbissimè, graviùs, turpiùs, vehementiùs. *Usus*. Viden', quantum fratris morte afflictetur, squaleat. Vehementer afflictatur respublica.

Afflictor, oris, Peiniger / Verfolger. *Syn*. Qui affligit & vexat. *Usus*. Odit te Senatus afflictorem & proditorem dignitatis, authoritatis, ordinis ac nominis sui.

Afflictus, ûs, Peinigung. *Syn*. Afflictatio. *Usus*. Effœminata virtus afflictu occidit. *V. Miser*.

Affligo, is, zu Boden werffen. *Ex antiquo fligere: tota vi ad terram prosternere*. *Syn*. Vexo, perturbo, perdo, pessumdo, prosterno, deprimo.)(*Levo, recreo, erigo*. *Usus*. 1. Illius statuam deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Navim ad scopulos affligunt. 2. *Transl*. Curæ animos, prava exempla juventutem affligunt. Quoties afflictum, eversum, perditum te, fractum & afflictum calamitate erexi, confirmavi? Afflicto jacenti dexteram porrexi? Luctu, mœrore, ægritudine, mœstitiâ afflictum; afflictam virtutem tuam, animum, salutem, fortunam, dignitatem levavi, restitui. *Phras*. Germaniam hæresis graviter afflixit; multa mala peperit; multa damna, detrimenta, incommoda, infortunia Germaniæ attulit, intulit, invexit. Germania ab hæresi damna tulit, pertulit, passa, perpessa est, cœpit, accepit; damnis affecta est; in damna incidit, incurrit. Gravissimis afflicta malis, vehementer vexata, debilitata, comminuta est ab novarum religionum sectatoribus. Iidem summis difficultatibus universam Germaniam affecère, in multas difficultates conjecère, impulère. Magnæ ex hæresi calamitates accidère, evenêre, obvenêre, contigère, illatæ, allatæ, oblatæ sunt. Hæresis Germaniæ exitiosa, perniciosa; exitio, damno, calamitati fuit. Germaniam perdidit; fortunis omnibus evertit; in ultimum discrimen, in miserrimum statum, in hanc omnium deterrimam miserrimámque conditionem adduxit. Germaniæ exitium, perniciem peperit; salutem afflixit, calamitatem summam ac pestem importavit. *V. Torqueo. Doleo. Tristitia*.

Afflo, as, anblasen. *Syn*. Aspiro, spiro, expiro, exhalo. *Usus*. Afflaverat nescio quid rumoris. Cave, ne quid mali tibi afflet. Poëtæ divino spiritu afflantur. Odor è floribus afflatur.

Affluentia, æ, Uberfluß. *Syn*. Ubertas, copia. *Usus*. Ex hac affluentia & copia omnium rerum arrogantia nascitur. *V. Copia*.

Affluo,

Affluo, is, Uberfluß haben / hinzu rinnen. *Syn.* Abundo, circumfluo. *Usus.* Urbs voluptatibus, hominibus, divitiis, uberrimis ingeniis, opibus, & copiis affluens. Homo bonitate, unguentis, lepôre ac venustate affluens. Domus omni scelere affluens. *V. Abundo.*

Affulgeo, es, anscheinen. * *Usus.* Magna spes, magna nobis fortuna affulget.

Age, wolan. *Interjectio hortantis, excitantis, consentientis.* *Usus.* Age porro; age verò, age jam.

Agedum, wolan. *Idem.* *Usus.* Agedum, conferte hujus vitam cum illius moribus.

Agellus, i, kleiner Acker. *Usus.* Dii nec agellos, nec viticulas persequuntur.

Agens, tis, machend. *Syn.* Efficax, proprius, vim habens. *Usus.* Utendum est imaginibus acribus, agentibus, insignitis.

Ager, ri, Acker. *R. ab* ἀγρὸς *Syn.* Territorium, solum, campus, saltus. *Epi.* Colonus, communis, compascuus, cultissimus, decumanus, fertilis, fidelis, fructuosus, miser atque jejunus, optimus & fructuosissimus, privatus, propinquus & suburbanus, publicus & privatus, pulcherrimus, vectigalis, universus. *Usus.* 1. *Agrum colere.* Ager quantumvis fertilis, fructuosus non est, nisi colatur, conseratur, seratur, aretur, aratro perstringatur, lætificetur. 2. Agri facilè emaciantur; ab hostibus infestantur. 3. *Agro exui*, exturbari, moveri, multari. *Phras. Ager bonus.* Cultissimus, latus ac fertilis, qui plurimum efficit, optimus & fructuosissimus. Ager naturâ perbonus & diligentiâ culturâque melior, frugum fertilis, bonus pecori, arbori infœcundus, frugum pabulíque lætus. *Ager malus.* Deformis atque horridus, aridus & frugum vacuus. *V. Fertilitas.*

Agger, eris, eine Schantz. *Syn.* Terræ aut cujusvis rei coacervatio ad loca munienda vel oppugnanda. *Epi.* Maximus. *Usus.* Aggere urbem cingere. Aggerem extruere. Aggerem fluvii inundationi objectum interscindere. *V. Munio.*

Aggero, is, auffhäuffen. *Syn.* Congero, cumulo. *V. Accumulo.*

Agglomero, as, zusammen weltzen. *Syn.* Glomero, implico, conjungo. *Usus.* Densis se cuneis agglomerant.

Agglutino, as, anleimen. *Syn.* Adnecto.)(*Dissolvo.*

Aggravesco, is, zunemmen. *Syn.* Gravius fio, ingravesco. *Us.* Metuo, ne vulnus aut morbus aggravescat.

Aggravo, as, beschweren. *Syn.* Valde gravo, onero, premo, exaggero. *Usus.* Res nostræ illo bello valde aggravatæ sunt. *V. Onero. Premo.*

Aggredior, eris, angreiffen. *Syn.* Invado, adorior. *Usus.* 1. Quis adeò benè comitatum aggredi audeat? *Phras.* Latrones ex insidiis viatores aggrediuntur. Ex occultis subitò, improvisò, repentino, nec opinato impetu viatores adoriuntur, invadunt, petunt; in viatores irruunt, impetum faciunt, impressionem faciunt, incurrunt, insiliunt, in viatores sese immittunt, injiciunt, inferunt. Viatores assiliunt; iteratis aggressionibus retentant. Superfundunt se viatoribus; arma iis inferunt. 2. *Accedo, incipio.* Antequam ad dicendum, ad negotium, ad rem quampiam aggrediâre, adhibenda est præparatio diligens. *V. Invado.*

Aggrego, as, sammlen. *Syn.* Adjicio, conjungo, congrego, addo, cogo. *Usus.* Studium suum & voluntatem & dignitatem alicujus aggregare, *adjungere.* Aliquem in amicorum numerum aggregare. Eodem crimine aliquem aggregare, in societatem criminis vocare. *V. Adjungo. Annumero. Addo.*

Aggressio, nis, Angriff. *Syn.* Principium, exordium. *Epi.* Contraria, prima. *Usus.* Operam det orator, ut animos primâ aggressione occupet.

Agilis, e, hurtig. * *Syn.* Levi & expedito corpore. *Usus.* Naves agiles. *V. Celer.*

Agilitas, tis, Behändigkeit. *Syn.* Habilitas, agendi dexteritas. *Us.* Agilitas, mollitiésque naturæ.

Agitatio, nis, Bewegung. *Syn.* Commotio. *Epi.* Æqualis, tanta, tam varia. *Us.* 1. *Corporis.* Agitatione linguæ cibus depellitur. Motus & agitatio fluctuum. 2. *Animi.* Nunquam animus motu & mentis agitatione vacuus esse potest.

Agitator, ris, ein Roß-Treiber. *Syn.* Auriga, qui currum & equos agit. *Epi.* Bonus, callidus. *Usus.* Bonus agitator equos vel in medio cursu sustinet.

Agito, as, bewegen. *Adv.* Aliunde, bellè, celerrimè simul, copiosiùs, immoderatè, vehementer, mobiliter, celeriter, dissolutè, ita multùm, omninò dissolutè, popu-

populariter, severè. *Usus.* 1. *Verso, concito.* Feras insectari, agitare, excitare. Atomi agitantur concursu fortuito. 2. *Vexo, disturbo.* Impii sui sceleris furiis ut tœdis ardentibus agitantur. Timidi curis perpetuis agitantur, *exercentur.* Metu atque libidine diversùm agitari. Animo formidines agitare. 3. *Inquiro, verso in omnes partes, discutio.* Hæc sententia multis diebus in senatu est agitata. Agraria lex vehementer agitata. Animus semper agitatur. Agitare & exquirere rationes. Aliquid animô secum agitare, commentari, reputare. Quæstionem, consilia cum vicinis agitare. Res hæc sermonibus omnium agitatur. 4. *Ago.* Getuli in tuguriis agitant. Diem natalem, convivium agitare. Sacra, vigilias, vitam suavem, jocos, ludos, rem militarem agitare. *V. Vexo.*

Agmen, inis, **ein Hauff.** *Syn.* Copiarum ordo incedens, multitudo armata. *Epi.* Medium, perpetuum, quadratum. *Usus.* Redeuntem Ciceronem perpetuum Italiæ agmen comitatum est. Agmen cogere, constituere, *contrahere.* Agmen extremum sagitarii claudunt. Agmen ultimum hostes premebant. *V. Acies.*

Agnascor, eris, **nach des Vatters gemachtem Testament geboren werden.** *Syn.* Post vel juxta nascor. *Usus.* *Filius patri, nempe post testamentum factum,* agnatus.

Agnatio, nis, **Bluts-Freundschafft vom Vatter.** *Syn.* Sanguinis cognatio & familiarum. *Usus.* 1. Lex agnationum. Gentilitatum & agnationum jura. 2. *Communio & affinitas naturæ, sive societas & propinquitas.* Homines Deorum agnatione & stirpe tenentur.

Agnatus, i, **Anverwandter.** *Syn.* Qui per virilis sexus personas conjuncti sunt, gentiles.

Agninus, **lämmern/vom Lam̃.** * *Syn.* Quod ad agnum pertinet. *Usus.* Agnina pellis, caro.

Agnitio, nis, **Erkantnis.** *Syn.* Cognitio. *Us.* Res ad animi agnitionem pulcherrima.

Agnomen, inis, **Zunahme.** *Syn.* Cognomen.

Agnosco, is, **erkennen.** *Syn.* Intelligo, nosco, sentio, audio, reperio, percipio, assequor, perspicio. *Adv.* Facilè, leviter, libenter, nuper. *Usus.* Quòd mihi gratularis, agnosco humanitatem tuam. DEUs ex operibus agnoscitur. *V. Intelligo. Percipio.*

Agnus, i, **ein Lamb.** *Syn.* Ove natus, ovium grex.

Agnus DEI. *Syn.* Cereæ Agni cœlestis imagines, effigies: Agni è cera ritè consecrata ficti; sacrata in æra effigies Agni cœlestis: Divinus Agnus in cereá effigie: Sacra Agni DEI imago: Sacra sigillaria cerea Divini Agni.

Ago, is, **thun/machen.** *R. à Græc.* ἄγω. *Syn.* Tracto, curo, procuro, tento, molior, gero, agito, contendo, transigo, aggredior.)(*Cesso, quiesco.* *Adv.* Acerbè, acriter, acriùs, acerrimè, accuratè, accuratiùs, accusatoriè, actuosè, ambitiosè, apertè, apertiùs, astutè, atrocissimè, attentiùs, austerè, bene, benignissimè, callidè, cautè, publicè, commodiùs, &c. &c. *Usus.* 1. Censorem, civem, partes alicujus, lenonem agere. Id egi semper & agam, ut ne me bello immisceam. Rem tuam, negotium egi optimâ fide. Egi cum amicis de tuis rebus. 2. *Litigo, disceptio, judicio contendo.* Egô tecum non gladiis, sed ex jure, ex syngrapha, ex sponso agam. Agere aliquem injuriarum, furti, *subintellige,* reum. Ad populum agere. 3. *Admoveo.* Turres, vineas ad urbem agere. 4. *Impello, urgeo.* Agere asellum; aliquem in arma agere; in fraudem, in omnem libidinem agere. 5. *Celebro.* Agere ludos, diem festum, choreas, triumphum. 6. *Vivere.* Agere in bona spe. Inter homines agere. Ætatem desidiosè agere. Hyemem sub tectis agere. 7. *Agito, incito.* Aliquem diris. *V. Facio.* *Sunt & aliæ formulæ:* Animam agere, *emori.* Bene, præclarè tecum agitur; malè tecum agitur, *es in bona conditione.* Alias res, alia omnia agis, *extra rem vagaris.* Nihil agis, actum agis, *frustra laboras.*

Agrarius, a, **das zum Feld gehöret.** *Syn.* Ad agros pertinens. *Usus.* Res, lex agraria.

Agrestis, e, **baurisch.** *Syn.* Quod ad agros pertinet, rusticanum, incultum, asperum sylvestre. *Usus.* Homines duri & agrestes. Fera & agrestis vita; vox rustica & agrestis. Vultu motúque corporis vastus & agrestis. *V. Rusticus.*

Agricola, æ, **Ackermann.** *Syn.* Agricultor. *Epi.* Assiduus, diligens, diligentissimus. *Usus.* Diligentissimus agricola & pecuarius. *V. Rusticus. Villicus. Agricultura.*

Agri-

Agricultura, æ, Ackerbau. *Syn.* Cultura agri, cultio agri. *Epi.* Bona, uber, dulcis, digna. *Usus.* Nihil agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. *Phras.* Agriculturæ operam dare laudabile est. Vacare, insudare, inservire agrorum cultui; dare, dicare, tradere se colendis agris. Agricolam agere; ruri opus facere; se exercere opere rustico, honori vertitur. *V. Rus.*

Agripeta, æ, der das Feld begehret. *Syn.* Agri competitor. *Usus.* Agripetas ejectos, concisos fuisse gaudeo.

Ajo, is, sagen/ reden. *Syn.* Affirmo, dico, loquor. *Usus.* Quid ergo Ajus iste, *Deus Loquutius*, ait? *V. Affirmo.*

Ala, æ, Flügel. *Qua volant aves.* *Syn.* horrisona. *Usus* 1. Alas extendere, protendere, premere. 2. *Transl. Turma, ordóque equitum.* Dextra, sinistra ala. Alam alicui committere. Alæ aliquem præficere. Alam hostis sinistram fregimus, dissipavimus.

Alacer, vel, alacris, e, frisch / frölich. *R. q. alis acer.* *Syn.* Erectus, hilaris, paratissimus.)(*Timidus, perterritus.* *Usus.* Lætus & alacer ad tutandam rempublicam; ad hostes invadendos. Animus, vultus alacer. Feræ bestiæ alacres & erectæ ad nocendum. Vide hominem erecto, alacri, celso, prompto vultu huc illuc intuentem. *V. Animus fortis.*

Alacritas, tis, Freudigkeit. *Syn.* Lætitia gestiens, ac nimia facilitas, & studium, aut cupiditas, animi vigor & erectio. *Usus* 1. Hilariores tuæ perturbationes, cupiditas avidè semper aliquid experta, inanis alacritas non multum ab amentia differunt. 2. *Alacritatem afferre.* Frequentia auditorum miram dicenti alacritatem affert, addit, fert, in dicente excitat. 3. *Alacritatem tollere.* Contrà infrequentia dicentis alacritatem omnem eripit, aufert, delet, extinguit. *Phras.* Juventus senectute haud paulò erectior. Juvenes inflammato ad bellum, ad labores animo, impigros se ad belli labores præbent. Feroces & suopte ingenio, & adhortantium senum vocibus. Juventæ vigore vividi, alacres & spiritu pleni, celsi corpore, vultúque læti adeò, ut eo te pugnam vicisse crederes.

Alarius, a, vel, Alaris, e, Flügel eines Heer-Zeugs. *Syn.* Milites in alis. *Usus.* Alarios sociis remisit; alariis utendum non duxit.

Alaudæ, arum, *Syn.* Legio quædam Romana. *Usus.* Alaudæ cæterique veterani rem strenuè gessère.

Albatus, a, geweisset. *Syn.* Albo indutus.)(*Atratus.* *Usus.* Ipse epuli Dominus albatus accumbebat.

Albescit, weiß werden. *Syn.* Fit album. *Usus.* Mare à Sole collucet, albescit.

Album, i, Tafel / darinn Nahmen geschrieben sind. *Syn.* Tabula, in qua nomina alicujus ordinis, vel res gestæ breviter notabantur, ut populo fieret copia. *Usus,* Album senatorium, Judicum, Decurionum, &c.

Albus, a, weiß. *R. ab ἀλφὸς.* *Syn.* Candidus.)(*Ater, niger.* *Usus.* Albus color DEO decorus. Albus sit, an ater, ignoro, *de re ignota.* Quasi albam avem, sic probum civem respiciunt, *quasi rem novam, peregrinam.* *Phras.* Manibus est mirè candidis; manibus gypsatissimis; eximio manuum candore. Albidis, cretatis, candidulis manibus,

Alea, æ, Würffel. *Syn.* Omnis ludus, in quo temeritas & casus, non ratio, nec consilium valet, qualis est talorum & tesserarum. *Usus.* 1. In lustris, popinis, aleâ, vino, tempus ætatis omne consumere. Aleâ ludere. Alios in aleam provocare. Aleæ multum tempus tribuere. De alea condemnari, *propter hunc ludum reddi infamem.* 2. *Fortuna, casus.* Aleam universi certaminis adire, subire. Aleam jacere, *rem fortunæ arbitrio committere.* Aleam sequeris, *eventum fortuitum*, non rationem. *V. Fortuna.*

Aleator, ris, Würffel-Spieler. *Syn.* Aleæ cupidus, aleæ lusor. *Usus.* Domus erat aleatoribus plena.

Aleatorius, a, das zum Würffel-Spiel gehört. *Usus.* Memorabantur damna aleatoria. Ritus aleatorii. Forum aleatorium.

Ales, itis, grosser Vogel. *Syn.* Volucer. *Epi.* nuncius. *Usus.* Aves, angues alites, *volantes.* Avis ales. Aves alites & oscines.

Algeo, es, frieren. *Syn.* Frigeo.)(*Æstuo.* *Adv.* Facilè. *Usus.* Militibus & algendum est, sæpe & esuriendum.

Algidus, a, kalt. *Syn.* Frigidus. *Usus.* Regio, loca algida.

Aliàs, ein andermal. *Syn.* Alio tempore, aliquando. *Usus.* 1. *De præterito.* De his rebus & ſæpè aliàs commemoravi, & tum maximè, cùm &c. 2. *De futuro & præſenti.* Hoc ad te ſcribam aliàs ſubtiliùs. Homo aliàs modeſtus & temperans; aliàs conſtans & continens; aliàs beatus, aliàs miſer; aliàs aliud loquitur. 3. *Adhibetur à Livio pro unquam.* Non aliàs Dux militi familiarior. Non aliàs tanta ad ſpectaculum multitudo confluxit. 4. *Jungitur & cum Interdum.* Geminatio verborum habet aliàs vim, interdùm leporem.

Alibi, anderſtwo. *Syn.* In alio loco. *Usus.* 1. Nuſquam alibi reperiri potuit. 2. *Alia in re.* Nolo alibi, quàm in innocentia ſpem habere. Non alibi ſpes ſalutis eſt, quàm in pace.

Alicubi, in einem andern Orth. *Syn.* Uſpiam, uſquam.

Alicunde, etwan her. *Usus.* 1. *Ab aliquo loco.* Timent pueri, cùm minamur, eos præcipitaturos alicunde. Alicunde venis meditatus ex ſolo loco. 2. *Ab aliquo homine.* Non alicunde audivi, quàm ex te.

Alienatio, nis, Entfrembdung. *Syn.* Defectio, diductio, animorum diviſio, disjunctióque. *Epi.* Nimia. *Usus.* Subita defectio amicorum, cognatorum alienatio res meas admodùm pert. rbat.

Alienigena, æ, ein Frembder. *Syn.* Alienus, peregrinus, externus, alia ex gente.)(*Domeſticus, indigena.* *Usus.* Homo longinquus & alienigena. Dii, religiones alienigenæ. Hoſtes domeſtici quàm alienigenæ nocentiores.

Alieno, as, entfrembden. *Syn.* Abalieno, vendo, disjungo, ſtudium avoco. *Adv.* In perpetuum, planè ab aliquo. *Usus.* 1. Cur vectigalia, cur à majoribus accepta alienas. 2. Invidi conantur meam à te voluntatem alienare. Juvenem illum non tam allicere volui, quàm alienare nolui. *Item*: Mente alienari, *delirare.* *Phras.* Invidi te à me abalienaverunt; mentem tuam à me avertérunt; ſtudium tuum à me alienaverunt; operâ ſuâ à tua me amicitia disjunxerunt; ab tua me conjunctione avocârunt; offenſionem tam gravem, tantam voluntatis commutationem attulêre; te mihi immutârunt; animô mirandum in modum alienatô, animô non amicô reddidêre; effecêre, ut amici animum omnem de me ejiceres. *V. Inſenſus.*

Alienus, a, frembd. *Quod alterius eſt.* *Syn.* Abhorrens, remotus, averſus, non amicus, diſcrepans, alienatus. *Usus.* Alieni homines. Alienô more vivere. Alienæ domi eſſe. Alienum ab aliquo animum habere, gerere. Non alienum, *abſurdum*, erit, de ea re diſputare. Alienum hoc dignitate tua, majeſtate reipublicæ, alienum etiam tuis rationibus, & vivendi inſtituto, alienum ingenio tuo, ut in eam te cauſam immittas. *Item*: Alieniſſimo reipublicæ tempore, *maximè importunô.* Aliena loqui, *deliramenta,* (*per morbum*) *parum ſana verba emittere.* Aliena agere, curare; ad alienam cauſam accedere, aſpirare; negotiis alienis ſe illigare, immiſcere; aliena meliùs videre & judicare, quàm ſua, *alias res agere.*

Alimentarius, a, zur Nahrung dienſtlich. *Syn.* Ad alimenta pertinens. *Usus.* Lex alimentaria.

Alimentum, i, Nahrung. *Syn.* Nutrimentum. *Usus.* Fruges & cætera alimenta. *Vide*: *Cibaria. Annona.*

Aliò, anderſt wohin. *Syn.* In alium locum, ad aliam rem, in alium uſum. *Usus.* Aliò ſermonem transferre. Aliò reſponſionem derivare. Cupiditatem hanc tuam aliò ſerves.

Alioqui, Alioquin, ſonſten. *Syn.* Aliàs, cœteroquin. *Usus.* Magnum delectum adhibeto, alioquin fallere.

Aliptes, is, der die Kämpffer ſalbet. *Syn.* Unctor. *Usus.* Aliptæ virium & coloris rationem habent.

Aliquà, etwa durch. *Syn.* Per aliquam partem vel locum. *Usus.* 1. Cuperet aliquà evolare, evadere, ſi poſſet. 2. *Aliquô pactô, aliquô modô.* Vereor, ne uxor aliquà reſciſcat.

Aliquamdiu, etwa lang. *Syn.* Satis diu. *Usus.* Athenis aliquamdiu reſtiti.

Aliquando, bißweilen. *Syn.* Aliàs, nonnunquam, interdum, quôdam tempore, tandem, aliquô tempore.)(*Nunquam.* *Usus*: Collegi me aliquando, *tandem*, Quirites. Sit aliquando diſcordiarum finis. Non diffido, fore aliquando, qui &c. *Phras.* Erit aliquando illa dies, quâ te vindicem. Lucebit, illuceſcet ille dies; veniet illud tempus, lucem illam aliquando videbimus. Diem aliquando illum

illum Sol afferet mortalibus, quô pœnas de te sumam.

Aliquantò, ein wenig. *Syn.* Paulùm. *Usus.* Aliquantò ante diluculum profectus est.

Aliquantulùm, gar wenig. *Syn.* Paululùm, paulùm, nonnihil, leviter, paulisper, aliqua ex parte, aliquid. *Usus.* Aliquantulùm deflectere de itinere, de recto.

Aliquantùm, ein wenig. *Syn.* *Ut priùs.* *Usus.* Lectis tuis literis aliquantùm acquievi.

Aliquantus, a, ein wenig groß. * *Syn.* Mediocris. *Usus.* Timor aliquantus, sed spes amplior.

Aliquis, a, etwa einer. *Syn.* Quidam, quispiam, aliquispiam, ullus, nonnullus, unus aliquis, non nemo, aliquot, parum, paucus quis.)(*Nullus.* *Usus.* Alicui aliquid succensere. Exime unum aliquem diem ex mense. Confugere ad unum aliquem virtute præstantem. Quid mihi ùt alicui Græculo insultas?

Aliquò, anderstwo. * *Syn.* In aliquem locum. *Usus.* Aliquò profugit militatum.

Aliquot, etliche. *Numerum significat;* *Usus.* Accepi à te aliquot epistolas.

Aliquoties, etlichemal. *Adverbium numeri.*)(*Nunquam.* *Usus.* Hanc causam aliquoties apud te egi.

Aliter, anderst. *Syn.* Secùs, aliô pactô, aliô modô, non eôdem modô; non perinde, aliâ ratione. *Usus.* 1. Aliter evenit, atque putâram. Eadem somnia aliis aliter evadunt. 2. *Alioqui.* Aliter amicitiæ stabiles esse non possunt. Jus æquabile sit, oportet; aliter jus non esset.

Aliunde, von einem andern Orth. *Syn.* Ex alio loco, ex alia re. *Usus.* Non poteras scire aliunde. *Pro* Alioquin *barbarum est.* *Phras.* Aliunde hoc descripsisti; ex alieno largiris; non ex tuo sensu deprompta est hæc oratio, ex alieno opere accersita. Hoc tralatitium & adventitium tuum auxilium. Sermo tuus & insititius est & inductus.

Alius, a, ein anderer. *R. ab* ἄλλος. *Syn.* Non idem, reliquus, alter, diversus. *Adv.* Planè, longè. *Usus.* Aliud ex alio peccas. Me quotidie aliud ex alio impedit. Alius aliô melior est. Res eadem aliis atque aliis effertur verbis. Ex alio alia nexa sunt. Alia Solis lux est & lychnorum. Aliud mihi respondes, ac rogo. Alium me esse censes, atque olim fui. Nihil aliud ago, nisi ut mei cives salvi sint. Quæ est alia pœna, præter mortem?

Aliusmodi, anderst. *Syn.* Aliâ ratione, aliter. *Usus.* Res aliusmodi se habet, ac putes.

Allabor, eris, hinzu fallen. *Syn.* Accedo, adhæreo. *Usus.* Humor allapsus extrinsecùs.

Allatro, as, anbellen. * *Usus transl.* Allatrare aliquem, alicujus magnitudinem, *per invidiam criminari.*

Allecto, as, locken. *Syn.* Allicio, prolecto, blandè invito. *Usus.* Vani homines assentationem ipsi invitant & allectant. *V. Allicio.*

Allegatio, nis, Bottschafft. *Syn.* Privata legatio. *Epi.* Difficilis. *Usus.* Ad hunc hominem omnes allegationes difficiles, omnes aditus ardui sunt & occlusi.

Allego, as, zu einem schicken. *Syn.* Lego, mitto, idque privati negotii causâ. *Usus.* Amicos allegare ad rem conficiendam.

Allegoria, æ, verwendte Red. *Tropus Rhetoric.* *Usus.* Allegoriæ multæ obscurant & enervant orationem.

Allevamentum, i, Leichterung. *Syn.* Allevatio, remedium. *Usus.* E meis malis nullum allevamentum spero. *V. Levo.*

Allevatio, nis, Leichterung. *Syn.* Allevamentum. *Usus.* In adversis sine ulla allevatione permaneo. *V. Levamentum.*

Allevo, as, in die Höhe heben. *Syn.* Leve facio, lenio, mitigo. *Usus.* Allevor, cùm tecum per literas loquor. Tuæ literæ meas sollicitudines allevant, leniunt, demulcent.

Allex, icis, Anreitzung. *Usus.* Fœmina viri allex.

Alliatus, a, daran Knoblauch ist. *

Allicio, is, herzu reitzen. *Syn.* Allecto, invito, capio, capto, prolecto, traho, duco, attraho, pellicio, permulceo, induco, excito, titillo, illicio.)(*Alieno, avoco.* *Us.* Hominum studia ad has utilitates allicere. Allicere dicendo ad misericordiam. *Phras.* Invitat atque delectat incautam juventutem voluptas. Illecta & inflamata libido facilè rapitur ad illicita. Suis illecebris voluptas trahit ad omne dedecus. Multa habet invitamenta libido, multas ille-

illecebras. Quot juvenes voluptate ùt objecto cibo perliciuntur? Ad hanc illebram quis non commovetur, non æstuat? Quis non inescatur deliniments vitiorum? *V. Attraho.*

Allido, is, **anstossen.** *Syn.* Impingo, incurro, affligor. *Usus.* Navis in scopulos allisa. In amicorum damnationibus allisus, *læsus.*

Alligo, as, **anbinden.** *Syn.* Obstringo, ligo, devincio, adstringo, stringo.)(*Solvo. Usus* 1. Alligare ad columnam; rei ad palum alligantur. 2. *Transl.* Aliquem stipulatione, beneficio alligare. Sceleri se alligare. *V. Impingo.*

Allino, is, **anstreichen.** *Syn.* Lino, applico. *Usus.* His sententiis nullæ sordes videbantur allini posse.

Allium, ii, **Knoblauch.** *Syn.* Genus oleris.

Allocutio, nis, **das Anreden.** * *Usus.* Allocutione aliquem solari.

Alloquium, ii, **das Ansprechen.** * *Syn.* Allocutio. *Usus.* Blando, benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque sibi aliquem conciliare.

Alloquor, eris, **anreden.** *Syn.* Affari, compello. *Usus.* Te nunc alloquor, Africane. *Phras.* Aliquem verbis vehementioribus prosequi; duris appellare. *V. Loquor.*

Allubesco, is, **gefallen.** * *Usus.* Nunc mihi allubescit primulùm. *V. Libet.*

Alludo, is, **schertzen.** *Syn.* Ludere, & quod dicas, aliò referre. *Adv.* Variè. *Usus.* Galba variè & copiosè alludens, varias similitudines afferebat. Alludere ad mulierem.

Alluo, is, **hinzu fliessen.** *Syn.* Juxta fluo, lavo. *Usus.* Fluvius Mœnia alluit, mare terras.

Alluvio, nis, **ein Wasser-Guß.** *Syn.* Eluvies. *Usus.* Alluvionum & circumluvionum jura.

Almus, a, **der ernehrt/ ansehnlich.** *Syn.* Sanctus, augustus. *Usus.* O fides alma, quò te terrarum recepisti?

Alo, is, **ernehren.** *R.* ἀ μολέω, *molo, Syn.* Educo, nutrio, pasco.)(*Extinguo. D.* Nutrire parvulorum, alere *cæterorum. Adv.* Copiosiùs. *Usus* 1. Alere exercitum, magnas copias. Frugibus alitur hominum genus. 2. *Transl. Augere* Impunitate alitur hominum improborum audacia, spes, furor. Hominis mens discendo, ingenium exercitatione, dicendi assiduitate, verborum copia alitur & crescit. *Phras.* E prædiis alitur. Prædiorum fructibus sustinetur; spiritum & vitam ducit; vitam propagat. Habet quasi nutriculas prædia. Ager educator & altor illum nutricatur. Alimenta prædiis expedit. Lacte atque pecore vivit; vitam tolerat. Curandis agnis victitat.

Alpes, ium, **die hohe Alpen-Berg.** *Syn.* Montes altissimi Galliam ab Italia disterminantes. *Usus.* Alpium vallum, murum contra transgressionem Gallorum natura objecit. *V. Mons.*

Alsus, a, **kalt.** *Syn.* Frigidus. *Usus.* Antio nihil quietius, nihil alsius.

Altare, is, **ein Altar.** *Syn.* Ara. *Epi.* Religiosum, religiosissimum. *Usus.* Altaria religiosissima Diis struere. Ab altaribus abstrahere.

Altare portatile, **Altar/ so man tragen kan.** *Syn.* Subductile, explicatile, temporarium.

Altè, **hoch / tieff.** *Syn.* Sublimè. *Usus.* Altè spectare, atque ad cœlum contueri. Altè cadere, *ex alto.*

Alter, ius, **der ander.** *Syn.* Alius de duobus ac pluribus.)(*Secundus, uterque. Adv.* Penè. *Usus.* Una & altera dies intercessit, cùm &c. Numa alter ab Romulo rex. Alterius crudelitate oppugnor, alterius blanditiis. Necesse est, ut sit alterum è duobus, aut &c. In altero pudor, in illis libidines, &c. Primo, altero, tertio die Senatus habitus est. Alter adjutus ab altero. *Dicitur etiam: Alterum se esse.* Persuasum habent, te esse me alterum. Ad te tanquam ad alterum me proficiscar.

Altercatio, nis, **Hader / Zanck.** *Syn.* Jurgatio, jurgium, lis, disceptatio, concertatio, contentio, studium contentionis, genus litigandi in judicio. *Epi.* Magna, inutilis. *Usus.* 1. Quærere altercationem cum altero, aucupari. 2. Habere altercationem maximis clamoribus. Orta est mihi cum illo gravis altercatio. Dies multi altercationibus consumpti. Fregi illum altercatione. Altercationis ars & præcepta. *V. Controversia.*

Altercor, aris, **hadern/ zancken.** * *Syn.* Rixor,

Rixor, litigo. *Usus*. Cum Vatinio altercari incipit. *V. Contendo.*

Alternus, a, einer um den andern. *Syn*. Quod alternatim, alternatis vicibus, vicissim fit, aut vicissitudinem habet. *Usus*. Epigramma alternis versibus longiusculis. Pedes alterni sint, oportet. Alterna capita inter se contraria. Alterna consilia rejecta. Alternis verbis, *altero quoque verbo*. Alternis *absolutè, subintell. vicibus, annis, diebus*.

Alteruter, trius, einer unter zween. *Syn*. E duobus alter. *Usus*. Si in alterutro sit peccandum, malim videri nimis timidus, quàm parum prudens. Alterutrum tibi eligendum est.

Altitudo, inis, die Höhe. *Syn*. Excelsitas, celsitas. *Epi*. Infinita, miranda, concava. *Usus*. 1. Opus ingens in mirandam altitudinem depressum. Labes agri ad infinitam altitudinem descendit. Montium, maris altitudo. 2. *Transl*. Animi altitudo; fortunæ & gloriæ altitudo. Altitudo & elatio orationis. *V. Altus.*

Altor, ris, Ernehrer. *Syn*. Educator. *Usus*. Omnium rerum seminator, & altor, & parens DEUS.

Altrinsecùs, von der andern Seiten. * *Syn*. E regione, vel ex altera parte. *Usus*. Assiste altrinsecùs.

Altrix, icis, Ernehrerin. *Syn*. Educatrix, nutrix, alumna. *Usus*. Terra, patria altrix nostra.

Altum, i, Tieffe des Meers. *Syn*. Mare longè à littore. *Usus*. Tempestate in alto jactantur nautæ. Ex alto emergere.

Altus, a, hoch / tieff. *R. ab* ἀλδέω, *cresco*. *Syn*. Sublimis, excelsus, celsus, erectus, in altum editus, excitatus humo.)(*Abjectus, humilis*. *Usus* 1. Sua virtute pervenire in altiorem locum. Cœli altissimus complexus. Virtus altissimis defixa radicibus. *Phras*. Roma cænaculis sublata atque suspensa; ædibus editissimis, in altitudinem ingentem elatis; latè eminentibus constructa; ædibus ad ingentem altitudinem perductis; mirâ altitudine ædium urbes omnes superat, excedit. 2. *Transl. Ad animum*. Homo sapiens & alta quadam mente præditus; nihil nisi altum & magnificum suscipit, molitur. Humanarum rerum alta quædam despectio. Alta & exaggerata oratio, Altus & excellens vir. *Phras*. Altum quiddam spiras, excelsum, nihil timens, nemini cedens, semper invictum; ad altiora quædam & magnificentiora te natum meministi. Altum te natura videlicet & humana despicientem genuit. Alta spectas, virtutis gloriâ ad cœlum te effers. Animo es super humanum fastigium elato, supra fortunam animos geris.

Alvearium, ii, Bienenstock. *Syn*. Apum cubile. *Usus*. Apes in alvearium concedunt.

Alveolus, i, klein außgehölet Geschirr / Schach-Täfelein. *Syn*. Tabula, in qua tesseris & talis luditur. *Usus*. Alveolum, ludum quempiam quærere.

Alveus, i, Rinne eines Wassers. *R. ab* αὐλὸς, *tibia*. *Syn*, Vas amplum, quo in balneis utebantur. *Usus*. In alveum descendere.

Alumnus, i, ein Erzogener. *R. q. Alimnus*. *Syn*. Qui alit, quique alitur, fautor, procurator, discipulus. *Usus*. Eloquentia benè constitutæ civitatis velut alumna est & nutrix. Platonis, disciplinæ Platonicæ alumnus, *discipulus*.

Aluta, æ, lind Leder. * *Syn*. Pellis mollior. *Usus*. Pelles pro velis, alutæque molliter confectæ.

Alutarius, ii, Weißgerber. * *Syn*. Coriarius, pellium & coriorum concinnator.

Alvus, i, der Bauch. *Syn*. Venter, intestina, uterus. *Epi*. Multiplex, tortuosa. *Usus* 1. Mater alvo filium continet. 2. Alvum ciere, medicamentis citare, movere. 3. Alvum laxare, solvere, purgare, dejicere, bonam facere, subtrahere, mollire. 4. Alvum fluentem sistere, tardare, inhibere.

Amabilis, e, holdselig / lieblich. *Syn*. quod dignum est amari, dulce, suave. *Usus*. Nihil est virtute amabilius, nihil literis jucundius. Mores hominis amabiles. *Phras*. Dignus, qui diligatur, qui ametur; amore hominum dignus; sunt in eo multa, quæ amorem conciliant; possidet, quæ ad colligendam benevolentiam valent. Ad alliciendas voluntates, ad animos adjungendos, ad comparanda hominum studia nihil desideres, nihil in eo requiras, nihil deesse dicas. Causas amoris in eo plurimas, odii nullas invenio. Amandus est propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis. Ejus suavitates, virtutes, ipsi studium hominum ad-

adjungunt, pariunt, gratiam comparant, adipiscuntur. Ferreus fit, qui illum non amet. Aversus ab omni humanitate, expers humanitatis; prorsus homo non sit, qui illum amore non prosequatur. Diligo illum, non tam beneficiô provocatus, quàm judiciô incitatus meô, quàm inductione quâdam animi, quia amore dignum judico; quoniam meus in illum amor ex judicio fluxit. Mea de ejus virtutibus opinio hunc amorem peperit. Meum de illo judicium amor consecutus est.

Amabiliter, holdseliglich. *Syn.* Animô amicô, suaviter, humaniter.

Amabò, ich bitte dich. *Syn.* Si me amas, *rogantis est.* *Usus.* Expecta, amabò te, dum te conveniam. Amabò te, incumbe in eam rem.

Amandatio, nis, Verschickung. *Syn.* Rejectio, relegatio. *Us.* An hæc rusticana vita rejectio atque amandatio appellabitur?

Amando, as, wegschicken. *Syn.* Ablego, removeo, relego, dimitto, mando. *Usus.* Amandatô Catone, Tulliô expulsô.

Amans, tis, der lieb hat. *Syn.* Diligens, observans, cupidus, studiosus, gratiosus, fautor. *Usus.* Ad nos tui amantissimos veni. Lenissimis verbis & amantissimis accipere. Nemo me tui amantior.

Amanter, lieblich. *Syn.* Peramanter, studiosè. *Usus.* Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. Materno nomine nihil amantius, indulgentius. Conjunctissimè & amantissimè vivere cum aliquo.

Amarus, a, bitter. *Syn.* Sapore præditum dulci adverso. *Usus.* 1 Sensus indicat dulce & amarum. 2. *Transl. Calamitosum, insuave, morosum.* Amariorem me & stomachantem omnia senectus facit.

Amasius, ii, ein Buhler. *Syn.* Amator. *Usus.* Miserrimum hunc hodie habebo amasium.

Amator, is, Liebhaber. *Syn.* Cultor, observator, amicus. *Epi.* Acer, antiquissimus, communis. *Usus.* 1. *In bonam partem.* Sapientiæ me amatorem profiteor. Ciceronis amatores. 2. *In malam partem.* An tu hunc amatorem non adulterum dices? Amatores puerorum.

Amatoriè, buhlerischer weise. *Syn.* Amatorum more. *Usus.* Amatoriè scripta, facta, dicta.

Amatorius, buhlerisch. *Syn.* Quod ad amorem pertinet, quod ad amorem allicit. *Usus.* Amatorius sermo. Poësis amatoria. Carmen amatorium.

Ambages, um, Umbschweiff. *Syn.* Circuitus. *Us.* Ambages fidei fallendæ exquirere.

Ambigo, is, zweiffelen. *Syn.* Dubito, contendo, discepto, in controversiam voco, adduco, expendo. *Us.* Ambigunt agnati cum hærede, *disceptant.* Ambigere de re aliqua. Hoc inter nos ambigitur. De fundo ambigitur. Ex contrariis scriptis ambigere aliquid. Hoc ambigi non potest, in dubium trahi. *Vul. Controvertere.* *V. Dubito. Dubium.*

Ambiguè, zweiffelhafftiglich. *Syn.* Dubiè. *Usus.* Ambiguè dicta, scripta, posita, dividenda sunt & explananda.

Ambiguitas, tis, Zweiffel. *Syn.* Amphibologia, anceps, dubia, incerta, multiplex verborum potestas; quod in duas vel plures sententias trahi possit; verba media & suspensa. *Us.* Nominum ambiguitas in multos errores inducit. *V. Dubitatio.*

Ambiguus, a, zweiffelhafftig. *Syn.* Anceps, dubius, incertus, multiplex, perplexus.)(*Perspicuus.* *Usus.* Non habeo ambiguum, non dubito. Obscura, ambigua oracula. Ex ambiguo dicta existunt argutissima. Invidiæ nomen ambiguum. *V. Dubius. Perplexus.*

Ambio, is, ire, umbgeben. *Syn.* Prenso, circumeo. *Adv.* Valde, vicatim. *Usus.* Vicatim obire urbem, ambire, petere, prensare. *Phras.* Sine fuco & fallaciis consulatum prensat. Video illum valde petiturire. Qualem sibi viam ad consulatum muniat; quod iter affectet, video. Summâ ambitione, honoris contentione, ambitu contendit. Circuit & prensat Patres juxta ac tribules.

Ambitio, nis, Ehrgeiß. *Syn.* Ambitus, studium cupiditásque honorum, conciliatio gratiæ & amicorum. *Epi.* Levis, major, miserrima, nimia, perniciosa, popularis, summa, timida. *Usus.* Ambitione labi, ardere; ad ambitionem incumbere. Perniciosa civitatibus. In tuo favore mea ambitio tota nititur. *V. Arrogantia. Superbia.*

Ambitiosè, mit Ehrgeiß. *Syn.* Cum ambitione. *Usus.* Regnum petere ambitiosè, provinciam. Facere aliquid, fovere aliquem ambitiosè.

Ambitiosus, a, Ehrgeitzig. *Syn.* ambitione plenus, honorum cupidus. *Us.* Amicitiæ

citiæ ambitiosæ, *in quibus assentationis plurimum, nihil rei.* Homo minimè ambitiosus. Ambitiosus, ut amicos omnes quotidie persalutet. *V. Superbus. Gloriæ cupidus.*

Ambitus, ûs, **Umbgang.** *Syn.* conversio. circuitus, orbis. *Epi.* contractus, & brevis, & vehemens verborum, immanis, infinitus, par, perfectus, completusque verborum, rotundus, totus verborum, argutus, certusque & circumscriptus verborum. *Us.* 1. Ambitus domûs. Secundus, tertius supra terram ambitus. Rotundi stellarum ambitus. 2. *circuitus verborum, & orationis periodus.* Comprehensio & ambitus ille verborum, quem periodum vocamus.

Ambitus, ûs, **Ehrgeiz.** *Syn.* ambitio, largitio, ambitionis crimen. *Us.* Cicero legis ambitûs lator. Accusari, damnari ambitûs.

Ambulacrum, i, **Umbgang.*** *Syn.* locus in ædibus ad deambulandum accommodatus.

Ambulatio, nis, **Spatzierung.** *Epi.* antemeridiana, inferior, pomeridiana, compitalicia. *Us.* 1. *ipsa ambulandi actio.* Constituimus inter nos, ut ambulationem ruri conficeremus; in ambulationem veniremus. 2. *locus ambulationis.* Nostram ambulationem quæso invisas. Hedera intercolumnia ambulationis convestit. Nondum absoluta est ambulatio, nondum sub tecto.

Ambulatiuncula, æ, **Spatzier-Gänglein.** *Epi.* tecta. *Us.* Cum una ambulatiuncula & sermone nostro delicias urbis omnes non permutavero.

Ambulo, as, **spatzieren.** *R. ab ambeundo, vel ἀμφιβάλλω, circumjicio.* *Syn.* eo, vado, iter facio, deambulo, inambulo, contendo, decurro, pedibus peragro, obeo. *Adv.* artificiosè, contentiùs, rectè. *Us.* Xerxes maria ambulavit, terram navigavit. Intra horam plura passuum millia ambulare. Ambulare in sole. Ambulare lentè ùt philosophi. *Phras.* Spatiari in xisto, in porticu, deambulationem peragere.

Amburo, is, **anbrennen.** *Syn.* circumuro. *Us.* Num tu ex ambustis fortunarum mearum reliquiis spolium petes? Vicina Cremona incendiô ambusta, Mantua tamen salva evasit.

Amens, tis, **unsinnig.** *Syn.* mente motus, perturbatus. *Us.* Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps ac devius. Vecors, excors, mente paululùm imminuta, animo parum validus, & amens. *V. Insanus.*

Amentatus, a, **mit Riemen gebunden.** *Syn.* amentis, id est, loris religatum ad acriùs jaculandum & feriendum. *Us.* 1. Hastæ amentatæ. 2. *transl.* Argumenta amentata, præclari oratoris lacertis viribusque contorta, *valida.*

Amentia, æ, **Unsinnigkeit.** *Syn.* insania, *Epi.* civilis, magna, mira, præceps, singularis, summa, tanta. *Us.* Amentia est animi affectio lumine mentis carens. Mens sana confligit cum amentia. Inimicorum insaniæ sapienter decedes tantisper. Quâ amentiâ inductus hoc egisti? Hic homo in amentiam incidit; amentiâ tenetur, flagrat, rapitur; torquetur amentiâ & excœcatur. Amentia incredibilis hunc hominem tenet. *V. Furor, Insania. Stultitia.*

Amica, æ, **eine Buhlerin.** *Syn.* impudica, amata mulier. *Us.* Alcibiades amicæ amiculo tectus. Septem currus amicarum plenas secum vehebat Verres.

Amicè, **freundlich.** *Syn.* benevolè. *Us.* Vivere simpliciter, fideliter, vitæque hominum amicè. Familiarissimè & amicissimè, conjunctissimô animô cum aliquo vivere. Quòd tantum mihi tribuis, quòd tantum me ornâsti, facis, fecistique sanè amicè.

Amicio, is, ire, **bekleiden.** *R. q. ambjacio.* *Syn.* vestio, operio. *Us.* Amictus toga purpureâ.

Amicitia, æ, **Freundschafft.** *Syn.* benevolentia, conjunctio, familiaritas, necessitudo. *Epi.* adjutrix virtutum, comes vitiorum, afflicta, non solùm ampla, sed etiam jucunda, concors, conjunctior, consularis, desiderata, ditior & affluentior, firmior, bona, gratuita, insignis, intempestiva, inveterata, justa, veraque, magna, uber, jucundissima, molesta, naturalis, non brevis & suffragatoria, sed firma & perpetua, officiosa, paterna, pervetus, pulcherrima & maximè naturalis, pyladea, remissior, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemque proclivior, sancta, summa, vetus, vetusta, vulgaris aut mediocris, vera & perfecta, &c. &c. *Us.* 1. Amicitia, voluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa.

Omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Amicitiâ nihil majus, uberius, jucundius. 2. *Amicitiam contrahere.* Cum aliquo appetere; expetere potentûm amicitias; parare, comparare, conciliare amicitias. Virtus amicitiam gignit, conflat, jungit, attrahit. Morum similitudo allicit amicitiam, & attrahit. Amicitias instituit, conglutinat, conjugat, parit. Fores amicitiæ aperit similitudo studiorum. 3. *Amicitiam inire.* Ad amicitiam alicujus se adjungere, conferre, se applicare, adrepere. Aggregare se, venire ad amicitiam proborum; incidere in amicitias malorum. Ad alterius amicitiam adscribi. Insinuare se. *V. Adjungo. Phras.* Probis cum hominibus libenter amicitiam jungo. Eos facilè amo. Sponte meâ, & animi inductione quadam ad eorum amicitiam accedo; ad eos amandos propendeo, inclino, me do. 4. *Amicitiam cum aliquo habere.* Amicitias indulgere. In amicitia manere, permanere. Amicitiam colere, tueri, servare, gerere, retinere. Accipere aliquem in amicitiam. Novis semper amicitiis implicari. Est inter nos, inter nos intercedit vetus conjunctio. Est mihi tecum inveterata amicitia. *Phras.* Mutuò amamus inter nos. Vicissim, pariter, non dissimiliter, æquè, amore mutuo amamus inter nos. Par voluntas ab unoquoque nostrûm redditur, & accipitur. *V. Necessitudo.* 5. *Amicitiam augere.* Confirmare altiùs, firmiorem reddere. In amicitia provehi, manere. Crescit, accrescit semper amicitia nostra, non permanet duntaxat, & viget. 6. *Amicitiam imminuere.* Claudicat nostra amicitia, labefactatur sensim sermonibus malevolorum & elevatur. Vacillat, inclinat amicitiæ nostræ stabilitas. Satietas quædam amicitiæ subit. Multis rebus violata est amicitia nostra. *Phras.* Animus tuus in amicitia mihi non respondet. Non eum animum præstas, quem debes. Parem in me benevolentiam non commonstras. Tuus in me amor cum meo conferendus non est; longè meô inferior est, infrà est. Non es mutuô erga me animô; non æquè atque ego animatus. 7. *Amicitiam abrumpere.* Dirumpere, discindere, dissociare, dissolvere, diffluere, præcidere, extinguere, frangere amicitiam. Deserere jus amicitiæ; spernere, negligere, tollere, extinguere necessitudinem pristinam. Amicitiam dimittere, deponere, excludere. In inimicitiam convertere; ab amicitia se removere. *Phras.* Hanc conjunctionem nostram, hanc jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem fictis sermonibus, falsis criminibus diremêre. Amabilissimum amicitiæ nodum sustulêre. Collectam diu gratiam momento effudi. *V. Alienatio.*

Amictus, a, **befleidet.** *Syn.* vestitus, indutus. *Us.* Amictus lanâ, togâ purpureâ, palliô, amiculô.

Amictus, ûs, **Kleydung.** *Syn.* pallii genus, *Us.* Imitari alicujus amictus, aut statum, aut motum.

Amicula, æ, **eine Buhlerin.** *Syn.* amica. *Us.* De amicula rixari.

Amiculum, i, **eine Gattung einer Kleidung.** *Syn.* palliolum, vestis. *Epi.* aureum, frigidum, grave. *Us.* Dionysius aureum Jovi detraxit amiculum.

Amiculus, i, **Freund.** *Syn.* amicus.

Amicus, i, **Freund.** *Syn.* amicior, amicissimus, benevolus, necessarius, benevolentiâ conjunctus, cupidus, studiosus, totus noster, alter ego, effusus in aliquem.)(*Inimicus.* *D.* Amator *in malam partem*, amicus, *in bonam accipitur. Epi.* amans & observans, antiquior, antiquissimus, benevolus, blandus, bonus, communis, firmus & fidelis, fortior, fortis, gratissimus, satis honestus, indignus fortunâ aliquâ, infidus, insolens, lepidus, locupletior, magnus, mediocris, multò justior, officiosissimus, paternus ac pernecessarius, præceps, privatus, prudens, recens, simplex & communis & consentiens, studiosus, amans & observans, svavis, verus, vetus, voluntarius, &c. &c. *Us.* 1. Amici maxima amoris conspiratione consentientes. Mihi nemo te amicior, jucundior, charior. 2. *Amicum aliquem sibi reddere.* Facere, acquirere, eligere, legere, amicum adscribi. 3. *Amicum habere.* Observantiâ retinere, colere, in amicis alicujus esse. 4. *Amico orbari.* Vitam ab amicis desertam & incultam agere. *Phras.* Amici nostri & amatores com-

communes, quibus multis jam annis utor familiariter. Est ille ex domesticis meis & intimis familiaribus. In intimis meis, in meis familiarissimis est. Me planè suum numerat. Quocum mihi sunt omnes amicitiæ necessitudines. *V. Familiaris.*

Amissio, nis, Verlurst. *Syn.* detrimentum in amittendo. *Epi.* tanta rerum, turpis. *Us.* Amissio omnium rerum, desperatio recuperandi.

Amita, æ, Baaß. *Syn.* soror patris.

Amitto, is, hinweg schicken. *Syn.* dimitto, offendo, jacturam facio, perdo.)(*Teneo, habeo, obtineo.* *Adv.* funditus, penitus, planè. *Us.* 1. Amittere occasionem. Prædam de manibus amittere. Dignitatem, civitatem, jus imperii, memoriam, mentem, vitam, lucem amittere. Vires & corpus ægritudine, vitam per dedecus amittere. 2. *Dimitto.* Captivum amittere. 3. *Abjicio.* Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. *Phras.* Ingentem jacturam fecisti. In hoc portu gloriæ dignitatis naufragium fecisti. Eversus es rebus omnibus, captus, orbatus. Omnia tibi illo jactu periêrunt, occiderunt. *V. Perdo. Eripio. Evanesco.*

Amnis, is, ein Fluß. *R. q. ammeans. Syn.* fluvius. *Epi.* funestus, incitatior, sedatus, magnus, nobilis, obscurus, profluens, contortus, deflexus. *Us.* Liquores perlucidi amnium, riparum vestibus viridissimi. Alter sine salebris amnis, alter concitatior fertur. Contortus & deflexus in alium cursum amnis. *V. Flumen.*

Amo, as, lieben. *Syn.* diligo, charum habeo, studio prosequor, benevolentiâ complector, magno amore vel studio sum in aliquem, vel existo; faveo, in deliciis habeo, in oculis fero, amore captus sum.)(*Odio habeo.* D. Amare *plus est*, Diligere *minus*. *Adv.* Admodùm, æquè atque, certatim, commodùm, fraternè, illustriùs, maximè, meritò & jam diu, meritissimò, mirabiliter, mirificè, multùm, nimiùm se; plus, plurimùm, præcipuè, rectè, turpissimè, valde, vehementer, unicè, vulgò. *Us.* Diligere, amplecti, ex animo amare, apertè, laudare aliquem. Quidam se ipsos amant sine rivali. Me aut amabis, aut, quô contentus sum, diliges. *Phras.* Amo te plurimùm. Sic te diligo, ut neminem magis, ne me ipsum quidem. Singulari erga te amore sum. Singulari sum in te benevolentiâ. Ego te ut oculos meos, aut si quid oculis est charius, diligo. Nemo est omnium, in quem magis, quàm in te, mea sit propensa benevolentia; qui mihi te sit charior; quem ego vehementiùs, quàm te diligam; quem ego majore, quàm te benevolentia complectar; quem ego magis ex animo, quàm te diligam. Quo amoris vinculo adstricti sumus, eo nihil potest esse arctius; id ejusmodi est, ut laxari nullo modo possit. Summè, vehementer, valde, magnoperè, maximopere, maximè, etiam atque etiam, mirè, mirificè, incredibiliter, unicè, singulariter, egregiè, insigniter, ex animo, ex intimo sensu, cumprimis, imprimis, apprimè, præcipuè, admodùm, oppidò, majorem in modum, mirum in modum, minimè vulgariter, non mediocriter te diligo. Omnibus tibi necessitudinis causis conjunctus maximè. Ita multæ mihi tecum necessitudinis causæ sunt, ut nihil possit esse jucundius. Omnes mihi necessitudines, necessitudinum causæ, omnia mihi necessitudinis summa jura tecum intercedunt. Mihi tecùm omnia sunt. Amo te singulariter omnibus de causis. Omnibus ad te amandum causis adducor, moveor, impellor. Causam tui diligendi nullam non habeo. Arctissimo necessitudinis vinculo conjuncti sumus. Nihil est nostra necessitudine conjunctius. Pervenit ad summum amicitia nostra. Benevolentia in te mea ad summum pervenit, aucta sic est, ita jam crevit, ut nihil ad eam possit accedere. Amor in te meus is est, ita accumulatus est, ut addi nihil possit. Æquè; similiter, pariter ac me ipsum, itidem ut me ipsum, non aliter, non secus ac me ipsum te diligo. In te amando nemini concedo. Qui te vehementiùs diligat, concedo nemini. Amorem in te meum cogitatione fortasse consequi, complecti possum, verbis quidem exprimere, explicare, expromere profectò non possum. Cùm te multi diligant, in amore tamen omnes vinco, principatum appeto, primas partes mihi vendico,

dico, principem locum obtineo. Fero te in oculis. Mihi es in amoribus. Nihil mihi eſt te charius. Secundum DEUM, poſt DEUM, excepto DEO, cùm à DEO diſceſſi, nemo mihi eſt charior. Primum in amore DEUM, te habebo proximum. Amor in te meus tantus eſt, quantus poteſt eſſe maximus. Hæres mihi in animo, in medullis, in intimis ſenſibus, Ut pater in filium, ita ego in te ſum animatus. Habeo te locô fratris. Quid eſt, cur te non etiam atque etiam diligam? Quod vinculum, quod ſtudii genus aut officii, quæ omninò res amori noſtro, amicitiæ, conjunctioni, neceſſitudini noſtræ deeſt, in amicitia noſtra requiri aut deſiderari poteſt? Amorem in te meum verbis exprimere quî poſſum, quem cogitatione vix complector, cujus magnitudinem vix mente comprehendo?

Amœnitas, tis, Lieblichkeit. *Syn.* ſuavitas locorum. *Epi.* ſumma *Uſ.* Hortorum & littorum amœnitates. Cogitationes amœnitatum ad delectationem habeo.

Amœnus, a, lieblich. *Syn.* voluptuarius, jucundus. *Adv.* ſanè. *Uſ.* Amœnus ſanè & arbitris ſemotus locus. Prædiola bellè ædificata amœnô locô & ſalubri.

Amor, is, die Lieb. *R. ab* αἵμα, *ſanguis, nempe amoris cauſa. Syn.* benevolentia, gratia, pietas, ſtudium, charitas.)(*Odium. D.* Amor *genus eſt ad omnia pertinens*, charitas *ſpecies ad homines tantùm. Epi.* gloriæ nimis acer, verumtamen honeſtus, communis, cultus, dulcis & optatus, flagitii & levitatis autor, fraternus, domeſticusque, honeſtus, humanus, tam improviſus ac repentinus, tam caſtus, tam religioſus, tam ſanctus, tam pius, inauditus, non ignotus, ſed tamen gratus & optatus, incredibilis & bonus, inſitus, jucundus, magnus, mediocris, mirificus, muliebris, mutuus, naturalis, novus, vetus, patrius, perpetuus, præcipuus, princeps, priſtinus, ſævus, ſingularis, ſollicitus atque anxius, ſummus, turpiſſimus, verus, & fictus, veterrimus, veriſſimus, vetuſtus, &c. &c. *Uſ.* 1. Amor verus & fictus non facilè dijudicatur. Charum ipſum nomen eſt amoris. 2. *amorem excitare.* Utinam te patriæ amore inflammare poſſim; pietatem in patriam in te excitare, concitare, intendere poſſim. Efficere, ut in te naſcatur, oriatur, exoriatur patriæ amor. *Phraſ.* Ille honeſtus amor eſt, qui è virtute naſcitur, emergit, exiſtit, emanat, effluit. Qui virtutem in diligendo amico, non fortunam ſequitur. Judicio labitur, qui fortunam in amore, non virtutem ſpectat. 3. *amorem habere.* Amorem tui, quem à prima pueritia ſuſcepi, à levibus principiis profectum retinui ſemper & auxi. Amorem, quô ſemel tibi conjunctus fui quô te proſecutus, quô captus ſum, fovebo ſemper, augebo, colam, ſervabo, confirmabo. In amore tui ſemper provehor. Reſidet in me amor tui, eidem ſerviam ſemper. Summa mihi tecum ſunt amoris vincula. Quem diu tecum conſtitutum habeo amorem, omnibus prædicabo, teſtificabor, demonſtrabo. Reſpondebo tuo amori; certabo tecum amore; vel ex litteris meis percipies, recognoſces meum tui amorem. *Phraſ.* Meam in te ſingularem benevolentiam; non mediocrem, non vulgarem, eximium, ſummum, incredibilem amorem quôvis officiorum genere teſtificabor, tibi probabo, teſtatum faciam, officiis ac ſtudiis illuſtrabo. Nullum erga te officium hominis amantiſſimi prætermittam. 4. *amorem interrumpere.* Excutere, abjicere, deponere. Multum de amore noſtro vetere detractum, laxatum eſt. Conantur me ab amore tui avertere, noſtrum amorem dirimere. Amorem omnem ex animo ejicere.

Amotio, nis, Hinwegnemmung. *Syn.* remotio. *Uſ.* Doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Amoveo, es, wegthun. *Syn.* arceo, prohibeo, removeo. *Uſus.* Libidinem, odium, invidiam, metum, cupiditates omnes ab aliquo amovere. A ſe ſegnitiem, crapulam, metum amovere. Moleſtiam à foribus amove. Suſpicionem à ſe aut opinionem amovere. *Phraſ.* Fames hoſtem ab urbe amovit, depulit, dejecit, detraxit. Procul adhibendus eſt, & abſtinendus hoſtis. *V. Repello, Rejicio.*

Amphibologia, æ, eine zweiffelhafftige Rede. *Rectiùs* Amphibolia. *Syn.* ambiguitas.

guitas. *Epi.* acuta. *Us.* Amphibologias aucupantur Dialectici.

Amphora, æ, eine Weinkanne *R.* ἀμφω, *duas ansas habens. Syn.* vasis genus & mensura. *Us.* In singulas vini amphoras quaternos denarios portorii nomine exigunt.

Amplè, weit/ herrlich. Amplissimè. *Syn.* magnificè, honorificè, honestè.)(*Abjectè, demissè, obscurè, humiliter, miserè, turpiter. Usus.* Sublatè ampleque, elatè & amplè loquebatur, dicebat Cicero. Honores idem amplissimè sibi ab Senatu decretos, magnificentissimè, amplissimè gessit.

Amplector, eris, umbfahen. *Syn.* amplexu circumplico, amplexor, comprehendo. *Adv.* amicissimè, libenter, generatim, nequaquam satis, vehementer, ultrò & citrò, usu vel officiis. *Usus.* 1. Ille me amplexus & osculans fallere prohibebat. *Phras.* Soleo eum amicissimè amplecti, amplexari; brachia homini in collum injicio; amplexu hominem peto, aggredior, vincio, arctè teneo, contineo, foveo; apertis brachiis eum amplexurus adeo; ad ejus caput advolo; meum pectus ejus pectori committo, constringo, adjungo, appello, admoveo. In ejus amplexus effundor, ruo; ejus cervicibus innector; arctissimis complexibus illigor; totô pectore adstringor. *V. Amicitia.* 2. *transl. amare, prosequi, colere.* Author tibi sum, ut rempublicam, ut bonas artes, ut jus civile amplectare. Libenter amplector tuum in me animum. Cæsar me indies amiciùs amplectitur. 3. *Comprehendo, stringo.* Non is est, qui res tantas consilio amplectatur; animô ac mente circumspiciat. Paucis plurima, artem omnem paucis præceptis amplector.

Amplexor, aris, umbfahen. *Syn.* amplector, amo, amplexibus excipio, foveo sinu, in manibus habeo. *Adv.* familiariter, hilarè, mirificè, rectè, vehementiùs. *Us.* Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur. Amplexari authoritatem Senatûs, certam sententiam amplexari. *V. Amplector.*

Amplexus, ûs, Umbfahung. * *Us.* Pudici amplexûs.

Amplificatio, nis, Vermehrung. *Syn.* exaggeratio, accessio, augmentum, cumulus.)(*Diminutio. Epi.* magna, nemini nocens, vehemens. *Us.* 1. Amplificatio gloriæ, honoris, pecuniæ, rei familiaris. 2. *amplificatio Rhetorica*, gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.

Amplifico, as, groß machen. *Syn.* augeo, amplum facio, dilato, multiplico, verbis rem parvam magnam facio, locupleto.)(*Infirmo, extenuo, minuo, imminuo. Us.* 1. Semper studui tuam amplitudinem & gloriam & honorem laudibus amplificare. Sermo tuus dolorem mihi meum amplificavit. Urbs, fortuna urbis indies amplificatur & augetur. 2. *amplifico dicendo. Phras.* Augere quid, & tollere altiùs dicendo; verbis exaggerare, extollere, rem tragicè & rhetoricè ornare; omnia dicendo augustiora, majora facere; verô majora jactare; speciosam exaggerationem facere; in majus exaggerare. *V. Augeo. Amplus.*

Amplio, as, aufziehen. *Syn.* comperendino, ampliùs pronuncio, ampliandi facultatem concedo, rem profero. *Us.* Hæc causa septies est ampliata. Etsi lex ampliandi faciat potestatem, multi tamen judices sibi turpe existimant, non primò judicare. Quid hominem nefarium ampliatis?

Ampliter, herrisch/ reichlich. * *Syn.* amplè. *Us.* Ampliter in cœna apponere. Ampliter mentiri.

Amplitudo, inis, Weite/ Würde. *Syn.* gloria, dignitas, splendor, pondus, authoritas, gravitas, claritudo, præstantia, majestas, claritas. *Epi.* cara, egregia, modica, summa. *Us.* Amplitudo est potentiæ aut majestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia. Ipsæ injuriæ suam amplitudinem illustrabunt. Omne meum studium ad tuam amplitudinem amplificandam, retinendam, conferam. Pompejus posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. Pervenisti ad summam amplitudinem. *V. Splendor. Dignitas. Præstantia. Magnitudo.*

Ampliùs, mehr/ länger. *Syn.* plusquam, jam, præterea, supra, magis, insuper. *Us.* Ampliùs sunt sex menses. Ampliùs est triennium, quòd te non viderim. Centum romani cives ampliùs Syracusis judicant. Non ampliùs decem cohortes pugnavêre.

Hôc

Hoc ampliùs, *accessionem significat.* Ita quidem Socrates; hoc ampliùs Theophrastus, quod &c. Morem tibi geram, hoc ampliùs út oraculum te audiam.

Amplus, a, **weit.** *R. ex Am & plus. De loco.*)(*Parvus.* *Us.* 1. *magnus, patens.* Ampla domus, theatrum celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum. *Phras.* Locus præter modum amplus, ingentis laxitatis. Ædes spatiosæ & effusæ. Forum laxare, extendere, prolatare. 2. *præclarus, ingens, præstans dignitate, illustris, honestus.* Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. Amplissimus civis in amplissima civitate, amplissimo loco natus. Is est amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum pervenit. Id curo unicè, ut respublica opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honesta sit. *V. Clarus. Magnificus.*

Ampulla, æ, **ein Flasche.** *Syn.* vas vitreum ventre amplo & inflato.

Ampullor, aris, **aufgeblasen seyn.** * *Syn.* turgeo, inflor. *V. Superbus.*

Amputatio, nis, **Abschneidung** *Us.* Sarmentorum amputatio me delectat.

Amputo, as, **abhauen.** *Syn.* reseco, circumcido, refello, rejicio. *Us.* Amputetur, quidquid est in republica pestiferum. Sit aliquid in juvenis ingenio, quod circumcidam, quod amputem. *V. Præcido.*

An, **ob.** *Syn.* ne, utrum, an ne, num, ecquid? *Us.* Multùm interest, utrùm coram multis, an paucis dicatur. An licebit cunctis, tibi non licebit? patris partes suscipiam, an filii? Eloquar, an sileam?

Anagnostes, æ, **Leser.** *Syn.* lector, alicui serviens. *Us.* Puer festivus anagnostes noster.

Analogia, æ, **Gleichförmigkeit.** *Syn.* proportio. *Us.* Analogia me decipit ejus vocabuli.

Anas, tis, **ein Entvogel.** *Syn.* avis aquatilis. *Us.* Anatum ova gallinis supponimus.

Anatocismus, i, **Wucher/ Zinß.** *Syn.* fœnus, quod ex fœnore capitur. *Us.* Ille quidem ne centesimis cum anatocismo contentus est.

Anceps, itis, **zweiffelhafftig.** *R. à capite, utrinque habens caput, quod capi possit.* *Syn.* dubius, incertus, ambiguus.)(*Certus.* *Us.* Incertus est exitus, & anceps belli fortuna. Cura, disputatio, causa anceps. Anceps fatorum via. Anceps & multiplex verborum potestas. *V. Dubius Ambiguus.*

Anchora, æ, **Ancker.** *Syn.* ferrum aduncum ad firmandas naves. *Us.* Ergo ille malum erigi, vela fieri, anchoras præcidi, solvi jussit.

Ancilla, æ, **eine Dienstmagd.** *Syn.* pedissequa, famula. *Us.* An partus ancillæ in fructu sit habendus, disputant.

Ancillaris, e, **der Dienstmagd gehörig.** *Syn.* ancillarum propium. *Us.* Ancillare ac sordidum artificium.

Ancillor, aris, **dienen.** *Syn.* servio, adstringor. *Us.* Nemini uni ancillatus sum, aut privatim me addixi. *V. Servio. Addico.*

Ancillula, æ, **Dienstmägdlein.** *Us.* Juris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam & pedissequam adjungebant. Contra nunc est.

Andabata, æ, **blinder Fechter.** *Syn.* gladiatorum genus in tenebris vel oculis velatis pugnantium. *Us.* Quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.

Androgynus, i, **halb männlich / halb weiblich.** *Syn.* qui utrumque sexum habet. *Us.* Androgyni ortus pro fatali monstro habebatur.

Anfractus, ûs, **krummer Umweg.** *Syn.* circuitio, flexus, ambitus. *Epi.* non longus, longus ad spiritum & aptus, annuus, septenus. *Us.* Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus. Longo anfractu circumscripta oratio. Ætas tua septenos octies solis anfractus & reditus convertit, *es annorum* 56. Nihil est opus circuitione & anfractu. Quos tu Mæandros, quæ diverticula, flexionesque quæris? *V. Ambages.*

Angelus, i, **ein Engel.** *Syn.* Angelus, genius bonus, Spiritus cælestes, cælestes internuntii, mentes corporibus secretæ; corporibus semper vacantes; beatæ, ab omni concretione semotæ mentes; mentes illæ cælestes & ab omni concretione mortali segregatæ; cælestes animæ, quæ sunt ab omni admistione corporum remotæ, puræ atque sinceræ. Cætus Angelicus, chorus Angelorum, multitudo militiæ cælestis.

Angina,

Angina, æ, des Zäpfleins im Halß Geschwulst. * *Usus.* Sues moriuntur anginâ.

Angiportus, ûs, &, i, ein enges Gäßlein. *Syn.* vicus, angusta via, & compendiaria inter domos. *Us.* Effusum frumentum vias omnes & angiportus constravit.

Ango, is, ängstigen. *Syn.* constringo, crucio, discrucio, premo, sollicito, vexo, torqueo.)(*Recreo.* *Adv.* vehementer. *Us.* Illa me cura vehementer agit, & sollicitat, sollicitum habet. Multùm de te, multis curis, vigiliis de tuis rebus angor & crucior. Intimis sensibus, animis, dolore præcipuo ea me res angit. *V. Dolor. Tristis.*

Angor, ris, Angst. *R. ab* ἄγχω, *Syn. suffoco.* vexans ægritudo, premens ac discrucians sollicitudo, *Epi.* utilis. *Us.* 1. Angores, sollicitudines, diurni nocturnique metus. Noli angoribus te dare, dedere, confici miserrimè. Ecquid angoribus te implicas? Sæpe pro amico angor capiendus est. 2. *angorem tollere.* Tuæ literæ angores meos levaverunt; ab angoribus me abduxêre; vacuitatem ab angoribus mihi præstiterunt. *V. Tristitia. Mæror. Anxius.*

Anguinus, a, von Schlangen. *Syn.* anguis peculiaris & proprius. *Usus.* Cervix anguina.

Anguis, is, eine Schlang. *Syn.* serpens. *Epi.* fœmina, mas, neuter, ingens, volucris. *Us.* Angues alites. Anguis ab ara extitit.

Angulatus, a, geecket. *Us.* Corpuscula rotunda, alia angulata.

Angulus, i, eine Eck / Winckel. *Epi.* summus, par. *Usus.* Angulum mihi provinciæ eligas reconditum ac derelictum.

Angustè, eng. *Syn.* arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè, jejunè.)(Latè, fusiùs, uberiùs. *Us.* Angustè, exiliter dicere; angustè urbem obsidere. Pressè, angustè definire. Angustè, tenuiter disputare, concludere.

Angustiæ, arum, Beängstigung. *Epi.* magna, incredibilis, summa. *Us.* 1. *fauces terræ marisque.* Corinthus in angustiis & faucibus Græciæ. 2. *paupertas.* Incredibiles angustiæ ærarii & pecuniæ publicæ. Ex meis rei familiaris angustiis illius sustento tenuitatem. 3. *difficultas.* Quid me in has verborum angustias revocas? Cur me in Stoicorum dumeta & angustias tantas adducis, compellis? Angustiæ temporis breviorem me fecêre. 4. *Infirmitas.* Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas animi tantam personam.

Angustus, a, eng. *Syn.* arctus, brevis, *de loco præcipuè.*)(*Latus.* *Us.* In angustum quendam locum concludi. *Phras.* In Apennino sunt difficiles locorum angustiæ; impeditissimus est mons ad iter faciendum; labor est maximus eò iter habentibus; locorum difficultates in eo monte magno sunt iter facientibus impedimento. Nihil incommodius, quàm illas angustias pertransire, ex illis angustiis evadere. Angusta se loca crebrò objiciunt, difficilem, ac laboriosam viam faciunt. Mons ille multis locis coangustatur. Angustiæ, fauces iter coarctant. Castra in exiguum orbem contracta, vix accipientibus quibusdam opera locis. In arcto stipati milites; magna plurium in angusto coarctatio. Velut in pristinum detrusi & compacti, ita angusto loco stringebantur, in exiguum gyrum compulsi.

Anhelitus, ûs, der Athem. *Syn.* spiritus, respiratio. *Epi.* frigidus. *Us.* 1. Magna est vis anhelitûs. Anhelitus latentem morbum indicat. Vix anhelitum recipiebam. 2. *terræ vapores.* Anhelitus terrarum inflabant mentes.

Anhelo, as, keichen. *Syn.* spiro, respiro. *Us.* Anhelantem scelus, furentem audaciâ, crudelitatem ex imo pectore anhelantem ejecimus.

Anhelus, a, keichend. * *Usus.* Equus anhelus.

Anicula, æ, ein altes Weiblein. *Syn.* anus, vetula mulier. *Epi* minimè suspiciosa, indocta. *Us.* Aniculæ sæpe inediam biduô aut triduô ferunt.

Anilis, e, altweibisch. *Syn.* quod aniculam potius quàm virum decet. *Adv.* penè. *Us.* Ineptiæ, fabulæ aniles. Omnis superstitio imbecilli & anili animi est.

Aniliter, nach alter Weiber Arth. *Syn.* anicularum instar. *Us.* superstitiosè atque aniliter dicere aliquid.

Anima, æ, die Seel. *R. ab* ἄνεμος, *ventus, spiritus.* *Syn.* animus, ac vitæ prima causa. *Epi.* æterna, infecta, particeps consilii atque rationis, pura, tenuis,

mis, chariſſima. *Uſ.* 1. In unius hominis anima ſpes noſtras poſitas omnes habemus. Ægroto dum anima, ſpes eſt. Animam agere, edere, efflare, amittere, *mori.* Ea cauſa in anima ſenſuque meo penitus inſita eſt & infixa. 2. *ſpiritus, vita, anhelitus.* Ducere animam de cœlo; continere, comprimere animam, *anhelitum.* Fœtet tibi anima. *Vulg. ex ore.* 3. *aër.* Inter ignem ac terram aërem DEUS, animamque poſuit. Anima, quæ ſpiritu in pulmones ducitur.

Animabilis, e, lebendig machend. *Uſ.* Aër animabili, ſpirabilique natura.

Animadverſio, nis, Aufmerckung. *Syn.* conſideratio, attentio, notatio. *Epi.* cenſoria, humaniſſima, liberaliſſima, paterna, mediocris. *Uſ.* 1. Notatio naturæ & animadverſio peperit artem. Noſſe regiones, animadverſionis eſt, aut conſuetudinis. 2. *pœna, caſtigatio, reprehenſio.* Animadverſio omnis & caſtigatio contumeliâ vacare debet. Continere improbos metu animadverſionis. Uti in aliquem animadverſione. Remittere, condonare animadverſionem. *V. Pœna. Objurgatio.*

Animadverſor, ris, der ein Ding wol mercket. *Epi.* acris, diligens. *Uſ.* Si acres & diligentes judices eſſe volumus, animadverſoresque vitiorum, magna intelligemus ſæpe ex parvis.

Animadverto, is, mercken. *Syn.* animum adverto, noto, attendo, animum attendo, deprehendo, ſentio, intelligo. *Adv.* curioſiùs, diligentiùs, facilè, graviter, maximè, planè, rectè, rectiſſimè, ſcientiſſimè, ſeriùs, vehementer, uſque eò. *Uſ.* 1. Si Dii non curant, aut non animadvertunt, quid agamus. Animadverte, quæſo, pro tua prudentia, quæ fiant. 2. *punio, caſtigo.* Crudeliter in aliquem animadvertere. *Phraſ.* Animadvertit, quid velim. Cernit, cernit animô; videt, quid velim. Quid agam, ſentit. Præſentit, non nullum ſenſum habet, ſubolet illi, quid conſilii parem. *V. Nolo. Adverto.*

Animal, lis, ein Thier. *Syn.* animans.)(*Inanimatus, inanimus.* *Epi.* aptiſſimum ad cultum, funeſtum ac nefariis ſtupris concretum &c. *Uſ.* Homo animal divinum, providum, ſagax. Animalium alia ſugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt cibum. Homo animal acutum, plenum conſilii & rationis, ſempiternum, particeps pudoris & verecundiæ.

Animalis, e, das Leben hat. *Syn.* ſpirabilis, aëreus. *Uſ.* 1. Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. 2. *animæ proprium, ab anima vivens, vitale, animam præbens.* Intelligentiam animalem quidam etiam aſtris tribuunt. Corpora animalibus vinculis colligata.

Animans, tis, alles das ein Seele hat. *Syn.* animal *abſolutè.* *Epi.* aquatile, diſpar, divinum, atque cæleſte, mortale, pennigerum, & aërium, terreſtre. *Animantes.* armatæ cornibus, obductæ plumis, hirſutæ ſpinis, ſuperiores, tectæ coriis, veſtitæ villis. *Uſ.* Animantes aſpiratione aëris ſuſtinentur. Quidam mundum ipſum animantem, ſapientemque dixerunt.

Animatio, nis, die Lebendigmachung. *Epi.* divina. *Uſ.* Divinæ animationis ſpecies ex igne.

Animatus, a, lebendig. *Adv.* infirmè, optimè. *Uſ.* 1. Animatum eſt, quod motu cietur interiore. 2. *bene affectus vel malè.* Ut homines abs te affecti ſunt, ita in te ſunt animati. Magis animatus ad bellum quàm paratus. Erga te ſemper optimè animatus fui.

Animo, as, das Leben geben. *Syn.* animatum facio, anima dono. *Uſ.* DEUS omnia animat, format, alit, auget. *Phraſ.* Laude animandi ſunt juvenes. Recreandi & excitandi. Juvenum animos laus auget; ſpei animorumque implendi ſunt juvenes. Ad opem & fiduciam erigendi torpentes. Demiſſi animi & oppreſſi laude confirmandi ſunt. Animi addendi; laude ſtimulandi juvenes. Laude incaleſcunt animi juventutis. *V. Impello. Excito.*

Animoſè, beherzt. *Syn.* magnô animô, intrepidè. *Uſ.* Magnificè, graviter, animoſeque vivere. Non ſolum id animoſè & fortiter, ſed conſideratè etiam ſapienterque fecerunt.

Animoſus, a, herzhafft. *Syn.* plenus animi, plenus roboris, non timidus.)(*Timidus.* *Uſ.* Senectus animoſior eſt quàm adoleſcentia. Et animoſos dicimus & bene animatos.

Animula, æ, die Seele. *Syn.* puſilla anima & vita infirma. *Uſ.* In unius mulierculæ animula quæ tandem jactura fit?

Animus, i, das Gemüth. *Epi.* abjectus, abjectior, acer & magnus, præſens & acutus

acutus atque versutus, acrior, attentus, accusatorius, æger, æquus atque fortis, paratusque, æquior, æquissimus, æternus, affinis alicui, afflictus atque fractus, agrestis ac durus, alacer, & erectus, alienus, alienior, alienissimus, altus, altior, altissimus, & gloriæ cupidus, amicus, amicissimus, amplus & excelsus & patiens incommodorum, non omnino integer, angustus atque demissus, & jejunus, tamque parvus, &c. &c. *Us.* 1. *mens, anima, ratio.* Animus est, qui viget, sentit, moderatur, & movet corpus, cui præpositus est. Animus habet memoriam & eam infinitam rerum innumerabilium. Ex mente divina decerptus longè lateque peregrinatur. Cernere animos, comprehendere, complecti, tenere. Animorum naturale quoddam pabulum est contemplatio naturæ. Animum à negotio ad se ipsum avocare, secum esse cogere, à corpore abducere. Animo excubare. Animi motus, cogitatio, contentio. 2. *ad benevolentiam vel malevolentiam refertur.* Alienum ab aliquo animum habere. Animo & voluntate diffidere ab aliquo. Præstare, quem debemus, animum & facultatem alicui. Ex animo amare. Armatum retinere animum in aliquem. Quem tibi debeo animum, nunquam mutabo, quin confirmabo semper. 3. *pro consilio vel deliberatione accipitur.* Animum inducere, vel in animum. In animo mihi est; animum habeo; animus mihi est, Romam abire. Jam diu animo volvo, ecqui res tuas expediam; diu cum animo consideravi, reputavi meo; statui denique apud animum meum. Postquam animo lustravi, perlustravi, intuitus sum, perspexi omnia, ita denique constitui; nec is animus excidet, discedet unquam. Ex animi mei sententia planè sic statuo. Quem semel defixero animum, mutare non soleo. 4. *ad mentis fortitudinem vel debilitatem refertur.* Animus magnus, & ad omnes casus ferendos constans, atque paratus. Animus tranquillissimus, qui totum istud æqui boni facit. Animo solutiore malim hæc olim scribere. Res acta animo sanè virili. Magni animi fuit, non supplicâsse victori. Animi maximi, animô magnô ac forti homo, Est in illo animus amplus, excelsus, incommodorum patiens, stabilis, firmus, acer & præsens, robustus, omni liber curâ & angore. Quid tui à te animi altitudo, firmitudo, gravitas, constantia postulet, tu videbis. Quantum in tuo animo roboris & nervorum, quàm incredibilis virtus insit, quo sis animi robore, qua indole virtutis, qua animi & consilii magnitudine præstanti, qua animi excelsitate, & quasi exaggeratione, quis non videt? Colligendus est identidem è languore animus, erigendus, excitandus, redintegrandus, reficiendus, revocandus. Oratio tua animum mihi addidit, auxit, dedit, renovavit, attulit, firmavit. Ex oratione tua animus mihi accessit, animos sustuli, cœpi animo stare, animo forti esse. *Item contra, ad mentis imbellicitatem.* Homo est animo fracto, pusillo, jejuno, inani, remisso, humili & imbecillo. In multis animus est abjectior, infirmior, tenerior, angustior. Homo animo parvo & pravo, perculso & demisso. Est illi animus languens, mollis, perturbatus, irritabilis. Videas in illo homine ridiculam animi debilitatem, summam animi remissionem & dissolutionem, languorem, imbecillitatem. Minimus terror ejus animum frangit, minuit, effœminat, illi animum adimit. Ad minimum terrorem animis cadit, animum despondet, contrahit, inflectit, demittit, animo deficit, consternitur, tremit. 5. *animo bono.* Facere summâ fide, animo amicissimo. 6. *temeritas, feritas.* Animos alicujus & impetus retardare, contundere, nosco animos tuos & spiritus.

Annales, ium, Chronick / Jahr-Regi-ster. *Epi.* maximi. *Us.* Ex vetustate annalium eruenda est memoria nobilitatis. Ex annalium monumentis, & vetustis commentariis hæc petenda sunt.

Annalis, e, zum Jahr gehörig. *Usus.* Lex annalis, *quæ certos Magistratui cuivis capessendo annos præscribit.* Majores nostri leges annales non habebant.

Annecto, is, anknüpffen. *Syn.* agglutino,

Bayerische Staatsbibliothek München

tino.)(*Avello.* *Us.* Stomachus ad linguam annectitur.

Annellus, i, Ringlein. *Syn.* annulus parvus. *Us.* Epicuri imaginem in poculis & annellis habebant.

Anniversarius, a, das jährlich geschiehet. *Syn.* quod singulis annis recurrit, revertitur. *Us.* Agere sacra anniversaria, festos dies anniversarios. Anniversariæ cœli vicissitudines.

Annô Domini, von Christi Geburt an. Annô post Christum Natum; Christi nati: annô à salute humanâ hominum generi restitutâ, datâ, recuperatâ; anno à partu Virginis, Virgineo, à puerperâ Virgine, à Deipara Virgine, à partu matris semper Virginis; annô partûs Virginei, salutis per Christum restitutæ, annô à Christo nato, Servatore; annô reparatæ, recuperatæ salutis humanæ, salutiferi partûs, salutiferæ incarnationis MDCCXVI hoc opus congestum est.

Annona, æ, Nahrung. *R. ab anno, anni proventus.* *Syn.* res frumentaria, aut alia res, quæ ad annum reponitur. *Epi.* cara, carior, carissima, durior. *Usus.* 1. *annonæ penuria.* Summa annonæ caritas. Rei frumentariæ inopiæ difficultas premebat. Ingravescebat, fiebat durior annona. Frugum inopia, arcti commeatus; arctiorem annonam hostis, clausum mare faciebat. Annonâ laborabatur. 2. *annonæ vilitas.* Secuta tandem est annonæ levatio, vilitas. Levavit, laxavit, præstitit annonam Magistratuum solertia. Apertis horreis pretia frugum levata sunt. Consecuta est ex summa inopia summa vilitas.

Annosus, a, alt. * *Syn.* multos annos habens. *Us.* Annosa arbor, anus. *V. Senex.*

Annoto, as, aufzeichnen. *Syn.* noto, observo. *Us.* Et meminisse, & annotare oportet. *V. Noto. Animadverto.*

Annularius, ii, Ringleinmacher. *Syn.* opifex annulorum.

Annulatus, a, der Ringe trägt. * *Syn.* annulis ornatus. *Us.* Quia incedunt cum annulatis auribus.

Annulus, i, ein Ring. *R. ex an præposit. inseparab.* vel *ab ἀνειλῶ, obvolvo.* *Epi.* aureus. *Us.* Annulô in cera sigillum imprimere.

Annumero, as, darzu rechnen. *Syn.* in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero. *Us.* 1. His libris innumerandi sunt illi de republica. 2. *numerare simpliciter.* Pecuniam alicui adnumerare. Difficile sit omnes de finibus sententias annumerare.

Annuncio, as, verkünden. *Syn.* nuncio, denuncio. *Us.* Ei salutem à me annunciabitis.

Annuo, is, verwilligen. *Syn.* nutu capitis assentio. *Us.* Id ille toto capite annuit. Si annuerit, salvus sum.

Annus, i, Jahr. *Epi.* absolutus, perfectusque, egregius, exiens, fatalis, funestus, gravissimus & pestilentissimus, integer, intolerabilis, judicialis, lenior, magnus, memorabilis, perfectissimus atque ornatissimus, pestifer, plenus atque integer, posterior, postremus, proximus, recentissimus, salubris, salutaris, similis, superior, totus, tranquillus, aut certè munitissimus, uberrimus, quæstuosissimusque, vertens. *Us.* Homeri & Virgilii ætates non annis, sed seculis sunt disjunctæ. Annum ago quadragesimum. Annus nunc tertius est, cùm consulatu decessi. Annus integer abiit, exiit, præteriit, intercessit, interfluxit, quòd te non viderim. Annô vertente, exeunte. *ad finem vertente.* *Phras.* Tempus, spatium annuum; annuæ commutationes. Biennium, triennium; commutationes temporum quadripartitæ. Solidus annus, qui solstitiali circumagitur orbe, cursu solis. Decem æstates, hyemesque continuas circumsessa urbs. *Annus vertens.* Anno circumacto; circumegit se annus; jam ferme in exitu erat; circumactum anni tempus. Biennium jam factum est, quòd abii domo.

Anni, de ætate. Pueri annorum senûm, denûm. Adolescens annorum vicenûm. Quinquenniô me minor es. Quinquenniô te major. Annos natus octo, nondum octavum ætatis egressus. Duorum fratrum ætatibus medius interjectus, der mittlere Bruder. *V. Ætas.*

Annuus, a, jährlich. *Syn.* quod unius anni spatio continetur. *Usus.* Cursus annuus finitur ad rationem solis. Annuum tempus propè emeritum habes.

Anquiro, is, Nachfrag haben. *Syn.* inquiro, quæro. *Us.* Omnes artis locos anqui-

anquirere, omni acie ingenii contemplari. Judicio anquirere. Capite *vel* capitis, *de aliquo crimine. Vul. Contra aliquem procedere criminaliter. V. Inquiro.*

Ansa, æ, eine Handhabe. *Syn.* manubrium, aut id, quô vas capi tenerique solet. *Epi.* plures. *Us. transl. pro occasione.* Dare ansam ad agendum. Retinere ansam ad eum exagitandum. Capere ansam dicendi. *V. Occasio.*

Ansatus, a, der beyde Hände in die Seiten setzt. * *Syn.* quod ansam habet. *Us.* Homo ansatus, qui subnixis alis sese infert.

Anser, is, eine Ganß. *Us.* Anseribus in capitolio & canibus cibaria publicè præbentur.

Ante, vor. *Syn.* præ, pro, à fronte, in conspectu, ob.)(*Post.* *Usus.* 1. *loci ratione.* Ante tribunal, ante pedes vestros, ante oculos, ante suum fundum Clodius Miloni insidias parat. 2. *ratione tempor.* Ante tempus Consulatum inis. Idem jam quatriduo ante cogitâram. Proximè tu dices, ante ego censueram. *Interdum omittitur.* Quarto (*subintell.* ante) Calendas Novembres, Idus, Nonas. 3. *magis, in comparatione.* Te ante alios diligo. Virgo longè ante alias specie insignis. Numidæ ante omnes barbaros in Venerem effusi. Nulli mortalium armis aut fide ante Germanos.

Antea, zuvor. *Syn.* antehac, ante hoc tempus, superioribus diebus, superioribus temporibus. *Usus.* Ad te antea, atque adeò priùs scripsi. Id magis nunc opportunum, quàm unquam antea.

Anteactus, a, vorgeschehen. *Syn.* superior. *Us.* Ex anteacta vita facere judicium de aliquo.

Antecaptus, a, vorgekommen. *Syn.* ante conceptus. *Usus.* Antecapta quædam animô totius rei informatio, opinio.

Antecedo, is, vorgehen. *Syn.* anteeo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, anteverto.)(*Sequor. Adv.* efficienter. *Us.* Biduum illum antecessi. Aliquem authoritate, ætate, usu rerum antecedere.

Antecello, is, übertreffen. *Syn.* excello, præsto, antesto.)(*Inferior sum. Adv.* longè, longè & multum. *Usus.* Vir sapientiâ, humanitate, integritate, militari laude antecellens. Chaldæi astrorum scientiâ aliis gentibus antecellunt. Eloquentiâ, ingenii gloriâ antecellere.

Antecessio, nis, Vorgang. *Syn.* præcursio, prægressio, præcursus.)(*Consecutio.* *Us.* Vir sapiens causas rerum videt, earumque prægressus quasi antecessiones non ignorat.

Antecessor, is, Vorgänger. * *Syn.* qui antecedit. *Us.* Res per speculatores & antecessores equites nunciatur.

Antecursor, ris, Vorlauffer. * *Us.* Cum antecursoribus Cæsaris prælium commisit.

Antedico, is, zuvor sagen. *Syn.* prædico, ante prædico. *Usus.* Augurum est, antedicere ea, quæ vitari possunt.

Anteeo, is, ire, vorhergehen. *Syn.* antecedo, Præeo, præcedo. *Us.* Præstantia animi omnibus bonis corporis anteit. Si me amas, fortunam ipsam fortunis anteeo meis. Aliquem tempore, ætate, intelligentiâ, virtute anteire.

Antefero, ers, vorziehen. *Syn.* antepono, præpono. *Adv.* longè. *Usus.* Iniquissima pax justissimo bello, bonus Imperator optimo Jurisperito anteferendus est. Catonis fortunam afflictam omnibus Cæsaris triumphis antefero.

Antegredior, eris, vorher gehen. *Syn.* progredior, antecedo, anteverto.)(*Sequor. Adv.* fortuitò. *Us.* Lucifer, cùm solem antegreditur; cùm subsequitur, Hesperus dicitur. Omnia, quæ fiunt, causis fiunt antegressis.

Antehac, vor diesem. *Syn.* antea. *Us.* Antehac sperare licebat, nunc etiam spes erepta est.

Antelucanus, a, vor Tag gemachet. *Syn.* quod ante lucem est, vel fit. *Us.* Tempus antelucanum. Literatus antelucanâ opificum industriâ ne se vinci sinat. Cœnæ antelucanæ.

Antemeridianus, a, das vor Mittag ist/ oder geschicht. *Syn.* quod ante meridiem est, vel fit,)(*Pomeridianus, vespertinus.* *Us.* Antemeridianus sermo. Antemeridianis literis tuis me recreasti.

Antenna, æ, Segel-Stang. *Syn.* transversum

versum in navi lignum ad malum, cui velum alligatur. *Usus.* Quid tam in navigio necessarium, quàm prora, puppis, antennæ, vela, mali?

Anteoccupatio, nis, Vorkommung. *Figura Rhetorica.* *Epi.* Impulsior.

Anteoccupo, as, voreinnemmen. *Syn.* præoccupo. *Usus.* Ut ante occupet, quod putat opponi.

Antepilani, orum. * *Usus.* Hoc agmen antepilanos vocabant.

Antepono, is, vorsetzen. *Syn.* Præpono, præfero, antefero, præstabilius puto, primas omnium alicui do, aliquid primum & summum habeo. *Adv.* Longè, nimirum, rectè, stultè. *Usus.* Ego nec meum consilium nec judicium tuo, nec laude probitatis me tibi antepono.

Antepraedico, is, zuvor vorsagen. *Syn.* Prædico. *Usus.* Itaque hoc apud vos testificor, denuncio, antepraedico.

Antequam, Ehe dann. *Syn.* Priusquam, antea quàm. *Usus.* Scribam, antequam discedo. Dic priùs, quid facturus sis, quàm abeas.

Antesignanus, i, der vor dem Fähnlein gehet. *Syn.* Primipilus miles, qui ante signum in acie collocatur. *Usus.* Antesignanus miles, judex.

Antesto, as, fürtreffen. *Syn.* Præsto, antecello, excello. *Adv.* Multùm. *Usus.* Crotoniatæ olim corporis viribus omnibus anteteterunt.

Antevenio, is, ire, vorkommen. * *Syn.* Prævenio. *Usus.* Consilia & insidias hostium antevenire. Omnibus rebus amorem credo antevenire, *præstare.*

Anteverto, is, vorkehren. *Syn.* Præverto, antecedo.)(*Subsequor.* *Usus.* Itinere illum antevertit. Antequam tecum agerem, antevertisti.

Anticipatio, nis, Vorkommung. *Usus.* Quis non habet sine doctrina anticipationem quandam Deorum? i. e. *Anteceptam animo informationem, agnitionemve Deorum.*

Anticipo, as, vorkommen. *Syn.* Anteoccupo; anteverto. *Usus.* Quid anticipas molestias diu post secuturas? Anticipatum est mentibus nostris, DEUM humana forma concipere.

Antipodes, um, die Leuth/ die ihre Füß gegen uns kehren. *Syn.* Adversi Orbis gentes. *Usus.* Antipodes è regione nobis, adversis stant vestigiis, adversa nobis urgent vestigia.

Antiquè, alt. * *Usus.* Quædam antiquè, pleraque durè dicit.

Antiquitas, is, die alte Zeit. *Syn.* Vetustas. *Epi.* Incorrupta, mutata, ultima. *Usus.* 1. Antiquitas proximè ad Deos. In exemplis authoritatem habet antiquitas. 2. *Priscorum facta & mores.* Multis in rebus errabat antiquitas; nec omnia antiquitati concedenda. Cato documentum virtutis, antiquitatis, prudentiæ.

Antiquo, as, abbringen. *Syn,* Abrogo. *Usus.* Legem, rogationem antiquare. *V. Aboleo.*

Antiquus, a, alt. *R. q. ante ævum.* *Syn.* Vetus, priscus,)(*Recens.* *D.* Senes, *quantum ad privatam vitam.* Veteres, *quantum ad publicum tempus*, Antiqui *utrique dicuntur, sed magis* veteres, *quàm* senes. *Adv.* Admodum, non ita. *Usus.* Hæc nimis antiqua & obsoleta sunt. Hæc memoriâ nostrâ antiquiora sunt. Homo antiquus, *simplex*, qui ex sua natura cœteros fingat. In hoc homine vestigia antiqui officii remanent. *Phras.* Quæ tu narras, antiqua sunt; horum non satis explicata recordatio, quæ propter vetustatem obsoleverunt; jam diu gesta & à memoria nostra remota. Perantiqua sunt ex annalium monumentis & regum memoriis repetenda. Res sunt vetustate, seniô & situ oblite- ratæ; vetustate nimia obscuræ, ut quæ ex magno intervallo non cernuntur. Exoleta vetustate annalium exempla; exesa vetustate monumenta; profundæ vetustatis caligine obducta. *V. Vetus.*

Antiqua verba. *Phras.* Versus affers, quos Fauni olim vatésque canebant; prisca verborum vetustate uteris; verba adhibes ex Faunorum & Aboriginum sæculo repetita. Veterum verborum cupidissimus es. Quasi cum matre Evandri loquare, sermone abhinc multis annis desito uteris. Exoletas & reconditas voces, verborum monstra aucuparis.

Antiquior, issimus. *Syn.* Charior, melior, potior, charissimus, optimus, potissimus. *Usus.* Nihil tibi sanctius sit, & antiquiùs, quam &c. Nihil habui antiquius, quàm salutem publicam. Nihil vitâ charius, nihil antiquius,

quius. Hæc mihi cura erit antiquissima. *V. Potior.*

Antistes, itis, Vorsteher. *Syn.* Primarius unius templi sacerdos. *Usus.* Cæremoniarum & sacrorum antistites, religionum interpretes.

Antistita, æ, Vorsteherin. *Syn.* Primaria sacerdos & vates. *Usus.* Fani Cereris antistita.

Antrum, i, ein Höle. * *Syn.* Caverna.

Anus, i, ein Ingeweid des Leibs. *Usus.* Anum appellas alieno nomine, cur non suo potiùs?

Anus, ûs, altes Weib. *Syn.* Vetula mulier. *Epi.* Delira, excors, fatidica. *Usus.* Quæ anus ita ut tu deliret, ita somniis credat?

Anxiè, angsthafftiglich. * *Syn.* Sollicitè, curiosè, cum anxietate. *Usus.* Anxiè rem tulit. Vir anxiè doctus, diligens.

Anxietas, tis, Angst. * *Syn.* Proclivitas ad angorem. *D.* Anxietas *ab* angore, *ut* ebrietas *ab* ebriositate. *V. Sollicitudo. Dolor.*

Anxietudo, inis, Angst. *Syn.* Anxietas. *Epi.* Prona ad luctum, & mœrens, semperque ipsa se sollicitans.

Anxius, a, angsthafft. *Syn.* Qui naturâ proclivior est ad angorem. *Usus.* Morosi sunt, iracundi, anxii, & difficiles senes. Sollicitus & anxius amor. Esse animo anxio. *Phras.* In angustiis sum; omnibus rebus urgeor; in summas angustias adductus, inclusus; valde suspensô animô expecto, quî evadam. Angor animo; circumventum me video; metu conficior & angore. Non mediocriter pertimescit, circumspicit, æstuat. Qui illi æstus, qui error, quæ tenebræ? Tremit animo, titubat, hæsitat; quo se vertat, nescit. Cruciatur, æstuat, tergiversatur. Caput sinistrâ perfricans secum commurmurat; nocturno metu & diurno vitam agit angorum plenissimam. Æger animi, trepidus rerum suarum, nec satis certus, quô locô res sint suæ. Afflictat se, manus supplices ad cœlum tendit. Cogitationibus animos exedit, gravatum animi anxietate corpus ægrè trahit. Ea res miserum sollicitabat plurimis modis. Animo discruciatur. In angustum ejus coguntur copiæ. *V. Sollicitus.*

Apage, & Apagete, hinweg! *Syn.* Abigentis vox & fastidientis aliquid. *Usus.* Apage cum illo.

Aper, pri, wild Schwein. *Syn.* Sylvester porcus. *Epi.* Ingens. *Usus.* Hercules cum Erymanthio apro confligens.

Aperio, is, ire, öffnen. *Syn.* Clausum patefacio.)(*Claudo. Adv.* Aliquando, breviter, diligentius, paulùm, studiosiùs. *Usus.* 1. Non ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire nequeat; nec ita reseranda, ut pateat omnibus. *Phras.* Domum meam amicis aperio, pando, resero; patet domus mea; nemini clausa est amicorum. Adapertæ, expassæ fores; angulos ædium mearum omnes amicis pervios facio. 2. *Declaro, indico, demonstro, explico, pando, dissero apertè, facilè reddo.* Studia, consilia, cogitationes, sententias meas tibi aperire soleo. Philosophiæ fontes Socrates primus aperuit. Ego in Senatu sceleratorum consiliorum fontes aperui. Virtus sibi reditum in patriam aperuit. Fores amicitiæ; occasionem ad invadendum aperire.

Apertè, öffentlich. *Syn.* Publicè, planè, non obscurè, non dissimulanter, rectè.)(*Circuitione, ex insidiis, tectè.* *Usus.* Apertissimè & planissimè rem explicare. Proferre aliquid apertè falsum. *Phras.* Simpliciter & candidè rem pandere. Res in aperto ac propatulo loco; in ore atque oculis provinciæ palàm gesta; luce palàm; inspectantibus omnibus. *V. Palam.*

Apertura, æ, Oeffnung. * *Syn.* Quasi os quoddam in ædificiis. *Usus.* Contra eas cellas relinquantur aperturæ.

Apertus, a, offen. *Syn.* Apertissimus, patens, manifestus, planus, ante oculos positus. *Usus.* 1. Nihil tam clausum, tam reconditum, quod istius cupiditati non apertissimum promptissimúmque foret. Apertam simultatem gerere, apertum scelus. Nihil tam apertum, tam perspicuum. 2. *Facilis, perspicuus, perspectus, patens.* Multus tibi apertus est ad laudem cursus. Homo apertissimus. Aperta, dilucida narratio. *Phras.* Apertus ingenio, semper fuit apertissimus.

Eo ingenio natus, ut amicitiam & inimicitiam in fronte promptam gerat. Animum in vultu & lingua promptum habet. Simplice & aperto animo. *V. Sincerus.*

Apex, icis, Knopff/ Spitz. *Syn.* fastigium. *Usus.* 1. Apex senectutis est authoritas. 2. *Diadema, insigne regium.* Aquila Tarquinio apicem imposuit.

Aphractum, i, ein ringfertig Schiff. *Syn.* genus navigii Rhodiis usitati. *Us.* Morata est navigationem aphractorum imbecillitas.

Apis, is, Beinlein. *Syn.* insectum mellis opifex. *Us.* Homines mollitiâ fluentes apis aculeum ferre non possunt. Apum examina; quibus plurimùm natura ingenii atque artis tribuit. Dicuntur musarum volucres.

Apologus, i, eine Fabel. *Syn.* fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia. *Us.* Narrationes apologorum.

Apophthegma, tis, ein kurtzer wohlgefallener Spruch. *Syn.* breviter & commodè dictum.

Apotheca, æ, ein Gehalter. *Syn.* taberna vel potiùs cella vinaria. *Usus.* Domos omnium & apothecas scrutari.

Apparatè, herrlich/ köstlich. *Syn.* cum apparatu, magnificè. *Us.* Itaque edit & bibit jucundè sanè & opiparè & apparatè.

Apparatio, nis, Zubereitung.)(*Inapparatio.* *Us.* Magnificentia & apparatio popularium munerum.

Apparatus, ûs, Rüstung. *Syn.* apparatio, magnificentia. *Epi.* epularum à magnificentia recedens, magnificus, non privatus aut plebejus, sed patricius & prætorius, major, maximus, minor, navalis, præclarus, regius, tantus, tam præclarus, tenuissimus. *Usus.* Delectant me magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Dies festus argento, veste, omni apparatu, ornatuque visendo agitur. Regiô epularum, prandiorum apparatu accipi. Nullô apparatu purè & dilucidè dicere. Hæc erat totius operis designatio & apparatus. Apparatu nobis opus est & rebus exquisitis undique, & collectis, accersitis, comportatis.

Appareo, es, erscheinen. *Syn.* adsum, videor, præsto sum, compareo, exto, existo, speciem habeo, in conspectum me do.)(*Occulto.* *Adv.* leviter, clariùs, facilè, nusquam prorsus, planè, seriùs. *Us.* 1. Nulla uspiam navis prædonum, equi nulli, nulli equites apparuêre. DEUS ille sub anguis specie Syllæ apparuit. 2. *patet, liquet.* Ut apparet ex ejus orationibus, ut apparet ex granditate verborum, fuit vir doctus. Quò magis opprimitur, eò magis eminet & apparet, eò magis ejus virtus elucet, & quasi ex ipso perlucet, enitescit. Dilucebunt demum, detegentur fraudes tuæ. *V. Emineo.*

Apparitio, nis, Erscheinung. *Syn.* apparitoris officium. *Epi.* longa. *Us.* In longa ejus apparitione fidem ejus & abstinentiam cognovi.

Apparitor, is, Diener/Stadtknecht. *Syn.* satelles, stipator, minister. *Epi.* humilis & abjectus, necessarius, recens. *Us.* Quis unquam apparitor tam humilis tam abjectus? *V. Accensus.*

Apparo, as, zubereiten. *Syn.* comparo, paro. *Adv.* omnino, opiparè. *D.* Præparare *est antea utilia parare*, apparare *ad dignitatem quandam, ac veriùs pompam.* *Us.* Bellum apparavit, suscepit, confecit. Convivium, cœnam, nuptias, prandium apparare & ornare. Crimina in insontem apparare. Ludi apparatissimi. Instructa & apparata domus rebus omnibus. *V. Paro.*

Appellatio, nis, Appellation. *Syn.* compellatio. *Epi.* improbissima, inanis, lenis, vænalis. *Us.* Regum appellationes vænales erant. Ea tribunorum appellatio intercessit auxilii causâ.

Appellator, is, der appelliert. *Us.* Vix manus ab illo appellatore abstinebantur.

Appello, as, nennen. *Adv.* asperiùs, blandè, blandissimè, comiter, commodè, communiter, duriùs, græcè, gravissimè, honorificentissimè, identidem, inutiliter, ita sanè, latinè, meliùs, nimirum rectè, nominatim, nusquam, omnino, omnino non, pessimè, prudenter, rectè, ritè, superbiùs, tectiùs, temerè, valde probè, verè, ultro, vulgo. *Us.* 1. *voco, compello, alloquor.* Rem suo nomine appellare. Salutare benignè, comiter, hilariter appellare unumquemque. Blando sermone milites appellare. Superbiùs,

biùs, asperiùs, duriore verbo appellare quemquam. 2. *nomino, nuncupo.* Nunquam non Cæsar Pompejum honorificè appellat. Nominatim, nomine aliquem & tertio quoque verbo appellare. *Vul. Alloqui.* 3. *in jus voco, debitum reposco.* Cur me post biennium primò appellas? sponsores appellare. De pecunia quem appellare. 4. *invoco & confugio ad.* Quis mihi DEUS appellandus, quæ hominum fides invocanda, imploranda? A prætore ad tribunos, vel tribunos appellavit. *Vul. Majorem potestatem aut brachium imploro. V. Nomino. Voco.*

Appello, is, anländen. *Syn.* applico, admoveo, accedo. *Adv.* valde timidè. *Us.* 1. Classem, navim ad littus, ad scopulos appellere. 2. *transl.* Animum appellere ad literas, ad uxorem, ad scribendum. Nunquam tuas rationes ad eos scopulos appulisses, si &c. Classis appulsa. Appulsi in navibus hostes. *V. Accedo.*

Appendicula, æ, kleiner Zusatz. *Syn.* corollarium. *Us.* Est hæc quasi appendicula ejus causæ.

Appendix, cis, ein Anhang. *Syn.* additamentum, corollarium. *Us.* Appendix animi corpus.

Appendo, is, anhangen. *Syn.* pendo, annecto, suspendo. *D.* Perpendo, *exactè pondero,* Expendo *ejusdem ferè significationis;* Appendo, *suspendo ad lancem, vel staterам pondero.* *Us.* Non adnumero verba, sed appendo. Omnia sua tibi adnumeravit, concessit, appendit. Aurum appendere aurifici.

Appetentia, æ, Begierd. *Syn.* appetitus. *Epi.* effrænata. *Us.* Lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam efficit.

Appetitio, nis, Begierd. *Syn.* appetitus, cupiditas.)(*Declinatio. Epi.* immoderata, nimia, naturalis. *Us.* Animi appetitiones omnes ad summi boni adeptionem tendant.

Appetitus, ûs, Begierd. *Syn.* appetitio, appetentia, impetus, ὁρμή. *Epi.* vehementior. *Us.* Natura belluis dedit sensum & modum, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares. Appetitus rationi obediant, subjecti sint, obedientes se præbeant, obtemperent. Contrahere & sedare omnes appetitus, ut tranquilli sint, & omni perturbatione careant. *V. Desiderium.*

Appeto, is, begehren/ wünschen. *Syn.* cupio, opto, peropto, desidero, expeto, aveo.)(*Refugio. D.* Appeto *cum affectu qualiacunque,* Expeto *cum ratione honesta & bona.* *Adv.* ardentiùs, cupidè, frustra, magnificentiùs, plùs semper, rabidè, ultro. *Us.* 1. Non solùm non recuso, sed appeto, reposco. Homo voluptatum, gloriæ appetentior. Homo cupidus, laudis appetens. 2. *invado, impeto.* Vita ejus sæpe ferrô insidiis appetita est. Lapidibus se appetitum & percussum clamitat. *V. Peto. Desidero.*

Appingo, is, zusetzen. *Us.* Novis semper aliquid appingitur, *additur.*

Applaudo, is, frolocken. *Syn.* manuum vel pedum plausu favorem significat. *Us.* Cui civium generi maximè applauditur. *V. Plaudo. Admurmuratio.*

Applausus, ûs, das Frolocken mit den Händen. *Syn.* favor popularis. *Epi.* magnus. *Us.* Assentiente populô magnô applausu dixit. *V. Plaudo. Plausus.*

Applicatio, nis, Zufügung. *Syn.* adjunctio, adjectio. *Us.* Amicitia potiùs ex applicatione quadam animi cum sensu amandi, quàm à cogitatione utilitatis secuturæ oritur. Jus applicationis.

Applico, as, zusammenfügen. *Syn.* adjungo. *Adv.* familiariter, maximè, studiosè. *Us.* 1. Applicare naves ad terram, terræ, in locum aliquem. Flumini castra, se ad arborem applicare. 2. *adjungo.* Se ad aliquem præsidii causâ; se ad ductum alterius, ad fidem & amicitiam populi applicare. Se ad doctorem, ad familiaritatem alicujus applicare. Alii ad jus civile, ad eloquentiam alii se applicant. Animum denique ad frugem applicuit. Ad deteriorem partem animum ægrotum applicare. *V. Adjungo.*

Appono, is, zusetzen. *Syn.* affingo, adscribo, addo, adjungo, antepono, pono, admoveo, adduco. *Us.* 1. Aliquid ad ignem apponere. Notam alicui rei, ad rem aliquam, ad malum versum adscribere, apponere. Ad illa præcepta aliquid de suo apposuit. Nec dies tuæ epistolæ nec signum appositum est. 2. *pono.* vitiis modum; custodem alicui apponere. Lucro apponere aliquid. 3. *è composito adhibeo.* Accusatorem alicui, calumniatorem apponere. *Vul.* subornare aliquem, qui accuset. *V. Addo. Adjicio.*

Apporto, as, hinzutragen. *Adv.* undique. *Us.* 1. Multos secum morbos senectus apportat. Clitellis frumentum eò apportandum est. 2. *nuncio.* Quid apportas novi? bonum, gaudium apportas, an malum? *V. Affero.*

Apposite, wol/ eigentlich. *Syn.* aptè, accommodatè, convenienter. *Us.* Cœtera apposite tibi mandabo.

Appositio, nis, Zusatz. *Syn.* additio, adjunctio. *Us.* Obscuriora sunt præcepta sine appositione exemplorum.

Appositus, a, zugesetzt. *Syn.* aptus, accommodatus. *Adv.* bene, maximè. *Us.* Locus minimè appositus ad pietatem, ad tolerandam calamitatem. Forma ad dignitatem apposita. Tempus ad studendum appositissimum amici eripiunt. *V. Accommodatus. Aptus.*

Apprehendo, is, ergreiffen. *Syn.* accipio, appeto. *Us.* 1. Alicujus manum apprehendere. 2. *Transl.* Quod ego apprehendebam, mox accusator eripiebat è manibus.

Apprime, überaus. *Syn.* valdè, multùm, perquam. *Us.* Apprimè doctus, nobilis, probus homo.

Approbatio, nis, Gutheissung. *Syn.* comprobatio. *Epi.* inutilis, magna, popularis, tanta, turpis. *Us.* Id vulgi assensione, populari approbatione & plausibus metiendum est.

Approbator, ris, Bewährer. *Syn.* author, comprobator. *Us.* Tu fuisti suasor, impulsor itineris mei, magis autem approbator.

Approbo, as, gut heissen. *Syn.* comprobo, laudo, fidem alicui rei tribuo, confirmo.)(*Improbo repugno. Adv.* honorificè, mirabiliter, necessariò, temerè, valde, vehementer. *Us.* Milites Ducis sententiam magno clamore, unâ voce approbarunt, laudarunt. Quod actum est, Dii approbent. Utinam tibi consilium, officium meum approbem, *probem. Thras.* Summâ assensione plebis, secundis admurmurationibus Senatûs auditus est. Conclamavêre omnes & approbavêre, ita fieri oportere. Rata omnes habuêre. Itum est, pedibus itum est in ejus sententiam. In ejus sententiam discessio facta est. Nisi populus fundus factus esset, author, *comprobator*; ni & patres authores fierent, ratum non erat. In ejus sententiam discessum est. *V. Probo. Assentior. Astipulor.*

Approbantis Formulæ. Festivè, *ironicè.* Optimè. Non possum, quin exclamem: Bene hercle factum. Euge optimè. Hem illuc est, patrem esse æquum filio. Eu, probè. Eugepæ nunc places, *iron.* Vir es. *Probissimè.* Factum bene. Beâsti.

Appromitto, is, für einen verbürgen. *Syn.* promitto. *V. Promitto.*

Appropero, as, hinzu eilen. *Syn.* propero. *Us.* Ut approperent, adhortabor. *V. Propero.*

Appropinquatio, nis, das Hinzunahen. *Us.* Senectus est appropinquatio mortis.

Appropinquo, as, hinzu nahen. *Syn.* accedo, advento, prope, propiùs, proximè accedo, prope, propiùs sum; prope, propiùs adsum; vicinus sum ad faciendum aliquid, admoveo, propiùs admoveo, impendeo; pedem confero, ut ajunt; subsum.)(*Absum. Adv. valde. Us.* Ejus rei maturitas nondum venit, etsi appropinquet. Impendet fatum aliquod, planè instat, certè appropinquat. Alicui, ad aliquem appropinquare. *V. Vicinus.*

Appulsus, ûs, Zuländung. *Syn.* invasio, accessio. *Epi.* nimius. *Us.* 1. Tactus frigoris & caloris omnes appulsus nimios sentit. 2. *commotio, incitatio.* Tribus modis Deorum appulsu homines somniant. *V. Adventus.*

Apricatio, nis, Wohnung an der Sonnen. *Us.* Unam in tua villa apricationem omnibus istorum regnis antefero. Calescere apricatione vel igni.

Apricor, aris, an der Sonnen seyn. *Syn.* ad solem manere. *Us.* Alexander apricanti Diogeni officiebat.

Apricus, a, am sonnächtigen Orth gelegen. *R. q. apericus ab aperiendo. Syn.* ad solem apertus.)(*Opacus. Us.* Hortus, locus, vinea aprica.

Aptè, geschicklich. *Syn.* appositè, accommodatè, congruenter. *Us.* Aptè dicere & numerosè. Facilè judicamus, quid aptè fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Ad rerum dignitatem loqui aptè & quasi decorè.

Apto, as, zusammen ordnen. * *Syn.* accommodo, compono, paro.)(*Amputo. Us.* Hoc verbum ad hanc sententiam bene aptatur. Pugnæ se aptare. *V. Accommodo.*

Aptus,

Aptus, a, geschickt. *R. ab apiscor, vel* ἅπτω, *connecto. Syn.* Accommodatus, appositus, conveniens, congruens, quod decet, constitutus, habilis, idoneus, consentaneus.)(*Solutus, defluens, ineptus. Adv.* Benè, communiter, maximè, mirabiliter, vehementer, mediocriter, omninò. *Usus.* 1. Ad dicendum natus aptus. Nihil tam aptum, tam conveniens ad res secundas vel asperas amicitiâ. Calceus habilis & aptus ad pedem. Homo non aptissimus ad jocandum, ad docendum. Decet, quod aptum est & consentaneum tempori & personæ. 2. *Cohærens, consentiens.* Partes orationis omnes inter se aptæ & connexæ. Facilius est apta dissolvere, quàm dissipata connectere. Multa dixit, parum apta inter se & cohærentia. *Phras.* Naturâ aptus est ad omnia. Dederat hoc natura, quidquid aggrederetur, ut egregiè conficeret. Natus ad omnia videbatur. Ingenium acceperat à natura ad omnes res appositum atque accommodatum. Eo erat, eo utebatur ingenio, quidvis ut exequi, præstare satis commodè posset. Præcipuo quodam naturæ munere aptus erat, accommodatus, appositus ad omnia. Habebat hoc à natura, ut quamcunque ad rem se conferret, quamcunque rem capesseret, eâ non pessimè perfungeretur, ex ea cum laude discederet. Aptissimus erat ad omnes res. Nemo erat illo commodior aut aptior. Propriè factus à natura videbatur ad omnes res. Appositum quiddam possidebat ad omnes res. In omni re, in omni judicio elegantissimus est. Egregio judicio perpolitus est. Summa est in illo ingenii suavitas & elegantia. Nihil agit non aptè, non commodè, non eleganter, non lautè, non venustè, non lepidè, non egregiè. Lepores, elegantiam, lautitiam, venustatem habet in omni re. Quidquid agit, cum lepore agit, cum elegantia, sic, ut gratiam ab omnibus ineat, ut aptior, accommodatior, idoneus magis videatur esse nemo. Idoneus videbatur; probè affectus ad munus suum fungendum. Satis dexter; negotiis gerendis habilis. Negotiorum haud quaquam rudis. Ingenio commodo, versatili. Dignus, cujus operam adhiberem. *V. Accommodatus.*

Apud, bey. Propinquitatem loci significat. *Syn.* Propè, juxta, ad locum & personam, non procul. *Usus.* 1. *Propè.* Apud Corfinium; apud Romam castra fecit. 2. *Cum, vel domi, vel inter.* Apud matrem rectè erat. Apud Pompejum cœnavi. Apud me insidias sibi dixit factas. 3. *Coram, aliquo audiente.* Apud Pontifices, apud populum dixit. Queritur apud me literis. 4. *Citantis.* Ut apud Poëtam, ùt apud Terentium est. Apud majores nostros hoc erat in more positum. Apud priscos quæsitum est. *Dicitur:* Apud se non esse, *de insano. V. Versor, cum.*

Aqua, æ, Wasser. *R. q. à qua omnia, vel à Græco* χόα, *quod à* χέω, *fundo. Syn. Humor gelidus, rivus. Epi.* Alba, alumna, bellè fluens, calida, dulcis, gelida, intercus, jugis, nigra, pluvia, profluens & uber, summa, turbida & cadaveribus inquinata, uberior, marina, perennis, pulchra. *Usus.* Aqua frigoribus conglaciat, nive concrescit, conclusa facilè corrumpitur. Ducere, deducere aquam in villam. Aquam frigidam suffundere, *alicujus voluntatem immutare, alienare.* Aqua mihi hæret, *adagium.* Aquâ & igni interdicere *proscriptus. Phras.* Aquarum fluxiones, ductus, divortia. Aquæ perennes, bellè fluentes. Aqua imbribus aucta, terram inundans, abundans. Aquæ eo anno ingentes fuere.

Aqua intercus, tis, Wassersucht. *Syn.* Morbus aquosus. *Usus.* Medicamentum dare ad aquam intercutem.

Aquæductus, ûs, Wasserleitung. *Syn.* Ductus aquæ, tubus, Euripus. *Us.* Aquæductus, haustus, iter, actus.

Aquarius, a, zum Wasser gehörig. *Us.* Obtigit tibi provincia aquaria, *aquarum cura.*

Aquarius, ii, der Wassermann. *Epi.* Humidus. *Usus.* Multùm mihi cum aquariis pugnandum est.

Aquatilis, e, das im Wasser lebt. *Syn.* Aquarum incola, in aquis degens, vivens. *Usus.* Bestiæ aquatiles.

Aquatio, nis, das Träncken. *Usus.* Hac aquatione carere non possum. Milites aquationis causâ longiùs progressi.

Aquator, is, Wasser-Träger. * *Usus.* Aquatores nostri ab hostibus pressi.

Aquila, æ, ein Adler. *Epi.* Argentea, ac omnibus perniciosa ac funesta. *Usus:* 1. Nulla avis aquilâ vehementius volat.

volat. 1. *Signum militare.* Aquilam inferre in medios hostes. Inter prædam decem aquilæ relatæ.

Aquilinus, a, adler-artig. * *Usus.* Homo milvinis aut aquilinis unguibus.

Aquilo, onis, Nord-Wind. *Syn.* Septentrionalis mundi pars, & ventus ex ea flans. *Usus.* Domus Aquiloni obversa, Aquilonis frigoribus obnoxia.

Aquilonaris, e, Nordisch. *Usus.* Regio Aquilonaris.

Aquilus, a, adlerfarbig / braun. * *Syn.* Color fuscus & subniger. *Usus.* Homo corpore aquilo.

Aquor, aris, Wasser schöpffen. *Usus.* Oppidani sine periculo aquari non poterant.

Aquosus, a, wasserächtig. * *Usus.* Campus aquosus.

Aquula, æ, Wässerlein. *Syn.* Aqua exigua.

Ara, ein Altar. *Syn.* Altare. *Epi.* Illustris, infima, princeps, vetus. *Usus.* Aram consecrare, dedicare. Ad aram confugere. Pro aris & focis certare, *pro religionibus & liberis.*

Aratio, nis, das Pflügen. *Syn.* Agricultura, agri cultio. *Epi.* Desertæ, glandiferæ & fructuosæ, magnæ, paternæ, relictæ, totæ, vacuæ. *Usus.* Per bellum multæ arationes fructuosæ alioquin desertæ jacent. Vastatæ sunt arationes, & agri vectigales.

Arator, is, ein Ackermann. *Epi.* Experientissimus ac diligentissimus, fortis & experiens, invitus, nobilis, inimicus, laboriosissimus, locupletissimus, magnus & gnavus, miser, optimus, summus, remotissimus à foro. *Usus.* Ex aratore oratorem fieri. Ager ille habuit aratores ducentos. *T. Rusticus.*

Aratrum, i, der Pflug. *Usus.* Aratro terram perstringere; circumducere aratrum. Boum vires ad extrahenda aratra.

Arbiter, tri, ein Scheidsmann. *R.* à βραβευτὴς, *judex.* *Syn.* Præsens, testis, disceptator domesticus. *Epi.* Honorarius, remotus. *Usus.* Aliquid agere arbitris remotis. Secedere in loca arbitris remota. Ad judicandas controversias meas cuperem te arbitrum mihi dari; te arbitrum postulo, capio, sumo. Te rerum mearum arbitrum honorarium statuo. Ad disceptandas res meas te arbitro utar; te arbitrum adigo.

Arbitratus, ûs, Will / Meinung. *Syn.* Sententia, opinio, judicium. *Usus.* 1. Meo arbitratu potiùs, quàm tuo agam, loquar, respondebo. 2. *Libitum, desiderium, optatum.* Illius arbitratu de pace agam. *Vul. Ad placitum alicujus aliquid facere.* Se dare in arbitratum, ditionem alterius, *dedere.* *V. Arbitrium.*

Arbitrium, ii, Meinung. *Syn.* Arbitratus, voluntas, libido. *Epi.* Honorarium, *Usus* 1. Ad alterius nutum & arbitrium fingere se totum & accommodare. Omnia sua ad alterius arbitrium conferre. Ad nostrum arbitrium & libidinem res nostras constituemus. Legum arbitrium penes Principem est. Num id faciendum sit, tuum esto arbitrium. 2. *Judicium honorarium, arbitri sententia.* Judicia legitima, arbitria honoraria. Minos severa arbitria facit apud inferos. *V. Placitum.*

Arbitror, aris, urtheilen. *Syn.* Puto, judico, autumo, censeo. *Adv.* Imprudenter, omninò, magis, necessariò, nimirum similiter, prorsus non, rectè, similiter, usque eò. *Usus.* 1. Patris est arbitrari de filii rebus. Ita est, ut arbitror. 2. *Æstimare.* Arbitrari facultates alterius. *V. Puto. Existimo.*

Arbor, ris, ein Baum. *Epi.* Aurifera, novella, vetula, infelix, senescens. *Usus.* Arbores & novellas & vetulas vivere & senescere dicimus. Proceritates arborum & directæ in quincuncem arborem. Ambulatio ab novellis arboribus opacata. Arbores serere, quæ alteri seculo prosint. Frugifera, felix arbor. *V. Ramus.*

Arbustum, i, Baum-Garten. *Syn.* Arbores multæ ad fructum consitæ. *Usus.* Arbusta foliorum tegmine ornata.

Arca, æ, ein Kaste. *Syn.* Armarium, capsa. *Epi.* Inanis, plena. *Usus.* Animus hominis dives, non arca appellari solet. In arcam argentum ponere. Arcæ alicujus confidere.

Arcanò, heimlich. *Usus.* Arcanò paucula cum illo collocutus sum.

Arcanum, i, etwas heimlichs.

Arcanus, a, heimlich. *Syn.* Commissus, occultus. *Usus.* Arcana occultáque omnia foras extulit. *Phras.* Non sunt ista arcana, non ex occulto aliquo genere literarum quæ-

quæsita, sed sumpta de medio. Non illa interiora; nihil, quod non in concione rectè legi possit. Nihil hic mysteriorum; nihil, quod non committi omnibus tutò possit. In secreto multa cum amicis volutaverat. *V. Occulto. Abdo.*

Arceo, es, abhalten. *R. ab* ἀρκέω, *propulso. Syn.* defendo, tueor.)(*Erumpo. Usus.* 1. Honestas, non pœna ab injuria homines arcere debet. Ferrô arcere contumeliam. 2. *Prohibeo, pello, removeo, averto.* Hostem finibus, pauperes aditu arcere. Flumina arcemus. Juventus à libidinibus arcenda est. Frigora, nives, Solem arcere. 3. *Coërceo.* Servi custodiis arcendi sunt & vinculis.

Arcesso, is, beruffen. *Syn.* Voco, advoco, accersio. *Usus.* 1. Olim ab aratro arcessebantur Consules. In patriam, in senatum arcessere aliquem. 2. *Repeto.* Longiùs inde à capite rem arcessere. Cave, ne verbum arcessitum videatur, *longius captatum, affectatum.* 3. *Accuso.* Aliquem in judicium capitis arcessere. Capitis, magno crimine in periculum capitis arcessere quempiam. Judicio aliquem arcessere. *V. Coërceo. Amoveo. Excludo.*

Archetypus, i, das erste Model eines jeden Dings. *Syn.* Prima forma, exemplar. *Usus.* Archetypus crebris locis refectus & inculcatus.

Archipirata, æ, Hauptmann der Meer-Räubern. *Syn.* Princeps piratarum. *Epi.* Subdititius, terrestris, vetus. *Usus.* Archipirata à latrone productus.

Architector, aris, bauen. *Syn.* Fabricor. *Adv.* Optimè. *Usus.* Mente quidlibet nobis fabricari possumus & architectari. Voluptates invenire novas & architectari. *V. Ædifico.*

Architectura, æ, Bau-Kunst. *Syn.* Architectandi ars. *Usus.* Honestæ artes sunt medicina, architectura.

Architectus, i, Baumeister. *Syn.* Machinator, princeps architectandi. *Epi.* Bellus, malus. *Usus.* 1. Omnium architectorum & machinatorum princeps Chrysogonus. 2. *Transl. Author, magister.* Stoici architecti verborum. Epicurus inventor voluptatis, & quasi architectus beatæ vitæ. Sceleris architectus.

Arctè, eng beysammen. *Syn.* Strictè. *Usus.* Arctè & graviter dormire. Arctè complecti aliquem.

Arcto, as, zusammen trucken. *Syn.* Constringo, angusto. *Usus.* Naves arctatæ. *V. Angustia.*

Arctus, a, eng. *Syn.* Adstrictus, devinctus, ligatus, obstrictus.)(*Laxatus, laxus. Usus.* Arctissimum amicitiæ vinculum. Arctioribus laqueis tenetur, quàm ut evadat. Arctus me somnus complexus est. *V. Angustus.*

Arcula, ein Kistlein. *Syn.* Capsula, parva arca. *Epi.* Muliebris. *Usus.* Meus liber omnes Isocratis arculas consumpsit.

Arcuo, as, Gewölb machen. *Syn.* In modum arcûs curvo. *Usus.* Curru arcuato vectus.

Arcus, ûs, Bogen. *Syn.* Jaculandi instrumentum. *Epi.* Coloratus, intentus, pulcher. *Usus.* 1. Animum tanquam arcum intentum habere. Arcum intendere, adducere; arcum remittere, laxare. 2. *Iris.* Arcus ille è nubibus efficitur.

Ardenter, einbrünstiglich / hefftig. *Syn.* Vehementer, intensiùs, majorem in modum cupere aliquid.

Ardeo, es, brennen. *R. ab arendo. Syn.* Flagro, conflagro, deflagro.)(*Refrigeror. Adv.* Acerrimè. *Usus.* 1. Domus ardebat non fortuitò, sed oblatô incendiô. 2. *Transl. Vexor, agor, angor.* Irâ & dolore ardet. Bellô ardet Gallia veluti communi incendiô. Ardent oculi; ardet illi ad ulciscendum animus. Cupiditate, amore, invidiâ, dolore ardet. Omnium bonorum odia in te ardent. *Phras.* Helenæ causâ Troja conflagravit; incendiô periit; igne absumpta est; consumpta est; arsit; exarsit; flagravit; deflagravit; incensa est. Non mediocre incendium excitatum; vehemens ignis accensus est; ædes multæ conflagrârunt; combustæ; igni correptæ, consumptæ, absumptæ sunt. Gravis periculi, summi damni flamma exorta est.

Ardor, is, Hitze. *Syn.* Incendium, flagrantia, æstus. *Epi.* Acerrimus & mobilissimus, cœlestis, clarus, expressus, imperatorius oculorum, integer & purus & liber, restinctus, summus, nimius, temperatus, tenuis & nulla admixtione concretus, ultimus & altissimus, atque undique circumfusus, & extremus, omnia cingens atque complexus.

plexus. *Usus.* 1. Solis ardore torreri; ardore conflagrare. Ardorem à vitibus pampini defendunt, *propulsant.* 2. *Fulgor*, *splendor.* Ille imperatorius ardor oculorum. Vide in eo magnum ardorem vultûs atque motuum. 3. *Vehementia*, *vis ingens.* Impetus animi, cupiditas vincendi, ardor mentis ad gloriam. Ardorem, cupiditatem restinguere, reprimere. Consedit ille animi ardor & studium. *V. Fervidus. Calor.*

Arduus, a, hoch. *R. ab* ὄρθιος, *in altum tendens.* *Syn.* Ascensu acclivi & aspero.)(*Facilis.* *Adv.* Vehementer. *Us.* 1. Oppidum difficili ascensu ac arduo. 2. *Transl. Difficilis.* Magnum, longi temporis, magnæque cogitationis opus conari. *V. Difficilis.*

Area, æ, ein Platz. *Syn.* Locus sine ædificio in urbe; in rure ager, & ubi frumenta excutiuntur. *Epi.* Præclara, pulchra. *Usus.* Æstimatores magni æstimant tuas areas. In areis fraudare Decumanum, *decimatorem.* Nemo frumentum de area tollat.

Arena, æ, Sand. *Usus.* Arenam emere, aut paludem.

Arenosus, a, sandächtig. *Usus.* Terra, littus arenosum.

Areo, es, fast dörz seyn. * *Usus.* Fauces arent siti.

Aresco, is, dörz werden. *Syn.* Viriditatem amitto.)(*Madesio.* *Usus.* Arescere herbæ & interfici incipiunt. In alienis malis lachryma citò arescit.

Argentaria, æ, Wechselbanck / Wechsel. *Syn.* Argentariorum munus, functio, vel taberna. *Epi.* Dissoluta, non ignobilis, maxima. *Usus.* Argentariam non ignobilem fecit. Dissolvere argentariam.

Argentarius, ii, Wechsler. *Syn.* Qui argentariam facit, trapezita, collybista, campsor. *Epi.* Gratiosus apud omnes homines. *Usus.* Augusti avus fuit argentarius. Vidi hoc in argentariorum tabulis.

Argenteus, a, silbern. *Usus.* Aquila, signa argentea.

Argentum, i, Silber. *Syn.* Metallum. *Epi.* Cælatum, expositum, grande, optimum, plenum artis, purum, tam præclarum, tam nobile. *Usus.* 1, In illa insula ne scrupulus argenti inventus est. 2. *Pecunia*, *nummi argentei.* Navis erat plena argenti facti & signati. Argentum cælatum. Argento aliquem emungere. *V. Pecunia.*

Argilla, æ, weicher Lett / Leim. *Syn.* Terra tenax. *Usus.* Hic homulus ex argilla & luto fictus.

Argumentatio, nis, Beweisung. *Syn.* Ratio, argumentum, inventi artificiosa expolitio. *Epi.* Aptissima ad judicationem, bipartita, expers artis, firma, firmior, firmissima, necessaria, probabilis, vehemens, accommodata, contraria, longa & brevis, multa. *Usus.* Argumentatio est argumenti explicatio. Argumentationem quærere, invenire, concludere.

Argumentor, aris, Beweiß führen / folgern. *Syn.* Argumentis ostendo, probo; argumentis vel conjecturis prosequor. *Adv.* Sedulò. *Usus.* Sed quid ego argumentor, quid plura disputo? Tu quidem sedulò argumentaris, quò ista pecunia pervenerit, quid de ea sperandum.

Argumentum, i, ein Beweiß. *Syn.* Ratio. *Epi.* Accusatorium, probabile inventum, certius, certissimum, commune, falsum, firmum, grave, gravissimum & firmissimum, magnum, majus, maximum, mediocre, molestum & difficile, multum, parvum, pertenue, præclarum & nobile, premendum, propositum, proprium, simile, universum, aptum quoddam & paratum singulis causarum generibus, certum, clarum, clarius luce, consimile, expeditum, exquisitum, firmius, gravius, insitum aut assumptum, leve, levissimum, medium, plurimum, perfectum, probabile & necessarium, utile. *Usus.* 1. Argumentum est ratio, rei dubiæ faciens fidem. Argumentum proponere, excogitare, afferre. Argumentum ducere ab adjunctis, Stoicorum more breviter astringere, premere, dilatare. Ex re obvia nancisci, arripere, accipere. 2. *Conjectura*, *signum*, *indicium*, *nota*, *causa*, *occasio.* Extant certissima argumenta & indicia sceleris. Id magno argumento est, hominem innocentem esse. Id ego jam antea multis argumentis indicâram. 3. *Poëmatis*, *Comœdiæ*, *Tragœdiæ materia.* Tragici, cùm explicare argumentum nequeunt, ad Deos confugiunt. 4. *Quæcunque res*, *de qua agen-*

agendum, *subjecta materia tractanda*. Deest mihi argumentum scribendi. Egeo argumento epistolarum. Audite concionis ejus argumentum. *Phras*. Aliquid exquisitis rationibus confirmare; accuratè disserere; rationibus conquisitis disputare. Argumentis & quasi rerum notis uti ad probandum; rationibus concludere; brevia & acuta consectaria ducere. *V. Probo. Confirmo. Disputo.*

Arguo, is, straffen. *R. ab* ἀργέω, *ferior. Syn.* Accuso, insimulo, incuso.)(*Defendo. Adv.* Suspiciosè. *Usus.* 1. Aliquem gravis sceleris, de gravi scelere, facinoris reum arguere. 2. *Affirmo.* Arguo te pecunias in præmium sceleris accepisse. Tu arguis, ego nego. *V. Reprehendo. Culpo.*

Argutè, spitzfindig. *Usus.* Acutè mihi & argutè respondit. Callidè, argutèque aliquid conjicere. De difficillimis argumentis argutè disputavit.

Argutiæ, arum, Spitzfindigkeiten. *Syn.* Acumen, elegantia, jocus, urbanitas. *Usus.* Illa oratio multum argutiarum, acuminis, urbanitatis habuit. Argutiæ digitorum, *celeritas. V. Acumen. Iocus.*

Argutor, aris, schwätzen / klüglen. * *Usus.* Totam diem argutatur quasi cicada.

Argutulus, a, lustig. *Usus.* Perfeci libros sanè argutulos.

Argutus, a, listig. *Syn.* Qui argutias habet, callet, festivus, urbanus, concinnus, elegans, acutus. *Adv.* Nimium, planè. *Us.* 1. Poëma facit ita argutum, concinnum, elegans, ut nihil supra. Quis in sententiis subtilior, argutior? Dialectici se compungunt suis acuminibus & argutiis. 2. *Mobilis.* Oculi nimis arguti, ut affecti simus, arguunt. Manus minùs arguta digitis. *V. Facetus.*

Aridus, a, dörr. *Syn.* Exiccatus. *Usus.* 1. Folia arida. 2. *Transl. Abjectus, tenuis, horridus.* In hac arida & horrida rusticorum vita. Genus dicendi aridum, exile, concisum, minutum.

Aries, etis, ein Widder. *Syn.* Animal notum, signum cœleste, machina bellica. *Usus.* Pellis inaurata arietis. Ariete murum verberare, percutere.

Arietinus, a, das vom Widder ist. *Usus.* Testiculi arietini.

Arieto, as, zu Boden stossen. *Syn.* Cornibus impeto. *Usus.* Nisus est cornibus in me arietare.

Ariolatio, nis, das Wahrsagen. *Syn.* Divinationis genus. *Epi.* Superstitiosa. *Usus.* Superstitiosæ ariolationes.

Ariolor, aris, wahrsagen. *Syn.* Divino, prædico. *Usus.* Sunt, qui quæstûs causâ ariolentur. *V. Divino.*

Ariolus, i, ein Wahrsager. *Syn.* Divinator. *Epi.* Impudentes, aut inertes, aut insani. *Usus.* Aruspicum, ariolorum, augurum, vatum, conjectorum furiosæ prædictiones.

Arista, æ, das Spitzlein am Korn / oder Aehre. *Usus.* Spica munitur vallo aristarum contra avium minorum morsum.

Arithmetica, æ, Rechen-Kunst. *Syn.* Ars numerorum. *Usus.* Homo remotus à Dialecticis, in Arithmeticis satis versatus, *pecuniæ deditus.*

Arma, orum, Waffen. *Syn.* Telum, ferrum. *Epi.* Aliena, aptissima, avita, civilia, domestica, firma, impia, justa, nefanda, parva, perniciosa, salutaria, scelerata, sempiterna, servilia. *Usus* 1. *Arma parare.* Movere; ad arma & bellum stimulare, concitare; ad arma plebem vocare; armis instruere imparatos. Armis & castris rem tentare. 2. *Ad arma descendere.* Arma capere; ad arma venire, concurrere; arma sumere, inferre, conferre, ferre. Armis cum hoste decernere, contendere, disceptare. In armis esse; rem armis committere. 3. *Ab armis discedere.* Arma vel conditionibus ponere, aut defatigatione projicere, abjicere. 4. *Propugnaculum, defensio.* Prudentiæ armis se tegere. Arma senectutis exercitationes virtutum. *V. Bellum.*

Armamenta, orum, Rüstzeug. *Syn.* Omnis generis instrumenta, ut navis, plaustri, belli.

Armamentarium, ii, Zeughauß. *Syn.* Navale; locus ubi armamenta, armáque servantur. *Epi.* Publica. *Usus.* Ex armamentariis publicis arma populo dividuntur.

Armarium, ii, Rüsthauß. *Syn.* In quo vestes, stragulæ, & alia profana servantur. *Usus.* Aurum ex armario proferre. Armarium perfringere.

Armatura, æ, Harnisch. *Syn.* Armandi genus & forma. *Epi.* Levis, melior, varia. *Usus.* Levis armaturæ miles.

Arma-

Armatura Romana Transalpinâ melior.

Armatus, a, gewaffnet.)(*Inermis, togatus.* *Usus.* 1. Armatos verè appellare possumus, qui scutis telisque parati ornatique sunt. 2. *Transl. Munitus, fortis, præditus* Incredibili audaciâ armatus.

Armentum, i, ein Hauff grosses Viehes. *Syn.* Majorum bestiarum grex. *D.* Grex *minorum pecorum*, armentum *majorum.* *Usus.* Greges armentorum. *V. Bestia.*

Armiger, i, Waffen-Träger. *Syn.* Qui arma domini sui gerit. *Usus.* Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis.

Armillæ, arum, Arm-Zierd/Arm-Bänder. *Syn.* Militaria ornamenta è brachio pendentia. *Usus.* Armillæ, quæ brachialia appellantur.

Armo, as, sich waffnen.)(*Nudo.* *Adv.* Justiùs in aliquem. *Usus.* 1. Multitudinem hominum cogere, armare, instruere. 2. *Transl. Munio, orno, dono, confirmo, instruo.* Perditos cives religione Deorum, temeritatem plebis authoritate publica, se eloquentiâ armare.

Aro, as, pflügen. *R. ab* ἀρόω.)(ferior. *Syn.* Aratro perstringo. *Usus.* Sulcum altiùs imprimere, ut ager aratus, novatus, iteratus, meliores fœtus possit & grandiores edere.

Arrepo, is, herzu kriechen. *Adv.* Moderatè, sensim. *Usus.* Sensim & moderatè arrepere ad amicitiam alicujus.

Arrha, Arrhabo, onis, Pfand-Schilling. *Syn.* Pignus. *Usus.* Relicta est arrhaboni pro illo argento.

Arrideo, es, gefallen / anlachen. *Syn.* Subrideo.)(*Derideo.* *Adv.* Facetè, leniter, leviter, valde, vehementiùs, urbanè. *Usus.* 1. Arridere alicui. 2. *Placeo.* Quod mihi plurimùm arridet, tibi valdè displicet.

Arrigo, is, auffstrecken. * *Syn.* Erigo, excito. *Usus.* Eorum animos oratione sua arrexit. Arrigere aures, animum advertere.

Arripio, is, ergreiffen. *Syn.* Apprehendo, rapio, accipio, capio, eligo, assumo, aggredior.)(*Relinquo.* *Adv.* Aliundè, avidè, celeriter, cursim, libenter, ita celeriter, serò, subitò. *Usus.* 1. Arripere facultatem lædendi. Maledictum ex trivio; causam ad incendia & cædes arripere. Arripere sermonem. 2. *Disco, Intelligo.* Literas Græcas avidissimè arripui. Pueri celeriter res innumerabiles arripiunt. *V. Apprehendo.*

Arrisio, nis, das Anlachen. *Usus.* Exordiemur ab arrisione.

Arrodo, is, nagen. *Syn.* Rodo, consumo, perdo. *Usus.* Rempublicam arrodere.

Arrogans, tis, stoltz / hoffärtig. *Syn.* Insolens, superbus, temerarius. *Adv.* Stultè. *Usus.* Homo minax & arrogans. *Phras.* Arrogas tibi plus, quàm licet. Altiùs, quàm oporteat, ipse te extollis. Nimium tibi tribuis, arrogas, assùmis. Nimium te effers, tibi places, assentiris tibi ipsi & amas. Cùm de re judicas, non rationem consulis, non veritatem. Largiris ipse tibi plùs, quàm veritas concedat, plus quàm veritati. Plus tibi assùmis, quàm deceat, liceat, conveniat, æquum sit, oporteat, ratio ferat, patiatur, concedat. Ita superbè agis, ut ferri non possis. Superbia est prorsus non ferenda. Parem tibi neminem esse vis. Te cunctis antefers. Omnes despicis, te verò unum suspicis. Tibi ipsi magnus es atque eximius. Amas ipse te sine rivali. Omnia putas esse in te uno collocata. Fortunam ipsam minùs esse te ipsô fortunatam putas. Persuasum habes tuis te fortunis ipsam fortunam anteire. Non mihi tantum tribuo. Non eam de me opinionem suscepi. Hoc mihi non sumo, assùmo, arrogo, adscisco. Non ita mihi assentor. Non ita mihi placeo. Non ita me effero. Non in me tantum statuo, pono, loco. Non ipse me tanti facio, æstimo, pendo, puto, reputo, duco. Ad hunc me sapientiæ gradum pervenisse non puto. Eam mihi sapientiam contigisse non sentio. Fateor, eò me sapientiæ non pervenisse, eâ me sapientiâ non esse, non usque adeò me sapere. *V. Tribuo. Superbus. Insolens.*

Arroganter, hoffärtig. *Syn.* Superbè, contumaciter. *Usus.* Arrogans homo, qui omnia revocat ad arbitrium suum. Nihil asperè, nihil arroganter, turpiter aut sordidè quidquam ab illo dictum. Contumaciter & arroganter scribere.

Arrogantia, æ, Hoffart. *Syn.* Superbia, insolentia, intolerantia, fastidium, contumacia.)(*Modestia.* *Epi.* Desipiens, gravis atque intolerabilis, inanis, molestissima, odiosa, summa. *Usus.* Sermo in-

intolerabilis odiosæ arrogantiæ plenus. Ex arrogantia odium, ex odio arrogantia nascitur. Alterius arrogantiam deprimere, minuere. *V. Ambitio. Superbia. Insolentia.*

Arrogo, as, ihm selbsten zumessen. *Syn.* Aliquid temerè sibi tribuere.)(*Derogo. Usus.* Non hoc mihi sumo & arrogo. Multùm tibi tribuo, illud mihi arrogo. *V. Vendico. Sumo.*

Ars, tis, eine Kunst. *R. ab ἀρετὴ, iners, solers, sine arte, sola arte. Syn.* Artificium, ratio faciendi, facultas, doctrina, scientia, studium, disciplina, via.)(*Inertia. Epi.* Amplissima, absoluta & perfecta, bona, difficilis, difficillima, divina, dux certior quàm natura, excellens, facilis, facillima, fidelis, humilis, inaudita, incompta, iners, intima, levis, loquax nimium, ludicra, magna & gloriosa, major & uberior, maxima, multa, mutua, nulla aut pertenuis, obscura & difficilis, opinabilis, optima, politissima, perfecta atque uber, plena delectationis, recondita, multiplex, subtilisque, rhetorica, solers, sordida, summa, tanta, támque fructuosa, támque operosa, & perinde fructuosa, tanta, támque varia, tota. *Usus.* 1. Ars est præceptio, quæ dat certam viam, rationémque discendi. Ars à natura proficiscitur. Artem efficit, parit animadversio naturæ. Non omnia ad artem & præcepta sunt revocanda. 2. Artibus aliquem instruere, erudire, tingere, inficere. 3. Homo multis artibus præditus; qui disciplinas egregiè coluit, percepit penitus, in arte multum versatus est. Quam quisque nôrit artem, in hac se exerceat, hanc artem factitet. Ex omnibus ejus dictis ars extat. 4. Artem desinere, *abjicere*; se ab arte abducere.

Arteria, æ, Pulß-Ader. *Epi.* Aspera, crebra, multáque. *Usus.* Micat arteria, velut igneo motu palpitat, facilè læditur. Abactis febribus acquiescit.

Arthriticus, a, Glieder-Gicht. *Syn.* Qui articulorum dolores habet.

Articulatè, deutlich. *Syn.* Clarè, apertè. *Usus.* Illam à me articulatè salutabis.

Articulatim, von Stück zu Stück. *Syn.* Separatim, seorsim. *Usus.* Quæ fusè olim, nunc articulatim distinctèque dicuntur.

Articulus, i, ein Glied. *Syn.* Nodus, junctura. *Epi.* Singuli. *Usus.* 1. Terentia magnos habet articulorum dolores. 2. *Momentum, occasio, opportunitas, punctus temporis.* In ipso articulo temporis supervenit. Omnes commoditatis articulos fero. 3. *Membra & intervalla orationis.* Oratio sine nervis, sine articulis fluctuans & dissoluta. Articulis membrisque distincta oratio.

Artifex, icis, ein Künstler. *Syn.* Opifex, sciens, & peritus.)(*Inscius. Epi.* Callidus, egregius, politus, probus, summus, multus, scenicus. *Adv.* Planè. *Usus.* 1. Artificem non fortuitò, sed quem præcepta & comprehensa tenere videmus, appellamus. 2. *Magister, doctor, præcipuus author.* Græci dicendi artifices & doctores. Callidus comparandarum voluptatum artifex. DEUS mundi artifex. *V. Opifex.*

Artificiosè, künstlich. *Usus.* Artificiosè ambulare, aliquam rem digerere.

Artificiosus, kunstreich. *Syn.* Habens artem & vim artificii.)(*Naturalis. Usus.* 1. Natura, ignis artificiosus, magister artium reliquarum. 2. *Artificio præditus.* Artificiosum & divinum opus. Artificiosa divinandi genera. Præsensio artificiosa.)(*Naturalis divinatio.*

Artificium, ii, Handwerck / Kunststück / *Syn.* Opificis industria, opus, actio, præstantia, opera, ars ipsa. *Epi.* Accusatorium, alienum, antiquum, callidissimum, commodum, dissimile aliorum, incertum, intimum, levius, maximum, mirum, proprium, singulare, sordidum ancillaréque, suburbanum, summum, tenue & leve, urbanum, elegantius, magnum, necessarium, varium. *Usus*, 1. Omnia antiquô opere, & summô artificiô facta & summa arte. Non tam argenti illius, quàm artificii cupidus fuerat. 2. *Astus, dolus.* Homo artificiô simulationis eruditus. Non tantùm consiliô, sed & artificiô pugnare. 3. *Ratio, disciplina, præceptio, institutio, affectata diligentia, studium, apparatus.* Orator in artificio accusatorio callidus. Suspicio artificii minuit dicentis authoritatem & fidem. Non ex eloquentia artificium natum est, sed contra. *V. Ars.*

Artolaganus, i, Brod-Küchlein. *Syn.* Panis delicati genus, qualia sunt liba & pla-

& placentæ. *Usus.* Dediscendæ sunt tibi sportellæ tuæ & artolagani.

Artus, ûs, Glied. *R. ab* ἄρθρον, *membrum. Syn.* Membrum. *Epi.* Mollis, tremulus. *Usus.* 1. Vehementer omnes ejus artus laborant. Omnibus artubus cruciatur. 2. *Articulus, commissura, nodus.* Omnibus artubus contremisco. Nervi atque artus sapientiæ sunt, non temerè credere.

Arundo, inis, ein Rohr. * *Usus.* Arundine texta, stramento intecta ædificia.

Aruspex, icis, Wahrsager. *Syn.* Extispex, qui volatibus avium inspiciendis futura prædicit. *Usus.* Aruspices, augures, arioli, conjectores, vates prædicunt, quæ extis significentur.

Aruspicina, æ, die Kunst des Wahrsagens. *Syn.* Divinationis genus, ars aruspicum. *Usus.* Aruspicinam facere, colere, *exercere.*

Aruspicinus, a, zur Wahrsager-Kunst gehörig. *Syn.* Pertinens ad aruspices. *Usus.* Libri rituales, aruspicini.

Arvum, i, Feld. *Syn.* Ager, Campus. *Epi.* Frugiferum & fertum. *Usus.* Frugifera Asiæ arva.

Arx, cis, Schloß/Vestung. *Syn.* Castellum. *Epi.* Alta, communis, tota. *Usus.* 1. Amissô oppidô arx munita, retenta est. 2. *Perfugium, præsidium.* Roma arx omnium gentium. Fecisti ex illo templo arcem improbitatis, castellum forensis latrocinii.

As, assis, ein Heller. *Syn.* Minimus nummus. *Us.* 1. Negat, se vel assem daturum. 2. *Totum, cujus divisio est in assis partes.* Ex asse hæres, *totius hæreditatis.*

Ascendo, is, auffsteigen. *Syn.* Scando.)(*Descendo. Adv.* Altè, gradatim, omninò non, sensim in partem. *Us.* Quibus veluti gradibus in cœlum me ascendisse credebam. Crescere, ascendere, in altiorem locum virtute pervenire. Ascendere in oppidum.

Ascensio, onis, das Auffsteigen. *Syn.* Ascensus. *Usus.* Quæ fuerit ascensio, quàm difficilis optimi perfectio atque absolutio, deinde dicam.

Ascensus, ûs, Auffsteigung. *Syn.* Ascensio. *Usus.* Oppidum est arduo ascensu & difficili. Ad honoris amplioris gradum hic primus ascensus esto.

Ascia, æ, ein Beyl. *Syn.* Dolabra, instrumentum, quo ligna dolantur, & poliuntur. *Usus.* Asciâ ligna polire.

Ascisco, is, herzu ruffen/zueignen. *Syn.* Appeto, approbo.)(*Repudio. Adv.* Undique. *Usus.* 1. Natura ipsa voluptatem asciscit, dolorem reprobat. Hæc Senatus, populúsque ascivit. 2. *Adscribo, adjungo, annumero, adjicio, seligo.* Plurimos ad ejus sceleris fœdus, societatem ascivit. Me patronum ascivit. Boni bonos sibi asciscunt & diligunt. In civitatem asciscere quempiam. 3. *Retineo, comparo.* Tyranni nomen asciscere. Consuetudinem aliquam, leges certas sibi asciscere. Non eam mihi sapientiam ascisco. Ineſt in eo ascitus quidam ac minimè nativus lepor. Laudem sibi asciscere. *V. Adscisco.*

Ascribo, is, zuschreiben. *Syn.* Adjungo, assigno, ascisco. *Adv.* Vulgò. *Us.* 1. Ad judicium tuum ferè meam sententiam ascribo. Tu me tuis laudibus socium ascribis. Quæso in numerum tuorum, in tuam amicitiam me ascribe. 2. *Assigno, tribuo.* Bonos exitus Diis jure ascribimus. *Vul. Imputamus.* 3. *Quod vulgò immatriculare dicunt.* Homo Ephesô, Smyrnæ ascriptus; Tarsensibus ascriptus. 4. *Literis aliquid inserere.* Cajus salutem tibi ascribit. *V. Adscribo.*

Ascriptio, nis, Zuschreibung. *Us.* Declarat ista ascriptio.

Ascriptitius, a, eingeschrieben. *Syn.* Ascriptus. *Us.* Novi & ascriptitii cives.

Ascriptor, ris, Beyständer/Zuschreiber. *Syn.* Qui scripta in exemplum ducit, subscriptor, qui & causidicus est, causam adjuvans. *Us.* Fuit is non modò defensor salutis, sed & ascriptor dignitatis meæ. Reditus mei author & ascriptor. Venalis novitius ascriptor & subscriptor.

Asinus, i, ein Esel. *Syn.* Notum animal, Per contumeliam in segnes torquetur. *Epi.* Onustus auro. *Us.* Quid nunc te, asine, literas doceam?

Asotus, i, der aller Wollust ergeben. *Syn.* Prodigus, effusus.)(*Acerbus. Epi.* Acerbus, mundus & elegans, non religiosus. *Us.* Asoti, mundi, elegantes, optimis cocis, pistoribus, aucupio, piscatu, venatione.

Aspectabilis, e, Beschauens werth/sichtbahrlich. *Syn.* Vulgò visibile, quod sub aspectum cadit. *Us.* Corporeum & aspectabile,

bile, itemque tractabile est omne, quod natum est. *V. Visibilis.*

Aspecto, as, stets ansehen. *Syn.* Intueor, aspicio. *Usus.* Quid me aspectas?

Aspectus, ûs, das Angesicht. *Syn.* Acies, quod visum appellant. *Epi.* Acris, defixus. *Usus.* 1. Roma ad aspectum venusta, pulchra, præclara. E primo tui conspectu voluptatem maximam cepi, curæ omnes consedere. 2. *Adducere in aspectum.* Proferre copias. Oculi aspectum, quò volunt, contorquent. Ista quidem sub aspectum veniunt, cadunt. Orator in contentione utatur aspectu acri. Plura sub uno aspectu ponere. 3. *Aspectum vitare.* Privare se publico aspectu, copia; ex aspectu hostium se subducere. Solem intuens aspectum amisit. *Vul. Visum.*

Aspello, is, hinter sich treiben. *Syn.* Pello, depello, *Us.* Longè à patria aspello. *V. Pello.*

Asper, a, scharff / hart / rauch. *R. ab* ἄσπορος, *sterilis, non seminatus. Syn.* Scaber, durus, habens aliquid asperitatis.)(*Lenis, levis. Usus.* 1. Loca aspera & insalubria. 2. *Transl.* Homo moribus asper & durus, omnibus iniquus, maledicus, toto genere fervidior atque commotior. Aspera, tristis, horrida oratio. Tempora horrida.

Asperè, rauch / hart. *Syn.* Durè, severè, rigidè, acerbè.)(*Leniter. Us.* Asperè & vehementer loqui, accusare aliquem. Asperè, ferociter, liberè dicta. Asperrimè eum tractavit.

Aspergo, is, besprengen. *Syn.* Respergo. *Adv.* Leviter, temerè. *Us.* 1. Sale carnem, aras sanguine aspergere. Aspersa temerè pigmenta in tabula. 2. *Transl. Lædo, maculo, inficio.* Dignitati alicujus labem, maculam aspergere. Hujus facti non modò infamiâ, sed ne suspicione unquam fui aspersus. Aliquem mendaciunculis. 3. *Miscere, adjungere.* Comitati gravitatem aspergere, sales orationi. Aliquid in literis aspergere. Pecuniolam homini asperge, ut sileat. *V. Conspergo.*

Aspergo, inis, Besprengung. * Salsa aspergo.

Asperitas, tis, Rauhe. *Syn.* Salebra. *Epi.* Judicialis, rustica. *Usus.* 1. Viarum, saxorum asperitates. 2. *Transl.* In his rerum asperitatibus, temporum angustiis morem tibi tamen geram. Agrestem, inconcinnam, nativam asperitatem humanitate ascitâ condire. *V. Durus. Inhumanus.*

Aspernatio, nis, Verwerffung. *Syn.* Contemptus, contemptio. *Us.* Perturbationes animi ex aspernatione rationis eveniunt. *V. Contemptus.*

Aspernor, aris, verachten/verwerffen. *Syn.* Respuo, refuto, recuso, repudio, rejicio, fugio, abhorreo.)(*Appeto, amo, consector. Adv.* Admodum, apertè. *Us.* Hæ eorum querimoniæ aspernandæ, contemnendæ non sunt. Nemo est, qui te non oculis fugiat, auribus respuat, recordatione ipsa perhorrescat. *V. Contemno.*

Aspersio, nis, Besprengung. *Syn.* Respersio. *Epi.* Fortuita, sumptuosa.

Aspicio, is, ansehen. *Syn.* Conspicio, intueor, contueor, aspecto, in aliquem oculos conjicio, obtutum in aliqua re defigo, in alicujus vultu habitant oculi mei. *Adv.* Decorè, furtim inter se, strictim. *Us.* Orationis vim & incitationem aspexi, vestigia ingressúmque non vidi. *V. Video.*

Aspiratio, nis, das Anhauchen. *Syn.* Exhalatio. *Us.* 1. Fiunt hæc ex cæli varietate, & dispari terrarum aspiratione. 2. *Spiritus.* Romani aspiratione in solis vocalibus utebantur. 3. *Spiratio.* Est ejus cœli aspiratio gravis & pestilens. Aëris aspiratione animantes sustinentur.

Aspiro, as, anblasen/ unterstehen etwa zu was zu gelangen. *Syn.* Accedo, pervenio. *Us.* 1. Nemo ad alienam causam nisi vocatus aspirare debet. Nemo ad laudem bellicam Scipionis hactenus aspiravit. Impedivi aditus omnes, ne hostes ad nos, ad urbem aspirare possint. Ita occupatus est, ut pauci ad eum aspirare possint. In curiam aspirare. 2. *Faveo.* Omnibus consiliis, omni ope mihi aspiravit. In rebus difficillimis aspirare alicui. *V. Desidero.*

Aspis, idis, ein Schlang. *Syn.* Serpens perniciosissimus. *Usus.* Aspide ad corpus admotâ se sustulit.

Asportatio, nis, das Hinweg-tragen. *Epi.* Perdifficilis. *Us.* Earum statuarum asportatio & demolitio difficilis videbatur.

Asporto, as, hinweg tragen. *Usus.* Multa de suis rebus asportârunt, evexerunt. *V. Tollo, Amoveo.*

Aspretum, i, schroffächtiges Orth. * *Syn.* Locus asper & abruptus. *Usus.* Tabernacula statuere in aspretis, & inæquabili solo.

Assecla, æ, ein Trabant. *Syn.* Assectator. *Us.* Assentatores omnium mensarum assecla. Legatorum, Prætorum asseclæ, *familiares amici.*

Assectatio, nis, Nachfolgung / Begleitung. *Usus.* Tenues homines divitum assectatione se sustinent.

Assectator, is, Gleitsmann / Gefehrt. *Syn.* Assecla. *Epi.* Vetus. *Usus.* Assidua eum assectatorum & amicorum copia obsidet.

Assector, aris, emsig nachfolgen. *Syn.* Sector. *D.* Comitari *in itinere*, assectari *ferè per urbem.* *Usus.* Aliquem assectari in petendo magistratu, *benevolentiam captare.* *V. Comitor.*

Assensio, nis, Bewilligung. *Syn.* Assensus, approbatio, applausus, plausus.)(*Dissensio.* *Epi.* Falsa, firma & constans, imbecilla, popularis, voluntaria, crebra, vera, nec tacita, nec occulta. *Usus.* 1. Ea oratio magnâ omnium admiratione, approbatione populari, omnium assensione audita est. 2. *Sensatio vulgò.* Assensio fieri non potest, nullâ re foris excitatâ. *V. Consentire. Concordia.*

Assensor, is, der bewilliget. *Usus.* Tu ex omnibus solus assensor non fuisti.

Assensus, ûs, Bewilligung. *Syn.* Assensio, approbatio. *Usus.* Ab assensu se sustinere. Assensum retinere, cohibere; *non consentire.* Assensu aliquid suo comprobare.

Assentatio, nis, Liebkosung. *Syn.* Adulatio, blanditiæ, blanda vanitas, blandum mendacium. *Epi.* Adjutrix vitiorum, callida, faceta, molesta, nimia, non digna homine aliquo, perniciosa, turpis. *Usus.* Assentationibus & blanditiis se in Cæsaris consuetudinem immersit. Assentatione ejus benevolentiam collegit, gratiam aucupatus est. Homo ad assentationem eruditus. Amovenda est vitiorum adjutrix assentatio.

Assentatiuncula, æ, das Liebkosen. *Usus.* Assentatiunculâ quâdam aucupari gratiam.

Assentator, is, Schmeichler. *Syn.* Adulator, ad voluntatem dicens. *Epi.* Græculus, perniciosus. *Usus.* Cave, ne assentatoribus aurem patefacias. Græculus, perniciosus assentator ad alterius non modò sensum & voluntatem, sed vultum etiam atque nutum convertitur. Assentatores divitum levitatem voluptate quasi titillantes. *V. Fingo.*

Assentatoriè, schmeichlerisch. *Usus.* Fraternè te non assentatoriè admoneo.

Assentio, is, ire, übereinstimmen. *Syn.* Assertione approbo, assentior, cum aliquo sentio, concedo.)(*Nego.* *Usus.* Cave, ne temerè multitudini assentias.

Assentior, iris, iri, übereinstimmen. *Syn.* Assentio, convenio, probo, blandè mentior, cum aliquo sentio, plaudo, audio, in sententiam alicujus eo, vel discedo, vel discessionem facio.)(*Dissentio.* *Adv.* Apertè, arroganter, certè, facilè, falsò, frequenter, imbecillius, libenter, omninò, paulùm, planè, prorsus, rectè, temerè, valdè, vehementer. *Usus.* De ea re tibi assentior. Omnia tibi assentiar. *Phras.* Assensorem Senatum habui; mihi assensus est Senatus. Adstipulatus est; in meam sententiam discessionem fecit. Universi ordinis senatorii assensionibus nec tacitis, nec occultis, approbatione summâ dixi. Favit sententiæ meæ, probavit, annuit totô capite Senatus, quæ dicerem. Subscripsit orationi meæ; summô animô assensus est, mihi accessit.

Assentor, aris, schmeichlen. *Syn.* Adulor, blandior. *Usus.* Ne credas, me tibi assentari. Imperavi mihi, tibi assentari omnia. *V. Adulor.*

Assequor, eris, erlangen. *Syn.* Consequor, nanciscor.)(*Amitto.* *Adv.* Ampliùs quid, celeriter, facilè, gradatim, optimè, prudentiùs, subtiliùs. *Usus.* 1. Summos honorum gradus, laudem, immortalitatem virtute assecutus est. Maturitatem assequi. 2. *Æquo.* Nemo illius prudentiam, eloquentiam, nemo ejus in rempublicam merita assequetur. 3. *Intelligo, conjicio.* Eam rem dudum conjecturâ & suspicione assequebar. Scriptum tuum obscurum & cogitationem nemo assequitur.

Asser, is, ein Brett. * *Syn.* Tabula sectilis. *Usus.* Asseres ferreo unco præfigere. Querni asseres.

Assero, is, bestättigen. *Syn.* Affirmo, Vendico. *Usus.* Aliquem in servitutem asserere. In causa liberali aliquem manu asse-

asserere, *è servitute eximere*. Procurationem aliquam, nomen sapientis sibi asserere, *arrogare*. *V. Assevero*,

Assertio, nis, Bestättigung. *Usus*. Dicunt Academici, nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quemquam, neque assertione approbare.

Assertor, is, Erretter der Freyheit. * *Syn*. Vindex alienæ libertatis. *Usus*. Assertorem puellæ vocat Claudium.

Asservio, is, ire, dienen.

Asservo, as, behalten. *Syn*. Adservo, servo. *Adv*. Diligenter. *Usus*. Asservari interim hominem jussit. *Phras*. Ea scripta servo diligenter; seposita habeo & recondita; fideli, intentissimâ custodiâ adservo. Dudum condidi & reposui. *V. Servo. Custodio.*

Assessio, nis, Beysitz.

Assessor, is, Beysitzer. *Syn*. Quia secundarius judex, qui juris dicendi causâ Principi assidet. *Usus*. Lacedæmonii Regibus suis augurem assessorem dedère.

Asseveranter, vestiglich / gewißlich. *Syn*. Affirmatè. *Usus*. Asseveranter cum eo locutus sum. *V. Certè.*

Asseveratio, nis, Bestättigung. *Us*. Omni asseveratione tibi affirmo.

Assevero, as, bekräfftigen. *Syn*. Affirmo.)(*Iocor*. *Adv*. Firmissimè, pulchrè. *Us*. Ego nec asseverare, nec contendere ausim. Id se facturum firmissimè asseveravit. *V. Affirmo.*

Assideo, es, beysitzen. *Syn*. Assisto, propè sedeo. *Usus*. Simul ac assedisti, Senatus omnis surrexit. Amicis in hortulo assidere.

Assido, is, hinzu sitzen. *Syn*. Consido, consedeo, sedeo. *Usus*. Simul assidamus, si videtur.

Assiduè, embsiglich. *Syn*. Continenter, usque assiduus, totos dies, quotidiè, omni tempore, dies & noctes, diem & noctem, nullo temporis puncto intermisso. *Usus*. Frequenter, assiduissimè cum illo sum. *Phras*. Assiduitate & consuetudine quotidiana literis vacas; in literis volutaris. Hora tibi à lectione nulla vacua abit. Libros de manibus nunquam deponis. Nullam tibi indulges intercapedinem laboris. Nec nocte, nec interdiu conquiescis. Perseveratissimo studio ad libros hæres. *V. Semper.*

Assiduitas, tis, Embsigkeit. *Syn*. Perseverantia, opera quotidiana, diligentia. *Epi*. Nimia, pergrata, præclara, quotidiana & summa. *Usus*. 1. Talis erat ejus in rempublicam assiduitas, labor, dimicatio. Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. 2. *Frequentia*. Assiduitate potiùs literarum, quàm excusatione officium expetere stude. Assiduitate bellorum, malorum sensum omnem humanitatis amisimus.

Assiduus, a, embsig. *Syn*. Continuus, frequens, diligens. *Usus*. Magistri ad incudem assidui. Assiduus mecum ruri est. Assidua & diligens scriptura. Febricula assidua.

Assignatio, nis, Verordnung. *Syn*. Attributio. *Epi*. Firma, nova, rata. *Usus*. Cæsar venditiones & assignationes Sullanas ratas habuit. Assignatio agrorum.

Assigno, as, zuordnen. *Syn*. Attribuo, tribuo, ascribo. *Adv*. Æqualiter, publicè, quoquoversus. *Usus*. Duo jugera colono assignavit. Meis occupationibus assignato, si rariùs scribo. Id non tam prudentiæ quàm perfidiæ assignandum est. *V. Adscribo.*

Assilio, is, ire, hinzu springen. *Syn*. Aggredior. *Usus*. Non assiliendum statim est ad argutum illud genus. *V. Impeto. Invado.*

Assimilis, e, gleich. *V. Similis.*

Assimilo, as, vergleichen. *Syn*. Confero, comparo, compono. *Usus*. Colores assimilare.

Assimilatio, nis, das Gleichmachen.

Assimulo, as, erdichten/dergleichen thun. *Syn*. Simulo. *Usus*. Ulyssem furere assimulavit. Non me capies assimulatâ illâ specie virtutis. Assimulata amicitia. Assimulare annum. *V. Simulo.*

Assis, is, ein Häller. *V. As.*

Assisto, is, bey einem stehen. *Syn*. Assideo, sto, obsto. *Usus*. Accede, nate, assiste, aspice. Cocles contra omnes hostium copias unus in ponte astitit. Ad fores assistite. *V. Iuvo. Opitulor.*

Assoleo, es, pflegen. *Syn*. Soleo. *Usus*. Ille (quod assolet) me convenit.

Assuefacio, is, sich gewehnen. *Syn*. Usu doceo. *Usus*. In rebus, quibus me & natura & voluntas & consuetudo assuefecerat &c. Se labore quotidiano, se armis assuefacere. Legibus populos, Romano Imperio assuefacere. *Vul. Alicui*

rei, ad aliquam rem, cùm tamen solo ablativo jungatur.

Assuesco, sich gewehnen. *Syn.* Consuetudinem, exercitationemque capio.)(*Desuesco.* *Usus.* Assiduitate quotidiana assuescunt animi. Homo labore assiduo, mendaciis assuetus. *Phras.* Nondum laboribus assuevisti. Laboribus assuetus, assuefactus es. Labores ferre nondum consuevisti. Labores nondum satis expertus es, sensisti, tulisti. Nondum in laboribus es plenè versatus, exercitatus. Rudis, insolens es in laboribus. Nondum manus tuæ opere concalluêre. Labor tibi callum nondum induxit. Nondum operi assuefactus es. In laborandi te consuetudinem nondum adduxisti; Labores omnes & pericula consueta habes. Jam assuevi malis. Diuturnâ desperatione obduruit animus ad novum dolorem. Obdurui jam ad ista. Jam usu obduruit & percalluit potentia. Diuturnâ malorum consuetudine jam callum obduxit stomacho meo. Assuetudine malorum efferantur nempe animi. *V. Consuetudo.*

Assuetudo, inis, Gewonheit. * *Syn.* Consuetudo. *Usus.* Ita assuetudine mali efferaverant animos.

Assula, æ, Brettlein / Schindeln. * *Syn.* Asserculus. *Usus.* Assulæ securibus excussæ. E foribus facere assulas.

Assulatim, brett-weise. * *Syn.* Minutim & in assulas. *Usus.* Pulsando assulatim foribus exitium affero.

Assultus, ûs, Anlauff. * *Syn.* Assiliendi actus. *Usus.* Variis assultibus aditum urgere.

Assumo, is, zu sich nehmen. *Syn.* Accipio, sumo. *Adv.* Aliunde, extrinsecùs, foris. *Usus.* 1. Ad studia noctis aliquantùm assumo. Quod alteri detrahis, tibi assumis. In senatum, consilium, societatem aliquem assumere. 2. *Tribuo, arrogo.* Nihil mihi assumo, quod quemqam possit offendere, 3. *Argumentor, concludo.* Assumis, quod probare non potes. *Phras.* Assumptus in Senatum est, cooptatus, receptus, adscitus est in Senatum.

Assumptio, onis, Annehmung / Auffnehmung. *Syn.* Ratio argumentandi. *Epi.* extrema, infirma, perspicua. *Usus.* Assumptio est, per quam id, quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur.

Assumptivus, a, zu sich nehmend. *Usus.* Juridicialis partes duæ sunt, altera absoluta, altera assumptiva.

Assuo, is, annähen. * *Syn.* Suendo annecto. *Usus.* Purpureum pannum assuere.

Assurgo, is, auffstehen. *Syn.* Honoris causa surgo. *Usus.* Nemo tibi assurrexit, decessit, nemo salutavit, appetiit. *Vul. Surgere & salutare. V. Surgo.*

Assus, a, gebraten. *Syn.* Torridus, aridus, squalidus. *Usus.* Pro isto asso sole nitidum unctúmque repetemus.

Ast, aber. *Usus.* Crebrò scribis; ast ego sæpiùs.

Astituo, is, neben zu stellen. * *Syn.* In loco colloco. *Usus.* Ollas ad ignem astituere.

Asto, as, dabey stehen. *Usus.* In meo conspectu intrepidus astat. *V. Assisto.*

Astrictè, streng zusammen. *Usus,* Oratio non astrictè, sed remissiùs numerosa.

Astrictus, a, verbunden / verpflichtet. *Usus.* Non hæc tam arcta sunt & astricta, ut laxari nequeant. Nullâ necessitate astrictus. Verborum astricta comprehensio.

Astringo, is, verbinden. *Syn.* Alligo, obligo.)(*Relaxo.* *Adv.* Arctiùs, breviter. *Usus.* Aliquem sibi vel metu, vel spe, vel præmiis, vel armis, vel legibus, vinculis sempiternis astringere. Magno se scelere, voluptatibus, libidinibus astringere. Astringere suam fidem alicui. Orationem numeris. Mercede se astringere. *Vul. cum Dativo; Veteres solo ablat. jungebant. V. Obligo.*

Astrologia, æ, Sterndeut-Kunst. *Syn.* Astrorum scientia. *Usus.* Cave, Astrologiam divinantem contingas.

Astrologus, i, Sterndeuter. *Syn.* Interpres astrorum. *Epi.* Novus, summus. *Usus.* Astrologorum vanissimæ prædictiones. *Phras.* Qui siderum cursus & motus numeris persequitur, studio siderum ducitur; unicus cœli siderúmque spectator; qui siderum motus scitè spectet, cœlestium notitiâ glorietur.

Astrum, i, Gestirn. *Syn.* Sidus, stella, *Epi.* Clarum, conglobatum, cruentum, errans, rotundum. *Usus.* Astra suspicere. In

In aëre volvuntur astra, & se suo nixu conglobata continent.

Astus, ûs, Listigkeit. *Syn.* Astutia. *Usus.* Ejus vel confidenti astutiæ, vel callidæ audaciæ vix resistes. *V. Astutia.*

Astutè, listiglich. *Syn.* Callidè. *Usus.* Nihil temerè dicas, nihil callidè reticeas. *V. Callidè.*

Astutia, æ, List/ Betrug. *Epi.* Confidens. *Usus.* Bono homini abest ad præcavendum intelligendi astutia. *V. Dolus. Fraus. Malitia.*

Astutus, a, listig. *Syn.* Callidus, vafer, veterator, veteratorius, malitiosus.)(*Apertus, simplex, ingenuus.* *Adv.* Maximè. *Usus.* Homo versutus, obscurus, astutus, fallax, malitiosus, callidus, veterator. *Phras.* Astuti mihi admodum displicent. Non amo astus, artes simulandi, fraudem artificio tectam, mores ab aperta quadam simplicitate alienos. Fucum, ac fallacias, vafritiem, nimiam calliditatem, astuta, vafra ingenia naturali odio prosequor. Est homo ingenii occulti, multiplicis & tortuosi. Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. Peritissimè & callidissimè se obtegit; qui cornicum oculos confixerit; qui plura astu, quàm virtute perficiat. Versutior, quàm rota figularis. Colubrino ingenio; expromptæ memoriæ & astutiæ homo; veterator solertissimus. *V. Fraus. Malitiosus.*

Asylum, i, Freyheit. *Syn.* Locus perfugii. *Usus.* Asylum aperit. Plebs sub tutela inviolati templi aut libertatem aut impunitatem adipiscitur. Ea religione & eo jure sancto, quo sunt templa, quæ asyla Græci appellant.

At, aber. *Syn.* Sed, atqui, verùm. *Usus.* 1. Honorificè loqueris, at asperè agis. 2. *Cæterùm.* At meum quomodo egit? At enim quærit Socrates, quid sit? 3. *Saltem, tamen.* Si non bonam, at aliquam rationem afferto. Si minùs re, at verbis beneficus esto. Si minùs sapiens est, at amicus certè. 4. *Amplificantis.* Plato dixit, at quantus vir. 5. *Sibi objicientis & respondentis.* At moribus commodis? Quis pertinacior?

Atat, Aha. *Syn.* Interjectio timentis.

Atavus, i, Uran-Vatter. Pater, avus, proavus, atavus.

At enim, aber. *Syn.* Verùm, verùm enim.

Ater, tra, schwartz. *Syn.* Quod refert colorem carbonum.)(*Albus.* *Usus.* Atra bilis. Panem atrum apposuit.

Atheus, ei, GOttes-Verläugner. *Syn.* Sine DEO. *Usus.* Athei apertè naturam Deorum sustulerunt.

Athleta, æ, Fechtmeister. *Syn.* Ad luctationem & certamen institutus. *Usus.* sine arte athletæ & gladiatores nec vitando faciunt cautè, nec petendo vehementer.

Athleticè. * *Usus.* Athleticè, pancraticè, pugilicè valere.

Atomus, i, ein unzertheilig Ding/ Stäublein in der Sonne. *Syn.* Individuum corpusculum. *Epi.* Errantes, innumerabiles. *Usus.* Infinita vis innumerabilium atomorum volitant, cohærescunt inter se. Atomorum corpusculorum concursio fortuita.

Atque, und. *Usus.* 1. Is à constantia atque à se ipse discessit. 2. *Quam.* Contra agis, atque oporteret. Alia dicis atque agas. Aliter atque ominabar, res evenit. 3. *Uti, ut.* Colitur æquè atque DEUS. Similiter nos affectos esse convenit atque illos. 4. *Imò, cum voce adeò.* Consilio, atque adeò amentiâ tuâ impulsus. Ego princeps in adjutoribus, atque adeò secundus fui. *Vul. Imò, etiam.*

Atque etiam, und auch. *Syn.* Et verò.

Atqui, und aber. *Syn.* Sed, sed enim, verùm. *Usus.* 1. *Et, atque etiam.* Atqui si tempus ullum est necandi hominis. 2. *Adversantis, at verò.* Ita quidem cogitabam, atqui &c. 3. *Tamen.* Atqui ne ex eo quidem tempore hoc egit Sextius.

Atramentum, i, Dinte. *Syn.* Succus ater. *Epi.* Sutorium, temperatum. *Usus.* Atramenti effusione sepiæ se tuentur.

Atratus, a, geschwärtzt/ der Leyd trägt. *Syn.* Funebri vestimento inclusus, funestus, fœdatus.)(*Albatus.* *Usus.* Quis unquam cænavit atratus.

Atriensis, is, Pförtner. *Syn.* Servus, cui atrii cura demandabatur. *Usus.* Servi atrienses.

Atriolum, i, Höflein. *Syn.* Atrium minus.

Atrium, ii, Vorhof. *Syn.* Primus intra ædes aditus. *Epi.* Auctionarium, majus. *Usus.* In atriis auctionariis potiùs, quàm in triviis aut compitis auctionentur.

Atrocitas, tis, Grausamkeit. *Syn.* Diritas, immanitas, crudelitas. *Epi.* Indigna rerum, invidiosa, tanta, & tam in-

indigna. *Usus.* Locus communis, per quem facti atrocitas, aut indignitas, aut culpa augeatur, vel levetur. Atrocitatem habere *dicitur res atrox.* *V. Immanitas. Crudelitas.*

Atrociter, graufamlich. *Syn.* Crudeliter. *Usus.* Nimis atrociter minari, dicere.

Atrox, cis, graufam. *Syn.* Habens atrocitatem, crudelis, atro horrendóque aspectu.)(*Mitis, lenis.* *Usus.* Consules de re scelesta, atroci, nefaria quærunt. *V. Crudelis.*

Attactus, ûs, Berührung. * *Usus,* Levi attactu demulsit.

Attamen, aber / jedoch. *Syn.* Verumtamen, tamen. *Usus.* Si non pari, at grato tamen munere Si non æquabis ejus merita, attamen narra.

Attendo, is, auffmercken. *Syn.* Animadverto, animum adverto, animum attendo, noto, diligenter percipio, attentô animô, summáque benignitate audio, mentem aurésque erigo, silentium tribuo, animum & mentem adhibeo, aures admoveo, attentum animum teneo, adsum animo.)(*Remitto, negligo.* *Adv.* Admodum, bellè, benè, commodiùs, diligenter, diligentiùs paulò, magnoperè, negligentiùs, parùm, paulisper, paululum, postremò, rectè, studiosè, maximè. *Usus.* Judex animum & aures diligenter attendat ad ea, quæ dicuntur. Attendere aliquem studiosè, & verba aucupari. Attendite stuporem hominis. *Vid. Attendere alicui.* *Phras.* Percipite quæso, quæ dicam, eáque penitus animis vestris, mentique mandate. Perattentos vestros animos velim. Reficite vos ad ea, quæ dicturus sum. Adestote omnes animis, qui corporibus adestis. Adhibete animos, non solùm aures, ad orationem gravissimam. Audientiam mihi fieri deposco. Causam totam quàm maximè intentis oculis, ut ajunt, acerrimè contemplemini, nemo obstrepat. Hoc agite nunc jam. Auscultate; operam date; mea dicta devorate. Aures vacuas advertite. Studete mihi hodie; favete; adeste æquo animo, & rem cognoscite per silentium. *V. Considero.*

Attentè, auffmercksam. *Syn.* Silentio, attentô animô, diligenter. *Usus.* Peto, ut pro me dicentem benignè, contra illum attentè audiatis. Bonâ veniâ, attentè, & benignitate, quâ soletis, me audite.

Attentio, nis, Auffmerckung. *Usus.* Cura, attentio, animi cogitatio, vigilantia, assiduitas, labor, unô diligentiæ verbô continentur.

Attento, as, versuchen. *Syn.* Tento, pertento. *Usus.* Animos aliorum cognoscere, colloqui, attentare. Urbem insidiis, pudicitiam virginis, fidem alicujus attentare. *V. Tento.*

Attentus, a, auffmercksam. *Syn.* Excitatus, intentus, auditor.)(*Negligens, remissus.* *Usus.* Auditorem benevolum, docilem, attentum facito, teneto. Attentum se præbere dicenti; attentô animô excipere dicta. Tempus omne in attentissima cogitatione & acerrima posuit. Attentus in re aliqua, ad aliquid.

Attenuatè, kurtz / und satt. *Syn.* Jejunè. *Usus.* Attenuatè, pressèque dicere.

Attenuatio, nis, Verminderung. *Syn.* Extenuatio, imminutio. *Usus.* Suspicionis attenuatione fidem facere.

Attenuatus, a, verminderet. *Syn.* Exilis, humilis, abjectus, demissus. *Usus.* Oratio nimis attenuata, ad usitatam quotidiani sermonis consuetudinem demissa.

Attenuo, as, verminderen / verringeren.)(Amplifico. *Usus.* Grandia illa attenuanda sunt. Bellum attenuatum atque imminutum. Attenuatæ præliis legiones. *V. Imminuo.*

Attero, is, zerreiben. *Usus.* Postquam famam ejus & pudorem attriverat.

Attestor, aris, einen zum Zeugen nehmen. *Syn.* Testor, testem facio, comprobo. *Usus.* Pompejum attestatus est.

Attexo, is, anweben. *Syn.* Addo, adjungo. *Usus.* Immortali partem mortalem attexere.

Attineo, as, haben / behalten. *Usus.* Cultros attinet.

Attinet, ere, es gehet mich an. *Syn.* Pertinet, oportet, attingit. *Usus.* Quid sentiam, nihil attinet dicere. Quod ad me attinet. Quod ad abstinentiam attinet, ita me gessi, ut &c. Quæ ad colendam vitam attinent. *Phras.* Ea res ad multos attinet, pertinet, ad plurimos spectat. Ita curandum singulis, ut si res omnium agatur. Hæc deliberatio omnis in rationem publicæ utilitatis cadit. Causa omnium eâ re contingitur, admiscetur. *V. Pertinet. Refert. Oportet.*

At-

Attingo, is, anrühren. *Syn.* Tango, ago, accedo, assequor. *Adv.* Breviter, cautiùs, diffidenter, leniter, leviter, omninò, paulò ante, perbreviter, propriè, prorsus non, serò ac leviter, singillatim, strictim, timidè. *Usus.* 1. Extremis labris gustare, extremis digitis attingere. Insulam, portum attingere. Nihil de bonis meis, de præda attigit. 2. *Transl.* Id ne suspicione quidem aut conjecturâ attigi. 3. *Specto.* Civitates, quæ officiis, fide, vetustate, & cognatione populum Romanum attingunt. Aliquem necessitudine, cognatione, sanguine attingere. Attingit me ea cura, sollicitudo. Partem ejus sceleris nullam attigi. 4. *Tracto, indico.* Bonas artes ne attigisti quidem. Illud breviter & strictim attigi & perstrinxi.

Attollo, is, aufheben. * *Syn.* Erigo. *Usus.* Cùm se à gravi casu attollere & levare vellet. Attollunt se montes ingentes. *V. Erigo.*

Attondeo, es, beschären. *Usus.* Ulmos, virgulta attondere. Laudem alicujus attondere.

Attonitus, a, erschreckt. * *Usus.* Novitate ac miraculô attonitus. *V. Obstupefacio.*

Attraho, is, an sich ziehen. *Syn.* Allicio, invito, allecto, adduco. *Adv.* Commodè. *Usus.* Cur id tibi malum ultrò accersis atque attrahis? Similitudo attrahit ad amicitiam. *Phras.* Tuis blanditiis me ad te pertraxisti, traduxisti, me tibi planè ascivisti; me totum ad te redegisti ita, ut &c. Honorum spe ad laudem me vocâsti, pellexisti, ita ut te unum amplectar. *V. Allicio.*

Attrecto, as, anrühren. *Syn.* Sæpè tracto, & quasi manibus tero. *Usus.* Libri, quos tu contaminatis manibus attrectas.

Attribuo, is, zueignen. *Syn.* Ascribo, tribuo, assigno, confero, conjicio, refero, addico, vendico, ascisco, destino, affingo.)(*Demo.* *Adv.* Propriè. *Usus.* Culpam calamitatis causam mihi attribuis, & adscribis. Eam curam, provinciam, procurationem, negotium tibi attribuit populus. Certum mancipiorum numerum, pecuniæ modum alteri attribuere. *V. Arrogo.*

Attributio, nis, die Ubergebung des Gelds. *Syn.* Assignatio. *Usus.* Scribit, se de attributione omnia fecisse.

At verò, aber. *Plerumque adversantis est, & in principio periodi usurpatur.* *Usus.* 1. Virtutem nemo unquam DEO acceptam retulit. At verò honoribus, opibus aucti Diis gratias agimus. 2. *Concludentis est interdum.* Qui socium fallit, vir bonus non est, at verò tu, &c.

Avarè, geitziglich. *Syn.* Avidè, parcè, restrictè.

Avaritia, æ, Geitz. *Syn.* Sordes, inhumanitas, aviditas, cupiditas)(*Liberalitas.* *Epi.* Ardens, cæca, fœda, hians, atque imminens, importuna, incredibilis, nimia, par, senilis, summa. *Usus.* Omnium bona spe atque avaritia devorare. Homo avidò ingeniô, infinita rerum cupiditate, ardenti avaritiâ. Avaritia est alienorum appetitio injuriosa. Nullum officium tam sanctum, tam solenne, quod non violet avaritia & comminuat. *V. Cupiditas.*

Avarus, a, geitzig. *R. avens aurum.* *Syn.* Alieni appetens, qui omnia in pecunia ponit, sui nimium tenax, astrictus, parcus, avidus, sordidus.)(*Liberalis, munificus, effusus.* *Usus.* Homo avarus & furax. *Phras.* Crassus Romanorum avarissimus. Avaritiæ nomine malè audiebat, suspectus erat. Avaritiæ crimen Crasso maximè objicitur, exprobratur. Avaritiæ infamia flagrat, laborat. In Crassum avaritiæ crimen confertur. Crasso avaritiæ nota inuritur. Exagitatur, ut in avaritiam pronior, ad avaritiam proclivior, divitiarum justô plus appetens, immoderatè sitiens, supra modum cupidus, cupidior quàm satis est, in divitiarum cupiditate nimius. Auri sitientissimus Crassus putatur. Incumbere ad opes, opibus inhiare unus maximè existimatur. Avaritiæ labe infectus, propensus ad avaritiam, si quisquam alter. In re quærenda, in opibus congerendis, in divitiis colligendis, comparandis, contrahendis plus operæ ponit, collocat, quàm æquum sit. Crassi avaritia ad summum pervenit; eò est progressa, quò maximè potuit, quò longiùs non datur, quò non licet ulteriùs. *V. Avidus. Sordidus.*

Auceps, cupis, ein Vogelfänger. *Syn.* Venator avium. *Usus.* Peritissimus voluptatum auceps. Auceps Syllabarum legulejus quispiam. *Phras.* Qui aucupio sagittarum vitam propagat. Concinnat aream, offundit cibum, aves assuescunt.

Auctio, nis, Gant. *Syn.* Publica venditio, in qua pretium augetur. *Epi.* Hæreditaria. *Us.* Bona alicujus auctione constitutâ vendere. Facere auctionem. *Vul.* *Venditio publica.*

Auctionarius, a, zur Gant gehörig. *Usus.* Tabulæ auctionariæ.

Auctionor, aris, vergannten. *Syn.* Auctionem facio, auctione vendo, per præconem vendo, sub præcone subjicio. *Usus.* Dejotarus Rex auctionatus est, expoliare se maluit, quàm tibi non subministrare pecuniam.

Aucupium, ii, Vogleren. *Syn.* Avium captatio & venatio, atque etiam aliarum rerum. *Usus Transl.* Delectationis aucupium, elaborata concinnitas in oratione ne appareat. Aucupia verborum, literarum tendiculæ, putidæ sunt.

Aucupor, aris, Vögel fangen. *Syn.* Capto, consector, quæro, venor.)(*Repudio.* *Adv.* Necessariò. *Usus.* Ars dicendi plausus & opiniones hominum aucupatur. Assentatione gratiam divitum, alienâ obtrectatione famam aucupari. Levitatis est inanem aucupari rumorem, & umbras omnes etiam falsæ gloriæ consectari. Inanes rumusculos, verba aucupari. Tempus idoneum & occasionem aucupatur. *V. Quæro. Capto.*

Audacia, æ, Kühnheit. *Syn.* Confidentia, impudentia. *Epi.* Aperta, callida, digna odio majori, effrenata, ficta, gemina, horribilis, humana & toleranda, immanis, impia, incredibilis, intolerabilis, levior, magna, manifesta, nimia, perspicua, scelerata, similis, singularis, summa, tanta & tam perspicua, tam varia & tam nova, vera, urbana. *Usus.* Incredibili importunitate, & ad omne facinus audaciâ. Audaciâ, temeritate fretus, armatus. Nôsti os hominis, nôsti audaciam. Projectæ audaciæ & confidentiæ homulus.

Audacter, kühnlich / dapfferlich. *Syn.* Fidenter. *Usus.* Paulatim exultabat audacius. Audacter loquitur & liberè. *Phras.* Videte, quô vultu, quâ confidentiâ, quàm fidenter, quàm confidenter & calidè, quàm virili animo, sed consilio puerili agat, dicátque.

Audax, cis, kühn / dapffer. *Syn.* Confidens, temerarius, impudens, petulans, projectus ad audendum, cujus eminet audacia. *Adv.* Longè. *Usus.* Petulans, protervus, temerarius, audax ad omnia. *Phras.* Homo audax & protervus, confidens, impotens, gladiatoriô animô, volitat, furit; ferrei oris homo; promptissimæ vir audaciæ, rem Romanam sibi unus animô atque audaciâ sustinere videtur.

Audeo, es, dörffen. R. ab αὐθάδης, arrogans. *Syn.* Non dubito.)(*Timeo, dubito.* *Adv.* Apertè, fidenter, nimirùm. *Usus.* Tu me hoc rogare ausus es? Effecit, quod alius ne sperare quidem ausit. *Phras.* Non dubitavi id negotium in me recipere; vide, quantùm mihi sumpserim; quantam rem aggressus sim, invaserim, susceperim; quàm intrepidè aleam jecerim; quantum mihi animorum insit aut temeritatis.

Audientia, æ, das Zuhören. *Syn.* Attentio audiendi. *Epi.* Maxima. *Usus.* Compta & diserta oratio ipsa sibi audientiam facit. Rei pondus maximam audientiam mihi fecit dicenti.

Audio, is, ire, hören. R. ab αὐδὴ, vox. *Syn.* Auribus accipio, exaudio, excipio, sentio, aures do, aures patefacio, auditionem accipio; ad aures meas venit, pervenit; famâ & auditione accipio, auditor sum, operam do. *Adv.* Admodum, alicunde, aliquamdiu, aliquando, aliunde, amicè, assiduè, attentè, attentius, attentissimè, bene, benignè, benigniùs, celeriter, clementer, commodè, commodò, coram, diligenter, diligentiùs, diutiùs, gratìs, malè, hilarè, intelligenter, Latinè, leniter, libenter, malè, studiosè, libentiùs, liberiùs, liquidò, malè, meliùs, meritò, nunc primùm, omninò non, nunquam, palàm, pariter, perattentè, perlibenter, perstudiosè, propiùs, prorsus nihil unquam, quàm celerrimè, quàm tardissimè, statim à principio, studiosiùs, valde libenter, verè, vulgò. *Us.* 1. De tuis rebus diu nihil audivi. Potest fieri, ut, quod te audisse dicis, nunquam audieris. 2. *Exaudio.* Dii preces meas audiere. 3. *Assentior, consentio.* Nec Homerum audio,

dio, qui &c. 4. *Sum discipulus.* Audire aliquem. Plato Socratem audiebat. 5. *Laudo aut vitupero.* Homo ingenuus vult bene audire, rumorem bonum colligere. Malè audire, malæ famæ esse. 6. *Obtempero, obedio, morem gero.* Nunquam labêre, si me audies. Si me amicissimè monentem audisses, aliter res tuæ haberent. Dicto audientem esse. *Phras.* De tuis rebus libenter audio; ad tuas res aures mihi semper patent; libenter auribus percipio, sed diu non tenuissimam quidem auditionem de te accepi. Gaudeo, si quid de te ad aures meas perveniat, accidat, permeet, veniat. Sitientes gero aures ad res tuas. Cupiam his vocibus assiduè circumsonare aures meas. Propitiis auribus accipio, capto de te nuncios. Libenter te audio; gaudeo, si vox tua ad aures advolet, aures verberet. Nimis libenter edo sermonem tuum. Cibus mihi est, quòd fabulâre. Orationem tuam placidè persequor, voces tuas in aures immitto meas. Sermo tuus haud invito ad aures accedit. Libenter tibi aurem præbeo. Auribus utêris æquissimis. Facilem habes in audiendo. *V. Auris.*

Auditio, nis, das Hören. *Syn.* Sermo dispersus, rumor. *Epi.* Ficta, tenuis, tenuissima. *Usus.* 1. Nolite fictis auditionibus, nec disseminato sparsóque rumori credere. De ea re ne tenuissimam quidem auditionem accepi. Eam rem famâ solùm & auditione accepi. 2. *Auditus.* Homines fabularum auditione ducuntur.

Auditor, ris, Zuhörer *Syn.* Discipulus. *Epi.* Æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in jure civili non inferior, novus, æquus, attentus, benevolus, docilis, doctus, frequens alicujus, indoctus, intelligens, mitior, stultus & credulus, bonus, certior, infestus, tardus, vetus. *Usus.* 1. Platonis auditor Aristoteles. 2. *Audiens.* Facere attentum auditorem.

Auditus, ûs, das Gehör. *Syn.* Sensus audiendi, auditio. *Us.* Hoc non perinde auditu, quàm cogitatione intelligi potest.

Aveho, is, hinweg führen. * *Usus.* Ex loco in alium vehere. Puerum à patria avehit.

Avello, is, hinweg reissen. *Syn.* Abstraho, aufero, abjungo, distraho, detraho, vello. *Usus.* Avellere filium de matris complexu. Avulsus à meis, ab amicis summo cum dolore. *V. Decerpo.*

Avena, æ, Haber. *Syn.* Segetis vilissimæ genus.

Aveo, es, begehren. *Syn.* Cupio, aviditas alicujus rei me tenet. *Adv.* Prorsus, valde. *Usus.* Valde aveo scire, quid agas. *V. Cupio. Desidero.*

Averrunco, as, abtreiben. *Syn.* Prohibeo, averto. *Usus.* Dii omen averruncent! *V. Averto.*

Aversor, aris, sich wegkehren. *Syn.* Refugio, recuso, terga do, me averto aliò. *Usus.* Ad quæstionem repentinam hærere ille, aversari, rubere. Preces alicujus, alicujus mores aversari, *abominari. V. Alienus. Alienatio.*

Aversor, oris, Abwender. *Usus.* Aversor pecuniæ publicæ.

Aversus, a, abgewandt. *Syn.* Qui terga dat.)(*Adversus. Usus.* Averso corpore vulneratus. Milites à prælio aversi, ad prædam conversi. E nuncio nihil a proposito aversus. Aversi Dii à salute populi Romani. Homo à literis, sermo à vero aversus, *abhorrens. Vul. De retro. à tergo. V. Alienatio.*

Averto, is, abwenden. *Syn.* Arceo, removeo, abduco, prohibeo, propello.)(*Converto. Adv.* Manifestè, parumper, repentè. *Usus.* 1. Ille suo consilio hostium furorem à pernicie civium, conatus improborum à republica, hostes ab urbe, pestem à cervicibus nostris avertit. Animum à sermone alicujus, cogitationem à miseriis avertere. Omnium oculos in se unum avertit. Aliò avertere flumen & dirigere. 2. *Aufero, compilo.* Pecuniam publicam, hæreditatem, prædam avertere in suos usus.

Aufero, ers, hinweg nehmen. *Syn.* Eripio, abripio, averto, adimo, tollo, abduco, detraho, removeo, præcido.)(*Do, affero. Adv.* Gratis, impudentiùs, longè hinc, mordicùs, occultè, omninò non, perceleriter, publicè, rectè, rectissimè, undique. *Usus.* 1. Operis præstantia imitandi spem omnem abstulit. Aliquid judicio auferre. Alicui suum jus, pecuniam de ærario auferre. Ab aliquo amorem auferre, *avertere.* 2. *Obtineo; quod petebatur, consequor, accipio.* Benignum demum responsum ab illo, decretum amplissimum, præmia, opem à Senatu abstuli. Ex eo facto laudem & gloriam maximam abstuli. 3. *Abeo.* Auferre se de convivio, è conspectu. *Phras.* Omnia ei ab hostibus ablata, de-

detracta, erepta sunt. De fortunis omnibus deturbatus est. Omnia per scelus erepta atque asportata. Omne instrumentum direptum, familia abducta, pecus abactum. In summa spoliatione omnium rerum; spoliatus & denudatus; rebus omnibus exutus. *Tua oratio metum mihi omnem abstulit*, dempsit, exemit, præcidit. Tua oratione metus omnis ablatus & sepultus; metum omnem discussit, dissipavit, delevit. *V. Absit. Abduco.*

Aufugio, is, fliehen. *Syn.* fugio. *Us.* Furto facto aufugit, non impunè laturus. *V. Fugio.*

Augeo, es, vermehren. *R. ab* αὔξω. *Syn.* majus facio, amplifico, addo, accessionem facio, exaggero, cumulo, multiplico.)(*Detraho, extenuo, diminuo, minuo.* *Adv.* copiosè, cumulatiùs, fusè, magnificentiùs, maximè, mirabiliùs, omnino, privatim, rhetoricè, summè, valde, vehementer. *Us.* Magnum beneficium tuum magnô cumulô auxisti. Auxit ea res mihi dolorem. Divitiis aliquem, commodis, honore, dignitate augere. *Phras.* Pompejus valde auxit imperium, amplificavit, multùm protulit, produxit, protendit imperii fines. Multum addidit, adjunxit ad ditionem Romani imperii. Magna per Pompejum ad imperii vires accessio facta est. Res Romanæ magnum incrementum cæperunt, acceperunt, magnopere auctæ sunt & locupletatæ; multò deinceps auctiores, copiosiores fuêre, ac antea. Tuæ litteræ mihi dolorem auxêre, majorem fecêre commemorando, retractando antiquum vulnus, velut attrectatu & quassu dolorem amplificaverunt. Curam duplificavêre, multiplicavêre, ampliavêre tuæ litteræ. Illud malum indies augetur, quotidie ingravescit, corroboratur, cumulatur, propagatur. Longinquitate crescit malum, suis progressionibus augetur. Res ab exiguis profecta initiis eò crevit, ut &c. Malum ingentibus incrementis auctum; maximis auctibus crescit; tacitis augescit incrementis; serpit quotidie malum. *V. Amplifico. Cresco.*

Augesco, is, wachsen. *Syn.* adaugesco, cresco. *Us.* Semina temperatione caloris augescunt, aluntur, pubescunt.

Augur, is, ein Wahrsager. *R. quasi a vigariens.* *Syn.* interpres auguriorum. *Epi.* bonus, optimus, perfectus, publicus, summus, verecundus, antiquissimus, interpres Jovis optimi maximi. *Us.* Romulus ipse magnus augur fuit. Augurum ars, disciplina, jus, prædicta.

Auguralis, e, zum Wahrsagen gehörig. *Us.* Vir auguralis; Libri augurales.

Auguratio, nis, Wahrsagung aus dem Vogelgesang. *Syn.* auspicium, divinatio. *Us.* Quæ tandem auguratio ex passeribus?

Auguratus, ûs, Vogelwahrsagerey-Amt. *Syn.* augurium, auspicium. *Syn.* pastoralis, non urbanus.

Augurium, ii, Vogelwahrsagerey. *Syn.* auspicium, authoritas rei bene gerendæ. *Epi.* addubitatum, contrarium, non tam artificiosum quàm superstitiosum, extremum, finistrum, verissimum. *Us.* Augurium in arce agere solebant augures. Certo salutis augurio. *V. Divinatio.*

Augurius, a, zum Wahrsagen gehörig. *Syn.* auguralis. *Us.* Scientia juris augurii.

Auguror, aris, weissagen. *Syn.* augurium ago, auspicium ago, divino, auspicor. *Adv.* fideliter, pulcherrimè, rectè, verè. *Usus.* Quantùm ego animô auguror & conjecturâ, non despero &c. Bellum auguror. *V. Divino. Prædico.*

Augustè, heiliglich/ herrlich. *Syn* piè, sanctè, feliciter. *Us.* Augustè, sanctè venerari Deos, aliquem consecrare.

Augustus, a, heilig. *Syn.* sanctus. *Us.* Locus, templum augustum. E Platonis sancto augustus fonte.

Avia, æ, Großmutter. *Syn.* patris vel matris meæ mater.

Aviarium, ii, Vogelkäfig. *Syn.* locus, ubi aves domi nutriuntur.

Avidè, begierlich. *Syn.* cupidè. *Us.* Avidè expecto literas tuas. Avidè Græcas litteras arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Avidè appeto.

Aviditas, tis, Begierd. *Syn.* cupiditas, desiderium. *Epi.* infinita, inexhausta. *Us.* 1. Infinita me gloriæ aviditas tenet. Est in me summa aviditas; summâ aviditate gloriæ rapior. 2. *avaritia.* Homo longè pecuniarum avidissimus. *V. Desiderium.*

Avidus, a, begierig. *Syn.* valde appetens, cupidus. *Usus.* 1. Laudis avidissimus. 2. *avarus.* Animus temperans, non avidus. *V. Cupio.*

Avis,

Avis, is, ein Vogel. *Epi.* alba, adversa, interpres & satelles Jovis, postrema, excelsa, internuncia Jovis, minor. *Us.* Aves aliæ alites, aliæ oscines. *Thras.* Cœlo libero fruuntur aves, pennarum effugiis huc illuc volantes. Ad imitandum humanæ vocis sonum dociles.

Avitus, a, das von Vor-Eltern herrühret. *Syn.* quod avi fuit. *Us.* Paterna & avita possessio. Patria & avita Philosophia.

Avium, ii, Abweg. *Syn.* ubi nulla est via.

Avius, a, unwegsam. * *Syn.* per quod iri non potest. *Usus.* Nocturnis & aviis itineribus profectus. Sylvæ, valles aviæ.

Aula, æ, ein Saal / eines Fürsten Hof. *Syn.* atrium, regia. *Us.* Ornamenta aulæ. Rex omni authoritate aulæ communita.

Aulæum, i, Tapeten. *Syn.* aulæ ornamentum, peripetasma, peristroma, stragula, & vestis stragula.

Aulœdus, i, Singer / Pfeiffer. *Syn.* tibicen.

Avocatio, nis, Abführung. *Us.* Avocatio à cogitanda molestia.)(*Revocatio ad contemplandas voluptates.*

Avoco, as, hinwegruffen. *Syn.* traduco, abstraho, removeo, arceo, abduco.)(*Voco, adduco.* *Adv.* Sapienter. *Us.* Ab ea re me non commodum ullum meum abstrahet, non metus avocabit, non somnus retardabit. Aliquem à contentione, à discordiis, à vitiis avocare. *V. Abduco. Averto.*

Avolo, as, hinwegfliegen. *Us.* Experiar, ut hinc avolem.

Aura, æ, Lufft. *Epi.* minima, parva, popularis, clarisona, inferna, subita, valida. *Us.* 1. Subitis auris nubes diducta est. 2. *favor popularis.* Illum popularis aura justò longiùs provexit. Fertur populari aurâ. Aura honoris eum à recto non dimovit.

Auratus, a, vergöldet. *Syn.* inauratus. *Us.* Aries Colchorum auratus.

Aureolus, a, goldfarbig. *Us.* Aureolus libellus, aureola oratio.

Aureus, a, gülden. *Syn.* ex auro. Sellæ nummus aureus.

Auricula, æ, Ohrläplein. *Syn.* quod circùm foramen auris eminet. *Epi.* infima. *Us.* Sermo tuus adhuc mihi ad auriculas versatur. Auricula infima mollior, *adag. de effœminato.*

Aurifer, a, goldtragend. *Syn.* ferens aurum. *Us.* Arbor aurifera.

Aurifex, icis, ein Goldschmidt. *Us.* Aurificis statera.

Auriga, æ, ein Fuhrmann. *Syn.* curruum Rector. *Epi.* indoctus. *Phras.* Currum, cùm opus est, sustinet bonus agitator, rhedarius, essedarius. Indoctus auriga è curru trahitur, deripitur, eliditur, laniatur. Frænos inhibet, qui equos agit.

Auris, is, das Ohr. *Syn.* pars capitis, quâ vocem haurimus, accipimus, audimus. *Epi.* æquissima, aperta atque integra, avida & capax, elegans, erudita, hebetior, jejuna, inhumana & agrestis, non obtusâ criminatione, sed vacua, patientissima, teres & religiosa, trita. *Usus.* 1. Erigere aures, attendere animum. Aures præbere; dicenti aures arrigere, patefacere, admovere. Etiam malis Poëtis aures præbeo, do, dedo. Etiam ineptis aures meæ patent; ineptis aures vacuas accommodo, adhibeo. Semper auribus meis uteris æquissimis, libenter audiam. Aliquid auribus accipere, percipere. Pervenit ad aures meas. 2. *aures alicui complere querelis.* Nescio quid in aures susurrare, auribus inculcare, inani garritu aures obtundere, sermonibus refercire. Aliquid alteri ad aures oggannire, in aures immittere. Aliquid dignum hominum auribus efficere. In aures influit Orator. Calent adhuc dum sermonibus tuis aures meæ. 3. *Aures offendere.* Incondita verba lædunt, offendunt aures, quarum est superbissimum judicium. Auris tua & animus à me abhorret. Malis Poëtis aures claudimus, auribus peregrinamur, *animo non præsente audimus.* Aliquid auribus dare, *assentari.* *V. Audio.*

Aurora, æ, die Morgenröth. *Epi.* humida, prænuncia clari solis.

Aurum, i, Gold. *Syn.* metallum omnium præstantissimum. *Epi.* cælatum, melius, præclarum, coronarium. *Us.* Auri venæ reconditæ. Aurum cælatum, signatum, factum, coronarium.

Auscultatio, nis, Zuhörung. * *Syn.* auditio. *Usus.* Quæ hæc auscultatio est?

Auscul-

Auscultator, is, Zuhörer. *Us.* Aut auscultator est tantùm, aut disceptator.

Ausculto, as, zuhören. *Syn.* aures admoveo. *Us.* Mihi ausculta. Voces meas, sermonem meum auscultando excepit. Ad fores suspensô gradu placidè ire perrexi, accessi, adstiti, animam compressi, aurem admovi, ita animum cœpi attendere, hoc modo sermonem captans. *V. Audio.*

Ausim, is, it, ich dörffte. * *Us.* Nec si sciam, dicere ausim.

Auspex, icis, ein Wahrsager. *Us.* Auspex legis. *V. Aruspex.*

Auspicatò, in einer guten Stunde. *Syn.* bonô auspiciô, auspiciô captatô. *Us.* Auspicatò urbem condidit Romulus. Nihil gerit, nisi auspicatò. *V. Feliciter.*

Auspicatus, a, glücklich. *Syn.* auguratus, *Us.* Auspicato in loco consedit, annus auspicatus.

Auspicium, ii, Weissagung. *Syn.* ab aspiciendis avibus augurium. *Epi.* augustum, coactum, consulare, ementitum, externum, optimum, præclarum, secundum, verum, salvum, bonum, divinum, juge, malum, militare, populare, ratum, sinistrum. *Us.* Auspicium facere, agere, habere. Obtemperare auspiciis. Bonô auspiciô aliquid facere. Ductu, imperio, auspicio alicujus agere.

Auspicor, aris, weissagen. *Syn.* de cœlo servo, auspicium ago. *Us.* Oblitus est auspicari.

Auster, ri, Mittagwind. *Syn.* ventus à meridie. *Epi.* adversus, lenissimus, summus, vehemens. *Us.* Lenis ac mitis Auster.

Austerè, rauh. *Syn.* durè, duriter, severè. *Us.* Agit mecum austerè & stoicè.

Austerus, a, rauh/grob. *Syn.* severus, acerbus.)(*Dulcis, decoctus.* *Us.* Austero more & modô suô. Suavitas austera & solida. *V. Rigidus. Asper.*

Australis, e, das gegen Mittag ligt. *Syn.* ad meridiem, ad austrum. *Us.* Australes regiones.

Aut, oder. *Syn.* vel. *Usus.* Quid de pratorum viriditate aut arborum ordinibus, aut vinearum specie dicam? *cave, huic particulæ particulam* vel *subjicias.*

Autem, aber. *Syn.* sed. *Us.* 1. Poëta numeris astrictior, verbis autem liberior. 2. & Cùm pecuniam dedisset, essent autem prædia, quæ &c. 3. *an.* Cur consurgitis? vultis autem horum audaciam reprimere? 4. *præterea.* Cùm ita esset, suspicarer autem &c. 5. in *interrogatione servit correctioni.* Meum est, providere, quid fiat. Fiat autem? imò verò quid futurum sit.

Author, is, Ursächer. *R. ab* αὐτός, *ipse.* *Syn.* suasor, impulsor, hortator, machinator, architectus, adjutor, monitor, consiliarius, præfectus.)(Dissvasor. *Epi.* amicissimus atque sapientissimus, bonus imprimis, valde bonus, tam castus, tam religiosus, tam sanctus, divinus, domesticus, egregius, gravis, constans, præstans virtute, prudentiâ, religione, æquitate, gravior, gravissimus, idoneus, levis, locuples, locupletior, locupletissimus, luculentus, malus, melior, optimus, peritissimus, præclarus, præsens, privatus, recentior, religiosissimus, summus, certus, certissimus, eruditissimus, expers humanitatis. *Us.* 1. Author tibi non sum, ut naviges. Magnopere illi author fui ad rem suscipiendam. Magnis authoribus inductus id feci. 2. *magister, doctor.* Livius rerum Romanarum author locupletissimus. Malus Latinitatis author Apulejus. Utraque sententia luculentos habet authores. 3. *nuncius.* Certis & idoneis authoribus comperi. Quô authore hic rumor fluxit? 4. *caput, princeps, dux.* Præbere se Senatui authorem, principem, ducem. Deditionis author, hortator. *V. Consulo.*

Authoramentum, i, Besoldung. *Syn.* obligatio & nexus. *Us.* In mercenariis ipsa est merces authoramentum servitutis.

Authoritas, tis, Gewalt/ Ansehen. *Syn.* pondus, testimonium, momentum, existimatio, fides, vis, opinio, judicium. *Epi.* æterna, apex senectutis, clara, censoria, clarissima, stabilis, consularis, digna mutatione, divina atque inaudita, domestica, equestris, excellens, gravis, gravissima; honesta & digna verecundiâ, & cultu, & honore; illustrior, immortalis, imminuta, interposita, legitima ante, levior, magna & imprimis gravis, major, maxima, mediocris, minima, minor, naturalis, patria, perdita ante quàm, permagna, perpetua, pontificalis, pristina, publica, rata, senatoria, senior, summa, tanta, tenuis, vetus, contraria,

traria, certa, privata. *Us.* 1. *authoritatem dare.* Non cani, non rugæ authoritatem dare, afferre, tribuere possunt. Cani authoritatem non constituunt, faciunt. 2. *authoritatem habere apud aliquem.* Magna est ejus apud me authoritas. Non modò authoritatem, sed & imperium in suos tenet, obtinet. Est in illo, residet in illo summa authoritas. Floret apud omnes authoritate. Meis decretis illius authoritatem amplificavi. 3. *authoritatem violare.* Legum, Senatûs authoritatem frangere, imminuere, abjicere, exterminare. Victa jacet, hebescit legum vis & authoritas. 4. *authoritatem adjungere.* Senatus suam authoritatem interposuit, intercessit Senatûs authoritas, authoritatem perscribere. Senatûs, Censorum authoritatem sequi, parere. 5. Rationibus, non authoritatibus pugnandum est. *V. Valeo multum.*

Authoro, as, verpflichten/verbinden. *Syn.* militiæ sacramento obligo. *Us.* Ne authoraretur, profugit.

Autumnalis, e, herbstig.

Autumnus, i, der Herbst. *Phras.* Tempus senescenti æstati adjunctum; autumnale æquinoctium instabat.

Autumo, as, vermeynen. *Syn.* opinor, censeo, puto. *Us.* Ecqui dautumas?

Avunculus, i, der Mutter Bruder. *Syn.* matris meæ frater. *Epi.* divinus ac singularis, magnus.

Avus, i, Großvatter. *Syn.* patris & matris pater. *Epi.* disertissimus, nobilis, sapientissimus.

Auxiliarius, a, behülfflich. *Us.* Miles, cohors auxiliaria.

Auxilior, aris, helffen. *Syn.* adjuvo, suffragor, opitulor, opem auxiliumque fero, auxilio sum, auxilio succurro, subsidio eo, vel venio, præstò sum, subvenio, sublevo, adsum, præsidium fero; adjumento, subsidio, præsidio sum, fidem dexteramque porrigo, subsidio proficiscor. *Us.* Auxiliari cuipiam. *V. Opitulor. Opera. Faveo.*

Auxilium, ii, Hülff. *Syn.* subsidium, præsidium, adjumentum, opis adminiculum numen. *Epi.* adventitium, barbarum, b[illegible], certum, divinum; fidelissimum & gravissimum, & maximum; firmum, magnum & varium, mediocre, multum, nefarium, novum, novissimum, præsens, summum, verum, voluntarium. *Us.* Auxilium ab aliquo petere, implorare, efflagitare. Auxilium ferre, mittere, adjungere; auxilio esse. *Phras.* Tuo auxilio evasi. Tu primus afflicto & jacenti consularem fidem dexteramque porrexisti. Te diligente patrono sum usus. Tu medicinam, præsidium attulisti; summo semper studio mihi præstò fuisti. In te velut arcem mearum rerum habui; labentem ac prope cadentem me fulciebas. Te pro perfugio utebar, postquam amicorum consilia, auxilia mihi occidêre. Tu ad pericula mea propulsanda concurris; meas ruinas tua virtute sustinuisti; egregiam mihi operam navâsti; labentem excepisti; fortunis, fide fulcivisti; amicum pendentem corruere non passus. Patrocinium mei suscepisti. Tui auxilii umbra tectus; sub umbra tua latens; auxilii lationem nunquam distulisti. Ad tuam opitulationem confugi. Cùm nec consilii, nec auxilii copiam haberem, tu adjutor meus, monitor & præmonstrator fuisti. Veluti sequester, interpres, confector negotiorum meorum, procutator & administer.

Axilla, æ, die Uchß. *Syn.* locus subter brachium convacus.

Axioma, tis, ein ungezweiffelter Spruch. *Syn.* enunciatio, effatum, pronunciatum, breviter enunciatæ sententiæ. *Epi.* falsum, verum.

Axis, is, eine Wagen-Ax. *Syn.* linea per mundi centrum ducta, circum quam cœlum convertitur. *Us.* Terra altrix nostra trajecto axe sustinetur.

B.

Bacca, æ, Beerlein. *Syn.* fructus arborum, quales sunt, corni, oleæ. *Epi.* certæ, pulchellæ. *Us.* Baccæ arborum, terræque fruges.

Bacchatio, onis, Unsinnigkeit. *Syn.* Bacchantium furor, & alia insaniendi ratio. *Us.* Nocturnæ Bacchationes & vigiliæ.

Bacchor, aris, unsinnig seyn. *Syn.* Furo, insanio. *Us.* quibus gaudiis exultabas, quantâ voluptate bacchabare! *V. Furo.*

Bacillum, i, Stäblein. *Syn.* Baculus, virga. *Epi.* incurvum, à summo inflexum. *Us.*

Us. lituus, id est, incurvum & à summo leniter inflexum bacillum.

Baculus, i, * Stab. Us. inniti baculo.

Bajulo, as, * tragen. Syn. porto. Us. ego te bajulare possum.

Bajulus, i, ein Träger. Syn. Operarius appositus ad ferenda onera. Us. Operarii & bajuli.

Balbus, a, um, stammlend. Syn. linguâ hæsitans. Us. Demosthenes ita balbus fuit, ut primam Rhetoricæ literam non posset dicere.

Balbutio, is, stammlen. Syn. linguâ hæsito. Transl. ineptè dissero, malè doceo, tracto, ago. Vel obscurè, ambiguè pronuncio, dico.)(*apertè & clarâ voce loquor.* Us. vetustas de naturâ Dei balbutiebat denique.

Balista, æ, ein Geschütz. Syn. arcus magnus cum manubrio. Us. Balistæ eò vehementiùs feriunt, quò sunt contentæ, & adductæ magis. V. *Catapulta.*

Balneæ, arum, Bad. Syn. duo ædificia conjuncta, in quorum altero viri, altero fæminæ lavabant. Us. Balneæ publicæ. Nymphæa, & Balnearia.

Balneator, oris. Bader. Syn. balneatorum præfectus. Epi. temperans.

Balneum, Balineum, i, Bad. Syn. Locus, ubi domi privatim lavabant. Us. balneum calefieri jube.

Balo, as, blöcken. Syn. vox ovium propria.

Balsamum, i, * Balsam. Syn. arbuscula odoratissima. Us. balsamum est arbor ipsa; Opobalsamum est succus collectus ex arbore.

Balteus, i, * ein breiter Gürtel mit Spangen. Syn. cingulum è corio bullis ornatum. Us. auratæ vaginæ, aurata illis baltea erant.

Baptismus, i, die Tauf. Syn. Salutare Lavacrum. Phras. Sacrosancto Christianorum ritu abluere; aquâ vitali abluere; baptismo seu sacro fonte infantes aspergere; baptismate inficere, sancto ablutionis sacramento initiare. Sacro baptismate ablui; sacram ab eo ablutionem accepit; sacro lavacro tingi; quâ horâ pueris sacra aqua ad salutem inficiendis opera impenditur; tingi aquâ lustrali. Salutari ablutus aqua, baptismô, sacrô rore tinctus; sacrosancto æternæ salutis fonte ablutus, tinctus, initiatus. E sacro fonte suscipere. Vulg. *Patrinum agere.*

Baratrum, i, ein tieffer Orth. Syn. locus præceps, unde emergi non possit. *transl.* pro homine edace, bibace, meretrice omnia absorbente. Us. Ex imo baratri emergere.

Barba, æ, Bart. Syn. Viri villus ad mentum. Epi. aurea, horrida, atque intonsa, major, maxima. Usu. Capillatior quam ante, & barbâ majore. Barbam promissam, prolixam alere. Barbam tondere, radere, ponere.

Barbarè, barbarisch. Syn. inquinatè.)(*purè, emendatè* Us. Grammaticum se professus, barbarè loquitur.

Barbaria, æ, Barbarey. Syn. Locus barbarus, vel fera gens. Ep. agrestis, forensis, immanis atque intoleranda, inveterata, tota vasta. Us. 1. tam atrox nullus in ulla barbaria tyrannus fuit. 2. *mores barbari, duri, feri; crudelitas, barbaries.* Cæsar inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus delevit. Barbaria forensis.

Barbaricus, a, um, * barbarisch. Syn. barbarus. Us. barbaricæ vestes, leges, mores.

Barbaries, ei, Barbarey. Us. 1. Regiones feræ & alienæ, Scythæ, Syri, & cuncta fera barbaries. 2. *vitiosa & à Latinitate aliena locutio.* Malè loquuntur; barbara & solœca inspergunt. Domestica aliqua barbaries eorum sermonem infuscavit, inquinavit.

Barbarismus, i, Syn. vitium in locutione. Cùm verbum aliquod vitiosè effertur.

Barbarus, a, um, barbarisch. Syn. Immanis, incultus, agrestis, ferus, crudelis, atrox.)(*humanus, cultus, doctus.* Us. Gentes immanitate barbaræ. Naturâ & moribus barbarus homo. 2. *incomptus, inelegans, ineptus.* Indocti & barbari scriptores. Phras. Gentes immanitate efferatæ, immani & intolerandâ barbariâ, quorum terris quid asperius? quid oppidis incultius? quid nationibus immanius? Quis tam agrestibus institutis vivit, aut quis contra studia naturæ tam vehementer obduruit? homines immansueti, feri, omni diritate teterrimi, duri & agrestes vultu, motuque Corporis; vasti &[illegible]restes, moribus ritibusque efferatæ,[illegible]gna ex parte latrociniis infames, queîs cibus caro ferina, atque humi pabulum utì pecoribus.

Barba-

Barbatulus, i, der ein Bärtlein hat. *Syn.* ferè imberbis. Cum parva barba. *Us.* concursabant barbatuli juvenes.

Barbatus, a, um, gebärtet. *Adv.* bene. *Us.* barbati illi veteres.

Barbula, æ, Bärtlein.

Bardus, a, um, plumb / ungeschickt. *Syn.* stupidus, hebes. *Us.* quis stupidum Socratem dicet aut bardum?

Baro, onis, pro homine stupido. 2. pro viro Principe. *Us.* Apud reliquos Barones te in gratia posui.

Basilica, æ, Königliches Hauß / Rath-Hauß. *Syn.* locus publicus & magnificè ornatus. *Us.* Basilicam struere, ornare.

Basilicè, * *Syn.* magnificè. *Us.* Basilicè festum agere.

Basilicus, a, um, * *Syn.* regalis, magnificus. *Us.* Basilicæ editiones, status, victus, facinora, basilica.

Basio, as, * küssen. *Syn.* osculor.

Basis, is, Fuß / darauf etwas stehet. *Syn.* Radix, pes, ima pars, sustentamentum. *Epi.* adversa, altior, excelsa, inanis, index suisceleris. *Us.* Basi statuarum aliquid incidere, inscribere.

Basium, ii, * Kuß. *Syn.* osculum. *Us.* basium dare, figere. *V. Osculor.*

Beatè, seelig. *Syn.* feliciter. *Us.* beatè vivere, est honestè rectèque vivere, vel in una virtute positum est.

Beatitas, atis, Glückseeligkeit. *Syn.* Beatitudo.

Beatitudo, inis, Glückseeligkeit. *Syn.* beatitas. *Us.* Beatitatis & beatitudinis verbum durum, sed usu mollitum est. *V. Felicitas.*

Beatus, a, um, seelig. *Syn.* Cui benè est, felix.)(*infelix, miser.* *Adv.* Absolutè, ardenter, perfectè, summè. *Usus.* Beatus esse sine virtute nemo potest. Quem tu ægritudine, metu, lætitiâ gestiente, & libidine liberum, solutum, vacuum videris, num dubitabis beatum dicere? Beatus est, cui cumulata bonorum complexio adest, secretis malis omnibus. Qui beatus est, tutus sit, oportet, inexpugnabilis, munitus, septus, sine timore, quem nulli metus terrent, nullæ ægritudines exedunt, nullæ libidines incitant, nullæ lætitiæ futiles languidis liquefaciunt voluptatibus. *Phras.* Beatus in cælo, cujus vitam & virtutem immortalitas excepit, piorum sedem & locum est consecutus; magnis jam, multis & perpetuis fruitur voluptatibus, nullo metu nec impediente, nec impendente; cujus animus, postquam è corpore excessit, in cælum quasi in domicilium suum pervenit; in æternam ac planè in suam domum emigravit, ubi ævo sempiterno fruitur. Æternæ salutis, beatitudinis particeps; hæres æternæ vitæ? particeps æterni gaudii; in unica salutis cogitatione defixus sum, cætera minimi pendo. *V. Felix.*

Bellaria, orum, * allerley Speisen. *Syn.* cibi ad irritandam gulam compositi. *Us.* mellita bellaria.

Bellator, oris, Kriegsmann. *Syn.* bellicosus. *Us.* is minus vehemens orator fuit, quòd bellicosus. *V. Miles.*

Bellatrix, icis, ein streitbares Weib. *Syn.* Bellicosa. *Us.* bellatrix iracunda.

Bellè, fein. *Syn.* benè, aptè, prosperè, commodè, æquô animô. *Us.* bellè & festivè, benè & præclarè sentis. Bellè cecidit, cum &c. dolorem illum bellè fert; aqua bellè fluens.

Bellicosè, * kriegerisch. *Us.* bellicosiùs Romam aggressus est.

Bellicosus, a, um, kriegerisch. *Syn.* armis & bellicâ virtute valens.)(*imbellis.* *Usus.* gentes bellicosæ. *Phras.* Germani bellicosi, belli gerendi peritissimi, longè omnes belli gloriâ & virtute superant; bellicis laudibus abundant; operum militarium periti, bello invicti, multis fortibus factis, gloriâ militari illustres, in armis exercitatissimi, pugnacissimi, promptissimi bellatores, bello acres, strenui, & consilio boni; rem bellicam fortiter ac strenuè tractant, gerunt, administrant. *V. Generosus.*

Bellicum, i, Kriegs-Feld-Music. *Syn.* cantus ad arma vocans. *Us.* Bellicum quasi canit Thucydides.

Belligero, as, are, kriegen. *Syn.* bellum gero. *Us.* cum fortunâ nobis belligerandum est.

Bello, as, kriegen. *Syn.* Belligero, bellum gero. *Us.* gigantum more cum Diis bellare. *V. Bellum.*

Bellua, æ, ein wildes Thier. *Syn.* Bestia. *Epi.* audax, & nefaria, fera & immanis. immanis & tetra, importuna, importunissima, impura, tetra & pestifera, teterrima, vastifica, vasta & immanis.

Belluæ

Belluæ fluitantes, immanes & feræ, innantes, natantes. *Uſ.* Ægritudo, ùt tetra & immanis bellua fugienda. Sed quid ego hoſpitii in hac bellua requiro?

Bellum, i, **Krieg.** *R. à bellus per antiphraſin, vel bellua. Syn.* duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma.)(*pax. D.* totum militiæ tempus; *prælium* ſolum armorum certamen eſt. *Epi.* bella acerba, ac diuturna, civilia, continua, domeſtica, externa, gravia, graviſſima, hoſtilia, inutilia, juſta hoſtiliaque, leniora, magna, majora, maritima terreſtriaque, maxima & periculoſiſſima, multa, parva, periculoſa, periculoſiſſima, peſtifera, præclara, priſtina, propria, ſuperiora, varia, vetera. Bellis ſuperioribus. Bello proximo. Bellum acerbum diuturnumque, inteſtinum, acerbiſſimum, acerbiſſimum & calamitoſiſſimum, acerrimum, acerrimum & maximum, acre & magnum, æternum, calamitoſum civibus & exitiabile, calamitoſiſſimum, commune, crudele & exitioſum, crudeliſſimum, crudeliſſimum & maximum, diuturnum, diuturnum & calamitoſum, domeſticum, dubium, duriſſimum, exitioſum, fœdiſſimum, formidoloſiſſimum, grave, grave & vehemens, grave & diuturnum, grave & periculoſum, graviſſimum, horribile ac nefarium, horrificum ac nefarium, impium ac nefarium, inexpiabile, indictum, infinitum, injuſtum, injuſtum impiumque, non injuſtum quidem, ſed tum pium tum neceſſarium, internecinum, inteſtinum, inutile, juſtum, juſtiſſimum, longum, luctuoſiſſimum, magnum & grave, magnum & neceſſarium, magnum & periculoſum, magnum & vehemens, majus, maritimum, maximum crudeliſſimumque, maximum difficillimumque, maximum & periculoſiſſimum, merum, miſerum fataleque, miſerrimum, mortiferum, muliebre, naturale, navale & maritimum, neceſſarium, nefarium & crudele, novum, occultum, oppreſſum, periculoſum magnitudine, periculoſum & turpe, periculoſiſſimum maximumque, pernicioſiſſimum, peſtiferum, piraticum, privatum, proximum, prudens, regium, repentinum ſacrilegum impiumque, ſæviſſimum prope omnium, ſceleratiſſimum periculoſiſſimumque, ſempiternum, ſervile, tetrum periculoſumque, ſociale, ſuperius, tetrum miſerumque, teterrimum periculoſiſſimumque; tantum, tam crudele, tam nefarium; tantum, tam diuturnum; tam longè, lateque diſperſum; tantum, tam inſidioſum; tantum, tam luctuoſum, triſte & turbulentum, turpe, vetus, latè diſperſum diffuſumque. *Uſus.* Bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, minùs acerbè gerenda ſunt. 1. *Bellum parare.* Mithridates Romanis bellum immane, teterrimum, maximum, peſtiferum, crudele mòvit, commovit, excitavit, conflavit, ſuſcitavit. Contractis Aſiæ viribus bellum inſtruxit, comparavit, incepit, inchoavit; iniit exitioſum, acerbum, longè duriſſimum. Bellum jam devitari non poteſt. Nobis de bello cogitandum; ineunda de bello conſilia; belli initium capiendum, faciendum eſt. In bellum mente & animo inſiſtamus, totos nos ad belli cogitationem recipiamus, in bellum incumbamus, bello rem tentemus, hoſtes laceſſamus, ad bellum animum intendamus oportet. Bellum indicamus, ſumamus, ſuſcipiamus oportet. Impendet nobis, imminet bellum periculoſum, formidoloſum, difficile. Exardeſcet, orietur, naſcetur, exiſtet ex his ſcintillis bellum fœdum, calamitoſum, exitiabile. Ad bellum omninò nobis ingrediendum; arma inferenda, eundum ad arma eſt. Verſamus in præſente belli diſcrimine. Adventat, appropinquat, adeſt jam grave bellum. Res ad arma ſpectat. Bellum capeſſendum, moliendum eſt. Bello reipub. noſtræ ſalus continetur. 2. *Bellum gerere.* Ardet, flagrat, conflagrat atroci bello Italia. Circumfertur, geritur ancipiti Marte bellum, de imperio certatur & libertate. Italia tota ardet, miſcetur, belli diſſidio diſtracta gemit, internecino bello affligitur, vexatur. Italiæ cum vicinis continentia bella intercedunt. Plurima mala Italiæ bellum infert, im-

importat. Nulla calamitas est, nullum exitium, nihil tam durum & acerbum, quod Italia in bello non persentiscat. Perculsa bello ac prostrata jacet Italia, belli flammâ uritur & consumitur. Perdit, corrumpit Italiam diutinum bellum. Magnâ belli contentione terrâ marique infestatur Italia. Nefario ac durissimo bello inflammatur. Bellum ducere; lento bello hostem circumducere. 3. *Bellum absolvere.* Alterius partis clade consenescere cœpit bellum, attenuari & imminui cœpit, illustri demum victoriâ confectum est, penitùs deletum, profligatum, propulsatum. Honestis conditionibus bellum atrox restrinximus, extinximus, diremimus, depulimus, avertimus. Bellum posuimus, cum pace mutavimus, penitùs oppressimus; arma posuimus, deposuimus. 4. *Bellum renovare.* Nondum satis oppressis belli reliquiis, fumantibus adhuc belli scintillis, belli consilium resumptum, instauratum, redintegratum est, ut adeo bellum ex bello feratur. Rediit, renatum est de integro bellum; jam extinctum denuò suscitatur; novo bello implicamur, involvimur. Novis fluctibus objicimur; in bellum denuò conjicimur. Ex præsente tranquillitate novæ tempestates commoventur.

Bellus, a, um, **fein.** *Syn.* aptus, conveniens. *Adv.* planè, valdè. *Us.* Erit hic locus pueris bellissimus. 2. *Lepidus.* gratissimæ, bellæ literæ. Bellus puer, puella. 3. *urbanus, honestus.* Duriùs hoc accepit, quàm homines belli soleant. *V. Pulcher.*

Benè, **recht.** *Syn.* Præclarè, valdè, commodè, ratione, bonâ ratione. *Us.* Domus benè & ratione ædificata. Benè, sanè bene rem gessisti. 2. *valdè, satis.* Homo bene nummatus. Benè peritus. Benè multi, benè manè, benè magnus &c. *Phras.* Aptè ac rotundè, perbenè, scitè hercle, commodè & facetè, lepidè & sapienter dixit. 2. *Bene mecum agitur.* Pulchrè mihi est. Ego beatus sum. Perbono loco res sunt meæ. Præclarè se res habet. Benè me habeo. Rectissimè apud me sunt omnia. Optimè, commodissimè mecum agitur. Bellè me habeo. Expedita mihi sunt omnia, & explicata. Florentissimis rebus utor. Optatis meis fortuna respondet. 3. *Benè ac malè.* Seu rectè an perperam. Rectè an secus fecerim ignoro.

Benedico, icis, ere, **segnen.**)(*maledico.* *Us* Bene dicere est scienter, peritè, ornatè dicere. 2. *Laudo, aut benè precor.* Cui bono civi unquam benedixit?

Benedictio, Benedico, **Segen.** *Phras.* Benè precari; sanctâ benedictione afficere; faustâ cum prece dimittere. Solemni precatione aliquem lustrare.

Benedictum, i,)(*maledictum.* *Us.* benedicta malè interpretari.

Benefacio, is, ire, **Gutes thun.** *Syn.* Beneficiô afficio, benignè facio, beneficium tribuo, benè, optimè mereo, orno, beneficiis orno, benè promereor, beneficium confero, beneficio complector. *Us.* durum est malè tractari ab iis, quibus benefeceris.

Benefactum, i, **Gutthat.** *Syn.* bene, honestè factum, virtus.)(*malefactum.* *Us.* Multorum benefactorum jucundissima est recordatio. 2. *Beneficium, meritum* Beneficia malè locata, malefacta arbitror.

Beneficentia, æ, **Gutthätigkeit.** *Syn.* liberalitas, benignitas. *Epi.* Divina, præstans. *Us.* Quid præstantiùs bonitate & beneficentiâ?

Beneficiarius, ii, * **Wohlthat empfahend.** *Syn.* cliens. *Vulgus vasallum vocat.*

Beneficium, ii, **Wohlthat.** *Syn.* Benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus.)(*maleficium.* *Epi.* Æternum, amplissimum, Divinum immortaleque, excellens atque Divinum, insigne & singulare. Magnum, majus, maximum, parvum, permagnum, præclarum in rempublicam, publicum, recens, singulare erga aliquem, summum. Beneficia amplissima, clarissima & maxima, cælestia. Divina in aliquem, fructuosa alicui, grata alicui, immortalia, innumerabilia, jucundiora, mutua & grata, paterna, plurima, proxima, recentia, summa, vera, vetera, vilia.

F *Usus.*

Usus. 1. *Beneficium petere.* Hanc rem in beneficii loco à te deposco; tuo beneficio, ut mihi honos obveniat, peto; *tuâ operâ.*
2. *Beneficium dare.* Homini gratiori beneficium conferre, tribuere, deferre non potuisses. In gratissimum hominem contulisti beneficium. Apud neminem beneficia tua melius ponere, collocare poteras. Hominem gratissimum beneficio auxisti, ornasti, obstrinxisti, complexus es. Immortalibus me beneficiis alligasti tibi, & obligasti.
3. *Beneficium conferre.* Contuli, quæ in illum officia potui, licèt remunerationem planè nullam expectarem. Quantum in me fuit, quantùm efficere & consequi potui, pro meo studio, meaque industria complexus illum sum, affeci, auxi omnibus officiis; contuli in illum, quæ beneficia, quæ merita potui, quamquam ab eo minimè parem gratiam expectarem. Nullum officii genus aut studii, nullam omnino rem, quæ vel ad utilitatem illius, vel ad laudem spectaret, omisi, prætermisi, infectam reliqui, licèt futurum non sperarem, ut memorem & gratum experirer. Omnia, quæ quidem præstare mihi licuit, profecta in illum sunt; cùm tamen spe nullâ niterer, spes me nulla teneret futurum aliquando, parem ut mihi gratiam referret, ut officia mea paribus compensaret officiis, remuneraretur officiis, æquaret officiis, ut ullum grati animi signum ostenderet, ut se memorem gratumque probaret, ut ullum omnino studiorum officiorumque meorum fructum ferrem. Meam in illum voluntatem & benevolentiam, quandocunque res tulit, ubi tempus & occasio postulavit, probavi, ostendi, significavi, declaravi, patefeci; spe tamen adductus nullâ gratiæ referendæ. Bene meritus de illo sum, quàm potui studiosissimè, quamquam illius erga me voluntati diffiderem, quamquam pariter animatum in me fore non confiderem, ut paribus mihi responderet officiis. *Non magna in me beneficia contulisti.* Non valde de me meritus es, Beneficium vel à te nullum accepi, vel accepi minimum. Exigua sunt, quæ apud me beneficia collocâsti, posuisti. Non magnis à te affectus sum beneficiis. Gravia non sunt, exigui momenti, parvi ponderis ea sunt, quæ meâ causa fecisti. Beneficia tibi debeo non ita magna, obligasti me, obstrinxisti me mediocribus officiis.
4. *Beneficium accipere.* Plurima tibi, beneficia debeo. Innumerabilia tua in me beneficiâ sustinere vix possum; quòd vivam, pro tuo beneficio habeo, in beneficii loco repono.
5. *Beneficium reddere.* Tuum erit tua beneficia tueri; meum beneficiis respondere, solvere, remunerari tot benefacta. Nunquam apud me interibit beneficium. Tua in me benefacta trabali, ùt dicitur, clavo in animo defigam.

Beneficus, a, um, dienstbar. *Syn.* benignè faciens, benignus. *Us.* Beneficus est, qui non sui, sed alienâ causâ beneficâ voluntate movetur.

Benemereor, eris, eri, wolverdienen. *Syn.* Beneficio afficio, Beneficium colloco. *Us.* De republica de nomine ac dignitate Rom. benemeritus civis.

Benevolè, gutwillig. *Syn.* Amicè. *Usu.* Præsto esse alicui benevolè, & fideliter.

Benevolens, entis. * gutwillig. *Syn.* benevolus. *Us.* Non sum molesta, sed benevolens.

Benevolentia, æ, Gutwilligkeit. *Syn.* gratia, bona gratia.)(*Odium.* *Ept.* æqualis ætati alicujus, bona, fidelis, firmissima, grata animi, impar, incredibilis in aliquem, insignis in aliquem, intemperata, major, mediocris, mirabilis, mutua, necessaria, non obscura, par et mutua, perpetua in aliquem & maxima, perfectissima, præstans in aliquem, propensa & perpetua, sempiterna, singularis, summa erga aliquem, summa & par. *Usu.* 1. *Benevolentiam captare.* Benevolentia beneficiis capitur maximè, conciliatur, colligitur, contrahitur, movetur. Ad benevolentiam officia alliciunt. Beneficiis tibi benevolentiam amicorum adjunge, conjunge. 2. *Benevolentiam habere erga aliquem.* Quam in te suscepi benevolentiam, semper tibi præstabo, servabo, tuebor, augebo. Quam semel in te contuli, declaravi benevolentiam, eâ te semper complectar, hanc in te semper navabo;

bo; hanc experiere, perspicies plurimis indiciis. 3. *Benevolentiam tollere.* adimere, delere, extinguere.

Benevolus, i, gutwillig. *Syn.* Amans, inclinatione animi in aliquem propendens, amicus, studiosus,)(*malevolus.* *Adv.* sanè animus, verè. *Usus.* Amicissimi benevolentissimique hominis officio semper sum functus. *V. Amicus.*

Benignè, gütig. *Syn.* comiter, liberaliter. *Us.* Salutare benignè, comiter appellere aliquem, alicui benignè facere & liberaliter.

Benignitas, atis, Gütigkeit. *Syn.* clementia, comitas, humanitas, benignitas, pietas, liberalitas, comitas. *Epi.* grata, honesta, incredibilis, jucunda aditu, major, nimia, privata, propensa in calamitosos, quæstuosa, summa in aliquem, utilis alicui. *Us.* summa benignitate audire dicentem. Nunquam tibi meam benignitatem claudam, non exhaurietur mea benignitas. Benignitas naturæ, agrorum.

Benignus, a, um, gütig. *Syn.* comis, blandus.)(*asper.* *Usus.* Benignus ad commodandum. Oratione benigna uti. 2. *Liberalis, munificus.* Benignus liberalisque dicitur, non qui fructum, sed officium sequitur.

Beo, as, are, *seelig machen. *R. à* βίος, vita. *Syn.* beatum facio. *Us.* Cælo aliquem beare.

Bestia, æ, ein wildes Thier. *Syn.* bellua. *Epi.* Immanis ac perniciosa, monstrosissima, præclara, valentissima. Bestiæ abditæ terrâque tectæ, agrestes, ancipites in utraque sede viventes, aquarum incolæ, aquatiles, cicures, feræ, gradientes, immanes, liberæ, mutæ, mutæ & nihil intelligentes, nantes, natantes, pravæ, serpentes, solivagæ, congregatæ, terrenæ, volatiles, volitantes, volucres. *Us.* Aliæ bestiæ nantes, volucres, serpentes, gradientes.

Bestiarius, ii, *Syn.* qui cum bestiis pugnabat in publicis ludis. *Us.* Gladiatoribus & bestiariis rempub. obsidere.

Bestiola, æ, *Epi.* minima, bestiolæ dissimillimæ. *Vul. animalcula.*

Beta, æ, mangoldt. *Syn.* Olus. *Us.* Beta & malva.

Biblia, orum, die heilige Schrifft. *Syn.* Scriptura sacra; sacræ, sanctæ, divinæ litteræ; scriptura sancta; divini libri; divinarum legum, divinorum librorum, sacrorum scriptorum, monumenta; cælestia scripta, cælestis doctrina, instinctu afflatuque cælesti conscripta.

Bibliotheca, æ, *Syn.* Librorum locus, multitudo. *Epi.* mirifica. *Usus.* De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, aliis comparandis velim conficias.

Bibo, is, trincken. *R. à* πίνω *bibo.* *Syn.* Poto, perpoto, poculum exhaurio, potionem exhaurio, haurio, sorbeo. *Adv.* jucundiùs, plurimùm. *Usus.* Lex Græci convivii: bibat, aut abeat. *Phras.* Vinum intemperantiùs hauriunt Græci; avidè siccant pocula; Lagenas furtim exsiccant; ingens sitientibus bibendi dulcedo. Propinant inter se; plusculum quàm sat, bibunt, Cyathos sorbendo diem producunt. Poscunt majoribus poculis, *provocant.* Totos dies perpotant, vino se obruunt; furiosâ vinolentiâ, circumpotationibus inundantur: Vinô se onerant. Merum è cantharis scitissimè exantlant.

Bibulus, a, um, * der gern trinckt. *Us.* potores bibuli. *V. Vinolentus. Ebrius.*

Biceps, cipitis, das zwey Häupter hat. *Us.* Biceps puella nata est.

Bicorpor, oris, zweyleibig.

Biduum, i, zween gantze Tage. *Syn.* duorum dierum spatium. *Usus.* 1. *De tempore cum Acc. & Abl.* Biduô, vel biduum ibi fui. 2. *De loco cum Gen. Acc. Abl.* castra bidui, vel biduo, vel biduum absunt ab urbe.

Biennium, ii, Zeit von zweyen Jahren. *Syn.* spatium duorum annorum. *Us.* bienniô domo abfuit.

Bifariam, auf zweyerley Weise. *Syn.* Bipartitò.

Biga, æ, *ein paar Roß neben einander stehend. *Syn.* currus duorum equorum jugo actus. *Us.* citatis bigis vehi.

Bilis, is, Gall / Zorn. *Syn.* duplex humor in sanguine. *Epi.* atra, secreta. *Us.* Mens sæpius iracundia graviore, vel dolore vel timore, quam atra bile movetur. 2. Ira bilem mihi movit, commovit, concivit.

Bimestris, is, von zween Monathen. *Syn.* duorum mensium, bimensis. *Us.* consulatus bimestris.

Bimus, a, um, zwey-jährig.

Binus, a, um, zwey und zwey. *Usus.* Bis bina quid sint, Epicurus non didicit.

Bipartior, iris, entzwey theilen. *Syn.* in duas partes distribuo, seco. *Us.* Prædam bipartiti sunt.

Bipartitò, in zween Theile. *Syn.* dupliciter, bifariam. *Us.* bipartitò classis, acies distributa est.

Bipedalis, is, zween Schuhe lang. *Syn.* duorum pedum longitudine. *Us.* Sol Epicuro bipedalis videtur.

Bipes, dis, zweyfüssig. *Syn.* quod duos pedes habet. *Us.* Homo omnium non bipedum modò, sed & quadrupedum impurissimus.

Biremis, is, ein Schiff mit zween Ruder-Bäncken. *Syn.* Navis duorum remorum ordinibus. *Epi.* præclara.

Bis, zweymal. *Us.* in eodem facto bis improbus fuisti.

Bivium, ii, * Wegscheide. *Syn.* quod duas vias habet.

Blandè; lieblich/ freundlich. *Syn.* comiter, suaviter, mansuetè. *Us.* Appellare aliquem, petere blandissimè.

Blandiloquentia, æ, liebliche Rede. *Us.* tanta illi blandiloquentiâ supplicavi.

Blandimentum, i, das Liebkosen / Schmeichlen. *Syn.* blanditia. *Us.* Multa blandimenta nobis natura ipsa peperit. Blandimentis corrupta juventus.

Blandior, iris, liebkosen. *Syn.* amplexor. *Adv.* mirificè, suaviter. *Us.* Voluptas suaviter sensibus blanditur. Blandiri, suppliciter insinuare, gratiam blanditiis aucupari. Patris severitatem blanditiis, illecebrisque impedire; sermone blandô delinire; blandiri & lenocinari. *V. Adulor.*

Blanditia, æ, das Liebkosen. *Syn.* assentatio, illecebræ.)(*mina.* *Epi.* apertæ, flagitiosæ, malitiosæ officiorum. *Usus.* Populari accursatione, assentatione, blanditiis civium benevolentiam colligere, in consuetudinem potentium se immergere turpe est. Blanditiis in aures divitum influere, blandimentis nummos ab aliquo exprimere, aliquem corrumpere dedecet.

Blandus, a, um, liebkosend. *R. q. plana dans.* *Syn.* Benignus, comis, lenis, suavis. *Us.* Blanda voce vocare quempiam, blanda & supplici oratione fallere; homo sum ùt hic minimè blandus. *V. Oratio blanda.*

Blatero, as, * schwätzen. *Syn.* stultè & præcupidè loquor. *Us.* Blaterare cum clamore.

Bona, orum, äusserliche Güter. *Syn.* commoda, fortunæ, res, possessiones, divitiæ. *Epi.* Aliena, angusta, breviora, diversa, divina & egregia, diuturniora, externa, fraterna, magna & Divina, quam maxima, multa, necessaria, nec opinata, opinata, paterna & avita, patria, pauciora, perexigua & minuta, plura, potiora, præsentia, præterita, propria alicujus, publica, publicata, summa & propria. *Us.* 1. *Bona parare.* Multa sibi bona industriâ peperit. Sua eum industria multis in possessionibus cumulavit, auxit; multa illi tribuit. 2. *Bona adimere.* Imminet fortunis omnium & bonis. Prope est, ut tua bona publicentur, tibi eripiantur, voci acerbissimæ præconis subjiciantur. 3. *Bona perdere.* Ingluvie avita bona, rem familiarem, prædiola sua brevi abligurivit, dilapidavit, dissipavit, profudit, absumpsit. 4. *Bona fortuna.* Ea sunt generis, propinquorum, amicorum, opum, valetudinis, formæ, virium, ingenii. 5. *Bona corporis.* Valetudo, firmitas, vires, pulchritudo, sensus integri, velocitas, candiduli dentes, venusti oculi, color suavis, lenitudo orationis, mollitudo corporis, linguæ solutio, vocis sonus, firma latera, conformatio quædam & figura totius oris, & corporis. Talis, inquam, omnibus naturæ fortunæque bonis instructus est. *V. Copia. Opes. Divitiæ. Felix.*

Bonitas, tis, Gütigkeit. *Syn.* probitas, integritas, virtus, benignitas, clementia.)(*malitia.* *Epi.* Divina, inusitata, non inhumana virtus, non superba neque immunis, pristina, singularis, summa, vera. *Usus.* Quidam bonitate naturæ, alii institutione & disciplinâ rectam sectantur viam. Ejus fortunas tuæ bonitati commendo. Ingenii bonitate mirâ, singulari bonitate & modestiâ Vir est. *Thras.* Vir insigni

signi bonitate, ita moderatus ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat; vir bonus & sapiens, & legibus parens & civilis, officii non ignarus; utilitati omnium plus quam suæ consulit. Exemplum Innocentiæ; quô nemo integrior in civitate, nemo Sanctior. Apertus, simplex, ingenus, justus, vir bonus; cujus fidem bonitatemque omnes dilaudent. Probus & antiqui moris; antiquis moribus, antiquâ homo virtute & fide.

Bonus, a, um, gut. *Syn.* Probus, præstabilis, salutaris, frugi, integer, justus. *Adv.* æquè, planè, sanè, sat, valdè. *Us.* Bonum solum, quod honestum. Summum bonum in voluptate ponit Epicurus. Bonâ fide agere. Bonò uti Cæsare, *benignô.* Bona animi, corporis, fortunæ. *V. Probus.*

Boo, as, * brüllen wie ein Ochs. *Syn.* vox boum.

Bos, bovis, Ochs. *Syn.* pecoris genus notum. *Epi.* opimus, sanctus, vivus, boves mollipedes, opimi. *Us.* Boum cervices natæ ad jugum, & vires humerorum & latitudo ad aratra extrahenda.

Bracha, æ, Niederkleid. *Syn.* Genus vestis apud Gallos Transalpinos.

Brachatus, a, um, der ein Niederkleid an hat. *Syn.* braccis utens. *Us.* Gallia braccata.

Brachium, ii, ein Arm. *Syn.* Cubitus vel potiùs membrum corporis ab humero ad manum. *Epi.* Extremum, leve, molle. *Us.* Brachii projectio decet in contentionibus, contractio in remissis. Brachium cohibere, projicere, contrahere; molli brachio aliquid agere; *Leviter.*

Brassica, æ, Kohl. *Us.* caules & brassicam ne contigeris.

Bractea, æ, * ein dünnes Blech. *Syn.* lamina tenuissima.

Brevì, in kurtzer Zeit. *Syn.* Propediem in brevi, brevi tempore, exiguô tempore paucis diebus. *Us.* Respublica brevi respirabit. 2. *Paucis, perpaucis verbis, breviter.* Ad ea quæ petis, brevì respondeo.

Breviloquens, tis, der kurtz von einem Ding redet. *Us.* Breviloquentem me tempus ipsum facit.

Brevis, is, kurtz. *R. à* βραχύς, *brevis. Syn.* Parvus, pusillus, contractus, concisus, angustus, exiguus; præcisus temporis spatio. *Us.* Exiguum & breve vitæ curriculum. Contractiora sunt vitæ spatia, quàm ut &c. 2. *Oratione vel dictione brevis.* Ambitus verborum contractus, & brevis. Amputata Oratio, & abscissa.

Brevitas, atis, Kürtze. scilicet temporis. *Epi.* Amicissima alicui, concisa, distincta, exigua vitæ, nuda atque inornata, pura & illustris, summa. *Usus.* Brevitas diei, temporis. 2. *contractio, parvitas.* Brevitas non modò Senatoris, sed & Oratoris magna laus est. Multos imitatio decipit brevitatis.

Breviter, kürtzlich. *Syn.* Exiguè, leviter, strictim, summatim, brevi, cum brevitate, paucis verbis.)(*productè, pluribus verbis.* *Usus.* Breviter, & absolutè complector rem totam. *Thras.* Rem dicam breviter; rationem tribus versiculis comprehendam. Ne multa, videamus nunc strictim; rem perstringam breviter; tribus verbis, paucis percurret oratio mea; ut in pauca rem conferam; ne longum sit, perbreviter attingam, coarctabo, & peranguste referciam dictionem; Incidam media, ne nimis serò ad extrema veniam; celeriter exigueque dicam; paucis vos absolvam; quàm potero, in verba conferam paucissima; verba quàm maximè ad compendium conferam; capita rerum strictim percurram; verbo me expediam.

Bruma, æ, der kürtzeste Tag im Jahr. *Syn.* Brumale tempus, Brumalis dies, hyemis brevissimus dies.

Brumalis, e, winterlich. *Us.* Brumales dies.

Brutus, a, um, unvernünfftig. *Us.* fortuna bruta.

Bubile, is, * Rinderstall. *Syn.* locus, ubi boves morantur.

Bubo, onis, * Stein-Eule. *Syn.* avis feralis & sacra.

Bubulcus, i, Rinder- oder Kühhirt. *Syn.* boum custos.

Bucca, æ, der Mund-Bagter. *Syn.* os ipsum, & interior malarum pars concava. *Epi.* Buccæ fluentes cerussatæ, atque dignæ Capuâ vetere.

 Usus.

Us. Consul prodiit fluentibus buccis, gravibus oculis. Scribe, quod in buccam venerit.

Buccina, æ, **Posaune.** *Syn.* Tuba belli. *Us.* signum datur buccinâ.

Buccinator, oris, **Hornblaser.** *Syn.* Præco, tubicen. *Usus.* Promittit se fore buccinatorem existimationis meæ.

Bulla, æ, **eine Bull / eingeschossene Halß-Zier / Bisem-Knopff.** *Syn.* Bulla in togâ prætexta erat ornamentum pueritiæ in cordis figuram formatum. *Epi.* aureæ, multæ & graves. *Us.* Prætexta toga sine bullâ. 2. *In valvis clavus.* Verres bullas aureas à valvis abstulit.

Bustuarius, ii, **Schwerdtfechter bey namhafften Leich-Begängnissen.** *Us.* Si mihi cum illo bustuario gladiatore certandum fuisset.

Bustum, i, **Grab.** *Syn.* Locus, ubi aliquis combustus est, monumentum, sepulchrum. *Us.* Bustum violare. *Transl.* Homo impius, bustum legum omnium, bustum Reipublicæ.

C.

Caballus, i, * **starcker Gaul.** *Syn.* Equus.

Cachinnatio, onis, **das Lachen.** *Syn.* solutior risus. *Us.* si ridere concessum, vituperatur cachinnatio.

Cachinnor, aris, **über die maß lachen.** *Syn.* solutiùs rideo. *V. Rideo.*

Cachinnus, i, **das Kütteren.** *Syn.* Cachinnatio. *Usus.* cachinnum sustulit; ad cachinnos omnes commovit. *V. Risus.*

Cacula, æ, * **Troßbub.** *Syn.* servus militis.

Cacumen, inis, * **der Gipffel.** *Syn.* vertex, seu summitas cujuscunque rei. *Us.* cacumina arborum. Cacumen pilorum capitis.

Cadaver, ris, **todter Cörper.** *Syn.* mortuum Corpus. *Epi.* Incruentum, informe, semiustulatum. *Us.* Ab hoc ejecto cadavere quidquam opis mihi spondeam?

Cadaverosus, a, um, * **eingefallen.** *Us.* cadaverosa facies.

Cadit, es fället zu. *Syn.* Evenit, accidit. *Us.* Cadit bellè.

Cado, is, **fallen.** *R.* à καττέω vel κάτειμι, *deorsum eo.* *Syn.* Concido, labor, delabor, decido, corruo, præcipito.)(*sto, consisto.* *Adv.* Cadere aliter rem, altè, aptè, aptè comprehensionem, aptè verba, aptissimè, bellè, concinniùs, commodiùs, decorè in pedes, fortiter, fortuitò, graviter, jampridem consilia, jucundè clausulas, jucundè orationem, leviùs, malè, meliùs, meliùs orationem, meliùs verba in syllabas longiores, numerosè, numerosè & quadratè, numerosè comprehensionem, numerosè clausulas, numerosè sententiam, omnino melius, optimè in pedem, pariter cum rep. percommodè, peropportunè, præclarè in remp. teterrimè quid, venustè. *Usu.* Altè non cades. 1. *Evenio.* Bellè, opportunè, commodè, fortuitò, valde optanti cecidit. Verebar, quorsum illud casurum esset. 2. *Convenio.* Cadit in eum suspicio; hoc in virum bonum non cadit; in virum sapientem dolor non cadit. 3. *venio.* Cadere in offensionem alicujus, sub aspectum, in deliberationem, in potestatem, sub imperium & ditionem alicujus. 4. *desino.* Ira, arma de manibus, austri cadunt, remittunt. 5. *Solvi.* Legum authoritas, civitatis fides cecidit. 6. *Mori.* duo millia cecidêre. 7. *Vinci judiciô.* Causâ cadere in judicio. *Vulg. perdere litem.* *Thras.* Vulneribus exhaustus cecidit, ad terram defluxit, vulneribus ad terram datus est, de equo lapsus capite graviter offensô; impactus ita est saxo, ut sopiretur; præceps ad terram datus est; miserabili casu, fœdâ prolapsione præcipitatus interiit. 2. *Ædes cecidêre.* Labefactata domus ruit, concidit, cum fragore ingenti procidit. Locus strage semirutæ domûs cumulatus. Totum opus fundamentô lapsô secutum est; Ruêre tabulata, & homines in profundum secum traxêre.

Caduceator, oris, **Herold/Friedbott.** * *Syn.* Legatus pacis causâ.

Caduceum, ei, *Syn.* Mercurii virga & sceptrum.

Caducus, a, um, **hinfällig.** *Syn.* facilè cadens, brevis, fugax, fragilis, mobilis, mortalis, incertus.)(*erectus, firmus.* *Usus.* Omnia alia falsa sunt, incerta, caduca, mobilia, sola virtus

est

est altissimis defixa radicibus. Corpus fragile & caducum. 2. Bona vacua & caduca; hæreditas caduca. *V. Incertus. Inconstans.*

Cadus, i, **Weinfaß.** * *Syn.* Genus vasis vinarii.

Cæcitas, atis, **Blindheit.** *Syn.* Privatio sensûs oculorum. *Epi.* Horribilis, misera, odiosa. *Usus.* An tibi luminis cæcitas plus obest, an libidinis? *Transl.* In furore animi, & cæcitate, & amentia.

Cæco, as, **blind machen.** *Syn.* Excæco, cæcum facio, oculis privo. *Usus.* Voluptate cæcantur hominum animi. Vitiis & cupiditatibus cæcatus adolescens.

Cæcus, a, um, **blind.** R. *quasi se ocus, sine oculis.* *Syn.* Sine visu, lumine captus. *Usus.* Catuli cæci nascuntur. 2. *Temerarius.* Cæcâ cupiditate rapi. Crudelitate & scelere cæcum fieri; homo cæcus & amens furore. Fortuna cæca cæcos efficit, quos complectitur. 3. *Obscurus, abditus, dubius.* Cur hoc ita obscurum est, & cæcum? Res cæcæ & ab aspectûs judicio remotæ. Nox cæca. *Phras.* Cæcus est redditus, lumina amisit, aspectum amisit, luminibus est captus, cæcutit, oculorum lumine extinctô caligat ad omnia; orbus, captus oculis degit.

Cæcutio, is, ire, **übel sehen.** *Syn.* Quasi semicæcus sum. *V. Cæcus.*

Cædes, is, **Mord / Todtschlag.** *Syn.* Occisio. *Epi.* Clara & recens, crudelissima omnium, cruenta, indignissima, infinita, jucunda, magna, maxima, misera crudelisque, nefaria, nocturna, plurima, propinqua, quotidiana. Cædes indignissimæ, maximæque, quotidianæ. *Usus.* Res mihi ad cædem spectare videtur. Cædem senatui moliuntur, quærunt cives improbi. Cædem atrocem facient, edent, perpetrabunt, efficient; Cædem equidem repriment alii, instaurabunt illi tantò acerbiùs, redintegrabunt, renovabunt. *V. Mors. Occido.*

Cædo, is, **schlagen.** R. *à καίνω.* *Syn.* Tundo, verbero, occido, trucido, interficio. *Usus.* Aliquem loris vel virgis cædere. Sylvam, armenta, magnum numerum hostium cædere. *V. Verbero.*

Cælebs, ibis, **unverehelicht.** *Syn.* Qui uxore caret. *Usus.* Cælebs muliere.

Cælo, as, **verbergen.** *Syn.* Occulto, obscurè fero. *Usus.* Si Deos omnes hominésque cælare possimus, nihil injustè faciendum est. Aliquem de concilio cælare. *V. Occulto. Tego.*

Cæmenticius, a, um, **von Schopp oder Bruchstein gemacht.** *Syn.* Quod cæmento constructum est. *Usus.* Cæmenticia fundamenta. Cæmentitiis parietibus extructæ altitudines.

Cæmentum, i, **Bruch-Stein.** *Syn.* Lapides rudes & fracti, quibus ædificia consurgant. *Usus.* Materiam, cæmenta, calcem convexit.

Cæruleus, a, um, **himmel-blau.** *Syn.* Color cœli. *Usus.* Cæruleus, cymatilis.

Cæsaries, ei, **lang Männer-Haar.** *Syn.* Coma, quæ cædi solet. *Usus.* Vide, cæsaries quàm decet!

Cæsim, **hauender weise.** *Syn.* Incisim. *Usus.* Membratim primò, dein cæsim diximus.

Cæsius, ia, um, **bleich-blau / grau.** *Syn.* Cæruleus, glaucus color, quales oculi felium. *Usus.* Cæsiis oculis Minerva.

Cæstus, ûs, **ein Streit-Kolben mit Leder / und mit Bley gefüttert.** *Syn.* Clava ex corio & plumbo. *Usus.* Pugiles cæstibus contusi, ne ingemiscunt quidem.

Cætera, orum, **das übrige.** *Syn.* Reliqua, alia, aliud, reliquum, itémque cætera, & quæ sequuntur, & alia hujus generis, hujusmodi, & si qua similia. *Usus.* In cætera vita satis splendidus. Avarus, cæterà doctus vir.

Cæteroquin, **ohne das / sonsten.** *Syn.* Alioquin. *Us.* Non Poëta solùm, verùm etiam cæteroquin doctus & sapiens.

Cæterùm, **aber / aber doch.** *Us.* Cæterùm, is mihi locus non displicet.

Calamister, ri, **Haar-Eisen.** *Syn.* Acus, quâ calefactâ capilli intorquentur. *Us.* Remove gemmarum ornatum, ne calamistri quidem adhibeantur. Frons calamistri notata vestigiis. 2. *Transl. Ornatus accersitus orationis.* Orationem calamistris inurere.

Calamistratus, a, um, **gekräuselt.** *Us.* Calamistrata coma, puella.

Calamitas, atis, **Jammer / Noth.** *Syn.* Miseria, ærumna, adversa vel incommoda fortuna, incommodæ res, offensio.)(*Prosperitas.* *Epi.* Civilis, communis, dissimilis, fatalis quædam, ho-

honestissima, improvisa, incredibilis & singularis, indignissima, injustissima, inveterata, magna, major, maxima, necessaria in re aliqua, nova, par, præsens, privata, publica, singularis, summa, tanta, tota. Calamitates impendentes, incredibiles, maximæ, magnæ, singulares, veteres. *Usus.* 1. *Calamitatem afferre.* Imminet domui tuæ ingens calamitas; inimici tibi calamitatem machinantur; te tuosque in calamitatem gravissimam trahent, ad calamitatem depellent, maximâ calamitate domum tuam afficient, affligent, calamitatem tibi importabunt. 2. *In Calamitatem incidere.* Respublica hôc annô calamitatem maximam cœpit, accepit, subiit, hausit; in calamitatem venit, incidit. Atrocior est calamitas, quàm quæ ferri, quæ tolerari possit. In calamitate tabescere. Et serpsit calamitas latiùs. 3. *Calamitate liberare.* Cæsar nos non à calamitate modò, sed & metu calamitatis defendet, prohibebit; calamitate nos, calamitatem levabit, nobis detrahet; efficiet, ut à nobis absit omnis calamitas. *V. Miseria, Ruina.*

Calamitosus, a, um, **voll Jammer.** *Syn.* Ærumnosus, miser, calamitatibus oppressus, affectus. *Adv.* valdè. *Us.* Magis fortunâ, quàm suâ culpâ calamitosus homo. Fuga flagitiosa & calamitosa. Calamitosus ager cælo & loco; tempestas calamitosa. *V. Miser. Infelix.*

Calamitosè, **jämmerlich.** *Usus.* Calamitosè potiùs, quàm turpiter vivendum est.

Calamus, i, **Schreibfeder.** *Syn.* Frutex aquaticus ad scribendum aptus. *Epi.* bonus. *Usus.* Calamo & atramento temperato, chartâ etiam dentatâ res agetur.

Calantica, æ, **Schleyer.** *Syn.* tegmen capitis muliebre. *Us.* Clodius calanticam capiti suo accommodavit.

Calcar, aris, **Sporen.** *Syn.* Equi stimulus equitis calci alligatus. *Transl.* *incitamentum.* *Usus.* Aliis calcaria adhibenda, admovenda sunt, aliis fræna.

Calceamentum, i, **Schuch.** *Syn.* calceus.

Calceo, as, * **Schuh anziehen.** *Us.* Nec satis commodè calceati & vestiti.

Calceus, i, **Schuch.** *Syn.* Pedum vestitus & tegmen. *Epi.* Calcei habiles, viriles. *Usus.* Redivi cum calceis & toga, nullis nec caligis, nec lacernâ.

Calcitro, as, **der hinden aufschläget.** *Syn.* Calce percutio. *Transl.* Renuo, respuo. *Usus.* Amicum eum non habebis, calcitrat, respuit.

Calco, as, * **mit Füssen tretten.** *Us.* Calcare uvas; calcare clientem.

Calculus, i, **Steinlein.** *Syn.* Lapillus, ratio. *Us.* Demosthenes calculos in os injiciebat. *Item:* calculos subducere, ad calculum reducere, *rationem inire*, ad calculos vocare. *Æstimare.* Revertamur ad illos calculos, quas abjecimus. *Consilium amissum resumamus.* Turpe est, exiguè nimis & exiliter amicitiam ad calculos revocare, ut par sit ratio datorum & acceptorum.

Calefacio, is, **wärmen.** *Syn.* Calfacio. *Transl.* *irritor*, *commoveo*. *Adv.* luculentè aliquem ad populum. *Usus.* Egregiè hominem suâ oratione calefecit. Calfacere hominem. Parthi vos calfacient.

Calendarium, ii, *Syn.* fasti, ephemerides. *Us.* anni observationem ad præscriptum novi calendarii dirigere.

Calendæ, arum, **der erste Tag eines jeden Monaths.** *Us.* Hæc scripsi ad VIII. calendas Decembris.

Caleo, es, **heiß oder warm seyn.** *Syn.* calidus sum. *Transl.* vigeo. *Usus.* Calent judicia ut quàm maximè. Calent rumores. Dum res calet, insistendum est. Cùm calent omnes, ego in negotio frigebo? 2. *fervere, dum res adhuc recens est.* Calentes adhuc recenti pugnâ, & victoriâ feroces. 3. *Æstuare, inflammari.* Studio scribendi, cupidine laudis calere.

Calesco, is, **warm werden.** *Syn.* calidus fio. *Us.* Igni vel apricatione calescere.

Calidus, a, um, **warm.** *Us.* Calidior est animus, quàm hic aër.

Caliga, arum, **Hosen.** *Syn.* tibiarum tegumentum.

Caliginosus, a, um, **dunckel.** *Syn.* obscurus.

obscurus, caligine tectus. *Usus.* Obscurius, nebulosum, humidum, caliginosum cœlum.

Caligo, as, * nicht heiter sehen. *Syn.* Cæcutire. *Usus.* In sole caligare.

Caligo, inis, Dunckelheit. *Syn.* Tenebræ. *Epi.* Cæca, obscura. *Usus.* *Transl.* Ex priori caligine temporum Respub. in lucem aliquam respexit. Discussa nunc est caligo illa temporum & tetræ tenebræ. Videbam aliquid, sed quasi per caliginem. *V.* *Tenebræ.*

Calix, icis, Kelch / Becher. *Epi.* Calices maximi. *Usus.* Calix mulsi vini.

Calleo, es, etwas wol können / wissen. *Syn.* Scio, teneo, possideo. *Usus.* Jura callet. *V.* *Scientia.* *Doctus.*

Callidè, listiglich. *Syn.* Astutè, non incallidè, cautè. *Usus.* Callidè, argutè, peritè dicere.

Calliditas, tis, Geschwindigkeit / Verschlagenheit. *Syn.* Malitia, astutia. *Epi.* Perversa, stulta, vetus. *Usus.* Pœni calliditate valent. Calliditas astuta prudentiam imitatur. *V.* *Astutia.* *Fraus.*

Callidus, a, um, geschwind. *Syn.* Astutus, versutus, vafer, malitiosus, eruditus artificio simulationis, veteratorius, veterator, non incallidus. *Usus.* Homo ad fraudem callidus. Astuta & callida interpretatio. *V.* *Astutus.*

Callis, is, Fußpfad. *Syn.* Semita.

Callum, i, Schwillen an Händen und Füssen vom Arbeiten. *Syn.* Cutis usu densior. *Usus.* *Transl.* Diuturna consuetudo, diutinus dolor veluti callum obduxit stomacho meo.

Calones, onum, Troß-Buben. *Syn.* Militum ministri.

Calor, oris, Wärme. *Syn.* Ardor, nimius solis ardor.)(*Frigus.* *Epi.* Æquabilis, corporeus, maximus, nimius, salutaris & vitalis, similis sui. Calores magni, majores, maximi, nimii. *Usus.* Frigora & calorum molestiæ viro ferendæ sunt. Acquiesco in horto, dum se calor frangat. Tempus anni gravissimum, calores maximi. *Phras.* Ecquid in iter te das caloribus summis, æstu flagrantissimo? Ecquid hoc ardore, sole meridiano torrendum te præbes? Solis radiis vehementissimis cur te exponis?

Calvitium, ii, Kahlheit des Haupts. *Syn.* Calvæ nuditas naturalis. *Usus.* Calvitio mœror non levatur.

Calumnia, æ, Verleumbdung. *Syn.* Injusta vexatio, fraudulenta interpretatio. *Epi.* Acerrima, ministra prætorum avaritiæ, nimis callida, frigida, jejuna, impudens, major, prætexta, calumniæ variæ. *Usus.* Frigidam jejunámque calumniam adversùs me adhibuit. Calumniam æquo animo fert. Coërcenda est calumnia & contundenda. Totus est in instruendis calumniis. *V.* *Convitium.* *Maledictum.*

Calumniator, oris, Verleumbder. *Syn.* malitiosus interpres, qui falsum crimen objicit. *Epi.* Egens, improbus. *Usus.* Bono viro improbum calumniatorem apposuit.

Calumnior, aris, verleumbden. *Syn.* Calumniam adhibeo, vexo, malitiâ ago. *Usus.* Is apertè ludificari & calumniari cœpit. *V.* *Detraho.*

Calvus, a, um, * kahl / flatzechtig. *Syn.* Qui calvam crinibus nudam habet, tonsus.

Calx, cis, die Fersen. *Syn.* Pars posterior pedis. *Usus.* Certare pugnis & calcibus. Calcibus contundere aliquem. 2. *Finis ac meta.* Ad calcem decurrit, pervenit opus. A calce ad carceres revocari, *à fine ad principium.* 3. *Lapis excoctus pro ædificio.* Calx, cæmenta, materia, Kalck.

Camelus, i, Kameelthier. *Syn.* Notum animal. *Usus.* Cameli adjuvantur proceritate collorum.

Camera, æ, Gewölb. *Syn.* Testudo, fornix, tectum incurvum. *Usus.* Cameras quasdam non probavi.

Caminus, i, Ofen / Kamin. *Epi.* Luculentus. *Usus.* In hyeme camino luculento utere.

Campester, re, feldächtig Orth. *Usus.* Campestris exercitatio.

Campus, i, Feld. *Syn.* Ager, saltus, planities, area. *Epi.* Deformis atque obsitus, fenicularius, ingens, immensúsque, latior, magnus, sanctus, tantus, tamque immensus. *Usus.* Agros habes uberrimos, opimos. *Transl.* *Amplitudo, copia, ubertas.* Magnus tibi campus patet in republica, apertus ad

ad gloriam curſus. In hoc tanto immensóque campo exultet oratio.

Canalis, is, Kanal. * *Syn.* Canales, per quos aqua confluit, aquæ ductus. *Uſus* Aquæ ductus fiunt tribus generibus, vel per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu tubulis fictilibus.

Cancelli, orum, Gätter / Schrancken. *Syn.* Septa quædam è lignis modico intervallo connexis, quibus ſcenæ & tribunalia & feneſtræ muniebantur. *Epi.* Forenſes. *Uſus.* Applauſum eſt à totis cancellis. 2. *Transl. Terminus, finis, limes,* Non egrediar ex iis, quos mihi circumdedi, circumſcripſi, cancellis.

Cancer, cri, ein Krebs.

Candelabrum, i, Leuchter. *Epi.* Candelabra ænea. *Uſus.* Candelabrum è gemmis clariſſimis & opere mirabili perfectum.

Candeo, es, weiß seyn. *Syn.* Fulgeo, candore fulgeo. *Uſus.* Candens Orbis. *Via lactea.* Candente carbone ſibi capillum adurere. *V. Albus.*

Candeſco, is, weiß seyn. *Syn.* Candefacio, igneſco, candidum facio. *Uſus.* Unâ operâ ebur atramento candefacere poſtules.

Candidatorius, a, um. *Syn.* Spectans ad Candidatum. *Uſus.* Candidatorium munus.

Candidatus, a, um, weiß bekleidet. *Syn.* Candidâ veſte indutus, quales erant, qui Magiſtratum petebant. *Epi.* Conſulares, gratuiti, pares, ſinguli, firmior, ſapiens. *Uſus.* Officioſiſſimâ, exercitatiſſima natio candidatorum.

Candidè, ohn alle Boßheit. *Syn.* Sincerè, purè, benignè. *Uſus.* Inimicitias ſimpliciter & candidè poſuit.

Candidus, a, um, weiß / gleissend. *Syn.* Albus, purus, ſincerus. *Uſus.* Purum & candidum dicendi genus; candidum hominis ingenium, vitæ candidæ homo, *inculpatæ. V. Sincerus, Apertus.*

Candor, oris, Weisse. *Syn.* Splendor, fulgor, lux. *Epi.* Exiguus, extremus, illuſtrior ſolis, nimius, ſplendidiſſimus. *Uſus.* Species cœli, ſolis, & candor. 2. *Albedo.* Mixtus candore rubor. 3. *Simplicitas.* Eximio morum candore vir.

Caneſco, is, grau werden / alten. *Syn.* Seneſco, inveteraſco. *Uſus.* Habet jam maturitatem, ſeneſcit oratio tua.

Cani, orum, graue Haar. *Syn.* Albi ſenum capilli. *Uſus.* Non cani, non rugæ authoritatem afferunt.

Caninus, a, um, hündisch. * *Uſus.* Cœna canina.

Canities, ei, graue Haare. *Epi.* Turpis. *Uſus.* O turpem exactâ dementiâque ætate canitiem!

Canicula, æ, Hündlein. *Syn.* Stella.

Canis, is, Hund. *Syn.* Clarus, providus, venaticus. *Uſus.* Canum fida cuſtodia, amans dominorum adulatio, odium in externos, incredibilis ad veſtigandum narium ſagacitas, alacritas in venando. Canis ſollicitum animal.

Caniſtrum, ri, Korb. *Syn.* Fiſcina, ciſta viminea. *Epi.* Splendidiſſima. *Uſus.* Lancibus & ſplendidis caniſtris nos paſcis.

Canna, æ, Rohr. * *Syn.* Arundo.

Cano, is, singen. *Syn.* Sono, canto, cantus edo, vaticinor. *Adv.* Canere abſurdè, diligenter, flebiliter, intùs, intus ſibi, modulatè, præclarè fidibus, ſimiliter. *Uſus.* 1. Voce canere. 2. Fidibus, tibiis canere. Bellicum claſſicum, receptui canere. Eandem cantilenam canere. *Cramben retorquere. Vul. Ludere, inflare, fidibus vel inſtrumentis muſicis ludere. V. Muſica.*

Canon, onis, Regel. *Syn.* Regula. *Uſus.* Tu canon es meorum ſcriptorum.

Canonicatus, ûs. Syn. Opulentum ſacerdotium, Canonicorum Senatus, collegium; ſacratior Sacerdotum Senatus.

Canonizo, as. Syn. In divos referre; ad Sanctorum numerum, ordinem adſcribere; cœleſtes honores alicui decernere; inter divos cœlites annumerare, aggregare; ſolennibus ritibus alicujus memoriam conſecrare.

Canorus, a, um, wohl thönend. *Syn.* Ad cantum inflexus clarus. *Uſus.* Canora, ſuavis, volubilis vox.

Canterius, ii. *Syn.* Equus caſtratus. *Uſus.* Mulô vehâre, qui canterium comediſti.

Cantharis, idis, Spanische Mucken. *Syn.* Inſecti genus alatum, lethiferum.

Canticum, i, Gesang. *Uſus.* Actus comœdiæ, & pars liberior, & laſcivior cantus.

Cantilena, æ, Gesänglein. *Syn.* Cantio. *Uſus.* Crebrò mihi cantilenam illam ſuam inſuſurrat.

Cantio, onis, Gesang / Zauberey. *Syn.* Carmen

men veneficum. *Usus.* Id veneficiis & cantionibus Liciniæ factum. *V. Modulus.*

Cantito, as, offt singen. *Usus.* Carmina in epulis cantitata.

Cantiuncula, æ, Gesänglein. *Usus.* Cantiunculis aliquem oblectare.

Canto, as, singen. *Syn.* Cano, cantus edo, vel fundo. *Usus.* Pueri lepidi cantare, & psallere docentur.

Cantor, oris, Singer. *Usus.* Cantor formularum, auceps syllabarum. Aves cantrices.

Cantus, ûs, Gesang. *Syn.* Symphonia, vocis inflexio. *Epi.* Dulcior, nauticus, obscurior, quotidianus vocum, sinister oscinis; lugubres, modici, remissiores. *Usus.* Tibicines cantus numerósque non suô, sed multitudinis arbitriô moderantur. Cantibus ipsæ bestiæ flectuntur & consistunt. Fidium nervorúmque cantibus ædes totæ personant; suavitate modulorum aures tenere. Cantibus animos impellere, incitare.

Canus, a, um, grau. *Syn.* Albus, candidus.

Capacitas, tatis, Weite oder Grösse. *Syn.* Spatium capiendi. *Epi.* Tanta. *Usus.* Capacitas theatri, vasorum. Utrum capacitatem in animo putamus esse? ùt *vulgus putat.*

Capax, cis, fähig. *Syn.* Quod aliquid capere potest. *Usus.* Ita capaces sunt aures meæ, ut eas nec Demosthenes impleat. Capax domus, ingenium.

Capedo, inis, Opffer-Geschirr. *Syn.* Vasis genus. *Epi.* Capedines gratæ. *Usus.* fictiles urnæ, capedines.

Capella, æ, Zieglein. *Syn.* Parva capra.

Caper, ri, verschnittener Bock. *Syn.* Mas caprarum castratus.

Capesso, is, zu oder an die Hand nehmen. *Syn.* Peto, obtineo, appeto, consector, assequor, *teneo*, *capio.* *Usus.* Rempublicam, Magistratum capessere. Quando tandem meliora capesses? Cibum, fugam capessere, *capere.* Capessere se domum, *subitò conferre.* *V. Capio.*

Capillatus, a, um, haarächtig. *Adv.* Benè capillatus adolescens. *Usus.* Corpore inculto & squalido capillatior quàm antè.

Capillus, i, Haar. *Syn.* Capitis pilus. *Epi.* Compti. *Usus.* Capillus compositus & delibutus, madentes cincinnorum fimbriæ, capillum sollicitè comit, componit. Defluunt illi capilli.

Capio, is, fassen. *Syn.* Comprehendo, accipio.)(*Do.* *Adv.* Aliquando animum patrium, comodè tempus adeundi aliquem, facillimè conjecturam, invitè, necessariò consilium, perfacilè magistratus, scitè tempus adeundi aliquem, strenuè arma. Capi brevì, crudelissimè prædam & fortunas, mirificè facetiis, opportunè locum, planè navim suo onere atque deprimi, rectè, sortitò sacerdotem Jovis, vix gloriam cœlo. *Usus.* Capere manum. Insulam, urbem bello capere; capere cibum. 2. *Transl. Ad intellectum.* Conjecturam ex, vel de aliqua re, augurium de aliqua re; consilium agendi, rationem agendi capere, *modum* invenire. Admiratio me capit. 3. *Ad actus voluntatis, & tum sumitur tam activè quam passivè.* Ut: Cœpit me voluptas, captus sum voluptate. Capere gaudium animis, lætitiam ex aliqua re. Amore capi. *Aut contra.* Luctus ingens, cura, metus, pavor maximus urbem cepit. Respub. magnam calamitatem, detrimentum cepit; dolorem, angorem, luctum, terrorem, miseriam, metum magnum cepit. 3. *Sumo, assumo.* Laborem inanem, Magistratum, Consulatum, Provinciam capere. Initia, primordia à Diis capienda sunt. 4. *Delector.* Munditiis, argenti splendore &c. capitur. 5. *Decipio, delinio.* Verborum laqueis judicem, aures velut per insidias cepit. 6. *Contineo.* Gloriam consecutus, quæ vix cœlo capi posit; Amentiam ejus civitas, regna capere non poterant. *V. Accipio.*

Capistrum, i, Maulkorb. * *Syn.* Capitis vinculum, quod jumentis adhibetur, ne fugiant. *Usus.* Ferratis capistris ora præfigere.

Capital, lis, Hauptttüchlein oder Schleyerlein / so man vorzeiten gebraucht / wann man opfferte. Vetustum verbum. *Usus.* Qui non paverit, capital esto.

Capitalis, e, des Tods werth. *Syn.* Perniciosus; crimen, quod aut civitatis, aut libertatis amissio sequeretur. *Usus.* Qui erant rerum capitalium rei, condemnati à capitali hoste, capitali odio diffidere; capitalem fraudem admittere.

Capito, onis, Groß-Kopff. *Syn.* Magni capitis. *Usus.* Sili frontones, Flacci capitones.

Ca-

Capitulum, i, Libri. *Epi.* Primum, optimum, parvum, pulcherrimum.
Capra, æ, eine Geiß.
Caprificus, i, * wilder Feigenbaum. *Syn.* Ficus sylvestris.
Caprinus, a, um, geissisch. *Usus.* Pellis caprina.
Capsa, æ, Kiste. *Syn.* Arca. *Usus.* Si te ad meas capsas admisero.
Captatio, onis, das Nachstellen. *Syn.* Verborum aucupium, pugna verborum, Logomachia. *Usus.* Disputandi prudentiam captatio verborum imitatur.
Captator, oris, * Nachsteller. *Syn.* Qui venatur aliquid & ambit quovis modò. *Usus.* Plebicola repentè omnisque auræ popularis captator.
Captio, onis, Fang. *Syn.* Deceptio, argutiæ, sophisma. *Usus.* Quasi præstigiis & captionibus à sententia sua depulsus, in aliam inductus est. Captiones refellere.
Captiosè, betrüglich. *Syn.* Vafrè, argutè. *Usus.* Captiosè interrogare.
Captiosus, a, um, betrüglich. *Usus.* Fallaces & captiosæ quæstiones. Societas captiosa, insidiosa.
Captivitas, tis, Gefängnüs. *Usus.* Is dies finem diuturnæ captivitatis, turpitudinis, servitutis attulit.
Captivus, a, um, gefangen. *Syn.* Vinctus & captus. *Epi.* Captivi frugi & diligentes, plures. *Usus.* Ducere aliquem captivum in triumphum. Redimere, duriter habere captivos.
Capto, as, etwa nachstellen. *Syn.* Allicio, aucupor. *Adv.* Mediocriter adventum. *Usus.* Aliquem aliquo emolumento, assentatione gratiam captare. 2. *Observo.* Tempora, occasio, momenta captanda sunt. 3. *Consector, peto.* Voluptatem, verba, plausum, benevolentiam populi captare.
Captus, a, um, gefangen. *Usus.* Mente, oculis, auribus, membris omnibus captus; amore, misericordiâ captus.
Captus, ûs, das Ergreiffen des Verstands. *Syn.* Ingenium, natura. *Usus.* Prudentes, ut est captus illorum hominum. Non malus, neque iners, ut est captus servulorum.
Capularis, is. * Senex capulo mortique contiguus.
Capulus, i, ein Hefft / Handhabe. *Syn.* Manubrium gladii. *Epi.* Verus. *Usus.* Quasi verò capulo esset occisus.
Caput, itis, Haupt. *Syn.* Princeps membrum. *Epi.* Adversum, certum legis, clarum, extremum, incolume, infirmum, integrum, liberum, magnum, laudabile & honestum, obstipum, parvum, præclarum, primum, proximum, pulcherrimum, summum, translatitium, superius. *Usus.* Caput aperire alicui; salutare aperto capite; tegere caput & operire. Caput cervicibus abscindere. 2. *Vita, salus.* Causa, judicium capitis agitur. De ordine, de civitate, de libertate, de capite contentio est. Caput tuum & fortunas semper defendi. 3. *Initium, principium, pars præcipua, origo.* Ad consilium dandum caput est, nôsse Rempublicam. Et quod caput est, novi hominem. Capita duntaxat orationis exposuit. Caput factionum Timogenes fuit. Duo epistolæ capita. Ad pontis capita castella sunt excitata. 4. *Vulgo capitale.* Aliquid de capite frumenti, de summa, de sorte detrahere. Nec caput nec pedes habet. *De re ineptâ impeditâ.* Ab imis unguibus ad summum verticem. *A capite ad pedes.*
Carbaseus, a, um, auß reiner Leinwath gemacht. *Syn.* Carbasus, lini optimi genus. *Usus.* Vela carbasea.
Carbasus, i, subtiler Leinwath. *Syn.* Genus lini miræ tenuitatis. *Usus.* Velum è carbaso factum.
Carbo, onis, Kohlen. *Epi.* Candens.
Carbonarius, ii, * Köhler. *Syn.* Qui carbones conficit.
Carbunculus, i, kleine Kohle. *Syn.* Parvus carbo.
Carcer, eris, Kercker. *Syn.* Custodia, vincula; locus, in quo asservantur rei. *Epi.* totus, vindex nefariorum scelerum. *Usus.* In carcerem mittere, ducere, deducere, contrudere, compingere, conjicere, condere. E carcere emittere, carceribus aliquem frænare, coërcere. In carcere asservari, detineri. Tradere in custodiam aliquem. *Phras.* Obtortâ gulâ de convivio in vincula & tenebras abreptus, in ferrum & vincula conjectus, æternis tenebris & vinculis mandatus, in carcerem & ergastulum datus, ad judicii diem in vinculis servatus, in latomias conjectus, in vinculis cohibitus est. *V. Custodia.*
Cardiacus, i, dem am Hertzen wehe ist. *Syn.* Morbus oris ventriculi, s. affectus ejus.

Cardinalis, Cardinal. *Syn.* Patres purpurati; Ecclesiæ, Orbis Christiani summum consilium; supremus Ecclesiæ Senatus; Illustrissimum Cardinalium, s. Purpuratorum PP. Collegium.

Cardo, inis, Angel. *Epi.* Altisonus, duplex. *Usus.* Postes cardinibus emovere, vellere; in eo cardo rei vertitur.

Carduus, ui, * Distel. *Syn.* Herba nota.

Carè, theur. *Syn.* Magnô pretiô, nimiò. *Usus.* Dimidiô carius emit domum, quàm æstimaretur.

Careo, es, mangeln. *Syn.* Vaco, vacuus sum, deficior, deseror, absum.)(*Abundo, potior, fruor.* *Adv.* Carere ægrè, ægriùs, diutiùs sermone, dupliciter culpâ, facilè, in perpetuum, necessariò, utilitate, nimiùm diu laude, omninò non voluptatibus, planè febri, sapienter rebus externis. *Usus.* Is non caret, qui non desiderat; dolore carere. Pompejus foro, postea senatu caruit. *V. Pauper. Privo.*

Caries, ei, * Holtz-Fäule. *Syn.* Vetustas, vel putrilago. *Usus.* Cariem recipere, vel sentire.

Carina, æ, der Schiff-Boden. *Syn.* Navis dorsum, navis pars ima.

Caritas, tis, Theurung. *Syn.* Inopia frumenti vel alterius rei.)(*Vilitas, ubertas, copia.* *Epi.* Admirabilior, diuturna, gratuita, humana, maxima annonæ, naturalis, præsens. *Usus.* Sterilitas agrorum, inopia frugum, præsens caritas, futura fames, è fame cædes, direptio, incendia. Caritate cibaria facta sunt angustiora. *Phras.* Ita cara est annona, ut incommodis multis affici omnes cogantur. Ita gravis est penuria, ea caritas ac rerum omnium difficultas est, eæ sunt angustiæ; ita carè veneunt, tanti pretii sunt, tanti sunt res omnes, ut incommodis multis premi, laborare, vexari omnes cogantur. Ex immoderata penuria, ex nimia caritate annonæ, ex annonæ difficultate existunt, oriuntur, gignuntur, quæ ferri vix possunt, incommoda.

Carmen, inis, Gesang / Lied oder Gedicht. *Syn.* Versus, argumentum carmine tractatum. *Epi.* Absurdum, aptius, grande, grave, grave plenumque, lugubre, mollissimum, necessarium, præclarum, totum, triste. Carmina blandissima, mala, nova, prosa. *V. Poëta. Versus.*

Carnarium, ii, * Fleisch-Banck. *Syn.* Locus, ubi carnes venduntur, vel domi reponuntur. *Usus.* Cœnam è carnario emit. Taberna carnaria.

Carnifex, ficis, Hencker. *Syn.* Tortor, lictor. *Epi.* Crudelissimus civium internuncius. *Usus.* Advolat ùt carnifex ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Non sicarius, sed crudelissimus carnifex.

Carnificina, æ, Richtstatt. *Syn.* Supplicii & cruciatus locus, Cruciatus, crudelitas. *Usus.* Ægritudo summa carnificina; carnificinam facere, subire. *V. Cædes.*

Carnificor, aris, * grausamlich umbkommen. *Syn.* Excarnificor.

Caro, nis, Fleisch. *Epi.* Multa, subrancida, putida, rancida, venenata. *Usus.* Caro conditanea, tosta; piscium delicata. Assum vitulinum. *Caro vituli assa.*

Carpentum, i, * hangender Wagen. *Syn.* Genus vehiculi. *Usus.* Agere carpentum. Matronæ Romanæ Pilento ad sacra, carpentis festo profestóque utebantur.

Carpo, is, abbrechen / tadeln. *Syn.* Detraho, sugillo, maledico, lacero. *Adv.* undique & colligere. *Usus.* Qui more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, non illo mimico, sed hoc maledico dente; alienam magnitudinem allatrant, famam lacerant, confodiunt. 2. *Imminuo, aufero opes alicujus*; aliquid de alienis laudibus carpere. 3. *Insector.* Ultimum agmen hostis carpsit.

Carptim, * eines hie / das andere dort hinweg zwickend. *Syn.* Hinc atque illinc sine ordine decerpendo. *Usus.* Res gestas carptim perscribere.

Carus, a, um, theur. *Syn.* Non vilis.)(*Vilis.* *Usus.* Annona in Macello solitò carior est. Annona magnæ pecuniæ est; amplificato pretio vænit. *V. Caritas.*

Casa, æ, Bauren-Häußlein. *Syn.* Tugurium, domus rustica & vilis.

Cascus, a, um, altvätterisch. *Syn.* Senex, vetus. *Usus.* Prisci illi, quos cascos Ennius appellat.

Caseus, ei, Käß.

Cafsis, idis, Helm / Beckel-Haube. * *Syn.* Galea.
Cafsis, is, Jäger-Garn. * *Syn.* Rete.
Caffus, a, um, nichts sollend. *Syn.* Vacuus, inanis. *Usus.* Sanguine caffus, aut luminibus.
Castè, keusch. *Syn.* Integrè, purè. *Usus.* Benè, ritè, castè Deos venerantur. In amicorum periculis castè & integrè versari.
Castellanus, i, * Schloß-Herr. *Syn.* Qui castellum habitat. *Usus.* Decem millia cum castellanis agrestibus in armis habuit. Multi ex Liguribus Castellani triumphi. *De capto castello acti.*
Castellatim, * von einer Vestung zur andern. *Usus.* Hostes castellatim dissipati.
Castellum, i, Schloß. *Syn.* Vicus seu rusticorum domus in agris clausa mœnibus. *Item,* munitiones ligneæ pro vallis erectæ ad arcendos hostes. *Epi.* Castella multa, munitissima, castellum munitum, necessarium. *Usus.* Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. Castellum munire, defendere. 2. Expugnare, capere, diruere.
Castigatio, onis, Züchtigung. *Syn.* Objurgatio, reprehensio. *Epi.* Clemens. *Usus.* Omnis animadversio & castigatio contumeliâ carere debet.
Castigo, as, züchtigen. *Syn.* Objurgo, mulcto. *Usus.* Matres filios verbis & verberibus castigant. Castigare carmen.
Castimonia, æ, Reinigkeit. *Syn.* Castitas. *Usus.* Summâ corporis & animi castimoniâ vir, virgo, adolescens.
Castitas, tis, Keuschheit. *Syn.* Castimonia, virginitas. *Usus.* Religiosa munditia & puritas. *V. Pudicitia. Integer. Verecundus.*
Castra, orum, Lager. *Syn.* Locus, ubi exercitus in tentoriis manet. *Epi.* Æstiva, civilia, florentissima, maxima, media, infima, nefaria, plena curæ, præclara, stativa. *Usus.* 1. *Castra metari.* Castra posuit, disposuit, locavit, constituit, habuit. Posita habuit loco opportunissimo. 2. *Castra movere.* In alium locum promovere, proferre, contrahere. Castra castris opponere, objicere, conferre; castra cum castris jungere. 3. *Castra tentare*, invadere, circumvenire, capere, occupare, hostem castris exuere. Hostium castris potiri.
Castrensis, das zum Lager dienet. *Syn.* Militaris. *Usus.* Eadem est castrensis & militaris ratio. Disciplina castrensis.
Castro, as. *Usus.* Nolo dici morte Africani castratam esse Rempublicam.
Castrum, i, Schloß / Vestung. *Syn.* Locus muris munitus, castellum majus, oppidò minus. *Usus.* Vallo & fossa circumdedi, sex castellis castrisque maximis sepsi.
Castus, a, um, keusch. *Syn.* Purus, integer, incorruptus. *Adv.* Maximè. *Usus.* Pompejus vir integer, castus, gravis. Casta domus, fœmina. Vir castus a cruore civili. Summa castimonia & integritate animus. *V. Purus. Integer. Verecundus.*
Casus, ûs, Zufall / Fall. *Syn.* Fortuna, eventus, sors, fors. *Epi.* Acerbissimus, cæcus, calamitosus atque funestus multis innocentibus, communis, communis & incertus, dissimilis, dubius, fatalis, vel gloriosus vel gravis, gravis & miserabilis, gravissimus atque acerbissimus reip. horribilis, repentinus, improvisus, incertus, incredibilis ac penè divinus, infestus, iniquissimus, levior, magnus, mediocris, melior, quidam mirificus, necessarius & fatalis pænæ, nec opinatus, periculosissimus, pessimus, rectus, similis, tristior, ultimus, voluntarius. Casus adversi, alieni, ancipites incertique dicendi, ancipites variique, barbari, bellici, conjunctiores reipublicæ, conversi, dubii, gladiatorii, graves civitatis, gravissimi, horribiles miserique, humani, incerti, innumerabiles, multi, novi, plures, rariores, similes exitu, tanti tamque præcipites, tetri, tristes. *Usus.* Casus incidit mirificus, casus intervenit fatalis. Multa is casu potiùs & felicitate, quàm virtute & consiliô gessit. Ad novos casus temporum consilia sunt accommodanda. Varii sunt rerum humanarum casus. 2. *Infortunium.* Meum illum casum horribilem, adversum, miserabilem, gravissimum tecta ipsa urbis lugebant; Aliorum opibus casus meos sustento; alieni casum meum levant; me è casu, quô afflictus jaceo, servant. 3. *Ruina.* Eô ictu me ad casum dedit. *Phras.* *Casu accidit*, fortè evenit, ut &c. Repentinâ aliquâ voluntate, & fortuitò iter arripui; In iter non consultò, sed casu

casu incidi. Casus me in hoc negotium induxit; fortè fortunâ factum est; peropportunè te mihi fortuna obtulit, qui me adjuvares. Casus hæc invexit. Aliter accidit, ac putâram. *V. Accidit. Fortuna.*

Casus conscientiæ. *Phras.* Explicare quæstiones de moribus ad christianam vitam conscientiámque moderandam; tradere officia hominis christiani; res ad officium christianum pertinentes exponere; doctrinam perutilem, quid sit officium Christiani, tradere; explicare controversias, quæ ad conscientiam pertinent, quæ docentur de finibus bonorum & malorum in re christiana.

Catachresis, is, Mißbrauch der Worten. *Syn.* Abusio.

Catadupa, orum. *Syn.* Cataractæ seu loca, ubi se Nilus præcipitat ingenti sonitu.

Catamitus, i. *Syn.* Ganymedes, meritorius puer.

Catapulta, æ, * Schnellbanck. *Syn.* Genus bellicæ machinæ, quâ jaculum aut saxum longiùs torquetur. *Us.* Catapultas, balistas, tormentáque alia oppugnandæ urbi comparata devehunt.

Cataracta, æ, * Schutz-Gatter. *Syn.* Fores pendulæ è ligno ferróve, quæ demitti ac attolli possunt. *Usus.* Dejectâ cataractâ porta clausa erat.

Catè, listig. *Syn.* Astutè.

Catechismus, Christliche Lehr. *Phras.* Christianis præceptis pueritiam imbuere, expolire, excolere; Catechismo pueros, plebem, rudes imbuere; christianæ disciplinæ elementa, initia christiana, fidei christianæ præceptiones, dogmata, initia legis christianæ exponere; instituere scholas Catechismi; doctrinâ christianâ imbuere; christianis rudimentis, disciplinâ catechisticâ, lege christianâ erudire; fidei nostræ mysteriis, christianâ catechesi populum formare; christianæ doctrinæ rudimentis instituere pueros. Instituere pueritiam præceptionibus christianis.

Catena, æ, Ketten. *Syn.* Vinculum è connexis annulis. *Usus.* Legum catenis constringere, vincire, devincire aliquem. Innocenti catenas injicere.

Catenatus, a, um, an Ketten gebunden. *Syn.* Catenâ vinctus.

Cateno, as, an Ketten schmieden. * *Syn.* Catenis vincio.

Caterva, æ, Kriegs-Schaar. *Syn.* Turba. *Epi.* Imminens, magna, benè magna, nova, tota, catervæ magnæ amicorum armatæ. *Usus.* Forum armatis catervis hominum improborum possidere. Catervæ atque conventus hominum. *V. Turba.*

Catervatim, schaar-weise. * *Syn.* Per catervas. *Usus.* Catervatim volant.

Cathedra, æ, Kantzel. * *Usus.* De cathedra surgere.

Catholicus, a, um. *Phras.* Catholica dogmata amplecti; cum Catholica Religione reconciliari; se ad Catholica mysteria convertere, adjungere. Ad Catholica sacra se transferre, conferre. In Catholicorum communionem venire.

Catulus, i, Hündlein. *Epi.* Catuli cæci. *Usus.* Omnia in perfectis meliora, ut in equo quàm equulo, in cane quàm catulo.

Catus, a, um, listig. *Syn.* Cautus, acutus, callidus, prudens. *Usus.* Prudens, &, ut ita dicam, catus.

Cauda, æ, Schweiff. *Epi.* Levis, lubrica, pinnata, spumifera, summa.

Caudex, icis, der Stamm an einem Baum oder Stock. * *Syn.* Stirps arboris. 2. *Transl. pro homine stulto.* *Usus.* Caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Cavea, æ, Grube / Käfig. *Syn.* Septum, quô aves & bestiæ includuntur. *Epi.* Multa, tota, ultima. *Item* locus, ubi populus sedens ludos spectabat. *Usus.* Cavea tota Plauto applausit. Quî clamores totâ caveâ? Emissus è cavea Leo.

Caveo, es, verhüten / Sorg haben. *Syn.* Vito, fugito, cautionem adhibeo, declino. *Adv.* Ampliùs populo, assiduè, diligenter, diligentiùs aliquem, diligentissimè alicui, magnopere, nominatim fœdere cavere & excipere, sancire, perscribere, omninò omnia, studiosè ne, vigilantiùs aliquid. *Usus.* Cavere ab homine nefario, à veneno. Cave, putes; cave, existimes, mihi quemquam te chariorem. Cave facias. Omnia cavebo. 2. *Consulo.* Tu mihi meisque multa sæpè cavisti. In jure cavere & consilio. Hæredi testamento cavere. Agris, fœnori, ædibus, sepulchro cavere. *Vulg. Securare.* Lege, fœdere cautum est, ne &c. *Phras.* Cave, ne malis confidas; vide, studium adhibe, consilio utere, diligenter animad-

animadverte, attende; quàm diligenter potes; summa tua cautio sit & provisio, ut ne temerè confidas. Adhibe cautionem, provide antè, & præcave; disce, cui te credas, cui committas, à quibus caveas. Cauto est opus, ne ex ista nassa unquam escam petas; declina à personatis amicis. *V. Prudens.*

Caverna, æ, Höle. *Syn.* Locus in terra cavus, antrum, spelunca. *Usus.* Terræ è cavernis ferrum eruimus.

Cavillatio, onis, Gespött. *Syn.* Jocus, facetiæ, urbanitas, dictum ridiculum. *Usus.* Hæc quidem cavillatio est, illa dicacitas fuit.

Cavillor, aris, spotten. *Syn.* Jocosè ludo. Dicta jacio, dico. *Adv.* Familiariter. *Usus.* Cum aliquo, vel in aliquem aliquid cavillari. In togam illius multo hominum risu cavillatus sum. Familiariter cum illo cavillari soleo.

Caula, æ, Schaaff-Stall. *Syn.* Stabulum.

Caulis, is, Kraut-Stengel. *Syn.* Brassica. *Usus.* Vites à caulibus & brassicis, ut pestiferis, refugere dicuntur & nocentibus.

Cavo, as, höhlen/ außgraben. *Syn.* Excavo, fodio, evacuo. *Usus.* E ligno cavato navigium. Naves cavabant ex singulis arboribus.

Caupo, onis, ein Wirth. *Syn.* Caupo, tabernarius. *Usus.* Ad cauponem multorum hospitum divertere. Vinum à caupone petere.

Caupona, æ, Wirthshauß. *Syn.* Taberna.

Cauponius, ii, Wirths-Knecht. *Us.* Quis hic cum tunicis longis, quasi puer cauponius?

Cauponor, aris, wirthen/ feil haben. *Syn.* Lucri causâ quid facio. *Usus.* Cauponari bellum, non belligerari.

Causa, æ, Ursach. *Syn.* Caput, origo, fons, radix, principium, occasio, stirps, ratio, nomen. *Epi.* Absoluta & perfecta per se, absurda; adjuvans aliquid, & socia quædam efficiendi; adversa, æqua, æquissima, æterna, Alexandrina, aliena, anceps & gravis, antecedens, antiquior memoriâ alicujus, antiquior & pulchrior & magis à natura ipsa profecta, antiquissima, aperta, assumptiva, bona; bona, imò optima; certa, certa definitáque, certissima, civilis, clarissima, communis, communis ambitus, communis civitatis & libertatis, conjecturalis, & definitiva & translativa; consimilis, consularis & senatoria, damnata, deliberativa, demonstrativa, judicialis, deterior, difficilis, difficilis manifestáque, difficilior, difficillima, digna, digna patrocinio alicujus, dispar, dissimilis, dubia, efficiens, expeditissima, externa & antecedens, facilis, facilis atque explicata, facilior, falsa, firma, per se stabilis, firmissima, fœdissima, frumentaria, grata alicui, gratiosa arrogationis, gratissima, gravis, gravior, gravissima, gravissima ac una honesta, honesta aut necessaria, honesta ac probabilis, honestior, honestissima, idonea quàm maximè, tam idonea, tam illustris, tam gravis, impia, impudentissima, inferior, integra, infima, judiciaria, justa, justa atque magna, justa atque maxima, justa necessitudinis; etsi non justa, gravis tamen. *Usus.* Ut semina arborum, ita tu hujus belli causa, autor fuisti; Helena Trojanis causa exitii, pestis fuit; Rerum causæ quærendæ, inveniendæ, exponendæ, explicandæ, aperiendæ sunt; quam facti causam affers? Quis causam dedit? *Occasionem.* Meâ causâ abi licet, *per me.* Causæ nihil est, quin abeas; *nulla est ratio.* Id faciendi nullas causas habui. 2. *Lis, judicium, controversia.* 1. *Incipere causam,* in causam se demittere, in causam descendere, ingredi, causam recipere, suscipere, accipere. 2. *Causam agere,* tueri, tutari, sustinere, defendere, actitare. Causam ipse meam informabo; orabo, declamabo, causam capitis dicam. 3. *Causam perdere.* Indormit suæ causæ, fluctuat ejus causa, cecidit causâ; amisit, adversariisque tradidit, deposuit causam. 4. *Causam obtinere,* tenere, causa illi adjudicata est. Causam cum altero composuit, controversiam sedavit, etsi vicisset. *Vulg. Amicabiliter transegit.* 4. *Negotium, onus, provincia.* Hanc mihi causam dedit. *Negotium imposuit.* Suam causam, non reipublicæ curat. Exeundum tibi illâ causâ, dum adhuc integra est. *Negotium illud abdicandum.* 5. *Excusatio.* Accipio causam. *Habeo te excusatum.* 6. *Loco* propter *vel* pro. Non meâ sed omnium salutis causâ abfui. Tuâ causâ debeo, cupióque omnia. *Phras.* Multas causas habebam te reprehendendi; justas magnásque rationes ha-

habui, magnam reprehensionis causam habui. Magna ratione fecero. Multa sunt, quæ afferam ad te reprehendendum. Multos titulos habeo, nec longè quærenda est materia reprehensionis. *Ipsi amici malorum causa fuere.* In calamitatem me adduxere, me in hanc perditam causam imposuêre. Ex illo fonte & seminario hæc mala fluxêre. Ea calamitas ab amicis conflata, confecta est; eorum operâ factum est, ut miser sim; in hanc miseriam amicitia me detrusit. Ab his malum erupit. Hinc illæ lacrymæ; segetem ac materiem ægritudinis meæ amici præbuêre, viam patefecêre hostibus. Horum persuasu & inductu, alieno inductu hæ mihi calamitates importantur. Ab iis est natum, ut miser sim. Illi periculum invexêre. *V. Author, Origo.*

Causidicus, i, **Redner/Fürsprecher.** *Syn.* Non satis peritus causæ patronus. *Epi.* Non amplus atque grandis, subtilis tamen & elegans. *Usus.* Non causidicum, nescio quem, nec proclamatorem, aut rabulam, sed amplum, grandem, subtilem & elegantem, & qui in forensibus causis possit præclarè consistere. *V. Patronus. Advocatus.*

Causor, aris, **eine Außred suchen / sich entschuldigen.** *Syn.* Causam affero. *Usus.* An ætatem causabitur? an ignorantiam? an morbum? *Vulg. Pro prætextu afferre. V. Excuso.*

Cautè, **behutsamlich.** *Syn.* Callidè. *Usus.* Cautè dic.

Cautes, is, * **rauher Felß.** *Syn.* Saxum asperum & abruptum.

Cautio, onis, **Versicherung/ Versprechung.** *Syn.* Provisio. *Epi.* Communis, diligens, facilis, græcula, multa, summa. *Usus.* A malis naturâ declinamus, quæ declinatio, si cum ratione fit, cautio appellatur. Rebus tuis cautionem adhibe & diligentiam. Ita bonus divinator, ut ad prædictionem cautionem adhibeat. Cautio pecuniarum, chirographi cautio. *Vulg. Securatio. V. Prudentia. Providentia.*

Cautor, oris, **der Betrug verhütet.** *Usus.* Cautor alieni periculi.

Cautus, a, um, **behutsam.** *Syn.* Tutus, providus, protectus, prudens. *Usus.* Cautus in periculis; cautus & diligens; consilia cauta. *Phras.* Homo multæ cautionis & providentiæ, qui nihil nisi cautè ac pedetentim, nihil non timidè dicat. Quis illo consideratior, quis tectior, quis prudentior? qui nihil nisi exploratè agat. Alienis malis eruditus, alienâ calamitate doctus, cautissimè omnia, omni cautione agit. Accuratè, doctè, diligenter omnia accurat. *V. Prudens. Providus.*

Cavus, a, um, **hohl.** *Syn.* Concavus. *Usus.* Vena cava, funda cava.

Cedò, **gib / sag.** *Syn.* Da, dic, exhibe. *Us.* Cedò tabulas; Cedò, quid novi affers?

Cedo, is, **weichen.** *Syn.* Concedo, locum do, me retraho.)(*Maneo. Adv.* Honestè, malè, non multum aut nihil omninò. Cessisse omninò à gladiatore. *Usus.* Nihil Græcis cedunt Romani. Cesseram invidiæ, tempori, armis, pactioni, Reipublicæ. Cessit tandem precibus; malis demum, oneri, amori cessit, *succubuit.* Ingenii laude nemo est, qui cuiquam cedat. 2. *Abeo, discedo.* Foro, urbe, Italiâ ipsâ cessit. E vita cedere. *Mori. Phras.* Cessit denique hostium machinationibus. Ita fractus & debilitatus est, ut succumberet fortunæ, ut molestiis tabesceret. Victus campo cessit, & exterritus abjectô scutô. Manus dedit fortunæ. *Nihil de meo jure cedam.* Nihil remittam, de mea causa nihil concedam. *Cedite omnes de via.* Abscedite, date viam; fugæ totæ plateæ pateant; ne quis mihi obstiterit obviàm. Cubitis depellam de via. Si rex obstabit obviàm, regem ipsum pervertam.

Cedrus, i, **Ceder-Baum.**

Celeber, re, **berühmt.** *Syn.* Quod celebratur, frequentatur & colitur. Præclarum, honestum, honorificum.)(*Desertus. Usus.* Celeberrima & frequentissima urbis pars. Res clara est, celeberrima, tota urbe notissima. In foro, concione celeberrimâ, frequentissimâ. *Phras.* Victoria clara est omnium sermonibus celebrata. In luce Asiæ, in oculis Europæ reportata, illustri laude celebrata, primi nominis victoria. *Vir est latè celebris.* Summô propter egregias virtutes honore & nomine; nobilis, clarus, amplissimus vir & clarissimus, summum splendorem sua virtute consecutus, cujus virtutes majoribus quasi theatris expositæ; qui non terras solùm, sed & maria sui fama nominis implet; omnium

studiis celebratus, quem fama conspectissimum facit, illustrat. *V. Egregius.*

Celebratio, onis, Zusammenkunfft des Volcks. *Syn.* Laudatio. *Epi.* Quotidiana. *Usus.* Nihil meâ celebratione mearum rerum commemoravi. 2. *Frequentatio.* Quæ domus? Quæ celebratio?

Celebritas, tis, Menge des Volcks. *Epi.* Domestica, frequentissima, magna, maxima, quinquennalis, tanta. *Syn.* Hominum cætus, concursus, celebritas loci.)(*Solitudo. Usus.* Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Nunquam comitia tanta omnis generis hominum celebritate floruêre. Mercatus celebratur summâ totius Græciæ celebritate. Theatri, judiciorum, fori celebritas & frequentia. 2. *Fama, laus, honor, dignitas, splendor.* Vir summâ famæ celebritate. Funeris celebritate spoliare aliquem. Summam celebritatem sermonis hominum consequi. Judiciorum celebritate distineri.

Celebro, as, rühmen. *Adv.* Celebrari maximè, privatim, publicè, vicatim, descriptionem servorum totâ urbe. 1. *Syn.* Orno, honesto, comitor. *Usus.* Populus magna frequentia me ad Capitolium usque celebravit. Celebrare nomen, memoriam alicujus post mortem. Vir publicè privatimque celebratus. Celebrata hæc sunt omnium litteris. 2. *Frequento.* Est hoc omnium sermonibus celebratum. Viam illam suo comitatu celebrat. *V. Laudo.*

Celer, is, e, geschwind. *Syn.* Incitatus volucer, velox.)(*Tardus, segnis, lentus. Usus.* Mente nihil celerius. O celerem Reipublicæ commutationem! *Phras.* Eâ velocitate, ut volässe eum, non iter fecisse diceres. Tantâ incitatione fertur, ut celeritas ejus, quanta sit, ne cogitari quidem possit. Utitur festinatione, pernicitate, & velocitate præproperâ. Maximo vigore ac levitate corporum veloces juvenes. Levium corporum & multa exercitatione pernicium hominos, summâ agilitate corporum. *V. Citò.*

Celeritas, tis, Geschwindigkeit. *Syn.* Velocitas, pernicitas, festinatio.)(*Tarditas. Epi.* Admirabilis, divina ingenii, expedita & profluens quodammodo, gratior, ignea, incredibilis, ingens, major, maxima, mirabilis, præceps dicendi, prompta & parata in agendo & respondendo, summa, celeritates dispares & inter se dissimiles, nimiæ, pares. *Usus.* Expedita ac perfluens in dicendo celeritas; homo volubili, præcipiti dicendi celeritate. Celeritate opus; celeritas in eo negotio adhibenda, suscipienda; celeritate utendum est.

Celeriter, geschwind. *Syn.* Citò, brevi tempore, maturè, quamprimùm, propediem. *Usus.* Celeriter de ea re scribam, transigam. *V. Citò.*

Celero, as, eylen. *Syn.* Accelero, celeritate utor, celeritatem suscipio.

Cella, æ, Keller / Zell. *Syn.* Templum, sacellum; locus, ubi aliquid conditur, & asservatur, ut granum, oleum, vinum, carnes & quidquid ad penum. *Epi.* Mellaria, olearia, penuaria, vinaria, cellæ plenæ. *Usus.* Referta cella vinaria, penuaria, olearia. Sicilia cella penuaria Reip. Romanæ. Frumentum in cellam emit, Ei totam cellam villámque tradidi.

Cellarius, ii, * Kellermeister. *Syn.* Qui præest cellæ.

Celsitas, tis, Hochheit. *Syn.* Elatio, excelsitas. *Usus.* Celsitas animi & magnitudo. *V. Altitudo.*

Celsus, a, um, hoch. *Syn.* Sublimis, erectus, elatus. *Usus.* Vir celsus & erectus, & omnia, quæ accidere possunt parva ducens. Celsa dignitatis sedes. *V. Altus. sublimis.*

Censeo, es, achten / schätzen. *Syn.* Arbitror, puto, existimo, statuo, decerno, æstimo, censum habeo, æstimationem habeo. *Adv.* Ampliùs, ita uti è republica, magnoperè, nominatim videnda, planè, prorsus ita, simpliciter. *Usus.* Magnoperè censeo tibi abeundum. Quid senserim, quid censuerim, scis. 2. *Decerno.* Consules censeant, quid agendum. 3. *In censum adscribo.* Quintò quoque annô Sicilia censetur à Censoribus. *V. Judico. Puto. Opinio.*

Censor, oris, Schätzmeister / Zuchtmeister der Sitten des Volcks. *Syn.* Qui præest moribus populi, magister morum, præfectus moribus. *Epi.* Bonus. *Usus.* Magister veteris disciplinæ & severitatis.

Censorius, a, um, das dem Schätzmeister zugehörig. *Syn.* Quod censoris est. Qui censor est, vel fuit. *Usus.* Censorium judicium, notatio, animadversio; Censoria gravitas; Censoriæ severitatis notâ aliquem inurere.

Cen-

Censura, æ, Verbesserung der Sitten. *Syn.* Censoris dignitas. *Epi.* Egregia, tota. *Usus.* Censura morum severissima magistra.

Census, ûs, Zinß. *Syn.* Bonorum æstimatio, & ipsa bona. *Usus.* In censum venire. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ censori permittitur. Aliquem spectare ex censu, *æstimare.* Homo sine censu. Censum peragere, *perficere.* Aliquæ civitates censu liberatæ sunt.

Centenus, a, um, hundert Jahr lang währender. *Usus.* Centena sestertia.

Centesimæ, arum, das hunderteste. *Usus.* Tributum ex centesima collatum.

Centies, hundertmahl.

Cento, onis, * Kotzen. *Syn.* Stragula crassiora filis passim pendentibus. *Us.* Centones injecerunt, ne tela contabulationem perfringerent.

Centrum, i, Mittel-Punct. *Syn.* Locus medius in sphæra. *Usus.* Terra in medio mundi sita centrum obtinet.

Centum, hundert.

Centuria, æ, eine Rott von hundert Kriegs-Knechten. *Syn.* Centum homines. Erat enim populus Romanus in centurias distributus. *Epi.* Prærogativa. Centuriæ cunctæ, paucæ. *Us.* Omnium propè centuriarum voce Consul factus, creatus.

Centuriatim, Rotten-weise/ je hundert/ und hundert. *Syn.* Per centurias. *Us.* Tributim & centuriatim descripti ordines.

Centuriatus, a, um, in eine Rott von hundert eingeschrieben. *Syn.* In Centurias distributus, descriptus. *Us.* Centuriata & curiata comitia.

Centuriatus, ûs, Hauptmannschafft über hundert. *Syn.* Munus Centurionis. *Usus.* Centuriatus in castris palàm vendidit.

Centurio, as, je hundert in einen Hauffen abtheilen. *Syn.* In centurias distribuo, centurias conficio. *Usus.* Vidi conscribi homines, & centuriari.

Centurio, onis, Hauptmann über hundert. *Syn.* Centuriæ præfectus, Dux. *Epi.* Nobilis sui generis. Centuriones pugnaces & lacertosi. *Us.* Primipili Centurio.

Cera, æ, Wachs. *Epi.* Commutabilis, extrema, infamis & nefaria, legitima, mollissima. *Us.* Mollem ceram ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. Fictor è cera.

Cerarius, ii, der mit Wachs umbgehet. *Syn.* Qui ceram tractat.

Ceratus, a, um. *Syn.* Cerâ inductus & illitus. *Usus.* Tabella cerata.

Cerebrosus, a, um, * hirnwitzig. *Syn.* Cui durum & pertinax cerebrum. *Usus.* Senex hic cerebrosus est certò. *V. Obstinatus, Pertinax.*

Cerebrum, i, das Hirn. *Usus.* Alii dicunt in cerebro esse animæ sedem.

Cereus, a, um, wächsern. *Syn.* E cera fictus. *Usus.* Cereæ figuræ. Omne cereum mutari potest.

Cereus, ei, Wachs-Kertzen. *Syn.* Fax cerea. *Usus.* Ad illas statuas thus & cerei adhibentur.

Cerimonia, æ, Gebrauch der Kirchen. *Syn.* Religio, cultus, religio sacrorum. *Epi.* Incredibilis, maxima, summa. Cerimoniæ maximæ atque occultissimæ, sacræ, statæ solemnésque. *Usus.* Ea Sacra maximis & occultissimis cerimoniis continentur. Sacra Cereris summâ religione cerimoniâque conficiuntur. Religio DEI curam & cerimoniam affert. Cerimoniæ ludorum, sepulchrorum. Sacerdotio & sacris religionis cerimoniis præesse.

Cerno, is, sehen. *Syn.* Video oculis, sed sæpiùs animo. *Adv.* Civiliter sine armis, meliùs, planè, penitùs, subtiliùs, tacitè non esse aptum illud. Cerni bipertitò, extrinsecùs. *Usus.* Aut superûm nihil aut obscurè admodum cernimus. Ne nunc quidem oculis cernimus. 2. *Animo.* Cerno jam animô, mente video, quæ futura sint. Verecundè tu quidem, sed tamen ut cernerem tuum animum. 3. *Adeo, æstimo.* Ex testamento hæreditatem hodie crevi. Sine me hanc alienæ gloriæ quasi hæreditatem cernere. Illius mores cum hæreditate crevisse videtur. *Vulg. Dividere cum aliquo bona & hæreditatem. V. Video.*

Cernuus, a, um, niedergebogen. *Syn.* Inclinatus, quasi, quod terram cernat.

Certamen, inis, Kampff. *Syn.* Contentio, certatio. *Epi.* Æquum, difficile, extremum, forense, gladiatorium vitæ, grave belli, gymnicum, honestum, improbum, magnum, magnum & difficile, majus, mediocre, medium omnium rerum, præsens. *Us.* Acre mihi tecum est pro aris & focis certamen. Descendam tecum in certamen honoris & dignitatis. Nihil me ab hoc certamine gloriæ removebit. In cer-

certamen & discrimen rerum omnium, veniendum erit. 2. *Prælium*, *pugna*, *dimicatio*. Instante, orto certamine; accensi ad certamen militum animi; certamen tentant, experiuntur, faciunt, miscent. 2. *Certamen extrahere*. Sedatum est certamen, diremptum. *Phras*. Victoriam non aufert, nisi qui de imperio fortiter dimicet; contentionem, certamenque nullum fugiat, confligetur, depugnet cum hostibus, armis disceptet, ferrum & manus cum hoste conferat, præliis utatur secundis, confligat, signa conferat, ad manus veniat, certamina serat. *V. Pugna. Contendo.*

Certatim, **kampffs-weise**. *Usus*. Omnes certatim accurrent.

Certatio, onis, **Zanck/Kampff**. *Syn*. Contentio. *Epi*. Honesta, iniqua, magna, parva. *Usus*. Virtuti cum voluptate certatio est. Sit hæc inter eos honesta certatio. *V. Certamen*.

Certè, **gewiß**. *Syn*. Scilicet, profectò, certò, sine dubio, sine ulla controversia. *V. Enim*. *Usus*. Si me tanti facis, quanti certè facis. 2. *Concedentis*. Epicurus parabiles dixit divitias, certè nisi &c. 3. *Certè*, *at certè*, i. e. *Saltem*. Res fortasse veræ, certè graves. Victi sumus, at fracti certè & abjecti.

Certò, **gewißlich**. *Usus*. Id certò scio.

Certo, as, **streiten**. *Syn*. Decerto, contendo, belligero, certamen est mihi cum aliquo. *Adv*. Planè de sponsione, pugnaciter. *Usus*. Certare cum aliquo dicacitate, ingeniô. Æquô judiciô cum aliquo de aliqua re certare. *V. Contendo. Pugno.*

Certus, a, um, **gewiß**. *Syn*. Non dubius, non incertus, compertus, apertus, manifestus, notus, exploratus, minimè dubius, ratus, nihil habens dubitationis, in quo nulla dubitatio esse potest, quod manu tenetur, vel in manibus habetur, in præsentia, atque ante oculos. *Us*. Nihil certi & definiti habeo, quod nunciem. Pro certo habeo, Pompeium abiturum. Certi cælorum motus. 2. *Ratum & constitutum*. Certum est, deliberatúmque omnia palàm edicere. Certum mihi est, ad Brutum transire. 3. *Fidus*, *securus*, *fidelis*. Habebam certos homines, quibus litteras dare poteram. *Vulg*. *Misi proprium nuntium*. 4. *Quidam*, *definitus*, *peculiaris*, *proprius*. Habet certos sui studiosos. Sunt certa vitia, quæ nemo libenter fugit. Rem aliquam in certas partes dividere. 5. *Commonefactus*, *in comparativo*. Tu me de rebus consiliisque tuis fac certiorem. Utinam ejus rei certior factus essem. *Phras*. Exploratum habeo, rem ita evenisse; constat, comperi rem ita esse; ita animô video; quàm quæ oculis cernimus, persuasum magis; persuasissimum mihi est, ita accidisse. Mihi pro vero constat. Rem pro inquisita & comperta habeo. *V. Notus. Manifestus.*

Cervicula, æ, **Genicklein**. *Usus*. Cerviculam jactare.

Cervix, icis, **Genick**. *Syn*. Posterior colli pars, audacia. *Epi*. Anguina, dextra, longa, teres, cervices cruentæ, nefariæ, tumidæ, validæ. *Usus*. Imposuistis in cervicibus nostris Dominum. Tyrannum à cervicibus nostris avertit. Rempublicam vestris cervicibus sustinetis. Cladem à cervicibus omnium avertere, repellere, depellere.

Cerussa, æ, * **Bleyweiß**. Genus unguenti ex ramentis plumbi compositum. *Usus*. Cerussâ malas oblinere.

Cerussatus, a, um, **angestrichen**. *Syn*. Cerussâ illitus & dealbatus, seu fucatus.

Cervus, i, **Hirsch**.

Cespes, is, **Wasen**. *Usus*. Arma vel sunt cespites aut glebæ.

Cessatio, onis, **Müssiggang**. *Syn*. Intermissio, otium. *Epi*. Libera atque otiosa. *Usus*. Epicurus nihil cessatione melius existimat. Petit sibi liberam atque otiosam cessationem. Cessationem alicui dare. Damnare suam cessationem & excusare. *V. Otium*.

Cessator, oris, **Faullentzer/träg**. *Syn*. Otiosus, qui cessat & nihil agit. *Usus*. Non soleo esse cessator, præsertim in literis. Nequam & cessator Davus. *V. Otiosus*.

Cessio, onis, **Ubergebung eines Rechts-Handels**. *Usus*. Abalienatio est rei, quæ mancipi est, aut in jure cessio.

Cesso, as, **auffhören**. *Syn*. Nihil ago, vaco, ferior, cessator sum, conquiesco, langueo. *Usus*. Pueri etiam, cùm cessant, (*dic*, vacat) exercitatione aliquâ delectantur. Scribo, ne tibi planè cessasse videar. *Vulg*. *Otiari*, *feriari*. 2. *Desino*, *finem facio*, *desisto*. Litteras scribere non cessavi, nec cesso. In opere ac studio nihil cesso. *V. Otior*.

Ce-

Cetarius, ii, Fischer. *Syn.* Qui magnorum piscium mercaturam exercet. *Usus.* Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores.

Cetus, i, Wallfisch. *Syn.* Bellua marina.

Character, eris, Mahlzeichen. *Syn.* Figura, forma, genus & figura dicendi. *Usus.* Num te orationis meæ character delectat? Characterem optimi exponere difficillimum, quod aliud aliis optimum videatur.

Charitas, tis, Liebe. *Syn.* Amor, studiosa propensio. *Usus.* Hominum charitas, amicitia, benevolentia, gratuita esse debet. Charitas inter natos & parentes. Omnes omnium charitates una patria complectitur. Satage, ut charitatem civium tibi concilies, gignas, retineas; ut charitate jungare cum civibus, ne hanc charitatem tibi quisquam adimat, dirimat. *V. Amor. Benevolentia.*

Charta, æ, Papier. *Syn.* Chartula, membranula, macrocolum. *Usus.* Num charta tibi deest, quòd non scribas? Impensam feci in macrocola, *regiâ chartâ*; scapus chartæ. Ein Buch Papier.

Charus, a, um, lieb. *Syn.* Acceptus, jucundus, antiquus, qui suavitatem filii apud aliquem obtinet. *Us.* Comis, jucundus alicui & charus. Amicissimi homines. Sibi quisque charus est. Paucos æquè ac te charos habeo. *Phras.* Commendo tibi juvenem charissimum, mel meum, & delicias, mea desideria; nolim eum dimittas è sinu tuo; commendo tibi nostros amores, juvenem, qui mihi in oculis est, quem in oculis fero, qui mihi cordi est unicè, ocellum meum & dextellam, die rechte Hand. Delicias ac vitam meam. Qui mihi in medullis & visceribus hæret; qui in desiderio civitatis, in ore, in sermone omnium habitat. Hôc dimissô videbar mihi partem viscerum abrumpere. Qui unico mihi & unico magis est unicus, pro cujus charo capite meum caput offeram. Commendo tibi oculum meum, quo nemo charior meo animo, meo cordi. *V. Amo.*

Charybdis, is, Wirbel. *Syn.* Locus in mari Siculo periculosus, quòd ibi mare sit vorticosum & præceps. *Epi.* Immanis, infesta, vorax. *Us.* Charybdim bonorum, voraginem potiùs dixerim; nulla charybdis tam infesta, quæ tantos gurgites hauriat, nulla tam vorax, quæ tot res tam citò absorbere potuisset.

Chele, es, Krebs-Scheer.

Chirographum, i, Handschrifft. *Syn.* Scriptum manu propria, vulgo. *Epi.* Chirographi falsi. *Us.* Quô me teste convinces? An chirographo? Chirographum imitari. Misi tibi cautionem chirographi mei. Chirographa, testificationes, judicia, quæstiones. Falsum chirographum scripsit.

Chirurgia, æ, Wund-Artzney. *Syn.* Medicinæ pars, quæ manu medetur. *Us.* Diætæ tædet, chirurgiâ curari malo.

Chlamydatus, a, um, der ein solches Kleid tragt. ut crepidatus. *Us.* Sylla Imperator chlamydatus.

Chlamys, dis, Rock. *Syn.* Vestis militaris & regia, paludamentum. *Us.* Chlamys purpurea coloribus variis intexta.

Choragium, ii, Rüstung zu einem Spiel. *Syn.* Scenicus apparatus totus, & pompa. Ponitur pro Thrasonica aliqua ostentatione. *Usus.* Fragile falsæ gloriæ choragium comparet.

Choragus, i, *Spielmeister. *Syn.* Dux chori, & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum. *Usus.* Ornamenta à chorago sumere.

Chorda, æ, Saiten. *Syn.* Nervus. *Usus.* Voces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant.

Chorus, i, Chor. *Syn.* Corona, multitudo, sodalitium, numerus. *Epi.* Totus commessationis. *Us.* Choro juventutis stipatus. Epicurus è Philosophorum choro tollendus est. Chorus canentium nisi numeris & certis modis præeuntis magistri consentiat, dissonum quid, & tumultuosum canit; at si certis numeris ac pedibus, velut factâ conspiratione, consensit ac concinuit, &c.

Christianus, ein Christ. *Syn.* Qui Christi Religionem profitetur, Christo initiatus, christianis Sacris imbutus, profitens nomen Christi; Christo addictus, authoratus. *Phras.* Christi sanguine expiatus, regni cælestis hæres institutus, nullâ se flagitiosâ actione commaculabit. Christo nomen dare, christiana Sacra suscipere, christianam doctrinam amplecti, christianæ militiæ adscribi, ad sanam religionem ab impia superstitione traduci. Rejectô simulacrorum cultu ad christianam Ecclesiam se aggregare. Damnatis erroribus ad christianæ veritatis lucem respicere.

Christus IESUS, GOttes und Mariä Sohn. *Phras.* Redemptor generis humani; mundi liberator, vindex ac advocatus, servator; sequester noster, qui extra omnem culpam vixit, & humanorum delictorum nullâ contagione fœdari potuit; qui inter cœlum & terram, inter Judæos & gentes, inter Deum & hominem placidissimam firmissimámque pacem composuit; cujus dirâ morte à sempiterna morte vindicati sumus, legatus, nuncius & Sacerdos summi Patris, qui interclusum in cœlos aditum nobis aperuit, patefecit; qui ut nos liberaret, durissimis cruciatibus carnificandum sese, deridendúmque objecit; pro salute nostra vindicanda, se excarnificari ac dilaniari passus est; ut Patrem nobis propitiaret, concidi se & dilacerari, tanquam à feris immanissimis sustinuit; qui effuso sanguine interceptam & interclusam ad cœlum viam aperuit; servile jugum à cervicibus nostris dejecit, hominum mentes expiavit, Patris numen humano generi infensum placavit; qui Divinæ severitatis tela, in homines intenta, unus pro universis excepit; sanguineque suo omne humanum nefas extinxit. Mens Divinæ mentis, Filius DEI, Verbum Patris, speculum sine macula Majestatis DEI, fulgor sempiternus Solis sempiterni, incorreptissimus Judex & flagitiorum scelerúmque vindex justissimus atque acerrimus; à quo exanimes ad vitam excitati, mutorum linguæ in sermones solutæ, surdorum aures ad audiendum patefactæ, claudis libera gradiendi data facultas, iis, qui omnibus capti membris, totius corporis firmitas, fanaticis sua mens; in quo Christiani habent omne salutis præsidium constitutum.

Cibaria, orum, Speiß. *Syn.* Omnia, quibus animantes vescuntur & aluntur. *Epi.* Menstrua, uberiora. *Usus.* Cibaria coquere, conficere, petere, dare, præbere. Ex cibariis alienis tractare aliquem. *V. Annona.*

Cibarius, a, um, das zu Auffenthalt des Lebens dienet. *Usus.* Cibarius panis.

Cibus, i, Speiß. *Syn.* Esca, pastus, epulæ. *Epi.* Animalis, gravis, divisus, modificatus, multus, suavissimus, facillimus, terrestris. *Usus.* Epicurus utebatur eo cibo, eum cibum capiebat, sumebat, adhibebat, eo cibo famem depellebat, qui suavissimus esset, & ad concoquendum facillimus, qui inflationem nullam haberet. Cibo & potione onustum esse. *Phras.* Cibum capere; esculenta, poculenta, cibaria sumere, ad pastum accedere, cibo vires firmare, curare cibo corpora; liberaliore victu, obsonio corpora firmare.

Cicada, æ, * Heuschrecke.

Cicatrix, cis, Wundmahl. *Syn.* Signum relictum è vulnere. *Usus.* Ne obductam reipublicæ cicatricem refricem. Exceptas adverso corpore cicatrices. Coit jam cicatrix.

Cicer, ris, * weisse Erbsen. *Syn.* Genus leguminis.

Ciconia, iæ, Storch. *Syn.* Avis nota.*

Cicur, ris, zahm / heimisch. *Syn.* Animal mansuetum.)(*Ferus, immanis.* *Usus.* Bestiarum immanes aliæ, aliæ cicures.

Cieo, es, bewegen. *Syn.* Commoveo. *Usus.* Id venenum sævos cruciatus ciere solet. Animatum est, quod motu cietur interiore.

Cilicium, ii, ein härenes Kleid. *Syn.* Vestis è pilis caprarum contexta. *Usus.* Coria, cilicia, saccos imperavit.

Cincinnatus, a, um, kraußhärig. *Usus.* Cincinnatus ganeo.

Cincinnus, i, Haarlocken. *Syn.* Capillus ad ornatum intortus. *Usus.* Erant illi capilli compti, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cingo, is, umgürten. *Syn.* Coërceo, circumdo, munio, tueor. *Adv.* Diligentiùs urbem, cingi undique periculis. *Usus.* Urbes diligentiùs religione, quàm mænibus cingendæ sunt. Ea septa porticu cingemus. Regio mari cincta & periculis.

Cingulus, i, Gürtel. *Syn.* Zona. *Epi.* Australis, medius & maximus. *Usus.* Videmus terram veluti quibusdam cingulis redimitam.

Cinis, eris, Aschen. *Usus.* Cur hunc dolorem cineri & ossibus parentis inuris? Videbitis miserandum patriæ cinerem.

Circa, bey/ herumb. *Syn.* Circùm, ad locum refertur. *Usus.* Circa Capuam. Circa omnes portus missi exploratores. 2. *Ad personas*, multos circa se habebat.

Circiter, ungefährlich. *Syn.* Ad, non multo secus, propè, ferè. Refertus ad tempus. *Usus.* Hora sexta circiter. 2. *Ad numerum*, Pars media circiter.

Circueo, is, herumb gehen. *Syn.* Circumeo.

Cir-

Circuitio, onis, Umbgang. *Syn.* Circumscriptio, anfractus, periphrasis, ornamentum oratorium. *Usus.* Quid circuitione opus est & anfractu? Rem palàm edicito.

Circuitus, ûs, Umbgang. *Syn.* Conversio, periodus, comprehensio & ambitus verborum, continuatio, circumscriptio, circuitus Orbis. *Epi.* Brevior verborum, longior, sapientissimus atque optimus, incitatior, naturalis, totus orationis. *Usus.* Circuitus solis diem & noctem efficit. Circuitus orationis, quem Græci periodum vocant.

Circulator, oris, Landstreicher. *Syn.* Circumforaneus homo, vagus, vulgaris, sordidus. *Epi.* notissimus. *Usus.* Notissimus quidam circulator.

Circulo, as, umbgeben. *Syn.* Caput ago & verso. *Usus.* Oscitans judex, cum alio colloquens, nonnunquam etiam circulans &c.

Circulus, i, ein Kreiß. *Syn* Orbis, forma plana in orbem acta, gyrus, rotundus ambitus, corona hominum colloquentium. *Epi.* Exiguus vitæ, immensus gloriæ. Lacteus. *Usus.* Quidam circulis describendis delectationem capiunt. 2. *Conversio.* Stellæ circulos suos & orbes celeritate mirabili conficiunt. 3. *Cœtus, corona.* Sermo in circulis & conviviis liberior est. Subduxit se de circulo.

Circùm, herumb. *Syn.* Circa. *Usus.* *Refertur ad locum.* Prætorem circum omnia fora sectabatur. Circum hæc loca morabor.

Circumago, is, * herumb treiben. *Usus.* Equum fræno circumagere. Jam se annus circumegerat. Hostis se ad dissonos tumultus circumegerat.

Circumcido, is, umbschneiden. *Syn.* Amputo, reseco, demo, aufero. *Usus.* Multitudinem sententiarum circumcidere; *Minuere.* Locus omni aditu circumcisus.

Circumcircà, herumb. *Syn.* Ab omni parte, undique. *Usus.* Cæpi regionem circumcircà prospicere.

Circumclaudo, is, * allenthalben beschliessen. *Usus.* Veritus, ne duobus exercitibus circumclauderetur.

Circumcludo, is, einen umbgeben. *Usus.* Mirâ diligentiâ circumclusus commovere te tunc non potuisti.

Circumcolo, is, * allenthalben seine Wohnung haben. *Usus.* Multi populi eam paludem circumcolunt.

Circumcurso, as, herumb lauffen. *Usus* Obit, circumcursat suas villas.

Circumequito, as, * umbher reiten. *Us.* Duæ turmæ mænia circumequitabant.

Circumdo, as, umbgeben. *Syn.* Cingo, sepio, vallo, stipo, circumsepio, circumfundo, vestio, circumveho, circumplico, circumplector, circumligo, circumjicio, circumsisto, circumvenio, incingo, circumsideo, circumvallo, ambio. *Usus.* Non egredior cancellis, quos ipse mihi circumdedi. Milites ignem domo circumdederunt. Oppidum fossâ circumdatum. Fossa oppidò circumdata.

Circumduco, is, herumb führen. *Usus.* Aratrum circumducere. Aliquem ædes & conclavia circumducere.

Circumeo, is, umbher gehen. *Syn.* Circueo, eo circùm, circumdo. *Usus.* Circumit veteranos.

Circumfero, ers, herumb tragen. *Syn.* Circumgesto. *Usus.* Sol circumfertur ad brumale signum.

Circumflecto, is, * herumb biegen. *Usus.* Cursum circumflectere.

Circumflo, as, allenthalben anblasen. *Usus.* Ab omnibus ventis, à ventis invidiæ circumflari.

Circumfluo, is, umbher fliessen. *Syn.* Abundo. *Usus.* Circumfluit gloriâ; rebus omnibus, copiis abundat. Oratio circumfluens.

Circumforaneus, a, um, Schreyer. *Syn.* Qui circum forum spaciatur venditans aliquid. *Usus.* Circumforaneus Pharmacopola.

Circumfundo, is, umbgiessen. *Syn.* Ambio. *Adv.* undique. *Usus.* Terra mari circumfunditur. Latent omnia tenebris circumfusa.

Circumgesto, is, umbher tragen. *Syn.* Circumfero.

Circumjaceo, es, * umbher liegen. *Us.* Reliquæ regiones, quæ circumjacent Europæ.

Circumjectus, ûs, das rings umbher werffen. *Usus.* Qui terram vasto circumjectu amplectitur.

Circumjicio, is, umbher werffen. *Usus.* Circumjecta muris ædificia; campi circumjecti.

Circumligo, as, umbbinden. *Syn.* Implico, complico. *Us.* Anguis eum circumligavit.

Circumluo, is, * umbwallen/umnetzen. *Usus.* Peninsulæ in modum pars major circumluitur.

Circumluvio, onis, das Anlauffen des Wassers. *Usus.* Jura circumluvionum & alluvionum.

Circummitto, is, * umbschicken. *Usus.* Hostis suorum multos post montes circummisit. Circummissi Senatores delectus habuêre.

Circummunio, is, * allenthalben bewahren. *Usus.* Penè ut fœminas circummunitos se prohiberi aquâ fremebant.

Circummunitio, onis, * Bevestigung. *Us.* Id ne fieret obsidione, oppidique circummunitione cavebatur.

Circumpedes, um, Trabanten. *Syn.* Servi à pedibus. *Usus.* Circumpedes formosi & litterati.

Circumplector, eris, umbfangen. *Syn.* Circumplico.

Circumplico, as, umbfangen. *Syn.* Circumplector.

Circumpotatio, onis, Umbtrunck. *Syn.* Cùm pocula de manu in manum traduntur, & in circulum redeunt.

Circumrodo, is, umnagen. *Syn.* Arrodo. *Usus.* Dudum circumrodo, quod devorandum est.

Circumscribo, is, umschreiben. *Syn.* Determino, concludo, constituo, definio. *Adv.* Sceleratè Senatum. Circumscribi brevi & definiri numerosè verba. *Usus.* Natura exiguum vitæ curriculum nobis circumscripsit, æternum gloriæ. 2. *Dejicio, refello.* Senatum Prætorem circumscripsit. 3. *Concipio, termino.* Mente circumscribenda est priùs sententia, & verba confestim concurrent. *V. Definio.*

Circumscriptè, begreifflich. *Syn.* Paucis, definitè, breviter. *Usus.* Singulas res definimus, ac circumscriptè complectimur.

Circumscriptio, onis, Umbschreibung. *Syn.* Definitio, circuitio. *Epi.* Aperta. *Usus.* Æternitatem nulla circumscriptio temporis metitur.

Circumscriptor, oris, Betrieger. *Syn.* Deceptor. *Usus.* Quis testamentorum subjector? Quis circumscriptor? Quis ganeo?

Circumseco, as, umbschneiden. *Syn.* Circumcido.

Circumsedeo, as, umblägern. *Syn.* Circumsideo, obsideo, circumvenio. *Usus.* Urbs ab hostibus circumsedetur. Oppidum interclusum circumsedere.

Circumsepio, is, umzäunen. *Syn.* Circumdo. *Usus.* Senatus armatis circumseptus.

Circumsessio, onis, Belägerung. *Syn.* Obsessio. *Us.* Circumsessionis causam in alium transtulit.

Circumsideo, es, umringen. *Syn.* Obsideo. *V. Obsideo.*

Circumsisto, is, einen umbgeben. *Syn.* Circumdo. *Usus.* Circumsistunt eum lictores valentissimi.

Circumsono, as, allenthalben schallen. *Adv.* Undique vocibus talibus. *Usus.* Vocibus tuis aures meæ circumsonant.

Circumspectio, onis, Beobachtung. *Syn.* Accurata consideratio. *Usus.* Circumspectione utendum est. *V. Cautio. Cautus.*

Circumspecto, as, allenthalben umbsehen. *Syn.* Circumspicio.

Circumspectus, ûs, das Wahrnehmen. *Us.* Facilis est circumspectus, quò eam &c. *V. Prudens.*

Circumspicio, is, umbsehen. *Syn.* Adverto, perpendo, agnosco, omnia oculis obeo, collustro, accuratè considero. *Adv.* Celeriter animo, diligenter, diligentissimè, magnificè se, paulisper. *Usus.* Circumspicite paulisper mentibus vestris. Circumspicite procellas imminentes. Magnificè se circumspicere. *Sibi placere. Phras.* Aciem mentis in omnes partes intendere. Circumferre oculos, oculis aliquem requirere. Prospectum in urbem & agros captare.

Circumsto, as, herum stehen. *Syn.* Circumdo, circumsisto. *Us.* Noctes & dies omnia nos fata circumstant. Circumstant te summæ authoritates, quæ te oblivisci laudis domesticæ non sinant. Frequentes me circumstetêre. *V. Circumdo.*

Circumvado, is, * zu allen Seiten überfallen. *Syn.* Invadendo circumdo. *Usus.* Anceps terror circumvasit barbaros, hinc arce captâ, illinc urbem scandente hoste.

Circumvallo, as, mit Bollwercken umbgeben. *Syn.* Vallo, munio. *Usus.* Oppidum bidui labore circumvallârunt.

Circumvectio, onis, Herumbfahrung. *Usus.* Solis circumvectio. Portorium circumvectionis.

Circumvectus, ûs. *Epi.* Tener. *Usus.* Æther circumvectu suo terram amplectitur.

Circumveho, is, * herumbführen. *Usus.* Equô circumvectus Dictator. Classe circumvehi insulam.

Circumvenio, is, hintergehen. *Syn.* Decipio. *Adv.* Acutè testes, indignè. *Usus.* Subvenire alicui, qui potentûm opibus cir-

circumveniri, urgerique videtur. Innocentem judicio, pecuniâ circumvenire & opprimere.

Circumvestio, is, umkleiden. *Usus.* Dictis circumvestire sua consilia, *tegere.*

Circus, i, Schau-Turnier-Platz. *Syn.* campus, in quo populus, ludos spectans, considebat; circulus. *Ept.* candens, elucens candore, magnus, maximus.

Cis, disseits. *Syn.* citra.)(*Trans.* *Us.* cis Euphratem.

Cisium, ii, Karch mit zweyen Rädern. *Syn.* genus vehiculi, quo quis citissimè vehatur.

Cista, æ, Kasten. *Syn.* Fiscina, canistrum, arca. *Us.* cistas dejicit.

Citerior, oris, das näher disseit lieget. *Syn.* Propinquior.)(*ulterior.* *Usus.* Atque ut ad citeriora & notiora veniam.

Cithara, æ, Lauten. *Syn.* lyra. *Us.* citharâ canere.

Citharista, æ, Lautenist. *Syn.* qui citharâ tantum pulsat, non canit.

Citharœdus, i, Lautenist. *Syn.* qui citharâ pulsat & canit.

Citimus, a, um, der Nächste. *Syn.* Proximus.)(*ultimus.* *Us.* Luna cœlo ultima, citima terræ.

Citiùs, geschwinder. *Syn.* Ocyùs, priùs tempore. *Us.* citiùs repentinus morbus oculorum, quàm diuturna lippitudo sanatur. 2. *Potius, verius, magis, aptius ratione.* Eum citiùs veteratorem quàm oratorem dixeris.

Citò, geschwind. *Syn.* celeriter, maturè, quamprimùm, sine mora, brevi tempore, mox, quàm mox.)(*tardè.* *Usus.* Orationem tibi citò mittam. Puer citò discit. *Phras.* Citò eam rem conficiam. Quamprimùm, perceleriter, citiùs quàm æstimas, protinùs, maturè rem confectam dabo. Momentò, inpigrè, properè, præproperè rem festinabo. Quàm ocyssimè, quàm maturrimè, solertissimè, temporis punctò conficiam; celeritatem adhibebo. Priùs tuâ opinione, actutum, subitò, promptè, strenuò rem agam. *V. Celer. Statim.*

Cito, as, offt ruffen. *Syn.* In jus voco, adesse jubeo, diem alicui dico, laudo, nomino. *Usu.* Testem citabo totam Siciliam. Aliquem capitis reum in judicium per præconem citare. Citavit teste s.

Citra, disseits. *Syn.* cis.)(*ultra.* *Us.* Exercitum habuit citra flumen.

Citreus, a, um, von Citronen. *Us.* mensa citrea.

Citus, a, um, geschwind. *Syn.* Celer, maturus. *V. Celer. Propero.*

Civicus, a, um, burgerlich. *Us.* civica corona.

Civilis, is, burgerlich. *Us.* Bellum civile; studium, jus civile; mos, consuetudo civilis. Pro civili parte rempublicam salvam cupio.

Civiliter, höflich. *Us.* Ex jure civili, civiliter vivere. Cum aliquo civiliter contendere.

Civis, is, Burger. *Syn.* Municeps, popularis, liber. *Vulg. Conterraneus, compatriota, concivis.* *Us.* Civem aliquem designare, facere, habere. Civis reipublicæ amantissimus.

Civitas, tis, die Stadt. *Syn.* civium multitudo in unum locum congregata, libertas. *Epi.* Adjutrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac fautorum receptrix. Aliena, amica alicui, amicissima & fidelissima, ampla, illustris clara, ampla & nobilis, amplissima, beata, beata & honesta, beata & libera, bella, clara, commendatior, commentitia, communis, conjunctissima & amicissima, antea copiosa, cuncta, erudita, fidelis, fidelior, aut copiis locupletior aut auctoritate gravior, fidelissima, fidelissima atque amicissima, firma, firma & valens, florens, florentissima consilio & armis, fœderata, grata, gravis, gravis & locuples, ornata, gravissima, gravissima & moderatissima, gravissima atque nobilis, honesta, honesta & antea copiosa, honestior, honestissima, illustris, illustris & nobilis, immortalis, immunis, improba, incolumis, ingrata, inutilissima, lauta, libera, libera & honesta, liberta & in aliquam officiosa, locuples, maledicentissima, maledicta, maxima & locupletissima, misera, misera atque inanis, benè morata & libera, benè morata & benè constituta, necessaria, nobilis, nobilissima, nobilissima quondam & jam doctissima, nova, occupatissima, opportunissima ad aliquid, opulentissima & beatissima, orba, pacata & libera, parva, perdita, perparva & tenuis; tam

 potens,

potens, tam libera immanis & barbara; princeps omnium rerum, proxima alicui loco, prudens & gravis, prudentissima, pulcherrima, quieta, sancta, socia factorum & flagitiorum, solicita, splendidissima, suspiciosa & maledica, tenuis, vitiosa, universa. *Civitates* Afflictæ, alternæ, amicissimæ, amplissimæ, doctæ, egentissimæ, felices, fæderatæ, graves, immunes ac liberæ, invictissimæ, liberæ, locupletissimæ, marinæ, maximæ, minimæ, minores, miseræ, benè moratæ, multæ, nobiles, nobilissimæ, ornatæ atque honestæ, pacatæ tranquillæque, paucæ & parvæ, perditæ, permultæ, perpaucæ, salvæ & incolumes, amplæ atque potentes, tantæ & tam graves, totæ, universæ. *Usu.* Concilia cœtusque & conventicula hominum civitates appellantur. Romam urbem Civitas incolit. Cato ortu Tusculanus est, civitate Romanus. Dicavit se in civitatem Romanam. 1. *Ius civitatis alicui impertiri.* Civitatem dare, donare, largiri alicui. In civitatem recipere, suscipere, ascribere aliquem. 2. *Civitatem amittere*, perdere, civitate mutari, civitatem adimere alicui. Libertatem, id est, civitatem nemo civis amittit nisi suâ culpâ.

Clades, is, Niederlag. *Syn.* Conflictus & calamitas, damnum. *Epi.* Horribilis, importuna, ingens, luctifica, magna, maxima, publica, subita, tanta, vetusta. *Clades* generosæ, importunæ, magnæ, pristinæ. *Us.* 1. *Cladem inferre*, afferre, facere. 2. *accipere* cladem & reddere. *V. Damnum.*

Clàm, heimlich. *Syn.* Furtim, obscurè, ex occulto, occultè, ex insidiis.)(palàm. *Usu.* Nec vi, nec clàm, nec precariò rem possidet. *Phras.* Clàm nescio quid agitat, Clandestina consilia miscet; latenter, ex occulto, in occulto, nescio quid machinatur; occultè cuniculis me oppugnat; secretò, arbitris remotis, in operto, clanculum, occultis sermonibus nescio quid serit. *V. Occulto, Tego.*

Clamator, is, Schreyer. *Us.* Odiosi ac molesti clamatores.

Clamatorius, a, um, schreyerisch. *Us.* Clamatorium genus.

Clamito, as, offt schreyen. *Us.* Supercilia illa tua calliditatem clamitare videntur.

Clamo, as, schreyen. *Syn.* Vociferor, clamorem edo, persono, clamorem facio, voce contendo, clamorem profundo. *Us.* Hoc me tui causa fecisse clamo ac testor. *Thras.* Ingentem clamorem sustulêre. Vociferatione, profuso clamore usi. Redditus, ortus est ab tergo, circumsonat hostilis clamor; truci cantu, clamoribus variis, horrendo cuncta complent sono. Ululatus cantusque dissoni audiuntur. Clamoribus strepunt, perstrepunt, tumultu personant omnia; terribilis inde sonus accidit; incertis clamoribus, stridore horrendo omnia personant, aures fatigantur. Nemora vallesque circumjectas terribili sono implent. *Clamorem sedare.* Clamorem edere; vocem efferre, attollere, intendere, arctare, magna voce in clamore vociferari, conclamare.

Clamor, ris, Geschrey. *Syn.* Vociferatio. *Epi.* Acutissimus, cælestis, concionalis, incredibilis, infestus atque inimicus populi, magnus, major, maximus, par, profundus. *Clamores* gladiatorii, magni, majores, maximi. *Usu.* Clamorem movere, excitare, facere, edere, profundere, tollere, extollere. 2. *Acclamatio, admurmuratio.* Hæc sunt, quæ clamores & admirationem in oratore afficiunt.

Clamosus, a, um, laut.

Clanculùm, * heimlich. *Syn.* clam. *Us.* Hæc clanculùm dicta sunto. *Vid. Clam.*

Clandestinus, a, um, heimlich. *Syn.* occultus. *Us.* clandestinum scelus. Clandestina cum hoste colloquia miscere. *V. Occultus.*

Clangor, oris, Schall. *Syn.* Tubarum cantus, item vox aquilæ & aliarum avium. *Epi.* tremulus, vastus.

Clarè, hell. *Syn.* Clarâ voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè, apertè, dilucidè, luculenter. *Usu.* Clarè gemuit. Semper id periculum clariùs apparet.

Clareo, es, hell seyn. *Syn.* Emico.

Clarigatio, onis, * Absag-Brieff. *Syn.* belli denunciatio.

Clarisonus, a, um, hell-lautend. *Syn.* clarè sonans, canorus.

Claritas, tis, Helligkeit. *Syn.* Splendor, amplitudo, Splendor nominis, altitudo, fortunæ,

tunæ & gloriæ, nobilitas. Est etiam claritas vocis. *Us.* Claritatem nominis aucupari, assequi, amittere. *V. Splendor.*

Claritudo, dinis, *Helligkeit/Heyterung/Ruhm. *Us.* Artes, quibus summa claritudo paratur. *V. Splendor. Gloria. Dignitas.*

Clarus, a, um, hell. *Syn.* 1. Planus, apertus, perspicuus, dilucidus, explicatus, evidens, pervulgatus, non obscurus, in promptu.)(*obscurus.* *Us.* Claris & illustribus exemplis usus sum. Clara hæc sunt, non immoror. 2. *Insignis, nobilis, qui tanquam in clarissima luce versatur.* Clarus, præpotens, honoratus vir. Clarissimus & amplissimus. Vir clarus & nobilis ex doctrina. Cujus virtus clarissima erit, & insignis ad posteros. Claram mortem oppetere. *V. Praclarus. Honoratus.*

Classiarius, a, um, * *Syn.* Qui in classe pugnat. *Us.* Classiarius miles.

Classicum, i, * das Lermen-blasen. *Syn.* sonus tubarum & ipsa tuba. *Usus.* Advocare ad concionem, silentium facere classico; canere, concinere classicum.

Classis, is, Flotte/ Schiff-Armada. *Syn.* Naves, navium multitudo. *Epi.* Bella, benè magna, magna & ornata, maxima; præclara in speciem, sed inops & infirma propter dissimilitudinem propugnatorum atque remigum; pulcherrima. *Classes* armatæ, descriptæ, gloriosissimæ, maximæ, optimæ atque opportunissimæ. *Usus.* Classem ædificare, ornare, apparare, comparare, instruere. Classem hostilem frangere, deprimere, devincere. 2. *Ordo civium & distributio pro modo census.* Tributim & centuriatim describere ordines, ætates, classes. *V. Navis.*

Clava, æ, Kolbe. *Syn.* Teli genus. *Us.* Clavâ & fuste repulsus.

Claudicatio, onis, das Hincken. *Epi.* deformis. *Us.* Apparet in eo claudicatio non deformis.

Claudico, as, hincken. *Syn.* Altero pede nuto, non rectè incedo. *Us.* Num claudicat vir bonus? 2. *Transl. Titubo, vacillo, debilis, infirmus sum.* Claudicat hæc oratio. Claudicat amicitia nostra, vacillat & titubat. Claudicat in officio. Etiam summa felicitas semper ex parte aliquâ claudicat.

Claudo, is, schliessen. *Syn.* obstruo, oppilo, obturo, intercludo, comprimo,)(*Resero, aperio.* *Usus.* Alicui exitum, viam, transitum; fugam hosti claudere. Concilia sua clausa habere. Claudere aures optimis consiliis. Ejus consuetudinem mihi adhuc meus pudor clausit. Mare clausum nuncios moratur. Nullius domus satis clausa tuæ libidini. *V. Includo.*

Claudus, a, um, krumm/lahm. *Syn.* Altero pede læsus.

Claviculus, i, Nägelein. *Syn.* Capreolus in vite. *Us.* Vitis claviculis suis, quasi manibus, quidquid est nacta, amplectitur.

Clavis, is, Schlüssel. *Us.* Alicui claves tradere, credere.

Claustrum, i, Schloß. *Syn.* quo aliquid clauditur, valvæ, fores, loca clausa. *Usus.* Claustra urbis, regionis hostibus committenda non sunt. Effringi multorum fores, revelli claustra.

Clausula, æ, Beschluß. *Syn.* Extrema cujusque rei pars, præsertim in oratione, versu; verborum conclusio, exitus. *Epi.* Difficilis, præclara. *Clausulæ* variæ. *Us.* Clausula numerosè & jucundè cadens. Cùm argumentum scribendi non suppetat, utor consuetâ clausulâ. Clausula edicti.

Clavus, i, Nagel/ Steurruder. *Syn.* gubernaculum navis, cuneolus. *Epi.* trabalis. *Usus.* Clavum imperii tenere & tractare gubernacula reipublicæ.

Clemens, tis, gnädig/ gütig. *Syn.* Lenis, mitis, mansuetus, misericors, liberalis humanus. *Us.* Clemens & misericors judex, clemens castigatio. *V. Lenis.*

Clementer, gütig. *Syn.* Mansuetè.)(*dissolutè.* *Usus.* Clementer audire aliquem.

Clementia, æ, Gütigkeit. *Syn.* Lenitas, benignitas, animi lenitas, humanitas, misericordia, moderatio animadvertendi, placabilitas, mansuetudo, bonitas. *Epi.* Admirabilis, grata alicui, insidiosa, inusitata, inauditaque, jucunda auditu, popularis, singularis. *Us.* Clementia est, per quam animi, temerè in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. Clementia tanta, ut nemini supplici non dextram fidem-

demque porrigeret, spem salutis ostenderet, civibus indulgeret, eorum voluntatis & gratiæ deditus esset. *V. Levitas.*

Clepo, is, stehlen. *Syn.* Furor, rapio, surripio. *Us.* Pueri Spartæ rapere & clepere discunt. *V. Furor.*

Clepsydra, æ, Wasser-Uhr. *Syn.* Vas, è quo aqua paulatim effluens horas distinguit horologium. *Us.* Ad clepsydram declamare.

Cliens, tis, Vogt-Kind. *Syn.* Qui in fide alicujus est, & patronum habet.)(*patronus. Vulg.* Vasallus. *Epi.* proprius, vetus. *Clientes* novi, plurimi. *Us.* Tibi nemo cliens esse, te nemo clientem habere volet.

Clientela, æ, Schirm / Schutz. *Syn.* clientum defensio, tutela, procuratio. *Vulg. homagium* vel *salva quardia. Epi.* honesta, illustris, *clientelæ* maximæ, provinciales. *Us.* Conabaris clientelam illam ad te traducere. Esse in fide & clientela alicujus. Alicui se in fidem & clientelam tradere, dare, conferre.

Clitellæ, arum, Saumsattel. *Syn.* Ephippia, quæ jumentis imponuntur, ad melius ferendas sarcinas. *Us.* Ea onera clitellis sunt apportata.

Clitellarius, mulus, Saumroß.

Clivosus, a, um, haldächtig. *Us.* clivosus locus.

Clivus, i, Hügel. *Syn.* collis. *Epi.* plenus servorum.

Cloaca, æ, Mist-Grub / dadurch der Unflath von einem Ort hinweg laufft. *Syn.* Locus cavus, per quem sordes eluuntur. *Us.* Cloacam maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis sub terram agi jussit.

Clypeus, i, Schild. *Usus.* Abjecto clypeo fugit.

Coacervatio, onis, Zusammenhäuffung. *Syn.* copia, cumulus, acervus, aggregatio, *Epi.* universa. *Us.* Coacervatio argumentorum, & frequentatio.

Coacervo, as, zusammenhäuffen. *Syn.* Aggrego, accumulo, cogo, congero, cumulo. *Us.* Pecuniam immensam cogere & coacervare.

Coacesco, is, zu Eßig oder sauer werden. *Syn.* Acidum fieri, acesco. *Us.* Vinum vetustate coacescit.

Coactio, onis, ein Hauff oder Auffnehmung. *Syn.* congregatio, conspiratio, conventiculum. *Usus.* Nocturnis vigiliis & hominum coactione turbata civitas.

Coactor, oris, Zwinger. *Syn.* qui pecuniam cogit & recipit officii nomine. *Vulg. Perceptor particularis. Us.* Non effugies nostros coactores.

Coactus, a, um, gezwungen. *Syn.* Expressus. *Usus.* Hæc non nisi coactus scripsi. 2. *Congregatus.* Copiæ in unum locum coactæ. *V. Invitus. Nolo.*

Coactus, ûs, Zwang. *Syn.* Impulsus. *Usus.* Hæc tuô coactu scripsi.

Coadjutor Episcopi, *Syn.* Episcopus designatus.

Coadjutor. Conversus, *Syn.* Administrator rei domesticæ; qui domestico opere exercetur; rei familiaris adjutor; ad Domestica ministeria adscriptus, adjutor operum.

Coædifico, as, zusammen bauen. *Syn.* construo.

Coæquo, as, gleich machen. *Syn.* Æquo. *Us.* Coæquare gratiam omnium difficile est. Coæquare omnia ad suas injurias & libidines.

Coævus, a, um, zu einer Zeit lebend. * *Syn.* Æqualis, cum aliquo ætate conjunctus.

Coagitatio, onis, Zusammentreibung. *Syn.* Agitatio. *Us.* coagitatio pulmonum.

Coagmentatio, onis, Zusammenfügung. *Syn.* Nexus, compositio, constructio, conjunctio. *Epi.* Dissolubilis. *Us.* Copulatio rerum & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. Coagmentatio non dissolubilis.

Coagmento, as, zusammen fügen. *Syn.* compono, conjungo, construo, compingo.)(*dissolvo. Us.* Nihil tam aptum, tam compositum, tam compactum, ac coagmentatum inveniri potest. Struere verba & veluti coagmentare. 2. *Conficio, tracto.* Pacem coagmentare.

Coagulum, i, * *Syn.* pars viscerum, qua ad densandum lac utimur.

Coaleo, es, * zusammen wachsen. *Syn.* cohæreo, concresco. *Us.* concordiâ coaluerant civium animi.

Coangusto, as, eng machen. *Syn.* coarcto,)(*dilato. Usus.* Hæc lex in cunctum ordinem dilatata coangustari potest.

Coar-

Coarctatio, onis, * *Us.* coarctatio plurium in angusto tendentium.

Coarcto, as, zusammen zwingen. *Syn.* constipo, coangusto.)(*dilato, explico.* *Us.* Fac, ut quæ coarctavit & perangustè refersit, dilatet, & explicet. Coarctari in oppido. Angustæ fauces iter coarctant.

Coarguo, is, überweisen. *Syn.* Indico, redarguo, accuso, convinco, detego. *Us.* coarguere aliquem, errorem, culpam, mendacium alicujus. Aliquem avaritiæ coarguere. Aliquem multis suspicionibus, conjecturis coarguere. Vitæ turpitudine se ipsum coarguit. *V. Comprehendo. Accuso.*

Coauctio, onis, *Syn.* Auctio.

Cochlea, æ, Schneck. *Epi.* Domiporta, sanguine cassa. *Usus.* Iste tanquam cochlea abscondit, & retentat sese tacitus.

Cocles, itis, einäugig. *Syn.* Luscus, altero captus oculo.

Coctus, a, um, gekochet. *Syn.* maturus.)(*crudus.* *Us.* Poma matura & cocta. Sermo coctus & conditus.

Cocus, i, Koch. *Syn.* Qui cibos parat & condit. *Usus.* Mitto cocos, pistores, lecticarios. *Phras.* Cocus vilissimum antiquis mancipium æstimatione & usu in pretio esse cœpit. Majoris pretii nunc cocus est, quàm villicus.

Codex, icis, ein Buch. *Syn.* Tabula, tabulæ accepti & expensi, in quo publica acta scribebantur. *Epi.* falsus, interlitus. *Codices* multi. *Usus.* In codicem referre, codicem obsignare, è codice delere; Non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi fatetur.

Codicilli, orum, Schreibtäfelein. *Syn.* literæ, tabellæ, libelli. *Us.* Exarare aliquid in codicillis, referre dicta in codicillis.

Cœlator, oris, Sigelgraber. *Us.* Artifices omnes, cœlatores, & vascularios convocat.

Cœlebs, bis, unverehlicht. *Syn.* Qui, vel quæ uxorem aut virum non habet, innuptus, extra conjugium vivens, mulier sinè marito. *Us.* Cœlibes esse. Cœlibem vitam vivere prohibentur.

Cœlestis, e, himmlisch. *Syn.* Divinus, Divus, Cœlites.)(*humanus.* *Us.* Rem gessisti memorabilem ac penè cœlestem. Cœlestes orbes. Fama Herculem in concilio cœlestium collocavit.

Cœlites, um, die Heiligen. *Syn.* cœlicolæ *Us.* cœlitum irâ invectum est id malum.

Cœli gaudia, die himmlische Freuden. *Phras.* Ascendere in cœlum, ad cœlos; Christus se in cœlestia templa transtulit, à nobis super astra in locum altissimum emigravit, in beatissimas illas sedes stupentibus Angelis ascendit; in oras felicissimas sese intulit. Sancti corporibus laxati in cœlestia templa penetraverunt, exuti corpore mortali ad superos migraverunt, ad bona nulla temporis longinquitate pereuntia; cum DEO beatissimam vitam ævo infinito vivunt, in beatorum domicilium accepti gaudiis omnibus affluunt & circumfluunt; cœlesti civitate donati, torrente voluptatum inundantur; hinc profecti rectà ad cœlestium concilium, ad domum sempiternam DEI, ad regiones immortalitatis evecti sunt; illæ oræ, ubi placidissima quies & vita sempiterna vigent; ubi talia bona nos manent, ut ea neque aspectu oculorum comprehendi, neque auribus percipi, neque ulla cogitatione queant adumbrari; ubi nec visa cuique mortalium sunt, nec auribus arrepta, nec mente unquam tracta gaudia vigent, viguerunt, vigebunt, spatiis sæculorum innumerabilium; ubi divinæ Majestatis aspectu in omnium sæculorum perpetuitatem insatiabiliter perfruuntur.

Cœlum, i, der Himmel. *Syn.* 1. Altissimum DEI domicilium. *Usus.* Omnibus idem cursus ad cœlum patet. Homo Divinus de cœlo delapsus videbatur; *de præstantis virtutis Viro.* Nocturna cœli forma, syderum ornatus. Celerrima cœli conversio. 2. *Aër, spiritus circumfusus.* Gravis & pestilens est hujus cœli aspiratio. Cœli gravitas, cœli natura & temperatio. 3. *Transl. summus locus & gradus.* Aliquem laudibus in cœlum ferre. In cœlo sum, cœlum digitô attingo. *Hominis vox est felicis admodum & lætitiâ gestientis.*

Coëmo,

Coëmo, is, zusammen kauffen. *Syn* Emo, coëmptionem facio.)(*vendo. Vid. Emo.*

Coëmptio, onis, Zusammenkauffung. *Us.* Coëmptiones facere. *V. Emptio.*

Coëmptionalis, e, *Syn.* Qui frequens est in coëmptionibus.

Cœna, æ, Nachtmahl. *Syn.* Vespertina mensa. *Us.* Ad cœnam me vocavit, perduxit. Cœnam fecit, dedit lautam. Cœnâ me accepit nitidâ. Condixi ad cœnam. Non soleo obire cœnas.

Cœnaculum, i, ein Saal zum essen. *Syn.* Triclinium, conclave. *Us.* Roma cœnaculis sublata, & suspensa.

Cœnito, as, offt zu Abend essen. *Syn.* frequentiùs cœno. *Us.* Foris apud alios cœnitare non soleo.

Cœno, as, zu nacht essen. *Adv.* Bellè, frugaliter, honestè, libenter, malè, melius, nequiter, gravè, rectè, turpiter. *Us.* Cœnati discubuimus. Manus lava & cœna.

Cœnula, æ, ein kleines Nacht-Essen. *Syn.* Cœna parva.

Cœnum, i, Koth. *Syn.* lutum. *Us.* O cœnum! o portentum! *de homine insigniter improbo.* Cœnô oblini. In cœno jacere. Cænum olet homo sordidus.

Coëo, is, zusammen kommen. *Syn.* convenio, adjungor, congredior. *Us.* Cum hoc coire, convenire ausus es? Coivêre amici. 2. *Iungor, contrahor.* Coire societatem cum aliquo, præmii vel sceleris. Coire de salute alterius.

Cœpi, anfangen. *Syn.* instituo, suscipio, incipio. *Us.* Magis pœnitet cœpisse, quàm desistere liceat.

Cœpto, as, offt anfangen. *Syn.* Incipio.

Cœptum, i, * Anfang. *Us.* Ingentia cœpta pertexere.

Cœptus, a, um, angefangen. *Us.* Cœpti sumus de rep. consuli.

Cœptus, ûs, Anfang. *Syn.* Incœptum. *Us.* Hi primi cœptus rationis fuêre.

Coëquito, as, * zusammen reiten. *Usus.* Coëquitabant sex millia equitum.

Coërceo, es, zäumen. *Syn.* 1. Contineo. *Us.* Mundus omnia complexu suo coërcet, & continet. 2. *Refreno, domo, reprimo.* Improbi vinculis, damno, suppliciis, morte, exilio refrenandi sunt, & coërcendi. *Thras.* Concutienda est hominum licentia, frangendæ cupiditates, frænandæ libidines; audacia illorum, & conatus resecandi, reprimendi; mali domandi, veluti fræni animis eorum gestientibus imponendi. Circumscribenda, contundenda est exultantium prædonum audacia, ferocitas, jactatio; debilitandi, comprimendi, exarmandi sunt penitus. Danda est opera, ut impetus eorum reprimantur, cupiditatibus obviam eatur. *V. Cohibeo, Prohibeo.*

Coërcitio, onis, * Straff. *Us.* Pronunciaverunt coërcitionem adversùs tribuni intercessionem.

Cœruleus, a, um, blau. *Us.* Cœrulei oculi Neptuno, Cæsii Minervæ.

Cœtus, ûs, Versammlung. *Syn.* Concilium, conventus. *Epi.* populares, occulti, nefarii, solemnes ludorum. *Us.* Cœtum hominum dicendo tenere. Dimittere cœtum. Cœtus hominum jure sociati.

Cogitatè, bedachtsam. *Syn.* cogitatò, meditatò, consultò. *Us.* Accuratè, consultò, cogitatè scribere. *V. Prudens.*

Cogitatio, onis, Betrachtung. *R. Quasi Coagitatio. Syn.* Mentis sensus, mentis agitatio, animi motus, animi sensus, intimus sensus, reconditus sensus, meditatio, commentatio, phantasia, intimus sermo, cura. *Epi.* Acerrima atque attentissima, deformis, diuturna, multò difficilior multoque obscurior, dignissima virtutis alicujus, inanis, melior, multa, reliqua, summa, tacita. *Cogitationes* acerbæ, bonæ, certæ, inanes, intimæ, liberæ, malæ conscientiæ atque animi, mollissimæ, multæ & graves, posteriores sapientiores, pristinæ, quietæ, quotidianæ, tacitæ. *Us.* 1. Sermo tuus cogitationem mihi injecit, in eam cogitationem me induxit, in cogitationem me adduxit. 2. *Cogitationem suscipere.* Mens nostra quidlibet cogitatione sibi depingere, effingere, quidlibet percipere & comprehendere, mundum universum cogitatione percurrere, amplecti potest. Obsecro te, suscipe cogitationem & curam te dignam, impertias te huic cogitationi, pone in hac cogitatione tempus aliquod; versetur in animo tuo hæc cogitatio. In ea re cogitationem locato, defigito; ne in rem tam contemptam cogi-

cogitationem defigito. 3. *Cogitationem abjicere*, aliò avertere, traducere, avocare à molestiis.

Cogito, as, Bedencken. *D. Cogito*, prius est, posterius *excogito*; uti prius rem *æstimamus*, dein *existimamus*. *Syn.* Meditor, commentor, contemptor, mente contrecto, mente complector, animo agito, mente agito, mecum quæro, existimo, in animo habeo, mihi in animo est, cogitationem alicujus rei habeo, omnem meam curam defigo in aliqua re, animo & cogitatione comprehendo; in aliqua re cogitationem pono, omnem curam cogitationemque defigo; memoriam meam ad aliquam rem excito, ratione animoque lustro, ante oculos meos propono, speciem alicujus rei cogitatione percipio, mente & cogitatione versor, cogitationem alicujus rei capio, cogitationem suscipio. *Adv.* Cogitare acerbè de pernicie reip. acriùs, accuratiùs, acutissimè, altius, amabiliter, amantissimè, altutè, attentius quid, benè aliquando, callidè, crudeliter de exitio, crudelissimè, diligenter, divinè de republ. diu de aliquo, diutiùs, etiam atque etiam, humaniter in aliquem, inconditè, libidinosè, longiùs, monstruosè, multum secum, multùm de aliquo, malè, multùm & diu, nefariè de vita alicujus, obscurè, omnino, optimè de republ. planè parùm, plurimùm, præposterè, prudenter, rectè, sæpè & multùm, sæpenumerò, salutariter, sapienter de republ. sensim, stultè, tantisper de reo, timidè de se, valde, verè. *Usus.* Dies noctesque cum animo meo cogito. 2. In Tusculanum, Romam cogito, *subintell. proficisci*. *Phras.* Diu mecum cogitavi, in animo volutavi; reputavi ipse mecum, cum animo meo; omnia mente peragravi, mente complexus, amplexus sum; acie mentis dispexi omnia; meditatus sum, collegi me, circumspectavi, observavi omnia; animo me & cogitatione in omnes partes converti; commentabar, cognoscebam omnia. *V. Considero.*

Cognatio, onis, Freundschafft. *Syn.* Conjunctio, affinitas. *Epi.* Amplissima, continuata, materna, naturalis propinqua, propior certiorque, proxima. *Us.* Cupio mihi tecum cognationem esse; cognatione tecum jungi, conjungi, cognatione te attingere cuperem. Quæ cognatio propior quam patriæ?

Cognatus, i, ähnlich. *Syn.* Sanguine conjunctus, habens affinitatem, cognationem cum aliquo; qui alicujus cognatione tenetur, affinis, conveniens. *Epi.* Voluntarius, nobilissimus, optimè convenientes. *Us.* Nihil est tam cognatum mentibus humanis quam numeri & voces.

Cognitio, onis, Erkandtnuß. *Syn.* Agnitio, intelligentia, notio, scientia. *Epi.* Divina, facilis, facilior, infinita, magna, satis magna, magna atque ardua, magna ac difficilis, manca quodammodo atque inchoata, naturæ, necessaria, perfacilis, solivaga ac jejuna, subtilior, summa rerum civilium, utilis, vulgaris. *Cognitiones* usitatæ perceptæque. *Usus.* Ea res facilem habet cognitionem, in facili cognitione versatur, *facilè cognosci potest*. Disceptatio & cognitio veritatis, 2. *Iudicium*, cùm dies cognitionis adesset. Orbis terræ cognitionem quis uni sine consilio dederit? *Vid. Notio.*

Cognitor, oris, Raths-Freund. *Syn.* Procurator, qui cognoscit, qui alium in jure defendit. *Vulg.* procurator judicialis. *Epi.* Locuples, *procuratores* improbissimi. *Us.* Alicui in suam litem cognitorem dare. Nemo ejus causæ cognitor fieri, esse volebat.

Cognitus, a, um, bekandt. *Syn.* Spectatus, perceptus, comprehensus, compertus, perspectus, judicatus. *Us.* Homo virtute cognitâ & spectatâ fide. In utraque fortuna cognitus. Cognitum, id, pervulgatum, compertum est. *V. Manifestus. Nosco.*

Cognomen, inis, Zuname. *Syn.* Cognomentum. *Epi.* hæreditarium. *Us.* Gloriosum cognomen alicui addere. Magni cognomen à facto egregio traxit, invenit, sibi sumpsit, sibi peperit, reportavit.

Cognomentum, i, Zuname. *Syn.* Cognomen.

Cognominatus, a, um, zugenandt. *Usus.* Verba cognominata, non vulgata.

Cognosco, is, erkennen. *Syn.* Nosco, agnosco, percipio, attendo, disco, non me latet, non me fugit, assequor, teneo, habeo, exaudio, animadverto, cognitum

gnitum habeo, intelligo, notum habeo, mihi notum est, perspectum mihi est, cerno, notitiam alicujus rei habeo, cognitionem capio. *Adv. Cognosse* bene, diligentisſimè, jam ante de re, penitùs. *Cognoscere* benè aliquem, bene leges, instituta; breviter rem totam, commodè consuetudinem, diligenter ante; diligenter causas, verba, vim, naturam; diligentiùs, diligentisſimè, exploratè, facilè majorum accurationem. Facile rem totam, facilius ex aliquo, libentisſimè ex literis, maximè fidem, melius causam, modò, omnino, nunquam fontes, optimè, planè, penitus, prorsus non potuisse, quamprimùm, quàm sæpisſimè, rectè; rectè bonitatem, prudentiam; sensim, separatim de agro, serò, summatim, tardè. *Cognosci* facillimè in partem optimam, modò; plenè percipi, serò & recipi. *Cognitus* bene, modò, diu, diligenter, facilè, maximè, planè, penitus. *Usus.* Didici, cognovi è tuis literis. Benè tibi cognitus sum. Jus civile cognovit, *didicit.* Ea res primo pertenui argumento indicioque patefacta est, post aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia cognoscenda sine ullo errore pervenimus. 2. *Cognosco causam.* Verres causam cognovit, Verres judicavit; designavit, qui causam cognoscerent. *V. Intelligo.*

Cogo, is, zwingen/ nöthigen. *Syn.* Vim facio, impello, adigo, vim adhibeo, vim affero, necesſitatem affero, compello. *Adv.* Cogere celeriter in senatum, planè & imperare; quàm celerrimè pecuniam. *Cogi* acerbè in senatum, necessariò in portum. Gratis publicè coacti fabri. *Usus.* Legis est persuadere, non omnia vi & metu cogere. *Phras.* Coactus quidem id feci; tuo coactu & flagitatu, imperio, metu, vi, dolo adductus, impulsus necesſitate, imperio subactus rem suscepi. 2. *Congrego, colligo.* Senatum, multitudinem hominum, armatos cogere. Pecuniam è decimis, à civitatibus, stipem cogere. Aër cogitur in nubem. 3. *Colligo, concludo.* E tua argumentatione, quod volumus, efficitur & cogitur. Aliud, quam cogebatur, infers. *V. Violentus. Nolo.*

Cohærentia, æ, Vereinbahrung. *Syn.* compositio, conjunctio. *Usus.* Siderum circuitus ad mundi cohærentiam pertinet.

Cohæreo, es, aneinander hangen. *Syn.* cohæresco, convenio.)(*disjungo.* *Adv.* Aptè, necessariò, præclarè, quàm aptisſimè, vehementer. *Usus.* Extrema cum primis inter se aptisſimè cohærent. Mundus ita aptè cohæret, ut dissolvi nullo modo possit. Non cohæret tua oratio. *Phras.* Virtutes omnes inter se cohærent; nihil illis aptiùs. Mirabilis est virtutum contextus, omnes inter se aptæ sunt, nexæ & jugatæ. Est quædam admirabilis continuatio, seriesque virtutum, ut aliæ ex aliis nexæ, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur; aptisſimè inter se cohærent, implicitæ sunt. *V. Hæreo. Conjungo.*

Cohæres, dis, Mit-Erb. *Syn.* simul hæres.

Cohæresco, is, aneinander hangen. *Syn.* cohæreo. *Us.* Atomi inter se cohærescunt.

Cohibeo, es, zaumen. *Syn.* Refræno, contineo. *Adv.* ardentiùs assensionem. *Usus.* Nisi Cæsar furentis impetus & conatus, furorem, importunitatem cohibuisset; Iracundiam cohibere; animum vincere; cohibere ab rebus incertis assensionem. *Phras.* Cohibuit se ab alienis appetendis, revocavit se ac tantùm non refugit. Sustinuit se, tenuit, continuit, repressit; ab alienis invadendis manus abstinuit, nihil attigit non manus solùm, sed etiam oculos abstinentes habuit; moderatione magnâ & modestiâ est usus; mediocritatem sectatur; cupiditati suæ modum constituit. *V. Comprimo. Coërceo.*

Cohibitio, onis, Verbot. *Syn.* Interdictum.

Cohonesto, as, ehren/ loben. *Syn.* honesto, decoro.)(*dehonesto.* *Usus.* Exequias honestare; sua auctoritate ac laude cohonestare aliquem. *Vid. Orno.*

Cohorreo, es, erschrecken. *Syn.* Horreo & frigore magno afficior. *Usus.* Sudore cum cohorruissem, in febrim incidi. Cohorrui ad id spectaculum. *V. Horreo.*

Cohors, tis, ein Hauffen Kriegs-Volck. *Syn.* militum manus. *Epi.* Auxilia-

Auxiliaria, impura, invita, nobilis, præclara prætoris, prætoria, studiosa alicujus, tota. *Us.* Quot potuit, cohortes contraxit, conscripsit, instruxit. Completas cohortes successori tradidit. 2. *Transl. Caterva, multitudo varia hominum.* Conferte hujus cohortem impuram cum illius comitatu sanctissimo.

Cohorticula, æ, ein Häufflein. *Syn.* parva cohors.

Cohortatio, onis, Ermahnung. *Syn.* hortatio. *Epi.* gravior, inanis, mirifica. Cohortationes pulcherrimæ, veteranæ, universæ. *Usus.* Incredibiliter me tua cohortatio commovit, incitavit, excitavit ad inquirendam veritatem.

Cohortor, aris, ermahnen. *Syn.* hortor, adhortor.)(*deterreo.* *Adv.* Ardentiùs ad virtutem. *Us.* Te semper ad studium virtutis, ac summæ laudis cohortatus sum. *V. Hortor, Moneo.*

Coinquino, as, beflecken. *Syn.* Turpifico, commaculo. *V. Maculo.*

Coitio, onis, Zusammenkunfft. *Syn.* Societas, sodalitas, arcana pactio & factiosa. *Epi.* Sylvestris. *Us.* coitionem facere; in candidatorum coitione interfui.

Colaphus, i, * Backenstreich. *Syn.* alapa. *Us.* Incutere, infligere, infringere colaphos alicui.

Collabefio, is, * verderbt werden. *Us.* Naves perfracto rostro, totæ collabefactæ.

Collabor, eris, * zu hauffen fallen. *Syn.* Labor. *Us.* Ruinâ collabi. *V. Cado.*

Collachrymatio, onis, das Mitweinen. *Us.* Signa doloris vultu, voce, collachrymatione ostendit.

Collachrymo, as, mitweinen. *Syn.* lugeo, *Usus.* Casum meum toties collachrymavit.

Collatio, onis, Vergleichung. *Syn.* comparatio, similitudo. *Usus.* Philosophia ex rationum collatione constat. Quæ est in ista collatione similitudo? *V. Confero.*

Collato, as, weitern. *Syn.* dilato.)(*coangusto.* *Us.* Oratio collatata & diffusa.)(*angusta, concisa.* *V. amplifico.*

Collaudatio, onis, das Loben. *Syn.* Laudandi actus. *V. Celebratio.*

Collaudo, as, loben. *Syn.* comprobo, laudo. *Adv.* indisertè. *Us.* Clementiam Cæsaris collaudavi. *V. Celebro.*

Collecta, æ, Sammlung/Steur. *Syn.* Pecunia, quæ colligitur à multis, ut fieri solet in diversoriis a convivis & aliisin locis. *Us.* collectam à conviva exigere.

Collectio, onis, Zusammensamblung. *Syn.* congregatio. *Us.* Eorum collectio dispersa celeritatem insequendi retardavit.

Collectitius, a, um, gesamblet. *Syn.* Recens collectus, tumultuarius. *Us.* Cum tyrone & collectitio exercitu signa contulit.

Collega, æ, Mitgesell. *Syn.* Qui ejusdem cum altero officii & potestatis est. *Epi.* Custos ac vindex cupiditatis, cupidus Provinciæ, immanis & impurus, non indissertus, perhonorificus in aliquem & partium studiosus ac defensor bonorum, studiosus alicujus. *Collega* conjunctissimi. *Us.* Habuit collegam in prætura Sophoclem.

Collegium, ii, Versamblung. *Syn.* conventus, cætus, ut: *Sacerdotum, opificum, servorum, & id genus; dicitur etiam:* Sodalitas. *Epi.* Amplissimum, Decemvirale, desperatum, frequens, maximum, prætorium, totum. *Collegia* innumerabilia, nova, vetera. *Us.* Pontificum, tribunorum, Sacerdotum amplissimum collegium. Aliquem in collegium adoptare. Nullum concilium, societas, consilium commune, collegium superest.

Collibet, gefallen. *Syn.* libet. *Us.* simul ac mihi collibitum fuerit, adero. *V. Libet.*

Collido, is, zerknitschen. *Syn.* frango, contero. *Us.* Humor facilè comprimi & collidi potest.

Colligatio, onis, Zusammenbindung. *Syn.* Vinculum, connexio. *Epi.* arctior, naturalis. *Us.* colligationem omnium causarum animô perspicere. Arctior colligatio est propinquorum. *Vid. Necto.*

Colligo, as, zusammenbinden. *Syn* Necto, connecto, constringo, ligo, vincio.)(*dissolvo.* *Usus.* Corpora naturalibus vinculis colligata. Colligatæ inter se & aptæ virtutes. *V. Necto, Cohæreo.*

Colligo, is, sammlen. *Syn.* cogo, congrego, in unum redigo. *Adv. Colligere* acutè crimi-

crimina, aliquando se, amicè, benevole, breviter, commodiùs animo, copiosè sententias, copiosè, diligentiùs, divinitùs omnia, eleganter, exquisitiùs, facetè, memoriter, modicè benevolentiam, præclarè, propemodum Rhetoricè sententias, ridiculè, singulatim ac diu tenuiter argumenta voluntatis, undique, undique omnes copias, undique omnes perditos. *Usus.* Exercitum ex agris, ex rusticis collegit. Argumenta multa in unum colligere. Res undique collectæ & comportatæ. 2. *Aucupor, acquiro, comparo, capio.* Benevolentiam civium assentationibus; ex aliquo labore magnam gratiam & dignitatem sibi conciliare & colligere. Eo facto invidiam sibi collegit. 3. *Me recipio, reficio, recreo.* Tu te collige, aliquid loci rationi da & consilio. Quid est autem seipsum colligere, quàm dissipatas animi partes rursus in suum locum cogere? *Vulg. Animum resumere.* 4. *Intelligo, nosco, concludo.* Ex eo colligere potes, quàm te amem. Hinc bene colligitur &c. *Phras.* Quantum potuit hominum, collegit. Convenerunt permulti corrogati. *Ægrè contracti.* Dissipatos congregavit, ad belli societatem convocavit, in unum locum compulit, magnam manum effecit, magnam hominum multitudinem coëgit. *Exterritus sum primò, dein collegi me.* E pavore collegi me, & confirmavi, recreavi. Recepi me, animos collegi tantæ rei cogitatione confusos.

Collineo, as, den Zweck treffen. *Syn.* dirigo, propositum assequor. *Vulg. scopum ferio, album figo, album tango.* *Usus.* Quis totâ die jaculans non aliquando collineat? Collineas, oportet, quò propositum assequaris. *V. Scopus, Intentio. Propositum.*

Collis, is, Berglein / Hügel. *Syn.* Mons, clivus. *Epi.* Colles excelsi, nitidissimi, viridissimi, deserti. *Phras.* Editus in saltu collis, aditu arduus impedito agmini, expedito haud difficilis; In modum metæ, in acutum cacumen, à fundo satis latè fastigiatus. Collis leniter ab infimo acclivis. Ex omni parte circumcisus, tumulus paulò editior. Clementer & molliter allurgens. *V. Mons.*

Collocatio, onis, Stellung. *Syn.* Dispositio. *Usf.* Collocationis est componere & struere verba, ut ne asper eorum concursus, ne hiulcus, sed quasi coagmentatus sit. 2. *Collocatio filiæ* in matrimonium.

Colloco, as, an ein Orth legen. *Syn.* Loco, dispono, pono, statuo, accommodo.)(*aufero.* *Adv.* Aptissimè inter se, benè, benè pretia apud aliquem & munera; diligenter res electas, diligenter verba, longè se ab, meliùs pecuniam, mirificè palàm se in vita meretricia, penitùs legiones in hybernis, propalam signa, rectè, uspiam in solitudinem. *Usf.* Domicilium ac sedes in aliquo loco; suo quidvis loco collocare. Legiones in cervicibus nostris collocavit. In tuto eum collocavi. Insidias alicui collocare. 2. *Cum fructu aliquid impendo aut secùs.* Apud hunc hominem beneficium benè collocabis, beneficium nusquam melius pones. Malè apud illum beneficium collocâsti. 3. *Nuptum do filiam.* Collocare alicui, in matrimonium filiam collocare.

Collocutio, onis, Gespräch. *Syn.* Colloquium, sermo. *Epi.* familiarissima cum aliquo. *Usf.* In familiarem collocutionem venire cum aliquo.

Colloquium, ii, Gespräch. *Syn.* Collocutio, sermo, congressus, dialogus, sermonis communicatio. *Epi.* Non incommodum, clandestinum. *Usf.* Rerum leviorum colloquia. Hostium Duces ad colloquium evocavit. Venêre illi in congressum & colloquium. Clandestina cum hostibus colloquia habere, facere. Colloquium amicorum, absentium. *Literæ.*

Colloquor, eris, mit einem andern reden. *Syn.* Cum aliquo sermonem habeo, vel confero, communico, colloquium facio. *Adv.* postremùm cum aliquo, quam sæpissimè per literas. Secretò. *Usf.* Velim, sæpissimè mecum per literas colloquâre. Inter nos colloquemur de eo negotio. *Phras.* Velim sæpissimè tecum colloqui, horas plurimas suavissimo sermone consumere. Sermonis communicatione, quæ tecum mihi suavissima esse solet, ægrè careo. Tecum congredi, collocutionem habere, colloquia serere, confabulari, conferre maximopere cupio. *V. Sermo. Loquor.*

Col-

Colluceo, es, scheinen. *Syn.* Luceo. *Adv.* Latè, longè. *Us.* Omnia tuis furtis collucent, fulgore auri collucet & illustratur templum. Mare à sole collucet. *V. Luceo.*

Colludo, is, Kurtzweilen. *Syn.* Cum aliquo ludo, præsertim in dissimulandis rebus aliquibus. *Us.* Cum hoste collusisse compertus est.

Collum, i, Halß. *Syn.* Cervici subjecta pars, cervix, cervices. *Epi.* procerum & tenue. *Us.* In collum alicui invadere. Amplexari. Homini collum in laqueum inserenti subveni. Collo & cervicibus sustinere pœnam temeritatis. Collum hominis secuit. Collum, jugulum pro tua salute præbui.

Collusio, onis, Schimpffspiel. *Syn* Dissimulatio, quæ in rebus agendis fit cum aliquo. *Us.* Hominum nequissima collusio. *V. Conjuratio.*

Collusor, oris. * Mitspieler. *Usus.* Comprausores & collusores alicujus. Confessor & collusor.

Collustro, as, besichtigen. *Syn.* Aspicio, illumino. *Us.* Pictura illustrata)(*opaca.* Sol omnia clarissimâ luce collustrat. Cùm omnia oculis collustrarem. *V. Orno.*

Colluvies, ei, Unflath. *Syn.* Sordes feces; concursus, confluxus sordium. *Us.* Nempe in illa perditorum hominum colluvie regnabis?

Colluvio, onis, Schandbuben. *Syn.* idem. *Us.* Ille sceleratissimus ex omnium scelerum colluvione natus. Discede ex hac turba & colluvione. Colluvio & interitus civitatis.

Collybus, i, Wechsel. *Syn.* Fœnus illud, quod pro permutatione pecuniæ argentariis solvitur. *Us.* Collybus esse quî potest, cùm utantur uno genere nummorum?

Collyrium, ii, * *Syn.* Medicamentum oculorum.

Colo, is, ehren. *Syn.* Amo, diligo, observo, veneror.)(*negligo.* *Adv.* Colere æque atque observare, æquè jus, assiduè, castissimè Deos, commodius inter se, diligenter & observare, diligenter solum, aliquem diligentissimè & tueri. Maximè unumquemque, mirificè, omnino prædia, piè, privatim, religiosè, religiosissimè templum, sanctè necessitudinem, sanctissimè amicitiam; sanctissimè sacra, auspicia, ceremonias; studiosè prædia & agros, suavissimè aliquem. *Coli* castissimè, frequentissimè partem urbis, vehementius studia. Colendi Dii & retinendi. *Us.* Me ille mirificè coluit & amavit. Diligentissimè, suavissimè præcipuè me colit. Memoriam tui beneficii colam benevolentiâ sempiternâ. Aliquem patris locô summa observantiâ colere. 2. *Diis tribuitur & sacris.* Venerari & colere aliquem Deorum numerô. DEUM augustè, sanctè, piè, templa Deorum piè sanctèque colere. Religiones Deorum sanctissimè colere. 3. *studium in aliqua re pono.* Virtutem, literarum studia, leges colere; amicitiam, officium, fidem, jus & justum colere. 4. *Habito, incolo.* Terram, urbem, domum aliquam colere.)(*deserere.* 5. *Excolo.* Agros, prædia, rem rusticam egregiè colit. *V. Honoro.*

Cultus, a, um, geziert. *Syn.* Excultus.)(*incultus.* *Usus.* Animi culti. Cultum Philosophiæ studium.

Colonia, æ, das Lehen/Lehen-Hof. *Syn.* Populus ex urbe aut regione aliò abductus & translatus. *Fiebant etiam coloniæ privilegio sine loci mutatione.* *Epi.* fidissima fortissimaque, imprimis firma & illustris, firmissima & splendidissima, florens, florentissima, nova. *Coloniæ* imparatæ, novæ, veteres. *Usus.* Aliquos in coloniam mittere, deducere. Novam coloniam constituere, collocare. Deducere novas colonias. Lustrare, reficere veteres.

Colonus, i, Bauersmann. *Syn.* Agricultor. *Epi.* frugalissimus, modestissimus, optimus, parcissimus, *Coloni* honestissimi, novi. *Us.* Coloni, & Oratores populi Rom. colonis agros assignare. Colonos in agros deducere.

Color, oris, Farb. *Syn.* pigmentum, species prima aspectabilis. *Epi.* Albus, decorus, egregius, pristinus, servilis, suavis, succo illitus, sanguine diffusus. *Colores* clari, dispares, pauci. *Usus.* Urbanitatis quidam color. Formæ dignitas coloris bonitate tuenda est. Oratio quasi colore & succo quodam ornatur. 2. *Figuræ Rhetoricæ.* Orationis ornamenta & lumina.

Coloro, as, anstreichen. *Syn.* Tingo, colorem induco. *Usus.* Arcus è nubibus coloratus. Oratio ipsa se colorat & roborat.

Columba, æ, eine Taub. *Syn.* Plumæ versicolores columbis.

Columbinus, a, um, das von Tauben ist. *Us.* Gallus columbinus.

Columella, æ, kleine Säul. *Syn.* prima columna. *Epi.* Eminens.

Columen, inis, Stütz/ Pfeiler. *Syn.* culmen, princeps. *Us.* columen reipublicæ, amicorum, familiæ.

Columna, æ, Säul. *Epi.* Aurea, excelsa, altior, execrata, nova, solida; summa. *Columnæ* æneæ, antiquæ, marmoreæ, rectæ, politæ. *Us.* columnæ rectæ & ad perpendiculum exactæ.

Columnarii, orum, *Syn.* His tributis præfecti.

Columnarium, ii, *Syn.* tributum, quod in singulas columnas domuum sustentantes exigebatur. *Us.* Vide, ne columnarium debeamus.

Colus, i, Spinn-Rocken. *Syn.* bacilli, è quibus fœminæ pensa trahunt. *Us.* cum colo & lana.

Coma, æ, das Haar. *Syn.* capillus, cæsaries. *Epi.* calamistrata, intonsa, madens. *Usus.* coma calamistrata, unguentis delibuta, unguentis madens.

Comatus, a, * das Haar hat. *Us.* Galliam togatam remitto, comatam postulo.

Combibo, is, trincken. *Syn.* bibo, haurio. *Us.* Infici debet his artibus puer, quas si combiberit, ad majora erit paratior.

Combibo, onis, Mitsauffer. *Syn.* compotor.

Comburo, is, verbrennen. *Syn.* uro, cremo, inflammo, incendo, exuro. *Usus.* comburere aliquem vivum. *Phras.* Domus incendio ambustæ, flammâ deflagratæ, igni concrematæ, in cineres redactæ, igni deustæ. Infelicibus lignis semiustulatum cadaver.

Comedo, is, essen. *Syn.* edo, adedo, cibum capio. *Usus.* Muscæ te comedent. 2. *Prodigo, rapio.* Ego te jacente tua bona comedam? Rem suam familiarem omnem comedit, devoravit. Quis tuos nummos comedit? *Phras.* comede, ut vivas. Epulare; cœna opiparè, apparatè; tantum cibi & potionis adhibe, ut reficiantur vires, non opprimantur. Cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate modus finiatur. Ne cibis ventrem distendito. *V. Cibus.*

Comes, itis, Reiß-Geferth. *Syn.* Qui alterum sequitur, assectator, assecla, socius. *Epi.* Charus atque jucundus, idoneus, importunissimus, mercenarius, mirificus, non molestus. *Comites* extremi, nequissimi, veteres.)(*recentes.* *Usus.* Fuisti mihi comes atque socius honoris & calamitatis. Comitem se alicui præbere, adjungere. Comes futuris. Voluptatum extrema comes est saltatio.

Comessabundus, a, um, * prassend. *Usus.* temulento agmine comessabundus incessit. *V. Vorax.*

Comessatio, onis, Schlemmerey. *Syn.* Intempestivum convivium, præsertim nocturnum & cœna. *Us.* totus ille Antonianæ comessationis chorus. *V. Gula. Convivium.*

Comessator, oris, Schlemmer. *Syn.* Intempestivis conviviis indulgens.

Comessor, aris, prassen. *Syn.* intempestivis conviviis indulgeo. *V. Gula.*

Cometes, æ, Comet. *Syn.* Stella crinita. *Epi.* cometæ tremuli, magnarum calamitatum prænuncii.

Comicè, *Syn.* more comicô. *Us.* Tragica more comico tractat.

Comicus, i, der ein Spiel macht. *Syn.* ad comœdiam pertinens. *Us.* comicus ex artificio comico spectatur.

Cominùs, in der Nähe. *Syn* propiùs, de propinquo loco.)(*eminus.* *Usus.* Cum hoste cominùs pugnare. Cominùs accedito.

Comis, e, holdseelig. *Syn.* Humanus, habens comitatem, suavis, commodus, facilis, benignus, comitate præditus, præcellens.)(*Inhumanus.* *Usus.* Quis Lælio comior, commodior, modestior, simplicior? comis erga omnes.

Comitas, tis, Höfligkeit. *Syn.* benignitas, facilitas. *Epi.* jucunda, multa, singularis, summa.)(*severitas, gravitas, inhumanitas.* *Usus.* comitas, affabilitasque sermonis maximè conciliat animos hominum. In illo summa gravitas cum summa comitate conjungitur. Gravitatem comitate

tate condire, gravitati comitatem aspergere convenit. *Vid. Humanitas. Facilis.*

Comitatus, ûs, **Gesellschafft.** *Syn.* comitum multitudo, clientela, cætus, numerus, chorus, caterva. *Epi.* familiaris, improbissimus, flagitiosissimusque, maximus ornatissimusque, muliebris & delicatus ancillarum puerorumque, multus magnusque, optimus, optimus beatissimusque, pulcherrimus, regius, turpissimus. *Usus.* Legatus cum magno comitatu ingrediebatur. Septus, vallatus, stipatus ingenti comitatu incedebat. Regem cum toto comitatu hospitiô recepit.

Comiter, **höflich.** *Syn.* humanè, humaniter, benignè. *Us.* Salutare benignè, comiter appellare singulos.

Comitia, orum, **Lands-Gemeinde.** *Syn.* conventus populi, commune consilium omnium ordinum, ad creandos Magistratus, ad ferendas leges, & alia cum populo agenda. *Us.* Edicit consul comitia. Habet, gerit, obit comitia. Differuntur, detruduntur, extrahuntur comitia. Comitia sæpe largitione inquinantur, corrumpuntur.

Comitialis, e, **das zu der Lands-Gemeinde gehört.** *Syn.* ad comitia pertinens. *Us.* Dies, mensis comitialis.

Comitium, ii, **der Ort/da sich die Lands-Gemeinde versammlet.** *Syn.* Locus, in quo comitia habentur. Campus Martius, commune consilium. *Us.* comitium armatis obsidere.

Comitor, aris, **begleiten.** *Syn* Assector, sector. *Usus.* Avaritiam comitatur infamia. *Thras.* In omni te fortuna comitabor. In omni fortuna tibi comes ero, me tibi comitem adjungam, præbebo; hærebo tibi, hærebo lateri tuo, tibi affixus ero; à te, à latere tuo non discedam, non divellar. Semper, nunquam non, in omni tempore ac loco, assiduè, assiduus tecum ero. Nunquam abs te sejungar; non digrediar, non recedam abs te, usque dum volueris, quoad volueris, dum tua voluntas feret, nisi te volente, jubente, concedente, permittente; nulla me res, nisi tua voluntas, abs te avellet, amovebit, sejunget, disjunget, abjunget. *Semper te honoris causâ comitabor*, euntem prosequar, deductum te veniam; inter deductores, assectatores tuos ero; te meo comitatu honestabo, comitem me tibi dabo. Cum laudibus ac favore domum prosequar. *V. Socius. Societas.*

Commaculo, as, **besudlen.** *Syn.* maculo, turpifico, fædo. *Usus.* Se ambitu, avaritiâ commaculare. *V. Macula. Labes.*

Commeatus, ûs, **sicher Geleit/Proviant.** *Syn.* cibaria ad multitudinem aliquam alendam. *Epi.* publicus & privatus. *Usus.* Amici, socii nobis annonam & commeatum parabunt, locabunt, mittent, subvehent, devehent, portabunt, supportabunt, commeatûs copiam subministrabunt. 2. Commeatum recipiemus, commeatu abundabimus. 3. Nisi hostis nos commeatu prohibeat, commeatus intercludat, intercipiat; à commeatu nos intercludat. 2. *Tempus manendi, eundi, redeundi, quod alicui præscribitur.* Ad diem comeatûs non venit.

Commeditor, aris, **fleissig betrachten.** *Syn.* meditor, verso. *V. Cogito. Meditor.*

Commemini, **eingedenck seyn.** *Syn.* memini. *Adv.* rectè. *V. Memini.*

Commemorabilis, e, **Meldens werth.** *Syn.* memorabilis. *Us.* Vir commemorabili pietate, ac virtute præditus. *V. Memorabilis.*

Commemoratio, onis, **Erzehlung.** *Syn.* mentio, recordatio, *Epi.* Assidua, illustrior, multa, necessaria, splendidior, supervacanea. *Usus.* Me commemoratio posteritatis ad spem immortalitatis rapit. Totus est in commemoratione tuæ virtutis. *Vid. Mentio.*

Commemoro, as, **erzehlen.** *Syn.* memoro, dico, memini, prosequor, profero, sermonem usurpo, alicujus rei memoriam usurpo, crebris usurpo laudibus, laudo. *Adv.* Commemorare breviter, creberrimè, libentiùs laudes, planiùs, verè; vesperi quid dixeris, commemorata divinitus. *Usus.* Quid die totâ egerim, vesperi commemoro. Omnes de tua virtute commemorant. De te omnium celebratione commemoratum est.

Commendatio, onis, **ein Befehl.** *Epi.* Accu-

Accurata, communis hominum, & inter homines, naturalis, diligens, diligentisſima, dulcisſima, gravisſima, magna liberalitatis, major; non modò humana, ſed etiam Divina; obſcura & incerta, perpetua, ſingularis, non vulgaris. *Syn.* 1. Commisſio. *Uſus.* Efſice, ut meam commendationem & amicorum ſibi profuiſſe ſentiat. 2. *Laus, celebratio, comprobatio.* Magna eſt in vulgus opinio de te, magna commendatio. Liber iſte commendatione non eget. Per ſe cognitus vir nullâ commendatione majorum. Eo facinore magnam ſibi commendationem comparavit. *V. Laus.*

Commendatitius, a, um, zur Fürdernuß dienlich. *Uſus.* Literæ commendatitiæ.

Commendatrix, cis, die da lobet. *Uſ.* Lex eſt emendatrix vitiorum, commendatrix virtutum.

Commendo, as, befelchen. *Syn.* Fidei alicujus committo, in alicujus fide & religione depono, concredo, trado, repono, colloco alicujus virtuti, fidei, felicitati confido. *Uſus.* Filios ſuos tutelæ Populi Rom. Diis immortalibus commendavit. Salutem ſuam, rem familiarem fidei alicujus tradere & commendare. Religiones & ſacra Sacerdotibus commendantur. 2. *Laudo, comprobo, laudando extollo & confirmo.* Eloquentiam vocis ſuavitas commendat. Cura formam commendat. Nihil eum præter ſimulatam triſtitiam commendat. 3. *Mando.* Aliquid literarum monumentis, memoriæ; nomen ſuum & famam immortalitati; ſe fugæ commendare.

Commentariolum, i, klein Regiſter und Auszug. *Syn.* Libellus.

Commentarium, ii, Druck-Buch/ Verzeichnis-Buch. *Syn.* Liber ad ſubſidium memoriæ comparatus, in quo rerum & negotiorum capita notantur. *Epi.* paulò plenius, plurima. *Uſ.* Referre aliquid in commentarium ſuum. *Vulg.* *Regiſtrare.*

Commentarii, orum, idem. *Syn.* Commentarium. *Epi.* Antiqui, commentitii, falſi, infiniti, novi, nudi & venuſti, veteres. *Uſ.* Cæſar ſcripſit, confecit commentarios rerum ſuarum; Rerum urbanarum, Pontificum commentarii.

Commentatio, onis, das Schreiben über ein Buch/ Betrachtung. *Syn.* Meditatio, cogitatio. *Epi.* domeſtica, multa, plurima, *commentationes* accuratæ, quotidianæ. *Uſus.* Accuratæ & meditatæ commentationes multi ſudoris ſunt. Tantum poteſt exercitatio, meditatio, conſuetudo. Commentationibus quotidianis ſe exercet. In commentationibus multum operæ ponit. Orator locos ſuos multa commentatione paratos habeat oportet, & expeditos. *V. Meditor. Cogito. Conſidero.*

Commentitius, a, um, erdichtet. *Syn.* Fictus.)(*verus.* *Uſ.* Novum, commentitium, & futile crimen.

Commentor, aris, erfinden/ gedencken. *Syn.* Meditor, cogito, conſidero, mecum meditor conficio. *Uſ.* Aliquid ſecum de re aliqua meditatur & commentatur. Orationem commentari. *Compone re.* 2. *Diſputo.* Commentandi inter ſe & diſputandi causâ convenêre. Cum Literatis omnibus quotidie commentatur. *V. Meditor. Cogito. Mens. Animus.*

Commentum, i, Erdichtung. *Syn.* Res ficta, excogitata, inventio. *Uſus.* Opinionum commenta delet dies. Commenta ſua & ſcripta memorabat.

Commeo, as, etwahin reiſen. *Syn.* venio, redeo, coëo. *Adv.* viciſſim, retrò, undique. *Uſ.* Crebrò illius litteræ ad nos commeant. Tabellarius, navis ad inſulas commeat. Animus per omnem rerum naturam commeat.

Commercium, ii, Gewerb. *Syn.* Uſus, familiaritas, affinitas. *Uſus.* Voluptas nullum habet cum virtute commercium. Mihi cum illo nullius rei commercium eſt.

Commereo, es, verdienen. *Syn.* mereor. *Uſus.* Quid de me commeruiſti? *Vid. Mereo.*

Commetior, iris, meſſen. *Syn.* Metior. *Uſ.* Sæpe oportet tempus cum negotio commetiri. *V. Metior.*

Commigro, as, etwa hinziehen zu wohnen. *Syn.* migro, domicilium muto, redeo, eo. *Uſ.* In aliam domum commigrat. *V. Migro.*

Commilito, onis, Spieß-Geſell. *Syn.* In bello

bello socius. *Usus.* Cæsar milites suos commilitones appellabat.

Comminatio, onis, Dreuung. *Syn.* Minatio. *Usus.* Ne comminationibus quidem movetur. *V. Minor.*

Comminiscor, betrachten. *Syn.* Fingo, excogito. *Usus.* Ne putes eum tantum scelus commentum. *V. Excogito, Fingo.*

Comminuo, is, verkleinern. *Syn.* Minuo, frango, deturbo, affligo, dissipo. *Usus.* Hostem comminuere; spiritus alicujus, arrogantiam, audaciam frangere & comminuere. Opes luxu, vires ingenii desidia, rem familiarem convivando comminuit, pessumdedit. *V. Detraho.*

Commisceo, es, vermischen. *Syn.* Misceo, permisceo. *Usus.* Nunquam sapientia cum temeritate commiscetur. Animum meum cum tuo commiscui. *Vulg. Unanimes sumus.* Consilium suum cum aliquo, res suas cum rebus alterius commiscere. *V. Misceo.*

Commiseratio, onis, Mitleyden. *Syn.* Miseratio, misericordia. *Usus.* Commiserationem brevem esse oportet. *V. Misericordia.*

Commiseror, aris, Mitleyden haben. *Syn.* Misereor, miseratione afficior, miserationem exprimo verbis, gestu. *Vulg. Condoleo. Usus.* Num conqueri & commiserari non licet? *V. Misereor.*

Commissum, i, eine begangene That. *Syn.* Factum, facinus, delictum. *Epi.* Audacius, sacrum. *Usus.* Enunciare commissa, prodere conscios. Audax commissum & facinus.

Commissio, onis, zweyer / oder mehrer Zusammenlassung. *Syn.* Exhibitio plurium inter se concertantium. *Usus.* Commissio ludorum.

Commissura, æ, Zusammenfügung. *Syn.* Junctura. *Epi.* Aptæ ad stabilitatem & ad artus finiendos accommodatæ, mirabiles, moles digitorum. *Usus.* Ossium ac digitorum commissuræ.

Committo, is, zusammen thun. *Syn.* 1. Admitto, patro, pecco. *Usus.* Ingens flagitium, scelus, facinus; multa in Deos, in, vel contra leges multa commisit. 2. *Patior, probo.* Non committam, ut tibi non prosim, ut accusator audiam. Non est meum committere, ut negligens videar; committendum non putavi, quin &c. 3. *Mando, credo, concedo, trado.* Se itineri, fortunæ, discrimini, fidei alterius, in aciem, in discrimen committere. Hyemi se & fluctibus committere. Aliquid litteris, alicui negotium committere, demandare. 4. *Facio, ineo.* Prælium committere cum hoste. 5. *Vulg. Confisco*, als verfallen einziehen. Hæreditas templo Veneris commissa. Bona commissa, *in Fiscum redeuntia*, mulcta commissa. 6. *Iungo.* Manus committere, duas inter se tabulas committere. *Phras.* Quidquid tibi commisi, diligenter exequare. Quod tibi munus imposui, quod tibi negotium dedi, quod tibi mandavi, quod tibi mandatum dedi, quam tibi mandavi provinciam, mandatam tibi a me rem, diligenter absolvas, diligenter perficias. Fac, ut mea mandata dirigas, persequare, conficias, exhaurias. *V. Commendo.*

Commodè, füglich. *Syn.* Bene, rectè, commodùm.)(*Incommode. Usus.* Commodiùs, *melius* fecissent, si. Feceris commodè mihiquè gratum, si. Scitè & commodè rem executus es. Commodè navigavi, commodè oratio scripta est. *Phras.* Si commodè potes, scribe. Quod commodo tuo fiat, opportunè, ex opportunitate, ut tibi maximè concinnum fuerit; ex utriusque commodo scribes.

Commoditer, idem. *Syn.* Commodè.

Commoditas, tis, Gelegenheit. *Syn.* Opportunitas. *Epi.* Idonea ad aliquid faciendum, imitatrix prava virtutis, magna. Commoditates externæ, multæ, plurimæ & maximæ, tantæ. *Usus.* Amicitia plurimas habet, continet commoditates; ista ad vitæ commoditatem & jucunditatem plurimùm faciunt.

Commodo, as, einem einen Dienst thun. *Syn.* Accommodo, utendum do. *Us.* Ædes alicui, aurum, aurem commodare. Hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata videntur. 2. *Aliquem juvo, inservio, benignè facio, commodò sum.* Tibi ego omnibus in rebus libentissimè commodabo. *V. Opitulor.*

Commodùm, zu rechter Zeit. *Syn.* Vix, tantùm, commodè, opportunè. *Usus.* Commodùm, opportunè ad me venit.

Commodum, i, Nutz. *Syn.* Utilitas, bonum, ratio.)(*Incommodum. Epi.* Commune, magnum, majus, maximum, non mediocre, privatum, senatorium. *Commoda*

moda. Communia, domeftica, externa, majora, minima, multa, non paria, parva aut mediocria, plurima, provincialia aut urbana, publica, tanta, terrena, urbana. *Ufus.* 1. *Commoda comparare.* Suâ illâ arte fibi magna commoda comparavit, adeptus eft, cepit. Alienis commodis confulere, fervire. Commodis frui. 2. *Commoda impedire,* femper mea commoda oppugnas, labefactas, meis commodis obftas, officis. Quod commodo reipublicæ fiat. *V. Utilitas.*

Commodus, a, um, **nützlich.** *Syn.* Opportunus, utilis.)(*incommodus. Ufus.* Commodior via, tempus commodius. Res noftræ fatis funt commodæ. 2. *facilis.* Homo commodis moribus. Catone nemo commodior, comior, moderatior fuit.

Commonefacio, ere, **mahnen.** *Syn.* commoneo, admoneo. *Uf.* Aliquem etiam atque etiam de re aliqua commonefacere. *V. Moneo.*

Commoneo, es, **warnen.** *Syn* admoneo. *V. Moneo.*

Commonitio, onis, **Ermahnung.** *Syn.* Admonitio.

Commonftro, as, **zeigen.** *Syn.* Indico. *Uf.* Viam commonftrare, digitum ad fontes intendere. *V. Oftendo.*

Commoratio, onis, **Saumnuß.** *Syn.* mora. *Epi.* diuturnior, urbana. *Uf.* Illa villæ amænitas, diuturnioris commorationis eft; non diverforii. 2. Ornamentum Rhetoricum. *V. Mora.*

Commoror, aris, **sich saumen.** *Syn.* maneo, fubfifto, confifto. *Uf.* Diem unum, triduum apud te commorabor. Ad oppidum commorabor diutiùs. Verfare rem eandem, hærere & commorari in eâdem fententia. 2. *Moror,* commorari aliquem. *V. Moror.*

Commotio, onis, **Bewegung.** *Syn.* Motio, motus, affectus, perturbatio. *Epi.* fuaves, contrariæ, vitiofæ. *Ufus.* Temperantia moderatrix omnium commotionum.

Commotiuncula, æ, **Bewegnuß.** *Syn.* Febricula. *Uf.* Tuis commotiunculis valdè afficior.

Commotus, a, um, **bewegt.** *Syn.* Affectus perturbatus. *Ufus.* Homo fervidior, commotior, libidine aut metu commotus.

Commoveo, es, **bewegen.** *Syn.* Moveo, perturbo, afficio, excito, concito, commuto, invito. *Adv.* Acerrimè fenfus, aliquantùm, faciliùs conqueftione, graviter, graviùs rebus, incredibiliter, leviter, maximè authoritate, maximè voce, magnopere, mediocriter, non minimè, parumper mentes, perleviter, prorfus, rectè ac meritò miferiâ, fanè, fanè quam, fimiliter atque, tantulùm, temerè fe alicundè, valde, valde commendatione, vehementer amorem multitudinis, vehementer animum, vehementer literis, vehementer oratione, vehementiùs miferiâ. *Ufus.* 1. Eâ re tumultum maximum, ac tantùm non bellum, odium certè, iram, invidiam, fufpiciones commovit, excitavit. Miferiis alienis & querelis facilè animo commoveor. Ea res bilem aliis, aliis mifericordiam commovit, certè multorum ftudia, expectationem magnam concitavit. 2. *Locum muto, proficifcor.* Ne te inde commoveas. *V. Moveo.*

Communicatio, onis, **Unterredung.** *Epi.* Suaviffima fermonis, fumma cum aliquo intermiffa. *Ufus.* Suavisfima mihi tecum eft fermonis, utilitatum, ftudiorum communicatio, focietas, & conjunctio. *V. Societas.*

Communico, as, **mittheilen.** *Syn.* confero, credo, refero, cum aliquo fermones aut confilia confero, participo. *Adv.* audacter cum aliquo, benignisfimè furta cum, coràm inter fe, unà familiarisfimè. *Ufus* Multa familiarisfimè inter fe communicare. Utinam mihi homo fit, quîcum omnia mea communicarem! 2. *Partior, impertio, divido.* Cum amicis res adverfas, commoda, gloriam victoriæ, honores, laudem, pericula, communicas. *Phraf.* Communicabo tecum rem meam. Impertiam tibi rem meam; rei meæ particeps eris, partem capis de re mea, communis erit inter nos res mea; non mihi magis quàm tibi, non minùs tibi, quam mihi, tibi pariter ac mihi; æque utrique noftrûm res mea patebit. Utemur communi jure, æquo jure, pari poteftate, meâ re. Juris tibi tantum, quantum ipfi mihi, erit in meâ re. Mecum meam

rem

rem communem habebis. *V. Particeps. Participo.*

Communio, onis, Gemeinschafft. *Syn.* Communitas, consociatio. *Usus.* Literarum, vocum, conjugiorum, legum, juris, sanguinis communione junguntur homines. Ego fortunas meas in communione tuorum temporum contuli. *In adversa fortuna tibi affui. V. Communitas. Societas.*

Communitio, onis, Bevestigung. *Usus.* Aditus ad causam & communitio.

Communio, is, bevestigen. *Syn.* Munio. *Usus.* Jus parum communitum. Autoritas aulæ communita. *V. Munio.*

Communis, e, ins gemein. *R. à* κοινόμενος. *Syn.* 1. Conjunctus. *Usus.* Amicorum omnia communia. Dolorem meum & laudem tecum communem esse volui. Scelera tibi cum illo conjuncta & communia sunt. Erat hoc studium commune toti Græciæ. De communi sententia. *V. Particeps.* 2. *Vulgaris, contritus, pervulgatus, de medio sumptus, latè patens.*)(*Præcipuus, proprius, singularis.* Communis vita & vulgaris hominum consuetudo. Communis omnium sensus, pervagata opinio. Præcepta communia & contrita. De communibus & pervulgatis rebus loqui. *Phras.* Communia sunt & vulgaria, quæ affers, omnia posita sunt ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum atque in foro decantata, ante pedes posita, sita ante oculos, in medio sita, obsoleta, de medio sumpta, audita, pervulgata, percelebrata & contrita sermonibus, omnia promiscua sunt, quæ recenseo. *V. Particeps.*

Commune, is, gemein Wesen. *Syn.* Respublica, civitas, universitas, collegium. *Usus.* Commune Siciliæ. Commune Parmensium multum contulit. Vexatum est commune illud atrociter.

Communitas, tis, Gesellschafft. *Syn.* Communio, societas. *Epi.* Apta naturæ, civilis, humana, immanis, magna, naturalis, *Usus.* Quæ nobis cum isto gladiatore conditionis communitas esse potest? Homines ad societatem communitatémque humanæ vitæ nascuntur. Veteri tecum communitate conjunctus fui.

Communiter, gemeiniglich. *Syn.* Promiscuè de communi sententia.)(*Propriè, separatim. Usus.* Res cum aliis communiter gestæ. Communiter aliàs tibi commendavi Arpinates, nunc peculiariter Cajum. Aliquid cum altero communiter possidere. Communiter inter nos consulemus, scribemus. *V. Simul.*

Commurmuror, aris, zusammen brummen. *Usus.* Nescio, quid secum commurmuratus est.

Commutabilis, e, wanckelbahr. *Syn.* Mutabilis, inconstans. *Usus.* Assentatoris animus varius, commutabilis, multiplex. *V. Varius.*

Commutatio, onis, Aenderung. *Syn.* Conversio, mutatio, vicissitudo. *Epi.* Misera & in brevi tam celer reipublicæ, tanta voluntatis, uber & varia. *Commutationes* annuæ, aptæ ad maturitatem frugum, & ad temperationem. Civiles, variæ. *Usus.* Brevi tempore sæpè magna fit morum voluntatúmque commutatio.

Commuto, as, veränderen. *Syn.* Muto, converto, interverto, contrarium facio, commutationem affero. *Adv.* Audaciùs tabulas, breviter verba, facilè & libenter sententiam, maximè actionem, paulùm ordinem verborum, vehementer sententiam. *Commutari* penitùs, variè verba. *Usus.* Mali nihili faciunt, si religionem pecuniâ, jura omnia cum quæstu, leve compendium fraude maximâ commutent. Vitam morte commutavit. Commutavit se animo, sententiam commutavit. *V. Muto.*

Como, is, * zieren. *Syn.* Orno, compono. *Usus.* Mulieres dum comuntur, annus est.

Comœdia, æ, Schauspiel. *Syn.* Fabula, comicorum ars. *Epi.* Antiqua, vetus. *Usus.* Quo genere jocandi eleganti, urbano, ingenioso, faceto Plautus, & antiqua comœdia referta est.

Comœdus, i, Comödiant. *Syn.* Actor comœdiarum.

Compactio, onis, wohlgesetzte Ordnung und Gestalt. *Syn.* Coagmentatio. *Usus.* Compactione membrorum valida.

Compactò. *Syn.* Consultò, compositò. *Usus.* Non committendum, ut compactò prohibiti videamur.

Compactus, a, um, wohl gemacht. *Syn.* Coagmentatus, compositus, vinctus.

Compages, is, Hafft. *Syn.* Commissura, vincula. *Usus.* Dum sumus in compagibus corporis.

Compar, is, * gleich. *Syn.* Par.

Comparabilis, e, das zu vergleichen ist. *Syn.* Quod habet comparationem.)(*Dissimilis.* *Usus.* Comparabile est, quod in diversis rebus similem aliquam rationem continet.

Comparatè, mit Vergleichung. *Syn.* Cum comparatione. *Vulg.* *Comparativè, relativè, respectivè.* *Usus.* Cùm quæritur, quid res sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè.

Comparatio, onis, Vergleichung. *Syn.* Collatio, contentio, similitudo, facultas, compensatio. *Epi.* Æqualis, brevis, facilis, necessaria, utilis. *Usus.* Dubium inter se bonorum comparationem facere, quodnam altero majus? Duplicem lætitiam percepi in comparatione difficilem, quæ major. Si contentio quædam & comparatio fiat. 2. *Apparatus, præparatio, cautio.* Totum tempus in comparatione novi belli ponere. Nihil de mea comparatione diminuo. Comparationem criminis adornare, invenire. *V. Comparo.*

Comparativus, a, um, das man vergleichen kan. *Syn.* Comparabilis.

Compareo, es, erscheinen. *Syn.* Videor, adsum, palàm sum, *Vulg.* *Sisto me.* *Usus.* Comparere in illa multitudine bonorum. Pompejus nusquam comparet. 2. *Appareo.* Ita à fortuna deformata, ut tamen à natura inchoata compareant. *V. Appareo.*

Comparo, as, bereiten. *Syn.* Paro, præparo. *Adv.* Copiosè pastum, diligenter argumenta argumentis, diligenter ex copia, diligentissimè ducem, indoneè animum ad, improbissimè quæstum, prædam, in perpetuum præsidium, iniquè aliquem cum aliquo, inscitè, largè pastum, occultè milites, omninò diligentissimè ducem, magnificè convivium, propemodum res utrisque, prorsus, magnoperè, studiosè tabulas pictas, studiosiùs supellectilem. *Usus.* Dum uxor se comparat, dum convivium comparatur, annus est. Instituere, comparare, perficere rem aliquam. Insidias alicui, se ad iter comparare. 2. *Acquiro.* Labore suô & industriâ supellectilem, laudem, delectationem, virtutem, amicitias, auxilia sibi comparare. *V. Aquiro.* 3. *Confero, compono; comparationem, contentionem facio.* Quæso, hominem cum homine, tempus cum tempore comparetis. Comparare similitudines. 4. *Ordino, constituo.* More majorum, legibus, naturâ comparatum est, ut &c. Ita comparati naturâ, vel à natura sumus; ita comparata est vitæ naturæque nostræ ratio, ut &c. Ita comparaverunt Majores nostri, ut &c. *Phras.* Comparare Græca cum Latinis. Contentionem in Græcis Latinisque facere. Græca ac Latina contendere, inter se conferre, Græca cum Latinis in contentionem adducere.

Compasco, is, miteinander weiden. *Usus.* Jus est compascere.

Compascuus, a, um, zur gemeiner Weid gehörig. *Usus.* Ubi ager compascuus est, jus est compascere.

Compedes, um, Fuß-Sessel. *Syn.* Soleæ ligneæ, quibus pedes captivorum constringi solent. *Usus.* Compedes alicui imponere, indere, induere, impingere. In compedibus custodire, habere, retinere aliquem. *V. Carcer.*

Compellatio, onis, Anredung. *Syn.* Appellatio. *Epi.* Crebræ vel potiùs quotidianæ, præclaræ in laudatione. *Usus.* Edictô Ciceronem compellavit. Quotidianas compellationes meas non ferens urbe abiit.

Compello, as, anreden. *Syn.* Appello, nomino, nomine appello, alloquor. *Adv.* Nominatim, vicissim aliquos. *Usus.* Amicè, honore magno me compellavit. 2. *In judicium voco.* Lege, edicto aliquem apud populum compellere. *V. Voco. Appello.*

Compello, is, zusammen treiben. *Syn.* Impello, cogo, congrego, vexo.)(*Dispello, expello.* *Usus.* Aliquem ad mortem, metum, ad graves angustias compellere. Dispersos in unum locum compellere. *V. Pello.*

Compendiarius, a, um, das nechst und kürtzeste. *Syn.* Brevis. *Usus.* Est hæc brevis & compendiaria via ad gloriam. Notis compendiariis utuntur, *qui abbreviant.*

Compendium, ii, kurtzer Begriff. *Syn.* Utilitas, quæstus, lucrum, *puta* viæ, pecuniæ, operæ, temporis.)(*Dispendium.* *Usus.* Nihil agit compendii sui causâ. Mer-

Mercatores in quæstu & compendio versantur. Avaritia & egestas multos ad turpe compendium commovet. Magnum compendium facere. *V. Lucrum. Quæstus.*

Compensatio, onis, Vergeltung. *Syn.* Comparatio, præmium, merces, remuneratio. *Usus.* Vitæ incommoda sapiens commodorum compensatione lenit. Uti compensatione.

Compenso, as, vergelten. *Syn.* Comparo, remunero, repono, exæquo, assequor. *Usus.* Maximis laboribus compensatur discendi voluptas. Auditorum patientiam brevitate, ingenii tarditatem virtute, socordiam fide compensare. Precibus compensatur pecunia. *Phras.* Tua merita compensare non potero; nullam tuorum meritorum partem assequar; nulla mihi est satis digna tot officiorum remuneratio; nunquam satis cumulatè officium reddam; nullis officiis tuam humanitatem exæquabo; tuam voluntatem non satis ex æquo remetiar; nunquam te dignam gratiam referam. *Quod à fortuna damnum accepisti, compensabit virtus.* Resarciet virtus, quod à fortuna damnum retulisti. Quibus te calamitatibus implicavit fortuna, iis te virtus expediet. Medebitur iis malis virtus, quibus te afflixit fortuna; quò te fortuna conjecit. Ut acerbam fortunam sensisti, ita dulcem ac suavem virtutem experieris. Quantum detrimenti, incommodi, calamitatis, malorum à fortuna retulisti, tantos à virtute, atque adeò majores fructus capies, percipies, feres, colliges. *V. Reddo.*

Comperendinatus, ûs, Anstellung eines andern Termins. *Usus.* Adimere alicui comperendinatum.

Comperendino, as, Frist geben / auffschieben. *Syn.* Amplius pronuncio, amplio, profero, procrastino, differo. *Usus.* Reus comperendinatus. *V. Amplio.*

Comperio, is, erfahren. *Syn.* Certum reperio, deprehendo, comprehendo, compertum habeo. *Adv.* Manifestò pestem capitis sui, manifestò indicia mortis, maximè. *Usus.* Eam rem, de ea re certis autoribus, manifestis indiciis, oculorum testimonio comperi.

Compertus, a, um, erfahren. *Syn.* Certus, indubitatus. *Usus.* Facinus manifestò deprehensum & compertum; nihil comperti aut cogniti habeo.

Compesco, is, hinterhalten. *Usus.* Iram, dolorem, gemitus, lacrymas compescere, coërcere. *V. Coërceo.*

Competitor, oris, Mitwerber umb eine Stelle. *Syn.* Qui cum alio in petitione concurrit. *Epi.* Certus, liberalis, nobilis, pares suffragiis, peregrini, urbani. *Usus.* Cum competitore certamen est honoris & dignitatis. *V. Æmulus.*

Compilatio, onis, Beraubung. *Syn.* Furtum, fraus.

Compilo, as, rauben. *Syn.* Furor, fraudo, spolio, diripio. *Adv.* Apertissimè provincias, ostiatim oppidum. *Usus.* Æraria exhaurire, templa, urbem, rempublicam compilare. *V. Furor.*

Compingo, ere, zusammenhefften. *Syn.* constringo, conjicio. *Usus.* Servi in pistrinum, carcerem, vincula compinguntur. Homo è luto & sanguine, scelere ac ignorantiâ compactus.

Compita, orum, Oerter / wo die Wege zusammen stossen. *Usus.* In triviis & compitis auctionari.

Complaceo, ere, * sehr wohlgefallen. *Syn.* Benè vel vehementer placeo. *Usus.* Mihi complacitum est.

Complaudo, is, frohlocken. *Syn.* Simul plaudo. *V. Plaudo.*

Complector, eris, begreiffen / umbfangen. *Syn.* Complexu teneo, meo sinu complexúque recipio, in collum invado. *Adv.* Æquè benevolentiâ atque arctiùs, brevì, breviter memoriam rerum, celeriter, circumscriptè, etiam atque etiam officiis, liberalitate, extrinsecùs, memoriter rem, nimiùm multa, occultè viros amplissimos ad suum scelus, perdiligenter memoriam rerum, quàm liberalissimè aliquem, scientissimè. *Usus.* Complecti & lacrymari, lacrymis se conspergere. 2. *Amo, excipio, tracto amicè, charum habeo, foveo, suscipio, defendo.* Aliquem beneficiis, benevolentiâ, charitate eximiâ, familiaritate, comitate maximâ complecti. Complectere, quæso, adolescentem. 3. *Comprehendo, circumdo, ambio.* Paucis multa, uno crimine comprehendo omnia. Summum cælum reliquos complectitur. 4. *Assequor, apprehendo, teneo.* Sapiens totum mundum, mente, cogitatione, memoriâ complectitur. Tuas laudes

laudes oratione ac memoriâ amplecti vix possum. *V. Amplector.*

Complementum, i, Erfüllung. *Syn.* Supplementum. *Usus.* Inania quædam verba, velut complementa numerorum.

Compleo, es, erfüllen. *Syn.* Impleo. *Adv.* Benè, perfectè, undique. *Usus.* Aures sonô, pectus maximarum & plurimarum rerum suavitate complere. Animum aliquâ re. 2. *Absolvo, perficio, conficio.* Promissum complere. Complent hæc & absolvunt beatissimam vitam. Complevit annos sedecim.

Complexio, onis, Umbarmung. *Syn.* Comprehensio, verborum periodus. *Epi.* Brevis negotii, longissima verborum, mira verborum, perspicua, vera vel falsa. *Usus.* Longissima verborum complexio, quæ unô spiritu volvi potest. 2. *Argumenti conclusio & summa rationum.* Per complexionem id, quod ex omni argumentatione conficitur, breviter exponitur.

Complexus, ûs, Umbfassung. *Syn.* Amplexus. *Epi.* Altissimus à domiciliis, extremus, omnia cingens & coërcens cœli, venereus, ultimus, indices falsi summæ benevolentiæ. *Usus.* Illum respublica sinu amplexuque recipiet. Abstrahere filium de complexu matris. Aliquem complexu recipere. 2. *Ambitus.* Mundus omnia complexu suô coërcet & continet.

Complico, as, zusammen legen. *Syn.* Involvo, claudo. *Usus.* Epistolam complicare.

Comploratio, onis, * das Weinen. *Syn.* Lamentatio. *Usus.* Comploratio eorum lamentabilis, flebilesque voces. *V. Gemo.*

Comploro, as, bedauren. *Usus.* Complorare mortem, fortunam amicorum. Complorati mortui totam urbem lamentis impleverunt. *V. Gemo. Fletus.*

Complures, viel miteinander. *Syn.* Multi.

Compono, is, zusammen setzen. *Syn.* 1. Conjungo, coagmento, construo, conglutino, congero, conflo, misceo, tempero. *Adv.* Cautiùs, diligenter, generatim, communiter, Græcè, scitè; jam diu composita & comparata, lepidè. *Usus.* Componere & struere verba, & syllabas propemodum dinumerare, & dimetiri. Vestem, crines componere, os ori, manum manui componere. 2. *Dispono.* Aciem, caussam, fallaciam in aliquem, orationem componere. 3. *Fingo.* Denique se ad modestiam, ad senatûs reverentiam composuit. Se ad exemplum, vultum, mores alterius componere. 4. *Facio, conficio.* Carmen, poëma, librum, testamentum, Historiam componere. 5. *Compositionem facio, concilio.* Bellum, iras, aversos animos lenitate composuit. 6. *Comparo, confero.* Sophoclem cum Euripide componere & conferre.

Comporto, as, zusammen tragen. *Syn.* Unà porto. *Adv.* Palàm arma. *Usus.* Res undique accersitæ, collatæ, exquisitæ, comportatæ. Arma, frumentum comportantur. *V. Colligo.*

Compos, tis, theilhafftig. *Syn.* Particeps.)(*Inops. Usus.* Homines rationis, consilii, virtutis compotes, beati sunt. Aliquem urbis compotem facere. *V. Fruor. Acquiro.*

Compositè, ordentlich. *Syn.* Dispositè. *Usus.* Compositè & aptè dicere.)(*Sine verborum modo & ordine.*

Compositio, onis, Zusammensetzung. *Syn.* Confectio, quasi structura, coagmentatio, compages, constructio, concordia, dispositio, ordo, descriptio. *Usus.* Compositiones unguentorum, ciborum conditiones. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum. Incredibilis Stoicæ Philosophiæ dispositio & ordo. 2. *Concordia.* Spes compositionis me fefellit, autor compositionis & pacis fuisti.

Compositor, oris, Setzer. *Usus.* Inventor & compositor.

Compositus, a, um, zusammen gemacht. *Syn.* Conflatus, concretus, conglutinatus, factus, instructus. *Usus.* Oratio composita & ornata, & artificio quodam distincta. Certi homines compositi me monuerunt. Quomodo compositis sideribus homo oriatur. Nemo paratior, compositior unquam in judicium venit.

Compotatio, onis, Zeche. *Usus.* Græci convivium tum compotationem, tum conœnationem vocant. *V. Vinolentus. Bibo.*

Com-

Compotor, oris, Zech-Bruder. *Syn.* Combibo.

Compransor, oris, der mit einem zu Mittag isset. *Syn.* Qui simul prandet. *Usus.* Cum compransoribus, collusoribus, compotatoribus agrum suum devorat.

Comprecatio, onis, * Gebett. *Usus.* Non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis Deorum comprecatio fuit.

Comprecor, aris, bitten. *Usus.* Deos comprecari.

Comprehendo, is, erwischen. *Syn.* Capio, deprehendo, comprehensum contineo, devincio.)(*Dimitto.* *Adv.* Aptè sententiam verbis, brevì, breviter, celeriter firmô animô, graviter, manifestè, manifestò, penitùs, solutè & facilè. *Usus.* Ecquid comprehensum hostem emisistis? Volebant comprehendere Pompejum, & ad Cæsarem adducere. 2. *Assequor, prosequor, explico, exprimo, absolvo.* Aliquid memoriâ & scientiâ comprehendere. Rem pluribus verbis comprehendit. 3. *Assequor, concipio, teneo, percipio.* Animô aliquid, ratione aliquam opinionem comprehendere. Propriis verbis sententiam comprehendere. Vestris animis & cogitatione rem totam comprehendite. Habere aliquid cognitum & comprehensum. 4. *Amplector, amore devincio.* Multos amicitiâ, beneficiis comprehendere.

Comprehensibilis, e, begreifflich. *Usus.* Visum comprehensibile.

Comprehensio, onis, Begreiffung. *Syn.* Deprehensio. *Epi.* Aptè cadens, firma, longa, numerosa, perfecta, plena, stabilis atque immutabilis, vera ac fidelis, universa. *Usus.* Comprehensio reorum, animadversio Senatûs. 2. *Apprehensio.* Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio, comprehensio. 3. *Ambitus Orationis.* Comprehensio & ambitus verborum, quem Græci periodum vocant. 4. *Agnitio.* Cognitiones, comprehensionésque rerum appetitiones movent.

Compressè, geschmeidig. *Usus.* Rhetores latiùs, Dialectici compressiùs.

Compressio, onis, Zusammendruckung. *Usus.* Oratores crebri sententiis, compressione rerum breves.

Comprimo, is, zusammendrücken. *Syn.* Fræno, sedo, coërceo, cohibeo, frango, retardo. *Adv.* Arctè pugnum, vehementer, planè, in perpetuum. *Usus.* Magistratus hominum audaciam comprimant, ferocitatem frangant; conatus furentium, furores, motus, turbas, iram, exultantem lætitiam comprimant. Comprimere atque restinguere cupiditatem alicujus. Voluptates comprimere & constringere. 2. *Abscondo, occulto, tego, abdo.* Multa tua delicta compressi. Frumentum comprimere. *Vulg. Apud se tenere, intertenere frumentum. Premere, dum carius divendi possit.* 3. *Contraho, stringo, claudo, adduco.* Digitos in pugnum comprimere. *V. Coërceo. Prohibeo.*

Comprobator, oris, Rühmer. *Syn.* Approbator. *Usus.* Autoritatis ejus comprobatores.

Comprobatio, onis, Bewährung. *Syn.* Approbatio. *Usus.* Quis non movetur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis.

Comprobo, are, billigen / wahr machen. *Syn.* Approbo, laudo, collaudo.)(*Vitupero, rejicio.* *Adv.* Firmiùs acta, omninò, studiosè libenterque, vehementissimè sententiam. *Usus.* Si tu honorem meum sententiâ tuâ comprobâris. Sententiam, decretum aliquod studiosè, libenter, vehementer comprobare. Rem testimoniô, suô judiciô comprobare. *V. Assentior. Approbo.*

Compromissum, einhellige Bewilligung auf einen Schiedsmann. *Syn.* Facultas à litigantibus data arbitro arbitrium proferendi & judicandi. *Usus.* Arbitrum sumere, compromissum facere, interponere.

Compromitto, is, einen Schied-Richter annehmen. *Syn.* Compromissum facio. *Usus.* Tribuni compromiserunt certam pecuniam.

Comptus, a, um, geziert. *Syn.* Ornatus, compositus. *Usus.* Compti capilli, compta oratio.

Compungo, is, stopffen / stechen. *Syn.* Pungo, figo. *Usus.* Dialectici ipsi se suis acuminibus compungunt. Barbarus Threiciis notis compunctus nudato ense anteibat.

Com-

Computo, as, erwegen / überschlagen. *Syn.* Subduco, ad calculos revoco, rationes confero. *Usus.* Compellat hospitem, computat, pecuniam numerat.

Conatus, ûs, das Unterstehen / Unterfangen. *Syn.* Vis, impetus. *Epi.* Gratus, magnus, crudelissimi, impii, nefarii, occulti, optimi & præclarissimi, perditi. *Usus.* Id conatu, studióque magno egit, ut &c. Omnem conatum suum in mei perniciem parat. Conatum refutare, prohibere, comprimere, frangere, conatibus obviam ire, à conatu aliquid repellere. *V. Studium. Labor.*

Concalefacio, is, mit erwärmen. *Usus* Cùm nos sermonibus nostris concalefecimus.

Concalesco, is, wohl erwärmen. *Syn.* concaleo.

Concallesco, is, erharten. *Syn.* Concalleo. *Usus.* Quorum manus opere, animus usu concalluit.

Concavus, a, um, hohl. *Syn.* Cavus, vacuus. *Usus.* Speluncarum concavæ altitudines.

Concedo, is, zulassen. *Syn.* 1. Ignosco, condono.)(*repugno.* *Adv.* Commodiùs, facetè adversario, facilè, honestè, libenter, multùm perturbationi, necessariò, minus honestè, prorsus beneficia, rectè. *Usus.* Sæpè liberûm peccata parentum virtuti & misericordiæ conceduntur. Cupio mihi hunc reum concedi. 2. *Do, tribuo*, dono, largior, permitto, libertatem vel potestatem do, licentiæ aliquid do, potestatem defero, per me licet, facilè patior, causæ nihil dico, quin missionem facio. *Usus.* Sepulturæ locum alicui dare ac concedere. Date hoc & concedite pudori meo. Primum locum alicui concedere. 3. *Cedo alicujus postulationi, abeo.* Ab eorum oculis aliquò concessit. Apes in alvearium concessêre. 4. *Cedo, fateor, non nego, non repugno.* Magistro suo de arte nihil concedit. Nemini concedo, qui majorem dolorem ex reipub. malis hauserit. *V. Do. Permitto.*

Concelebro, as, feyren. *Syn.* Frequento, excolo. *Adv.* Passim, tributim convivia. *Usus.* Convivia concelebrantur. *V. Celebro.*

Concentio, onis, das zusammen-Singen. *Syn.* Concentus. *Epi.* Clarissima.

Concenturio, are, sammlen. *Usus.* Fraudes in corde concenturio.

Concentus, ûs, Melodey. *Syn.* Harmonia, q. consensus. *Epi.* Major & melior, tantus, varii. *Usus.* Omnium doctrinarum, virtutum concentus. Stellarum concentus. Concentum efficere, servare. *V. Musica.*

Conceptio, onis, Empfängnus. *Usus.* Conceptio mulæ contra naturam est. Conceptio judiciorum.

Conceptus, ûs, Empfängnus / Fassung. *Syn.* Conceptio. *Usus.* Ex hominum conceptu & satu editi gigantes.

Concerno, is, sehen. *Syn.* Cerno, video. *Vulgus pro* pertinere ad aliquid *adhibet.*

Concerpo, is, zerreissen. *Syn.* Conscindo, lacero, discerpo. *Adv.* Ferventissimè. *Usus.* Calet homo, nam ferventissimè concerpitur. *V. Carpo.*

Concertatio, onis, Wort-Zanck. *Syn.* Certamen, contentio. *Epi.* Jejunæ, indignæ Philosophiâ. *Usus.* Verborum concertationes jejunæ, concertationum plenæ disputationes. Concertationis studio abripi. *V. Disputatio. Controversia.*

Concertatorius, a, um, miteinander streitend. *Syn.* Contentiosus, vehemens. *Usus.* Concertatorium dicendi genus; *judiciale.*

Concerto, as, miteinander streiten. *Syn.* Pugno, contendo, discepto. *Usus.* Hercules cum Apolline de tripode concertâsse dicitur. Inter vos de his rebus controversemini, non concertetis. *V. Certo.*

Concessio, onis, Erlaubnüs. *Usus.* Concessiones præmiorum; nostrâ concessione hoc assecutus es.

Concessor, oris, der erlaubet. *Usus.* Modò te concessore spectare liceat.

Concessus, ûs, Erlaubnüs. *Syn.* Permissus, permissio, potestas. *Usus.* Deorum concessu & munere nobis Philosophia data est. Omnium concessu aliquid juventuti dandum est.

Concha, æ, Muschel-Fisch. *Syn.* Genus piscis testâ contectum. *Epi.* Patula, grandis. *Usus.* Conchas ad littus legere.

Conchyliatus, a, um, mit Purpur-Farb gefärbt oder angethan. *Syn.* Murice tinctus. *Usus.* Conchyliata peristromata.

Conchylium, ii, Meer-Schencke. *Syn.* Murex, conchæ genus, purpura. *Us.* Ostrea &

& conchylia omnia cum Luna crescunt & decrescunt.

Concido, is, ere, einfallen. *Syn.* Cado, ruo. *Adv.* Funditus, indignissimè, repentè, subitò, tardè nimium. *Usus.* Contrahi animum, & quasi labi, atque concidere. Animô concidere. Senatûs auctoritas, fides, spes ipsa concidit. Pompejus in optima causa, ex summa fortuna concidit. *V. Cado.*

Concido, is, ere, zerhauen. *Syn.* Cædo, trucido. *Usus.* Cohortes, equites, exercitus concisus. Virgis aliquem concidere. 2. *Transl.* Senatûs auctoritatem, dictis aliquem, decretis, maledictis concidere. Concidere sententias & delumbare. *V. Cædo.*

Concieo, es, * bewegen. *Syn.* Convoco. *Usus.* Multitudinem ad se conciere. Lites alicui, turbas, seditionem, hostes conciere. *V. Excito.*

Conciliabulum, i, Ort / allwo eine Zusammenkunfft gehalten wird. *Usus.* Conciliabula obire.

Conciliatio, onis, Versöhnung. *Syn.* Communio, communitas. *Epi.* Civilis, communis. *Usus.* Communionem humani generis consociationem & conciliationem tueri, colere debemus. 2. *Captatio, comparatio.* Dicere, facere aliquid ad conciliationem gratiæ.

Conciliator, oris, * Versöhner. *Usus.* Interpres conciliatoris.

Conciliatricula, æ, Vermittlerin. *Usus.* Nobilitas blanda conciliatricula.

Conciliatrix, cis, Vermittlerin. *Usus.* Virtutis opinio conciliatrix amicitiæ, & quasi lena.

Concilio, as, versöhnen / erwerben. *Syn.* Reconcilio, devincio, benevolentiam concilio, charitatem inter aliquos jungo, cum aliquo consuetudinem & amicitiam jungo, aliquem ad amicitiam adjungo, amicitiam cum aliquo constituo.)(*Dirimo, disjungo, separo, distraho. Usus.* Conciliare sibi voluntatem alicujus, amorem, benevolentiam, gratiam, charitatem, animos &c. & ad usus suos adjungere. 2. *Procuro, paro, comparo, acquiro.* Pacem inter cives conciliare. 3. *Adjungo.* Oratio conciliat inter se homines, conjugitque naturali quadam societate. Parentibus & patriæ nos natura, feras inter se conciliat. Largitione sibi potentiam & legiones adjunxit Cæsar. *Phras.* Eum omnibus vinculis devinctum & constrictum teneo; beneficio valdè obligavi, largitione devinctum teneo, benevolentiam officiis allexi, donis obstrinxi, in ejus animum velut influxi; eum delinivi, delinimentum beneficiis objeci, meum planè reddidi, obnoxium mihi feci & fidum. *V. Iungo. Adjungo. Gratia. Reconcilio.*

Concilium, ii, Versammlung. *Syn.* Cætus, congregatio, consilium, numerus, classis. *Epi.* Amplissimum, laudabile atque populare, privatum, publicum orbis terræ, summum. *Usus.* Concilia cætúsque hominum jure sociati, qui civitates dicuntur. Concilium vocare, convocare. Concilium plebis habere. Aliquem in concilium adducere, mittere, adhibere. E concilio secludere, dimittere aliquem.

Concinnè, hübsch. *Syn.* Pulchrè, facetè. *Usus.* Concinnè, ùt multa, Timæus. Concinnè, sed non peritè dicere & scribere.

Concinnitas, tis, Zierlichkeit. *Syn.* Compositio lenis & numerosa concinnitudo, condecentia. *Usus.* Forma ipsa & ornata verborum concinnitas.

Concinnitudo, inis. *Syn.* Concinnitas.

Concinno, as, zieren. *Syn.* Adorno, aptè compono. *Usus.* Concinnavi tibi munusculum aliquod; vestem, epulas concinnare.

Concinnus, a, um, zierlich. *Syn.* Ornatus, numerosus, elegans, politus, facetus, aptus. *Nam cinnus commistio est. Usus.* Concinna, distincta, festiva, elegans oratio. Concinnæ & auctæ sententiæ. Homo ad persuadendum concinnus. *V. Elegans.*

Concino, is, zusammen singen. *Syn.* Simul cano. *Usus.* Pressis & flebilibus modis concinere. 2. *Convenio, quadro, consentio.* Omnia inter se mirè concinunt, respondent extrema primis. *V. Cano.*

Concio, onis, Versammlung des Volcks. *Syn.* Conventus vel multitudo populi, corona, consilium, concilium, scena. *Epi.* Conciones accuratæ, acerbissimæ, celeberrimæ & gratissimæ, crebræ, furiosissimæ, graves, improbæ, lentæ, malæ, miseræ, molestæ, multæ magnæque, necessariæ, perditæ, quotidianæ, sceleratæ, secundæ, seditiosæ, temerariæ, timidissimæ, tumultuosæ,

tur-

turbulentæ, vehementes, *Usus.* Hominum egentium concio. In concionem ascendere, concionem habere, convocare, submovere, semovere, dimittere. 2. *Oratio ad populum.* Habuit de me luculentas, celeberrimas & gravissimas conciones. Legi tuam concionem. *V. Oratio.*

Conciuncula, æ, dim.

Concionalis, e, der Versammlung oder Rede dienlich. *Usus.* Clamor concionalis.

Concionarius, a, um, idem. *Usus.* Populus concionarius.

Concionator, oris, Redner vor dem Volck. *Usus.* Multùm interest inter levitatem concionatorum, & animum verè popularem. *V. Orator.*

Concionor, aris, predigen. Zu dem Volck reden. *Syn.* Concionem habeo. *Adv.* Impunè de aliquo, sordidè. *Usus.* Cato de religionibus concionatus est. *V. Dico.*

Concipio, is, ere, empfangen. *Syn. Cùm ad generandum pertinet, sign.* Comprehendo, colligo, accipio, imbibo. *Adv.* Firmè, animô, jamdiu. *Usus.* Terra concipit semina. Mulier ex aliquo concipit. 2. *Suscipio.* Ipsa senectus dedecus concipit. Materia facilè ignem concipit. Odium, iram in aliquem concipere. 3. *Nosco, intelligo, assequor, percipio, cogito.* Concipere animô flagitium, mente nefas, opinionem, spem, furorem ex maleficiis. Maculam concipere. Voluptas animo concepta & comprehensa. *V. Accipio.*

Concisio, onis, Zertrillung. *Usus.* Concisione verborum.

Concitatio, onis, Anstifftung / Bewegung. *Syn.* Motus, commotio. *Epi.* Popularis, graves, vehementiores. *Usus.* Vehementes animi concitationes & perturbationes; concitatio mentis. 2. *Tumultus.* Plebis concitatio & seditio.

Concitator, oris, Anstiffter. *Usus.* Seditionis concitator & stimulator.

Concito, as, antreiben. *Syn.* Excito, incito, moveo, facio, conflo, sollicito, inflammo, agito, ago.)(*Sedo.* *Adv.* Concitatæ conciones populariter, seditiosè; concitatus tumultus publicè, concitati animi temerè in odium. *Usus.* Concitare misericordiam, risum, invidiam in aliquem; gravem offensionem, magnum odium in aliquem. Bellum, expectationem sui concitare. *V. Moveo. Author sum.*

Concitus, a, um, bewegt. *Syn.* Commotus, compulsus. *Usus.* Ad rixam concitus.

Conclamo, as, zusammen schreyen. *Us.* Conclamant omnes & approbant. *V. Clamo.*

Conclave, is, Gemach / Wohn-Zimmer. *Syn.* Cubiculum, triclinium. *Usus.* Cubitum ivit in conclave. Corruit, concidit conclave optimè instructum.

Concludo, is, einschliessen. *Syn.* Claudo, cogo, constringo. *Adv.* Acriter, acutè, ad extremum, aliquando, angustiùs, apertè, numerosè, breviter, commodiùs, contortiùs dissimulant numeros, inconsideratè, malè clausulam, probabiliter, rectissimè, vitiosè, similiter, subtiliter. *Usus.* Ne bestiæ quidem concludi se, constringique patiuntur. 2. *Peroro, efficio, conficio, infero, complector, colligo.* Argumentum concludere more Dialecticorum. Quod concludunt adversarii, non efficitur ex eorum argumentatione. Concludebas deinde & colligebas, dolorem esse summum malum. Ratione concludere. 3. *Termino, circumscribo, claudo, finio.* Urbe portus concluditur. Totum civile jus in pauca capita concludi potest. In hoc singulare judicium causa omnis concluditur. *Phras.* Concludam epistolam, finem scribendi faciam, epistolæ hæc erit clausula, epistolam ita concludam; ita finem epistolæ faciam, imponam; epistolam denique absolvam, perficiam. *V. Finis. Absolvo.*

Conclusè, eingezogentlich. *Syn.* Definitè, circumscriptè. *Usus.* Aptè & conclusè dicere.

Conclusio, onis, Beschluß / Ende. *Syn.* Clausula, peroratio, epilogus, complexio & argumentatio ipsa. *Epi.* Acuta, artificiosa verborum, necessaria, postrema, simplex, tota, non solùm vera, sed perspicua, vetus & brevis. Breves & acutæ, innumerabiles, raræ. *Usus.* Conclusio est exitus & terminatio totius orationis.

Concœnatio, onis, Abend-Gastmahl. *Syn.* Symposion.

Concoquo, is, däuen. *Syn.* Digero. *Usus.*

Usus. Cibum concoquere. 2. *Transl.* *Vinco, strenuè fero.* Concoquere illum hominem nequeo. Odium illud, injuria, ira, non submovenda modò sunt, sed & concoquenda. Diu deliberare & concoquere, utrùm.

Concordia, æ, Einhelligkeit. *Syn.* Consensus, conspiratio.)(*Discordia.* *Epi.* Communis, gratissima, incredibilis, magna, pristina, singularis. *Usus.* Equites Senatui concordiâ conjuncti. Reconciliatio concordiæ. Id concordiam & pacem gignet gentibus. Ad concordiam adducet gentes; concordia conglutinabit, conjunget gentes. Concordiam constituet, confirmabit. 2. Vox una concordiam diremit. 3. In concordiam redire, reducere alios; concordiam reconciliare. *Phras.* Summâ concordiâ Provinciam administravimus; unâ voce ac mente consentientibus sensibus, communi sententiâ, sine studio dissensionis, unô ore, animô conjunctissimô versati sumus; summè inter nos, pulcherrimè conveniebat; quasi unô animô, unâ mente viveremus, communiter, sine intercessione rem gessimus. Nunquam cum illo, nec ille mecum in gratiam rediit; concordibus animis, fraternâ unanimitate, ingeniô planè concorde viximus. *V. Consensus.*

Concorditer, einhellig. *Usus.* Cum illo concordissimè vixi. Congruere concorditer inter se.

Concordo, as, übereinstimmen. *Syn.* Consto, congruo, consentio, cum aliquo sentio, idem sentio, concino, concentum servo.)(*Dissentio.* *Usus.* Cùm judicia & opiniones concordant. *V. Concordia.*

Concors, dis, einhellig. *Syn.* Consentiens, conveniens, conjunctus.)(*Discors.* *Usus.* Concordes sunt, quorum sensus in aliqua re congruunt. Senatus Principi concors. Moderatus & concors civitatis status. Mundus ipse se concordi quâdam amicitiâ & charitate complectitur. *V. Adjungo.*

Concredo, is, vertrauen. *Syn.* Credo, commendo. *Usus.* Alicui rem suam, aliquem in custodiam alterius concredere. *V. Committo. Commendo.*

Concremo, as, * verbrennen. *Usus.* Igni concremare.

Concrepo, are, rauschen / krachen. *Syn.* Perstrepo. *Usus.* Scabella concrepant, aulæum tollitur; digitis concrepare.

Concresco, is, zusammen-wachsen.)(*Dilabor, liquefio.* *Usus.* Aqua nivibus & pruinâ concrescit.

Concretio, onis, Zusammenwachsung. *Syn.* Compositio. *Usus.* Deus, mens libera ab omni concretione mortali. Concretionis & liquoris causas investigare.

Concretus, a, um, zusammen-gewachsen. *Syn.* Mixtus, conflatus, compositus, quasi conglutinatus, coagmentatus, copulatus, fictus. *Usus.* Corpus ex elementis concretum. Cœlum grave & concretum. In animis nihil mixtum est, nihil concretum. Animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex flagitiorum impunitate concretum.

Concubina, æ, Beyschläfferin / Kebs-Weib. *Usus.* In concubinæ locum uxorem ducere.

Concubinatus, ûs, * *Usus.* Illam in concubinatum sibi emit.

Concubitus, ûs, unehelisches Beylager. *Usus.* Conjunctio, complexus Venereus. *Usus.* Concubitus Deorum cum humano genere.

Concubius, a, um, beyliegend. *Usus.* Nocte concubia domô egreditur.

Concumbo, is, beyschlaffen. *Syn.* Concubo. *Usus.* Si peperit, cum viro concubuit.

Concupisco, is, hefftig begehren. *Syn.* Cupio.)(*Respuo, contemno.* *Adv.* Infinitè, summè, vehementer. *Us.* Cæsar omnia omnium concupivit. Perniciosum aliquid, prædia alterius concupiscere. *V. Cupiditas.*

Concurro, is, zusammenlauffen. *Syn.* Convenio, convolo, fugio. *Adv.* Asperè verba, confestim, obscæniùs literas, statim, temerè, undique. *Usus.* Undique ad eum summâ expectatione concurritur. Tota ad eum Italia concurrit. Multorum sententiæ concurrêre. *Consensêre.* 2. *Confligo, contendo, pugno.* Adversis signis, maximô clamore concurrere. 3. *Evenio.* Multa sæpè fortuitò concurrunt, *vulg. Coincidunt.* Res concurrere planè contrariæ. Sæpè con-

concurrit, ut mihi multa simul sint agenda. *V. Congredior.*

Concursatio, onis, das Zusammen-oder Hin-und her-lauffen. *Epi.* Acerba, formidolosa, quæstuosa liberis populis, diuturna puerorum, multa, nocturna, non obscura, operosa, tanta perturbationum. *Usus.* Quid illa concursatio nocturna? Non est obscura hominis concursatio & contentio.

Concursator, oris, * der allenthalben umbher lauffet. *Usus.* Concursator & levis hostis.

Concursio, onis, das Zusammen-lauffen. *Syn.* Concursus. *Epi.* Crebra verborum, fortuita, spirabilis, id est, animabilis, turbulenta, vitiosa. *Usus.* Concursio rerum fortuitarum. Crebior vocalium concursio. Corpusculorum concursio fortuita.

Concurso, as, zusammen lauffen. *Usus.* Templa, domos omnes, fora concursare. Armati noctes diésque concursant. *Vulg. Discurrere, cursitare per domos, &c.*

Concursus, ûs, das Zusammen-lauffen. *Syn.* Conflictio, conventio, motus, effusio, concursio. *Epi.* Admirabilis, felix, fortuitus, gravis, incredibilis, magnificentissimus, magnus, maximus omnium, quotidianus. *Usus.* Fiebant ad eum audiendum concursus maximi. Quid dicam effusiones hominum ex agris, concursus ad me? Constantiâ calamitatum concursu labefactata. Studiorum honestissimus concursus. 2. *Conflictus,* concursus asper literarum.

Concutio, is, ere, bewegen / schüttelen. *Syn.* Vehementer commoveo, perturbo. *Usus.* Rempublicam factionibus, aliquem metu concutere; concussa licentia, fractis cupiditatibus.

Condecentia, æ, Wohlstand. *Syn.* Ornatus, decorum, concinnitas. *Epi.* Apta. *Us.* Verba ad compositionem & condecentiam apta.

Condecet, * es ziemet sich / gebührt sich. *Syn.* Decet.

Condecoro, as, * auffbutzen. *Usus.* Ludos condecorare. *V. Decet.*

Condemno, as, verurtheilen. *Syn.* Damno, accuso.)(*Absolvo, libero.* *Adv.* Gratìs, honestè reum. *Usus.* Aliquem crimine aliquo condemnare. Insigni notâ & ignominiâ condemnare. Aliquem sceleris, inertiæ, impudentiæ, aliquem aleâ, de vi condemnare. Capitis, injuriarum, pecuniæ publicæ turpissimô judiciô condemnari. *V. Innocentem condemnare.*

Condenso, as, * dicke machen. *Syn.* Cogo, spisso. *Us.* Oves se in unum locum condensant.

Condensus, a, um, * dick. *Usus.* Condensa turma, acies.

Condico, is, ansagen / bestimmen. *Syn.* Dicto convenio, significo. *Us.* Condicere ad cœnam, vel condicere, *vulg. Præmittere se ad cænam venturum.* Alicui suam operam condicere.

Condignè, * würdiglich. *Syn.* Dignè.

Condignus, a, um, * würdig / werth. *Syn.* Dignus.

Condimentum, i, Gewürtz. *Syn.* Conditio, sapor, qui cibos commendat. *Epi.* Mediocre, aptum. *Usus.* Optimum cibi condimentum fames. Sermonum suavitas amicitiæ condimentum. Humanitatis condimento temerare gravitatem.

Condio, ire, würtzen / wolgeschmackt machen. *Syn.* Præparo, comparo, tempero. *Usus.* Gravitatem comitate, orationem salibus, tristitiam hilaritate condire. Nemo unquam urbanitate, lepore, suavitate conditior.

Condiscipulus, i, Schul-Gesell. *Usus.* Multos condiscipulos habes.

Condisco, is, erlernen. *Syn.* Disco. *Usus.* Condiscas, quæso, paulò diligentiùs supplicare. *V. Disco.*

Conditio, onis, Würtzung. *Syn.* Condimentum. *Usus.* Compositiones unguentorum, conditiones ciborum.

Conditio, onis, Zustand. *Syn.* 1. Modus. ratio, lex, pactum, pactio, conventio. *Epi.* Æqua, afflictior, valde bona, certa juris, commodior, quàm commodissima, communis, deterior, difficilior, durior, gravis, incerta, infima fortunæ, iniqua pacis, vitæ iniquissima, invidiosa, justior, melior & honestior, misera & indigna, mortalis vitæ, optima, perdita, præclara, regia, superior, tolerabilis, tota, tuta, valentior. *Conditiones* bellicæ & hostiles, æquæ ac verecundæ, duriores legum, malæ, miseræ, bonæ. *Usus.* Nullâ conditione permoveri potuere. 1. *Hanc conditionem Majores nostri statuêre*, constituêre, instituêre; hanc victis conditionem imposuêre, obtulêre, tulêre, pro-

proposuêre. His conditionibus onerârunt victos, & astrinxerunt. 2. *Pactum, conventio.* 1. Ad conditionem veniam, si transigi commodè poterit; ad conditionem accedam, descendam; paciscar, capiam, accipiam, sequar conditionem; utar conditione; in conditione manebo, si probum pactum fuerit. 2. *Omittere*, respuere, repudiare, recusare conditionem. 3. *Status, fortuna.* Ea est temporum conditio. Meliore conditione es, ac ego. Hæc imperii conditio & status. Afflictior conditio. Conditio & fortuna servorum infima. Nascendi humana conditio.

Conditor, oris, Abwürtzer. *Syn.* Cocus, qui cibos condit & parat. *Usus.* Conditor & instructor convivii.

Conditor, oris, * der etwas setzet / ordnet. *Syn.* Autor. *Usus.* Legum conditor.

Condo, is, verbergen / behalten. *Syn.* 1. Abscondo, repono, recondo. *Usus.* Frumentum, pecuniam condere. Aliquid in visceribus medullisque, aliquid animô condere. 2. *Instituo, constituo, construo.*)(*Everto.* *Adv.* Auspicatò, obscurè, optimè, jucundiùs. Urbem condere. Rempublicam condere & constituere. 3. *Compono.* Carmen, orationem, leges condere.

Condocefacio, abrichten / lehren. *Syn.* Doceo, commoneo. *V. Doceo.*

Condoleo, es, hefftig kranck seyn. *Syn.* Doleo. *Usus.* Si pes, si dens, si corpus totum condoleat. *V. Doleo.*

Condolesco, is. Idem. *Syn.* Condoleo.

Condonatio, onis, Verehrung. *Usus.* Possessionum condonatio & addictio.

Condono, as, schencken. *Syn.* Dono, concedo, do, omitto. *Usus.* Bona aliena alteri condonare. Hunc tu mihi hominem condones. Totum me vobis condono. 2. *Indulgeo, ignosco.* Crimen suum alicui condonare. *V. Parco.*

Conducibilis, e, erspriešlich. *Syn.* Utilis. *Usus.* Amicum castigare utile est, & conducibile facinus. *V. Utilis.*

Conducit, es ist nutz. *Syn.* Utile est, convenit. *Usus.* Istud verò rationibus quidem tuis, non item Reipublicæ conducit. Ea maximè conducunt, quæ sunt rectissima. Vide, num conducant ista ad vitæ commoditatem, ad facultates rerum.

Conduco, ere, zusammen führen. *Syn.* Simul duco, congrego, cogo. *Adv.* Breviter, in unum locum, magnô domum, maximè rationibus. *Usus.* Milites unum in locum conducere. 2. *Ad tempus redimo, operam alicujus emo.* Domum, fundos, arationes conducere. Aliquod opus, statuam, pontem faciendum, pascendum gregem, docendum juvenem conducere. *faciendum in se suscipere.*

Conductio, onis, Dingung. *Syn.* Redemptio, collectio.

Conductitius, a, um, * was zu dingen ist. *Usus.* Operæ conductitiæ.

Conductor, oris, Verdinger. *Syn.* Redemptor. *Usus.* Ejus operis trecentis nummis conductor fuit.

Conduplicatio, onis. *Syn.* *Figura Rhetorica.*

Conduplico, as, zweyfach legen. *Usus.* Tenebræ conduplicatæ.

Confabulor, aris, * Geschwätz treiben. *Syn.* Colloquor.

Confatalis, e, das zugleich geordnet. *Usus.* Confatalis enim res est & copulata.

Confectio, onis, Vollendung. *Syn.* Absolutio, perfectio, compositio, comminutio. *Usus.* Libri, belli confectio mihi jucunda fuit. 2. *Collectio.* Confectio tributi. 3. *Præparatio.* Ciborum confectio simul à dentibus, simul à lingua adjuvatur.

Confector, oris, Vollender. *Syn.* Qui conficit & absolvit. *Usus.* Belli hujus confector erit, qui &c. Confector negotiorum.

Confectrix, cis, Vollenderin. *Usus.* Confectrix rerum omnium vetustas.

Confero, ers, zusammentragen / gegeneinander halten. *Syn.* Comparo, collationem facio, exæquo. *Adv.* Expeditissimè se ex loco, facillimè causam cum causa, facillimè se ex loco, maturè se in societatem. Necessariò se in fluctus, novissimè se aliquò, plurimùm benignitatis, potissimùm se ad hoc studium, prope necessariò se in fluctus, rectissimè parva magnis. Falsò quid in aliquem conferri, falsò causam criminis, falsò verbum in ali-

aliquem, nunc primùm suspicionem, propria crimina in aliquem. Collatum divinitùs. Conferenda maximè extrema. *Usus.* Nostra cum externis, bellum cum pace, inter se aliqua conferre. Rationes conferre accepti & expensi. 2. *Sign. Motum.* In fugam se conferre; iter aliquò conferre; se ad amicitiam Pompeji contulit. 2. *Transfero, rejicio.* Crimen, invidiam, culpam in alium conferre. Vitia tua falsò in senectutem confers. In filium causam confert. 4. *Adhibeo, adjicio, consumo, colloco, pono studium & operam.* Omne nostrum consilium, diligentiam, operam, officia, cogitationes, curas, studium, officium ad tuam dignitatem & amplitudinem conferemus. *Vulg. Impendemus.* Confer te, quæso, ad eam curam. Omne ingenium, cogitationes ad Philosophiam contulit. Vocem suam in quæstum contulit, *præconem egit.* Se ad authoritatem, ad societatem, amicitiam alicujus conferre. 5. *Misceo, moveo.* Manus conferre cum hoste, signa cum hostibus, castra castris conferre. 6. *Communico, commentor.* Conferre familiares sermones inter se, sollicitudines conferre. Capita inter se conferre. 7. *Contribuo.* Ex censu quotannis aliquid in commune conferre. *V. Comparo. Colloquor.*

Confertim, * haussen-weiß. *Usus.* Acriter & confertim pugnabatur.

Confertus, a, um, zugefüllet. *Syn.* Refertus, plenus. *Usus.* Vita omnium voluptatum varietate conferta. *V. Plenus.*

Confessarius, ii, Beichtvatter. *Phras.* A confessionibus; qui nobis confitentibus aures dat; nostræ conscientiæ judex; qui delicta confitentibus aures commodat; quô ad sacras confessiones utimur. Qui pro sacro tribunali judex assidet; confitentes reos suorum sordibus scelerum expiat; constrictos peccatorum vinculis animos divinâ quâdam potestate relaxat.

Confessio, onis, Bekanntnüß. *Syn.* Confitentis actio. *Epi.* Firma animi, gravior, improbissima, inusitata, turpis & periculosa, nefaria. *Usus.* Sit erranti medicina confessio. Taciturnitas imitatur confessionem. Tuâ confessione convinceris, urgeris, teneris. Suâ se confessione induit ac jugulavit.

Confessio, onis, Beicht. *Phras.* Eluere animum peccatorum sordibus; confessionis sacramento perpurgare animum; patefacere conscientiæ labes ac vulnera; vitæ commissa in sacro animi judicio patefacere; conscientiam deonerare, scelerúmque quasi sarcinam apud Sacerdotem deponere; suæ turpitudinis quasi virus apud Sacerdotem evomere; expiare peccatorum sordes, purgare se salutari confessione peccatorum, commissorum; vitæ noxas confessione delere; pestilentiæ virus evomere; obire confessionis sacrum mysterium; crimina sua apud Sacerdotem accusare, exponere; Conscientiæ maculas pœnitentiæ Sacramento eluere; Sacerdoti se ritu Catholico aperire; peccata confessione deponere, confessione sordes peccatorum abstergere; maculas abolere; accusare se apud presbyterum; sarcinulas suas apud confessarium deponere.

Confessio generalis. Generalem Exomologesin obire; totius anteactæ vitæ noxas, ab ultima pueritia ductô initiô, in memoriam mihimet redigo, & in libellum confero, ut sacerdoti exponam, qui me arctissimis vinculis, in quæ meopte nutu indui, levatum dimittat; expiare superioris vitæ noxas; Confessio omnis anteactæ vitæ; omnium annorum confessione expiari; aperire omnia peccata, quæ vel à pueritia meminimus; totius vitæ flagitia sacrâ confessione repetere; confiteri de peccatis totâ vitâ admissis; animi labes, quas in omni vita collegit, expiare. Totius vitæ maculas confessione eluere; non reticuit, quæ per omnem vitam deliquerit, ut alterius quasi ordiretur vitæ initium; veteris vitæ omnis crimina sacerdoti aperiendo repetiit, annorum omnium culpas exposuit, de criminibus vel ab ipsâ pueritia absolutus est; noxiis, quas vel ab ipsa pueritia contraxit, confessione se eliberavit.

Confestim, geschwind. *Syn.* Sine ulla mora, illicò, statim, actutum.)(*Ex intervallo.* *Usus.* Confestim huc advolavit. *V. Statim.*

Conficio, is, endigen / machen. *Syn.* Facio, curo, efficio, absolvo, procuro, præsto,

præsto, exequor, compleo, expedio, transigo. *Adv.* Accuratè, amanter, benè cursum, benè dialogos, brevi, constantissimè, diligenter tabulas, gloriosissimè, jucundè cursum, magnificentissimè aliquid, nihilominùs legationem, penè aliquem, planè animum, quàm commodissimè negotia, rectè curriculum vivendi, strenuè rem suam. *Confici.* Accommodatè genus dictionis, aliquando opere aut manu factum, quamprimùm negotium, tardiùs rem. *Usus.* Manu suâ vestem, pallium sibi confecit. Exercitum, Bibliothecam, pecuniam conficere. Ea res famam tibi & opes maximas conficiet. Reditum in patriam, negotium conficere alicui. Nuptias, Sacra, rem Divinam conficere. 2. *Perficio, ad finem deduco.* Negotium per alterum, rem è sententia confecit; bellum affectum confecit. Vitæ curriculum in literis, diem ociô confecit. Longam viam conficere. In Senatu nihil confectum est. Perpolire orationem & conficere. 3. *Transigo.* Confice cum eo de hortis. Velim id diligenter, ut de libris conficias. 4. *Concludo, efficio.* Ex hac argumentatione conficitur, te &c. *Vulg. Consequentia deducitur.* 5. *Affligo, perdo, absumo, abligurio, pessumdo, vexo.* Mœror, curæ, sollicitudines, solitudo, me conficiunt. Conficit se curis &c. fame, frigore, senectute, morbo confici. Familiarem rem luxu confecit. Mœror animos exedit & conficit. Pudore conficior.

Confictio, onis, Erdichtung. *Syn.* Machinatio. *Usus.* Criminis confectionem Cajus suscepit. *V. Effictio. Perficio.*

Confidenter, vertraulich. *Syn.* Animosè, audacter. *Usus.* Aliquid confidenter, malitiosè, flagitiosè gestum.

Confidentia, æ, Kühnheit. *Syn.* Impudentia, temeritas, audacia. *Arrogantia est. Usus.* Hæc quidem signa confidentiæ sunt, non innocentiæ. Magnam sibi sumit, magnam habet confidentiam. *V. Audacia.*

Confido, is, vertrauen. *Syn.* Audeo, non timeo.)(*Despero, diffido. Adv.* Confidere ferociùs suæ causæ, magnoperè & niti invidiâ, magnoperè causæ, legionibus, planè, plurimum sibi, valdè literis malitiæ suæ, vehementer. *Us.* Nimiùm sibi, causæ suæ confidit. Virtuti constantiæque tuæ plurimùm confido. Niti & magnoperè confidere de re aliqua, de voluntate alterius. *V. Fido. Spero. Innitor.*

Configo, is, anhefften. *Syn.* Figo, vulnero. *Usus.* Hercules suos configebat sagittis. Cornicum oculos configere. 2. *Figo, pono.* Configere omnes curas & cogitationes in salute reip.

Confingo, is, gestalten / bilden. *Syn.* Fingo. *Adv.* Credibiliter, suspiciosè facinus. *Usus.* Confingere & comminisci rumorem, crimen, aliquid criminis. *V. Fingo.*

Confinis, e, das aneinander vest. *Syn.* Vicinus, finitimus. *Usus.* Est huic confine genus dicendi. *V. Vicinus.*

Confinium, ii, March-Stein. *Syn.* Finis. *Us.* Convenit in vicinitatibus & confiniis, æquum & facilem esse, multa de suo jure concedentem.

Confio, is, ieri, geschehen. *Syn.* Conficior. *Adv.* Faciliùs. *Usus.* Commodiùs cadere nihil poterat, quàm si res sine sanguine confieret.

Confirmatio, onis, Bestättigung. *Syn.* Fides. *Epi.* Gravior. *Usus.* Confirmatio est, per quam causæ fidem, autoritatem & firmamentum adjungit oratio. 2. *Consolatio.* Non eget confirmatione virtus tua.

Confirmator, oris, Bürg. *Usus.* Confirmator & sequester pecuniæ desideratur.

Confirmo, as, bevestigen. *Syn.* Affirmo, assevero, promitto.)(*Refello, refuto, infirmo. Adv.* Benè se, fidenter, liquidò, magnoperè. Molestiùs, planè, præclarè, temerè. Confirmari impudentissimè caput legis, mediocriter, necessariò, vehementiùs, planè, multùm confirmatus animus. *Usus.* Exemplis, rationibus, argumentis rem confirmare. Hoc sine ulla dubitatione confirmaverim. De hoc tibi planè confirmo. 2. *Consolor.* Erigere, confirmare afflictos bonorum animos. 3. *Corroboro, stabilio, firmum reddo, probo, comprobo.* Animum, se, ad omnia confirmare. E morbo confirmari. *Phras.* Imperium diuturnâ impunitate munivit, auctoritate roboravit; stabilivit Rempublicam, confirmatiorem reddidit; rem stabilivit, fortunâ collapsam affirmavit. *V. Probo. Consolor.*

Confiteor, eris, gestehen / beichten. *Syn.* Fateor, præ me fero, agnosco.)(*Inficior, celo. Adv.* Apertè, ingenuè, impunè, liberè, necessariò, palàm adulterium, pla-

planè, tandem, aliquando, timidè, verè. *Usus.* Apertè & ingenuè confiteri alicui peccatum, confiteri de criminibus. *V. Fateor.*

Conflagro, as, verbrennen. *Syn.* Ardeo. *Usus.* Ardore flammæ conflagrare. 2. *Transl.* Invidiæ incendiô, irâ, odiô conflagrare.

Conflictio, onis, Zusammenschlagung. *Syn.* Conflictus, contentio, quasi concursus causarum. *Usus.* Rerum inter se pugnantium conflictio.

Conflictor, aris, in einem fort streiten. *Usus.* Multis & magnis incommodis, duriore fortunâ, iniquô judiciô, morbis, annonæ difficultate conflictamur. Cum his conflictari, & pro salute Reipublicæ dimicare oportet.

Conflictus, ûs, Scharmützel / Streit. *Syn.* Conflictio. *Usus.* Lapidum conflictu & tritu ignis elicitur. Nubium conflictus. Conflictu corporum magnæ acies pelluntur. *V. Certamen.*

Confligo, is, miteinander kämpffen / streiten. *Syn.* Contendo, concurro, dimico, prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium committo, signa confero, manum confero. *Adv.* Temerè cum aliquo. *Usus.* Manu cum hoste confligere; armis cum hoste confligere, decertare. *V. Certo, Pugno.*

Conflo, as, zusammen blasen / giessen / schmeltzen. *Syn.* Cogo, conficio, paro, comparo, acquiro. *Usus.* Bellum tuâ operâ natum, conflatum, susceptum est. Unde hoc ductum & conflatum mendacium? Eâ res magnam invidiam atque infamiam, plurimum suspicionis, negotii ac periculi conflavit. Venus totam illam scenam, accusationémque conflavit.

Confluens, tis, Zusammenfluß. *Usus.* A confluente Rhodani copias movi.

Confluo, is, zusammen fliessen. *Syn.* Concurro, convenio, pervenio, fluo. *Usus.* Laus, honor, dignitas in domum tuam confluxit. Omnis reipublicæ sentina in ea castra confluxit. Multi ex omni orbe Romam confluunt.

Confodio, is, graben / erstechen. *Usus.* Confodere aliquem vulneribus.

Conformatio, onis, Gestalt / Form. *Syn.* Forma, compositio, exornatio. *Epi.* Insignita, impressa. *Usus.* Conformatio lineamentorum, compositio membrorum. Animantis figura & conformatio totius oris & corporis. Conformatio & moderatio continentiæ ac temperantiæ. Vocis, sententiarum, verborum varietas & conformatio.

Conformo, as, eine Form und Gestalt geben. *Syn.* Compono, fingo, effingo, figuro, formo, informo. *Usus.* Ad majora nos genuit natura, & conformavit. Animum cogitatione excellentium virorum conformare. Conformare se ad voluntatem alterius, ad illustre aliquod exemplum. Mores, vocem, animum conformare. *V. Accommodo.*

Confragosus, a, um, * rauh / uneben. *Syn.* Disruptus, rudis, incultus. *Usus.* Loca aspera & confragosa.

Confringo, is, zerbrechen. *Syn.* Frango, infringo. *Usus.* Rem, jura, consilia confringere, dissipare, consumere. *V. Frango.*

Confugio, is, fliehen / Flucht nehmen. *Syn.* Refugio, concurro, profugio, præsidium & auxilium ab aliquo peto, requiro.)(*Excipio.* *Adv.* Levissimè, privatim ad judices. *Usus.* Tot difficultatibus affectus, afflictus in tuam fidem, veritatem, misericordiam confugio; rebus meis diffidens ad autoritatis tuæ aram confugio. *Phras.* Miseri omnes ad te confugiunt, in fidem tuam & clientelam se conferunt, recipiunt; in æquitate tua paratissimum habent perfugium, confugium. Non alius portus est, in quem mallent pervehi miseri, te uno amico tecti ac beati; apud te velut arx, portus, ara miserorum; Tu miserorum receptaculum, columen, adminiculum certissimum haberis. *V. Opera.*

Confundo, is, zusammen schütten. *Syn.* Misceo, conturbo, perturbo.)(*Distinguo.* *Usus.* Verum cum falsis confundere. Confundere & conferre Græcos cum Romanis. Vis Divina toto mundo confusa. Confusa & perturbata oratio. Animô, dolore confusus. *V. Misceo.*

Confusè, vermischt. *Syn.* *Descriptè, electè, discretè.* *Usus.* Agere, loqui confusè & permistè.

Confusio, onis, Vermischung. *Us.* Perturbatio vitæ & magna confusio temporum; religionum, rerum omnium confusio. Conjunctio, confusióque virtutum à Philosophis distinguitur. *V. Refello.*

Con-

Confutatio, onis, Widerlegung. *Syn.* Dissolutio, reprehensio.

Confuto, as, widerlegen. *Syn.* Refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, dissolvo, redarguo, explodo, convinco, frango, ejicio, abjicio, adversaria everto, falsa esse doceo, tollo. *Usus.* Argumenta alicujus confutare. Audaciam ejus confutavit, confregit. *V. Refello.*

Congelo, as, gefroren. *Syn.* Conglacio. *Us.* Gaudebam illum ocio congelasse.

Congeminatio, onis, * Verdoppelung. *Us.* Quid hoc conduplicationis, quid congeminationis?

Congemino, as, * verdopplen. *Syn.* Gemino. *Usus.* Omnes congeminavimus.

Congemo, ere, erseufftzen. *Syn.* Simul gemo. *Usus.* Senatus congemuit frequens. *V. Gemo.*

Congero, ere, zusammen tragen. *Syn.* Congrego, accumulo, comporto.)(*Dissipo.* *Usus.* Pecuniam aliquò, res direptas in regnum congerere. 2. *Transl. Confero.* Maledicta, crimina in aliquem congerere. *V. Congrego.*

Congerro, onis, * der andere an sich ziehet/ Strassen-Rauber. *Syn.* Cum quo familiariter versamur, & facetè confabulamur.

Congestitius, a, um, gehäuffet. *Usus.* Locus congestitius, ad jacienda fundamenta ineptus.

Congestus, ûs, Hauff. *Syn.* Comportatio. *Usus.* Avium congestu, non humanis manibus.

Congiarium, ii, Ehren-Geschenck. *Syn.* Imperatoris donum à congio, mensuræ genere, vini & similium. *Usus.* Cæsar muneribus, monumentis, congiariis epulis multitudinem imperitam lenivit, donavit.

Conglacio, as, gefroren. *Syn.* Congelo, duresco. *Usus.* Aqua frigoribus conglaciat, nive & pruinâ concrescit. 2. *Transl.* Ejus consulatûs consilia conglaciant.

Conglobatim, * häuffig. *Usus.* Conglobatim ac confertim pugnabant.

Conglobo, as, zusammen rollen. *Syn.* Cogor, colligor. *Usus.* Mare undique conglobatur æqualiter. Sparsim milites se in unum conglobârunt.

Conglutinatio, onis, Zusammenfügung. *Syn.* Conjunctio. *Epi.* Recens.)(*Inveterata.* *Usus.* Conglutinatio recens ægrè divellitur. 2. *Transl.* Conglutinatio verborum.

Conglutino, as, zusammenfügen. *Syn.* Conjungo, copulo, conflo, compingo. *Usus.* Voluntates nostras consuetudo conglutinavit. Amicitias morum similitudo conglutinat. *V. Iungo.*

Congratulatio, onis, Glückwünschung. *Usus.* Omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatio me commovet. *V. Gratulatio.*

Congratulor, aris, Glück wünschen. *Syn.* Signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo. *V. Gratulor.*

Congredior, aris, zusammen gehen. *Syn.* Convenio.)(*Digredior.* *Adv.* Coràm. *Usus.* Luna cum Sole congrediens. 2. *Conferendi causâ convenio.* Cùm congressi fuerimus, tum si quid res feret, inter nos conferemus. Congredi cum aliquo. 3. *Pugno.* Contra Cæsarem armatus congressus est. Non is sum, qui tecum congrediar, & luctor. Congredere mecum criminibus ipsis, remove calumnias.

Congregabilis, e, gesellig. *Syn.* Quod facilè congregatur, amans societatis. *Usus.* Apum examina naturâ congregabilia sunt.

Congregatio, onis, Versammlung. *Usus.* Nos ad conjunctionem congregationémque hominum, & ad naturalem communitatem nati sumus.

Congrego, as, versammlen. *Syn.* Colligo, contraho, convoco, coacervo, aggrego, cogo, frequento, conjungo, in unum locum compello.)(*Disgrego, dispergo, distraho.* *Usus.* Homines libenter se cum æqualibus congregant. Paulùm in eundem hunc numerum congregabimus. Tecum me & voluntas congregavit, & fortuna conjunxit. In unum locum congregata plebs. *V. Convenio. Colligo.*

Congressio, onis, Zusammenkunfft. *Syn.* Congressus, colloquium, sermo. *Epi.* Acerba & misera, bellicosa, severa. *Usus.* Nemo illum aditu, congressione, sermone dignum putabat. Erat non modò familiaritate, sed congressione prohibendus. In congressionibus hominum; familiaris congressio.

Congressus, ûs, Zusammenkunfft. *Syn.*

 1. *Pugna.*

1. *Pugna. Epi.* Mediocris, quotidianus. *Usus.* Multa ante congressum fiunt. Nulli in eo congressu periere. 2. *Colloquium.* Venire in alicujus congressum. Sylla cum illis ne mediocri quidem sermone & congressu conjungebatur. Credebam pacem fore non modò sermone & disputatione, sed conspectu ipso, & congressu. *V. Conventus.*

Congruenter, gemäß. *Syn.* Convenienter. *Usus.* Congruenter naturæ, convenienterque vivere.

Congruo, is, übereinkommen. *Syn.* Convenio, consentio.)(*Discrepo, repugno, dissentio, dissideo. Adv.* Mirificè, valdè, vehementer. *Usus.* Cum suis moribus ac natura parum congruere. Congruit mea sententia cum judicio Senatûs. Dicta factis, extrema primis congruunt. Oratio, sententiâ discrepans, verbis congruens. *V. Consentio. Convenio. Similis.*

Conjectio, nis, Muthmassung. *Syn.* Conjectus. *Usus.* Conjectione telorum hostis fusus est. 2. *Transl.* Conjectionem somnorum ita definit.

Conjecto, as, * errathen. *Usus.* Eventu aliquid conjectare. Quid dicam, aut quid conjectem, nescio.

Conjector, oris, Außleger. *Syn.* Interpres somniorum, portentorum, vates. *Usus.* Vaticinationes & responsiones Sacerdotum conjectorum. Conjector somniorum.

Conjectura, æ, Anzeigung. *Syn.* Opinio, suspicio, divinatio, provisio, auguratio, existimatio, signum sensus. *Epi.* Bona, crudelis, difficilis, domestica, facilis, infinita, levis, multa, perspicua, probabilis, vera, verior, certa. *Usus.* Conjectura, quæ in varias partes duci potest, nihil incertius. Conjecturâ ducor ad suspicandum te. Quantum conjecturâ assequi, consequi possum. Scis, quò me conjectura ducat, quid odorer, quid conjecturâ augurer, quid suspicionibus & conjecturâ coarguam. Ex vultu de animis conjecturam facio, capio, percipio. Vultus mihi animi conjecturam affert. Quoties conjecturis nostris aberramus, fallimur.

Conjecturalis, e, das man muthmasset. *Syn.* Inficialis. *Usus.* Causa, genus orationis conjecturale.

Conjectus, ûs, Einwurff. *Syn.* Conjectio. *Usus.* Oculorum conjectus & hilaritas.

Conjicio, is, werffen / zusammen werffen. *Syn.* Conjecturâ assequor vel consequor, conjecturam facio, conjecturâ prospicio, vel perspicio, agnosco, auguror, interpretor, divino, existimo. *Adv.* Acutè, benè, bellè, malè, præclarè. *Usus.* 1. Se in pedes, in fugam, latebras, castra conjicere. Tela in aliquem conjicere. 2. *Confero.* Maledicta in aliquem, causam turbarum, crimen, flammam Reip. in aliquem conjicere. 3. *Divido, distribuo.* Causam totam in certos locos, multa in librum unum, in epistolam conjeci. 4. *Intendo, Converto.* Oculos in eum conjecit. 5. *Affero, redigo.* Remp. in magnas difficultates conjecit. Ne me, quæso, in tristitiam hanc, hoc malum, has tricas, hunc morbum conjicito. Conjecit se in nuptias. 6. *Divino, auguror.* Argutè, acutè hæc longè antè conjecerat. *Phras.* Multa è facie conjici de homine possunt. Multa à fronte videri, colligi, intelligi, deprehendi, percipi, conjectari possunt. Multa conjecturis assequi, augurari licet. Frons multa ostendit, significat, coarguit, patefacit, exprimit, demonstrat latentes animi morbos. E vultu nequaquam incerta conjectio, dubia aut obscura divinatio sumitur. Frons ad animi faciem proximè accedit. *V. Divino.*

Conjugatio, onis, Zusammenfügung / Bindung. *Usus.* Capitum conjugatio & religatio, & propagatio vitium.

Conjugium, ii, die Ehe / der Ehestand. *Syn.* Connubium, matrimonium. *Usus.* Prima societas est in ipso conjugio. *V. Matrimonium. Nubo.*

Conjugo, as, zusammen jochen. *Syn.* Conjungo. *Usus.* Jucundissima est amicitia, quam morum similitudo conjugavit. *V. Iungo.*

Conjunctè, zusammen. *Syn.* Simul, conjunctim.)(*Simpliciter, separatim. Us.* Conjunctissimè & amicissimè vivere cum aliquo.

Conjunctim, beysammen. *Syn.* Simul, con-

conjunctè. *Us.* Conjunctim de eâ re poterit referri.

Conjunctio, onis, Freundschafft. *Syn.* copulatio, necessitudo, affinitas, cognatio, societas, consociatio, congregatio, continuatio, quasi conventus & consensio.)(*disjunctio, alienatio. Epi.* Æterna, humana, incolumis, invidiosa, jucundissima, magna, maxima, mediocris, nova, paterna, perdiuturna, perpetua, proxima necessitudini liberorum, repentina affinitatis, sempiterna. Suavis inter aliquos, suavissima, summa, tanta, vera, vetus, infinita. *Usus.* Affinitatis, vicinitatis, benevolentiæ, naturæ, amicitiæ conjunctio, conjunctionis mutuæ vinculum. Conciliare sibi conjunctionem amicorum. Veterem nostram conjunctionem labefactârunt, ac propè diremerunt, à conjunctione nos propè avocarunt, de vetere conjunctione multum diminuêre malevolorum artes. *V. Amicitia.*

Conjunctus, a, um, vereiniget. *Syn.* Junctus, copulatus, continens, adjunctus, cohærens, consentiens, implicatus cum aliquo, communis, sociatus, connexus, habens societatem, conjunctionem gratiæ, quasi devinctus, necessarius.)(*divisus, disjunctus, solitarius. Usus.* Habere aliquem usu, affinitate, consuetudine, officiis conjunctum; cognatione, amicitiâ inter se conjuncti. Familiaris, & omnibus rebus conjunctus; conjunctus alicui, cum aliquo. Mea causa cum tua est conjuncta. Virtuti tuæ fortuna conjuncta est. Vitam agit cum honestate conjunctam. Vita flagitiis & probris conjuncta. Summa miseria cum summo dedecore conjuncta; Discessus tuus cum gloria potius erat conjunctus, quàm cum probro. *V. Amicus.*

Conjungo, is, zusammenfügen / setzen / stellen. *Syn.* Copulo, conjugo, conglutino, consocio, congrego, coagmento, concilio, connecto.)(*disjungo. Adv.* Conjungi maximè vetustate, linguâ, societate, mirificè cum, quàm maximè, propemodum. *Usus.* Cum aliquo amicitias conjungere, cum gravitate comitatem. Nos ab ineunte ætate illius usus, consuetudo, studiorum societas, & similitudo conjunxit. Cum aliquo necessitudinem conjungere. Sententiarum pondus cum elegantia verborum conjungere.

Conjunx, jugis, Ehgatt / der Ehemann / und das Eheweib. *Syn.* Particeps connubii. *Epi.* minimè avara, fidissima, fidelis, fidelissima, integra à petulantia alicujus, misera.

Conjuratio, onis, Zusammenschwerung. *Syn.* Conspiratio, consensio. *Epi.* Civilis, constricta, exitiosa, impia, occulta, recens, scelerata, superior, vetus. *Usus.* Conjurationem facere. Deprehendere, patefacere, aperire conjurationem.

Conjuro, as, zusammen schweren. *Syn.* Consentio, conspiro. *Usus.* Cognitum est eos conjurâsse. Tantum mihi est æris alieni, ut conjurare cupiam.

Connecto, is, zusammen hefften. *Syn.* Conjungo.)(*Separo. Adv.* leviter. *Us.* Amicitia cum voluptate connectitur. *V. Iungo.*

Connexio, onis, Zusammenfügung.

Connitor, eris, etwas unterstehen zu thun. *Syn.* nitor, operando conor. *Us.* quantùm conniti animo potes, quantùm labore contendere, tantum fac, ut efficias. *V. Conor. Nitor.*

Conniveo, es, durch die Finger sehen / übersehen. *Syn.* Palpebras oculorum moveo, modò claudens, modò aperiens: dissimulo. *Usus.* Dii sæpe in hominum sceleribus connivent. Quibusdam in rebus conniveo. *V. Indulgeo.*

Connubium, ii, Ehestand. *Syn.* Conjugium. *V. Matrimonium.*

Conor, aris, unterstehen. *R.* à *κονέω, operor. Syn.* Tento, experior, molior, enitor, connitor, incumbo, indago, ut &c. id molior, id pugno, ut &c. *Usus.* Multa efficere, plura conari. Scelus conari. *Thras.* Conandum tibi erit nimiùm, magnô studiô enitendum, contendendum, elaborandum, id moliendum ad agendum; ad eam te cogitationem accinge; nihil aliud machinare, rem ita adorna, instrue; intentus tibi animus habendus, qui nulli unquam labori succumbat.

In hoc tibi toto corpore, atque omnibus ungulis, viris equisque, ùt dicitur, elaborandum est. Contende nervis omnibus & facultatibus; omni ope annitere, totis viribus accingere; nisu fortissimo, studiô summô hoc age. Manibus pedibusque, ùt ajunt, conare, ut solidam laudem consequâre. Toto pectore, omni vi incumbendum est tibi; Age pro virili parte, pro tua parte, pro cunctis viribus, totis viribus, omnibus nervis, omni studio, quantum est in te positum, quantum in te situm est, quoad potes, quoad vales, quantum quidem præstare vales, quantum consequi viribus licebit. Conferto ad hanc rem omnes vires, omnia studia, quidquid est in te industriæ, operæ, curæ, diligentiæ. Ne viribus peperceris, nullum studium prætermiseris. Da operam pro eo, quod in te erit. Ita contende, ut nihil magis. *V. Studeo.*

Conquassatio, onis, Erschütterung/ Bewegung. *Syn.* concussio, commotio. *Us.* Morbus è corporis conquassatione & perturbatione ortus.

Conquasso, as, erschüttern/ bewegen/ zerknirschen. *Syn.* commoveo, concutio. *Usus.* Omnes Provinciæ bellis conquassatæ.

Conqueror, ereris, sich klagen. *Syn.* Queror, deploro, *Adv.* Graviter, gravissimè, mediocriter, publicè de factis, verissimè. *Us.* Nihil tecum de injuria fratris conqueror. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. *V. Queror. Querela.*

Conquestio, onis, eine Klag. *Syn.* Querela.

Conquiesco, is, ruhen. *Syn.* Quiesco, confideo, desino. *Adv.* Libentissimè, paulùm adventu alicujus. *Us.* Bella hyeme, litteræ bello conquiescunt. Nunquam à bellis conquiescemus? ut ætas nostra gravior in charitate atque adolescentia tua ex omnibus molestiis & laboribus conquiescat. Animus è forensi strepitu conquiescat tantisper. *V. Quiesco. Relaxo.*

Conquiro, is, mit Fleiß zusammen suchen. *Syn.* Investigo, magnâ diligentiâ quæro. *Adv.* Curiosiùs, diligentissimè, studiosè, undique, undique pecuniam, undique suavitates. *Us.* Aliorum facta & eventa conquirere. Suavitates undique & delicias conquirit. *Vid. Quæro.*

Conquisitè, mit Fleiß zusammen gesucht. *Syn.* Exquisitè, diligenter, doctè. *Us.* Aliquid conquisitè scribere.

Conquisitio, onis, Zusammensuchung. *Us.* Exercitus durissimâ conquisitione collectus. In conquisitione orationis durissimum est exordium.

Conquisitor, oris, Ersucher. *Syn.* Cui aliquid conquirendum mandatur. *Us.* Nullus delectus, neque enim conquisitores comparere audent. Werber.

Conquisitus, a, um, ersuchet. *Syn.* Exquisitus, insignis. *Us.* conquisitissimi cibi, odores. Conquisitis flagitiis aliquem deformare.

Consalutatio, onis, einhellige Begrüssung. *Epi.* forensis, perhonorifica. *Us.* Forensis consalutatio.

Consaluto, as, begrüssen. *Syn.* Saluto. *Adv.* amicissimè inter se. *Us.* Qui inter se amicissimè consalutarunt. *V. Saluto.*

Consanesco, is, gesund werden. *Syn.* Sanus fio, sanor. *Us.* cum consanuisse videretur, recruduit vulnus. *V. Sano.*

Consanguineus, a, um, Bluts-Freund. Sanguine conjunctus, propinquus. *Us.* Nec se intelligunt esse consanguineos. *V. Propinquus.*

Consanguinitas, tis, * Bluts-Freundschafft. *Syn.* Sanguinis conjunctio. *Us.* Alteri consanguinitate propinquus. *V. Cognatio.*

Consaucio, as, verwunden/ verletzen. *Syn.* saucio, vulnero. *V. Vulnero.*

Consceleratus, a, um, lasterhafftig. *Syn.* Sceleratus. *V. Sceleratus.*

Conscelero, as, * beflecken. *Syn.* Scelere impleo. *Usus.* conscelerare aures paternas.

Conscendo, is, auffsteigen/ in ein Schiff steigen. *Syn.* Ascendo. *Usus.* conscende, quæso, & ad nos trajice. *subintell. navem.*

Conscensio, onis, das Steigen in ein Schiff. *Us.* conscensio in naves.

Conscientia, æ, Gewissen. *Syn* Recordatio, animi quædam ratio, vis & lex, à qua & de rectè factis & secùs admonemur. *Epi.* comes, communis, jucundissima benè actæ vitæ, præclara, recta, scelerata, stabilis, digna supplicio. *Us.*

1. *Conscientia mala.* Magna vis est conscientiæ, ut pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarunt. E peccatorum conscientia ingens timor exoritur. Suorum flagitiorum conscientiâ cruciantur, stimulantur, vexantur, constringuntur. Quas conscientiæ labes in animo habent, quæ vulnera? pœnas luunt non tam judiciis, quàm quòd eos insectantur furiæ, non ardentibus tædis, sicut est in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu. Eorum animi æternis sollicitudinibus dies & noctes exeduntur. Impedita & oppressa mens scelerum conscientiâ. 2. *Conscientia bona.* In conscientia rectè factorum sat magnus laboris fructus est. Mea mihi conscientia pluris est, quam hominum sermo. Conscientiâ optimæ mentis consolor me, & sustentor, recreor, & reficior. 3. *Notitia.* Conscientiâ tenetur conjuratio tua. Remota hominum conscientia quidlibet facturus videris. *V. Furia.*

Conscindo, is, in Stücken zerhauen. *Syn.* discindo, scindo, discerpo. *Us.* Epistolam innocentem conscidi. 2. *Transl.* Aliquem sibilis, maledictis, pugnis, calcibus conscindere.

Conscisco, is, etwas gemeinlich und wissendlich ansehen und ordnen. *Syn.* Infero. *Usus.* Mortem sibi venenò, necem sibi consciscere. Grande facinus conscivi.

Conscius, a, um, mitwissend. *Syn.* Particeps, socius, testis.)(*inscius, ignarus.* *Adv.* maximè studiorum, officiorum. *Us.* Excogita, ut occultè sine teste, sine consilio rem peragas. Nullius mihi culpæ conscius sum. Conscius illi facinori esse putabar. *V. Conscientia.*

Conscribo, is, beschreiben. *Syn.* scribo, compono. *Adv.* Celeriter veteranos, communiter edictum, diligentiùs, nominatim, perspicuè, nominatim servos, perquisitiùs & diligenter, publicè, separatim, subtilius, vicatim homines. Conscribi palàm & centuriari. *Usus.* Librum, epistolam conscribere. Exercitum militem conscribere. *V. Scribo.*

Conscriptio, onis, das Auffschreiben. *Syn.* Scriptio. *Us.* conscriptiones quæstionum.

Consecratio, onis, Heiligung. *Syn.* Dedicatio. *Usus.* In consecrationibus statuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

Consecro, as, zueignen / weihen. *Syn.* Dico, dedico, sacro, religiosum facio, monumentum facio, fanum alicui facio.)(*profano, profanum facio.* *Adv.* Augustè, nefariè aram, sanctè, publicè, rectè. *Us.* Dare, donare, dicare, consecrare aliquid Jovi opt. max. Delubra sanctissimis religionibus consecrata. 2. *Do, dono, dico.* Bona alicujus, aurum, argentum, agrum Deo consecrare. Se patriæ dedere, & in ea omnia studia ponere & velut consecrare. Caput rei alicujus consecratur. 2. *Immortalitati & memoriæ perpetuæ commendo.* Urbes, in quibus tuas virtutes consecratas vides. Virtutes tuas consecratas & in Deorum numero collocatas vides. Virorum fortium memoria Deorum immortalium honore consecrata. *V. Sacra.*

Consectarius, a, um, nachfolgend / nachbeginnig. *Us.* consectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant.

Consectatio, onis, Nachstellung. *Syn.* captatio, aucupium. *Us.* In hujus concinnitatis consectatione princeps fuit Gorgias.

Consectatrix, cis, die da nachstellet. *Syn.* Auceps. *Us.* libidines sunt consectatrices voluptatis.

Consectio, onis, Zerhauung. *Syn.* sectio. *Us.* consectio arborum.

Consector, aris, nachstellen. *Syn.* Imitor, quæro, sequor, aucupor, capto. *Adv.* pueriliter, studiosè, studiosissimè, verè verba s. rem. *Us.* Inanem rumorem, omnes falsæ gloriæ umbras, opes & potentiam consectatur. Alicujus benevolentiam largitione, assentatione consectari. Vitiosa, rivulos præ fontibus consectari. Multi verba præ rebus consectantur. Consectari genus dicendi abruptum. 2. *Insequor, urgeo, vexo, premo, insector.* Aliquem clamoribus, conviciis, sibilis, linguâ petulanti consectari, conficere, conscindere. *V. Insectari.*

Consecutio, onis, Nachfolgung. *Syn.* consequentia, connexum. *Epi.* necessaria. *Us.* Consecutiones & causas rerum perspicere.

Consenesco, is, alt werden. *Syn.* Senex fio,

fio, annis & ætate ingravesco. *Usus.* In mœrore & lacrymis consenuit. 2. *Transl. Deficio, imminuor.* Consenuit jam rumor ille. Consenuit ejus gloria, consenuit potentia; nullo adversario consenuêre. *Vid. Ætas. Praeceps. Senectus.*

Consensio, onis, Einstimmung. *Syn.* consensus, conspiratio. *Epi.* major, major & aptior, maxima, mira, mirifica Senatûs, incredibilis totius Provinciæ, singularis bonorum omnium, scelerata, summa. *Usus.* Vis amicitiæ, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Quorum societas & sceleratæ consensionis fides erupit. Bonorum omnium consensio.

Consensus, ûs, Einhelligkeit. *Syn.* consensio, conspiratio, quasi concentus, convenientia, cognatio. *Epi.* Gravissimus, incredibilis, magnus, major, optimus, præclarus judicum, privatus, publicus, singularis, summus, unus omnium, mirus. *Usus.* omnium consensus, naturæ vox est. Rerum natura uno consensu juncta est atque continens. Omnium ordinum consensus divulsus est. *Vid. Concordia.*

Consentaneus, a, um, mitstimmig. *Syn.* Aptus, conveniens, consentiens, verosimilis.)(*Dissentaneus, repugnans.* *Usus.* Observa, quid tempori consentaneum & personæ. Mors vitæ consentanea; quæ audivi, tuis litteris sunt consentanea. Obscura somnia minimè consentanea sunt Majestati Deorum. Triste & his temporibus consentaneum dicendi genus. *V. Conveniens.*

Consentio, is, überein stimmen. *Syn.* Idem sentio, cum aliquo facio, in sententia alicujus maneo; judicio, vel opinione alicujus sto; cum aliquo in eadem voluntate vel opinione sum, conspiro, conjuro.)(*Dissentio.* *Adv.* rectè, valdè, vehementer, undique, incredibiliter consentiens voluntas. *Us.* Ad rempublicam conservandam unà Dii omnes consentiunt, consentiunt se urbem inflammaturos. 2. *Congruo, convenio, respondeo.* Partes omnes inter se non sine lepore consentiunt. Mens mea cum tua voluntate & sententia semper consensit. Oratio moribus, extrema primis, oculi cum corde consentiunt. *Phras.* Consensit senatus, summa senatûs voluntate id decretum est. Author fuit senatus, huic sententiæ voluntatem suam ascripsit, in hanc sententiam discessionem fecit; non variè, sed propè conjunctis sententiis. Nec ille consensionis globus unius dissensione disjici potuit. Unum si cognôris, omnes nôris, ita inter se congruunt concorditer. *Vid. Sententia, Sentire idem.*

Consepio, is, einzäunen. *Syn.* Sepio, claudo, munio. *Us.* Ager consептus ac diligenter munitus.

Consequens, tis, Nachfolg. *Syn.* Insequens, futurus, quod consequitur.)(*Repugnans, primus.* *Usus.* Philosophi imprimis acuti, consequentia & repugnantia videntes. Perspicere quid in quoque consentaneum, quid consequens, quid repugnans.

Consequentia, æ, eine Folgung. *Syn.* Consecutio, consectarium, connexum. *Epi.* præclara, contraria. *Us.* Cursum rerum eventorumque consequentiam notarunt.

Consequor, eris, nachfolgen / folgen. *Syn.* 1. adipiscor, assequor, obtineo.)(*Repugno.* *Adv.* Amplissimè, brevi, commodiùs, continuò, difficillimè Sacerdotium, diligenter aliquid, facilè omnia, facillimè, honestissimè, injustè, plenè, similiter, confestim, studiosè, repentè, præclarè. *Usus.* Victoriam, potentiam, pristinam dignitatem & gloriam, magistratum, honorem consequi. Non possum omnia ejus facta aut memoriâ consequi, aut verbis complecti. 2. *Attingo, itinere æquo.* Si properaveris, itinere nos prægressos consequêris. 3. *Sequor, persequor, imitor, consector.* Cornelium ætate consecutus est Cato. Consequitur, ut videamus. In eam fabulam magni risus sunt consecuti. *V. Acquiro.*

Confero, ere, zusammen richten. *Syn.* Confero, conjungo, pugno. *Adv.* leniter manus, quietè manus. *Us.* Signa contulit, manum cum hoste conseruit.

Con-

Consero, is, pflantzen. *Syn.* planto, semino. *Us.* Agros conserere.

Conservatio, onis, Erhaltung. *Syn.* Custodia. *Epi.* tuta atque integra salutis. *Usu.* Fructuum perceptio & conservatio. Æquitatis, juris conservatio.

Conservator, oris, Erhalter. *Syn.* Servator, præses, custos.)(*Desertor.* *Usu.* Custos & conservator urbis & patriæ. *V. Custos.*

Conservatrix, icis, Erhalterin. *Us.* Omnis natura est sui conservatrix.

Conservo, as, erhalten. *Syn.* Custodio, tueor, retineo, servo, adservo, tutor, reservo, foveo, teneo.)(*Perdo.* *Adv.* Benignè, comiter Majestatem. Constanter, faciliùs antiquitatem, proinde diligenter studia, sanctissimè, saltem incolumes cives, studiosissimè aliquem, usque quaque religionem, maximè genus & nomen conservandum. *Usu.* Ego hoc imperii domicilium sartum tectum, ab omni periculo conservavi. Velim, tuam pristinam in me voluntatem, morem tuum conserves. Tuorum meritorum memoriam conservabo. *Phras.* Rem mihi à parente traditam custodire satis est. Rem mihi à parente traditam, servare, tueri, conservare, incolumem tueri, non imminuere satis est. Nullam patrimonii partem adimere s. imminuere satis habeo. Nihil de patrimonio detrahere, patrimonium in eodem statu retinere satis habeo. Contentus patrimonio sum; de augendo patrimonio nihil laboro, nihil cogito, curo, sollicitus sum, anxius sum, curam nullam suscipio, nulla me tenet cura, nulla sollicitat, exercet cura. *V. Servo.*

Conservus, i, Mitknecht. *Syn.* Eidem domino cum alio serviens.

Consessor, oris, Beysitzer. *Syn.* Assessor, qui alteri assidet. *Us.* Consessores, convivæ. Consessores judices, consessor & collusor.

Consessus, ûs, Versammlung. *Syn.* homines in eodem loco considentes. *Epi.* frequens theatri, magnus, maximus, turpior. *Usu.* In conspectu Senatorum & consessu frequentissimo, honestissimo.

Consideo, es, nidersitzen. *Syn.* Simul assideo. *Usu.* Judices vix consederant. 2. *Maneo, moror, sum.* Quædam religiones ex ultima India accersitæ apud nos consedêre. In cujus mente justitia consederit, In Platonis labellis examen apum consedit. Consedimus ad Capuam. 3. *Minuor, sedo.* Consedit tandem animi ille ardor, furor. Omnis de republica cura consedit.

Considerantia, æ, Bedachtsamkeit. *Syn.* Consideratio. *Usu.* Tuam hac in re considerantiam laudo. *Vid. Providentia.*

Consideratè, bedächtlich. *Syn.* Cogitatè cogitatò, consultè, prudenter, judicio, meditatò. *Usu.* Cum irâ nihil fieri rectè, nihil consideratè potest. Consideratiùs consuluisses.

Consideratio, onis, Bedachtsamkeit. *Syn.* Circumspectio, animadversio, ratio. *Epi.* accurata. *Usu.* Est enim animorum ingeniorumque naturale quasi pabulum consideratio, ac contemplatio naturæ. Ex circumspectione aliqua, & accuratâ consideratione. *V. Prudentia.*

Considero, as, betrachten. *Syn.* Reputo, cogito, commentor, animadverto, circumspicio, conspicio, specto, existimo, contemplor, intueor, attendo, rationem habeo, expendo, pondero, ante oculos meos pono vel propono, ratione animôque lustro, animô & cogitatione complector, animum ad aliquam rem refero, ante oculos meos volitat, mente meâ circumspicio, animô intueor, animô contemplor, expiscor. *Adv.* Breviter, communiter, coràm, diligenter, diu, diutiùs, etiam atque etiam, diligenter, expeditiùs, faciliùs rationem ac viam, magnopere, mediocriter, ociosè, optimè, valdè, vehementiùs, verè, benè. *Usu.* Age, nunc animum refer sis ad veritatem, & considera. Velim, cum Pompejo de eo facto consideres. Mihi vivendi ratio considerata atque provisa est. Hoc lenti & considerati judicis est. Utitur considerâtâ tarditate. *Phras.* considerare rem accuratiùs, acie mentis dispicere, in omnem partem considerationem intendere; omni

omni ingenii vi, contemplari, inquirere, animo lustrare; omni cogitatione pertractare, percontari se ipsum, circumspicere res omnes, rationesque subducere; totam causam quàm maximè intentis oculis, quàm acerrimè contemplari. Omnia amplecti consilio; animo ac mente circumspicere; in animis secum versare, agitare; rem secum reputare; rationes omnes secum deputare. *Vid. Meditor. Commentor.*

Confido, is, ere, **sich setzen.** *Syn.* confideo,)(*surgo.* *Adv.* distinctè, variè. *Usus.* Confidamus in umbra. In opinatione confidere.

Consigno, as, **versiglen.** *Syn.* signo, obsigno, firmo. *Us.* Literis consignare, monumentis mandanda. Ea acta publicis privatisque monumentis consignata sunt. Harum rerum memoriam nullam publicis commentariis consignatam habemus. Tabulæ signis honestissimorum hominum consignatæ. *Vulg. Sigillata.*

Consiliarius, ii, **Rathgeber.** *Syn.* Autor, præscriptor, suasor, qui consilium dat. *Us.* Tu me consiliario non imperito usus es. Memineris te magno Regi consiliarium datum. *V. Suadeo.*

Consilio, as, *item*, or, aris, **einem Rath geben/oder begehren.** *Syn.* consilium do, vel peto. *Us.* Amicis consiliari. Difficilis ad consiliandum legatio. *V. Consulo.*

Consilium, ii, **ein Rath.** *Syn.* Deliberatio, cogitatio, animadversio, ratio, cogitatum, quod aliquis sequitur, aut spectat, consultum, sententia. *Epi.* Amantissimum, amplissimum, aptum ad facinus, arrogans, bellicum, bonum, callidius cautum, certum, commune, confideratius, crudelissimum, cupidum & audax, & temerarium, difficile, dispar vitæ, divinum, divinum ac singulare, domesticum, extremum, fidele, fidele & salutare alicui, firmum, fixum, gratum acceptumque, gravissimum, honestum, humanum, imbecillum, insperatum, integrum, inusitatum, jucundum, magnum, majus, maximum, medium, minimè obscurum, non minimum, multum, necessarium; non gloriosum, sed tamen periculo vacuum & dolore; non mediocre, novum, optimum, par, paternum, periculosum)(*tutum*, petutile, sed minimè honestum; pium, plenum sceleris & audaciæ, plenum prudentiæ & fidelitatis, præclarum, præstans, primum, privatum, propositum susceptumque, proprium, prudens, publicum atque privatum, puerile, salutare, sanctissimum, gravissimumque, sapiens, secretum, sempiternum, senatorium, severissimum, singulare, sordidum; stultum ac demens, suavissimum atque amantissimum, summum, superbum, tacitum, temerarium ac repentinum, totum, triste, turpissimum, vacuum periculo, varium, vehementissimum, verum, vetus, urbanum. *Consilia.* Acerrima, alterna, bona, cautiora, clandestina, clariora luce, crudelissima, digna summa laude, diligentia, dissoluta atque perdita, divina, dolosa, fidelissima atque amantissima, fortuita; gloriosa, sed paulò salubriora; honesta & expedita, humana, idonea ad negotium aliquod, meritissima, intima, justa, languidiora, mala, maxima, mediocria, nova, nova & periculosa & turbulenta, occulta, occultiora, optima, perdita amicorum; periculosa & callida; & splendidiora, & majora; perniciosa, perspicua, plena prudentiæ, præpostera, privata, publica, puerilia, recta, vera, honesta, salva atque honesta reip. salutaria reipubl. sceleratissima, senatoria, singularia, socia pacis & togæ, splendidiora & majora, superiora, turbulenta, vetera. *Usus.* Consilium est quid faciendi, aut non faciendi excogitata ratio. 1. *Consilium petere* ab aliquo & exquirere, ad consilium aliquem adducere. 2. *Consilium dare.* Consilii alicujus Autorem, ducem, adjutorem, moderatorem, ministrum esse; Consiliò juvare aliquem & instruere. Confirmare consilium alicujus & probare. 3. *Sequi consilium.* De consilio tuo rem totam constituam; assentior tuis consiliis, quibus parere semper & uti certum est. Nunquam consilium tuum repudiabo, à consilio tuo non discrepabo. 4. *Consilium capere.* E re & tempore inire, suscipere, instituere, habere. Consilium è re ipsa nascitur. 5. *Consilium suum exposuit* Senatui, narravit, indicavit, prompsit, enunciavit, aperuit.

Consiliorum suorum rationem altiùs repetiit. 6. In consilium *adhibere*, advocare aliquem, consilii participem facere. Consilium suum impertire cum amicis & conferre; consilium suum conjungere cum rationibus amici, accommodare ad utilitatem reip. 7. *Consilia hostium impedire*, prævenire, antevenire, frangere, consiliis occurrere, consilium extorquere. 8. *Consilii pœnitet.* Labat tuum consilium; abjecimus consilium belli, destitimus illo consilio. 9. *Consilium exequi*, explicare, explere. 10. *Consilii expers*, *inops*, temeritate vestri consilii perturbatus, nullius consilii particeps, consilium hæret ac propè torpor quidam mentes occupat. 11. *Tui consilii est*, consilium tuum est, consilii hæc sunt. 12. *Consilium, pro judicibus congregatis.* Advocare consilium seu concionem. De consilii sententia decretum est. Tardius in consilium venit. *Thras.* Non tuum judicium, sed aliena consilia mihi sequi videris. Video te auferri aliorum consiliis; intelligo, sentio, non te tuo duci, sed alieno abduci consilio; Non ipse te in consilium adhibes, non ipse te audis; non ipse pates, morem geris; non ipse tibi obtemperas, obsequeris, assentiris, sed alieno uteris consilio, sed aliena te consilia regunt, sed ab alienis consiliis voluntas tua pendet; non ipse tibi dux es, verùm alios sequeris. *Consilium senile optimum.* Sapienter ferè consulunt senes; senes non facilè peccant, errant, labuntur, offendunt in consilio; senum consilia non sæpe inutilia sunt, inania, stulta, absurda; raro labitur senilis ætas in consiliis; sapienter ferè consulit senilis ætas; optimis ac firmissimis rationibus ferè semper nititur senilis opinio, sententia; optimam partem eligunt senes. Quorum grandior est ætas, qui longiùs ætate processerunt, is eorum esse solet sensus, qui à ratione non discedat, recedat, procul absit, qui cum ratione congruat, quem ratio confirmet, à quo ratio non dissentiat.

Consimilis, e, gantz gleich. *Syn.* similis, parilis,)(*dissimilis.* *Us.* Res gessit meis consimiles. *V. Similis.*

Consisto, is, bestehen/ stillstehen. *Syn.* sto.)(*ambulo.* *Adv.* Diutiùs in hoc, multum diu, nusquam, paulisper, planè, præclarè in causis, rectè & in loco, usquam. *Us.* In loco consistere. Si semel constiteris, nunquam cades. Hodie primò è gravi morbo consistere cœpi. Cum aliquo consistere. 2. *moror, commoror.* Alicubi, in loco aliquo, in Italia consistere & commorari. 3. *desino*, labor ætatis flexu consistit. Atque hic bellum constitit. Tibicen tacuit, ludus constitit. 4. *Consto, firmus sum.* Ille non mente, non linguâ, non voce constitit. Impii animo tranquillo, mente quietâ consistere non possunt. 5. *Versari, positum esse in aliquo.* Salus Reipublicæ, in unius hominis animâ posita est. Omne bonum in honestate consistit. Causa ejus belli in te consistit. Causidicus in foro præclarè consistit. Illo judice vix consistes.

Consitio, onis, Pflantzung. *Syn.* satio. *Us.* Non consitiones modò delectant, sed & insitiones.

Consitura, æ, Pflantzung. *Syn.* Consitio. *Us.* Agri consitura.

Consobrinus, i, Schwester Sohn. *Syn.* Ex fratre vel sorore matris genitus.

Consociatio, onis, Vereinbahrung. *Syn.* Societas, communio. *Epi.* Communis, humana. *Us.* Communis hominum generis consociatio & communitas.

Consocio, as, zugesellen. *Syn.* Jungo.)(*dissocio.* *Us.* Consociare consilia cum malis civibus. Naturâ ad civilem communitatem consociati sumus. Nunquam populus senatui tam consociatus fuit. *V. Socio. Iungo.*

Cosolabilis, e, das man trösten mag. *Syn.* quod consolationem admittit.

Consolatio, onis, Trost/ Tröstung *Syn.* Solatia, levamen, medicina, levatio, confirmatio. *Epi.* firmissima & usitata, grata, gravior, levis, longior, annua, magna, mediocris, misera, modica, multa, necessaria, nonnulla, optima, pervulgata, stulta, tenuis, vera, vulgaris, propria. *Usus.* Alicui consolationem offerre, adhibere; consolatione hac dolorem lenio. Hac una consolatione sustentor, utor in maximis malis. Nullam consolationem admittere, suscipere,

pere possum. *Phras.* Hæc tibi cogitatio consolationi erit. Hæc te non mediocriter cogitatio confirmabit. Hæc si tibi propones, hæc si apud animum tuum propones, hæc si animo tuo agitabis, animo spectabis, levabis tuum luctum; levabis te luctu, ægritudine, solicitudine; curam levabis, vulnus doloris tui ipse delenies. *V. Solatium. Consolor.*

Consolator, oris, **Tröster.** *Usus.* Consolatores ipsi se miseros confitentur, cùm se fortuna converterit.

Consolatorius, a, um, **das tröstet.** *Us.* A Cæsare accepi literas consolatorias.

Consolor, aris, **trösten.** *Syn.* Solor, levo, dolorem levo, mœrorem minuo, desiderium lenio, consolationem adhibeo, alicui perfugium & solatium præbeo; animum consolatione permulceo, consolatione sustento; dolorem, luctum, fletum abstergo. *Adv.* Amicissimè, communiter, vehementer. *Usus.* Spe, eloquentiâ consolamur afflictos; deducimus perterritos à timore; de communibus miseriis dolorem tuum, s. te consolari non sumo. Ego desiderium tui memoriâ commodorum consolabor. *Phras.* Consolari, consolationem afferre afflicto, excitare, suis opibus sustentare casus miserorum, levationem afferre, levationi esse miseris, perculsos ægritudine levare, allevare jacentes; fomenta, oblectamenta dolorum præbere, diffidentes suis rebus confirmare, fulcire ruentes, afflictos erigere, perditos recreare, miserorum ærumnam dictis allevare. *Nihil est, quod solatium præbere mihi possit.* Nihil est quod solatium afferre, parere mihi possit. Nihil est quod solatio, consolationi mihi esse possit; nulla est res, quæ animum meum possit recreare, levare, vindicare dolore, liberare sollicitudine, eximere dolore, abducere à cura, avocare à molestia, abstrahere s. avellere à mœrore; afflictum à mœrore animum, languentem, jacentem animum erigere, excitare, confirmare nulla jam consolatio potest. Affectum dolore animum sanare nulla ratio potest. Laboranti animo, ægrotanti, pessimè affecto mederi satis nulla ratio valet, parum apta remedia reperiuntur; inutilis, infirma, inanis, supervacanea prorsus omnis medicina est. Frustra in me consolando ponitur opera. Inanem operam sumit, qui ad me consolandum aggreditur. Ita dolore obruor, ut emergere nulla ratione possim. Ita malis opprimor, prorsus ut respirare non liceat. Respuit jam animus, quasi desperatâ salute, omnem medicinam, remedia cuncta, omnia consolationum genera. Insitus, infixus in animo dolor ita penitùs est, ut evelli nullâ ratione possit, ut nulla vis rationum possit evellere, extrahere, educere, eripere. Finem facere dolori meo, finem imponere, modum s. terminum statuere dolori meo, dolorem moderari, neque homo est, neque res ulla, quæ possit. Non est, ut possim in dolore mihi temperare, dolore abstinere, dolorem sedare s. abjicere, me ad hilaritatem s. eam jucunditatem, quam dolor ademit, revocare; referre me ad pristinam animi æquitatem, referre me ad eum statum, unde me dolor dejecit, deturbavit, depulit, detrusit, non possum. Quis jam homo (dicerem, nisi esset impium, quis jam DEUS) animo meo virtutem dolore ereptam, restituere possit? Quis ea sanare vulnera, quis iis vulneribus mederi, medicinam adferre, remedium invenire possit, quæ mihi fortuna intulit, imposuit, inflixit?

Consono, as, **mitthönen.** *Syn.* Respondeo, consentio, convenio,)(*dissono.* *Us.* Vide, ut oratio moribus consonet.

Consonus, a, um, **mithällig.** *Syn.* Conveniens. *Us.* Consonum, consentaneum non est, ut.

Consopio, is, **einschläffern.** *Syn.* obruo, occupo, teneo. *Us.* Somno consopiri sempiterno.

Consors, ortis, **Mitgenoß.** *Syn.* Particeps, socius. *Usus.* Socium & consortem te laboris, gloriæ habui. Consors alicui in lucris & furtis. *Vid. Particeps. Socius.*

Consortio, onis, **Gemeinschafft.** *Syn.* Consociatio. *Epi.* humana. *Us.* Dissolvatur omnis humana consortio. *V. Communio.*

Conspectus, ûs, **das Anschauen.** *Syn.* Aspectus, præsentia. *Epi.* dulcior patriæ, frequens, jucundissimus. *Usus.* Date

se alicui in conspectum. Audes-ne in civium conspectum venire, prodire? loco excelso sita est laus tua, in conspectu urbis posita. Animus non cadit in conspectum. Stare in conspectu Senatûs. Conspectum fugere, vitare; è conspectu discedere, evolare, amittere; conspectu privare. Ab hominum oculis aliò concedere; hominum aspectum, lucemque defugere. *Phras.* Dare se in conspectum alicui, in conspectum venire, vultum alicujus subire; in oculis multitudinis, in ore omnium versari; populo se & coronæ dare, in populi conspectum se dare, in quotidianum populi conspectum se committere.

Conspergo, is, **besprengen.** *Syn.* Aspergo, respergo. *Us.* Lacrymis me conspersit. *Transl.* illum aliquâ hilaritate conspersi. *V. Aspergo.*

Conspicio, is, **in Obacht nehmen.** *Syn.* Aspicio, video. *Adv.* procul, prope. *Us.* Infestis omnium oculis conspici. 2. *Transl. Attendo, considero.* Conspicite eam mentibus vestris, quam oculis non potestis. *V. Video. Intueor.*

Conspicor, aris, *idem. Syn.* Video. *Us.* Occisum ut conspicatur.

Conspicuus, a, um, * **scheinbar.** *Us.* Mons latè conspicuus.

Conspiratio, **Zusammenrottung.** *Syn.* Consensus, conjuratio. *Ept.* Incredibilis, conflata, restincta, magna, sceleratissima, tanta. *Usus.* Summa est conspiratio consensusque virtutum. Conspirationem sceleratam conflare, facere; conspirationem dirimere, restinguere. Summa erat inter eos animorum conspiratio.

Conspiro, as, **zusammen verbinden.** *Syn.* Consentio. *Us.* Mirabiliter omnium ordinum consensus ad liberandam remp. conspiravit. Omnes ad dignitatem tuam defendendam conspirâsse videntur. *V. Consentio.*

Consponsor, oris, **Mitbürg.** *Syn.* qui cum alio spondet. *Us.* Communicabo rem cum consponsore tuo.

Conspuo, is, * **bespeyen.** *Us.* Ab omnibus derisus atque consputus.

Consputo, as, *idem. Syn.* Sputô aliquem fædô impetere. *Usus.* Clodiani nostros consputârunt.

Constabilio, as, * **bestättigen.** *Syn.* stabile & firmum reddo. *Usus.* Rem suam constabilire.

Constans, is, **beständig.** *Syn.* firmus, stabilis, gravis, præsens, perpetuus, conveniens, æquabilis, moderatus, singulari constantiâ præditus.)(*levis, inconstans, mobilis.* *Us.* Fortis animi & constantis est, non perturbari in adversis. Constans & perpetua vitæ ratio. Rumores afferuntur, iique satis constantes. Firmus, stabilis, constans amicus. Constans lunæ motus.

Constanter, **beständig.** *Syn.* fortiter, æqualiter, perpetuò, convenienter.)(*inconstanter.* *Us.* Constanter & liberè me gessi. Constanter & perpetuò placebit hoc consilium.

Constantia, æ, **Beständigkeit.** *Syn.* firmitas, stabilitas, gravitas, æqualitas, perseverantia, firmitas animi, firmum consilium, status constans & perpetua vitæ ratio, perpetuitas.)(*inconstantia.* *Ept.* Admirabilis, admirabilis incredibilisque, conveniens & conjuncta, diuturna animi, humana, magna, perpetua, placida & quieta, singularis, summa. *Us.* Cato gravitatem suam perpetuâ constantiâ roboravit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit. Fortis animus sine æquabilitate & constantia nullus esse potest. Retinenda igitur est animi constantia, firmitas, perseverantia, gravitas. *Phras.* Scio te in sententia perstare, constare, nec de gradu dejici, dimoveri posse; scio te in eodem consiliorum tenore obstinatum, perstiturum firmiter, æquali semper tenore fore. Nosco animi tui firmitudinem, nihil mutabis. *Oportet in rectè agendo constantem esse.* Oportet in rectè agendo constantiam adhibere; animo esse con- constanti, firmo, stabili, immutabili, gravi, minimè levi, non fluxo, non variabili; animo minimè fluctuare, vacillare, titubare, labi, claudicare &c. *Hominem gravem cognovi.* Hominem certum, minimè mendacem, minimè falsum, studiosum veritatis, magnâ præditum gravitate semper cognovi, expertus sum. Nihil levitatis aut inconstantiæ, nihil inane, varium, mutabile, inconstans, nullam animi infirmitatem, nullam sententiæ varietatem, nullam consilii mutationem in eo deprehendi.

Is mihi semper visus est, qui sibi optimè constet, qui nihil leve committat, nihil inane cogitet, qui non facilè discedat à se ipso, qui ægrè discedat à sententia, ægrè mutet consilium, susceptam opinionem abjiciat, sensus deponat, de suo statu demigret; quem nulla res facilè abducat, avellat à sententiis; cujus mentem ægrè huc & illuc traducat, cujus mentem in hanc vel illam partem non facilè flectas, cujus mentem, in quam velis partem, utram in partem velis, cum labore traducas, torqueas. Alio tempore nihil loquitur, nihil agit ineptè, nihil non locò agit, idem ei vultus in omni re, eadem ei mens est in omni fortuna. *Si quis in recta sententia sibi constat, ei magna laus debetur.* Tueri constantiam in recta sententia laudabile est, laus est, laudis est, laudi est, laudem habet, adfert, parit, cum laude conjunctum est, egregium est, præclarum est, gloriosum est. Perseverantem, pergentem, permanentem in recta sententia laus & gloria prosequitur, laus excipit immortalis. In recta sententia laudabilis admodum est, laudibus efferenda, ornanda, honestanda, decoranda, stabilis, firma & perpetua permansio. *Vid. Animus fortis. Fortis.*

Consternatio, onis, * Zaghafftigkeit. *Us.* Pavore & consternatione territa cohors. *V. Perturbatio.*

Consterno, is, verzagt machen. *Syn.* sterno, effundo, tego, spargo. *Us.* Effusum frumentum vias omnes constraverat.

Constipo, as, zusammen schoppen. *Syn.* Coarceo, constringo, contrudo. *Usus.* Ecqui tantus numerus hominum in eum agrum constipabitur? *V. Angustus.*

Constituo, is, fürnehmen. *Syn.* 1. decernò, statuo, delibero, cogitò, sancio, præscribo, designo. *Vulg. propono, propositum facio.* *Adv.* Aliquando ante, bene de rebus domesticis, breviter, communiter, coràm, diligenter jura, graviter de aliquo, impune supplicium, iniquè, in posterum legem, lentè, libenter conditionem, maturiùs ex re & tempore, obscurè regnum, omnino causam in verbo, optimè, publicè patronum, repentè proficisci, sanctissimè, sapientissimè, verissimè. *Constitutum* benè, divinitùs, moderatissimè, providentissimè, publicè, præclarissimè, prudenter, sapientissimè. *Usu.* Ut constitui, aderò. Constitui cum amicis de profectione mea. Constitutum planè habeo. Constituendum denique est tibi, quod vitæ genus eligas. Provinciam alicui constituere, *designare. Vulg. determinandum.* 2. *Præscribo. Vulg. determino.* Diem tempusque colloquio constituere. Pactam & constitutam diem habere. 3. *Decerno, destino. Vulg. Ordino.* Accusatorem, testes, quæstionem, disceptationem, vadimonium, actionem constituere. Judicium capitis in aliquem, alicui maleficio supplicium, pœnam constituere. 4. *Facio, condo, confirmo.* A Diis omnia constituta sunt. Necessitudinem cum aliquo & amicitiam constituere. Constituere urbem, pacem, rem familiarem suam. 5. *Pono, propono.* Monumentum in aliquo loco, sibi aliquid ante oculos constituere. Aliquem in locum Prætoris constituere. *Phras.* Ita quidem Senatus constituit, decidit, crevit, ea præmia virtuti designavit, his legibus civitatem devinxit; ita præscripsit, confirmavit, sancivit, iudicavit; ita senatus comparavit; ita statutum cum animo suo habent & deliberatum. *Vid. Decerno. Delibero.*

Constitutio, onis, Bestellung. *Syn.* Comparatio, institutio. *Epi.* firma corporis, simplex, tota, quam plurimæ. *Us.* Quid sentis de hujus belli constitutione? Constitutio Religionum Numæ debetur. 2. *Habitudo & compositio.* Corporis firma constitutio.

Constitutò, mit Fleiß. *Us.* Constitutò experiri cum aliquo.

Constitutum, i, Satzungen. *Syn.* Propositum. *Us.* Ajunt constitutum factum esse cum servis.

Constitutus, a, um, bestellt. *Syn.* Institutus, compositus, confirmatus, decretus. *Us.* Ad constitutam diem adero constituta atque acta omnia rescindere. Si quid cum podagra constituisti. Constituta res & definita. Propositum & constitutum iter. Corpus, animus bene constitutus.

Consto, as, bestehen. *Syn.* Componor, fio, constituor. *Adv.* constare certatim, mutuè

mutuò ſtudia officii, gratis navim, melius ſibi, multùm, parum ſibi, planè è numeris, planè non ſatis, præclarè ſibi, ſummè. *Uſus.* Judiciorum ratio ex accuſatione & defenſione conſtat. Hic ex fallaciis conſtat totus. Concio ex imperitiſſimis conſtat. Prudentia conſtat ex ſcientia rerum bonarum & malarum. 2. *Sum.* Quæ in toto mundo moventur & conſtant. Virtus ſine ratione conſtare non poteſt. 3. *Patet, liquidum, perſpicuum eſt.*)(*In dubio eſſe.* Res, de qua conſtat. Quæ cùm conſtent, liquidum eſt &c. Conſtant mea in te beneficia. Conſtat inter omnes. 4. *Convenio, congruo, cohæreo.* Iſta ſententia cum priore non conſtat. Oratio tua nec cum re, nec ſecum ipſa conſtat. Conſtare ſibi in vitæ perpetuitate; diſcedere à ſe, non conſtare ſibi. Mente vix conſtat. 5. *Permaneo, perduro, perſevero.* Laudo, quod in ſententia conſtiteris. Conſtabit tibi fructus otii tui. 6. *Pretii ratione,* Dimidiô minoris tibi conſtabit. *Vid. Pretium. Manifeſtus.*

Conſtringo, is, zuſammen binden. *Syn.* ſtringo, vexo, arcto, concludo.)(*Laxo, ſolvo. Uſus.* Rempubl. legibus conſtrinxit. Alicujus ſcelus ſupplicio conſtringere. Divulſa ac diſſipata conglutinare, conſtringere. Voluptatem virtute conſtringere. Dare ſe libidinibus conſtringendum.

Conſtructio, onis, ein Bau. *Syn.* Compoſitio, quaſi ſtructura quædam, conſecutio. *Epi.* Apta & quaſi rotunda verborum, magna & ornata, minuta, tota. *Uſus.* Quantô artificiô natura conſtructionem hominis fabricata eſt!

Conſtruo, is, auffbauen. *Syn.* Conficio, ædifico, fabricor, coacervo.)(*deſtruo. Uſus.* Aves ſibi nidos conſtruunt. Acervos nummorum conſtruere.

Conſtupro, as, eine ſchänden. *Syn.* ſtupro contamino.

Conſuaſor, ris, Rathgeber. *Syn.* ſuaſor.)(*diſſuaſor. Uſus.* Autore & conſuaſore Nævio.

Conſueſco, is, gewohnen. *Syn.* Soleo, meæ conſuetudinis eſt, Conſuetudinem habeo, conſuetudinem & exercitationem capio, multùm cum aliquo ſum, multùm unà ſum, diem cum aliquo pono, cum aliquo conjunctiſſimè & amantiſſimè vivo, in conſuetudinem me do, in conſuetudinem alicujus rei venio.)(*Diſſuaſio. Uſus.* Labori aſſuevi à teneris. *Vid. Aſſueſco.*

Conſuetudo, inis, Gewonheit. *Syn.* Mos, inſtitutum, uſus. *Epi.* Altera natura, artifex ſuavitatis, non ſatis avida, bona, civilis, communis, conſularis aut ſenatoria, diſſoluta, diuturna, domeſtica, elegans, familiaris. Immanis & barbara, incondita, indigna, jucunda, jucundiſſima cum aliquo & ſumma, judicialis fori, laſciva, libera peccandi, magiſtra non contemnenda doloris ferendi, magna, mala & impia, mala ac moleſta, militaris, mirifica, multa & jucunda, notiſſima, nova judiciorum, perpetua, popularis & forenſis dicendi, priſtina, quotidiana & ſumma, regia, vetus, vitioſa & corrupta.)(*pura & incorrupta.* Unctior ſplendidiorque, vulgaris, uſitata. *Uſus.* Vetus conſuetudo naturæ vim obtinet. 1. *Conſuetudinem introducere.* Inducere, adſciſcere, excitare, aperire. 2. *Conſuetudinem capere,* nanciſci. Serpit, increbeſcit ea conſuetudo. Romani hac conſuetudine utuntur. Conſuetudo eſt Romanis. Veterum conſuetudinem tenere, retinere, ſervare, præſtare. 3. *Conſuetudinem immutare.* A vetere conſuetudine recedere. 4. *Ad conſuetudinem redire,* revertere. Ego veterem conſuetudinem longô intervallô retuli. Populum ad morem priſtinum & conſuetudinem revocavi. 2. *Vita communis, convictus, familiaritas.* 1. In conſuetudinem præſtantium virorum ſe dare, ſe inſinuare, in eorum conſuetudinem ſe immergere, cum iis conſuetudinem jungere, facere, conjungere, conſuetudine jungi, implicari, devinciri. Vetus cum illo mihi conſuetudo & familiaritas intercedit. 2. *Conſuetudinem intermittere.* Neſcio, cur à mea conſuetudine refugias, omnium conſuetudine privari. 3. *Ad conſuetudinem redire,* revocare. In conſuetudine mutua permanere. *Phraſ.* Mirari ſatis non poſ-

 ſum,

ſum, cur à tua conſuetudine tam longè diſceſſeris. Mirari ſatis non poſſum, cur à conſuetudine tam longè receſſeris, tam valde deſciveris, te removeris, te abduxeris; cur alius plane factus ſis, cur à te ipſo diſceſſeris, cur te tui tam diſſimilem præbeas, cur te tui ſimilem non præſtes; cur, qui adhuc fuiſti, eum te non præſtes; cur, qui hactenus fuiſti, eum te non præbeas. Adduci non poſſum, ut te à tua conſuetudine tam valde, tam longè diſceſſiſſe exiſtimem. Haud facile crediderim, ægrè mihi quis perſuadere poſſit tuam te conſuetudinem, te inveteratam iſtam vivendi rationem oblivioni tradidiſſe, depoſuiſſe, abjeciſſe. *Mos hic omnium eſt, ut ab injuria nos tueamur.* Omnium hæc conſuetudo eſt; inſtitutum, mos eſt; conſuetudinis, inſtituti eſt; mos obtinuit, invaluit, ut vim vi repellamus, mos omnium ita fert, ita fert omnium conſuetudo, nemo non ita conſuevit; omnibus hoc eſt à natura tributum, inſitum; ita natura comparatum eſt, habent hoc omnes à natura; ita facti, ita inſtructi naturâ omnes ſumus, ut vim vi repellamus. *Uſitatum hoc eſt. Translatitium hoc eſt*, in more poſitum eſt, uſuvenit, fit, accidit, factum eſt; uſu, more comparatum eſt; mos obtinuit, invaluit; moris eſt, conſuetudo fert, more fit, vetus hoc eſt.

Conſul, is, **Burgermeiſter.** *Syn.* Tutor annuus Reipubl. publici conſilii Princeps. *Uſ.* Sine repulſa conſul factus, effectus, deſignatus, renunciatus; conſul nobis impoſitus fuit.

Conſularis, e, **das dem Burgermeiſter zugehörig iſt.** *Syn.* Vir, qui aliquando conſul fuit. *Epi.* diſertus, maximus; *Conſulares* clariſſimi, conſtantes, conſtantes & nobiles, meliores & fortiores & conſtantiores, timidi, turpiſſimi. *Uſ.* Conſulare officium, Provincia Conſularis.

Conſulatus, ûs, **das Burgermeiſter-Amt.** *Syn.* Ampliſſima poteſtas in republica. *Epi.* Antiquus, clariſſimus atque optimus, Divinus, fatalis, paratiſſimus alicui, ſalutaris.)(*perniciosus*, vituperabilis, urbanus, plures. *Uſus.* 1. Conſulatum ſperare, cogitare. 2. Petere, alicui demandare conſulatum. 3. Conſulatum gerere. Conſulatu aliquem dejicere, populus meum conſulatum comprobavit. *Vid. Magiſtratus.*

Conſulo, is, **rathen / rathsfragen.** *Syn.* Conſilium peto, delibero. *Adv.* Bene reipubl. benè de rebus, commodè, conſideratiùs, diligenter agris, diligentiſſimè valetudini, graviùs de ſe, graviùs de ſalute, liberè reipubl. malè ſuis rebus; meliùs ſibi, famæ, pudicitiæ; multùm & diu, optimè alicui; optimè ſibi, plurimùm, ſeriùs provinciis, maximè. *Uſus.* De hoc negotio te conſulendum duxi. Diu multumque inter nos conſuluimus. 2. *Proſpicio, alicujus rationem habeo, provideo, occurro.* Quibuscunque rebus poteris, conſulas rationibus meis. Conſulite vobis, proſpicite patriæ, conſervate nos, medemini incommodis hominum, ſaluti providete; civium utilitatibus, incolumitati, vitæ fortunis ſervite. Famæ ac pudicitiæ tuæ conſulito. Deorum providentiâ humanis malis conſulitur. *Phraſ. Conſulo, conſilium do.* Hoc tibi conſilii do, tua ſi tibi laus curæ eſt. Tibi hoc ſuadeo, hujus tibi auctor ſum; te hortor, adhortor, cohortor; hoc eſt meum conſilium, mei conſilii hoc eſt; mea hæc eſt ſententia, opinio; meus hic eſt ſenſus, meum hoc eſt judicium, ita ſentio; ita mihi videtur, placet, probatur; tuâ de laude ſi laboras, ſi tibi laus cordi eſt. *Si me audis, hoc facies.* Si meum conſilium ſequeris, mea tibi ſententia ſi probatur, me approbante, de ſententia, mec conſilin, meo ſuaſu, meo hortatu; ſi me putas quidquam ſapere, ſi me putas non eſſe prorſus inſipientem, ſi me putas aliquid videre; ſi meum conſilium apud te habet aliquid ponderis; hoc ages, aggredieris, ſuſcipies; hoc faciendum tibi judicabis, me auctore ita te geres. 2. *Conſulo, conſilium peto.* Sapientis eſt in ancipiti rerum ſtatu amicos conſulere. Sapientis eſt incertis in rebus, dubiis, ambiguis, obſcuris; ſapientis eſt, in rebus aliquâ in difficultate conſtitutis, in controverſia poſitis, amicos in conſilium adhibere.

re, ad amicos referre, ad amicorum arbitrium referre, amicorum judiciis ſtare, ad conſilium amicorum confugere, amicorum conſilio uti, amicorum ſententiam exquirere, adire ad amicos conſilii causâ, petere conſilium ab amicis; velle cognoſcere, quid amicis videatur, quid amici ſentiant, quid habeant opinionis; quod præbant, conſilium, quid cenſeant, judicent faciendum, exiſtiment; velle cognoſcere, quis ſit amicorum ſenſus, quæ ſententia. Ad ſapientem ſpectat, in rebus dubiis amicos de tua ſententia interrogare. *Qui ſuas cogitationes ad DEUM non adhibet, ſæpe is ab humana prudentia in fraudem inducitur.* Qui ſuis in cogitationibus non confugit ad DEUM, qui ſua conſilia ad DEUM non confert, cujus animus cum DEO nunquam loquitur, ſæpe illum fallit humana prudentia; ſæpe is ab humana prudentia in errores inducitur; ſæpe labitur, offendit, errat ab humana prudentia ductus; humanâ prudentiâ ductus, falsâ quadam rerum humanarum ſpecie deceptus. *V. Mos.*

Conſultatio, onis, Rathſchlag *Syn.* Deliberatio. *Uſus.* Ea res venit in deliberationem & conſultationem. Expecto, quid reſpondeas conſultationi meæ.

Conſultò, mit Fleiß. *Syn.* cogitatò, deditâ operâ, de induſtria.)(*fortuitò.* *Uſ.* Simulat ſe conſultò feciſſe, quòd ille vel inſcitiâ vel perturbatione animi fecerat.

Conſulto, as, rathſchlagen. *Syn.* Delibero. *Uſ.* Inquirere & conſultare de officio. Deliberationes conſultandæ ſunt.

Conſultor, oris, ein Rathgeber. *Syn.* Conſulens. *Uſ.* Conſultoribus, quorum domus plena, reſpondere.

Conſultrix, cis, Rathgeberin. *Uſ.* Natura conſultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium.

Conſultum, i, Satzung. *Syn.* Decretum: ut Senatûs conſultum. *Uſus.* Facta & conſulta ſapientum monumentis prodere.

Conſummo, as, vollenden. *Syn.* Perficio. *Uſ.* Geſta & conſummata bella. *V. Perficio. Abſolvo.*

Conſumo, is, verbrauchen. *Syn.* tero, contero, pono, impendo, exhaurio, abſumo, expromo, profundo, inſumo, diſſipo, comedo, conficio. *Adv.* tranquillè tempus. *Uſus.* Aliqua in re plurimùm operæ ſtudiique conſumere. Operam, curam, otium in rebus magnis, orationem facetiis conſumere. 2. *Abſumo.* Per luxuriam effundere & conſumere bona omnia. Dolore confici & conſumi. In caſtris, popinis, aleis, ganea, tempus ætatis omne conſumpſit. *Phraſ.* Adesâ pecuniâ, devoratâ, profusâ, patrimonium ſuum omne, fortunas ſuas abligurivit. Res eum pridem & fides deficere cœperunt. Diſſipavit conviviis patrimonium. Rem confregit. Res per luxum dilapſa periit. In deliciis omnia ſua diſperdidit. *Vid. Diſſipo. Nepos.*

Conſumptio, onis, Verzehrung. *Uſ.* Conſumptione ſe hic & ſenio alebat.

Conſumptor, oris, Verzehrer. *Uſ.* Ignis noſter confector & conſumptor eſt omnium.

Conſuo, is, * zuſammen nähen. *Uſ.* Dolos conſuere. Conſuta tapetia.

Conſurgo, is, mit einem auffſtehen. *Syn.* Surgo, aſſurgo. *Adv.* honorificè. *Uſ.* Honorificè ei conſurgitur. Conſurrexit ſenatus cum clamore.

Conſurrectio, onis, eine Aufwiſchung mit einem andern. *Syn.* Conſurgentium actus propitius & honorificus. *Uſ.* Cepi maximum fructum ex conſurrectione omnium & comitatu.

Contabeſco, is, ausdorren. *Syn.* liqueſio, conſumor, extabeſco, labeſio. *Uſ.* Luctu confectus contabuit.

Contabulatio, onis, * Tiele. *Uſ.* Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem.

Contabulo, as, * eine Tiele machen. *Uſus.* Totum murum turribus contabulârunt. Turres contabulatas aliaque machinamenta quatiendis muris portabant.

Contagio, onis, erbliche Kranckheit. *Syn.* Fœditas, virus, venenum, peſtis. *Epi.* periculoſa, ſervilis, interna. *Uſ.* Contagiones malorum, quæ ab uno ſerpunt latiùs. Animus a contagione & lue corporis ſevocatus. Latet, patet illius ſceleris contagio. Eſt quædam contagio ſceleris, ſi proditorem defendas. Contami-

navit se ejus prædæ contagione. Ad illum contagio conscientiæ non pertinet.

Contagium, ii, * *idem*, *Syn.* contagio.

Contamino, as, beflecken. *Syn.* inquino.)(*honesto.* *Us.* Nullum est flagitium, quo se non contaminârit, hominum post homines natos contaminatissimus, turpissimus. Contaminare veritatem mendaciô, se omni scelere, stupris, flagitiis, contagione prædæ contaminare. Omni scelere coopertus ac contaminatus. *Thras.* Omnia suis sceleribus contaminavit, maculâ sui sceleris imbuit, omnibus se vitiis commaculavit, flagitiorum cæno & sordibus inquinavit, religiones omnes suo scelere violavit. Deorum aras ac templa polluit, funestavit, omni dedecore maculavit, scelere obligavit. Omnia intolerandâ libidine fæda ac deformia effecit. *V. Macula.*

Contego, is, zudecken. *Syn.* Tego. *Usus.* Natura eas partes contexit. Medicorum errores terra injecta contegit.

Contemno, is, verachten. *Syn.* despicio, despicatui duco, sperno, abjicio, rejicio, inane ac leve existimo, pro nihilo puto, aspernor.)(*expeto*, *admiror*, *effero.* *Adv.* Apertè existimationem, constanter, magnopere, mirificè, omnino sententiam, penitùs aliquem, planè, præclarè res humanas, rectè pecuniam, severissimè voluptatem, valde elegantiam ludorum, vehementer hominem, vicissim maximè. *Usu.* Contemnere aliquem ac pro nihilo putare, non curare, infra se ducere; irridere & contemnere alios præ se. *Phras.* Omnia humana contemnit, aspernatur ac negligit; humana omnia conculcat, levia ducit, nullo loco numerat, flocci non facit, contemptim habet; despicatò, despicatui habet. Est in eo summa rerum omnium contemptio ac despicentia, proterenda ista omnia & conculcanda duxit, altâ quadam despectione ista intuetur; sordent illi, risui sunt, in summam contemptionem apud eum veniunt res humanæ omnes. 2. *Majores nostri divitias minimi putabant, unam virtutem sequebantur.* Apud Majores nostros minima divitiarum, virtutis erat ratio maxima. Nullo loco apud Majores nostros Divitiæ fuerunt, virtus una vigebat maximè. Plurimùm semper apud Majores nostros virtus valuit, minimum divitiæ. Majores nostri divitias præ virtute contemnebant, divitias infra virtutes ducebant, opes post virtutem habebant, divitias virtute posteriores judicabant. *Majores nostri opes in minimis ponebant.* Majores nostri rem familiarem, quæque nos bona appellamus, parvi pendebant, minimi, nihili reputabant, ducebant, æstimabant, faciebant, flocci faciebant, flocci non faciebant. Postremæ omnium rerum divitiæ nostris erant Majoribus. Opes apud majores nostros minimi, minimi ponderis, nullô locô, parvi momenti erant, postremum locum obtinebant. *Æquè omnia contemno.* Æquè omnia fastidio, respuo. Trahantur per me pedibus omnia, non laboro, nihil me tangit, nihil me afficit, nullâ re moveor, de quavis re susque deque fero; Nulla res apud me pondus habet, ullius momenti est, in pretio est, ne minimi quidem apud me res ulla est. *Facilè patior te ita de me sentire*, opinari. Tuum hunc esse de me sensum, nihili facio, minimùm curo. Contemno tuam de me opinionem, sententiam, judicium. Tuam de me sententiam inanem prorsus levemque duco. Parvi est apud me tua de me sententia.

Contemplatio, onis, Besichtigung. *Syn.* consideratio, mentis agitatio. *Ept.* Diligens, magna ac diligens, manca naturæ atque inchoata. *Us.* Res magnâ contemplatione digna. Contemplatio naturæ est animi pabulum. *Vid. Meditatio.*

Contemplator, oris, Beschauer. *Usus.* Homo Deorum & cœli contemplator.

Contemplor, aris, besichtigen. *Syn.* Meditor, considero, perspicio, intueor, animo intueor. *Adv.* Acerrimè, otiosè, studiosè. *Usus.* Rem quamvis otiosè & consideratè, summô otiô contemplabatur. Intentis oculis acerrimè

rimè aliquid contemplari. Cæli pulchritudinem oculis contemplari. *V. Considero. Meditor.*

Contemptio, onis, Verachtung. *Syn.* respectio, despicientia, contemptus. *Epi.* firma, stabilis doloris, magna. *Usus.* Fortitudo est malorum dolorumque contemptio. Mortis, pecuniæ, rerum humanarum contemptio.

Contemptus, ûs, * *Idem.* *Usus.* Contemptu laborabat etiam apud socios. *V. Contemno.*

Contendo, is, spannen. *Syn.* Nitor, curo, conor, laboro, enitor.)(*remitto.* *Adv.* Civiliter, contrà, copiosissimè, cupidissimè, diligentissimè, honestè, infestissimè, inimicissimè, magnopere, mirificè ab aliquo, planè, prorsus, summè, valde, vehementer ab aliquo, de salute, verecundiùs. *Usus.* Contende ita, ut nihil à te prætermissum esse videatur. Contende, ac elabora, animo connitere. Juvenes magna spectare debent, & ad ea, rectis ad gloriam studiis contendere. 2. *Pugno, luctor, certo, confligo, digladior, in contentionem venio, contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo.* Cum aliquo, contra aliquem armis, vi, impetu, jure, acerrimè, inimicissimè contendere. Sacramento contendas mea non esse. Patere rationem meam cum tua contendere. 3. *Transl. Intendo, adduco.* Nervos omnes contendam, ut. Nihil usquam remittam, quin ætatis industriæque meæ nervos omnes in hoc contendam, ut &c. 4. *Comparo, refero, confero.* Contende inter te leges, & confer. Accusationem nostram cum tua contendito. 5. *Eo, vado, celeriter*, Româ Brundusium contendere. 6. *Posco, flagito, peto, efflagito.* Summè, omni studio, & paulò impudentius, ita contendo, ut nihil magis, ut mecum in gratiam redeas. Nihil ab invito contendam. *Thras.* Cum vicinis contendere solet. Contra vicinos identidem velitatur, depugnat, vociferatur. Jurgia, disceptationes, altercationes suscipit. In altercando multus est. Controversias à manè in noctem sæpe ducit. Novas identidem turbas & rixas homo concitus & ad jurgandum litigiosus commovet, cum omnibus certationem suscipit, cum vicinis bellum gerit, digladiatur, jurgiis contendit, omnibus obstrepit certatim, obloqui non desistit. Certamina serit, verba omnia in altercationem vertit, vicinos in disceptationes perpetuas trahit, jurgantis ira sæpe ad manus pervenit; jurgia, discordias, iras cum vicinis exercet; manus simul intendit, simul probra ingerit. Sæpe brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in animorum contentionem exardescit, res sæpe parva studiis in magnum certamen excedit. *V. Conor. Laboro.*

Contentè, streng. *Syn.* vehementer, magnâ contentione, acriter. *Us.* Contentius ambulare. Alias contentiùs, alias submissius dicere, clamare.

Contentio, onis, Mühe und Arbeit/ Zanck. *Syn.* Certatio, controversia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna, vis animi, vis, labor corporis, contentio animi.)(*relaxatio.* *Epi.* Accurata, acerrima, anceps, clarissima, commodior alicui, dispar, dissimilis, effusa, forensis, gravis, gravis meritorum in rempubl. incredibilis, injusta, legitima; magna laterum, animi; parva vocis, major vocis, media, mediocris, minima verborum, mira, nimia vocis, par, parva, prima adversariorum, sapiens. Similis animi, summa corporis, tanta, turpis, vehementissima, vera. *Contentiones* agrariæ. Crebræ, gravissimæ, honestissimæ, inanes, inimicissimæ, magnæ, multæ & magnæ, periculosæ. *Usus.* Accuratam & inimicitiis incensam contentionem suscipere. Omnem vitæ cursum in labore ac contentione conficere, major vocis contentio. Magna nobis de vita ac salute contentio impendet, in arduam contentionem vocamur. Excitatur ingens contentio, multæ & magnæ contentiones mihi tecum, *vel* inter nos erunt; contentionem tecum habebo, faciam. Illud verò in contentione ponitur, in contentionem incidit, venit, an. A contentione quotidiana animum laxare. In id negotium magna animi contentio adhibenda erit. 2. *Comparatio, collatio.* Hominum, fortunarum, bonorum contentio-

 nem

nem facere. *V. Certamen. Certo. Pugna.*

Contentus, a, um, vergnügt. *Syn.* 1. Quem non pœnitet, qui satis esse putat, qui facilè patitur.)(*Cupidus. Adv.* Facilè ad liberaliter vivendum. *Usus.* Cultu parvo contenta est natura. Parvo, minimo contentus. Dives est, qui contentus est. *Phras.* Contentus sum meâ sorte. Sufficit, satis est, abundè quod habeo. Acquiesco in rebus meis. Majora non appeto, plus à fortuna non postulo. Continet se intra hos fines, non excurrit, non prolabitur animus meus. Non se longiùs effert, non se altiùs tollit animus meus. Tenuis me victus cultúsque delectat, non me pœnitet conditionis meæ, summâ voluntate animíque æquitate fero hanc fortunam. Mihi unicè satisfacio, his me abundè expleo. 2. *Contentus, intentus, adductus.*)(*Remissus.* Contentô studiô, labore, operâ, cursu contentô telorum; tormenta contenta & vehementiùs adducta. Vox contenta.)(*Remissa.* Fides contentæ.

Contero, is, zerreiben. *Syn.* Tero, consumo. *Adv.* Frustrà tempus, meliùs diem. *Usus.* In studiis litterarum, in litibus, in rebus quærendis totam ætatem, otium, tempus omne conterere. Injurias tuas omnes voluntariâ oblivione contrivi. 2. *Vinco.* Cæsar cæteras nationes contrivit, domuit, pervicit *V. Consumo.*

Conterreo, es, erschrecken. *Syn.* Terreo. *Usus.* Vultu ipso aspectúque me conterruit. *V. Terreo.*

Contestatio, onis, Zeugnüß. *Syn.* Obtestatio. *Usus.* Maximâ contestatione à me petivit, ut &c.

Contestor, aris, zum Zeugen nehmen. *Syn.* Obtestor, judicium committo, constituóque. *Usus.* Cum eo litem contestatam habeo. Procuratores litem non contestabuntur. Perennis & contestata virtus. Deos hominésque contestari. *V. Testor.*

Contexo, is, zusammensetzen. *Syn.* Conjungo, compono, texo. *Adv.* Conjunctè cum reliquis, facilè, festivè crimen, longius carmen. *Usus.* Carmen contexere. Extrema cum primis contexere. Crimen contexere.

Contextè, ohn Absönderung. *Syn.* Conjunctè. *Usus.* Omnia naturali colligatione conserte, contextéque fiunt.

Contextus, ûs, Zusammenhefftung. *Syn.* Complexio. *Epi.* Mirabilis, totus. *Usus.* In toto contextu orationis hæc sunt servanda. Pennarum contextu corporis tegumenta faciunt. Mirabilis contextus rerum, respondent extrema primis.

Conticeo, es, schweigen. *Syn.* Taceo, reticeo.)(*Loquor, dico. Usus.* Conscientia victus conticuit. 2. *Transl. Deficio.* Studium nostrum subitò conticuit & obmutuit. Senatus obmutuit, judicia obticuêre.

Conticesco, is. *Idem. Adv.* Illicò, parumper, repentè, subitò obmutesco. *Usus.* In bello artes nostræ conticescunt. Quando lamentatio urbis & gemitus conticescent? *V. Taceo. Silentium.*

Continens, tis, anstossend. *Syn.* Junctus, adjunctus, affixus, conjunctus, proximus. *Usus.* Terræ continentes. Mari aër, Cappadocia Ciliciæ continens est. Natura rerum unô consensu continens est & juncta. 3. *Terra mari vicina.* Mare dissimile est proximo ei continenti. 3. *Temperans.* Vir continens & temperans.

Continenter, stets. *Syn.* Semper.)(*Interruptè. Usus.* Continenter labuntur & fluunt omnia. 2. *Temperanter.* Parcè, sobriè, continenter vivere. 3. *Continuatè, conjunctè, perpetuò.* Uno spiritu continenter multa dicere. *V. Semper. Assiduè.*

Continentia, æ, Enthaltung / Eingezogenheit. *Syn.* Temperantia, virtus voluptati resistens. *D. Abstinentia,* quæ avaritiæ resistit.)(*Cupiditas, voluptas. Usus.* Valetudo sustentatur continentiâ, in victu omni & cultu. Nihil eum ab summa integritate ac continentia deducere potuit. Nullâ re conciliatur faciliùs benevolentia populi, quàm continentiâ & abstinentiâ. *V. Verecundia. Pudicus.*

Contineo, es, innhalten. *Syn.* Comprehendo, complector, includo, concludo.)(*Diffluo. Adv.* Absconditè quæstionem recti, arctiùs, consultò se domi, diligentissimè linguam, modestè insolentiam, patientiùs & expeditius quæ-

quæstionem, simpliciter quæstionem, vehementiùs, vix, facilè sese regionibus officii. *Contineri*, aptè, diu, in cupiditate. *Usus*. Multa animô ac memoriâ continere. Quæ vitam omnem continent. Continere aliquid animô inclusum. Hæc disputatio ubertimos virtutis & doctrinæ fontes continet. Hac una virtute cæteræ omnes, hoc facinore omnia flagitia continentur. Tuâ salute nostra salus continetur. Vita corpore continetur & spiritu; omnis honestas quatuor virtutibus continetur. 2. *Coërceo, fræno, cohibeo*. Esse abstinentem, continere cupiditates. Te contine, ut alios contineas. Iracundiam, conceptum odium, vocem, gemitum continere. A pluribus exemplis, à respondendo, ab assentando se continere. 3. *Conservo*. Fides Remp. maximè continet. Continere aliquem in officio. *Phras*. Equus Trojanus multos mortales capere non poterat. Equus Trojanus paucorum erat capax; admittere, amplexari, continere, cohibere, tegere non multos poterat. Pauci in equo Trojano delitescere poterant. *Si tibi parces in studiis, firmior ac validior fies*. Si modum studiis impones, facies, statues, valetudine melior fies. Si tibi moderaberis in studiis, valetudinem confirmabis. Si studia moderabere, convalesces quotidie magis. Mediocritatem in studiis si colueris, firmitatis, virium, roboris, bonæ valetudinis in dies plus assequeris. Mediocritatem in studiis si consulas, ei studeas, morem geras, ad perfectam valetudinem singulis diebus propiùs accedes. Si, quam debes, eam mediocritatis in studiis tuis rationem habeas, roboris in dies singulos ad valetudinem tuam accessio fiet.

Contingit, es geschicht. *Syn*. Evenit, accidit, succedit, prorogatur. *Usus*. Si mihi vita contigerit. Id facilitate potiùs, quàm culpâ meâ accidit. *V. Accidit. Fortuna*.

Contingo, is, berühren. *Syn*. Tango, attingo. *Usus*. Luna terram propè contingit. Atomus alia aliam contingit. Hujus autoritatem loci contingere ausus non essem. Aliquem propinquitate, sanguine contingere.

Continuatio, onis, Beharrung. *Syn*. Perpetuitas. *Epi*. Admirabilis, fatalis quasi & immutabilis, non minùs longa verborum, mirabilis, soluta, apta atque jucunda verborum, tota verborum. *Usus*. Mirabilis quædam continuatio, seriesque rerum, ut alia ex aliis nexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. 2. *Sympathia*. Immutabilis continuatio ordinis sempiterni. 3. *Periodus*. Continuatio est densa & continens frequentatio verborum.

Continuò, alsobald / von Stund an. *Syn*. Statim, illicò. *Usus*. Non continuò, si quis peccavit, puniendus est. Continuò omnes consurrexêre. Continuò te meæ voluptatis participem faciam. *V. Statim*.

Continuo, as, beharren. *Syn*. Perpetuo. *Usus*. Libertas hucusque continuata permansit. Natura cohærens & continuata cum omnibus partibus. Ager latissimè continuatur. Atomi inter se nexæ continuantur.

Continuus, a, um, stets. *Syn*. Continens, perpetuus, perennis.)(*Interruptus*. *Usus*. Tot dies continuos quid egisti? Aliquot annos continuos magistratu carensus. Continuis itineribus Romam veni.

Contor, aris, erforschen. *Syn*. Percunctor. *Usus*. Cùm ex me contaretur.

Contorqueo, es, krümmen. *Syn*. Convolvo, torqueo, jaculor, deflecto. *Usus*. Ut verba, ut argumenta validè contorquet! Aliquem aliàs ad lætitiam, aliàs ad tristitiam contorquere. Amnes in alium cursum contorquere. Contorta oratio; contorta & aculeata sophismata.

Contortè, verworrener massen. *Syn*. Obliquè. *Usus*. Perturbatè & contortè dicere, concludere aliquid.

Contorsio, onis, Verwirrung. *Syn*. Flexio. *Usus*. Majus est has orationis contorsiones, quàm siderum flexus perdiscere.

Contortus, a, um, gekrümmet / gebogen. *Usus*. Stoici contortulis quibusdam & minutis conclusiunculis utuntur.

Contrà, wider / entgegen. *Syn*. Adversum, adversùs, in, *hostili modo*.)(*Pro*.

)(*Pro*, *secundùm*. *Usus*. Facere contra aliquem, contra populi studium stare. 2. *E contrario*, *ex contrario*, *potiùs*, *imò*. Quæ bona sunt, mala putant, contrà, quæ mala, bona. Non tua culpa est, contrà summa laus. 3. *Aliter*, *secùs*. Contrà faciam, atque in reliquis causis. Contrà, ac liceret, factum est. Contrà faciunt, quàm polliceantur. 4. *Ex alia parte*, *ex opposito*. Insulæ latus unum contra Galliam est. Agrum habet contrà eum ipsum locum, qui &c. *Phras*. Contrà censuit Senatus. In alia omnia ivit, frequens ivit in alia omnia, contrà putârunt, tibi à transverso senserunt, in aliam partem rem traxêre, adversi ivêre. Contra te loqueris; contrariè simul procedentia, inter se pugnantia dicis. In tota oratione tecum pugnas. Non modò non cohærentia dicis, sed maximè disjuncta, contraria, dissentanea.

Contractio, onis, Verkürtzung/Zusammenziehung. *Syn*. Brevitas, fuga. *Epi*. facilis. *Usus*. Meam parsimoniam contractio naturæ significat. Idem vitium est effusio animi in lætitia, ac contractio in dolore. Frontis, brachii, digitorum, supercilii contractio.)(*Remissio*, *porrectio*. Contractio & brevitas gravitatem non habet.

Contractiuncula, æ, ein kleines Trauren. *Usus*. Morsus quidam & contractiunculæ animi relinquuntur.

Contractus, a, um, eng/kurtz/zusammen gezogen. *Syn*. Brevis, adstrictus. *Usus*. Res nostræ contractæ & adductæ in angustum. Opus lucubratum contractioribus his noctibus. Studia in senectute contractiora esse debent. *Remissiora*. 2. *Admissus*, *patratus*. Molestè ferimus, quæ nostrâ culpâ contracta sunt. Consuetudines cum multis contractæ. *V. Brevis*.

Contradico, is, widersagen. *Usus*. Magnâ libertate palàm contradixit. *V. Contra*, *Adversor*.

Contraduco, is, entgegen führen. *Usus*. Exercitum contraduxit.

Contraho, is, sammlen/zusammen bringen. *Syn*. 1. Congrego, colligo, cogo. *Adv*. Vocem inusitatiùs, malè. *Usus*. Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat. Copias, cohortes in unum locum contrahere. Vela, orationem contrahere. Appetitus sedare & contrahere. 2. Coarcto, coangusto, in arctum, in breve cogo, adstringo.)(*Explico*, *dilato*, *diffundo*. Contrahere animum in dolore. Varius canendi sonus, aliàs contrahit animos, aliàs remittit. Collum, frontem, digitos contrahere. 3. *Conflo*. Æs alienum, nomina contrahere. 4. *Concilio*, *comparo*, *acquiro*, *capto*. Molestias sibi, odium, invidiam, negotium, offensionem, multum damni contraxit. Suâ liberalitate multorum benevolentiam, amicitiam contraxit. Suâ temeritate bellum, certamen contraxit. 5. *Paciscor*. Cum aliquo rem aut rationem contrahere. Felix, qui nihil cum populo contrahit. Cum aliquo contrahere. *V. Brevis*. *Breviter*. *Angustus*.

Contrariè, dagegen. *Syn*. Repugnanter. *Usus*. Contrariè scriptum aut ambiguè.

Contrarius, a, um, widerwertig. *Syn*. Adversus, adversarius, pugnans, diversus. *Adv*. Maximè, valdè. *Usus*. Omnis voluptas honestati est contraria. Nihil tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. Monstrum ex contrariis diversis, ac inter se pugnantibus naturæ studiis conflatum. In contrariam partem dicere, disserere, contendere. *V. Contrà*. *Adversor*.

Contrascriptum, i, eine Antwort-Schrifft. *Usus*. Antonii edictum legi, & horum contrascriptum.

Contravenio, is, entgegen kommen/darwider thun. *Syn*. Adversor, contrapugno. *Usus*. Ita faveo tuæ sententiæ, ut ne in mentem quidem aliquid contravenerit. Aliquem contravenire.

Contrectatio, onis, Berührung. *Syn*. Tractatio, tractatus, attrectatus. *Usus*. Taurus equæ contrectatione gestit.

Contrecto, as, betasten/berühren. *Syn*. Tracto, attrecto. *Usus*. Librum contrectare. 2. *Transl*. Mente varias voluptates contrectare.

Contremo, is, erzitteren. *Syn*. Tremo. *Usus*. Cœlum tonitru contremit. *V. Tremo*.

Contribuo, ere, mittheilen. *Syn*. Confero, tribuo. *Usus*. Ad eam rem pecuniam dare, contribuere, solvere.

Contristor, aris, betrüben. *Syn*. Mœrore afficio. *V. Tristitia*.

Contritus, a, um, zerstossen. *Syn*. 1. Pervulgatus, vulgaris, communis, pervaga-

vagatus. *Usus.* Communia & contrita præcepta. 2. *Consumptus.* Tota æstas in studiis contrita. *V. Communis. Notus.*

Controversia, æ, Span / Zanck. *Syn.* Disceptatio, contentio, discrimen, pugna. *Epi.* Brevis, civilis, conjecturalis, hæreditaria, judicialis, magna, parva, plena dissensionis, privata ac singularis, recens, similis, summa, tota. *Controversiæ* civiles remotissimæque, forenses, graves, legitimæ & civiles, plurimæ. *Usus.* Res aut verba in controversiam *veniunt*, vocantur, adducuntur, deducuntur. Ex levi gravis controversia *extitit*, orta est; in controversia & contentione esse, versari. Cum aliquo controversiam habere. Controversiam intendere, constituere. Alet ea res nostras controversias. 2. *Controversiam dijudicare*, transigere, componere, sedare, dirimere, tollere. 3. *Sine* controversia optimè scripsit. Fundus sine controversia meus est. *V. Lis. Contendo.*

Controversor, aris, spännig und stössig seyn. *Syn.* Contendo, litigo. *Usus.* Intra vos de hac re, ut libet, controversamini. *V. Lis. Contendo.*

Controversus, a, um, streitig. *Syn.* Litigiosus, dubius. *Usus.* Homo naturâ controversus. Jus, res, causa controversa, plena dissensionis. *V. Dubius. Anceps.*

Contrucido, as, greulich tödten. *Usus.* Rempublicam impiis armis contrucidârunt. *V. Interficio.*

Contrudo, is, zusammen stossen. *Syn.* Constipo, coarcto, extrudo. *Usus.* In carcerem contrusus est. Multos homines in navim contrudi imperat.

Contubernalis, is, Stuben-Gesell. *Syn.* Domesticus, familiaris, domesticus convictor. *Usus.* In militia, in consulatu contubernalis. Vicinus est meus, imò propè contubernalis. *V. Socius. Familiaris.*

Contubernium, ii, Gesellschafft. *Syn.* Convictus, sodalitas. *Usus.* Consuetudo contubernii nos adeò conjunxit. *V. Convictus.*

Contueor, eris, steiff anschauen. *Syn.* Aspicio. *Usus.* Aspicite, contuemini os hominis. *V. Intueor.*

Contuitus, ûs, Anschauung. *Usus.* Vester iste in me animorum oculorúmque contuitus.

Contumacia, æ, Halßstarrigkeit. *Syn.* Superbia. *Epi.* Libera, magna, par, singularis. *Usus.* Illa tua singularis insolentia, superbia, contumaciâ. Adhibuit liberam contumaciam à magnitudine animi ductam, non superbiâ. Non fero hominis contumaciam. Furit responsi contumacia. Fastidiô & contumaciâ efferri. *V. Pervicacia. Obstinatus.*

Contumaciter, halßstärrig. *Syn.* Superbè, præfractè. *Usus.* Graviter, arroganter, contumaciter solet scribere.

Contumax, cis, halßstärrig. *R. à tumendo. Syn.* Superbus. *Usus.* In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus, in inferiores crudelis. *V. Pervicax. Obstinatus.*

Contumelia, æ, Schmach-Rede. *Syn.* Convicium, ignominia, injuria. *Epi.* Extrema ac miserrima, insignis & nova, maxima, quàm minima, tanta. *Contumeliæ* gravissimæ, insatiabiles, maximæ, multæ, nefariæ, pertinaces, plurimæ, summæ. *Us.* In Epistola tua multi aculei contumeliarum insunt. Denique ad contumelias descendit. In aliquem contumeliam jacere. Contumeliam dicere, facere, imponere alicui. Dictum aliquod in contumeliam vertere. Contumeliis aliquem vexare, onerare, operire, lacerare; contorquere contumeliam. 2. Accipere, pati contumeliam. *Phras.* Contumeliis illum oneravit. Maledicè & contumeliosè de illo dixit, multâ orationis acerbitate & iracundiâ usus; asperrimis eum verbis accepit. Multô clamore & convitiô illum jactavit, conscidit; omnibus probris onerat, infandas contumelias edit. Probrosis sermonibus absentem lacerat. *V. Maledictum. Convicium. Injuria.*

Contumeliosè, schmählich. *Syn.* injuriosè. *Usus.* De absentibus maledicè, contumeliosè detrahendi causâ dicere.

Contumeliosus, a, um, der ein böß Maul hat. *Syn.* Injuriosus. *Usus.* Litteræ, oratio, voces in aliquem contumeliosè emissæ. In edictis, in congressu contumeliosus. *V. Injuria.*

Contundo, is, zerstossen. *Syn.* Obtero, frango. *Usus.* Uxorem lapidibus & fustibus debilitavit; manus ictibus contudit. 2. *Transl.* Audaciam exultantis prædonis; sævitiam, impetum, facta alicujus frangere & contundere. Calumniam

lumniam obtrivit & contudit. Animum contudi & vici. *V. Coërceo.*

Conturbatio, onis, Betrübung. *Usus.* Conturbatio est metus excutiens cogitata.

Conturbo, as, verwirren. *Syn.* Perturbo, confundo.)(*Dissolvo.* *Adv.* Magnoperè, mirificè, valdè. *Usus.* Multa conturbant animos specie utilitatis. Id me maximè conturbat, quòd. Frequentia hominum conturbat & infirmat imaginum notas. 2. *Decoquo, non solvo, dissipo pecuniam Domini, rationes debiti commisceo.* Num igitur conturbare oportebat? Putat sibi licere conturbare. Servus, postquam conturbâsset, profugit.

Contus, i, * eine Stange / mit welcher die Schiffleuthe das Wasser ergründen. *Syn.* Sudes, seu hasta longior sine ferro.

Convalesco, is, wieder gesund werden. *Syn.* Sano, consanesco, valentior fio, ex morbo evado, è gravi morbo recreor. *Adv.* Commodissimè, illicò, impunè ad perniciem, tardiùs. *Usus.* Non omnes, qui curantur, convalescunt. Si fatum est convalescere è morbo, sine medico convalesces. 2. *Transl. Cresco, augeor.* Ut convalescere aliquando civitas, & sanari posset. *V. Confirmo. Valetudo. Morbus.*

Convallis, is, ein rund Thal mit Gebürg umbgeben. *Syn.* Planities ex omni parte montibus septa. *Usus.* Roma in montibus & convallibus posita.

Convaso, are, * einpacken. *Syn.* Vasa colligo.

Conveho, is, zusammen führen. *Syn.* Comporto. *Us.* Materiam, lapides convexit.

Convello, ere, außziehen / zerstöhren. *Syn.* Revello. *Usus.* Simulacrum, gradus convellere. 2. *Transl.* Videbantur convulsuri statum reis. Vires, potentiam, acta, gratiam alicujus convellere. Aliquem è suis hortis de pristino statu convellere. Opinionem inolitam, mentibus dudum insitam convellere.

Convenæ, arum, zusammen gelauffene Leuthe. *Syn.* Qui è diversis locis in una mænia conveniunt. *Usus.* Romulus pastores & convenas consiliô congregavit & sapientiâ.

Conveniens, tis, das zur Sach dienet. *Syn.* Consonus, decorus, par, dignus, consentaneus, decens, concors, congruens, aptus.)(*Alienus.* *Usus.* Benè convenientes, propinqui. Nihil naturæ tam aptum, tam conveniens ad res adversas & prosperas, quàm amicitia. Quid Philosopho minùs conveniens, quàm Deos tollere? *V. Decet. Oportet.*

Convenienter, geschicklich / gleichförmiglich. *Syn.* Congruenter, secundùm, pro. *Us.* Convenienter naturæ vivere.

Convenientia, æ, Gleichförmigkeit. *Syn.* Conjunctio, cognatio, quasi concentus. *Epi.* Tanta. *Usus.* In amicitia est convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia. Pulchritudo, venustas, convenientia partium. *V. Amicitia.*

Convenio, ire, zusammen kommen. *Syn.* Coëo, concurro, congrego, simul venio.)(*Dispergor.* *Adv.* Aptè, clàm, inter se, maximè officiô, mirificè, optimè cum aliquo, paulisper, præclarè. *Usus.* Copiæ omnes in unum locum convenêre. Romam tota Italia convenit. Multæ causæ in unum locum convenisse, & inter se congruere videntur. 2. *Congruo, non abhorreo, aptus, vel conveniens sum.* Puto rem conventuram. Aliquid vel nihil inter illos convenire. Hi mores nostræ ætati non conveniunt. *Vulg. Hoc in eum competit, quadrat.* Vide, quid conveniat, quid deceat? Sunt in te aliqua, quæ in nullum alium convenire possunt. Mihi tecum convenit. Inter omnes convenit, ita esse. 3. *Adeo, ad aliquem eo, seu venio.* Neminem adhuc conveni. Convenio quotidiè plurimos. *Item*: uxores, quæ in manum viri convenerunt, matres familias sunt. *Phras.* Multi ad eum convenêre, sibi eo convento opus ducebant. Cuncta nobilitas accurrit, unum in locum congregata est. Coïtio hominum facta est, in ejus congressum & colloquium venêre plurimi, convolârunt, concurrerunt, affluxêre, concursus ad illum factus est. Multi se ad eum salutandum conglobârant. Ex tota urbe proripientium se, ex privato in forum concursus fuit. *V. Consentio. Societas.*

Con-

Convenit, es geziemet sich. *Syn.* Decet, conducit. *Usus.* Non convenit ad referendam gratiam esse tardiores. Fidei conducit in loco debitum retribuere. 2. *Decet*, *par est.* Vos his malis mederi convenit. 3. *Constat*, *decretum est.* Nominis quæstio est, cùm de facto convenit. Convenit id mihi cum adversariis, sed. *V. Decet. Oportet.*

Conventiculum, i, Zusammenkunfft. *Usus.* Conventicula hominum & quasi concilia quædam. Coitiones & conventicula.

Conventum, i, Vertrag. *Syn.* Pactum. *Usus.* Stare conventis, reddere depositum. Dictorum conventorúmque constantia; promissum & conventum. *V. Pactum.*

Conventus, ûs. *Idem.* *Syn.* Conventum, pactum. *Usus.* Pacta aliqua sine legibus servantur ex conventu.

Conventus, ûs, Zusammenkunfft. *Syn.* Turba, concio, cætus, multitudo hominum in unum locum congregata. *Epi.* Celeberrimus virorum, mulierúmque, dignissimus republicâ, elegans, honestus, honestissimus maximúsque, magnus, meretricius, nocturnus, tantus. *Usus.* Conventus celebrare, facere, agere, peragere, habere, conventum dimittere. In quibus oppidis Prætores conventum agere solent. Conventus ille Capuæ me Patronum adoptavit.

Conversio, onis, Verkehrung. *Syn.* Circumvectio. *Epi.* Annua, certa, definitáque, conveniens constánsque, incitatissima, longa, maxima, quotidiana, rotunda. *Conversiones* absolutæ, cælestes, continuæ, naturales rerump. *Usus.* Cæli conversio incitatior, anni conversiones & commutationes, perpetui cursus conversionésque cælestes. 2. *Mutatio*, *vicissitudo.* Naturales sunt conversiones rerump. Conversio status & inclinatio communium temporum.

Conversio à peccatis. *Phras.* E peccatorum, scelerum gurgite extrahere quempiam; corrigere, emendare, errantem in viam reducere; ab errore, à vitiis, à gravitate vitæ, à sceleribus avertere. Conversio ad frugem, bona; correctio, emendatio vitæ; resipiscentia, vitæ correctioris studium. Redire in viam, abstinere à sceleribus, resipiscere. Ab improba peccandi consuetudine se revocare. A corruptis moribus ad emendatiorem vitam traductus, ad bonam frugem reductus, adductus.

Conversio idololatræ. *Phras.* Qui rejectis tenebris vanarum superstitionum, luce divinitùs immissâ ad christianam religionem se applicant; simulacrorum cultu abjecto, unius Christi cultui se consecrant. Christianis se sacris addicunt, ad sanctum Christi cultum animum adjiciunt.

Conversio hæretici. *Phras.* E summa caligine ac tenebris in lucem Catholicæ veritatis erecti, restituti; redditi Catholicæ religioni, ad Ecclesiam Catholicam reducti; qui positâ contumaciâ suavissimô Ecclesiæ jugô cervices suas subjecerunt; ad sinum Catholicæ Ecclesiæ, ad Ecclesiæ autoritatem redierunt; religionem Catholicam respexerunt; Ecclesiæ reconciliati sunt; de pravis opinionibus deducti; qui hæresim abjecerunt, ejurârunt, orthodoxam doctrinam hauserunt; Ecclesiæ se reddiderunt; perversarum opinionum venenum, virus ejecerunt; abjuratâ hæresi se cum ecclesia Catholica conjunxerunt, se à pravis opinionibus de religione ejecerunt; seditiosis è sectis se extulerunt; ad cætum rectè sentientium redierunt; ad imperium Romanæ Ecclesiæ se revocârunt; falsarum commenta opinionum repudiârunt; Romanæ Ecclesiæ manus dederunt; pravas opiniones excusserunt; pestem, quam in animo habebant, ejecerunt.

Converso, as, hin und wieder kehren. *Syn.* Sæpè converto. *Usus.* Animus se ipse conversans.

Converto, is, kehren. *Syn.* Commuto, traduco, refero. *Adv.* Aliquando se ad sanitatem, malè, repentè se, rectè, retrò, festinè. *Usus.* Arma sua in perniciem reipublicæ, calamitatem aliquam ad salutem convertere; animos ad crudelitatem, vim, religiones, risum & facetias convertere. Alienam rem in suam, omnia ad suum commodum convertit. Animos imperitorum à pravitate ad Deorum cultum convertit. In eundem se habitum colorémque convertit. Aliquò se animo & cogitatione convertere; se

se totum ad pacem, ad literas. 2. *Volvo, circumago*. Terra circa axem se convertit ac torquet. 3. *Interpretor*. Græca in Latinum convertere. Non ut verbum verbo redderem, sed vim verborum servavi, nec ea annumeranda lectori putavi, sed velut appendenda.

Convestio, ire, **bekleiden**. *Syn*. Vestio, tego, orno. *Usus*. Hedera omnia convestivit.

Convexus, a, um, **allenthalben gewölbet**. *Usus*. Stella convexa videtur.

Convictio, onis, **Gemeinschafft**. *Syn*. Convictus. *Usus*. Jucundissima convictio.

Convictor, oris, **Tischgänger**. *Syn*. *Vulg*. Commensalis. *Epi*. Familiaris, quotidianus. *Usus*. Domestici convictores & quotidiani.

Convictus, ûs, **ordentliche Nahrung**. *Syn*. Convictio. *Epi*. Humanus. *Usus*. Quin redis ad convictum nostrum. Is tollit convictum humanum & societatem, qui &c.

Convinco, is, **überwinden**. *Syn*. Arguo, coarguo, redarguo, cogo, evinco. *Us*. Aliquem certi flagitii testibus, testimoniis manifestis, indiciis convincere. Aliquem devotionis esse convictum. Convictus, fractus, reprehensusq; discessit. Etsi causa tua non manifestissimis indiciis teneretur, mores te tui & vita convincerent. Convincam facilè, elinguem reddam; tuâ te confessione induisti & jugulâsti. *V. Arguo*.

Convitiator, oris, **Schmäher**. *Syn*. Maledicus. *Usus*. Huic convitiatori ego, de mea vita respondeam?

Convitium, ii, **Schmähung**. *Syn*. Maledictum, probrum, contumelia, crimen, opprobrium, maledictio, maledictum jurgii petulantis. *Epi*. Ferreum, grando, grave, justissimum, honestissimúmque, magnum turpéque, maximum, quotidianum, tacitum. *Usus*. Pompejus maximô convitiô jactatus est. Urgeor omnium vestrûm conviciô. Respondebo furiosi hominis convitiô. Cujus exercitationes cùm incredibili petulantia, tum impunitate diuturnâ munivit, ei grande convitium fecerunt. Consectari aliquem convitiis, convitiô aliquid flagitare. Sustinere quotidianum alicujus convitium. *V. Contumelia. Dedecus. Ignominia*.

Conviva, æ, **Gast**. *Syn*. Socius ad epulas, convictor. *Epi*. Consiliarii, consilii alicujus, hilari & benè accepti, singuli. *Usus*. Collectam exigere à conviva. Convivas benè, hilariter accipere.

Convivalis, e, * **das zum Gastmahl dienet**. *Usus*. Convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Convivator, oris, * **der Gast-Geber**. *Syn*. Qui convivium facit & parat.

Convivium, ii, **Gastmahl**. *Syn*. Epulæ, accubatio epularis amicorum. *Epi*. Delicatum, flagitiosissimum, gladiatorium, gratum, jucundum & gratum, maximum, mirificum, moderatum & honestum, præclarum, publicum, pudicum & sobrium, tempestivum, turpe, *Convivia* honesta, impura, intempestiva, moderata, modica, muliebria, nocturna. *Usus*. Convivium apparare, ornare, instruere, parare. Convivium concelebrare, inire, agere. Conviviô aliquid accipere. *Phras*. Convivium opiparè adornatum, omnibus rebus instructum & paratum, ornatum magnificè & splendidè, adhibentur in convivium, permulti accubant, conditores structoresque convivii rem diligenter curant; comiter & jucundè, hilarem in modum epulantur; celebratur omnium sermone lætitiâque convivium.

Convivor, aris, **Gastung halten**. *Syn*. Convivium ago, epulas do. *Usus*. Quotidie in publico, & de publico convivatur.

Convocatio, onis, **zusammen-Berufsung**. *Syn*. Conventus, congregatio. *Usus*. Nulla ad defendendam remp. populi convocatio.

Convoco, as, **beruffen**. *Adv*. Aliquando, omninò, seriùs, fusè. *Usus*. Convocare & congregare dissipatos, eos undique corrogare; Gallos accersit, servitia concitat, hostem evocat. Concientur miraculô novæ rei homines. Cætum indicere, in domos Consulum Senatum convocare. *V. Colligo*.

Convolo, as, **miteinander oder zusammen fliegen**. *Syn*. Concurro. *Adv*. Statim. *Usus*. Convolat tota Italia. Opus est vexillo, convolabunt. *V. Accurro*.

Convolvo, is, **zusammen winden**. *Syn*. Involvo. *Usus*. Sol se convolvens elabitur, ut abeat.

Conus,

Conus, i, der oberste Spitz auff einem Helm. *Syn.* Turbinis inversi figura, vel metæ, vel pyramidis. *Usus.* Conum, ais, & cylindrum, & pyramidem pulchriorem quàm sphæram videri.

Conisco, as, mit den Köpffen stossen wie die jungen Schaaffe. *Syn.* Arieto, frontem fronte percutio. *Usus.* Caput opponis cum eo coniscans.

Cooperio, is, * bedecken. *Syn.* Tego. *Usus.* Coopertum telis corpus. Sceleribus, miseriis coopertus homo. *V. Tego.*

Cooptatio, onis, Erwehlung. *Syn.* Constitutio. *Epi.* Censoria. *Usus.* Cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur.

Coopto, as, erwehlen / erkiesen. *Syn.* Eligo, adscribo, recipio. *Usus.* Aliquem in amplissimum collegium, in Senatum suâ nominatione cooptare.

Coorior, iri, sich erheben. *Syn.* Orior. *Usus.* Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ. *V. Orior.*

Copia, æ, Menge/Ueberfluß/Erlaubnüß. *R. ab ope.* *Syn.* Abundantia, ubertas, vis, facultas. *Epi.* Accurata orationis, admirabilis, assidua, affectatorum, bona, digna gloriâ imperii, exilis.)(*Uberrima*, festiva librorum, incredibilis, non inelegans orationis, magna, minima, mirifica, navalis, nimia, summa, tota, uberrima ad laudandum. *Copiæ.* Adventitiæ, affluentes, amplissimæ patrimonii, domesticæ, desperatæ, equestres ac pares, exiguæ amicorum, extenuatissimæ, firmæ, innumerabiles, magnæ, adventitiæ multarum rerum, bellicosæ, firmæ, maximæ, omnibus rebus ornatæ atque instructæ, nimiæ, novæ, pares, parvæ, pedestres, præclaræ, præsentes, veteranæ, veteres. *Usus.* Dicendi, verborum, ornamentorum copia, varietas, ubertas. Omnium rerum affluentibus copiis ditari. Alicui maximas copias suppeditare. Vir copiis rei familiaris locuples, & pecuniosus. Circumfluere, abundare, florere, affluere, præditum esse omnibus copiis, in summa rerum abundantia vivere. Moderator Remp. faciat opibus firmam, copiis locupletem, gloriâ amplam. Facere sui, sui consilii copiam. Majore curâ quàm copiâ & facultate rem gerere, voluptatum, frugum copia. 2. *Exercitus, manus.* Copias *parare.* Comparare, contrahere, cogere. *Habet* magnas copias, abundat copiis. 2. Copias *educere*, traducere in alia castra, producere in aciem, exponere, armare, instruere. 3. Vide, ne copiæ minuantur, profligentur. *Phras.* Maxima frumenti copia advecta est, magna vis, innumerabilis frumenti numerus, ingens frugum, pomorum modus advenit. Erit urbs ad societatem commeatuum copiâ instructa. *V. Multus. Exercitus.*

Copiosè, vielfältig. *Syn.* Uberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter. *Usus.* Pastum animalibus copiosè & abundanter natura comparavit. Subtiliter, copiosè de re aliqua dicere, differere, disputare.

Copiosus, a, um, überflüssiglich / reich. *Syn.* Abundans, uber, dives. *Adv.* Admodum, planè & locuples. *Us.* Homo imprimis inter suos copiosus. Omnibus rebus ornatus & copiosus. Lautum & copiosum patrimonium. Multæ copiosæ variæque rationes. Homo ad dicendum copiosus. *Phras.* Est orator admodum copiosus, præ cæteris verbosus, fusè, copiosè, Rhetoricè auget, & ornat omnia, fusè latèque dicit, disputat, sua pertractat uberrimè, verbis effervescentibus & paulò nimiùm redundantibus utitur. Tantum est in eo flumen verborum, plurimi sanguinis est ejus oratio. Sermonis plenus orator. Tantùm non juvenili redundantiâ luxuriat. *V. Dives.*

Copula, æ, * ein Band. *Syn.* Nexus seu vinculum. *Usus.* Quæritant me, copulas gestant secum.

Copulatio, onis, Vereinbarung. *Syn.* Conjunctio. *Usus.* Copulatio rerum, coagmentatióque naturæ, congressus copulativus consuetudinum. Complexiones, adhæsiones, copulationes Atomorum. *V. Conjungo.*

Copulo, as, vereinbahren. *Syn.* Jungo, adjungo, compono.)(*Disjungo, divello, distraho.* *Usus.* Disjuncta conjungere, futura cum præsentibus copulare. Animi cum corporibus copulati. Equester ordo cum Senatu copulatus. Istâ cogitatione differunt, re copulantur. Nihil amabilius, nihil copulatius morum similitudine bonorum. *V. Iungo. Adjungo.*

Co-

Coquo, ere, kochen. *Syn.* Mitigo. *Adv.* Benè. *Usus.* Is qui coxerat, condimenta addidit. 2. *Transl.* Vir bonus miserè coquitur à curis. Sermone utitur benè cocto & condito.

Cor, dis, Hertze. *R. à κῆρ.* *Syn.* Pars in animali princeps, vitæ fons. *Usus.* Nec cor habet, nec palatum quidem. Animus mihi ardet, cor cumulatur irâ. Res tua mihi valdè cordi est. Hocque mihi tantò magis cordi est. *Vulgus pro animo usurpat.* Ut: *Non habes cor; duro, bono corde esse.*

Coram, zugegen. *Syn.* Ad, apud, ante, in conspectu, ante oculos, ante pedes, in oculis.)(*Absens.* *Usus.* Coràm & absenti mihi promisère. Sed hæc pluribus & commodiùs coràm. *V. Conspectus. Præsens.*

Corbis, is, ein Korb. *Syn.* Canistrum, vas è vimine contextum. *Usus.* Messoriâ corbe se contexit.

Corbita, æ, ein Last-Schiff. *Syn.* Navigii genus.

Corculum, i, ein Hertzlein. *Syn.* Parvum cor. *Amatoriè.* *Usus.* Scipio corculum appellatus fuit.

Cordatè, * weißlich. *Syn.* Sapienter, prudenter.

Cordatus, a, um, weiß. *Syn.* Prudens, sapiens. *Cave cum vulgo pro* generoso, forti *accipias.* *Usus.* Scaurus homo egregiè cordatus. *V. Prudens.*

Cordolium, Hertz-Wehe. *Syn.* Cordis dolor. *Usus.* Rides ab cordolio. At mihi cordolium est.

Corigia, æ, ledernes Band. *Syn.* Lorum seu cingulus, à corio factum nomen. *Usus.* Pedis offensio, & corigiæ abruptio erit cavenda.

Corium, ii, Leder. *Usus.* Obvolutus, vestitus, tectus corio.

Corneolus, a, um, hart/ wie ein Horn. *Syn.* Corneus. *Usus.* Aures duros & quasi corneolos habent introitus.

Corneus, a, um, hornfarb. *Usus.* Corneum rostrum.

Cornix, cis, Kray. *Syn.* Avis garrula. *Epi.* Cursans, fusca. *Usus.* Cornicum oculos configere.

Cornu, u, ein Horn. *Epi.* Dexteriùs, firmiùs, finisteriùs. Hebetiora, acutiora. *Usus.* Lunæ nascentis cornua. Animantia cornibus armata.

Corolla, æ, * Kräntzlein. *Syn.* Corona.

Corollarium, ii, Zusatz. *Syn.* Appendix, accessio. *Usus.* Ad solitos fructus orationum aliquot nummorum corollarium adjicere. *V. Addo.*

Corona, æ, Krantz/ Kron. *Syn.* Insigne regni, insigne regium, diadema, sertum. *Epi.* Aurea, civica, illuminata, laurea, longa, maxima, multiplex, publica, subita. *Usus.* Corona aurea, fulgentibus gemmis illuminata. Habere, ferre coronam auream in capite. Coronam civicam alicui imponere. Ponere, deponere coronam. 2. *Circulus audientium, cætus.* Frequentissimâ coronâ cingi & sepiri. Causa erit ad maximam coronam dicenda. In corona hominum & consessu.

Coronarius, a, um, daraus man Kronen oder Kräntzlein machet. *Syn.* Quod ad coronas pertinet. *Usus:* Aurum coronarium dabatur consulibus ex Provinciâ decedentibus ad decorandum triumphum.

Corono, as, krönen. *Syn.* Coronam impono, coronâ dono. *Usus.* Epulas coronati ineunt.

Corporatus, a, um, das einer lieb hat. *Usus.* Mundus cernitur, & tangitur, & undique est corporatus.

Corporeus, a, um, leibhafftig. *Syn.* Corporatus, concretus. *Usus.* Corporeum & aspectabile omne necesse est esse, quod natum est.

Corporis Christi festum, Fest des Fronleichnams Christi. *Phras.* Dies, quô augustissimô ritu Eucharistiæ anniversarium sacrum colimus; qui corporis Christi Sanctissimi honoribus à majoribus dicatus est; quô omni apparatus genere planè triumphalem in modum augustissimum mysterium celebrat Ecclesia.

Corpulentus, a, um, * wol geleibet. *Syn.* Obesi corporis homo. *V. Pinguis. Abdomen.*

Corpus, oris, Leib. *R. q. corrupus à corrumpendo.* *Epi.* Ægrum, benè constitutum, caducum & infirmum, castum, clarum, debile & infirmum, externum, extremum, figuratum, firmum, fragile, grave, gravidum, illustre, immane, immortale, imperfectum, impudicissimum, impurum, infandum, incultum & horridum, ingens, insipiens, integrum, inviolatum, mater-

num,

num, modicum quoddam, mortale, muliebre, mutabile, obliquum, planum & æquabile, sanctissimum, sanum, semiserum, sempiternum, totum, vas aut receptaculum animi, vitiosum. *Corpora* aspera & levia & hamata, uncinatáque, solida ac individua, terrena concretáque, viva. *Usus.* Corpus quasi vas animi, & quoddam receptaculum. Corpus exercendum & ita afficiendum est, ut obedire rationi possit, in exequendis negotiis & in labore tolerando. Corporis infirmitas & imbecillitas. Corpora recalescunt, confirmantur, allevantur, revocantur agitatione & exercitatione, ac veluti conduplicantur. E morbo vires & corpus amisi. Dandum est tempus corpori, serviendum est corpori. Voluptates ad corpus pertinentes. Corpus vulgare, *meretricum est.* 2. *Transl. Corpus Reipublicæ.* Non modò partes, sed corpus Reipublicæ curâsti. 3. *Opus, volumen.* Ex his modicum corpus confici posset. Corpus defensionis.

Corpuscula, orum, **Leiblein.** *Epi.* Levia, aspera, rotunda, angulata, & curvata, & adunca. *Usus.* Democriti corpuscula quædam levia, alia aspera, rotunda alia, partim angulata, curvata quædam, & quasi adunca, ex his, &c.

Corrado, ere, * **zusammen kratzen.** *Usus.* Illi, credo, hæc pecunia corraditur.

Correctio, onis, **Verbesserung.** *Syn.* Temperatio, emendatio. *Usus.* Correctionem alicui adhibere. Hæc est veteris Philosophiæ correctio & emendadatio. *V. Emendatio.*

Corrector, oris, **Verbesserer.** *Syn.* Censor, emendator. *Usus.* Corrector & emendator civitatis.

Correpo, ere, **schleichen.** *Syn.* Irrepo.

Corrigo, ere, **verbesseren.** *Syn.* Emendo, compenso, correctionem adhibeo, aliquem ab errore averto.)(*Depravo. Adv.* Ambitiosè orationem. *Usus.* Aliquem, mores aliorum, orationem, menda corrigere. Errorem pœnitendo correxit. Corrigere se, & reprehendere. *Phras.* Spero fore, ut se corrigat, ut se flectat & majores suos respiciat, ut sanetur, ut ne exemplum in perniciem civitatis maneat, ut frugi evadat, ut virtute culpam corrigat, & novâ gloriâ flagitii memoriam aboleat. in rem emendabilem lapsus est. Spero fore, ut se restituat, se ad frugem corrigat, ad frugem animum applicet; ut in viam redeat, ab errore revocetur, objurgando melior fiat; ut correctionem admittat, subeat, suscipiat; ut correctorem patiatur. *Correxit orationem.* Ad ineptos locos notam apposuit, orationem limavit, multis lituris elimavit, perpolivit, menda scripturæ lituris sustulit; demendo, mutando, interpolando crebris locis sensum restituit.

Corripio, ere, **straffen.** *Syn.* Comprehendo. *Adv.* Acerrimè, occultè, severè. *Usus.* Hominem corripi & suspendi jussit. Dolore, amentiâ, irâ, morbô subitò corripi. 2. *Reprehendo, arguo, incuso, accuso.* Clamoribus maximis aliquem corripere. *V. Reprehendo. Objurgatio. Impetus.*

Corroboro, are, **stärcken.** *Syn.* Firmo, roboro, confirmo, sancio.)(*Infirmo, frango.* *Usus.* Spem alicujus lenitate, malâ, urbanâ; factionem indulgentiâ corroborare. Cùm se vox tua corroboraverit. Corroboratâ jam vetustate, audaciâ. Ætas corroborata, rerum cognitioni apta. *V. Firmus.*

Corrodo, ere, **zernagen.** *Syn.* Rodo. *Usus.* Mures scuta corroserant.

Corrogo, are, **zusammen lesen / und raspeln.** *Syn.* Rogo, peto, precibus quæro. *Usus.* Necessarios suos corrogat, ut sibi adsint. 2. *Congrego.* Vasa, vestimenta, militis corrogare. *V. Colligo.*

Corrugo, are, * **runtzlicht machen.** *Us.* Frontem corrugare.

Corrumpo, ere, **zerbrechen.** *Syn.* Depravo, vitio, in vitium impello, destruo. *Usus.* Aliquem pecuniâ, judicem largitione, pretiô tribus corrumpere. Vitiosa & corrupta consuetudo; corrupti ac depavati mores. Tabulæ publicæ lituris corruptæ. Oculi fletu, viæ lutô, vestes usu, ædes situ corrumpuntur. *Ne cum vulgo dixeris*, destruuntur. *Phras.* Cupiditates juventutem corrumpunt, deteriorem faciunt, à recto cursu & ratione detorquent, nervos omnes virtutis elidunt, corruptelarum illecebris irretiunt, contagionibus malorum juventus ever-

evertitur. Facilè juventus in errorem inducitur. Juventutem morbus ille voluptatis facilè petvadit, facilè in omnia vitia præcipitat; veluti contactu facilè recipiunt vitia virus, facilè transversùm aguntur. Facilè serpunt contagiones malorum, malis moribus depravatur juventus; uti in summa pravitate & opinionum perversitate versamur, ad mala consilia facilè deducimur; flexibilis ætas capta pravis cupiditatibus, ad inertiam & voluptates corporis pessumdatur; facilè ad nequitiam inducitur, in fraudem illicitur: sollicitando & pollicitando juvenum animi lactantur, labefactantur. *Corruptus est pecuniâ judex.* Actor magnâ vi pecuniæ à vera accusatione deductus est; infinitâ largitione adversùm me usi sunt adversarii. Ob rem judicandam pecuniam accepit. Pretio addictam fidem habet judex; judicem pretiô mercati sunt, delinivêre, corrupêre. Tantum donis muneribúsque perfecêre, ut ab instituto suo deduceretur magnitudine pecuniæ. Jus pecuniâ est adulteratum, spe & metu depravatum. Levis ac nummarius judex, nummarius pacis interpres, cujus fides pretio labefactata concidit. Omni largitione saturatus, mercenarius judex, largitione cæcatus; cujus mens oppressa præmiô, lingua adstricta mercede; qui venalem linguam, fidem habet; homo mercede conductus, omnia habens venalia, qui vero pretium ac gratiam anteferat. *V. Deterius. Destruo.*

Corruo, ere, zu hauffen fallen. *Syn.* Ruo, cado.)(*Sto.* *Usus.* Ædes excesæ corruêre. Uno meo fato tu & omnes mei corruistis. Corruêre urbis opes. Ille timore, ego risu penè corrui. *V. Cado.*

Corruptè, verderbter weise. *Syn.* Malè, pravè, nequiter. *Usus.* Depravatè & corruptè de re aliqua judicare.

Corruptela, æ, Verderbung. *Syn.* Largitio; quod ad corrumpendum valet. *Usus.* Mores hâc dulcedine, corruptelâque depravati. Corruptela malæ consuetudinis. Stupra, corruptelæ, adulteria. Judicii corruptelam molitur. Aliquem corruptelarum illiciis irretire.

Corruptio, onis. *Idem.* *Usus.* Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptor, oris, Verderber. *Syn.* Largitor. *Usus.* Quis corruptor juventutis? Quem tu hujus tribûs corruptorem, venditorem clamitas?

Corruptrix, icis, Verderberin. *Usus.* Corruptrix provincia.

Cors, tis, ein Hof in einem Hause. *Syn.* Area villæ, spatium intra maceriem. *Usus.* Villam habes cum corte.

Cortex, cis, Rinden. *R. q. corio tegens lignum.* *Us.* Trunci obducuntur libro aut cortice, quò sint à frigoribus & caloribus tutiores.

Cortina, æ, Fürhang. *Usus.* Cortina theatri.

Corusco, are, blitzen. *Syn.* Splendeo, emico. *Usus.* Flamma inter nubes coruscat.

Coruscus, a, um, glänzend. *Syn.* Fulgens.

Corvus, i, Raab. *Usus.* Milvo est bellum naturale cum corvo.

Coryphæus, i, der Urheber. *Syn.* Dux, princeps. *Usus.* Zenonem Philo coryphæum Epicureorum appellat.

Cos, tis, Wetz-Stein. *Syn.* Lapis, quo cultri acuuntur. *Usus.* Iracundia cos est fortitudinis. Novacula cotem præcidere.

Costa, æ, * Ripp. *Usus.* Animalium, navium costæ.

Cotes, tium, Felsen. *Syn.* Aspera saxa. *Epi.* Scrupulosæ. *Usus.* A quibus tanquam è scrupulosis cotibus enavigavit oratio.

Cothurnus, i, Halbstieffel. *Syn.* Calceamenti genus tragœdis & virginibus familiare.

Crapula, æ, Trunckenheit. *Syn.* Helluonis vitium. *Usus.* Edormi crapulam & exhala.

Cras, morgen. *Syn.* Secundùm hanc diem, crastinus, crastina dies.

Crassè, * grob / dick. *Usus.* Crassè compositum aliquid.

Crassitudo, inis, Dicke. *Syn.* Impura quædam densitas. *Usus.* Crassitudo aëris mihi noxia.

Crassus, a, um, dick / grob. *Syn.* Densus, plenior, pinguis, concretus.)(*Tenuis.* *Us.* Crassus & concretus aër. Omnia crassis circumfusa tenebris. Cœlum crassum.

Crastinus, a, um, das morgen geschehen sol. *Usus.* Nisi me in crastinum differre mavis.

Cra-

Crater, eris, Trinck-Schaalen. *Syn.* Poculum.

Cratera, æ. *Idem.* *Syn.* Crater, vas ad hauriendam aquam. *Epi.* Fulgens, pulcherrima. *Usus.* Crateræ ex ære pulcherrimo.

Crates, is, Gitter. *Syn.* Tabula viminibus contexta. *Usus.* Locus consceptus cratibus.

Creatio, onis, Erschaffung. *Usus.* Creatio Magistratuum.

Creator, oris, Erschaffer. *Syn.* Procreator, genitor, effector. *Usus.* Creator urbis Romulus. *Phras.* Creator universi DEUS, effector & molitor mundi DEUS, quo nihil ab optimo genitore melius procreatum est. Opifex generator, ædificatórque mundi DEUS; rerum, quæ in tota natura constant, omnium opifex.

Creber, ra, um, offtmahlig. *Syn.* Frequens, densus. *Usus.* Thucydides creber est, rerum frequentia. Crebræ venæ toto corpore intextæ. Per hos dies creberrimus mihi sermo de te. *V. Sæpè. Frequento.*

Crebritas, tis, Offtheit. *Syn.* Frequentia. *Epi.* Pristina, tanta literarum. *Usus.* Tanta erat crebritas literarum. Crebritate officiorum priora errata sarciam.

Crebrò, offt. *Syn.* Frequenter. *Us.* Crebrò literas dare. *V. Sæpè.*

Credibilis, e, glaublich. *Syn.* Probabilis, verisimilis.)(*Incredibilis.* *Us.* Narratio credibilis esse debet. Credibile est, quòd sine ullo teste Auditoris opinione firmatur.

Credibiliter, glaublich. *Syn.* Verisimiliter, probabiliter. *Usus.* Quàm non modo non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem.

Creditor, oris, ein Glaubiger. *Syn.* Is, cui quâcunque causâ aliquid debetur.)(*Debitor.* *Epi.* Cæteri, familiares, universi. *Usus.* Fraudare creditores. Cum omnibus creditoribus suis malè agit.

Credo, is, glauben. *R. q. cor do, id est, assensum.* *Syn.* Fidem habeo, tribuo; autoritatem tribuo, autoritatem & fidem adjungo, mihi persuadeo.)(*Abrogo.* *Adv.* Cito de aliquo, facilè, firmiùs, prorsus, rectè de aliquo, stultè, temerè pecuniam, valdè, dementer. *Us.* Ajunt nervos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere. Adduci non possum, ut somniis credam. Nimiùm Quirites animis simplicibus, nimiùm creditur unicuique. Non credo de numero militum. 2. *Concredo, committo.* Se alicui, sua consilia, res omnes alicujus fidei credere. *Phras.* Ne temerè credas; ne omnes tibi fidem faciant, tibi aliquid persuadeant. Ne cuivis testimonio fidem tribuas, fidem adjungas, omnibus credulum te præbeas; propensè credito non temere; iis non credas, quorum virtuti fidem & autoritatem justa suspicio fidem derogavit. Inclinatus es ad credendum omnibus; ne omnibus credulitatem tuam addixeris; paulò segnior esto ad credendum. Id spectatissimum habe, quòd ipsis oculis occurrerit. *V. Fides. Indico. Firmus.*

Credulitas, tis, Leichtglaubigkeit. *Syn.* Credendi facilitas. *Usus.* Credulitas error potiùs est quàm culpa, & in optimi cujusque animum facillimè irrepit.

Credulus, a, um, leichtglaubig. *Syn.* Simplex, antiquus, qui facilè credit.)(*Prudens, sapiens.* *Usus.* Verba mihi dare, facilè patior, méque libenter præbeo credulum. Creduli & improvidi juvenes. *V. Incautus.*

Cremo, are, verbrennen. *Syn.* Incendo. *Usus.* Corpore crematô animus in cœlum evolat. Primus Sylla igne voluit cremari.

Creo, are, erschaffen. *R.* ἀκραίνω, *perago.* *Syn.* Procreo, gigno, facio. *Adv.* De integro censores, injustè periculum, ritè consules. *Usus.* Creare, alere, confirmare; rerum, quas creat, & tuetur, natura. Artis proprium est creare & gignere. Periculum alicui creare. Luxuries in urbe creatur. Consules in urbe creantur. Consules & prætores creantur. *V. Facio.*

Crepida, æ, Pantoffel. *Syn.* Calceamenti genus. *Usus.* Statua Scipionis cum chlamyde & crepidis.

Crepidatus, a, um, der Pantoffel an hat. *Syn.* Soleatus.

Crepido, inis, Port am Gestatt. *Syn.* Ora terræ, quæ alluitur aquâ, vel ripa paulò eminentior. *Usus.* Pyrata ad omnes urbis crepidines accessit.

Crepitus, ûs, Knall. *Syn.* Sonus collisione excitatus, aut percussione. *Epi.* honesti, liberi. *Usus.* Terrorem pallor

& tremor & dentium crepitus consequitur. Num quis strepitus, clamor, crepitus exauditus est? Stoici ajunt: crepitus æquè ac ructus liberos esse oportere.

Crepo, are, **krachen.** *R. à sono. Syn.* Percrepo.

Crepundia, orum, **Kinder-Spielwerck.** *Syn.* Quæ pueris dantur oblectandi causâ.

Crepusculum, i, *Abends-Zeit. *Usus.* Primò crepusculô.

Cresco, is, **wachsen.** *Syn.* Augesco, adaugesco, accresco, adolesco, exolesco, serpo, ingravesco, propagor, ætate procedo, ascendo, in altiorem locum pervenio)(decresco. *Adv.* Incredibiliter, plurimùm, pariter cum ætate studia. *Usus.* Respublica privatis inimicitiis crescit. Expectatio rubore creverat. Eos elige, è quibus crescere possis. Locus præter modum crevit. *Thras.* Herbæ è terra crescunt, nascuntur; è terra maturatæ pubescunt, & maturitatem assequuntur. Diffundit terra, & elicit herbescentem viriditatem, è terra germina omnia effunduntur. *V. Augeo. Amplifico.*

Creta, æ, **Kreiden.** *Syn.* Terra alba. *Us.* Laudatio Asiatica illâ cretâ obsignata.

Cretatus, a, um, **bekreidet.** *Syn.* Cretâ sparsus. *Usus.* Cretatæ fasciæ.

Cretio, onis, **eine gewisse Zeit.** *Syn.* Hæreditatis aditio. *Epi.* Libera, simplex. *Usus.* Puto cretionem simplicem fuisse.

Cribrum, i, **Sieb.** *Syn.* Vas pistorum ad grana. Farinamque purgandam. *Us.* Mures cribra arrosêre.

Crimen, inis, **Laster.** *R. à κρῖμα judicium. Syn.* Criminatio, infamia. *Epi.* Atrocissimum, certum, commenticium, commune, decumanum, domesticum ac vernaculum, fictum, falsum, fædissimum, grave & vehemens, inane, incredibile, ingens, iniquum, integrum, invidiosum, levius, magnum genere ipso, nefarium, novum & ante hanc diem inauditum, obscurum, parvum, perspicuum, probrosum, suspiciosum, tantum ac tam manifestum, totum, verum, vetus, vinarium. Crimina certa propiaque, dissoluta, falsa, inaudita, infinita, manifesta, nefaria, nova, absoluta, permulta, quotidiana, reliqua. *Usu.* Crimen in me quærit. Crimen mihi conflare molitur. Ea cædes illi crimini datur, vertitur. Ejus avaritia in crimen vocatur. Proditionis crimen in te conjecit, in te contulit, tibi intulit, attulit, obtulit. Ista aut suspicionem afferunt, aut crimen. Isthoc tibi crimen ascribunt, hoc tibi in crimine ponunt. 2. *Facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium.* Crimine aliquem accersire vel accersere, condemnare crimine; imprudens in crimen incurrit, in crimen venit. Staret hoc in illo crimen, at pronum tibi erit crimen tam atrox refellere, diluere, dissolvere. In alium derivare, extenuare minimùm & elevare. Facilè effugies crimen, è crimine elaberis; non abes ab omni crimine, non cares omni crimine. Videtur condonandum illud crimen. *Thras.* Magnum crimen admisisti. Ecqui in hanc fraudem tam sceleratam tam nefariam decidisti, fraudem capitalem admisisti? Isthoc tibi in nefario crimine & capitali fraude ponitur. In hoc facinore omnes insunt maximæ culpæ. *V. Scelus.*

Criminatio, onis, **Bescheltung.** *Syn.* Crimen, Accusatio. *Epi.* Acerrima accusatorum, falsa, inaudita, subita, tota. *Usus.* Ab aliquo oblatas criminationes depellere. Nihil adhuc in Cajum criminationis est.

Criminor, aris, **lästeren/ schelten.** *Syn.* Criminationem vel crimen offero, infero; culpæ, vitio, crimini do; criminatione utor, criminis locô pono; in crimen voco, revoco.)(*Crimen dissolvo. Adv.* Invidiosè potentiam. *Us.* Invidiosè meam potentiam ad populum criminaris. Non omnia libet criminari. De quibus illum criminatus es. *V. Crimen.*

Criminosè, **lästerlich.** *Syn.* Suspiciosè, accusatoriè, acerbè. *Usus.* Qui suspiciosiùs ac criminosiùs diceret, audivi neminem.

Criminosus, a, um, **lästerlich.** *Syn.* Suspiciosus, quod criminis suspicionem

nem affert. *Usus.* Non credebam hoc tibi criminosum fore. Orator acer, acerbus, criminosus. Officiosam amicitiam criminoso nomine inquinat.

Crines, ium, das Haar. *Syn.* Capilli.

Crinitus, a, um, haarechtig. *Syn.* qui crines habet, capillatus. *Us.* Gorgonis os anguibus crinitum. Stellæ crinitæ; *Cometa.*

Crista, æ. * Kamm / oder Strauß auff dem Kopff. *Us.* Crista Galeæ.

Crispus, a, um, krauß. *Syn.* Intortus.

Cristatus, a, um, * gekämmt. *Usus.* Galea cristata.

Criticus, i, Richter. *Syn.* Poëmatum aut similium operum judex. *Usus.* Ego, tanquam criticus antiquus, ùt Aristarchus quidam judicaturus sum.

Croceus, a, um, * gelb wie Saffran. *Us.* Chlamys crocea.

Crocodilus, i, Crocodil. *Syn.* Lacerta est Ægypti immensæ magnitudinis.

Crocota, æ, ein gelbes Frauen-Kleid / bey den Alten gebräuchlich. *Syn.* Vestimenti muliebris genus croceum.

Crocus, i, Saffran. *Usus.* Meliora sunt unguenta, quæ terram, quàm quæ crocum olent.

Crotalum, i, Zimbel. *Syn.* Instrumenti musici genus è laminis quibusdam æreis. *Usus.* Nec collegæ tui crotala & cymbala fugi.

Cruciamentum, i, Peinigung. *Syn.* Cruciatus, *Epi.* Gravia morborum. *Usus.* Cruciamenta morborum interdum sunt graviora, quàm tormenta carnificum.

Cruciatus, ûs, *idem.* *Syn.* Cruciamentum, tormentum, pœna, supplicium. *Ep.* Acerbissimus, mæstus, magnus, malus, summus, miseri, tetri. *Usus.* Magnô animi cruciatu vitam agere. Is se vel in cruciatum dari cupit. Cruciatu afficere aliquem. Confectus cruciatu summorum dolorum; cui morbus tetros cruciatus ciet. Summô cruciatu suppliciôque periit. *V. Dolor. Affligo.*

Crucio, as, peinigen. *Syn.* Cruciatu afficio, conficio, afflicto, torqueo, premo, exanimo; angoribus, suppliciis macto; majore malo macto. *Adv.* Diu, impunè. *Usus.* Fame & vigiliis cruciatur; tuæ te ærumnæ premunt, tuæ libidines te torquent, tu dies noctesque cruciaris & consumeris. *V. Vexo. Torqueo.*

Crudelis, e, grimmig / grausam. *R. q. cruore udus, à crudus.* *Syn.* Durus, inhumanus, ferreus, ferus, teter, immanis, importunus, omnis humanitatis expers, naturâ asper, singulari immanitate & crudelitate præditus, prædo barbarus atque immanis, inexorabilis, omni duritate atque immanitate deterrimus, immemor humanitatis, immansuetus, qui maximâ asperitate & immanitate naturæ est.)(*Clemens. Misericors.* *Usus.* Animus ferus, crudelis, inhumanus. Bellum crudele. Pater in liberos crudelis. *Thras.* Ingenio sanè est crudeli, quod nulla in barbaria quisquam tyrannus facit; ejus immani & fœdâ crudelitate omnis barbaria superata est. Tyrannicè se gerit, crudelitate sanguinis perlitus, omni diritate deterrimus: cui volupe sit fœdum in modum lacerare miseros, carnificare jacentes, omnia exempla cruciatûs edere; omni sævitie, atrocitate plebem opprimere. *Crudelissimus existimaris.* Maximè inhumanus, impius, maximè asper, omnis expers pietatis, barbarie omni crudelior, remotus ab omni humanitate, inclemens, inamænus, sævus, sanguinarius, truculentus, trux, atrox, dirus æstimaris. Ferreus, immitis, implacabilis es. Cum immanissimis feris crudelitate comparandus es, omnes mortales crudelitate vincis. Tua ista crudelitas brutorum animantium ferocitatem non modò adæquat, verùm etiam (horreo verba tam horrida) superat. Ea est morum tuorum non asperitas (leve enim tibi vitium illud est) sed feritas, quam ne immanissimæ quidem ferarum omnium feræ attingere possunt. Tu Nerone mortalium omnium crudelissimô crudelior es. *Sævire in filios nunquam debemus.*

Sævitiam adverſus natos exercere, crudeliter agere cum filiis nunquam debemus. Tanti eſſe nihil debet, ut crudeles in liberos ſimus, ut crudeles nos liberi experiantur. Si quid agitur cum filiis, crudelitas abſit, nunquam crudelitati locus ſit. Bonum eſt, imò neceſse, pueros, in culpam lapſos, à parentibus non verbis ſolùm, ſed etiam verberibus caſtigari; cavendum tamen eſt, ne crudelitati aditum ita patefaciat, ut. Sicut parentum eſt juveniles refrænare liberorum impetus, ita debent illi quoque manus, imò ipſum animum ab omni ſævitiæ genere vindicare.

Crudelitas, tis, Grauſamkeit. *Syn.* Sævitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas animi, importunitas, acerbitas morum, immanitas naturæ.)(*Clementia.* *Epi.* Arrogans, domeſtica, gravior atque crudelior, immanis & fera, importuna in aliquem, inaudita, incredibilis, inimica, inſatiabilis, multò melior, nefaria, regia, ſingularis, ſumma, tanta, teterrima. *Uſus.* Iſte ſpumans ex ore ſcelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium; cujus crudelitas nulla miſerorum calamitate expleri, ſaturari, ſatiari poſſit; qui crudelitatem in omnes promiſcuè expromat, exerceat, adhibeat. Crudelitate excogitatâ necare inſontes gaudet.

Crudeliter, grauſamlich. *Syn.* Durè, acerbè.)(*Diſſolutè.* *Uſ.* Crudeliter animadvertere in aliquem. Crudeliſſimè periit.

Cruditas, tis, Unverdäulichkeit. *Syn.* Stomachi affectio cùm malè concoxit, vel ſtomachi redundantia ex ægra concoctione. *Uſus.* Cruditas morbi cauſa eſt.

Crudus, a, um, roh / ungekochet. *Syn.* Immaturus.)(*Maturus.* *Uſus.* Poma ex arboribus cruda avelluntur, matura & cocta decidunt. 2. *Cruditate affectus.* Crudior ad prandium venit. Roſcius, quia crudior, agere noluit.

Cruento, are, blutig machen. *Syn.* Sanguine imbuo, ſanguinem elicio. *Adv.* Impiè. *Uſus.* Nolebam propter me cæde civium cruentari Rempublicam. Scelere cruentare ſecures ſuas. Cæde nefariâ ſe cruentare.

Cruentus, a, um, blutig / grauſam. *Uſus.* Cruentus civium ſanguine.

Crumena, æ, * Taſche. *Syn.* Loculus.

Cruor, oris, Schweiß. *Syn.* Sanguis è vulnere. *Epi.* Jucundus, civilis, quàm recentiſſimus inimici. *Uſus.* Cruorem inimici recentiſſimum oſtendere. *V. Sanguis.*

Crus, ris, Schinbein. *Syn.* Tota illa pars, quæ à coxendicis cervice incipit, & ad extremos pedis digitos pertinet. *Uſus.* Crura alicui frangere, confringere.

Cruſta, æ, Ranff/Rinde. *Uſus.* Vaſis cruſtæ detrahebantur.

Crux, cis, Creutz. *Syn.* Patibulum. *Epi.* Multa, certa. *Uſus.* Verres civibus Romanis crucem minatus eſt; crucem indemnatis fixit, conſtituit; multos in crucem ſuſtulit, egit, cruci fixit, ſuffixit; multos cruciatu, cruce, morte affecit.

Crux S. das heilige Creutz. *Phras.* Lignum, in quo ſalus noſtra, ingemiſcente rerum natura, pependit; in quo tribus clavis mundi ſalus affixa pependit; ſignum pendentis JESU, ſimulachrum Chriſti Domini in cruce morientis.

Crucem facere. Crucis ſignum in fronte pingere, formare. Cruce ſe ſignare.

Cubicularis, e, der Kammer zugehörig. *Syn.* Quod ad cubiculum pertinet. *Uſus.* Lectus cubicularis.

Cubicularius, ii, Kammer-Diener. *Syn.* Cubiculi miniſter. *Uſus.* Nihil per cubicularium, omnia per janitores.

Cubiculum, i, Kammer. *Syn.* Conclave, cella, teſtudo. *Epi.* Alienum, altum, amplum, hybernum, ſubgrande. *Uſus.* Grande cubiculum, altum, hybernum valde probavi. In cubiculum introducere.

Cubile, is, Beth-Kammer. *Syn.* Lectus. *Epi.* Duplex. *Uſus.* Cubilia ferarum, inire alienum cubile. Nemo tam miſer, qui non cubile ſuum aut lectum ſalvum velit. Omnes mortales non ſolùm veſtigia, ſed ipſa avaritiæ tuæ cubilia videre poſſunt.

Cubitalis, e, * einer Ellen hoch. *Syn.* Uno cubito altus.

Cubito, are, offt liegen. *Syn.* Sæpè cubo.

Cubitus, i, Ellenbogen. *Syn.* Menſura, quantum è cubito brachii ad extremam ma-

manum est. *Usus*. Triennio ille tres cubitos non processit. Columna tribus cubitis alta.

Cubo, are, liegen. *R*. à κύπτω, *cubo*. *Syn*. Recumbo, accumbo. *Usus*. Deinde cubitum discessimus. Ægrotus in lecto cubans.

Cudo, ere, * schlagen / schmieden. *Syn*. Ferio, percutio. *Usus*. Cudere nummos vel argentum.

Cujas, tis, was Lands. *Syn*. Unde, qua ex gente. *Usus*. Socrates rogatus, cujas esset? Mundanum se respondit, totius mundi incolam & civem.

Cujus, a, um, welches. *Usus*. Cuja res, cujum periculum; cædes ei crimini detur, cuja interfuit.

Cujusdammodi, etlicher massen. *Usus*. Animus non esse solum, sed cujusdammodi debet esse.

Cujusmodi, was oder wie / welcherley. *Usus*. Legem, cujusmodi sit, conservare.

Cujusquemodi, allerley Art. *Usus*. Homines cujusquemodi.

Culcitra, æ, ein Beth. *Syn*. Pulvinus, Lectulus, stragulum. *Usus*. Culcitra plumbea.

Culeus, i, lederner Sack. *Syn*. Saccus corio vel lino factus. *Usus*. Parricidæ in culeum insuti in fluentem abjiciuntur.

Culina, æ, Küche. *Syn*. Popina. *Epi*. Ingentes. *Usus*. Puto, Philosophia tua in culina est.

Culmen, inis, Gipffel. *Syn*. Columen. *Epi*. Parvum, transversum.

Culmus, i, ein Halm / als vom Korn. *Syn*. Frumenti calamus à radice ad spicam. *Epi*. Geniculatus. *Usus*. Herbescens viriditas sensim adolescit, culmóque nixa geniculato vaginis jam quasi pubescens includitur.

Culpa, æ, Schuld / Mißhandlung. *R*. à χαλεπὸς, *noxius*. *Syn*. Causa, meritum, crimen, reprehensio. *Epi*. Aliena, magna, minor, paterna, perpetua, præterita, propria, similis, summa, turpis, varia. *Usus*. 1. Culpam committere, contrahere, suscipere, culpa se contaminare. Senatus in culpa est, in Senatu culpa est. Hujus rei culpa in te residet, in te hæret, in te consistit; culpa teneris. Nisi culpam in amicos conferas, transferas, derives, injicias. Ego me, si quid mali evenerit, extra omnem causam culpámque pono. Nemo tum me culpæ coarguat. 2. Tu unus ejus peccati culpam sustines, tibi ea culpa præstanda est ac redimenda. Omnem ab eo culpam dimovit; eum omni culpâ liberavit, è culpa exemit; nulla culpa subest. 3. Abest ab omni culpa, procul abest ab eo culpa, extra culpam est; à culpa plurimum abhorret, remotus est. Omni culpa caret, vacat. *Phras*. Tua summa culpa est, tuô vitiô peris; omnes tibi culpam attribuunt, assignant; tot malorum causas in te omnes congerunt, in te inclinant; penes te culpam esse ajunt; se culpæ insontes, exsortes clamant, te culpæ omnis reum faciunt. *V. Crimen. Reprehendo*.

Culpo, are, schelten / tadlen. *Syn*. culpæ do, culpæ alicujus tribuo, in culpa pono, reprehendo. *Usus*. Sæpè patientiam ejus culpavi. *V. Reprehendo*.

Culter, tri, Messer. *Usus*. Cultros metuit tonsorios, cultro succinctus, cultrum stringere.

Cultio, onis, ein Bau. *Syn*. Cultura. *Usus*. Cultio agri.

Cultor, oris, Ackersmann. *Usus*. Veritatis, justitiæ cultor, fraudis inimicus.

Cultrix, cis, embsige Arbeiterin.

Cultura, æ, ein Bau. *Syn*. Cultio, cultus. *Epi*. Multa, salutaris agrorum. *Usus*. Ager desertus à cultura hominum; nihil ferens sine magno labore ac cultura quæsitum. Ager suaptè bonus, diligentiâ & culturâ melior.

Cultus, ûs, Zierde. *Syn*. Vitæ ratio. *Epi*. Communis atque usitatus vitæ, diligens, humanus civilisque, optimus, Deorum castissimus atque sanctissimus plenissimúsque pietatis, malus, mollissimus, necessarius, parvus, pius, quotidianus, saluber & moderatus, segnior, tenuis, magni, magnifici. *Usus*. Idem nobis cultus, idem victus. Homines à fera agrestique vita ad humanum cultum civilémque traducere. Delectant magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Cultus & curatio

corporis nobis adhibenda eft. 2. *Cultura*, *cultio*. Res ex fe fructum nullum edunt fine cultura hominum. 3. *Cura*. Tribuere alicui officium & diligentem cultum. *V. Colo.*

Cum, mit. *Præpof. Vim habet Conjunctionis* „ *inftrumenti focietatis*. *Ufus*. Cum magno labore, cum magna fpe agit. Cum ferro invadit; cum magno fletu, cum voluptate auditur. Confiderate cum animis veftris. Habeo ftatutum cum animo meo. *V. Simul*.

Cùm, dieweil. *Adverb. Sign. caufam, occafionem*, *tempus*. *Antiquis* quum & quàm. *Ufus*. Nox una interceffit, cùm ille ita mutatus eft. Aliquot funt dies, cùm te amo. Fuit id quondam tempus, cùm &c. Gratulor tibi, cùm tantum vales.

Cùm, tum. *Præcedit illud, hoc fubfequitur*. *Syn.* Et, et; non folùm, fed etiam. Cùm *minus quiddam*, tum verò *gravius & majus fignificat*. *Ufus*. Hoc cùm utile, tum illud longè honeftiffimum eft, quod. Cùm doctrina tum imprimis pietate excellens. Id fecit fæpè cùm fæpè aliàs, tùm verò hoc tempore. Cùm cætera, tum hoc dictum vitupero.

Cumprimùm, alfobald. *Syn.* Ut primùm, ubi primùm, fimul atque. *Ufus*. Cumprimùm poffe ingredi cœpit, non recufabat, &c.

Cumprimis. *Syn.* Imprimis. *Ufus*. Homo cumprimis locuples & honeftus.

Cumulatè, häuffig. *Syn.* Plenè, abundanter, majori menfura. *Ufus*. Cumulatè mihi gratias egit, fatisfecit. Non modò liberaliter ab eo, fed etiam ornatè cumulatèque tractatus fum. Cumulatiùs augere munus aliquod.

Cumulo, as, auffhäuffen. *Syn.* Augeo, adaugeo, expleo, compleo, perficio.)(*Detraho*, *imminuo*. *Ufus*. Scipio bellicam laudem eloquentiâ cumulavit. Aliô fcelere illud fcelus cumulâfti. Maximô gaudiô, irâ, voluptate cumulor. Mirabar locum augendi in eo fuiffe, quod dudum cumulatum videbatur. Homo omni laude cumulatus. *V. Augeo. Orno.*

Cumulus, i, ein Hauffe. *R. ab* ὅμιλος, *cætus*. *Syn.* Acervus, acceffio, fumma. *Ufus*. Ad fummam ex illius reditu lætitiam cumulus gaudii acceffit ex tuo adventu. Magnum beneficium tuum magnô cumulò auxifti. Etfi alioquin illum amo, accedit tamen cumulus commendationis tuæ. Ad tua plurima de me merita maximus hôc factô cumulus acceffit. De laudibus Dolabellæ cumulum deruam. Tuâ commendatione ad meam voluntatem cumulus accedit.

Cunabula, orum, Wiegen / Vogel-Nefter. *Syn.* Cunæ. 2. *Transl.* Rudimenta. *Ufus*. An alia putas effe rudimenta & cunabula virtutis?

Cunæ, arum, Wiegen. *Syn.* Incunabula, culcitræ infantum. *Ufus*. Vagire in cunis.

Cunctabundus, a, um, * langfam/ träg. *Syn.* Segnis, refiftens.

Cunctanter, * langfam / träg. *Syn.* Lentè.

Cunctatio, onis, Verzug / Hindernüs. *Syn.* Mora, tarditas. *Ufus*. Studium femper adfit, cunctatio abfit. Sæpè tarditate & cunctatione, cùm otium volunt fine dignitate retinere, utrumque amittunt. *V. Mora.*

Cunctator, oris, ein langfamer Menfch. *Ufus*. Nôfti, quàm Marcellus parum efficax, tardus, cunctator fit.

Cunctor, aris, verziehen. *Syn.* Remoror, retardo, differo.)(*Propero*. *Adv.* diutiùs in vita. *Ufus*. In curfu bonorum confiliorum cunctandum non eft aut tergiverfandum. An etiam tum cunctabimini, quiefcetis, timebitis? *V. Remoror. Differo.*

Cunctus, a, um, allfamt. *R. Quafi conjunctus*. *Syn.* Omnis, totus, univerfus.)(*finguli*, *nullus*. *Ufus*. Cuncta terra, cuncta fidera, cunctus populus, cuncta Ægyptus.

Cuneatim, * von einem Häufflein zu dem andern. *Syn.* Per cuneos. *Ufus*. Cuneatim urbem oppugnabant.

Cuneolus, i. *dimin.* *Syn.* Parvus cuneus.

Cuneus, i, ein Keil. *Syn.* Quod inferitur in ligno findendo. *Ufus*. Hos ille cuneos inferens prorupit artus.

Cuniculus, i, ein Gang unter der Erden. *Syn.* Foramen occultum fub terra. *Ufus*. Quatuor homines cuniculus op-

oppreſſit. Cuniculum agere. Cuniculis oppugnare. 2. *Transl. dolus.* Prius vi, nunc cuniculis me oppugnat.

Cupa, æ, Trinckkopff. *Syn.* Vas vinarium latè patens. *Uſ.* Vinum à propola & de cupa.

Cupedia, orum; æ, arum, Schleckerbißlein. *Syn.* ſuaviores epulæ, vel earum cupiditas. *Uſ.* Ægrotationis ſubjecta ſunt avaritia, liguritio, vinolentia, cupedia, mulieroſitas.

Cupedinarius, ii, * Paſtetenmacher. *Syn.* Eſculentarum rerum venditor.

Cupidè, begierlich. *Syn.* Studioſè, avidè, calidè. *Sæpius in vitium.* *Uſus.* Agros ſuos ſtudioſè colit, non alienos cupidè appetit. Monui, ne cupide quid agerent. Multa à Senatu cupidè, multa temerè fiebant.

Cupiditas, tis, Begierlichkeit. *Syn.* Aviditas, libido, deſiderium, deſideratio, ſtudium, amor, ardor, cupiditatis ſitis, impetus animi. *Epi.* Acerrima & fortiſſima, acrior & inſanior, apertior, cæca atque temeraria dominatrix animi, effrænata & furioſa, excellens laudis in omnibus rebus, flagrans, honeſta, impia, improbiſſima, inconſiderata, incredibilis, inexplebilis, infinita, inhoneſtiſſima, injuſta dominatûs, inſatiabilis, levis, liberalior, non mediocris, obſcura, occulta atque tecta, princeps & lubrica dominandi, projecta & effrænata, ſacra, ſumma, ſingularis, ſollicita, turpior vacua, tam varia, tam nova. *Cupiditates* contrariæ, diverſæ & inter ſe pugnantes, extraordinariæ, faciles & tolerabiles, immenſæ & innatæ, inanes adoleſcentiæ, indomitæ animi, inexplebiles, innumerabiles, multæ, quàm variæ, quàm infinitæ, naturales & inanes, naturales & neceſſariæ. *Uſus*: 1. *Alicui cupiditatem injicere.* Aliquem cupiditate incitare, incendere, inflammare, afficere. Aliquem in triumphi cupiditatem impellere; erigere cupiditatem, ſuffragari cupiditati alterius. 2. *Cupiditatem habere.* De triumpho nulla me unquam cupiditas tenuit, nunquam in me fuit; triumphi cupiditate ardet, inflammatur, rapitur, flagrat, hanc apertè præ ſe fert. 3. *Cupiditatem comprimere.* Docemur domitas habere cupiditates, libidines; coërcere, frangere, cohibere, reſtinguere cupiditates; imminuere certè & debilitare, imperare, modum ponere cupiditati, neque morem unquam gerere, ac parere libidini. Cupiditas conſilii gubernatione regenda eſt; vir omni carens, remotus ab omni cupiditate. *V. Avaritia.*

Cupido, inis, Begierd. *Syn.* cupiditas. *Uſ.* Bona pars hominum decipitur cupidine.

Cupidus, a, um, begierlich. *Syn.* Studioſus, appetens, avidus, amans, obſervans.)(*moderatus.* *Adv.* nimium decedendi, valdè ſpectandi, vehementer. *Uſ.* Eſt ille perſtudioſus tui & cupidus, homo noſtri cupidiſſimus, cupidus in perſpicienda veritate, Græci contentionis quàm veritatis cupidiores. *V. Avarus.*

Cupio, ere, begehren/ wünſchen. *Syn.* opto, deſidero, aveo, exopto, expeto, appeto, concupiſco, cupidus ſum, ſtudeo, ſileo, ſtudeo & cupiditate ardeo, avide ſum affectus, cupiditatem & libidinem habeo, cupiditas me tenet, cupiditate flagro, inflammatus ſum, cupiditate in aliquam rem immineo, deſiderio teneor, ſtudio efferor, alacer animo ſum, aviditas me tenet, geſtio, immineo, cupiditas alicujus rei eſt, ſtudio trahor, incendor. *Adv.* diu, mirabiliter, nefariè, planè, ſummè, valdè, vehementer causâ alicujus, vehementius. *Uſ.* Hoc nos vitare cupimus, ardenter aliquid cupere. 2. *Faveo, bene volo.* Dolabellæ causâ cupio omnia & debeo; vehementer alicujus cauſa cupere, tibi uni maximè cupio. Faveo Curioni, Cæſari honeſtiſſimè cupio, pro Pompejo emori volo. *V. Deſidero.*

Cur? warum? *Syn.* Quare? quam ob rem? quid eſt, quod? quâ ratione? quid eſt cauſæ? quid eſt, quam ob rem? *Uſus.* Quid eſt cauſæ, cur repudietur? cauſa, cur cuperes, non erat.

Cura, æ, Sorg. *R. q. cor uro, vel ab ὤρα, ſollicitudo.* *Syn.* diligentia, ſtudium, cogitatio, meditatio, angor, metus, moleſtia, ſollicitudo, acerbitas. *Epi.* Acris, anceps, antiquiſſima, aſſidua & perpetua ſalutis, difficilis alicujus rei, digniſſima virtutis alicujus, divina, domeſtica, fixa, gratiſſima, gravis, incredibilis, magna, majuſcula, non mediocris, minor, parva aut nova, reliqua, ſagax, ſempiterna, ſimplex, ſumma, vetus animi. *Curæ* anxiferæ, honeſtæ, incredibiles, magnæ, miſer-

miserrimæ, optimæ, plurimæ. *Us.* Sit tibi mea dignitas curæ. Sit tibi curæ de mea dignitate, habeto curæ meam dignitatem. 1. *Curam afferre.* Ea res tibi magnam curam afferet, injiciet, dabit. Magnæ tibi curæ inde nascentur; oportebit suscipere, sustinere magnam curam; magnis curis afficiêre, conficiêre, implicabere. Complectere, quæso, Rempublicam tuis curis, curam omnem ad rempubl. conferto, ad reipubl. curam te animumque conferto, in maximis negotiis etiam huic cogitationi tempus impertire. In his studiis omne studium tibi & cura ponenda, adhibenda, consumenda erit. In ea re curas tuas omnes figes, defiges, infiges, ut. In eam curam incumbes, cura tua in eo versabitur, ut. Perpetua illa cura apud te excubet. Si qua reipubl. Cura te attingit. 2. *Curas adimere*, in alium derivare; magnâ me curâ levarunt; curam meam levarunt tuæ litteræ; multo metu curâque me solverunt, laxârunt, liberârunt tuæ litteræ. Jam nunc animum ab ea cura abducere, traducere ad lætiora licebit. 3. *Curam abjicere*, dimittere, deponere, fugere omnem de republica curam. E tuis litteris vetus illa cura planè consedit; cura omni vacuus sum. *V. Sollicitudo.*

Curantia, æ, Sorg. *Syn.* Cura.)(*non-curantia, incuria.* *Us.* Quod me admones de non-curantia rectè facis.

Curatio, onis, *idem. Syn.* procuratio, administratio. *Epi.* Agraria, regia, integra, periculosæ & ancipites, variæ. *Usus.* Cultus & curatio corporis erit adhibenda, admovenda. An Dii ab omni curatione & administratione vacent? Res annonaria est curationis meæ. Hæc curatio ad me delata est. Ejus provinciæ curationem suscepi. Gravibus morbis ancipites & periculosæ curationes adhibentur, præscribuntur; omni curatione vacare. *V. Administratio.*

Curator, oris, Schaffner. *Syn.* Procurator, Præfectus. *Us.* Curatores urbis, annonæ; ludorum curatorem constituere, præficere.

Curia, æ, Rathhaus. *Syn.* Sedes ac templum consilii publici, tribûs, privatæ domus pars. *Epi.* crudelis, elinguis, major, minor, multa, nova. *Us.* Curia vindex temeritatis, moderatrix officii; templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii; caput urbis, ara sociorum, portus omnium gentium.

Curialis, is, Zunfftgenoß. *Syn.* tribulis; municeps. *Us.* Cimon in suos curialis, hospitalis.

Curiatus, a, um. *Us.* Lex curiata, curiata & centuriata comitia.

Curio, onis, * Zunfftmeister. *Us.* Sacerdos curiæ.

Curiosè, sorgsamlich. *Syn.* diligenter. *Us.* Quærere, conquirere aliquem, aliquid curiosiùs.

Curiositas, tis, vergebliche Sorg. *Syn.* Nimia diligentia. *Us.* sum in ejus rei curiositate.

Curiosus, a, um, sorgfältig. *Syn.* Nimiùm in quærendo diligens. *Adv.* Bellè. *Us.* Nihil de aliis inquirere, minimèque in aliena re curiosum esse. Homo curiosus, & plenus negotiis. Servulus percuriosus. Non sum in exquirendis juribus curiosus. Non ita latet, quin curiosis oculis perspici possit.

Curo, as, sorgen/ heilen. *Syn.* Do operam, laboro, elaboro, studeo; diligentiam, curam adhibeo; medeor, curationem adhibeo, curam in aliqua re pono; curâ ac diligentiâ complector; diligentiam in aliquam rem confero, indulgeo; deservio, mihi curæ est, procuro. *Adv.* Diligenter aliquem, de aliquo, mandatum, valetudinem, perferendas litteras, diligentissimè valetudinem, etiam atque etiam, etiam atque etiam diligenter, fideliter mercedes prædiorum, honorificentissimè decernendum de rebus gestis, laxius, leviter ægrotantem, magnopere, mediocriter, omnino nihil, probè, prorsus, nihil aliud, studiosè omnia, maximè. *Usus.* Funus ei faciendum curavit. Deos non curat. Curare mandata alicujus, negotia aliena; insidias alicui per aliquem curare. Signa, quæ mihi curâsti, reddita sunt. 2. *Valetudini restituo.* Violentis medicamentis aliquem curare, qui graviùs ægrotat. Provinciam curavit, sanguinem misit. Corpora curare, *Cibo reficere.* *Phras.* Curabo res tuas diligenter, habebo rationem dignitatis tuæ, inserviam honori tuo, summa contentione pro te decernabo,

tabo, suscipiam propugnationem ac defensionem dignitatis tuæ, rerum tuarum rationem ducam; in negotia tua omni cogitatione, totô pectore, curâque incumbam; omnia studiosè, diligenterque curabo; rerum tuarum mihi, semper antiquissima cura erit. De rebus tuis securus esto, curabo pulchrè omnia; de te curam agam. *Gravem curam suscepi.* Gravis me excepit cura, gravis in me incubuit solicitudo, acerba me invasit solicitudo. *Ego tuas res, pro eo ac debeo, diligenter curabo*; tua negotia, quidquid ad te pertinebit, uti debeo, diligenter agam. *Mea negotia gerit*, meas res curat, administrat, meas rationes tractat, mea negotia procurat, meus procurator est. Is est, cui res meas commisi, credidi, commendavi; sustinet rerum mearum curam. *Curam suscipe rerum mearum.* Fac, ut meæ tibi rationes curæ sint. Prospice, consule, provide rationibus meis. Suscipe me, respice fortunas meas. Tuere me, complectere me, fove me. *V. Sanare.*

Curriculum, i, **Wägelein/ Lauff-Platz.** *Syn.* Spatium, quo curritur; stadium, currus, cursus. *Epi.* Æternum; exiguum vitæ; æternum gloriæ; tam exiguum, tam breve vitæ; vetus. *Usus.* Deflexit de curriculo mos majorum. Animum de curriculo litterarum negotii alicujus causâ deflectere. Vivendi curriculum honestè conficere. Exiguum vitæ curriculum nobis natura circumscripsit. Hæ exercitationes ingenii, hæc curricula mentis. Curricula sermonum. Omne curriculum meæ industriæ in amicorum periculis elaboratum est. De proposito mihi curriculo nihil discedam.

Curro, ere, **lauffen.** *Syn.* Cursum conficio, cursum teneo, cursum curro. *Adv.* Apertè eosdem cursus, certatim ad opus, furtim, longiùs, procliviùs, raptim in sententiam. *Us.* Qui stadium currit, eniti debet, ut vincat. *Thras.* Ad aliquem currere; cursu tendere, contendere ad aliquem; cursu effuso aliquò ferri, provolare. Cursim aliquò pergere; obire domos omnium & concursare, ultra & citra cursare, non desistere.

Currus, ûs, **ein Wagen.** *Syn.* Vehiculum. *Usus.* Visus esset sibi in somniis curru quadrigarum vehi. Aliquem de curru detrahere, vehiculo eripere; de foro in capitolium currum flexit. Curru albis equis juncto invehitur. Vehi in rheda, cisio pervolare.

Cursim, **im Lauff.** *Syn.* Cursu.)(*sensim.* *Us.* Quæ ego serò & cursim & succisivis, ùt ajunt, operis arripui; cursim dicere, impetum facere.

Curso, are, **hin und wieder lauffen.** *Syn.* frequenter curro. *Adv.* temerè, ultrò.)(*citro.* *Us.* Cursare ultrò citroque, huc illuc.

Cursor, oris, **Lauffer.** *Usus.* Cursores in stadio, cursor ad olympia profecturus.

Cursus, ûs, **Lauff.** *Syn.* Curriculum, lapsus, iter, navigatio. *Epi.* Admirabilis orationis, æquus, æternus gloriæ, apertus ad laudem, assiduus, brevis & sempiternus, celerior ætatis, certus, concitatior, contentus, decorus, facilior ad gloriam, forensis, incertus, incitatior, incredibilis, inusitatus verborum, legitimus, lunaris atque infimus, magnus, maritimus, maximus, Olympiacus, otiosus vitæ, rectus, secundus, simillimus totius vitæ, summus, suspectus honorum, tantus verborum. *Cursus* æquabiles æternique, ætherii, annui, celeres, certi & constantes, contrarii, dispares astrorum, immoderati, immutabiles, maritimi, ordinati, perennes ac perpetui, stati & immutabiles, sempiterni, tanti, vagantes, varii. *Usus.* Contentô cursu classis Italiam petebat. Brevi tempore magnos cursus conficere. Secundô ventô cursum tenere. Vivendi cursus. Solis, stellarum cursus. 2. *Transl. Cursus animi & industriæ.* Vide, in quo cursu simus. Vita brevis est, cursus gloriæ sempiternus. Non omnibus idem cursus in cœlum patet. Per rectum cursum ad honores non pervenit. Ab genere, cursuque meo vivendi nunquam desciscam.

Curtus, a, um, **kurtz/ klein.** *Syn.* Decurtatus, mutilus. *Us.* Nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans. Meæ aures completo verborum ambitu gaudent, & curta sentiunt, nec amant redundantia.

Curulis, e, **dem Wagen ähnlich.** *Us.* Sella curulis, ædilitas curulis.

Curvo, are, *krümmen. *Usus.* In arcum curvare.

Curvus, a, um, *krumm. *Syn.* flexus, contortus.

Cusor, oris, * ein Schmeltzer. *Us.* Monetæ cusores.

Cuspis, idis, * die Spitz. *Syn.* Aucta pars gladii.

Custodia, æ, Wacht/ das Auffsehen *Syn.* Carcer, præsidium, vigilia, excubiæ, conservatio. *Epi.* Fida, infelix capitis, libera & non solicita, liberalis, optima tutissimaque, privata, publica, regia, horribilis, mirifica. *Usus.* Exercitus præsidium populi Rom. custodia Provinciæ. Illæ tabulæ privatâ custodiâ continentur. Illicò in hac custodia, velut in specula collocati sumus, ut populum metu vacuum nostrâ vigiliâ, & providentiâ servemus. Illam coloniam ego meis vigiliis & custodiis munivi. Advigilare ad custodiam ignis. Hominem comprehendere, & in custodiam dare, tradere, in custodia includere, custodiâ septum tenere. In custodiis habetur, tenetur, retinetur. Er hat den Stadt-Arrest. Aliquem è custodia amittere, educere, eripere, vinculis levare; urbis custodiam agere.

Custodio, ire, bewahren. *Syn.* *Asservo, tueor, septum custodiâ teneo, in vigilia alicujus rei maneo, privata custodia contineo, incolumem servo, observo, præsideo, speculor, conservo. *Adv.* Diligentissimè librum, rectè, sanctissime signa & ornamenta urbis. *Usus.* Me non solùm amicorum fides, sed oculi universæ civitatis custodiunt. Posse percipere animo, & custodire memoriâ. Delecta juventus ejus corpus custodit. Custodire litteris magnorum virorum dicta. *Vid.* *Carcer.*

Custos, odis, ein Hüter/ Wächter. *R. quas. coastans.* *Syn.* Utriusque sexûs præses, antistes, conservator, vindex. *Epi.* Bonus defensorque Provinciæ, diligentissimus pacis & otii, præclarus ovium, malus, primus, totus. *Custodes* certi, multi, severi. *Usus.* Custos, præses, conservator urbis & libertatis. Malus custos diuturnitatis metus. Fani, urbis custodes. Sapientia custos & procuratrix hominis. Præficere custodem alicui rei. In aliqua re custodes ponere.

Cutis, is, die Haut/ Fell. *Syn.* Pellis, corium. *Us.* Aliquid intra cutem subest vulneris.

Cygneus, a, um, eines Schwanen. *Syn.* Cygnis peculiaris. *Us.* Cygnea vox, & oratio.

Cygnus, i, ein Schwan. *Syn.* Avis candidissima, olor. *Epi.* providentes. *Us.* Cygni non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo divinationem habere videantur, quia providentes, quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriuntur.

Cylindrus, i, langer/ runder Wältzstein. *Syn.* Quod volubile est, ut columnâ teres. *Usus.* Cylindrum volvere versare.

Cymba, æ, ein kleines Schifflein. *Syn.* Scapha, parva navis. *Us.* Cymbarum multitudo.

Cymbalum, i, Cymbel/ oder Schelle. *Usus.* Domus cantu & cymbalis personat.

D.

Dactylus, i, *Syn.* pes carminis heroici. *Epi.* accommodatior, æqualis.

Dactylicus, a, um, *Us.* numerus dactylicus.

Dæmon, is, *Syn.* lar.

Dæmonium, ii, *Syn.* genius sapiens. *Us.* Socrates ait, esse divinum quiddam, quod dæmonium appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe revocanti.

Damnatio, onis, Verurtheilung/ Verdammniß. *Syn.* condemnatio. *Epi.* alier a, misera, invidiosa. Damnationes acerbissimæ reorum, quotidianæ.)(*liberatio.* *Us.* omnes damnatione ignominiaque digni. Reorum damnationes acerbissimæ.

Damnatorius, a, um, *Us.* Judicium damnatorium.

Damnificus, a, um, *Us.* bestia damnifica.

Damno, as, verdammen. *Syn.* condemno, improbo, convinco.)(*absolvo.* *Adv.* damnari honestè, iniquè, à civibus, palàm, voce omnium. *Us.* Aliquem sceleris, injuriarum, stultitiæ damnare. Mulier unius peccati damnata unô judiciô, multorum convitiorum convicta puta-

putatur. Turpi judicio damnatus; nomine conjurationis de vi, de majestate damnatus. Capite damnatus. Causa judicata convicta, damnata. *V.Contemno.*

Damnosè, schädlich. *Usus.* Damnosè bibere.

Damnum, i, ein Schade. *R. à demo. Syn.* jactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus, dispendium. *Epi.* magnum, majus, minus, novum, quæstuosum, tantum; damna aleatoria, maxima. *Us.* 1. damnis multis me affecit; damnum dedit, obtulit, injunxit. 2. In mercatura magnum damnum fecit, damna contraxit. 3. Damna illata tibi resarcienda, tibi præstanda sunt. *Phras.* Ea res mihi magno damno fuit, multum mihi mali dedit, magnæ calamitati mihi fuit. Ob eam rem in maximam fraudem incurri, incidi. Fraudi id mihi fuit. Magna inde rei familiaris naufragia feci. Id magnâ rerum mearum imminutione accidit. Existimatio mea graviter læsa, offensa est. Id rebus meis plagam maximam injecit. Plagam inde odiosam accepi. Magnum meæ res vulnus acceperunt, & mortiferum; magnum mihi vulnus impositum, inustum est. Multa detrimenta mihi allata, importata sunt. Ea res ad meam pernitiem pertinet, res meas labefactat, pestem mihi & exitium afferet; contra caput meum & existimationem hæc machina intenditur, magnas inde jacturas accipiam, carpar damnis quotidianis; ea res mihi noxæ fuit. *V. Incommodum. Detrimentum.*

Dapes, um, herrliche Speiß. *Syn.* Epulæ in sacrificiis Deorum, largiores & oppipari apparatus. *Us.* lautæ, opimæ, festæ dapes.

Daps, pis, *R. adeps. Us.* Sacerdotes ad ministerium & dapem adhibiti.

Dapsilis, * herrlich. *Syn.* abundans, largus. *Us.* sumptus dapsilis.

Dapsiliter, * herrlich. *Syn.* oppiparè, largè, magnificè, splendidè, abundè, liberaliter, lautè.

De, præp. von/auß. 1. *ex*, ad personam relatum. *Usus.* Audivi hoc de parente. Emit agrum de socero. 2. *Ex, ad locum refertur. Us.* Homo de schola venit, de via me inclamat; de Sicilia Provincia decedere. 3. *Ad tempus refertur.* Vigilat de nocte; naviges de mense Decembris. 4. *Ad gentem, multitudinem, conditionem accommodatur.* Accusatur de plebe. Unus de multis. Senator de minoribus. 5. *Alias ad materiam.* Multa de suis rebus asportant; nihil de argento, quantùm visum est. 6. *Super,* Regulus de captivis egit. Legati de pace, de captivis redimendis. 7. *Propter.* Irascitur de nihilo, flebat de supplicio filii. Maximis gravibus de causis. 8. *Quod attinet ad.* De religione facilè tibi concedam. De pace aperta est simulatio. 9. *De consilio, de sententia alicujus.* De communi sententiâ, de tuo consilio hoc agam. 10. *De industria, deditâ operâ.* 11. De integrô, *denuo.* 12. De scripto. 13. De meo, de tuo, de suo. Potat de meo; sumptum faciam de meo. 14. *Ab.* De nuntiis hoc accepi; urbs de hostibus capta.

Dea, æ, Göttin. *Epi.* Bona, custos rerum intimarum, sanctissima, sapientissima. Deæ immortales, speculatrices & vindices facinorum & scelerum. *Usus.* Dii Deæque immortales.

Dealbo, as, *Syn.* tectorium induco. *Us.* duos parietes eâdem fideliâ dealbare.

Deambulatio, onis, * Spaßiergang. *Usus.* vel hæc me deambulatio, quamvis non laboriosa, ad languorem dedit.

Deambulo, as, spaßieren gehen. *Syn.* ambulo. *Usus.* eamus deambulatum.

Deamo, as, * *Syn.* valde amo. *V. Amo.*

Dearmo, as, * entwaffnen. *Us.* Dearmatum hostem, exercitum sub jugum misit.

Deartuo, as, * *Syn.* quasi per artus concido, *transl.* Deartuare opes.

Debacchor, aris, * wüten, *Syn.* præ ebrietate valde furo. *V. Furo.*

Debello, as, * überwältigen. *Syn.* expugno, victoriâ bellum finio. *Debellare est bello expugnare, pugnando vincere. Us.* cum Antiocho unô præliô debellatum est.

Debeo, es, sollen / müssen / schuldig seyn. *R. ex De-habeo. Syn.* faciendum est, ut &c. convenit, oportet. *Usus.* Juvare nos & maxime debebat, & poterat, 2. *refertur ad æs alienum:* multos mihi nummos debet. Talenta ducenta debet, 3. *ad res alias.* Hoc tibi beneficium debeo. Debeo hoc necessitudini nostræ. Reipublicæ studia omnia, meipsum debeo; summam tibi gratiam debeo. *Phr.* Nihil cuiquam pecuniarum debeo; in nullo ære alieno sum; æs alienum contraxi, conflavi nullum; in æs alienum inci-

incidi nullum; Ære alieno me non obstrinxi. Nomina nulla feci. Ære alieno liberavi me, levavi, expedivi. Exivi ex ære alieno, dissolvi nomina; nemo est, qui à me nomina exigat. Nullâ alieni æris magnitudine demersus gemo. Bonum nomen existimor, *bonæ fidei*. *V. Æs alienum.*

Debilis,e, ſchwach. *Syn.* mancus, infirmus, imbecillis, levis, fractus, debilitatus,)(*firmus*. *Uſ.* Homo animô debilis & corpore; Debilem præturam gessit; mancus, membris omnibus captus, ac debilis. *Phraſ.* Vires corporis tibi ademit vitæ ratio minimè moderata; vires corporis tibi minuit, diminuit, deminuit, imminuit, comminuit, infirmavit, debilitavit, abstulit, afflixit tua incontinentia, intemperantia, nequitia, luxus libido. Vita immoderatè, incontinenter, intemperanter traducta; vita dissolutè, nequiter, sine modo, luxuriosè traducta ad infirmitatem, ad imbecillitatem, ad tenuitatem corporis te adegit, te adduxit; minùs te firmum, validum, valentem, robustum, infirmiorem, imbecilliorem reddidit. *V. Valetudo. Infirmus.*

Debilitas, tis, Schwachheit / Mattigkeit. *Syn.* infirmitas.)(*Integritas*. *Epi.* Misera. *Uſ.* tarditas ingenii, stupor debilitasque linguæ. Hoc agunt, ut à se morbos, debilitates, dolores repellant. Bonum, integritas corporis, misera debilitas. *Infirmitas.*

Debilitatio, onis, Schwächung *Uſ.* Debilitatio, atque abjectio animi.

Debilito, as, ſchwächen. *Syn.* Infirmo, frango, infringo, debilem facio, minuo, comminuo, exhaurio, nervos incido, corrumpo, enervo, affligo.)(*Confirmo*. *Uſus.* Tribunitios furores debilitare, & reprimere. Ea mentio vocem mihi debilitavit, mentem dolore impedivit. Noli me, meam virtutem, spem luctu debilitare. Debilitatâ virtute, fractô animô. Afflictus, debilitatus, mœrens, dolore exanimatus. Urbs ipsa nervis omnibus exsectis debilitata & soluta, abjecta metu, muta, fracta malis relinquitur. *V. Affligo. Frango.*

Debitio, onis, *Syn.* debitum. *Uſ.* nihil de emendo cogitat, debitione dotis satis torquetur. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ.

Debitor, is, ein Schuldner. *Syn.* propriè is est, à quo invitò exigi pecunia potest.)(*Creditor*. *Uſ.* pecunias creditas debitoribus condonare. Levior plaga est ab amico, quam a debitore.

Debitum, i, *Syn.* debitio, æs alienum, pecuniæ debitæ, nomen. *Adv.* jam diu. *Uſ.* fidei conducit in loco debitum solvere, retribuere. Turpe debito fraudare creditorem.

Debitus, a, um, ſchuldig. *Syn.* meritus, justus. *Uſus.* Debitam tibi justamque gratiam refero. Reddere officium alicui debitum. Mortem naturæ debitam patriæ impendit. Solvere justas debitasque pœnas. Debiti mihi honores sunt habiti. Non injusta, merita, debita iracundia fuit.

Deblatero, as, * *Syn.* Stultè loquor. *Uſus.* Rem totam vicinis omnibus deblateratti.

Decanto, as, *Syn.* Canto, celebro, pervulgo. *Uſ.* Decantata est fabula. Græcus Doctor pervulgata præcepta decantat.

Decedo, is, abweichen. *Syn.* Cedo, discedo.)(*Accedo*. *Adv.* alicunde, aliquando, de sententia, planè. *Uſ.* Metellus de civitate, quam de sententia decedere maluit. Inimicorum amentiæ, tribunitio furori, ac violentiæ decessit Cicero. Ex vel de provincia decedere. De possessione, de jure suo decedere coactus. 2. *Morior*. Tum omnes decesserant; de vita, de statione vitæ, de præsidio cùm decessero. *Vid. Cedo.*

Decem, zehen.

December, is, Christmonath. Mensis.

Decempeda, æ, *Syn.* Instrumentum, quô terram metiuntur metatores. *Uſus.* Solis magnitudinem quasi decempedâ metiuntur Mathematici. Cum architectis & decempedis villas multorum peragravit.

Decempedator, is, *Syn.* agri metator. *Epi.* Æquissimus. *Uſus.* Æquissimus agri publici & privati Decempedator Antonius.

Decemviri, orùm, qui 12. tabulas perscripsêre.

Decemviralis, e, *Syn.* amplissimum collegium decemvirale.

Decemviratus, ûs, *Syn.* decemvirûm magistratus & officium.

Decen-

Decenter, gebührlich. *Syn.* Decorè. *Usus.* Jura à majoribus decentissimè scripta.

Decentia, æ, *Syn.* Convenientia, condecentia, venustas, decorum, ordo. *Us.* venustatem, ordinem, &, ut ita dicam, decentiam oculi videant, judicent.

Decerno, is, *Syn.* statuo, constituo, in animum induco, destino, mihi certum est, consilium est, animum intendo. Consilium capio, judico, censeo, sancio, decretum facio, decretum interpono; sententiam dico, vel fero. *Adv.* Atrociùs, amplissimè de salute, cautè, communiter, diligenter, fortiter de republicâ, gratis honores, graviùs, gravissimè, honorificentissimè, injuriosè, justè, liberè, maturè, nominatim de aliquo, ornatissimè, planè, rectè, sapienter, severè, de religione, variè, verè. *Us.* honores alicui, triumphum, supplicationem, Provinciam decernere. Contra aliquem vel secundùm aliquem decernere. De eâdem re alius alia decernit. 2. *Pugno, decerto:* unô judiciô de fortunis omnibus decernere. Fac, ne ferro, ne armis decernatur. In ea pugna de salute reipublicæ decernitur. *Phras.* Decrevi me Philosophiæ dare; certum mihi est philosophari, non remittam; definitum est, decretum mihi & stabile est. Ita mihi sententia est; decretum hoc mihi tuli, feci, naviter Philosophiam persequendi. *Vid. Constituo. Volo.*

Decerpo, is, abbrechen. *Syn.* Carpo, delibo, excerpo, aufero. *Usus.* Nihil sibi ex illa laude miles decerpsit. Cave, ne quid jocus de gravitate decerpat. Humanus animus decerptus è mente divinâ. *V. Minuo. Detraho.*

Decertatio, onis, *Syn.* Dimicatio, concertatio. *Usus.* Harum rerum decertatio consulibus permissa est. *V. Certamen.*

Decerto, as, kämpffen. *Syn.* Certo, depugno, dimico, concerto. *Adv.* Acerrimè, cominùs, ferro inter se, confestim, felicissimè, pretiis. *Us.* Jure & legibus disceptando, vi & armis contra vim decertare. Summâ contentione cum æmulis decertat, inter se accerrimè decertat. *V. Certo.*

Decessio, onis, *Syn.* abitus, discessus. *Epi.* matura, molesta, tarda. *Us.* Is mihi sæpe de tua mansione & discessione communicat. Decessionis dies appropinquat. 2. *Detrimentum, diminutio:* nescio, an accessionem vel decessionem de summa mihi attulerit. Nulla fieri accessio, vel decessio poterat.

Decessus, ûs, *Syn.* decessio, mors. *Us.* Amicorum decessu valdè me ango. Decessus è provinciâ.

Decet, *R. à* δίκη, *fas. Syn.* Convenit, decorum est, æquum est, par est, postulat jus, dignum est, aptum est.)(*dedecet. Us.* nil decet invitâ Minervâ; quid deceat, quid aptum sit personis, videat orator. Quem muliebris ornatus parùm decet. Caput artis est decere. *Phras.* Quod decet, sectare. Quod decorum, quod te dignum, quod consonum, quæ tuarum partium est, quod tuum est; quod ingenium, genus, ætatem tuam addecet, sectare. Quod nec inhonestum, nec tibi indecorum est, age; quod jus fasque non sit, quod præter decentiam erit, devita. *V. Honestum. Refert.*

Decido, is, herabfallen. *Syn.* Cado. *Us.* De omnibus rebus decidimus. In miserrimam conditionem decidit respubl. *V. Labor. Cado.*

Decîdo, is, abhauen. *Syn.* Decisionem facio, transigo, pactionem facio, decerno. *Us.* talentis decem decîdit. Transigere & decidere cum aliquo.

Decies, * zehenmal. *Us.* decies dixi.

Decimo, as, * *Syn.* decimam partem accipio. 2. *Decimare legiones.* Decimum quemque è legione supplicio afficere.

Decimus, a, um, der Zehende. *Us.* hora diei decima.

Decipio, is, betrügen. *Syn.* Capio, impono, circumvenio, fraudo, circumscribo, induco, fallo, supplanto, fucum facio, in fraudem impello, in errorem induco, verba do, errorem objicio, errorem incutio, in fraudem deduco, aucupor, eludo. *Us.* Spem meam admodum decepit. *Phras.* Non erat, quod me deciperes, spem falleres, per dolum atque insidias ageres, meam imbecillitatem aucupareris, in fraudem impelleres; me ludificares, destitueres, adversariis traderes, omni fraude & perfidia falleres, improbissimè fraudares. At enim totus ex fraude & mendacio factus videris; ad omnem fraudem

fraudem callidus, fallax & omni artificio simulationis eruditus, ingenio ad fallendum parato; qui nihil nisi dolos, fallacias, machinas, præstigias animo disponas; non nisi dolos nectas, intendas, non tam virtute, quàm dolô contendas, insidiis nitaris. Sentio me tuis retibus captum, circumscriptum, illusum, destitutum, inductum, circumventum; captionibus tuis deceptum. *V. Fallo. Fraus.*

Decisio, onis, *Syn.* transactio. *Us.* decisionis arbiter Cæcilius fuit.

Declamatio, onis, Ubung im Reden/Beruff. *Syn.* domestica exercitatio & umbratilis, & commentatio inclusa, quâ pueri à Magistro exercentur. *Epi.* quotidiana, senilis, vulgaris & pervulgata. *Us.* vulgaris, & pervulgata declamatio.

Declamator, oris, ein Redner/Außruffer. *Usus.* Declamator, de ludo tabula. Quis eum declamator ad clepsydram latrare docuit?

Declamatorius, a, um, *Us.* pueri declamatoriô illô genere delectantur.

Declamito, as, *Us.* Græci annos plures sedentes declamitant.

Declamo, as, eine offene Rede thun. *Syn.* exerceor in declamationibus. *Adv.* Impunè in quemvis, vehementissimè. *Usus.* insanus ille contra me vehementer declamavit; causam declamare. Exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari.

Declaratio, onis, *Epi.* Jucundissima. *Us.* liber iste transmissus quantam habet declarationem amoris erga me tui.

Declaro, as, erklären/kundbahr machen. *Syn.* significo, demonstro, ostendo, indico, pronuntio. *Frequentius ad facta pertinet quam dicta.* *Adv.* Apertè, apertius litteris, faciliùs benevolentiam, obscurè, parum, planè, maximè. *Us.* Populus universus me consulem declaravit; declaravit eô factô, quantum me faceret; declarant illa acumen ingenii tui. Abundantia & satietas rerum copiam declarat. Mentem tuam illis litteris non satis declarâsti. *V. Aperio, Significo. Explico.*

Declinatio, onis, *Syn.* deflexio. *Epi.* honesta periculi, naturalis, parva. *Usus.* Nullum animal est, cui non sua appetitio naturalis sit, & declinatio. Ictum parvâ declinatione corporis effugere. Declinatio brevis à proposito.

Declino, as, niderbiegen/ entweichen. *Syn.* deflecto, decedo, vito, declinationem efficio, de via deducor.)(*appeto, adscisco.* *Adv.* aliquantulùm à proposito, diligentiùs à vitiis, naturaliter, paululùm, tectè, impetum declino. *Usus.* declinat à proposito, deflectitque sententiam; de via declinavi paulùm. 2. *fugio, devito:* laqueos judicii, vitia, periculum declinare; de statu suo declinare. *V. Vito.*

Declivis, e, * niederwärts. *Syn.* inclinatus, incurvus. *Usus.* Collis à summô. Æqualiter declivis; præceps & declivis locus.

Declivitas, tis, *Syn.* inclinatio. *Us.* exiguum loci ad declivitatem fastigium magnum habet momentum.

Decoctor, oris, *Syn.* qui suam rem confecit, insidiator, fraudator. *Usus.* Exercitus è senibus, mendicis, decoctoribus collectus.

Decolor, oris, *Syn.* sine colore. Quod colorem amisit. *Us.* sanguis decolor. *V. deformis.*

Decoloratio, onis, *Syn.* livor.

Decoloro, as, entfärben. *Us.* mortuum deformatum, tumore præditum, corpore decoloratô constat fuisse.

Decoquo, is, einkochen/ verschwenden. *Syn.* male rem gero, conturbo. *Us.* fortunæ vitiô, non suô, decoxit; agrum suum intra annum decoxit. Aleâ, potatione, scortatione decoxit. *V. Nepos. Consumo.*

Decor, oris, Zierd. *Syn.* quod decet. *Usus.* Metaphrastus virtutem decore suo spoliavit.

Decorè, *Syn.* decenter. zierlich. *Usus.* loqui ad rerum dignitatem aptè ac decorè.

Decoro, as, Ehr erbieten/Lob geben. *Syn.* celebro, orno, honesto)(*dedecoro.* *Us.* hos majores nostri omni laude, triumpho, honoribus decorârunt, auxerunt, honestârunt. *Vid. Orno. Honesto.*

Decorum, i, *Syn.* decus. *Us.* Ut in vita, sic in oratione nihil est difficiliùs, quàm quod deceat; πρέπον appellant Græci, nos decorum dicamus. Scio, quid gravitas vestra, quid hæc advocatio, quid ille conventus, quid digni-

dignitas populi Romani, quid periculi magnitudo, ætas mea, honos, *decorum* denique postulet. *V. Indecorum. Decet.*

Decorus, a, um, zierlich. *Syn.* Decens, conveniens, πρέπον, consonus. *Usus.* Mihi eò ire decorum visum non est; aurum & ad usum aptum est, & ad ornatum decorum. Nihil magis decorum, quam æqualitas universæ vitæ. Quod non decorum est, nec Diis dignum.

Decrepitus, a, um, gar alt. *Syn.* Senectute affectus, confectus, invalidus; qui summâ senectute est. *Us.* tristis, ac decrepitus senex.

Decresco, is, *Syn.* Subsideo, decedo. *Usus.* Conchylia omnia cum luna crescunt, & decrescunt, seu exhauriuntur.

Decretum, i, *Syn.* interdictum, consultum, scitum. *Epi.* egregium, justum, interpositum, severum, liberalissimum, obsignatum, præclarum, stabile, fixum, ratum, vetus. *Decreta* amplissima atque ornatissima, divina atque immortalia, falsa, firma, gravissima, honestiora, honorificentissima, magnificentissima, multa, nova, ornatissima, superiora. *Usus.* Decretum facere, interponere. Decreti tabulas figere. Quis consulum illorum decretum comprobabit? Honestissimum à Senatu Decretum abstuli, obtinui. *Vid. Consilium. Sententia.*

Decuma, æ, *Syn.* Decima pars, quam arator decumano dabat. *Epi.* Certæ, magnæ, reliquæ. *Us.* Decumas conducere, exigere acriter; dare decumas & accipere. Decumis rempublicam defraudare.

Decumanus, i, *Syn.* Publicanus, qui decumas exigit. *Epi.* Ministri ac satellites cupiditatum suarum, principes & quasi senatores publicanorum.

Decumbo, is, ere, niederliegen. *Syn.* cubo, jaceo,)(*Sto. Us.* Honestè, turpiter decumbere.

Decuplus, a, um, * *Syn.* Decies tantum.

Decuria, æ, *Syn.* Classis, ordo Judicum Romæ, à decies centenis judicibus appellatus, qui in singulis curiis sedebant. *Us.* Non suæ decuriæ munere, neque ex lege sedit. Lex promulgata est de tertiâ decuriâ judicum.

Decuriatio, onis, *Syn.* in curias distinctio, & descriptio. *Us.* decuriatio tribulium, descriptio populi.

Decurio, as, *Syn.* in curiam adscribo. *Us.* Cùm vicatim decuriarentur servi, & conscriberentur. Decuriatos habere exercitus peditum.

Decurio, onis, *Syn.* quasi senator in municipio, vel conventu. *Us.* factus est Neapoli decurio.

Decurro, is, hinablauffen. *Syn.* Conficio, transigo, indico. *Adv.* Bellissimè, cupidè ad jura, breviter. *Usus.* Jam ad calcem decursum est, nec velim decursô spaciô ad carceres revocari. Propè actâ ætate & decursâ. Quæ à te breviter decursa sunt, audire cupio.

Decursio, onis. *Syn.* excursio. *Usus.* Decursionibus equitum ea loca vastavit.

Decursus, ûs, Ablauff. *Syn.* Spatium, functio. *Us.* decursus mei temporis. Honorum decursus. *V. Curriculum.*

Decurto, as, kürtzer machen. *Us.* decurtata oratio.

Decus, oris, Ehr / Lob / Zierde. *Syn.* Honor, laus, dignitas, honestas, ornamentum.)(*Dedecus. Usus.* Decus & ornamentum Senatûs Cicero. Populi decus, & lumen Pompejus. Verum decus in virtute positum est. Decus antiqui summum dixêre. Nati sumus ad laudem, & decus.

Decusso, as, *Syn.* In formam Litteræ X. diduco, divido, constituo; per medium seco.

Decutio, is, abschlagen / abschütteln. *Syn.* dejicio. *Us.* summa papaverum capita decussit.

Dedecet, es geziemet sich nicht. *Syn.* indecorum est.)(*Decet, decorum est. Usus.* Oratorem irasci dedecet, simulare decet. *Vid. Dedecus. Indecorum.*

Dedecoro, as, schänden. *Syn.* turpifico. *Us.* Urbis & Magistri authoritatem dedecorâsti.

Dedecus, oris, Schande / Unehr. *Syn.* turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, labes turpitudinis, opprobrium, flagitium. *Epi.* Æternum, commune, detestabile,

ſtabile, domeſticum, maximum, ſempiternum, ſummum, tantum. *Uſ.* vide, ne quid dedecoris admittas, concipias, ſuſcipias; ne in dedecus incurras, in dedecore voluteris, dedecori ſis tuis majoribus. *Phraſ.* vide, ne dedecori ſis majoribus; ne vita tua inſigni turpitudine notata, atque depreſſa dedecore, & infamiâ, illis probro vertat; ne dedecores, ignominiâ afficias, maculâ turpiſſimâ, genus tuum notes; generi tuo ignominiam inuras, ne hanc labem tot ſcelerum in familia relinquas; ne ſempiternam ſæviſſimæ turpitudinis notam habeas, dedecus tuis imprimas, majorum famam probris flagitiisque tuis violes; nomen tuum iis maculis obſcures, quæ nullâ temporum longinquitate abſtergi poſſint. *V. Contumelia. Infamia. Labes. Macula.*

Dedicatio, onis. *Syn.* Conſecratio. *Epi.* religioſa, ſuperſtitioſa. *Uſ.* Poſtem teneri in dedicationibus templorum oportet.

Dedico, as, weichen. *Syn.* Sacro, conſecro, religioſum facio, religionem in aliquem locum infero, aliquem locum religione devincio. *Uſ.* Smyrnæ delubrum Homero dedicârunt. Publicare, conſecrare, dedicare locum aliquem Deo. Ædes Caſtori & Polluci dedicata. *Phraſ.* Clodius domum Ciceronis dedicavit, ſempiternâ religione obligavit, religione devinxit, dedicationem celebravit. Multis de cauſis librum hunc tibi dedicare volui, nuncupare, donare, deſtinare, offerre, inſcribere; multæ me impellunt cauſæ, multæ ſunt cauſæ, quæ me moveant, ut has meas vigilias ſub tui nominis clypeo, auctoritate, fulgore, ſplendore edam; ut has meas lucubrationes prodire, exire, in lucem prodere, in publicum edere ſub nomine tuo, in tuo nomine apparere velim. *V. Conſecro.*

Dedignor, aris, * unwürdig achten. *Syn.* indignum habeo, contemno, *Uſ.* amicum dedignari. *V. Contemno.*

Dediſco, is, entlernen / vergeſſen. *Syn.* quæ didici, oblivilcor. *Uſus.* Juventus noſtra dediſcit penè docendo.

Deditio, onis, Ergebung. *Syn.* ſubjectio, cum quis ſe in hoſtium poteſtatem tradit. *Uſ.* 1. *ad deditionem invitare obſeſſos:* Spe honeſtorum pactorum in deditionem impellere, inducere, majores noſtri multos in deditionem redigêre, ad deditionem ſubegêre. 2. *deditionem facere,* ſubire; in deditionem venire, concedere. Deditionem ſignificare, in deditionem accipere, recipere; deditionem cœptam omittere, abrumpere, deſerere.

Dediticius, a, um, aus Gnade auffgenommen. *Syn.* deditus. *Uſ.* Id decretum ad dediticios pertinet.

Deditus, a, um, ergeben. *Adv.* mirificè. *Uſus.* Puer his ſtudiis maximè deditus; authoritati ſenatûs, gratiæ alicujus & voluntati deditus. Aſtrictum me tibi ſemper, magnopere deditum, addictum penitus habebis. *Phraſ.* Homo litteris deditus, litterarum ſtudio flagrans, totus in litteris, unicus litterarum ſectator. *V. Studioſus.*

Dedo, is, ſich ergeben. *Syn.* abdico, trado, do, mancipo, quaſi conſecro. *Uſ.* Patriæ nos totos dedere, in eâ noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus; alicui arti ſe totum dedere, totô animô libidini, deſidiæ, ægritudini, luctui ſe dedere. Mancinum hoſtibus dedidêre Romani. *V. Trado.*

Dedoceo, es, entlehrnen. *Syn.* ab eo, quod quis doctus eſt, deduco; ſecùs doceo. *Uſ.* docendus illa potius fuerat, quam dedocendus.

Deduco, is, abführen. *Syn.* abduco, revoco, removeo, detraho, deductionem facio. *Adv.* neceſſariò, gradatim, de publico, auſpicatò omnino, ſenſim. *Uſus.* In campum aliquem, domum, ad judicium, ex Provinciâ, de viâ deducere. Præſidia deducere oppidis. 2. *Adducere rem in locum aliquem, & ſtatum.* Eum in locum res deducta eſt, huc rem deduxit, ut &c. 3. *Transfertur ad animi motus:* Ab voluntate, mente, conſilio, bonô, ſententiâ cœptâ aliquem deducere, dimovere. Nunquam me divitiæ de fide, ab animi lenitate deducent. Oratione ab triſtitia, de pravitate animi illum deduxi. 4. *Detraho.* Centum nummos ei deduxi. Addendo, deducendoque vide, quæ ſumma fiat reliqua. *V. Comitas.*

Deductio, nis, *Syn.* adductio, derivatio. *Epi.* Admirabilis, crudelis, miſera, mili-

militum. *Usus.* Mirabilis illa aquæ Albanæ deductio. Rivorum è fonte deductio. 2. *Detractio*, certis nominibus deductiones fieri solent.

Deductor, is, *Syn.* Qui honoris causa aliquem deducit. *Usus.* Deductorum officium majus est, quàm salutatorum.

Deerro, as, sich verirren. *Syn.* erro, aberro. *Us.* ne deerret orator ab eo, quod cœpit exponere. In itinere deerravimus. *V. Erro. Aberro.*

Defæco, as, * *Syn.* à fæcibus purgo. *Us.* Vinum defæcatum. *Transl.* animus defæcatus, omni anxietatum & dolorum sorde vacuus.

Defatigatio, onis, *Syn.* lassitudo. *Us.* ne qua possit defatigatio animum tuum retardare. Corpora defatigatione & exercitatione ingravescunt, animi levantur. *V. Languor. Lassitudo.*

Defatigo, as, müde machen. *Syn.* defatigationem vel laborem, lassitudinem, languorem affero. *Usus.* Aliquem negotiò aliquô defatigare. Noli conservandâ republicâ defatigari. Non conquiescam, nec defatigabor, donec &c. *V. Fatigo.*

Defectio, onis, Abfall. *Syn.* Eclipsis, defectus. *Usus.* Solis & lunæ defectiones; Defectio virium adolescentiæ vitiis tribuenda est, potiùs quam senectuti. Defectio animi. Intemperantia est à recta mente defectio, à virtute defectio. 2. *Animi studiique abalienatio, rebellio.* 1. Ad defectionem sermonibus seditiosis trahere, invitare, sollicitare. 2. defectionem moliri, parare, attentare; omnia ad defectionem spectant; nescio, à quibus defectionis initium sit oriturum; solum defectionis tempus circumspectant. 3. Defectionem inire, facere ab republicâ.

Defectus, ûs, Mangel. *Syn.* defectio. *Us.* Luna à defectu suo in initia recurrit.

Defectum, i, *Syn.* malum. *Us.* Ille quotidie defecti aliquid afferebat ad eos, à quibus audiebatur.

Defendo, is, schützen/ schirmen. *Syn.* tego, protego, propugno, adsum, studeo, foveo, pro aliquo dico, verba facio, causam alicujus suscipio, vel ago, sum advocatus, tueor, injuriam prohibeo; calamitate, vel periculo prohibeo, complector, sustineo.)(*Oppugno.* *Adv.* Accuratè, acerrimè, animosè, audacter, benignè, constantissimè, copiosissimè, diligentissimè, diu multumque, facillimè, feliciter, fortiter, gravissimè & verissimè, honestissimè, uberiùs, liberè, magnoperè, negligenter, ornatissimè, parum diligenter, præclarè, precariò, prudentissimè, publicè, pugnacissimè, religiosè, sanè, animose, segniùs, simpliciter, timidè, vehementiùs, verè, veriutiùs, vix satis honestè, usque ad extremum causæ, vulgò in Judiciis, studiosè. *Usus.* Pericula civium injuriam prohibere, defendere; uva vestita pampinis solis ardores defendit. Nunquam quid defendit Carneades, quod non probârit. Defendere aliquem de ambitu. *Thras.* Semper te defendam, pro tuis fortunis loquor; propugnationem & defensionem tuæ dignitatis suscipiam, in meis castris præsidiisque versaberis, inimicorum impetus propulsabo, meô patrociniô te sustentabo, tuam causam quàm accuratissimè tutabor, tela à cervicibus tuis depellam, tui patrocinium suscipiam; defensor periculi tui & propugnator, ultor hostium tuorum, restitutor salutis tuæ ero; sub umbra mea tutò delitesces, sub tutela mea acquiesces, innocentiam tuam protegam, fulciam. *Vid. Tueor. Studeo. Faveo. Complector.*

Defensio, onis, Schutz/ Schirm. *Syn.* propugnatio, patrocinium. *Usus.* Defensionem tui libenter suscepi, in suscepta perseverabo. *V. Defendo.*

Defensito, as, offt verthätigen. *Syn.* Defendo. *Adv.* studiosè. *Us.* Causas defensitare.

Defensor, is, Beschirmer. *Syn.* Propugnator, Patronus, tutor, advocatus, adstipulator, custos, qui aliquem in fidem suam suscepit, quem aliquis Patronum adoptat, qui aliquem habet commendatum.)(*Oppugnator, adversarius.* *Epi.* Acerrimus, assiduus, constantissimus, diligentissimus, fidelis, idoneus, nimiùm litigiosus, consuetus ad rixas, ineptus

ineptus ac ſtultus inter viros, inter mulieres; peritus juris & callidus, magnus. Defenſores ſtudioſiſſimi, multi, perpetui. *Uſus*. Defenſor cuſtosque libertatis. Propugnator ſenatûs, patronus publici conſilii, defenſor veſtræ voluntatis. Defenſorem ſibi conſtituere, adoptare, repudiare, aliquem. *V. Patronus.*

Defero, ers, tragen / bringen. *Syn.* Nuntio, affero, ſignifico. *Uſus*. Ille ad Pompejum detulit; res ad ſenatum delata eſt. Te valere, omnes ad nos deferunt. Acerbum nuncium mihi defert. 2. *Tribuo, trado, credo, concedo, refero.* Univerſum ſtudium meum & benevolentiam ad de defero; *vulg. præſentare.* Regnum illi detulit, voluntatem ei meam per litteras & ſtudium detulit. Plura, quàm velim, mihi detulit ſenatus. Omnia illi defert. 3. *Adduco*, munus ad aliquem deferre. Bona fortuna me ad hunc Magiſtrum detulit, 4. *Accuſo.* Meum nomen ad Judices detulit; de ambitu, de parricidio, me detulit. *V. Prodo.*

Defervеſco, is. *Syn.* Refrigeror. *Uſus. Tranſl.* ad *animum:* dum adoleſcentiæ cupiditates, dum ira deferveſcant. *V. Refrigero.*

Defeſſus, a, um, abgemattet. *Syn.* Fatigatus, laſſus, languens. *Uſus*. Languentem & defeſſum ad priſtinam virtutem revocavi. Animi negotiis defeſſi; aures convitio defeſſæ, defeſſus labore & itinere, æſtu diſputationis. *V. Fatigo.*

Deficio, is, manglen. *Syn.* Deſum.)(Abundo. *Adv.* Planè ab aliquo. *Uſus*. Quod mihi alias adjumento erat, nunc deficit. Vires, vox, ſolatia me omnia deficiunt. Spes me, non voluntas deficit. Tempus citiùs & dies, quàm oratio deficiet; *vulgus: deficit mihi aliquid.* 2. *Sum alienus, deſciſco.* Multi ab Imperio & nomine populi Romani defecere. Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris. Quantùm à te, à tuâ dignitate & conſtantiâ defeciſti! 3. *Minuor, defectum patior.* Sol, luna deficiunt. Animo non deficiam; calor nativus me deficiet. Animo & conſilio non deficiam. *Phras.* Vires me deficiunt, mihi deſunt, ætate oblanguere; maturè nimiùm & celeritèr deflorеſcunt anni; defeſſus & refrigeratus membrorum vigor decidit; defluit ætas, ac velut longo intervallo viriditatem amittit; flacceſcit, claudicat valetudo; labitur, conſeneſcit, ad extremam tabem corpus venit; defluunt laſſitudine vires. Hebeſcit virtus, ubi per ætatem vires & ingenium defluxère. *V. Minuo.* 2. *Defecerunt ab Romanis multi populi.* Deſcivêre, abrupêre ſe ab R. Imperio, magna defectio facta. Rebellionis crimen latè vagatur, ſollicitatis ad defectionem animis. Provinciæ ingeniô feroces, rebellatrices, apertè deſcivêre, jugum excuſsêre, ditioni populi ſe ſubtraxêre. *V. Defectio. Infidelis.*

Defigo, is, anhefften. *Syn.* Colloco, pono, immitto, figo, intendo. *Uſ.* Sicam in conſulis corpore defigere, virtutes altiſſimis radicibus defixæ. 2. *Tranſl.* Omnes curas in ſalute reipublicæ defigere, ſententiam ſuam in aliorum mentibus defigere. In omnium fortunas oculos imprudentes ſpe, & mente defigit.

Definio, is, ire, ein Ziel ſetzen. *Syn.* Deſcribo, definitione explico; quid aliquid ſit, conſtituo. Definitione univerſam rei vim explico, perſcribo. *Adv.* Accommodatiùs ad intelligentiam popularem, benè, breviter, explanatiùs, generaliter, uberiùs, preſsè & anguſtè, preſſiùs, probè, ſimiliter, ſqualidius. *Uſus*. Aliquid breviter illuſtrare, verbisque definire preſsè & anguſtè; Philoſophorum more rem definire. 2. *Metior, terminis circumſcribo, complector, termino.* Mala dolore, bona voluptate definiunt Epicuræi. Poteſtatem illi definit in quinquennium. Quam vitæ rationem teneam, mihi, quæſo, definias. Optimas ſibi ſedes hortosque definiunt. Illi orbes cæleſtes, qui aſpectum noſtrum definiunt. *V. Termino.*

Definitè, außdrücklich. *Syn.* Apertè, finitè. *Uſus*. Lex illa definitè Pompejo poteſtatem civitatem donandi fecerat.

Definitio, onis, eine kurtze Beſchreibung / was eine Sach eigentlich iſt. *Syn.*

Syn. Descriptio. *Epi.* Aperta & apta, explicata, honesta, mala, subtilis, vera, utilis, definitiones conglobatæ, plures. *Usus.* Definitio est rerum opertarum patefactio, evolutio involutarum.

Definitivus, a, um, umschrieben. *Usus.* Definitiva constitutio.

Definitus, a, um. *Syn.* Certus, decretus, constitutus. *Adv.* Fataliter, similiter, propemodum. *Usus.* Nondum mihi definitum & certum est de itinere consilium. Definita animi moderatio.

Desit, es mangelt. *Syn.* Deest. *Usus.* Mihi nunc animus potiùs desit, quàm facultas. *V. Careo.*

Deflagratio, onis, Brunst. *Syn.* Exustio, flamma, ardor. *Us.* Deflagratio olim futura est cæli atque terrarum; mea domus ardore suo deflagrationem urbi minabatur.

Deflagro, as, verbrennen. *Syn.* Conflagro, comburor, ardeo. *Us.* Quot templa tuâ manu deflagrârunt? Tuis facibus incensa mea domus, deflagravit.

Deflecto, is, abwenden. *Syn.* Declino, contorqueo. *Adv.* Aliquantulum de spatio, tantulùm. *Usus.* De via deflectere. Contortus amnis & deflexus; 2. *Transl.* De virtute, de curriculo & consuetudine majore deflectimus. De amicitiis sapientum ad leves amicitias deflectis. De proposito actionum mearum cursu tuâ causâ deflexi. A veritate, à religione deflectere. Ætas à laboribus ad otium deflexa. *V. Inclino. Averto.*

Defleo, es, beweinen. *Syn.* Ploro, deploro, comploro. *Adv.* Diu multumque. *Us.* Civilis belli initia deflevi. *V. Lugeo.*

Defloresco, is, verblühen. *Syn.* Flaccesco, florem venustatemque amitto, deficio. *Usus.* Formæ venustas, gratia principis, ingenium, opes, vires, celeriter & maturè deflorescunt. *V. Deficio.*

Defloro, as, * Blumen abbrechen. *Syn.* Rei decus diminuo. *Usus.* Victoriæ gloria deflorata est.

Defluo, is, abfliessen. *Syn.* Labor, delabor. *Usus.* Ipsæ corollæ defluebant. 2. *Cesso.* Ubi salutatio amicorum defluxit, litteris me involvo. 3. *Accedo, delabor.* Nempe à vetere facundia ad elegantiora defluximus. 4. *Alienor.* A multis amicis plerique defluxêre. 5. *Transeo.* E sophistarum fontibus id dicendi genus in forum defluxit. *V. Labor.*

Defodio, is, vergraben. *Syn.* Thesaurum defossum commonstrare.

Deformatio, onis, Schmach / Unehr. *Usus.* Deformatio corporis & coloris.

Deformatus, a, um, häßlich gemacht. *Syn.* Turpis, formâ atque ornamentis omnibus spoliatus, turpificatus. *Usus.* Deformatus corpore, fractus animô. Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati. Vitiis deformatus. Parietes nudos & deformatos reliquit. *V. Deformis.*

Deformis, e, ungestalt. *Syn.* Turpis.)(*Formosus.* *Usus.* Me nunquam pænitet, deformem esse natum. Motus statusque deformis. Deforme est de seipso prædicare. *Thras.* Valdè deformis, invenustus, informis es, inhonestâ facie, turpi facie. Corporis pravitates in te sunt insignes. Forma tua omni vacat decore. *V. Forma.*

Deformitas, atis, Unform. *Syn.* Pravitas, turpitudo.)(*Dignitas.* *Epi.* Summa. *Usus.* Cave, ne mala consuetudo ad aliquam te pravitatem deformitatemque perducat. Nullum majus malum turpitudine; quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa depravatio & fœditas animi debet videri? *V. Turpitudo.*

Deformo, as, ungestalt machen. *Syn.* Fœdo, turpo, maculo.)(*Orno, exorno.* *Us.* Fortunam honestam vitiis, plebem licentiâ deformare. Deformare aliquem, & ornamentis omnibus spoliare. Pœni Italiam deformârunt. *Vulg. Conspurcare.* 2. *Depingo, primas lineas duco.* Tabulam, imaginem deformare. Suis aliquem coloribus deformare. *V. Maculo.*

Defraudo, as, betriegen. *Syn.* Decipio. *Us.* Ne brevitas aures defraudet, ne longitudo obtundat. *V. Fraudo. Decipio.*

Defrico, as, abreiben. *Usus.* Cæpit in balneo defricari.

Defringo, is, abbrechen. *Syn.* Decerpo, frango. *Usus.* Ramum arboris defringere.

Defugio, is, ere, meiden. *Syn.* Refugio, recuso.

recuso. *Us.* munus aliquod, disputationem defugere. *V. Vito. Declino.*

Defungor, eris, außrichten. *Syn.* Exantlo, fungor. *Usus.* Certamine, periculis, curis defunctus, morbo, Imperio defungi. *V. Fungor.*

Degener, is, * übel gerathen. *Syn.* qui majorum moribus non respondet. *Usus.* degener animus.

Degenero, as, abfallen. *Syn.* Veteres majorum laudes obtero, deflecto. *Usus.* Utinam ejus filii ne degeneràssent à virtute paternâ; ab illâ perenni & contestatâ majorum probitate descivissent. *V. Deterius fieri.*

Dego, is, ere, zubringen. *Syn.* Ago, transigo, traduco, vivo. *Usus.* Vitam, ætatem in exilio, egestate degere. Vitam cum virtute, sine molestiâ, in tranquillitate degere. *Vid. Vivo.*

Degravo, as, * beschweren. *Syn.* premo, gravem ac ponderosum reddo. *Us.* Etiam peritos nandi lassitudo & vulnera degravant.

Degredior, eris, * absteigen. *Us.* Eques ad pedes degressus.

Degusto, as, versuchen. *Syn.* delibo, gusto, attingo, agnosco, conjicio. *Us.* Vellem, aliquid de his exercitationibus degustâsses. Odorare hominem, degusta convivam tuum; vis degustare vitam & fortunam meam?

Dehinc, hinführo. *Syn.* deinde, postea. *Usus.* primùm divertit, dehinc cænavit. *V. Deinde.*

Dehisco, is, * auffspalten. *Us.* tellus, mare dehiscit.

Dehortor, aris, abmahnen. *Syn.* dissuadeo, deterreo, avoco. *Us.* res ipsa me invitabit, aut dehortabitur. *V. Deterreo. Avoco.*

Dejectio, onis, Wegwerffung. *Syn.* depulsio. *Us.* Qui illam vim dejectionemque fecerit.

Dejectus, ûs, * Abwurff. *Us.* viæ arborum dejectu impeditæ.

Dejero, as, schweren. *Syn.* Juro. *Us.* oneratus auro dejerat, & clamat.

Dejicio, is, niederwerffen. *Syn.* deturbo, demolior, depello, disturbo, exturbo, præcipito, dimoveo, dejectionem facio. *Us.* Aliquem consulatu, ædilitate, de gradu, de statu vitæ, de possessionibus dejicere. Magistratum à gubernaculis reipublicæ, jugum cervicibus dejicere. Spe amicisque dejectus. 2. *Admo.* Metum hunc Siciliæ dejeci; vide, quantum Philosophia de doloris terrore dejecerit. 3. *Adverto* nusquam à republicâ dejeci oculos.

Dein, demnach. *Syn.* deinde. *Vid. Deinde.*

Deinceps, *Idem.* *Syn.* deinde, posteà posthac, rursus. *Us.* Cavendum. ne quod semel diximus, deinceps dicamus. Primum est se conservare, deinceps &c.

Deinde, *idem.* *Syn.* dein, exinde, exin, dehinc, post, postmodò, postmodùm, tùm, subinde, posthac, deinceps, secundò locô. *Us.* Naturam primùm videre, deinde inventionem, deinde constantiam.

Deintegrò, von neuen. *Syn.* denuò. *Us.* in morbum de integro incidi. Eas leges deintegrò leni placet. *V. Iterum.*

Dejungo, is, von einander trennen. *Usus.* quæ dejuncta fuêre, sociantur.

Delabor, eris, hinabfallen. *Syn.* delabor, devenio, deflecto, defluo. *Us.* Aqua è tectis delabitur, Divinus homo è cælo delapsus. *Transl.* delabi in aliquod vitium, in turpitudinem, in morbum, in magnas difficultates. Delabitur sermo ad alia; Quæ delapsa fluxerunt, severis legibus vincienda sunt. Rem familiarem delabi sinere flagitiosum est. *V. Labi.*

Delatio, onis, Anklag. *Syn.* Accusatio. *Epi.* salutaris & diligens. *Us.* Delatio nominis ad judicem; delationem dare alicui. *V. Accusatio.*

Delectamentum, i, Lust. *Syn.* oblectamentum. *Epi.* inane, permulta delectamenta. *Us.* inania sunt hæc & puerorum, delectamenta. *V. Delectatio.*

Delectatio, onis, Erlustigung. *Syn.* oblectatio, fructus, jucunditas. *Epi.* Aliena ab aliqua re, diurna, diuturna, ingenua, digna, levissima, mira, puerilis, summa; delectationes multæ, plurimæ, veteres. *Us.* Delectatio est voluptas suavitate sensûs animum deliniens. Quæ popularem admirationem habent, mihi delectationem nullam afferunt. Habet ea res suavitatem magnam & delectationem. Negotiis ab omni delectatione impedior. *Thras.* Multa est in litteris delectatio. Mirâ me voluptate titillant, afficiunt litteræ; una senectutis

ctutis meæ requies & oblectamentum sunt mihi litteræ, quidam velut humanitatis cibus, pabulum illud studii & doctrinæ. Cum splendore fructum quoque jucunditatis pariunt litteræ. Mori videri possim in studio. *V. Iucundus. Iucunditas.*

Delecto, as, belustigen. *Syn.* oblecto, ago, duco delectationem habeo, capio, affero. *Adv.* Admodum, incredibiliter, mirè, nimiopere, valdè, vehementer, æquè, magnopere, mediocriter, minùs, diu, mirificè, planè, prorsus, plùs, similiter, unicè. *Usus.* Pulchritudo corporis movet oculos & delectat. Cum Musis delectabimur & sapientiæ famâ. *Thras.* litteræ me delectant unicè, hæ dolores meos levant, in his acquiesco suavissimè. His oculos animumque pasco, hæc me nunquam aggravant; animum voluptate maximâ perfundunt. *Vid. Delectatio. Delector.*

Delector, aris, erfreuen. *Syn.* oblector, ducor, capior, teneor, delectatione videndi ducor, ex aliqua re fructum capio, voluptate afficior, morior in studio faciendi aliquid, pascor, perfruor, gaudeo, lætor. *Usus.* Delectatur multitudo & oratione ducitur. His rebus, cogitatione, spe pascor, perfruor. *Thras.* Libris delector magnopere, in libris quasi in aliquo opportuno diversorio requiesco, libri mihi voluptati sunt, legendi studiô teneor; è lectione humanissimâ voluptate animus completur, ac veluti saginatur. *V. Delectatio. Delecto. Iucunditas.*

Delectus, ûs, Wahl. *Syn.* discrimen, ratio, electio. *Epi.* Elegans, percautus, diligens, provincialis. *Usus.* Verborum delectus origo est Eloquentiæ. Populus non delectu aliquo, & sapientiâ judicat, sed impetu & temeritate. Beneficiorum delectus est habendus. 2. *Delectus militans.* Delectum mandare, decernere, edicere. Militum superbissimum delectum instituere, conficere, habere. Impedire, intermittere delectum.

Delegatio, onis, gegebene Gewalt. *Syn.* mandatum, provincia.

Delego, as, übergeben. *Syn.* mando, mitto. *Usus.* Hanc curam, provinciam, laborem alteri delegavi. Quæ ad me delegâsti, admodùm placuêre.

Deleo, es, vertilgen. *R.* à δηλέω, noceo. *Syn.* Tollo, extinguo, adimo, obruo, abstergo. *Adv.* Funditus, omninò. *Usus.* Delere epistolam lacrymis. *Transl.* Delevit mihi omnem molestiam Epistola tua. Oblivione beneficia delere. Is est, qui nummulis acceptis fas omne & æquum, leges, religionem, patriam deleat & extinguat. Hujus infamiam è judiciis, hanc maculam nunquam ex hominum animis delebis. Bella præsentia & futura consilio delevit. Urbem, exercitum, ædificium delere. *V. Tollo. Adimo.*

Deletrix, cis, *Syn.* pernicies, quæ delet. *Us.* Illa deletrix hujus imperii sica.

Deliberabundus, a, um, * Rathschläger. *Us.* Consules deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur.

Deliberatio, nis, Rathschlag. *Syn.* consultatio, consilium. *Epi.* Difficilis, difficilior, difficillima, magna, turpis, plurimæ. *Us.* Etsi tibi assentior, habet res deliberationem, *postulat.* Non oportebat eam deliberationem introducere, suscipere, deliberationes de republica habere. *V. Consilium.*

Deliberativus, a, um, da von man Rath hält. *Syn.* ex deliberatione constans. *Us.* Causæ, genus deliberativum.

Deliberator, is, Rathschlager. *Syn.* qui de re deliberat.

Deliberatus, a, um, vorbedacht. *Usus.* mihi certum est & deliberatum, nihil mihi deliberatiùs quam &c. *Vulg. ego conclusi mecum.*

Delibero, as, rathschlagen. *R. à librâ, addito e. Syn.* consulto, consulo, consilior, deliberationem habeo, consilium exquiro, consilium capio, considero, video, concoquo, inquiro. *Us.* Etiam cum hostibus deliberat. Tecum de capite & fortunis meis delibabo, & statuam.

Delibo, as, versuchen. *Syn.* quasi libando minuo, decerpo, degusto. *Us.* Vix delibaverat honorem novum. Nihil de laude tua ac gloria delibabo, *decerpam.*

Delibutus, a, um, geschmiert. *Syn.* unctus, oblitus. *Usus.* Multis medicamentis delibutus. Compositus, & delibutus capillus.

Delicatè, köstlich. *Syn.* molliter. *Us.* molliter & delicatè vivere, accubare.

Delicatus,a,um, zart. *Syn.* mollis. *Usu.* libidinosa ac delicata juventus. Delicatæ, obscænæ voluptates. Delicatum sermonem inferre convivio. Convivium delicatum. muliebri, lepido, delicato comitatu stipatus.

Deliciæ,arum, Wollust. *Syn.* delectamentum, suavitas, voluptas, amores, mel. *Epi.* magnæ, molestæ, multæ, pueriles. *Usus.* Sinamus illi pueriles voluptates, epularum delicias. Publicanos habeo in delitiis. Terentia mel meum, & deliciæ. Delicias me facit, *ludibrio habet. Vulg. Amicus meus vel charus. Vid. Delectatio. Voluptas. Charus.*

Deliciolæ, arum.

Delictum,i, Ubertrettung. *Syn.* peccatum, error. *Usus.* Quò Delictum majus, eò pœna gravior. Homines sapientes delictô suô, non aliorum injuriâ, commoventur. *V. Error. Peccatum. Crimen. Scelus.*

Deligo,as, binden. *Syn.* ligo. *Us.* Deligare ad palum. *V. Ligo.*

Deligo, is, erwehlen. *Syn.* Lego, eligo, delectum habeo, delectum adhibeo.)(*Rejicio. Usus.* Bona deligere, rejicere contraria; Magistratus deligere. Castris locum, aliquem ad consilium deligere. *Vid. Eligo.*

Delinimentum, i, * Linderung. Delinimentis aliquem capere. *Syn.* Delinitio.

Delinio, is, ire, bestreichen. *Syn.* lenio, placo, allicio, mitigo, demulceo.)(*Irrito. Us.* Blandô sermone milites, blanditiis, spe prædæ delinivit. Voluptatum illecebris delinitus. *V. Demulceo.*

Delinitio, onis, Erweichung. *Syn.* mitigatio. *Usus.* Delinitio multitudinis.

Delinitor, oris, Erweicher. *Syn.* blandusque lenisque moderator. *Us.* Judicis delinitor est orator.

Delinquo, ere, fehlen. *Syn.* pecco, errorem committo. *Us.* Delinquere in vita, in re aliqua. *V. Pecco. Erro.*

Deliquesco, is, *Syn.* Dissolvor, liquefio, diffluo. *Us.* ne alacritate usus futili gestiensque deliquescat.

Deliquium, i, * Abgang. *Syn.* Defectus, diminutio. *Usus.* Vereor, ne id mihi libertatis deliquio sit. *Vid. Defectio animi.*

Deliramentum, i, * Thorheit. *Syn.* deliratio. *Us.* Deliramenta loquitur. *V. Deliro.*

Deliratio, onis, *Idem. Syn.* stultitia, error, insania. *Epi.* incredibilis, senilis. *Us.* O delirationem incredibilem!

Deliro, as, irren. *Syn.* Desipio.)(*Sapio. Usus.* Falli, errore labi; decipi tam dedecet, quam delirare. Mente captum, dementem esse. Delirare in re aliqua. *Vid. Desipio. Stultus. Mente Motus.*

Delirus,a,um, Thor. *Syn.* stultus, insanus, mente captus. *Us.* Quæ anus tam delira, ut ista timeat? *V. Stultus. Mente motus.*

Delitesco, is, verborgen liegen. *Syn.* lateo. *Usus.* In alicujus authoritate delitescere. Delitescit, dein repentè prosilit. *Vulg. Se abscondere, in angulo latere. V. Lateo.*

Delubrum, i, Götzen-Tempel. *Syn.* templum. *Epi.* Communia, consecrata, patria, religiosissima. *Usus.* Delubra sanctissimis religionibus consecrata. *V. Templum.*

Deludo, is, betrügen. *Syn.* ludo, illudo, eludo, derideo. *Usus.* Num deludi, ac contemni majestatem senatûs patiemini? *Vid. Illudo. Decipio. Derideo.*

Delumbo,as, lähmen. *Syn.* debilito, enervo. *Us.* ne minutior numerus delumbet sententias.

Demando, as, befehlen. *Syn.* committo. *Us.* Demandare curam legato; demandare curæ alicujus aliquid. *Vid. Mando. Committo.*

Demens, tis, unsinnig. *Syn.* de mente ac sanitate deturbatus, delirus, emotâ mente, insanus, amens.)(*Sanus. Usus.* Scelere suo demens. Tragico illo Oreste dementior. *V. Insanus. Amentia.*

Dementer. *Syn.* stultè.

Dementia, æ, Unsinnigkeit. *Syn.* amentia, stultitia. *Epi.* popularis, turbulenta, summa, utilis. *Us.* Dementiâ aliquâ ex civibus hostes facti. *V. Amentia. Stultitia.*

Demereor, * verdienen. *Syn.* Meritô aliquô mihi quempiam adstringo. *Usus.* Beneficiô civitatem demereri. *V. Mereor. Concilio.*

Demergo, is, versencken. *Syn.* Mergo, immergo, obruo. *Usus.* Ære alieno demergi, opibus leges demergere, *opprimere.* Patriam demersam extuli. *V. Mergo.*

Demetior, iris, außmessen. *Syn.* Metior, describo, dimetior. *Usus.* Solis cursum demetiri. Ut verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

Demeto, is, ere, abschneiden. *Syn.* Meto. *Adv.* Tempestivè. *Usus.* Tempestivè demetere & percipere fructus.

Demetor, aris. *Syn.* Describo, distinguo. *Usus.* Ita demetata signa sunt, ut in tantis cælorum descriptionibus divina solertia appareat.

Demensum, i, abgemessenes. *Usus.* De demenso suo id miser tulit. Defraudans genium suum. *Vulg. Portio.*

Demigro, as, wegziehen. *Syn.* Ad alias ædes, ad habitandum eò discedo. *Usus.* Nunquam de statu meo demigrabo. Demigrare & focos relinquere. *V. Migro.*

Deminuo, is, ere, ringeren. *Syn.* Imminuo.

Demiror, aris, verwundern. *Syn.* Valdè miror. *Usus.* Hæc te expectâsse demiror.

Demissè. *Syn.* Humiliter. *Usus.* Suppliciter & demissè agere gratias. Demissè & humiliter loqui.

Demissio, nis, Demüthigkeit. *Syn.* Animi abjectio, infractio, debilitatio. *V. Humilitas. Modestia.*

Demissus, a, um, niedergelassen. *Syn.* Humilis, fractus, sordidulus, sordidus. *Usus.* Demisso capite perculsus domum abiit. Sylla mœrens, demissus, afflictus, fractô animô & demissô, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus. *V. Humilis. Modestus.*

Demitigo, as, besänfftigen. *Syn.* Mitigo, lenio. *V. Lenio.*

Demitto, is, ere, hinab lassen. *Syn.* Inclino, deprimo.)(*Effero, abjicio. Adv.* Se penitùs. *Usus.* Victores efferunt se lætitiâ, victi debilitantur, animósque demittunt. Metu vultum dejicere, demittere. Eam rem altè in pectus demisit. *V. Deorsum.*

Demo, is, hinweg nehmen. *R. ex de-emo. Syn.* Detraho.)(*Addo. Usus.* Sollicitudinem alicui & metum demere. Fidem fabulis demere. Alicui de molestia demere. *V. Aufero. Tollo.*

Demolior, iris, zerstören. *Syn.* Deturbo, dejicio, disturbo, everto. *Usus.* Demoliri muros, parietem. *V. Destruo.*

Demolitio, onis, das Niederreissen. *Syn.* Eversio.

Demonstratio, nis, Beweiß. *Syn.* Ratio validior. *Epi.* Necessaria, falsa, universa. *Us.* Argumenti conclusio, seu demonstratio.

Demonstrativus, a, um. *Syn.* Epidicticus. *Usus.* Genus orationis demonstrativum.

Demonstrator, oris, Beweiser.

Demonstro, as, erweisen. *Syn.* Commonstro, significo, declaro, satis signi do, præ me fero, apertè fero, non dissimulo, profiteor, digitum ad rem intendo, testificor. *Adv.* Breviter, cautè, commodiùs, diligentissimè, dilucidè, necessariò, propriè. *Usus.* Demonstrare amorem in aliquem. Demonstravi hoc Senatui, simul id ostendi. *V. Ostendo.*

Demoror, aris, auffhalten. *Syn.* Detineo, remoror. *Adv.* Diutiùs. *Usus.* Ne diutiùs te demorer. *V. Moror.*

Demorior, eris, absterben. *Syn.* Morior. *Usus.* Romæ demortuus est. *V. Morior.*

Demoveo, es, wegthun. *Syn.* Removeo, dimoveo. *Us.* Nunquam me de sententia, de cura, de recto dimovebit. Alteros demovit, constituit alteros. *V. Moveo.*

Demulceo, es, schmeichlen. *Syn.* Leniter mulceo, delinio. *Usus.* Equi tergum demulcere. *V. Blandior.*

Demùm, endlich. *Syn.* Tandem. *Usus.* Exilium quantùm demum à perpetua peregrinatione differt? *V. Denique.*

Demuto, as, veränderen. *Usus.* Mores ingenium demutant. *V. Muto.*

Denarius, ii, das zehen begreifft. *Syn.* Decima pars nummi aurei, drachmam penè ponderans. *Usus.* Emere denariô, quod sit mille denariorum. Sperabam me ad denarios deventurum.

Denego, as, versagen. *Syn.* Inficior, nego, recuso.)(*Annuo. Usus.* Etiam jucunda naturæ denego. Jure denegare possit occupatio tua, quod peto. *V. Nego.*

Denique, endlich. *Syn.* Ad extremum, post omnia. *Usus.* Omnes urbes, agros, denique. *Phras.* Tandem aliquando diuturnâ morâ interpositâ rediit in Patriam. Aliquando tandem, deniq; ad extremum, demùm, postremò, post diuturnum tempus, longò

longô temporis intervallô, cùm temporis multum jam abiisset, transactô jam multorum annorum spatiô, longô post tempore, interjectô longô temporis curriculô, reversus est, revertit in patriam, recepit se ad suos lares, ad cunabula s. ad sedes patrias.
Denominatio. *Syn.* Figura Rhetorica.
Denomino, as, nennen.
Denoto, as, zeichnen. *Syn.* Significo, designo. *Usus.* Unâ epistolâ Mithridates Romanos in Asia omnes trucidandos denotavit. *V. Noto.*
Dens, tis, Zahn. *R. ab edens.* *Usus.* Dente extenuare, mandere, molere cibum. Dente maledico aliquem carpere. Terrorem dentium crepitus insequitur.
Densus, a, um, dick. *Syn.* Creber, crassus, confertus, spissus, stipatus, concretus.)(*Rarus.* *Usus.* Sylvæ sylvestribus sepibus densæ.
Dentatus, a, um. *Syn.* Mordax. *Usus.* Chartâ dentatâ res agetur.
Denudo, as, entblössen. *Syn.* Nudo, spolio. *Adv.* Crudelissimè. *Usus.* Spoliare & denudare aliquem suo ornatu. *V. Nudo.*
Denunciatio, onis, Verkündigung. *Syn.* Indicium, significatio, editio. *Epi.* Periculosa, præmatura. *Usus.* Denunciatio belli; terrere aliquem denunciatione periculi. Quæ est illa à Diis profecta denunciatio, & quasi denunciatio calamitatum?
Denuntio, as, verkünden. *Syn.* Quasi indico, palàm dico, testor, ostento, significo, prænuncio. *Adv.* Ante, apertè, apertiùs, singillatim, multò ante, palàm. *Usus.* Inimicitias ille mihi denunciavit; Clodius metum, vim, terrores jacit & denuntiat. Judici vel in judicium, vel judicium alicui denunciare. Expectanti litteras denunciavit, ne scriberem.
Denuò. *Syn.* Deintegrò. *V. Iterum.*
Deni, orum, zehen. *Syn.* Decem. *Usus.* Puer denûm annorum.
Deonero, as, entladen. *Syn.* Exonero, depono. *Usus.* Suæ invidiæ aliquid in me deonerare & trajiecre voluit.
Deorsum, herab.)(*Sursum.* *Usus.* Directè deorsum feror.
Depaciscor, eris, Vertrag machen. *Syn.* Paciscor, spondeo. *Usus.* Tria prædia sibi depactus est. Ad conditiones alicujus; cum aliquo depacisci, ut aliquid fiat. *V. Pactum.*
Depascor, eris, abfressen. *Syn.* Absumor, resecor. *Usus.* Pecora agrum depascunt. Orationis luxuriem stylô depascere.
Depeculator, oris, *Syn.* Fur reipublicæ. *Usus.* Depeculator, vexator Provincialium. *V. Fur.*
Depeculor, aris, berauben. *Syn.* Furor, compilo. *Usus.* Civitates, regna, domos depeculatus est. Honorem alicujus & famam depeculari. Eum omni argento depeculatus est.
Depello, is, ere, abtreiben. *Syn.* Pello, repello, propulso, expello, declino. *Adv.* Facilè, ægriùs. *Usus.* Virgines voluntariâ morte nefariam turpitudinem à se depulêre. Tribuni furor eam ad calamitatem, dolorem, suspicionem, mortem depulit. Cædem à vobis, vastitatem, incendia, furorem malorum, jugum à cervicibus, meis laboribus depuli. Aliquem de loco, consilio, sententia depellere. *V. Pello.*
Dependeo, hinab hangen. *Syn.* Deorsum pendeo. *Usus.* Lychni è laquearibus dependent.
Dependo, is, ere, bezahlen. *Syn.* Pendo, solvo. *Usus.* Abjurare malo, quàm dependere pœnas criminibus suis; mercedem operis dependere; quod spopondisti pro alio, dependendum est. *V. Pendo.*
Deperdo, is, ere, verliehren. *Syn.* Amitto, perdo. *Usus.* Nihil de laude deperdidisti, aut honestate. *V. Perdo. Amitto.*
Depereo, is, ire, verderben. *Syn.* Pereo. *Usus.* Cave, ne servus depereat. *V. Pereo.*
Depingo, is, ere, abmahlen. *Syn.* Pingo, describo. *Adv.* Commodè, sanè. *Usus.* Mente & cogitationibus sibi aliquid depingere. *V. Pingo.*
Deploro, as, beweinen. *Syn.* Lamentor, conqueror, defleo. *Adv.* Copiosè, dolentiùs, divinitùs. *Usus.* Si ad saxa de injuriis tuis conqueri & deplorare velim. Querelas deplorare. Quis pro rerum atrocitate tantas calamitates non deploret? *V. Lugeo. Gemo.*
Depono, is, ere, abthun. *Syn.* Repono, colloco, abjicio, exuo, pono, commodo, cedo. *Adv.* Honestiùs inimicitias, honestissimè, humanissimè, paulisper, planè. *Usus.* In tuo sermone & sua-

ſuavitate curas omnes depono. Studium priſtinum, amorem, amicitiam deponere; timores, curas, ſpem, metum, offenſionem, memoriam doloris deponere. Factas contumelias ex animo deponere. Omnes moleſtias depoſui & ejeci. *Vulg. Ponere aliquid ex corde ſuo.* 2. Imperium, Provinciam deponere. 3. Ægrum deponere. *Deſperare.* Depoſita & conclamata eſt reſpublica. 4. Apud aliquem, in alicujus fide, cauſam ſuam, pecuniam deponere. *V. Abjicio.*

Depopulatio, onis, **Verherqung**. *Syn.* Vaſtatio. *Uſ.* Quis exciſionem, inflammationem, everſionem, depopulationem, vaſtitatem agris intulit? Non me bonorum direptio, non tectorum exciſio, non ædium ſacrarum, publicorum operum depopulatio movet.

Depopulator, oris, **Verherger**. *Syn.* Prædator, direptor. *Uſus.* Depopulator fori, obſeſſor patriæ.

Depopulor, aris, **verhergen**. *Syn.* Vaſto. diripio, depopulationem infero, exſcindo, everto, inflammo. *Uſ.* Agros depopulari. *V. Diripio. Vaſto.*

Deporto, as, **hintragen**. *Syn.* Affero, exporto, reporto, palàm porto, porto. *Adv.* Frugaliter, tutò, undique. *Uſus.* Non opes modò, ſed & humanitatem ex Italia deportâſti. Bellum in Africam & exercitum deportavit Pompejus. Triumphum ex provincia deportare. Romam ſe valetudinis causâ deportare. Deportare aliquem *in exilium. V. Portare.*

Depoſco, is, ere, **begehren**. *Syn.* Omninò poſcere, appeto, expeto.)(*Recuſo. Uſus.* Hoc non modò non recuſo, ſed depono. Has ſibi partes depopoſcit. Hunc Imperatorem ſibi ad bellum miles depoſcebat. *V. Peto. Poſco.*

Depoſitum, i, **Hinterlag**. *Syn.* Commendatum alicui, vel concreditum. *Uſus.* Depoſitum non reddere, injuſtitiæ eſt.

Depravatè, **verkehrt**. *Syn.* Corruptè. *Uſus.* Depravatè de aliqua re judicare.

Depravatio, onis, **Verkehrung**. *Syn.* Corruptio, diſtortio. *Uſus,* Oris depravatio nobis indigna. Non re, ſed depravatione verbi me urgebat. Depravatio & fæditas turpificati animi ſi videri poſſit. Depravatio conſuetudinum, opinionum vanitas, animorum imbecillitas multos aliò flectit.

Depravo, as, **verderben**. *Syn.* Corrumpo. *Uſus,* Mores juvenum noſtrâ indulgentiâ, dulcedine, corruptelâque depravantur.

Deprecatio, onis, **Abbitt**. *Syn.* Deteſtatio, amotio, remotio, precatio, poſtulatio. *Uſus.* Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Deprecatione uti. Afferet illi deprecationem periculi ætas illa, in qua tum fuit. *V. Corrumpo.*

Deprecator, oris, **Fürbitter**. *Syn.* Qui reo veniam & impunitatem depoſcit, & eximit periculô. *Uſus.* Sperabam me potiùs adjutorem tibi futurum, quàm miſeriarum deprecatorem. 2. *Defenſor.* Deprecator fortunarum, ſalutis meæ fuiſti. *V. Defenſor. Patronus.*

Deprecor, aris, **erbitten**. *Syn.* Deprecando impetro, ſupplico, recuſo, deteſtor, removeo. *Adv.* Paulatim. *Uſus.* Multorum vitam à tyranno deprecatus ſum. Pro reditu Ciceronis amici deprecati ſunt. *Vulg. Intercedere pro aliquo.* Calamitatem a ſe, mortem, ſupplicium deprecari. 2. *Propulſo, à me removeo.* Nullum periculum pro republica deprecor, aut refugio. *Phras.* Quæſo, pro me depreceris. Iratos illorum animos deprecare, deprecatorem te pro meo periculo præbeto, deprecatoris officium ſuſcipe. Precibus peccatum meum elue, defenſorem age.

Deprehendo, is, ere, **ertappen**. *Syn.* Comprehendo, animadverto, agnoſco, comperio. *Adv.* Itidem, manifeſtò. *Uſus.* Aliquem in maleficio, in manifeſto ſcelere, ipſis oculis facinus deprehendere. *V. Manifeſtus.*

Deprehenſio, onis, **Ergreiffung**. *Epi.* Manifeſta. *Uſus.* Manifeſta veneni deprehenſio.

Depreſſus, a, um, **niedergetruckt**. *Syn.* Demiſſus, abjectus, humilis. *Uſus.* Depreſſa, cæca, jacens domus; voce ſedatâ & depreſsâ uſus ſum. 2. *Demerſus.* Ajunt hoſtium claſſem profligatam & depreſſam. *V. Abjectus. Humilis.*

Deprimo, is, **untertrücken**. *Syn.* Affligo, protero, conculco, depello, demitto.)(*Extollo, erigo, effero. Uſus.* Vos etiam meam fortunam deprimitis, veſtram attollitis? Me vituperando affligitis, ex-

extinctum me vi atque impressione eversum cupitis? *V. Affligo.*

Depromo, is, herfürnehmen. *Syn.* Expromo, profero, expono, eruo. *Usus.* Pecunia ex ærario deprompta. Argumentum ex intimo artificio meo deprompsi.

Depugno, as, streiten. *Syn.* Decerto, dimico. *Adv.* Gratis, peregrè, valdè. *Us.* Cum facinorosis depugnandum aut serviendum est. *V. Pugno.*

Depulsio, onis, Vertreibung. *Syn.* Expulsio, inficiatio. *Usus.* Adeptio boni, depulsio mali, servitutis, doloris.

Depulsor, oris, Verstosser. *Syn.* Expulsor. *Usus.* Depulsor dominatûs, quàm particeps esse maluit.

Depurgo, as, säubern. *Syn.* Purgo. *Usus.* Crimen depurgare, iram deprecari.

Deputo, as, achten. *Syn.* Puto, constituo, destino, dico, consecro, despondeo. *Usus.* Vide, ne te hebetem esse deputes; deputabo mecum rationes, atque excutiam. Se indignum re aliquâ, alterius operam parvi deputare. Eam rem in lucro deputavit. *V. Puto.*

Derelictio, onis, Verlassung. *Syn.* Contemptio. *Epi.* Injusta. *Usus.* Communis utilitatis derelictio contra naturam est. *V. Solitudo.*

Derelinquo, is, verlassen. *Syn.* Desero. *Usus.* Causam communem derelinquere. Perditus, nec à fortuna tantùm, sed & spe derelictus. Incultus & derelictus ager. *V. Relinquo. Desero.*

Derepentè, unversehentlich. *Usus.* Derepentè corruit.

Derideo, es, außlachen. *Syn.* Ludo, eludo, irrideo.)(*Arrideo.* *Usus.* Contemnite illos, & deridete. *V. Contemno.*

Deridiculum, i, Verspottung. *Syn.* Irrisio. *Usus.* Verba alicui per deridiculum dare.

Derivatio, onis, Leitung. *Syn.* Deductio. *Usus.* Ductus aquarum, derivationes fluminum.

Derivo, as, leiten. *Syn.* Duco, deduco, traho, mano, accerso. *Usus: Transl.* Crimen culpámque in alium derivare. *Vulg. Culpam in alium rejicere.* Partem curarum in aliud studii genus, rem aliquam in suum usum derivare, convertere. *V. Adscribo.*

Derodo, is, abnagen. *Usus.* Clypei à muribus derosi.

Derogo, as, abthun. *Syn.* Detraho, delibo, minuo.)(*Arrogo.* *Adv.* Maximè. *Usus.* Fidem somniis meritò derogant sapientes. Ea res multùm de dignitate populi, de virtutis existimatione derogavit. Suspicio inimicitiarum authoritatem & fidem ejus derogavit dictis. Legi aut de lege aliquid derogare. Nimiùm tibi derogas, dum omnia arrogas. *V. Demo.*

Deruo, is, ere, hinabstürtzen. *Syn.* Diruo, everto. *Usus.* De laudibus Dolabellæ cumulum deruam.

Desævio, is, ire. *Syn.* Desino sævire.

Descendo, is, ere, hinabgehen. *Syn.* E loco superiore venio, delabor.)(*Ascendo.* *Adv.* Obviam, omninò, pedetentim, propriè, timidè. *Usus.* Descendit de rostris in campum; in locum æquum se demisit hostis. 2. *Accedo.* Ad conditiones oblatas, vel in prælium tibi descendendum erit. Ad extrema consilia, ad dimicationem capitis descendi. Ad accusandum, causam agendam, ad animi remissionem descendere. Alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar.

Descisco, is, abfallen. *Syn.* Deficio, retrahor. *Adv.* Flagitiosè. *Usus.* A Senatu, à republica desciscere. A virtute, à seipso, à suis moribus planè descivit. *V. Deficio.*

Describo, is, beschreiben. *Syn.* Transcribo, exscribo. *Adv.* Commodiùs, decentissimè, falsò, generatim, mirificè, paulisper, summatim, variè. *Usus.* Librum describere. *Vulg.* Transcribere. 2. *Explico, fingo.* Crassum egregiè descripsit. Archimedes in pulvere figuras descripsit. Aliquem suis coloribus describere. 3. *Indico, designo, demonstro, dispono.* Rem definire breviter, & verbis describere. Tu mihi describe, quam viam ineam. Illi mè latronem nimirùm describebant. Neminem consciorum sceleris describam. 4. *Decerno, designo, distribuo, edo, destino.* Singulis urbibus frumenti rationes, vectigalia, leges descripsit. Suum cuique munus, suum jus describere. Descripsisti urbis partes ad incendium. Descripsit pecuniam in bellum. Munus cuique suum dispositum & descriptum. Naturâ nihil descriptiùs. *Phras.* Statum reipublicæ egregiè mihi descripsit, Formam reipublicæ expressam misit; fortunam urbis exposuit, depinxit, deformavit, adumbravit, expinxit, oculis subjecit, veluti picturam reipublicæ delineavit. *V. Explico.*

De-

Deſcriptio, onis, Abſchrifft. *Syn.* Deſignatio, figura, forma, diſtributio, definitio, diſpoſitio. *Epi.* Æqua, æquabilis, brevis, cæleſtis, falſa, ſimilis, ſolers, ſubtilis, vetus, apta, tanta. *Uſus.* Deſcriptio civitatis à majoribus ſapienter conſtituta. Magiſtratuum deſcriptione omnis reipublicæ forma continetur. Regionum, rerum, ordinum deſcriptio. Urbis ſalubritas, deſcriptio, pulchritudo. Juris æqua deſcriptio, certáque vivendi diſciplina.

Deſeco, as, abhauen. *Syn.* Seco. *Adv.* Articulatim.

Deſero, is, ere, verlaſſen. *Syn.* Deſtituo, relinquo, derelinquo, non adſum, abſum, deſertum eſſe patior, prodo, à cauſa alicujus recedo, negligo, prætermitto. *Uſus.* Cauſam ſuam, vadimonium, virtutis viam deſerere. Turpe, auxilium implorantes deſerere. A voluptatibus, à malitia deſeruntur. A mente, conſilio, ſpe deſeritur. A re familiari deſertus. *Phras.* De aliis plurimum, de te ipſo tuiſque rebus minimè laboras. Aliena tibi curæ ſunt, tua negligis. Aliorum rationes pluris apud te, quàm tuæ ſunt. Propenſior ad alios, quàm ad te ipſum tua voluntas eſt. Alienam voluntatem ut ſequaris, tuam deſeris; alienæ voluntati ut morem geras, te ipſum negligis, derelinquis. Ut aliis ſatisfacias, aliorum cauſâ te ipſum deſtituis. Præ aliis te ipſum negligis; quid aliis placeat, quid aliorum è re ſit, attendis; ratio rerum tuarum quid poſtulet, minimè cogitas. Ut ſequaris alios, diſcedis à te, deſcis à te, deſciſcis à te ipſo; alienis commodis omni ſtudiô, curâ, labore inſervis, invigilas, operam das, dicas, navas, præſtas, tribuis, è tuis commodis nihil agis; tibi tua commoda minimè cordi ſunt. Aliorum commoda dum captas, tua negligis. Dum aliorum cauſam foves, juvas, auges, ſuſcipis, agis, tuam jacere, frigere, neglectam jacere pateris; tuam abjicis, nihil facis, parvi pendis. De aliena cauſa ſollicitus es, tuam nihil curas; tuæ cauſæ oblitus es. Alienæ cauſæ faves ut tuæ, non ſecùs ac tuæ; tuam cauſam ut alienam contemnis, tuam ut non tuam contemnis. Quod tuæ cauſæ ſtudium dicare deberes, id dicas alienæ; id ponis, collocas in aliena. *V. Relinquo.*

Deſertor, oris, Verlaſſer.)(*Conſervator.* *Uſus.* An proditores ſalutis meæ eſtis vel deſertores, quos propugnatores ſperaveram?

Deſertio, onis, Verlaſſung. *Uſus.* Iſta quidem velut deſertio generis humani eſt.

Deſertus, a, um, verlaſſen. *Syn.* Relictus, incultus, vaſtus, vaſtatus, nudus.)(*Celebris.* *Uſus.* Ab hominum cultura deſertus eſt ager. Deſertiſſima ſolitudo. Via deſerta, inculta, frondibus incluſa. Deſertus ab officiis amicorum & abjectus. *V. Solus.*

Deſervio, is, ire, dienen. *Syn.* Servio. *Uſus.* Officia mea, operæ, vigiliæ amicis deſerviunt. *V. Servio.*

Deſes, idis, faul / träg. *Syn.* Otioſus, nil agens. *Uſus.* Sedemus deſides domi, mulierum ritu, inter nos altercantes. *V. Piger.*

Deſideo, es, ere, müſſig ſitzen. *Syn.* Reſideo, quaſi deſcendo. *Uſus.* Terra ad infinitam altitudinem deſedit.

Deſiderabilis, e, das man verlangt. *Syn.* Expetendus. *Uſus.* Nihil deſiderabile concupiſcunt.

Deſideratio, onis, das Verlangen. *Syn.* Deſiderium, cupiditas. *Uſus.* In ſenibus nec tanta titillatio voluptatis eſt, nec deſideratio. *V. Deſiderium.*

Deſiderium, ii, Verlangen. *Syn.* Cupiditas, ſtudium, amor, ſitis, igniculus deſiderii.)(*Satietas.* *Epi.* Diuturnum, graviſſimum, incredibile, magnum, melius, minus, mirum, par, ſummum, tantum, triſte. *Uſus.* *Deſiderium commovere*; injicere rei alicujus deſiderium, afficere deſideriô. Magnum ſui deſiderium civibus reliquit. 2. *Deſiderio ardere*, æſtuare, flagrare, exardere, incendi, angi. Elangueſco, contabeſco, morior tui deſideriô. Tenet me deſiderium. Teneor deſideriô tui incredibili; laboro, premor, angor deſideriô. 3. *Deſiderium lenire.* Tuæ litteræ paulùm minuêre tui deſiderium, nec tamen perficere potuêre, ut ponerem omninò. Vix deſiderium tui adventûs fero. 4. *Deſiderium renovare.* Augere, fletibus inſtaurare. *Phras.* Incredibili tui deſiderio teneor, ſummâ cupiditate inflammor, totus ſum in deſiderio tui, vehementer te expecto. Nihil mihi longius, quàm ut te videam; ſtudiô teneor acerrimô, admirabili ſtudiô concitor; dici non poteſt, ut immineam in adventum tui.

Re-

Revolvor animô identidem in te, inflammatô ſtudiô rapior. Ad inſaniam te videre concupiſco. Sitientiſſimum me tui profiteor; prægeſtit animus te videre. Efferor ſtudiô te complectendi; diſcupio tecum eſſe quamprimùm. Ingens tui cupido animos inceſſit. Ingens ardor macerat, remordet animos cupido tui. Ingens animum cupido ſtimulat, invadit, inceſſit me tui conſpectu explendi. *V. Studium.*

Deſidero, as, verlangen. *Syn.* Deſiderio alicujus rei flagro, in deſiderio alicujus rei ſum, requiro, poſtulo, ſitio, quæro, deſiderium me tenet, deſideriô laboro. *Adv.* Diutiùs, in poſterum, magnoperè, manifeſtiùs, maximè, mediocriter, pauliſper, planè, prorsùs, valdè, vehementer, graviter. *Uſus.* Deſiderant te oculi mei. 2. *Deſum.* Eo in negotio fidem tuam & prudentiam deſideravi. Nihil in Catone ad ſummam eloquentiam deſideres. Deſiderata dicuntur tria militum millia. Tuam operam & diligentiam deſidero. *Phras.* Mirum in modum tuam laudem exopto; mirè, mirificè, mirabiliter, mirandum in modum, admirabili quodam ſtudio tuam laudem, tuum decus ſpecto, cupio, deſidero, expeto, aveo, opto. Percupio tuam laudem, ſum in deſiderio tuæ laudis. Cupiditate tuæ laudis incredibili teneor, ardeo, flagro, ſum incenſus, ſum inflammatus, ducor, rapior, trahor. Amore flagro, tuæ laudis ſtudiô ſum incenſus. Alacris animô ſum, ut honeſtiſſimum te videam, ut te videam honoratum, laude florentem. Tua mihi laus chariſſima eſt, cordi eſt, curæ eſt, prima eſt, inter primas ducitur, antiquiſſima eſt inter maximas; inter ea, quæ apud me ſumma. *V. Aveo. Cupio.*

Deſidia, æ, Trägheit. *Syn.* Inertia, ignavia, languor, ſocordia, ſegnities.)(*Virtus.* *Uſus.* Deſidiæ ſe dedere, plenum eſſe deſidiæ. Non in umbris, deliciis, otio, languore, deſidia animum affecimus.

Deſidioſus, a, um, müſſig. *Syn.* Ignavus, ſocors, iners, otioſus. *Uſus.* Deſidioſam artem dicimus. Inertiſſimum otium, & deſidioſiſſimum.

Deſido, is, ere, ſich ſetzen. *Uſus.* Terra hiatu vaſto deſedit.

Deſignatio, onis, Verzeichnung. *Syn.* Deſcriptio. *Uſus.* Requiro totius urbis deſignationem & apparatum. Infinita quæſtio ſine deſignatione perſonarum & temporum.

Deſignator, oris, der etwas ordnet. *Syn.* Qui ludis funebribus præeſt, quique locum, tempus perſonis deſignat ad agendum. Anſager.

Deſigno, as, bezeichnen. *Syn.* Deſcribo, noto, ſignifico, conſtituo, deſtino, definio. *Uſus.* Notat & deſignat oculis nos ad cædem. Facinus, conſilium atrox deſignat. Caſtra, pontem, fabricam, operis totius formam deſignare. Deſignata ſunt à Deo cuncta. Deſignatus, declaratus, decretus Conſul in annum ſequentem.

Deſilio, is, ire, hinab ſpringen. *Syn.* Celeriter, & quaſi ſaltu deſcendo. *Uſus.* In rheda deſiliit quaſi rejectâ penulâ.

Deſino, is, ere, abſtehen. *Syn.* Deſiſto, ceſſo, finem facio, amitto, conquieſco, confido, cado, prætermitto, intermitto.)(*Incipio.* *Uſus.* Diſputari deſitum eſt. Libenter aliquam artem deſinere. Deſine communibus locis. *Phras.* Ecquid litterarum ſtudia deſinis? Ceſſator eſſe noli, ecquid velut perfectâ re conquieſcis? Cur litteris deſiſtis? rationes litterarias deponis? exaruit tua illa vetus diſcendi cupiditas. Refrixit, defluxit, conſenuit illud animi propoſitum ardens. Receſſiſti à mente tua. Ecquid litterarum ſtudia tibi tam obſoleta? quâ vetuſtate & negligentiâ emortuum eſt, evanuit, obſolevit, interiit tuum Philoſophiæ ſtudium? Ecquid tibi velut finitus labor conſtitit? Cur Philoſophiam abjicis turpi ceſſatione? Cœptis abſiſtis? Conticeſcit, remiſit tuus diſputandi ardor? *V. Volo.*

Deſipio, is, ere, aberwitzig ſeyn. *Syn.* Demens ſum, deliro. *Uſus.* Nimiô gaudiô propè deſipiebam. Populus Athenienſis propè jam deſipiens vetuſtate. *V. Inſanio.*

Deſiſto, is, ere, abſtehen. *Syn.* Intermitto, ceſſo, dimitto, diſcedo. *Uſus.* Cauſas tandem agere deſiſte. Auctionem facere deſtitit. Orare Pompejum non deſiſto. De ſua ſententia *diſcedere.* *V. Ceſſo. Abrumpo. Deſino.*

Deſpectio, onis, Verachtung. *Syn.* Contemptio. *Uſus.* Conſolabitur eum magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædam deſpectio. *V. Contemno.*

Deſpectus, ûs, Verachtung. *Uſus.* Deſpectuî & ludibrio eſſe omnium.

Deſpe-

Despectus, a, um, veracht. *Syn.* Contemptus, abjectus. *V. Contemptus, Vilis, Humilis.*

Desperanter, verzagt. *Usus.* Desperanter mecum locutus est.

Desperatio, onis, Verzweiffelung. *Epi.* diuturna, falsa, magna. *Us.* Desperatio est ægritudo sine ulla rerum expectatione meliorum. A desperatione ad spem me vocârunt. Tanta est rerum omnium amissio, & recuperandi desperatio.

Despero, as, verzweifflen. *Syn.* diffido, perdidi spem, in perditis ac desperatis habeo, animô cado, hastam abjicio, à spe absum.)(*Spero, confido, spem habeo.* *Usus.* Nec temerè desperandum est propter ignaviam, nec nimis confidendum propter cupiditatem. Honores, vitam, salutem desperare. Desperatus morbus. Homo à se ipso desperatus, à cæteris relictus. *Thras.* Desperatis medicina adhibenda non est. Perditis jam, & in laqueum collum inserentibus, qui animo planè concidêre, magnâ desperatione affectis, torpentibus, deploratis hominibus & propè depositis, conclamatis, animô labantibus, qui malis obruti animos despondêre, ægrè medelam adferas. Etsi me fortuna iis orbavit rebus omnibus, quæ hominum carissimæ sunt in hac vita, non faciam tamen, ut omnem planè spem abjiciam. Etsi fortunâ mihi carissima quæque abstulit, eripuit, ademit, non tamen committam, ut ipse me planè deseram atque destituam, ut ab omni spe animum abducam, ut de meliore statu desperem, ut ad desperationem abducar, s. redigar. Fortuna me non prorsus omni spe salutis orbavit; fortunâ equidem adversâ premor, nec tamen nihil spero; licet exclusa spes omnis videatur, meliorum rerum aliquâ tamen spe nitor, sustentor, fulcior. Ex alta spe deciderunt, ex magna spe deturbati, dejecti, detrusi, depulsi jacent. Spem illam, quam susceperant, abjecerunt, deposuerunt. Non spe tenentur, non aluntur ut anteà. Non eos, quæ anteà, spes tenet, pascit, alit, fovet. Spes omnis jam abiit, discessit, evanuit. Nulla prorsus jam spes est, firmâ se niti spe putabant; ea quàm sit imbecillis, nunc intelligunt.

Despicatio, onis, Verachtung. *Syn.* Contemptus, despicatus, despicientia, *Us.* Odia, despicationes adversantur voluptatibus. *V. Contemptus.*

Despicatus, ûs, *idem.* *Syn.* Despicatio. *Usus.* Si quis despicatui, dicatur Mysorum ultimus.

Despicientia, æ, *Idem.* *Syn.* Contemptio. *Us.* Totam vim bene vivendi in despicientia rerum externarum collocemus.

Despicio, is, ere, verachten. *Syn.* Contemno, negligo, despicatui habeo. *Us.* Omnes despicit, hominem præ se neminem putat. Omnia despicere, & pro nihilo putare. 2. *Video, cerno, animadverto.* Res tot, tam varias in illa reipublicæ tempestate sponte despexi. Despexit, quid illi moliantur. *V. Contemno.*

Despolio, as, außrauben. *Syn.* Spolio. *Usus.* Templa despoliate. *V. Spolio.*

Despondeo, es, ere, vermählen. *Syn.* paciscor, promitto, destino. *Us.* Filiam suam alicui despondere. Lentulus Hortensis tibi despondit domum. Desponsam mihi laudem præripuit, & destinatam provinciam. Spes mihi nulla despondetur. Animos despondere.

Destino, as, verordnen. *Syn.* Despondeo, attribuo, designo, decerno, constituo. *Us.* Animo, animis, in animo aliquid destinare & designare. Necem alteri destinare. Destinatâ horâ adero. *V. Propono.*

Destituo, is, ere, verlassen. *Syn.* Desero. *Usus.* Roscius miseros socios induxit, decepit, destituit; res suas, fortunas destituere; viri boni sæpe illusi, & destituti. *V. Relinquo. Desero.*

Destitutio, onis, Verlassung. *Syn.* derelictio. *Usus.* Destitutione illâ perculsus hæsit.

Destruo, ere, zerbrechen. *Syn.* tollo, deleo, diruo, everto, diripio, excido, exscindo, convello, vasto, opprimo, extinguo, occîdo, interficio, dissolvo, disturbo, nullum vestigium relinquo, imaginem nullam relinquo, ruinam e[...] extinguo, & funditus deleo.)(*Construo, ædifico, coagmento.* *Usus.* Ut navem, ut ædificium destruit facillimè, qui construxit. *Thras.* Hostis eam urbem destruxit, diruit, afflixit, inflammavit, funestavit. Ædes est demolitus, demolitionem fecit, domus complanavit,

vit, ſedes tectáque convellit; ſaxis, ignibus, ferrò vaſtitatem urbibus intulit, tectorum excidione diſſipavit; muros ab imo ſubruit, ad ſolum diruit. Hannibal Italiam fœdè deſtruxit, effuſis ac diſſipatis pulcherrimæ regionis fructibus eam ad exitium & vaſtitatem vocavit. Tacuit illa proſtrata, perculſa & abjecta, ſummis calamitatibus fracta & afflicta, ab hoſte lacerata, alienò ſcelere deleta, exterminata. Italiæ terror, vexator, perditor, afflictor, everſor, exterminator Hannibal Romanos graviter labefactavit; magnis editis ruinis, magnis plagis inflictis opes Romanas vaſtatione, præliis proſtravit, cæde & incendiò omnia complevit; Rempublicam multis cladibus attrivit, præcipitem dedit. *V. Damnum.*

Deſubitò, eilend. *Syn.* Subitò.

Deſudo, as, eilen. *Syn.* Sudo, nitor, laboro. *Uſus.* Deſudare atque elaborare in re aliqua. *V. Laboro.*

Deſuefacio, is, ere, entwehnen. *Syn.* Conſuetudinem tollo. *Uſus.* Multitudinem jam à concionibus deſuefactam ad veterem conſuetudinem revocavit. *Phraſ.* A dicendo propè deſuefactus ſum, propè dicendi oblivio me cœpit, ea orandi conſuetudo propè mihi detracta apud me exoleverat.

Deſueſco, is, ere, * entwehnen. *Uſus.* Res dudum deſueta.

Deſuetudo, inis, * Entwehnung. *Uſus.* Populus armorum deſuetudine mollior.

Deſultorius, a, um, unbeſtändig. *Syn.* Qui ex equo in equum facilè deſilit. *Tranſl.* Inconſtans. *Uſus.* E prætorio candidato conſularis, quaſi deſultorius, &c. *V. Levis.*

Deſum, mangeln. *Syn.* Non adſum, deficio, abſum.)(*Adſum.* *Uſus.* Doctrina mihi non defuit, nec ingenium. Tibi nullum à me pietatis officium defuit. Nunquam occaſioni, officio, cauſæ defui. *Phraſ.* Deeſt, quod aliis largiar; omnia me deficiunt; omnium inopi, quod largirer, non eſt. Quod alteri deeſt, præſtò eſt plerumque alteri, at ego in ſumma penuria & egeſtate dego; nihil ſupereſt, quô aliorum inopiam ſuſtentem. *V. Careo.*

Deſumo, is, * hinweg nehmen. *Uſus.* Hoſtem ſibi certum deſumere. *V. Eligo.*

Detego, is, entdecken. *Syn.* Denudo, aperio. *Uſus.* Inſidias detegere. *V. Aperio. Manifeſtus.*

Detendo, is, ere, * ablaſſen. *Uſus.* Tabernacula detendere.

Detergo, is, ere, abwiſchen. *Syn.* Abſtergo. *Uſus.* Jucundo ſermone faſtidia, dolorem, moleſtias detergere.

Deterior, is, böß / arg. *Syn.* Pejor, nequiſſimus, durior. *Uſus.* Quod optimo diſſimillimum, deterrimum eſt. Res interdum verbis fiunt deteriores. Non ſum deteriore jure quàm cives. Non eſt mea cauſa deterior. Homo deterrimus. *Phraſ.* Rem omnem ſuâ importunitate deteriorem fecit. Diis, hominibúſque invitis negotium planè evertit, corrupit omnia & profligavit. Omnia nunc deteriora, in ſtatu deteriore; Nihil huic offenſioni mederi queat, verſa & mutata in pejorem partem ſunt omnia. Nimis à priore ſua virtute deflexit, à ſeipſo degeneravit, diſceſſit. Nimiùm deſcivit, nec gradu, ſed præcipiti curſu in vitia tranſcurrit. *V. Corrumpo.*

Deteriùs, *adverb.* ärger.

Determinatio, onis, Endung. *Syn.* Terminus, concluſio, finis. *Uſus.* Cœli complexus, extima ora & determinatio mundi. Concluſio eſt exitus & determinatio totius orationis.

Determino, as, Ziel ſetzen. *Syn.* Termino, concludo. *Uſus.* Quod dicit, ſpiritu, non arte determinat.

Detero, is, ere, zerbrechen. *Syn.* Deſtruo, corrumpo. *Uſus.* Calceos deterere. Laudes alicujus deterere ſeu imminuere.

Deterreo, es, ere, abſchrecken. *Syn.* Dehortor, abſterreo, tardo, revoco, avoco, deduco, repello, removeo, reſtinguo, averto, debilito; ſtudium alicujus tardo, vel reſtinguo.)(*Cohortor.* *Uſus.* A dimicatione aliquem, vel ſcribendo deterrere. Aliquem ab officio, mœrore, injuria, propoſito deterrere. *V. Abſterreo. Avoco. Abduco.*

Deteſtabilis, e, abſcheulich. *Syn.* Execrandus. *Uſus.* Scelus deteſtabile. Res miſera, peſtifera, tetra, invidioſa, deteſtabilis, execranda.

Deteſtatio, onis, Verfluchung. *Syn.* Deprecatio. *Uſus.* Pro deteſtatione tot ſcelerum unam aram conſecravit.

Deteſtor, aris, Abſcheuen haben. *Syn.* Deprecor, removeo. *Adv.* Diligenter. *Uſus.* Omnes te vitant, & tanquam auſpi-

auspicium malum, memoriam tui, faciem ipsam tuam ac nomen detestantur. Belli exitum detestor. O Dii avertite, & detestamini hoc omen! *V. Abominor.*

Detexo, is, ere, wieder auffthun. *Us.* Rem à summo exordio detexam. Detexta retexere.

Detineo, es, ere. auffhalten. *Syn.* Teneo, moror, demoror. *Adv.* Diutius, propè. *Us.* Diu suspensum me detinet. In alienis ferè negotiis detineor. Non te detinebo diutius, ita agam, ut non scindam pænulam; tantâ retentione non utar, nec te summâ vi retinebo, ac morabor. *V. Mora. Moror.*

Detorqueo, es, ere, krümmen. *Syn.* Deflecto, averto. *Usus.* Voluptas animum à virtute detorquet. Voluntas testium facilè flecti & detorqueri potest. Pars corporis imminuta, & detorta. *V. Flecto.*

Detractio, onis, Abwendung. *Syn.* Diminutio. *Usus* Detractio & appetitio alieni. Detractio confecti, & consumpti cibi.

Detraho, is, ere, abziehen. *Syn.* Minuo, delibo, derogo, desero, aufero, decerpo, detractionem facio.)(*Addo. Adv.* Facilè. *Usus.* De alieno honore, de fama alicujus, de honestate, detrahere. Multum venustatis Imagini diuturnitas detraxit. De suis commodis aliquem detrahere. Bona à fortunâ data hominum perfidia tibi detraxit. Calamitatem alicui, damna, consuetudinem detrahere. 2. *Obtrecto.* Detrahere de aliquo, & in invidiam vocare. *Phras. Detrahere de honore.* Vehementer studes meam famam detrimento afficere. Vehementer studes de mea fama detrahere. Meam famam lædere; meæ famæ obesse, nocere, officere studes. Id agis, ut æternas mihi infamiæ notas inuras. In id unum incumbis, ut iis meum nomen sordibus inquinetur; ut iis meum nomen maculis afficias, inspergas, quas nulla dies, nulla deinde res possit eluere, abstergere, delere. Tuum Consilium illud est, studium tuum illud est, id spectas, ut me in perpetuum infamem reddas, ut me perpetuâ notes infamiâ, ut æternæ me infamiæ tradas, ut perpetuò malè audiam, ut perpetuò in infamiam abducar; æternâ ut infamiâ flagrem, laborem; ut in sordibus infamiæ nunquam non jaceam, ut perpetuâ verser in infamiâ.

Detrectatio, onis, weigerung. *Usus.* Juniores Romani ad edictum sine detrectatione convenere. Detrectatio militiæ.

Detrectator, oris. Verweigerer. *Syn.* Qui renuit. *Us.* Cato haud detrectator laudum suarum.

Detrecto, as, sich weigern. *Syn.* Fugio, vito, aversor, resisto. *Syn.* Pugnam detrectare. *V. Nolo. Invitus. Vito. Aversor.*

Detrimentum, i, Schaden. *Syn.* Damnum.)(*Emolumentum. Epi.* Magnum, majus, maximum, minus, summum, plura. *Usus. Detrimentum inferre.* Multa damna reipublicæ eloquentia intulit, importavit, injunxit, imposuit, invexit; multis rempublicam detrimentis affecit. 2. *Detrimentum capere.* Accipere, facere. 3. *Detrimentum* sarcire, resarcire, reconcinnare. *Phras. Detrimentum leve:* Lætor, quòd levi detrimento, quô erga me animô sis, intellexi. Lætor, quod mercede non ita magnâ, non admodum gravi damnô, satis exiguâ jacturâ tuum in me animum, tuum in me sensum, quomodo sis erga me animatus, quô erga me sensu sis, qui tuus in me sit animus, qui tuus in me sit sensus, intellexi, perspexi, cognovi. *V. Damnum.*

Detrudo, is, ere, hinab stossen. *Syn.* deturbo, expello, depello. *Usus.* Necessitas me ad illa tentanda detrusit. Aliquem in mendicitatem, regnô detrudere. De sententiâ hominem detrusi. In pistrinum aliquem detrudere. In maximum mœrorem sum detrusus. *V. Tello.*

Detrunco, as, * abschneiden. *Syn.* Decìdo, seco. *Usus.* Detruncatis arboribus struem ingentem lignorum facit.

Devasto, as, * verwüsten *Syn.* Deprædor, spolio, profligo. *V. Vasto.*

Deveho, is, ere, wegführen. *Syn.* Veho. *Usus.* Vel jam devectus Brutum vidi.

Devenio, is, ire, ankommen. *Syn.* Venio, pervenio. *Adv.* Necessariò. *Us.* In

In qualem fortunam deveni? Nolebam has litteras in alienas manus dedevenire. *V. Venio.*

Devexus, a, um, niedergebogen. *Syn.* Deflexus, inclinatus. *Uſ.* Ætas devexa ad otium. Sol paulùm à meridie devexus.

Devincio, is, ire, verbinden. *Syn.* Obſtringo, alligo, conſtringo, comprehendo. *Uſ.* Eum mihi fœdere, cautione omni, & execratione devinxi. Beneficiis aliquem, ſuavitate ſermonis, affinitate, conſuetudine ſibi devincire. Hic maximo ſe ſcelere devinxit. Fœderibus etiam cum hoſte fides devincitur. Largitionê aliquem, amicitiæ vinculis, liberalitate, officiis, devinctum tenere. *V. Obligo. Obligatus.*

Devinco, is, ere, überwinden. *Syn.* Vinco, ſupero. *Uſ.* Duilius Pœnos claſſe devicit. *V. Vinco.*

Devitatio, onis, Vermeidung. *Syn.* Fuga, vitatio. *Ept.* Facilior & exploratior.

Devito, as, vermeiden. *Syn.* Vito. *Uſ.* Ut procellam temporis devitavi. Putat ſe à me devitari. Dolore devitare. *V. Vito.*

Devius, a, um, abweg. *Syn.* qui de recta via deflexit; à via remotus, alienus, averſus. *Uſus.* Itineribus de viis profectus. Homo amentiſſimus, omnibus conſiliis præceps, & devius. Oppidum devium.

Deunx, cis. *Syn.* Undecim unciæ, quaſi una de aſſe dempta.

Devoco, as, herab fordereu. *Syn.* Revoco. *Uſus.* Ad triumphum, ad gloriam te devocant. Socrates primus Philoſophiam è cælo devocavit. In ſuſpicionem devocari. *V. Avoco.*

Devolo, as, herab ſteigen. *Syn.* Avolo, aufugio. *Uſ.* Ab una amicitia ad aliam devolas. Simul ùt fortuna defluxit, amici devolant.

Devolvo, is, ere, welʒen. *Syn.* Præcipitem ago, impello. *Uſus.* Omnes ad inanem ſpem pacis devoluti ſunt.

Devoro, as, verſchlingen. *Syn.* Ligurio, helluor. *Uſus.* Verbum ipſum voluptatibus devorabat. 2. *Inhio.* Spe, & opinione jam eam hæreditatem devorârat. 2. *Conſumo, diſſipo.* Patrimonium omne, prædia, rem familiarem Juvenis perditus devoravit. 3. *Fero, perfero.* Erit ea moleſtia devoranda. Hominum ineptias & ſtultitiam ſæpe devorare oportet. *V. Comedo, Conſumo.*

Devotio, onis, Andacht. *Syn.* Dedicatio, Conſecratio. *Uſus.* Deciorum devotione placati ſunt Dii. Devotione capitis mei ſervandam Rempublicam putavi.

Devotus, a, um, geweihet. *Syn.* Deſtinatus, conſtitutus. *Uſ.* Miloni ea hoſtia devota videbatur.

Devoveo, es, ere, verheiſſen. *Syn.* Voveo, deſtino, dedico, conſecro. *Uſ.* Devovere ſe pro ære alieno. Caput ſuum pro republica Diis devovere; aliquem diris omnibus devovere. Devovit Agamemnon Dianæ, ſe &c.

Deuro, is, abbrennen. *Syn.* Uro.

DEUS, i, GOtt. *Syn.* Divinus Spiritus, Numen præſtans æternaque natura, Divus, qui in Deorum numero eſt; ille, qui cælum atque terras tuetur & regit, procreator mundi, mens æterna; Optimus, Maximus; ſummi Rectoris & Domini Numen, opifex ædificatorque mundi, Dominator rerum & omnia nutu regens. Præſens & præpotens DEus, Antiquiſſima & rerum omnium princeps natura, Parens rerum, mundi fabricator, rector univerſi & machinator. *Epi.* Æternus, beatus, certiſſimus, effector mundi atque molitor. Fortis, immortalis, mens ſoluta quædam & libera, præditus ſummâ mente, opifex ædificatorque mundi, omnia providens & cogitans. Præpotens, princeps ac præpotens, præſens, pulcherrimus, ſanctiſſimus, ſapiens, ſempiternus, ſummus, ſupremus, tantus, altiſſimus, atque undique circumfuſus. *Thraſ.* *DEI virtutes.* Bonitas in DEO tanta eſt, quanta poteſt eſſe maxima. Singulari DEUS bonitate eſt. Incredibili virtute, Juſtitiâ is eſt; immensâ clementiâ, infinitâ poteſtate is eſt, qui cuncta creavit, condidit, architectatus eſt; qui cuncta ex nihilo creavit, formavit, finxit; qui omnia regit, gubernat, moderatur, temperat; qui rebus omnibus præeſt, dominatur, imperat; à quo uno pendent omnia; cujus unius à voluntate, nutu, Imperio pendent omnia;

omnia; cujus unius à voluntate omnia, cujus à potestate omnia sunt; quem verentur omnia, cui parent omnia. Infinitâ bonitate est omnium rerum auctor, omnium rerum creator, conditor, opifex, artifex, effector. Nihil est in universo terrarum orbe, nihil amplissimis cælestium orbium cancellis circumscribitur; nulla res, nulla virtus in ipsis cælis eminet, cujus auctorem DEum fateri non debeamus. Ecquis Spiritus, quis Angelus altissimum illum cœlestis regionis verticem incolit, quem non DEus infinitâ vi suâ ex nihilo condiderit? Omnes omnium rerum perfectiones uni divinæ benignitati referendæ sunt, Divino Numini accepta referenda sunt.

DEus benignissimus. Amplissima est Divina liberalitas. Patet omnibus, latissimè patet, amplissimè patet, ubique locorum est, nusquam non est Divina benignitas. Cui non benignè fecit DEus? ecquis est, in quem DEI benignitas non extat? Quis est, qui Divinam benignitatem non senserit, non expertus sit, non re ipsâ cognoverit, non perspicuè viderit, non clarissimè perspexerit? Subvenit DEus invocantibus se; præstò adest, opem fert, opitulatur DEus implorantibus se, confugientibus ad se egentibus. DEus miseros sublevat; desperatione debilitatos confirmat, fulcit, sustinet, aberrantibus subsidio est. Nemo Divinam opem frustra imploravit. Est DEus tranquillitas in nostris infirmitatibus, calamitatibus; naufragium timentibus portus est. Afflictos facilè Divina pietas excitat. Perfugium habemus ad DEum in nostris calamitatibus.

DEI opem implorare: In molestia oportet ad DEum confugere, perfugere, profugere. Divinum auxilium, opem implorare sibi; præsidium in DEO statuere. Cùm quis ærumnis premitur, ad DEum se se vertat, convertat necesse est.

DEO volente. Diis juvantibus, Diis approbantibus. Si Dii approbant. Diis adjuvantibus, si Dii juvabunt; Dii juvent. DEO bene opitulante.

Per DEI gratiam: Deûm benignitate, Deorum immortalium benignitate, si nos DEUS respexit. Sed hæc DEUS gubernavit, non sine divina bonitate; DEI ductu & numine; Diis bene juvantibus; Deûm pace impetratâ; Divis præsentiam suam declarantibus; si Diis cordi sit; si ita cælitum voluntas tulerit.

DEUS avertat. *v. Absit.*

DEI voluntate. Non sine Divino Numine, Divino Consilio; Deorum immortalium nutu atque consilio gesta hæc & provisa videntur.

DEUM adorare, invocare: DEos venerari, Numen Divinum precibus placare. DEUM appellare, Diis supplicare, vota facere; ab Jove Optimo Max. opem auxiliumque petere. Ab Diis immortalibus pacem ac veniam petere; mentes Deorum immortalium precibus placare, Pacem Deûm exposcere. DEOS circa omnia pulvinaria obsecrare; Diis, quantum maximum possumus honorem habere. Jovem ad auxilium devocare.

In DEUM peccare: DEOS scelere violare. DEOS ferocibus verbis increpare; ultorem religionum DEUM provocare.

DEUS benedicat. DEUS eam tibi rem fortunet, tuis rebus consulat; Dii præsentes Numine atque auxiliô te defendant. Nihil rerum humanarum sine Divino Numine geritur.

Devotus, gottsfürchtig. *Thras.* Religiosus, pius, Deum colens, pietatem & religionem colens, piè & religiosè vivens, Ducem DEum in omnibus sequens, animum ac cogitationes ad Deum referens. Qui humana despiciens solis divinis incumbit; deditus soli contemplationi æternarum rerum; nihil non postponens christianæ pietati; qui exemplô vitæ & sanctissimâ doctrinâ animos ad exitium ruentes retrahit, & ad salutem dirigit; præstanti religione erga DEUM, cælestis numinis amore magnopere devinctus; cujus mens omnium fluxorum immemor ad sola immortalia & cœlestia fertur; qui affectiones humanas rationis imperio subigit; cujus ratio cupiditati dominatur; qui lascivientes corporis motus ad rationis divinarumque legum præcepta coërcet atque comprimit. Religiosissimus es; magna & antiqua religione, maxima cum reli-

 gione,

gione, ardore in Deum, pietatem inprimis colis. Exemplar es religionis, vitam sanctè & piè exigis; in te tanquam in speculum intuentur, qui pietatem, qui religionem colunt; insigni es pietate erga Deum.

Dextella, æ. *Syn.* Parva dextera, deliciæ.

Dexter, a, um, **rechts.**)(*Sinister.* *Usus.* Dextra manus, dexterius cornu.

Dextera, æ, **die rechte Hand.** *Syn.* Dextra.)(*Læva.* *Epi.* Consularis, fida, firmior, hostilis, impia, violatæ fidei testis. *Usus.* Jacenti & supplici dexteram porrigere. Græcia dexteram tendit Italiæ, eique præsidium pollicetur.

Dexterè, **recht.** *Syn.* Aptè. *Usus.* Dexterè obire officia, uti fortunâ.

Dextrorsùm. *Syn.* Ad dextram.

Diabolus, i, **Teuffel.** *Phras.* Adversarius dolis instructissimus; mille artium summus ille artifex; qui olim esu pomi interdicti primævos parentes & per illos omnium seculorum mortales in immensam calamitatum voraginem è celsissimo fastigio præcipitavit; impurus, immundus, inquinatus spiritus; malorum, quæ geruntur, author; perditor hominum; spiritus contaminatus ac perditus; nequissimus inimicus ac vexator hominum; hostis perennis ac juratissimus humani generis; machinator, seminator omnium malorum; omnis honesti osor; veritatis & humanæ salutis vafer, perpetuus, sempiternus & infensissimus inimicus; qui nullam unquam rationem hominibus insidiandi intentatam omittit; veterator ille magnus, qui ex altissimo cæli domicilio dejectus, qui protoplastos primus corrupit, ac mentes eorum in transversum egit; cujus venenatissimis artibus pænè quôvis momentô appetimur.

Diadema, atis, **Kron.** *Syn.* Corona, apex f. insigne regni. *Usus.* Antonius collegæ diadema imposuit.

Diæta, æ, **Mässigkeit.** *Syn.* Medicinæ pars, quæ victu morbos curat. *Usus.* Diætâ curari cupio, chirurgiæ tædet. *Phras.* Diæta nunquam oberit. Utile erit diætâ uti, vivendi regulam & modum servare; in victu modô & lege quâdam uti, certam quandam in victu rationem servare. Utile erit abstinere cibis noxiis, minimè salubribus, non idoneis, non utilibus, qui obsint, qui minimè prosint, qui haud in rem sint. *V. Abstinere à cibo.*

Dialectica, æ. *Syn.* Differendi ratio & scientia, veri & falsi judicandi scientia, Dialecticorum scientia, prudentia disputandi; ars intelligendi, quid quamque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. *Epi.* Dilatata, disceptatrix & judex veri & falsi, muta, loquax, similis pugno. *Usus.* Dialectica veri & falsa quasi disceptatrix & judex. Zeno Rhetoricam palmæ, dialecticam pugno comparavit. Dialectica cavet ratione, ne cui falso assentiamur, nevè unquam captiosâ probabilitate fallamur. Dialectica contracta & stricta eloquentia; oratio ratione conclusa. In dialectica exercebar.

Dialecticè. *Syn.* Dialecticorum more tenuiter, subtiliter. *Us.* Multa dialecticè dicta.

Dialecticus, a, um. *Syn.* Minutus Philosophus disputandi peritus. *Epi.* Valens. *Usus.* Dialecticæ captiones, acumen dialecticorum, perversa & præpostera dialecticorum sapientia. Ambigua ad dialecticum referenda sunt.

Dialogus, i, **ein Gespräch.** *Syn.* Disputatio, sermo in personas distributus. *Epi.* Mirificè. *Usus.* In iis sermonibus, qui dialogi appellantur. Nolunt personas viventes Dialogis illigari.

Diarium, ii, **tägliches essen.** *Syn.* Stipendium militibus in singulos dies propositum. *Usus.* Cæsar celeritatem militum iter facientium diariô incitat.

Diarrhœa, æ. *Syn.* Alvi purgatio, ventris fluxio. *Usus.* Diarrhœa me arripuit tanta, ut vixdum cœperim consistere.

Dibaphus, i. *Syn.* Bis tinctus, purpura. *Usus.* Dibaphum cogitat, sed eum infector moratur.

Dica, æ, **Rechts-Handel.** *Syn.* Judicium, actio. *Usus.* Dicam alicui scribere. Dicas sortiri.

Dicacitas, tis, **Spötterey.** *Epi.* Scurrilis. *Usus.* Sales, quorum duo genera: alterum facetiarum, æqualiter in omni ratione fusum, ingenuum & liberale; alterum dicacitatis scurrilis, quæ oratori fugienda. *V. Facetiæ.*

Dicatio, onis. *Syn.* Cum aliquis in civitatem aliquam se dicat, ac tradit. *Usus.* Non solùm dicatione, sed etiam postliminiò potest fieri civitatis mutatio.

Dicax, cis, **Schwätzer.** *Syn.* Paulò nimiùm facetus, promptus, paratus ad dicendum. *Adv.* Impuniùs. *Usus.* Demosthenes non tam dicax, quàm facetus, illud

acrioris ingenii, hoc majoris artis. Dicacibus & facetis difficile est habere hominum rationem, & ea, quæ occurrant, cùm falsissimè dici possent, tenere. *V. Facetus.*

Dicis causa. *Syn.* In speciem, per simulationem.

Dico, as, weichen. *R. à δικάω, judico, consecro, abdico. Syn.* Nuncupo, consecro, addico. *Us.* Dicare se in aliquam civitatem. Totum ego me Crasso, totum me tuis cōmodis & laudi dicavi. Dicare se in clientelam, in servitutem alicui. *V. Addico.*

Dico, is, ere, sagen. *R. à δείκω, ostendo. Syn.* Loquor, ajo, narro; verbum, vel verba facio; verba, sermonem, orationem habeo, usurpo, commemoro, expono, explico, profero, memoro; in concione vel oratione mea pono. *Usus.* Causam, sententiam dicere, salutem dicere. Diem alicui vel mulctam dicere. Dicere ex superiore loco. Dicere nihil aliud est, quàm omnes, aut plerasque illuminare sententias. Aliud est oratio quàm disputatio, nec idem dicere, & loqui. *Phras.* Ipse hoc de te dixisti, hæc in sermonibus dictitare solebas; te prædicatorem & testem ajunt; te illam vocem conjecisse, hęc tua vox esse s. fuisse dicitur; hujus sermonis auctorem te esse ajunt, faciunt. Te hæc commemorâsse, hôc sermone usum, ista effudisse temerè ac evomuisse ajunt. In te illa oratio confertur. Jactatæ, emissæ, conjectæ à te eæ voces feruntur. Celanda te exprompsisse, protulisse, palàm personuisse arguunt. *V. Loquor. Sermo. Mentio.*

Dicrotum, i, zweyruderich Schiff. *Syn.* Genus navigii, triremis. *Epi.* Bona. *Usus.* Bono dicroto navigabam.

Dictator, oris, Angeber. *Syn.* Summa Romæ potestas, magister populi. *Epi.* Perpetuus, perspicuus & invidiosus, proximus. *Usus.* Dictatorem facere, efficere, dicere.

Dictatorius, a, um. *Usus.* Gladius dictatorius.

Dictata, orum. *Syn.* Quæ magistri pueris dictant. *Usus.* Ipsa quasi dictata à te reddŭntur. Eadem dictata recantare.

Dictatura, æ. *Syn.* Dictatoris munus. *Epi.* Perpetua. *Us.* Dictaturam abdicare, exercere.

Dicterium, ii, Stichel-Wort. *Syn.* Salsè dictum. *Us.* Quę salsè, breviter, acutè dicimus, dicteria vocantur. *V. Iocus. Facetiæ.*

Dictio, onis, ein Wort. *Syn.* Oratio, dicendi genus, actio, vocabulum aut verbum unum. *Epi.* Attica, forensis, perpetua, popularis, reliqua, tota. Subitæ, oratoriæ. *Usus.* Se in dictionibus exercere, in forensibus causis mea dictio versatur. Dictionem totam in partes dividere oportet.

Dictito, as, offt sagen. *Syn.* Sæpè dico. *Adv.* Palàm. *Usus.* Causas dictitare.

Dicto, as, *Syn.* Dicere, quæ alius excipiat. *Adv.* Graviter, ornatè, syllabatim. *Us.* Orationem, epistolam dictare syllabatim.

Dictum, i, Spruch. *Epi.* Bonum, falsum, minimum. *Us.* Nullum petulans dictum in vita proferatur. In me & meos dicta multa dixit. Commodè, breviter, facetè, acutè dictum. Dictum Ennii. Ob dictum capite & fortunis accusari.

Diduco, is, ere, zertheilen. *Syn.* Dispergo, aperio. *Usus.* Pugnum diduxi. Aciem in cornua diducere, aquam in vias. *Transl.* In varias curas diducitur animus. *V. Dilato. Separo.*

Diecula, æ. *Usus.* Voluit dieculam addere.

Dies, ei, Tag. *Syn.* Lux, tempus, temporis cursus. *Epi.* acerbior, acerbissimus, æstivus, beatus, brevior, brumalis, calamitosus, certus, clarissimus, compitalitius, constitutus, dirus, extremus, faustus, festus, fædus & flagitiosus, funestus, gloriosissimus, gravissimus, gratissimus, gravis, honestissimus, horribilis, inclinatus, lętificus, lætior, lætissimus, legitimus, liberior, medius, multus, natalis, notus, perendinus, optatissimus, posterus, præclarus, propinquus, religiosus, ignotus, pulcher, solstitialis, summus, supremus, totus, tristis, turbulentissimus, turpis, vacuus, utilis & gratus. *Dies festus*: sanctissimus & celeberrimus. *Dies*: æterna, annua, antiquior, certa, exigua, hesterna, hodierna, misera & infelix. Satis laxa, perexigua, tota, utilis. *Dies*: acerbi, festivi, æstivi, apti, breviores, lætissimi, comitiales, compitalitii, continui, εὐχαριστιμοι, anniversarii, non honesti, jucundi, illustres, justi, lætiores, longiores, multi, natales, odiosi, pauci, pauculi, perpauci, plurimi & lautissimi, præteriti, proximi, quieti, reliqui, superiores, toti, vacui. *Usus:* 1. *Dies illucescit* nobis lætissima, multùm jam dies processerat. Inclinat in pomeridianum tempus dies; præcipitat, in noctem abit dies. Sacri dies & negotiosi. 2. *Diem transigere.* Diem in negotiis ponere, degere, consumere; diem ineptiis conterere, terere, conficere. 3. Diem certam *constituere*, statuere, destinare, præstituere

tuere, præfinire. Diem sumere, dare ad deliberandum. Diem alicui dicere, scribere. Ad certum diem solvere. 4. *Diem instare*, adventare; appetebat, obrepebat, veniebat constitutus prælio dies. Dies una intercessit, postquam &c. Ea mysteria in unum diem incidunt, incurrunt. 5. *Diem agere*, celebrare diem natalem; obire diem in judicio. 6. Diem differre, proferre, prorogare, prolatare, producere, intermittere. Diem dicendo ducere, extrahere, eximere, auferre. 2. *Dies*, *tempus*. Nullus dolor est, quem dies, quem longinquitas temporis non leniat. Dies quoque stultis mederi solet. Impetret ratio, quod dies interpretatura est. Invidiam dies mitigat. *Phras*. *Dies noctesque* scribo. Nullum tempus dimitto, neque diurnum, neque nocturnum, quin scribam. Diurnum nocturnúmque spatium scribo. Dierum ac noctium vicissitudines me scribentem inveniunt. Dies noctésque laboro. Perdiu & pernox scribo. Noctes & dies mihi scribendo exeduntur.

Differentia, æ, **Unterscheid.** *Syn*. Dissimilitudo, discrimen, varietas, distinctio, intervallum, diversitas. *Usus*. Magna est differentia inter principia naturalia. *V. Dissimilitudo*.

Differo, ers, **auffschieben.** *Syn*. Rejicio, prorogo, reservo, produco, sustineo, sustento, profero, moram interpono, tardo, procrastino, moror, celeritatem de causa detraho, cunctor, extraho. *Adv*. Multùm, non ferè multùm, paulùm, oppidò, plurimùm. *Usus*. Differs me in aliud tempus, differre vadimonium; alii tempus differebant. *Phras*. Res dilata est multis cavillis, extracta, prorogata, etsi procrastinationem & tarditatem non ferret; trahitur negotium, jacet jam biennium, etsi dilationem, cunctationem vix patiatur. Prolatatis usque comitiis elanguescent tandem omnia. Res illa moram & sustentationem non fert. Jam diu expectatione suspensus per inutiles moras circumducor. Quis non damnet judicum lentitudinem, litem jam bienniô trahentium, me toties ampliantium, in aliud aliúdque tempus protrudentium, rei exitum morantium. Vide, ne quid ad hoc negotium temporis accedat; vide, ne qua mihi ad hoc negotium fiat accessio temporis, ne res longiùs ducatur, aut in aliud tempus reservetur, ne sit diuturnior hæc administratio, ne fiat longior administratio, ne ducatur longiùs. Cave tibi in hoc negotio; vide, in hoc genere, hoc munere, in hac administratione, ne quid mihi temporis prorogetur, protrahatur, extrahatur, protendatur, fiat longius. *V. Mora*. *Expedio*. 2. Differo, discrepo, disto, alius sum.)(*Similis sum*. *Usus*. Quantum inter se homines studiis, moribus, vestitu, totâ vitæ ratione differunt! Hæc cogitatione quidem inter se differunt, re verò copulata sunt. *Phras*. Quantum doctus ab indocto differt! quantum discrimen! tanta est inter eos, quanta maxima esse potest, morum studiorúmque distantia. Quantum hos inter & illos est interjectum intervallum! quantum hos inter & illos interest! *Multum inter res nostras interest*. Meæ rationes admodum à tuis differunt, discrepant, distant, dissentiunt. Difficillima, diversa inprimis rerum nostrarum ratio est. Non idem est mearum ac tuarum rerum status; meæ res aliter, dissimiliter, diversâ quadam ratione, diversè, prorsus aliô modô ac tuæ se habent. *Patris tui dissimilis es*. Patrem non refers, Patrem non imitaris. Parentis tui in te consuetudo desideratur. Parenti tuo dissimilem te præbes. Tua ratio à patris tui ratione longè distat. A patris consuetudine longè discedis. Non agnoscitur in te pater tuus. *Alius est rerum status*. Res meæ aliô locô sunt, non eodem loco sunt, non eodem loci sunt. Alia nunc, diversa, non eadem, immutata mea ratio, rerum mearum ratio est. Nihil simile habet res mea. Nihil habet res mea similitudinis. Quid simile, quid non dissimile habent res meæ? Aliter se habent res meæ. Nulla similitudo, dissimilitudo magna, diversa omnia, dissimilia prorsus omnia, omnia prorsus alia.

Difficilè, **schwerlich.** *Syn*. Difficulter.

Difficilis, e, **schwer.** *Syn*. Laboriosus, operosus, habens multum difficultatis, arduus. Habens difficultatem; in quo multum est negotii, vel operis; in labore multo positus, magnus.)(*Facilis*. *Usus*. Intelligo, quam locô difficili & scopuloso verser. Contortas res

res & difficiles discere. Difficillimis reipublicæ temporibus. 2. *Asper*, difficilis & morosus senex. Parens illepidus, & in filios difficilis. Res ad scribendum difficilis. *Phras*. Rem difficilem tentas; magnum est, quod conaris; rem tantam, tot difficultatibus impeditam aggrederis; perarduum est, elaborandum tibi erit in ea re. Hoc multô tuô labore fiet. Incidisti in difficilem nodum, quem vix expedies. In rem difficilem & inexplicabilem, inenodabilem te conjecisti; spissum sanè opus, lentum & fastidiosum moliris. In quantas te dimicationes immisisti! Viam sanè arduam, asperam, confragosam, lubricam, plenam periculorum & laborum ingrederis. Subeundæ tibi erunt magnæ tempestates; res est multis obstructa difficultatibus. In magnas salebras incidisti; arduum factu est, res in difficili est; multis difficultatibus conflictaberis; multæ tibi difficultates, asperitates superandæ, vincendæ, pervadendæ erunt. Satis in ea re sudabis. Difficilis res est; laboriosa res est, gravissima, minimè facilis, non facillima, operosa res est. Res hæc difficultatis, negotii, laboris habet plurimum; non ea res est, quæ facili s. parvô negotiô, levi labore, non magnô studiô possit effici. Res est, hæc res est, res ea est magnæ difficultatis, multi laboris, non parvi negotii, non operis exigui; in qua sudandum sit, in qua sustinendi labores sint, in qua sit multum operæ ponendum; in qua sit vigilandum, animô excubandum; in qua non leviter sit laborandum; in qua studii multum, industriæ plurimum sit adhibendum.

Difficultas, atis, Schwerigkeit. *Syn*. Labor, angustia, asperitas. *Epi*. Domestica, incredibilis, magna, nummaria, odiosa, pecuniaria, publica, summa, tanta. Majores, multæ, summæ, tot tantæque. *Usus*. Multis difficultatibus affectus & afflictus delabitur, incurrit in summas difficultates. Res habens multum difficultatis & laboris. Difficultas vecturæ, navigandi, &c. *Phras*. Si hoc suscipis negotii, multum laboris habebis. Si hoc sumis, feres laboris plurimum, valde tibi erit laborandum; magnus in te labor, grave in te onus incumbet; multum oneris, laboris, molestiæ sustinebis. Si hoc aggrederis, rem difficilem, gravem, laboriosam, rem operosam, molestam inprimis ac duram senties, experiêris, cognosces. Etiam atque etiam vide, quàm grave subeas onus. Etiam atque etiam vide, quantum facinus conêre, quid suspicias, quidve sustinere possis.

Difficulter, schwerlich. *Syn*. Difficilè, ægrè, vix, tristiùs, duriùs. *Phras*. Etiam atque etiam vide, quàm grave onus suscipias, quantum tibi oneris imponas; animadverte, cujus difficultatis, industriæ, operæ sit; quàm difficile, laboriosum, durum, operosum, spissum sit; quantum industriæ, quam facultatem, quas vires, quos nervos, quantum roboris postulet id, quod conaris, moliris, tentas; id quod instituis, suscipis, aggrederis.

Diffidenter, mißträulich. *Syn*. Timidè.

Diffidentia, æ, Mißtrauen.)(*Fidentia, confidentia*. *Usus*. Metus est diffidentia expectati mali. *V. Metus*.

Diffido, is, ere, mißtrauen. *Syn*. Quasi despero.)(*Confido*. *Vulg*. *Fidem non adhibeo*. *Adv*. Penitùs, valdè, summè. *Usus*. Ita æger est, ut Medicus diffidat. Ne defatigere, aut diffidas. Ingenio meo sanè diffido. De Othone diffido. Jacet, & diffidit, abjecit hastam. *V. Despero*.

Diffindo, is, ere, zerspalten. *Syn*. Findo, divido. *Usus*. Saxum diffindere novaculâ.

Diffiteor, eris, läugnen. *Syn*. Nego, inficior. *Usus*. Non diffiteor, errâsse me. *V. Nego*.

Difflo, as, * zerblasen. *Usus*. Tuô legiones spiritu difflâsti, ut ventus folia.

Diffluo, is, ere, zerrinnen. *Syn*. Liquesco, abundo, fluo. *Usus*. Otiô, luxuriâ, voluptatibus, sudore, risu diffluere.

Diffugio, is, ere, hin und her fliehen. *Syn*. Fugio, dilabor. *Usus*. Metu perterriti diffugiunt. *V. Fugio*.

Diffundo, is, ere, hin und her schütten. *Syn*. Dispergo, dissipo, spargo, effundo. *Adv*. Latè, longè. *Usus*. Terra semen suô complexu diffundit. *Transl*. Animum, vultum diffundere.)(*Contrahere*. Laudes alicujus, rumorem latè diffundere. Flendo dolorem vel iram diffundere. *V. Spargo*.

Diffusè, weitläufftig. *Syn*. Dispersè. *Usus*. Res diffusè dicta.

Diffusus, a, um. *Usus*. Platanus ramis diffusa; jus civile diffusum; laus Pompeji latè diffusa; color sanguine diffusus.

Digero, is, ere, verdauen. *Syn*. Concoquo, mitifico. *Adv*. Discretè. *Usus*. Stomachus cru-

cruda digerens. *Transl.* *Ordino, distinguo, instituo, distribuo, divido.* Tabulas, acta, leges, argumenta in certa capita digerere. Crines digerere.

Digestio, onis, Verdäuung. *Syn.* Concoctio, distributio. *Usus.* Digestio, quæ exornatio est, ea est partitio.

Digitus, i, Finger. *Syn.* Pars manûs pedisque. *Epi.* Extremi, transversus. *Usus.* Extremis digitis aliquid contingere; non discedam digitum à sententia. Digitum in aliquid intendere, & commonstrare.

Digladior, aris, fechten / hadern. *Syn.* Decerto. *Usus.* Digladientur per me Philosophi inter se.

Dignatio, onis, Würdigung. *Syn.* Dignitas. *Usus.* Nihil nisi de dignatione laborat.

Dignè, würdig. *Syn.* Pro dignitate. *Usus.* Philosophia nunquam satis dignè laudari potest.

Dignitas, atis, Würde. *Syn.* Honestas, honor, gradus, gradus dignitatis, gradus honoris, honoris amplitudo, splendor, authoritas, gloria, majestas, decentia, decor.)(*Indignitas.* *Epi.* Admirabilis, admiranda, amplissima, chara, charissima, communis, conjuncta cum utilitate communi, consularis, excellens, eximia, familiaris, imperatoria, jucundior, liberalis, magna, major, maxima, minor, nefaria, nova, otiosa, par, parva, præstabilior, præstans, præstantissima, præsens, insperata, pristina, publica, singularis, summa, tota, vera, vetus, virilis, salva. *Usus.* Dignitas est alicujus honesta authoritas, quæ & cultu, & honore, & verecundiâ digna est. 2. *Quærere dignitatem.* Honestis artibus quærere, sibi conciliare. Summum dignitatis gradum *tribuere* alicui, concedere, in dignitate locare, ponere. Ea res tibi dignitati erit, dignitatem afferet, adjunget. *Phras.* Hoc ante omnia te moneo, ut præ cæteris dignitatis rationem habeas. Hoc primùm te moneo, ut referas ad dignitatem omnia, ut propositum decus tibi sit; ut ante omnia dignitati servias, dignitatem spectes, dignitatem sequaris; ut nihil cogites à dignitate sejunctum, ut nihil alienum à dignitate cogites, ut nihil non cum dignitate conjunctum cogites, ut tuorum consiliorum finis honor sit; ut tuarum actionum terminus, scopus, honor sit; ut prima tibi sit, præcipua, antiquissima dignitatis cura. 2. *Ad dignitatem pervenire.* Ad amplissimos dignitatis gradus ascendere; dignitatem acquirere, consequi, reperire. Dignitate florere, præditum esse. Ea res magnam dignitatem habet. *Phras.* Nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis; omnia tua facta cum dignitate vehementer consentiunt. In omnibus tuis factis proposita tibi dignitas fuit. Omnia tua facta ad dignitatem retulisti. Quæcunque egisti, ad dignitatem omnia spectârunt. Scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit. Tuarum actionum norma quædam & regula fuit dignitas. Tua sunt ejusmodi facta, ut eximiis ornanda præconiis, ut divinis decoranda laudibus, ut tollenda ad astra, ut ad cœlum efferenda videantur. Tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisque præmia debentur. Gloria primum semper apud te locum obtinuit. Gloria tibi semper prima fuit, antiquissima fuit, maximi fuit. Gloria tibi ante omnia perpetua fuit, summo semper loco fuit. 3. Dignitatem tueri, retinere, ornare, defendere, amplificare, servare, augere; civitatis dignitatem sustinere. Dignitati suæ consulere, servire, alienæ suffragari, favere; omnia ad dignitatem referre, revocare. *Phras.* Magnam in omnibus rebus tuæ dignitatis rationem habebo. Semper mihi dignitas tua ante oculos erit, antiquissima erit; semper meæ cogitationes laudem tuam spectabunt. Animus meus in honore tuo fixus erit ac locatus. In omni re, quid honor tuus postulet, requirat, ferat, attendam. Divitias, divitiarúmque jacturam nihili facio, liceat modò dignitatem tueri. Adimi s. detrahi de fortuna, fortunam comminui, fortunarum jacturam fieri, fortunæ detrimenta fieri non recuso, nihili duco, in minimis pono; sit modò dignitas incolumis, liceat modò incolumem servare dignitatem, modò permaneat dignitas in eodem statu, modò ne cogar de statu dignitatis meæ demigrare, modò sit eadem dignitas; modò ne mutetur, ne diminuatur, ne lædatur dignitas mea; modò ne quâ injuriâ, ne quô damnô, ne quô detrimentô afficiatur.

tur dignitas mea; modò ne damni quid faciat, ne quid jacturæ faciat dignitas mea; modò ne quam jacturam subeat, sustineat, ferat, patiatur dignitas mea; modò ne de dignitate quid detrahatur, adimatur, imminuatur. Quod pollicitus sum, id præstabo, ut honorem tuum defendam. Quod pollicitus, id re præstabo, ut tuear honorem tuum; ut honorem tuum defendendum, tuendúmque suscipiam; ut honoris tui defensionem, contentionem, certamen suscipiam; ut pro honore tuo pugnem, contendam, certem. Dabo operam, ut ejus animum ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducam, convertam. Dabo operam, ut is omnia sua studia tuam ad dignitatem referat, conferat; suam operam tua in dignitate figat, locet, statuat, ponat; industriam omnem suam dignitati tuæ dicatam velit, assignet, dedat, dicet. 4. *Dignitatem alicujus violare*, oppugnare, impugnare, diminuere, labefactare, deformare; deesse alicujus dignitati & invidere. Dignitatem alicui detrahere, de dignitatis gradu dimovere; dignitatem contumelia attingere; spoliare dignitate. *Phras.* Violari tuam dignitatem vehementer doleo. Dignitatem tuam offendi, minui, lædi, oppugnari, damnô affici, injurias pati, vehementer doleo. Detrahi de tua dignitate, minui, adimi, auferri, molestissimè fero. Jacturam fieri tuæ dignitatis iniquè patior. 2. *Dignitatem amittere*; deponere à dignitate, discedere. 6. *Dignitatem ereptam restituere*, reddere; recipere, recuperare dignitatem. Imaginem duntaxat & reliquias pristinæ dignitatis recepit. 2. *Decor, pulchritudo, ornamentum, Decus, forma, liberalis species.* In formis aliis dignitas inest, in aliis venustas. Liberalis species & dignitas; formæ s. frontis dignitas coloris bonitate defenditur. Tranquillitas animi affert dignitatem,

Dignor, aris, **würdig achten.** *Syn.* Dignus habeor. *Usus.* Qui apud nos tali laude, observantiâ, cultu, honore virtutis ergo dignantur. Vir probus summâ existimatione dignandus.

Dignosco, is, ere, **unterscheiden.** *Syn.* Discerno. *Usus.* Hostem cive dignoscete. *V. Discerno.*

Dignus, a, um, **würdig.** *Syn.* Honestus, qui meretur, dignitate præditus, plenus dignitatis, habens dignitatem, qui cum dignitate est, idoneus, par, egregius, summum dignitatis gradum tenens.)(*Indignus. Adv.* Omninò, maximè, parum. *Usus.* Quod non decorum, nec Diis dignum est. Majoribus suis dignus. Efficere aliquid expectatione publicâ, viribus suis dignum. Odiô dignus. Hoc te non est dignum.

Digredior, eris, i, **neben abweichen.** *Syn.* Egredior, discedo, aberro à via, aberro à proposito, diverto. *Adv.* Longiùs, parumper, paululùm. *Usus.* Sed ad id, unde digressi sumus, redeamus, revertamur. Longiùs, quàm voluntas fuit, à proposito digressa est oratio. *V. Aberro.*

Digressio, onis, **Abweichung.** *Syn.* Declinatio.)(*Congressio. Epi.* Acerba & misera, non longa, perjucunda, superior. *Usus.* Miserior fuit congressio, quàm digressio nostra. Digressio à proposita oratione. *Phras.* Fuit hæc non inutilis digressio orationis. Danda est opera, ut, unde aberrare cœperit, revocetur oratio; ne plus justo ab rerum ordine declinet; aliò excedat, effundatur; aliò auferatur, ne liberiùs altiùsque procedat.

Digressus, ûs. *Idem. Syn.* Digressio, discessus.)(*Congressus.*

Dijudicatio, onis, **Entscheidung.** *Syn.* Disceptatio, judicium, deliberatio. *Usus.* Ista quidem magna dijudicatio est.

Dijudico, as, **entscheiden.** *Syn.* Discerno, distinguo, discepto. *Adv.* Callidè, diligenter, serò. *Usus.* Verbis controversias, non æquitate dijudicas. Controversiam dijudicabis. Non facilè dijudicatur verus amor & fictus. *V. Distinguo.*

Dijungo, is, ere, **absonderen.** *Syn.* Disjungo. *Adv.* Longiùs, facilè, sæpè. *Usus.* Dijungere me ab illo volo. *V. Separo.*

Dilabor, eris, **entfallen / vergehen.** *Syn.* Diffugio, diffluo. *Adv.* Malè, rapidè. *Usus.* Fluvius rapidè dilapsus. Vide, ne ea res memoriâ dilabatur. Dilapsâ fortunâ amici devolant; vectigalia, fides, vires reipublicæ dilabuntur. *V. Abeo, Labi.*

Dilacero, as, **zerreissen.** *Syn.* Lacero.

 Usus.

Usus. Cadaver canibus dilaniandum objicere. *V. Lacero.*

Dilanio, as, zerhacken. *Syn.* Lanio.

Dilapido, as, verschwenden *Syn.* Decoquo, disperdo, consumo. *Usus.* Dilapidare pecuniam; exhaurire ærarium; consumere, minuere vectigalia. *V. Consumo. Nepos. Luxus.*

Dilargior, iris, verschencken. *Syn.* Dono. *Usus.* Omnia dilargiri. *V. Largior.*

Dilato, as, außbreiten. *Syn.* Collato, latè explico, propago.)(*Conangusto, coarcto, contraho. Usus.* Argumenta, orationem dilatare, ac diffundere. Latè funditur ac dilatatur nomen vestrum. *V. Amplifico.*

Dilatatio, onis, Erweiterung. *Syn.* Mora, prolatio, retardatio. *Epi.* Nimia. *Usus.* Dilatatio & expectatio comitiorum. *V. Amplificatio.*

Dilaudo, as, loben. *Syn.* Prædico. *Usus.* Librum, quem dilaudas, emi. *V. Laudo.*

Diligens, tis, fleissig. *Syn.* Attentus, sedulus, assiduus, studiosus, diligentiam adhibens. *Usus.* Lentulus salutis meæ diligentissimus. Tota domus in omni genere diligens. *Phras.* Prudens & rerum suarum attentus paterfamilias; homo summi laboris & industriæ, prorsus intentus in omnia, qui advigilet sedulò, & omnia accuret.

Diligenter, fleissig. *Syn.* Accuratè, exquisitè, studiosè, magna cum cura ac diligentia.)(*Negligenter. Usus.* Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. *Phras.* Diligenter litteris dat operam, accuratissimâ diligentiâ, mirâ accuratione, non indiligenter, sedulò, quàm diligentissimè, summâ curâ studioque, totò animo atque omni curâ, perstudiosè, intentissimâ curâ, enixô studiô, summâ industriâ, totô pectore, impensè admodum, impensâ operâ, curiosè atque contentè, contentione maximâ litteras persequitur.

Diligentia, æ, Fleiß. *Syn.* Assiduitas, sedulitas. *Epi.* Accuratissima, acerbissima, amplissima, artificiosa, cognita, crudelis, egregia, singularis, excellens, grata, inanis, incredibilis, inepta, magna, major, non mediocris, minuta, misera, miserabilis, molesta, nimia, nova, pergrata, plena, privata, summa, tanta. *Usus.* Conferre diligentiam ad aliquam rem; diligentiam in rebus tuis adhibui maximam; magna cum cura ac diligentia scripsi de re tua. *Phras.* Summâ diligentiâ rem tuam curabo; omni mea cura, opera, vigiliis, omni sedulitate, omni non modò contentione, sed etiam dimicatione in rebus tuis elaborabo. Res tuas summâ curâ complectar. Pugnabo, enitar, contendam, efficiam, gnavitatem omnem & operam adhibebo, ut res tuæ ritè curentur. Incumbam in tuam causam totâ industriâ; operæ studiique plurimùm in tuis rebus pono, consumo. Vigilabo dies atque noctes, & intentis oculis dispiciam, ut res tuæ salvæ sint; non sine elaboratione & operæ consumptione res tuas administro. Curam rerum tuarum suscipiam; operam summam, nervos omnes & industriam afferam. Ardore quôdam & studiô incitatô tua procurabo. Summa ope nitar, animum intendam, adjungam, ut tibi benè sit. Velim, te plus diligentiæ in scribendo ponere; velim te plus operæ, curæ, industriæ, studii in scribendo locare, collocare, consumere. Plus diligentiæ ad scribendum conferri à te velim. Operam navari studiô majori in scribendo expeterem. Tuis in scriptis diligentiam desidero, requiro, majorem postulo. *V. Curo. Sollicitudo.*

Diligo, is, ere, lieben. *Syn.* Amo, charum habeo. *Adv.* Acriùs, admodùm, egregiè, eximiè, constantissimè, facilè, gratis, libenter, magnificè, maximè, mirificè, multùm, mutuò, nimiò, planè; plùs, plùsque indies. Præcipuè, plurimùm, quammaximè, quodammodò, separatim, singulariter, valdè, herclè, vehementer, vehementiùs, vehementissimè, vicissim, usque eò, generatim, plurimùm, verè, unicè. *Usus.* Hunc amo, quem ante diligebam. Me aut amabis, aut diliges saltem. Eum non amore tantùm, sed perpetuô quôdam judicio diligebam. *V. Amo.*

Dilorico, as, zerreissen. *Syn.* Discindo, aperio. *Usus.* Diloricare tunicam.

Diluceo, es, erscheinen. *Usus.* Res Senatui planè dilucere visa est.

Dilucescit, ebat, Tag werden. *Syn.* lucescit, lucere incipit. *Usus.* Discussa est illa caligo, diluxit. *V. Lucescit.*

Dilucidè, scheinbarlich. *Syn.* Lucidè, perspicuè, clarè, apertè, planè. *Usus.* Dilucidè, planèque loqui.

Dilucido, erklären. *Syn.* Declaro. *V.* *Explico. Declaro.*

Dilucidus, a, um, klar. *Syn.* Apertus, evidens. *Usus.* Quò brevior, eò dilucidior erit narratio. Dilucida, & perspicua expositio.

Diluculum, i, morgenröth. *Syn.* Summo manè, prima lux. *Usus.* Primò diluculô nuntius venit. *Phras.* Surrexi diluculô, sub galli cantum, matutinô crepusculô, ineunte die, sub ortum solis, in ortu solis, oriente sole; cum lucere, lucescere, illucescere inciperet. Expergefactus sum primâ luce. Expergefactus sum summò manè, bene manè, primò mane. Expergefecit me galli cantus. Lucescit, sol oritur; albescit. Dies appetit, adventat, adest. Crepusculum matutinum est. Tenebras fugat lux. Nocti succedit dies, noctem subsequitur dies. Abeunte nocte dies advenit. Abeunte nocte lux apparet.

Diluo, is, ere, spülen. *Syn.* Confuto, abstergeo. *Adv.* Dilucidè, faciliùs.)(*Affirmo.* *Usus.* Diluere objecta crimina, infirmare argumenta. Curas, molestias jucundô alloquiô diluere. *V. Refello.*

Dimano, as, zerfliessen. *Syn.* Profluo. *Usus.* Meus tui labor dimanavit ad æstimationem hominum latissimè.

Dimensio, onis, Messung. *Usus.* Dimensio quadrati.

Dimetior, iris, messen. *Syn.* Metior, digero. *Usus.* Ab illo dimensa sunt omnia, & descripta.

Dimetor, aris, abmessen. *U.* Siderum cursus dimetari.

Dimicatio, onis, Streit. *Syn.* Discrimen, contentio. *Epi.* Extrema, infinita, parva, periculosa, plena laudis, tanta, maxima, tot ac tantæ. *Usus.* Dimicationem quærere. In dimicationem & aciem venire. Mihi fortunarum omnium fortuna subeunda erit. 2. Dimicationem mihi pro te nullam defugiendam putavi. Nemo me ab ea dimicatione continebit, deterrebit. *V. Certamen.*

Dimico, as, are, streiten. *Syn.* Confligo. *Adv.* Paratiùs, privatim. *Us.* Prælio dimicare cum hostibus. De omnibus fortunis, de potentia dimicare. *V. Certo. Confligo.*

Dimidiatus, a, um. *Syn.* Medius.

Dimidius, a, um.)(*Omnis.* *Usus.* Discipulos suos dimidiô reddebat stultiores, quàm acceperat. Dimidium ejus, quod aliis datum fuerat, petiit. Dimidiò cariùs emit domum, quàm æstimata fuerat.

Diminuo, is, ere, verkleinern. *Syn.* Minuo, imminuo, attenuo, detraho, exhaurio, decerpo, derogo, remitto, levo, ad pauciora redigo, diripio, diminutionem facio.)(*Augeo.* *Usus.* Vide, ne quid de bonis tuis diminuas. Sententia imminuta ac infirmata. *V. Minuo.*

Diminutio, onis, Verkleinerung. *Syn.* Imminutio.)(*Accretio.* *Usus.* Imperio magna diminutio facta est. Diminutio vectigalium.

Dimissio, onis, Entlassung. *Usus.* Dimissio propugnatorum, relegatio amicorum.

Dimitto, is, ere, entlassen. *Syn.* Amitto, missum facio, remitto, depono, omitto.)(*Retineo.* *Adv.* Amantissimè, continuò, contumeliosè, libenter, multùm, prorsùs, nunquam. *Usus.* Dimittere senatum, concionem, scholam. *Vulg. Licentiare.* Exercitum, legiones, remiges dimittere; Facultatem rei gerendæ dimisit. Utinam de sua gravitate aliquid Pompejus, de cupiditate Cæsar non parum dimisisset. *Phras.* Dimittere militem; exercitum purgare turbulentorum hominum missionibus; legiones missas facere.

Dimoveo, es, ere, verrucken. *Syn.* depello, permoveo, removeo, dejicio. *Adv.* Imposterùm, temerè. *Usus.* Expurgare suspicionem, & à se in alium dimovere. Aliquem de suo cursu, sententiâ, institutis, more dimovere; de dignitatis gradu & loco suo aliquem dimovere. *V. Amoveo. Abstraho. Absterreo.*

Dinumeratio, onis, Abzahlung. *Syn.* Frequentatio, exornatio, quædam verborum.

Dinumero, as, abzehlen. *Syn.* Numero. *Adv.* Propemodum. *Usus.* Dinumerare pecuniam alicui.

Diœcesis, eos, Verwaltung. *Syn.* Procuratio, vel gubernatio. *Usus.* Mirifica expectatio nostrarum diœcesium.

Diœ-

Diœcetes, is, Verwalter. *Syn.* qui procurationem & quasi dispensationem regiam recepit.

Diploma, tis, *Syn.* Principum, & aliorum magistratuum codicilli, litteræque publicæ signô regiô munitæ, & sanctæ. *Usus.* diploma nondum quidem est datum.

Diræ, arum, Verfluchung. *Syn.* furiæ, tristia signa, minæ, execrationes, imprecationes. *Us.* Diras abnunciare. Diræ, ùt cætera auspicia, omina sunt, non causæ malorum. Homo diris devotus credebatur affici maximo infortunio. *V. Furiæ.*

Directò, gerad zu. *Syn.* directè. *Us.* directè, deorsum ferri. Hæc ad fidem directè pertinent.

Directus, a, um, recht/gerad. *Syn.* rectus. *Us.* Arbores directô ordine consitæ. Directa via. Quid opus est circuitione & anfractu potiùs quàm directo? Directum iter, paries directus.

Direptio, onis, Plünderung. *Epi.* acerba, fœda, impunita, libera, tanta. *Usus.* Vexatio & direptio urbis, sociorum. Impendebant fames, incendia, cædes, direptio.

Direptor, is, Plünderer. *Syn.* direptor urbis & vexator.

Diribeo, es, mustern. *Syn.* distribuo, dinumero, discerno, separo. *Us.* dum tabellæ diribentur.

Diribitio, nis, Zertheilung. *Syn.* distributio. *Us.* populi diribitio jam nihil expectanda est.

Diribitor, is, Musterer. *Syn.* distributor, qui populum in suas classes ad suffragia ferenda distribuit. *Usus.* Vos rogatores, diribitores, custodes tabularum fuistis.

Dirigo, is, ere, richten. *Syn.* refero, constituo, ordino, dispono. *Usus.* omnia ad rationem & artem dirigere. Ad similitudinem pictor artem, manumque dirigit. Iter ad Romam dirigit. Ad illam cynosuram vitæ tuæ cursum dirigas. 2. *Metior, definio, describo, æstimo, circumscribo.* Turpe est officium utilitate dirigere, non honestate. Lituo Romulus Urbis regiones direxit. Omnia voluptate dirigunt Epicuræi. *Thras.* Omnia ad utilitates suas dirigit, cursum vitæ suæ omnem ad seipsum dirigit. Utilitas illi vitæ regula est; omnem suum conatum ad opes parat, atque meditatur; studia sua utilitatis regulâ metitur; vitam suam ita gubernat, ita moderatur, ut ab utilitate ne usquam discedat. *V. Moderor. Collineo.*

Dirimo, is, ere, zertrennen. *Syn.* divido, distraho.)(*Conjungo. Adv.* Acerbè, impudenter. *Usus.* Hanc nostram societatem, hanc vitæ conjunctionem falsis criminibus diremère malevoli. Nox prælium, iras, rixas diremit, dirupit.

Diripio, is, ere, plünderen. *Syn.* Prædor, aufero, rapio. *Usus.* Explicare, vexare, diripere socios, patrimonium alterius. *Thras.* Urbs ea direpta est, direptioni & incendiis relicta, omnibus partibus disturbata, aut incensa; excisio, inflammatio, eversio, depopulatio, vastitas agris tectisque illata; fana expoliata, domus exinanitæ, pecuniis spoliatæ; expilata urbs, nudata, exhausta, depopulata; fit auri argentique fœda direptio; prædæ egeruntur improbissimè, discurrit ad prædam miles; ex alieno agro rapiunt, aguntque victores, prædas undique exsorbent. *V. Vasto. Præda.*

Diritas, atis, Grausamkeit. *Syn.* Crudelitas. *Usus.* Homo omni diritate & immanitate teterrimus. *V. Crudelitas.*

Dirumpo, is, ere, zertrennen. *Adv.* repentè. *Usus.* dolore propè se dirupit. Societatem, amicitiam dirumpere. Homo diruptus dirutusque. *Infelix. Vid. Rumpo.*

Diruo, is, ere, niederbrechen. *Syn.* excîdo, exscindo, everto.)(*Ædifico. Us.* diruere, ædificare. *V. Destruo.*

Dirus, a, um, grausam. *Syn.* Ferus, crudelis, immanis, infestus, infaustus, *Us.* Quæ augur injusta, nefasta, vitiosa diravè edixerit, irrita, infectaque, sunto. *V. Crudelis.*

Dis, tis, reich. *Syn.* dives. *Us.* Midas ditissimus.

Discedo, is, ere, hinweg gehen. *Syn.* abeo, proficiscor, cedo, solvo, migro, demigro.)(*Accedo. Adv.* Aliquantùm, commodùm, ferè, nonnunquam, flagitiosissimè, honestè, impunè, longè, longiùs, nec

hec verò, non libenter, nusquam, omnino, parumper, proximè, temerè, nunquam, tardissimè. *Usus.* à foro, de provincia, Româ discedere. 2. *Transl. desino, deficio, mutor.* A constantia, fide, mente, justitiâ, à seipso discedere, *sui dissimilem fieri.* A sententia sua, ab officio, à consuetudine sua discessit. 3. Discessit in alia omnia Senatus. In aliam opinionem, partes, sectam discedere. Febris quartana discessit. 4. Cælum bello Marsico discessit. Tellus discedit, cùm *aperitur & dividitur.* Vitâ discedere. *Thras.* Mihi est in animo discedere. Mihi est in animo digredi, locum mutare, abire, proficisci. De discessu cogito; discessum cogito, specto, in animo habeo, meditor; animus est in discessu. *V. Abeo.*

Disceptatio, onis, Rechts-Handel. *Syn.* Causa, controversia, lis, Judicium. *Epi.* Extrema, forensis, simplex. Forenses, infinitæ, legitimæ, liberæ. *Usus.* Disceptatio & cognitio veritatis. Rem aliquam in disceptationem vocare. Venit hoc, cadit in disceptationem. Hoc quidem in disceptatione versatur. *Vid. Controversia. Disputatio.*

Disceptator, oris, Schiedsmann. *Syn.* Judex. *Epi.* Domesticus, severissimus. *Us.* Populum Romanum disceptatorem non tantùm non recuso, non defugio, sed deposco. Hoc disceptatore & sententiæ moderatore uti statui.

*Disceptatrix, icis, Entscheiderin. *Usus.* Dialectica veri & falsi Disceptatrix, & Judex.

Discepto, as, are, thätigen. *Syn.* contendo, decerro, disputo, dijudicio, cognosco. *Adv.* Justè, latiùs, sapienter. *Us.* Illi quæstioni præpositus, quô æquô jure disceptet. Inter se cum aliquo disceptare controversiis. In prælio disceptare & armis. *V. Disputo. Contendo.*

Discerno, is, ere, unterscheiden. *Syn.* dijudico, distinguo, dispicio, internosco, secerno, divido. *Us.* Animus discernit verum à falso. Alba & atra vix discernit. *V. Dijudico.*

Discerpo, is, ire, zerreissen. *Syn.* dilacero. *Us.* Incomptis unguibus Baccharum more discerpere, laniare aliquem. Animus nec distrahi, nec discerpi potest. Divulsum, & discerptum genus dicendi. *V. Lacero.*

Discessio, onis, Abweichung. *Syn.* Remotio, recessus, profectio, abitus, abitio, digressus, abscessus. *Epi.* matura. *Us.* Si in meam Sententiam Consules discessionem facerent. Sententia illa valuit, etsi discessio facta non est.

Discessus, ûs, *idem.* * *Accessus.* *Epi.* Acerbus, calamitosissimus, misericordiâ dignior, diuturnus, fœdus ac perturbatus, fœdissimus, fructuosus, fructuosissimus, longinquus, longus, perhonorificus, præclarus, subitus, summus, voluntarius. *Us.* Longinquus inter nos discessus, & digressus. Solis accessus & discessus. O præclarum discessum è vita! subitus discessus, præceps profectio.

Discindo, is, ere, zerschneiden. *Syn.* dilacero, dilorico. *Us.* Vestem discindere.

Discingo, is, ere, aufgürten. *Us.* Periculum propè est, ne discingere.

Disciplina, æ, Lehrstück. *Syn.* Institutum, ratio, institutio, ars, mos, consuetudo. *Epi.* acerrima & equestris, antiqua, bellica, bona, certa, dialectica, digna studiosis ingenuarum artium, domestica, vetus, Hetrusca, fortior, gravis & constans, gravis, continens, indocilis, inops, expedita, magna, mala, melior, meretricia, mollis, multa, navalis, nobilis, nota, nova, optima, perfacilis, perfectissima, præclara, præstans, publica, sanctissima, severa, severissima, tota, vetus, vetusta, voluptuaria, delicata, vulgaris. Clarissimæ, consentaneæ, domesticæ, gravissimæ, ingenuæ, optimæ, pueriles, variæ. *Us.* Senatores filios suos Hetruscis in disciplinam tradebant. Plerasque disciplinas à Græcis traditas accepimus. Nemo bonus orator, qui non antè Philosophiæ disciplinam perceperit, diligenter coluerit. Ratio vetustæ disciplinæ, quam a majoribus accepimus. Homo disciplinâ juris civilis eruditissimus. Quidam parentum disciplinâ meliores fiunt. Bonâ disciplinâ exercitatus. Bellica disciplina soluta, prolapsa restituenda est. Et horum nos hominum institutionem, disciplinam, sectam persequemur?

Disciplinam facio, Disciplin machen. *Thras.* Pænæ nomine se acerrimè verberare; voluntariam de se pænam verberibus sumere; volun-

voluntariâ verberatione corpus coërcere; se flagellis cædere; se voluntario cruciatu concidere; flagris, verberibus in suum corpus animadvertere; flagris se multare; ad domandum corpus verberum adhibere disciplinam; de se supplicium non leve voluntariâ diverberatione sumere. Acerbissimis flagris castigare corpus; voluntariâ sui afflictatione Divinæ justitiæ severitati prævertere.

Discipulus, i, Schüler. *Syn.* Auditor, qui accedit aliquem, qui se alicui in disciplinam tradit. *Epi.* Rudis & integer. Dissimiles, probabiles. *Us.* Rudem me discipulum atque integrum accipe. *Phras.* Demosthenes fuit Platonis discipulus; Demosthenes sub Platonis disciplina fuit; Platone usus est Magistrô, præceptore; Platonem habuit præceptorem; à Platone eruditus fuit, excultus doctrinâ fuit; à Platone didicit, doctrinam hausit, litteris imbutus fuit; Platonis inter discipulos fuit; Platonis gymnasium frequentavit, trivit; Platonis præceptis imbutus est, Platonem audivit, Platonis auditor fuit, apud Platonem litteris operam dedit.

Discludo, is, ere, ausschliessen. *Syn.* Disjungo, separo. *Us.* Plato duas animæ partes discludere voluit.

Disco, is, ere, lernen. *Syn.* Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco, condisco, documentum accipio, exemplum ex aliquo capio, comprehendo, cognitionem accipio. *Adv.* Aliundè, diutiùs, facilè, fortiùs, meliùs, multùm, præclarè, studiosè, breviter, nimirum, omnino, perinde ut. *Us.* Qui non citò aliquid discit, nunquam omnino perdiscet. Discere apud aliquem Græcas litteras. Antiqui fidibus discebant. 2. *Intelligo* è tuis litteris, è tabellario didici, te &c. *Phras.* Græcas litteras didici ab illo, ac percepi; fieri studebam ejus prudentiâ doctior; Græcam grammaticam arte & cognitione comprehendere. Græcas litteras sic avidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Annos multos in hac disciplina permansi. Ad scientiam multarum rerum experientiâ duce pervenimus. Erudimur valdè, instruimur, expolimur, ex ignorantiæ tenebris educimur usu atque experientiæ beneficiô. Multarum rerum scientiam consequimur, experientiam secuti, experientiâ docti. Experientiâ Magistrâ multa discuntur, percipiuntur ab experientia. Multarum rerum scientia, cognitio, intelligentia, doctrina capitur, sumitur, hauritur ab experientia, & usu. Multa cognoscuntur experientiâ duce, multarum rerum Magister usus est. Multa docet, ostendit, patefacit, experientia. Viam aperit usus ad multarum rerum scientiam. *V. Discipulus.*

Discolor, is, vielfärbig. *Syn.* Diversus, dispar, dissimilis, varius. *Us.* Discoloribus signis sententias notare.

Disconvenio, mißhällig seyn. * *Syn.* Diffideo, discordo. *Us.* Disconvenit inter me & te. *V. Discordia.*

Discordia, æ, Uneinigkeit. *Syn.* Dissidium, dissensio, seditio, odium.)(*Amicitia.* *Epi.* civilis, major, magnæ, maximæ, multæ, perniciosæ, stultæ, tacitæ discordiæ. *Usus.* 1. *Discordiam concitare.* Excitare, in civitatem inducere. E cupiditatibus seditiones, discordiæ oriuntur, impendent. 2. Discordiam *tollere*, eloquentiâ dissipare, sedare, placare. Nullus discordiarum finis, quàm interitus, aut victoris dominatus. Urbs discordiis consumpta periit. *Phras.* Discordiæ mala plurima civitatibus creant, cædes & pericula afferunt; cùm Principes inter se diffident, & discordant, opinionum dissensione inter se discrepant, contentione & ambitione discordes diffident, magnas inimicitias & controversias agitant, in alia omnia discedunt, nunquam à jurgiis conquiescunt; cùm urbs secum ipsa discors intestinis odiis laborat, quando Patres inter & plebem magna discordiarum moles exoritur, dissensiones seruntur, intestinæ discordiæ fervent, propè ab interitu non abest respublica.

Discordo, as, uneinig seyn. *Syn.* Dissideo, discrepo, dissentio, non consentio. *Us.* Animus à se ipso diffidens, & discordans. *V. Dissentio.*

Discors, dis, uneinig. *Syn.* Dissentiens, discordans.)(*Concors.* *Usus.* Ambitione discordes, neque contentione. *V. Discordia.*

Discrepantia, æ, Unterscheid. *Syn.* dissensio,

ſio, diſcordia. *Uſ.* ſcripti & voluntatis, rerum & verborum diſcrepantia.

Diſcrepo, as, **mißhällig seyn.** *Syn.* diſcrepans ſum, abhorreo. *Adv.* multùm ab humanitate, paulùm, valdè.)(*Convenio, congruo.* *Uſus.* Ego à tuis conſiliis minimè diſcrepo, hæc verba ita inter ſe diſcrepant, ut idem ſonare videantur. Hæc multùm ab humanitate diſcrepant. Cum aliquo, ab aliquo, in re aliqua, inter ſe diſcrepare. *V. Differo, Diſcordia.*

Diſcretè, **unterſcheidentlich.** *Syn.* diſtinctè.)(*Conjunctè, confuſè.*

Diſcretio, onis, **Unterſcheidung.** *Syn.* diſtinctio, ſejunctio.

Diſcrimen, inis, **Unterſcheid/Gefahr.** *Syn.* Differentia, delectus, moderatio. *Epi.* Certiſſimum, externum, iniquum, magnum, majus, maximum, medium, pertenue, propinquum, ſummum, totum, extremum. *Uſus.* Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. Eſt hoc diſcrimen inter gratioſos cives, & fortes. Diſcrimen omne & delectum tollere. 2. *Periculum:* Adducta eſt, venit, incidit, vocatur, devenit Reſpublica in ſummum diſcrimen; verſatur, eſt in extremo diſcrimine. Sponte ſe in diſcrimen objicere, conferre, offerre, inferre. Diſcrimen totius belli in unius capite poſitum eſt.

Diſcrimino, as, **entſcheiden.** *Syn.* Diſtinguo. *Uſ.* Hetruriam via Caſſia diſcriminat.

Diſcrucio, as, **übel plagen.** *Syn.* excarnifico. *Uſ.* Diſcrucior, talem fundum à tam improbo homine poſſideri. Diſcruciatum aliquem necare. *Vid. Crucio.*

Diſcumbo, is, ere, **zu Tiſch ſitzen.** *Syn.* accumbo, cubo ad menſam, ad ſomnum. *Uſ.* cœnati diſcubuerunt.

Diſcupio, is, ere, **wünſchen.** *Uſ.* te videre & omnia conferre diſcupio. *Vid. Cupio.*

Diſcurro, is, ere, **hin und wieder lauffen.** *Uſus.* Signô datô juventus Romana ad rapiendas Virgines diſcurrit.

Diſcurſus, ûs, **Geläuff.** *Syn.* Ipſe diſcurrendi actus. *Uſ.* præcipiti diſcurſu paſſim ſe fugæ mandant.

Diſcus, i, **eine Blatte.** *Syn.* patina.

Diſcutio, is, ere, **vertreiben.** *Syn.* diſpello, removeo, tollo, perturbo. *Uſ.* Periculum conſiliô, factionem armis diſcutere & comprimere. Captiones alicujus & fraudes diſcutere.

Diſertè, *Syn.* Doctè, peritè. *Uſus.* Diſertè & copioſè dicere. *V. Eloquenter.*

Diſertus, a, um, **wohlberedt.** *Syn.* Doctus, peritus. *Uſ.* Diſertos cognovi multos, eloquentem neminem. Diſertiſſima oratio, epiſtola. *Vid. Eloquens.*

Diſjicio, is, ere, **hin und wieder werffen.** *Syn.* diſpergo. *Uſ.* Res diſperſas & disjectas colligere. *V. Diſſipo.*

Disjunctio, onis, **Abſonderung.** *Syn.* ſeparatio. *Epi.* falſa, moleſtiſſima, vera. *Uſ.* Animorum disjunctio diſſenſionem facit.

Disjunctus, a, um, **abgeſondert.** *Syn.* procul remotus, diſcrepans, diſtans. *Uſus.* Vita à cupiditatibus maximè disjuncta, cum officio conjuncta. Mores ejus longè à tali ſcelere disjuncti; populus à ſenatu disjunctus. *Vid. Alienus.*

Disjungo, is, ere, **abſonderen.** *Syn.* disjungo, ſeparo, abalieno, diſtraho; diſſidium vel diſſenſionem, abalienationem disjunctionemque facio.)(*Conjungo.* *Adv.* longè, longiſſimè, maximè à cupiditate, procul. *Uſ.* Hominem amicum à me, à mea familiaritate, amicitia disjunxiſti. Disjungere jumenta. Ab Oratoria me disjungo. *V. Alienatio.*

Diſpar, aris, **ungleich.** *Syn.* diſparilis impar, diſſimilis, diverſus, varius. *Adv.* multùm, longè. *Uſ.* Varia & diſpar conditio, diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur. Par dignitas, diſpar fortuna. Diſparibus ætatibus alia placent. *Vid. Diſſimilis.*

Diſparatum, i, *Syn.* quod contradictorium indiſerti vocant. *Uſus.* Diſparatum eſt, quòd aliquâ re per oppoſitionem negationis ſeparatur, ùt: ſapere, non ſapere.

Diſparilis, e, **ungleich.** *Syn.* diſpar.

Diſpartio, ire, & diſpartior, iris, **zertheilen.** *Syn.* Divido. *Uſus.* Aliquid diſpartire in minima, Juriſconſulti ſimplicia in infinita diſpartiuntur. *Vid. Divido.*

Diſpello, is, ere, **wegtreiben.** *Syn.* diſcutio.

tio. *Uſ.* Caliginem ab oculis diſpellere. *V. Pello.*

Diſpendium,ii, Verluſt. *Syn.* quod immoderatæ & inconſultè expenditur. *Uſus.* Rem confeci ſine ſumptu, ſine diſpendio. *V. Detrimentum. Damnum.*

Diſpenſatio,onis, Austheilung. *Syn.* procuratio, adminiſtratio. *Uſ.* Ærarii diſpenſationem ſuſcipere; dare alicui, & committere. Senatus ei hanc diſpenſationem eripuit.

Diſpenſator, is, Austheiler. *Syn.* diſtributor. *Uſus.* Rationem à diſpenſatore accipere.

Diſpenſo, as, austheilen. *Syn.* Diſpono, procuro. *Uſus.* Res domeſticas diſpenſare. Inventa ordine diſpenſare & diſponere.

Diſperditio,onis, Verderbnüß. *Syn.* ruina. *Uſ.* Antonius ad diſperditionem urbis venire conatur. *V. Damnum.*

Diſperdo,is,ere, verwüſten. *Syn.* diſſipo. *Uſ.* Poſſeſſiones à majoribus acceptas diſperdere. *V. Perdo. Conſumo.*

Diſpereo, is, ire, verderben. *Syn.* pereo. *Uſus.* An pecuniam diſperire patieris?

Diſpergo,is, ere, zerſtreuen. *Syn.* Inſpergo, reſpergo, disjicio, diſſipo. *Adv.* confusè, membratim, permiſtè, latè, longè, latequè. *Uſ.* Cur DEus tot mortifera terrâ marique diſperſerit &c. Bellum longè latèque diſperſum. Diſperſa cogere. *V. Diſſipo.*

Diſpersè, zerſtreut. *Syn.* diffusè. *Uſ.* Res diſpersè & diffusè dictæ.

Diſperſio, onis, Zerſtreuung. *Syn.* diſſipatio. *Uſ.* diſperſione civium urbs infirmatur.

Diſpertio, diſpertior, zertheilen. *Syn.* Diſpartio, divido, diſtribuo, diſtinguo. *Adv.* Æqualiter, valdè. *Uſus.* Diſpertire orationem in membra. Tempora laboris & otii diſpertiri. Bona, pecunias diſpertiri. Leges & exempla civitatibus diſpertiri & dare. *V. Divido.*

Diſpicio, is, ere, entſcheiden. *Syn.* Video, noſco, intelligo. *Uſus.* Imbecillis animus verum diſpicere non poteſt. Acie mentis futura diſpicere. Si quid diſpicere cœpero, ſcribam ad te. *V. Noſco.*

Diſpliceo, es, ere, mißfallen. *Syn.* odioſus ſum, injucundus ſum.)(*Arrideo.* *Adv.* vehementer, vehementiùs, vehementiſſimè. *Uſ.* diſplicet mihi conſilium tuum. *V. Odioſus. Moleſtus.*

Diſplodo, is, ere, aufſprengen. *Uſ.* Res Sicula diſploſa, ac disrupta.

Diſpolio, as, berauben. *Syn.* Deſpolio, privo. *Uſ.* Honore aliquem ſpoliare. *V. Spolio.*

Diſpono, is, ere, ordnen. *Syn.* Diſpenſo, diſtribuo, colloco, ordino.)(*Confundo.* *Uſus.* Aciem, claſſem, ſigna, tormenta ſuô quæque locô diſponere. Schedia ſua ad honorem, ad utilitatem reipublicæ diſponere. Præſidia undique diſpoſuit. Verba iſta diſponunt oratores, ùt pictores colorum varietatem. *V. Ordino.*

Diſpoſitè, ordentlich. *Syn.* diſtinctè. *Uſus.* Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare.

Diſpoſitio, onis, Ordnung. *Syn.* Diſtributio, ordo, collocatio, œconomia. *Uſ.* Nihil pulchrius omni ratione vitæ, diſpoſitione, atque ordine. Diſpoſitio eſt ordo atque diſtributio rerum. Diſpoſitio locorum velut quædam eſt militum inſtructio.

Diſputatio, onis, *Epi.* Copioſa, communis, decora, paulò abſtruſior, exigua; magis facilis, quàm neceſſaria; penè intima, joculatoria, longa, bene longa & ſatis litigioſa, perpetua, meditata, puerilis, nova, perjucunda, perpetua, probabilis, propenſior, propria, ſimilis, ſimplex, ſplendida, ſubtilis, tota, verior, ad ſimilitudinem veritatis propenſior, univerſa. *Diſputationes* ancipites, anguſtæ & conciſæ, eruditiſſimæ, infinitæ, latæ eruditæque, multæ, & variæ, plenæ, diverſæ, voluptuariæ. *Uſ.* Concertationum plænæ, litigioſæ diſputationes. Nolo ambigua, quæ diſputationibus huc illuc trahuntur. Diſputationi intereſſe. *V. Diſputo.*

Diſputator, is, *Syn.* Dialecticus. *Uſus.* Diſputator ſubtilis, orator parum vehemens.

Diſputo, as, *Syn.* Diſſero jure & legibus, diſceptando decerto, dico. *Adv.* Acerrimè, accuratè, accuratiùs, accuratiſſimè, acutè, amanter, argutiſſimè, audaciùs, breviter, commodiùs, contra, copioſè, coràm, dialecticè, diligenter, eleganter, enucleatè, exiliter, exquiſitè, facetiùs, fortiſſimè, fusè, fuſiùs, graviter, ube-

uberiùs, jejunè, inſcitè, inſolenter, lentiùs, libenter, liberè, liberiùs, neceſſariò, omnino, optimè, prudenter, Rhetoricè, ſeparatim, ſeverè, ſubtiliter, ſubtiliùs, variè, latè, ſupra ſatis, multùm. *Uſus.* Diſputare de omni re in contrarias partes. Multa in eam ſententiam diſputavi. Dum de ſingulis ſententiis breviter diſputo, quæſo, attendite. Rationem cum aliquo expediendæ rei diſputare, inquirere. *Thraſ.* multum ea de re diſputavi, contendi, acriter eam diſputationem ingreſſus ſum. Multum cum adverſariis conflixi, diſputavi. Magna mihi fuit altercatio, certatio, contentio; perpugnare in diſputando mihi viſus ſum; habui bene longam diſputationem; accuratè, & rationibus undique conquiſitis, ſubtiliter, & copioſè diſſerui. Multa in rem eam probabiliter argumentatus ſum; nec defatigabor, donec ancipites illorum vias rationesque pro omnibus, & contra omnia diſputandi percepero. Quô pactô ſolvitur hæc quæſtio? quô pactô perſolvitur hæc quæſtio? quæ eſt hujus quæſtionis ſolutio? quæ dubitationis hujus enodatio eſſe poteſt? quânam ratione enodabitur hoc, de quo quæritur, ambigitur, dubitatur, contenditur, diſſeritur, diſputatur, diſceptatur; de quo lis eſt, quod in dubium vocatur, quod in controverſiam adducitur. Quomodo explicari poterit id, de quô eſt contentio, de quo eſt controverſia, quod in medio eſt.

Diſquiſitio, onis, **Umfrag.** *Syn.* inquiſitio, inveſtigatio. *Epi.* magna. *Uſus.* Pro argumento ſumere, quod in diſquiſitione, eſt vitioſum. Ad facinoris disquiſitionem par eſt adeſſe quàm plurimos.

Dirumpo, is, ere, **zertrennen.** *Syn.* divido, rumpo, *Uſ.* Dirumpantur, qui invident. Dirumpor dolore. Dirumpitur eô pactô humani generis ſocietas.

Diſſemino, as, **ausbreiten.** *Syn.* diſpergo, ſpargo, diſſipo. *Adv.* latiùs. *Uſus.* Diſſeminato ſparſoque rumori ne fidem habeas. Latiùs opinione malum hoc diſſeminatur, manavit non ſolùm &c.

Diſſenſio, onis, **Uneinigkeit.** *Syn.* diſſidium, contentio. *Epi.* brevis, civilis, domeſtica, magna, major, multa, nova, parva, permagna, perpetua, priſtina, repentina, tanta, tolerabilior, ſimilis, ſumma, diuturna. *Uſus.* Fuit inter illos ſine acerbitate diſſenſio. Philoſophi in magna varietate ac diſſenſione conſtituti. Commovere, facere diſſenſionem; extinguere tumultum, ſeditionem, diſſenſionem civium. *Thraſ.* Multas respublicas admodum florentes perdiderunt civiles diſcordiæ; multas respublicas opibus admodum florentes everterunt, ſolo æquârunt, diruerunt, exciderunt, afflixerunt, ſuſtulerunt domeſticæ ſeditiones, inteſtina bella, controverſiæ intra cives, civium diſſenſiones, partium contentiones; è civilibus diſcordiis, contentionibus multarum rerumpublicarum pernicies fluxit, manavit, orta eſt. Multis urbibus perniciem, exitium, peſtem excidium, ruinam, interitum, attulerunt, exitiô fuerunt civiles ſeditiones. *V. Diſcordia. Alienus.*

Diſſentaneus, a, um, **uneinig.**)(*Conſentaneus.* *Uſ.* Vel ſimilia, vel diſſimilia; conſentanea, aut diſſentanea.

Diſſentio, is, ere, **widerwärtig geſinnet ſeyn.** *Syn.* diſſideo, diſcrepo, inter nos diſſenſio eſt, in alia voluntate vel opinione ſum; in alia omnia eo, vel diſcedo. *Adv.* Honeſtè, longè, magnoperè, occultè, paulùm, tantoperè, valdè, vehementer, vehementiſſimè, multùm, graviſſimè. *Uſ.* Galli à cæterarum gentium more diſſentiunt. Verba factis, vita orationi diſſentit. *Phraſ.* Opinione diſſentimus, non voluntate; non idem ſenſus eſt, eadem tamen voluntas; diverſa ſentimus, eadem tamen volumus. Opinionum eſt inter nos diſſimilitudo, non animorum. Animorum conſenſus inter nos, opinionum diſſenſio. Noſtræ ſententiæ non congruunt, cùm animi tamen noſtri in amore conſentiant. Diſcrepant ſententiæ noſtræ, cùm tamen æquè inter nos amemus, cùm mutuus inter nos amor ſit. Non idem judicium inter nos, eadem tamen benevolentia. Non tecum ſentio; non, quod tibi, idem mihi videtur, placet, probatur; opinionum diſſenſione diſcrepamus; non idem, ſed aliter, diversè, variè ſentimus. *V. Diſcrepo. Sententia.*

Differo, is, ere, reden. *Syn.* disputo, dico. *Adv.* Abſonditè, accerrimè, accuratè, accuratiùs, acutè, acutiùs, acutiſſimè, anguſtè, argutè, benè, breviùs, commodiùs, copiosè, dialecticè, diutiùs, doctè, dupliciter, duriùs, Græcè, uberiùs, ineptè, latiùs, Latinè, nervoſiùs, præclarè, plurimùm, prudenter, rectè, remiſſiùs, ſplendidiùs, ſubtiliter, ſubtiliùs, tenuiter, veriſſimè. *Uſus.* Multa ſubtiliter de immortalitate animorum diſſeruit Socrates. Inter eos diſſeritur.

Diſſideo, es, ere, uneinig seyn. *Syn.* disſentio, diſcordo.)(*Congruo.* *Adv.* leviter, paululùm, plurimùm, multùm. *Uſ.* Non cum homine, ſed cum cauſa diſſideo. Animis & voluntate, moribus & ſtudiis inter ſe diſſident, & diſcordant, armis etiam & caſtris diſſidebamus. *V. Diſſentio. Diſcordia.*

Diſſidium, ii, Uneinigkeit. *Syn.* diſſenſio, divortium. *Epi.* Juſtum, magnum, crudeliſſimum. *Uſus.* Odia, diſſidia, diſcordiæ inde enatæ ſunt. Doce, quâ cauſâ diſſidium factum ſit. *V. Diſcordia.*

Diſſilio, is, ere, * zerſpringen. *Syn.* crepo, frango. *Uſ.* nimiò diſſiluëre frigore corpora.

Diſtillo, as, tröpffelen. *Syn.* paulatim fluo.

Diſſimilis, e, ungleich. *Syn.* diſpar ab aliquo, cum aliquo diſſimilitudinem habens. *Adv.* longè. *Uſ.* Aliquis mei diſſimilis. Homo virtute & vitâ illius longè diſſimilis. *Thraſ.* Fratres ſæpe inter ſe admodum diſſimiles ſunt; quaſi naturâ & genere disjuncti ſunt; ita animô ac voluntate diſſident; moribus, ingeniô diſſentiunt, diſcrepant; moribus inter ſe longiſſimè remoti; magnâ naturarum differentiâ, diverſis inter ſe voluntatibus diſtractisque ſententiis, diſpari conditione; ſermone, moribus diſſoni; quibus non mos, non vultus, non lingua communis; alter ab altero abhorrent. *V. Differo.*

Diſſimiliter, ungleich. *Syn.* diſſimili ratione. *Uſus.* Res diſſimiliter radicatæ.

Diſſimilitudo, inis, Ungleichheit. *Syn.* Varietas, diſtantia, diſcrepantia, differentia. *Epi.* Incredibilis, tanta. *Uſus.* Genus inſtitutorum diſſimilitudinem habet cum illius vivendi ratione. Locorum, morum, civitatum, legum diſſimilitudo. *V. Varietas.*

Diſſimulanter, verkehrt. *Syn.* obſcurè. *Uſ.* non diſſimulanter iratus.

Diſſimulantia, æ, Verhelung. *Syn.* Ironia, diſſimulatio.

Diſſimulatio, onis, *idem.* *Syn.* Mala & non mala diſſimulantia; ironia. *Epi.* perjucunda, urbana. *Uſus.* Aliquando evolutus es ex illis integumentis disſimulationis tuæ. Disſimulatio eſt, cum alia dicuntur, ac ſentias. Ex omni vita ſimulatio atque disſimulatio tollenda eſt. *V. Diſſimulo.*

Disſimulator, is, Verhäler. *Uſ.* disſimulatores ſtudiorum.

Disſimulo, as, verhelen. *Syn.* Occulto, conniveo. *Uſus.* fingere, disſimulare, obtegere; non id obſcurè ferebat, nec disſimulare poterat. Aliquid ſilentiô disſimulare. Occultant ac disſimulant appetitum voluptatis Epicuræi. *Thraſ.* Cupiebam disſimulare dolorem animi, vulnus vultu tegere & taciturnitate celare, disſimulatione obtegere; plagam illam tacitus concoquere, negligere, fronte occultare, & quaſi per disſimulationem non intelligere. Omnem illam moleſtiam apud me devorare, animo magis quam vultu ejus criminationem accipere, disſimulare, tacitè habere patique, vultum fingere ſtatueram.

Disſipabilis, e, zerſtörlich. *Syn.* quod facilè disſipatur. *Uſ.* Aer naturâ maximè inſtabilis & disſipabilis.

Disſipatio, onis, Zerſtreuung. *Syn.* disſolutio. *Uſus.* Disſipatio pecuniæ publicæ.

Disſipo, as, zerſtreuen. *Syn.* Diſperdo, diſpergo, diſſolvo, diffundo, conſumo, conficio, diſtraho.)(*Contraho, connecto.* *Uſ.* Amicitia omnia contrahit, diſcordia disſipat. Disſipare, perdere, deturbare, affligere claſſem, hoſtes. Rem omnem tuæ libidines disſipârunt. Famam & rumorem disſipare. Jus civile fuſum, diſperſum, disſipatum. Homo in ærumnis fractus ac disſipatus. *Thraſ.* Rem tuam conſumis; rem tuam perdis, diſperdis, malè perdis, disſipas; in res inutiles, inanes fines erogas. Rem partam, quæſitam, comparatam, congeſtam ſummis labo-

laboribus majorum tuorum; rem, quam majorum tuorum summa collegit industria, inaniter, inutiliter consumis. Si rem tuam malè dissipaveris, dedecori tibi erit. Rem tuam in res inanes si confeceris, infamiæ tibi erit & ignominiæ, turpe tibi erit, infamia consequetur. *V. Consumo.*

Dissocio, as, **absonderen.** *Syn.* disjungo. *Us.* Morum dissimilitudo dissociat amicitias. *V. Separo.*

Dissolubilis, e, **aufflößlich.** *Syn.* Dissipabilis.)(*Indissolubilis.* *Us.* coagmentatio dissolubilis.

Dissolvo, is, ere, **aufflösen.** *Syn.* ære alieno me libero.)(*Connecto.* *Adv.* festivè, separatim, omnino, meliùs, prorsus. *Us.* Pecuniam creditori dissolvere. 2. *Dirimo, disjungo.* Amicitiam, societatem dissolvere. Facilius est apta dissolvere, quam dissipata connectere. 3. *Resolvo.* Dialectici multa inveniunt, quæ nec ipsi possunt dissolvere. *Thras.* Amicitiæ dissolvendæ magis sunt, quàm discindendæ. Omnis conglutinatio etiam animorum recens ægrè, inveterata facilè dissolvitur, perfringitur, divellitur, labefactatur, præciditur.

Dissolutus, a, um, **auffgelöst.** *Syn.* nimiùm remissus, negligens, effæminatus.)(*Fortis, animosus, intentus, diligens, studiosus.* *Us.* Dissolutus, perditus, profusus, dissolutô animô, impudenti licentiâ, dissolutus in re familiari & negligens adolescens. 2. *Infirmatus, fractus, dissipatus, afflictus.* Ars, quæ rem dissolutam coagmentaret. Leges dissolutæ. *V. Negligens. Mollis.*

Dissolutè, **liederlich.** *Syn.* remissè, indulgenter, negligenter, ignavè. *Us.* Non quidem severè, sed nec dissolutè res confecta est. Nec crudeliter punire, nec dissolutè remittere.

Dissolutio, onis, **Aufflösung.** *Syn.* Resolutio, infirmatio, confutatio, rejectio.)(*Constructio.* *Usus.* Mors est dissolutio naturæ. An hæc lex, an legum omnium dissolutio? an humanitas appellanda est in acerbissima injuria remissio animi, & dissolutio?

Dissonus, a, um, **mißhellend.** *Us.* Dissonum quid, & tumultuosum chorus canere videtur.

Dissuadeo, es, ere, **widerrathen.** *Syn.* deterreo.)(*Author sum.* *Usu.* Dissuadere legem; de sententia, de proposito deterrere, absterrere, dehortari, à Philosophia avocare. *Vid. Absterreo. Abduco.*

Dissuasio, onis, **Widerrathung.**)(*Suasio.* *Us.* Dissuasio legis.

Dissuasor, is, **Widerrather.**)(*Author.* *Us.* Dissuasor consilii mei.

Dissuavior, aris, **mit Freud küssen.** *Syn.* Osculor cum lætitia & voluptate multa. *Us.* Te vel in medio foro dissuaviabor. *V. Osculor.*

Dissuo, is, ere, **aufftrennen.** *Syn.* sensim paulatimque dissolvo. *Usus.* Dissuendæ sunt amicitiæ, non discindendæ. *V. Separo.*

Distantia, æ, **Unterschied.** *Syn.* differentia, discrimen. *Us.* Magna est inter eos morum & studiorum distantia. Distantia locorum.

Distendo, is ere, **zertrücken.** *Usu.* tot negotiis distentus, ut respirare vix possim; sum distentissimus. Operâ distentus sum, animo longè magis. *V. Occupo.*

Distermino, as, **untermarcken.** *Syn.* Separo, disjungo.

Distillo, **abtropffen.** * *Syn.* paulatim fluo.

Distinctè, **ordentlich.** *Syn.* dispositè, distributè. *Usu.* Distinctè, explicatè, abundanter, illuminanter, definitè, eleganter, partiter, articulatim, dicere.

Distinctio, onis, **Unterscheid.** *Syn.* discrimen, distributio, interpunctio, dissimilitudo. *Usu.* Facilis est distinctio ingenui & illiberalis joci. Distinctio veri & falsi. Distinctio omnium syderum. Illam tuam distinctionem non probo.

Distinctus, a, um, **unterschieden.** *Syn.* apertus. *Us.* Distincta alios intervalla, moræ, interpunctiones, respirationes delectant. 2. *Ornatus.* littora urbibus, pocula gemmis, cælum syderibus, oratio membris & articulis distincta.

Distinguo, is, ere, **unterscheiden.** *Syn.* Separo, disjungo, secerno, discerno, interrumpo, vario. *Adv.* Acutè, dilucidè, meliùs, severè. *Usu.* Vera à falsis, quid inter naturam & rationem intersit, distinguere. Orationem va-

variare, & distinguere verborum sententiarumque insignibus. Rem ambiguam distinguere; voluntatem à simulatione distinguere.

Distineo, es, ere, auffhalten. *Syn.* Impedio, impeditum teneo.)(*Otiosus sum, vaco. Adv.* valdè, vehementer. *Us.* Ex hoc colligas, quantâ occupatione distinear. Distineor tandem, & divellor dolore. *V. Impedio.*

Disto, as, entlegen seyn. *Syn.* absum, differo, diversus sum, interest. *Us.* Contraria sunt, quæ plurimùm distant, ut vita, mors; calor, frigus. A veris falsa non distant; mores hominis ab oratione, vultus ab animo distat.

Distorqueo, es, herum biegen. *Us.* Oculos distorquere.

Distortio, onis, Verrenckung. *Us.* distortio & depravatio membrorum.

Distortus, a, um, verkrümmt. *Syn.* contortus. *Usus.* Sapientes, si vel distortissimi sint, formosi sunt. Genus dicendi distortum.

Distractio, onis, Zertrennung. *Syn.* disjunctio. *Epi.* summa. *Us.* Non est nobis societas ulla cum tyrannis, sed potius summa distractio.

Distractus, a, um, zerrissen. *Syn.* disjunctus, alienatus. *Usus.* Vita ambitionis labore distracta. Cæsar & Pompejus malorum perfidiâ distracti de Imperio dimicant.

Distraho, is, ere, verziehen. *Syn.* Avello, disjungo, dissipo, deduco.)(*Congrego. Us.* Naturâ cohærentia distrahere, lacerare, & distrahere reliquias vitæ. 2. *Abstraho.* A complexu matris filium distrahere. Non possum à te distrahi sine dolore. 3. *Animo ancipiti, & variis rebus occupato tribuitur.* Industriam alicujus in plura studia distrahere. In deliberando animus in plures partes distrahitur.

Distribuo, is, ere, austheilen. *Syn.* divido, partior, tribuo. *Adv.* Æqualiter, bipartitò, breviter, centuriatim, commodè. commodissimè, tributim, tripartitò. *Us.* Pecuniæ maximæ distribuuntur. In tres partes distributa est sapientia. *V. Divido. Tribuo.*

Distributè, abgetheilt. *Syn.* distinctè. *Us.* Nec distributè, nec ornatè scribit.

Distributio, onis, Austheilung. *Syn.* divisio, partitio, descriptio. *Us.* Temporum distributionem servare. Cæli distributio.

Distributor, is, Austheiler. *Us.* Ut vos distributores tabularum.

Districtus, a, um, verstrickt. *Syn.* strictus, occupatus, distentus. *Us.* Nunquam à laboribus districtior fui. Ejus vita ambitionis labore districta. 2. *Eductus è vagina.* Districti in rem publicam gladii.

Distringo, is, ere, verstricken. *Syn.* constringo. *Adv.* confestim. *Us.* Fraus distringit, non dissolvit perjurium. 2. *Aperio, nudo. Evagino.* gladium distringere.

Disturbatio, onis, Zerstreuung. *Syn.* Eversio. *Us.* in disturbatione urbis.

Disturbo, as, zerstören. *Syn.* dejicio, molior, dissipo, perverto.)(*Construo, compono, dispono. Us.* Rem totam disturbavi & vobis integram servavi. Judicium vi & armis disturbare voluit. Vitæ societatem disturbat, qui fidem lædit. *V. Impedio.*

Ditesco, is, reich werden. *Syn.* dives fio. *V. Dives.*

Dithyrambus, * *Syn.* Genus versûs, quô Pindarus utitur.

Ditio, onis, Gebiet. *Syn.* Imperium, potestas, jurisdictio. *Usus.* Cæsar totam Galliam in ditionem Populi R. redegit, sub ditionem subjunxit. Tenere aliquem in sua ditione, & potestate. DEI nutu ac ditione omnia gubernantur. *V. Imperium.*

Dito, as, reich machen. *Syn.* locupleto. *Us.* Urbs spoliis ditata, ac triumphis. *V. Divitiæ.*

Diu, lang. *Syn.* perdiu, multos annos, multos dies. *Us.* quid est in hominis vita diu? *Phras.* Diu ægrotat, satis longô intervallô; morbi dolor longinquitate productus hominem tenet; dudum ægrotat. *V. Duro.*

Divaricor, aris, *Syn.* cruribus distrahor. *Us.* Divaricari hominem, & deligari jubet.

Divello, is, ere, aufreissen. *Syn.* distraho, separo.)(*Conjungo. Adv.* ægrè. *Us.* Nemo eum à me divellet, ac distrahet. Magnô dolore à te divellor. *V. Separo.*

Divendo, is, ere, verkauffen. *Us.* bona sua divendere. *V. Vendo.*

Diversè, unterschiedlich. *Syn.* variè.

Diversor, aris, zur Herberg seyn. *Syn.* apud Hospi-

Hospitem sum, versor. *Us.* Tua in domo diversabor. Vedius Romæ apud Pompejum diversatus est admodum lautè.

Diversor, oris, Gast. *Syn.* Hospes, qui recipitur, qui divertit. *Usus.* Caupo cum cum quibusdam diversoribus assequitur.

Diversoriolum, i, kleine Herberg.

Diversorium, ii, Herberg. *Syn* Hospitium. *Epi.* aptum, peropportunum. *Usus.* Varro villam illam studiorum voluit, non libidinum diversorium. Requiescam in tuo sermone, ùt quodam opportuno diversorio. Ex vita discedo tanquam ex hospitio, tanquam ex diversorio.

Diversus, a, um, unterschiedlich. *Syn.* Varius, dispar, non idem, distans, impar, dissimilis, disjunctus, contrarius ferè, totus alter, alius, disparilis.)(*Idem. Adv.* longè, longissimè, maximè. *Us.* Hoc est diversum à reliquis. Varia & diversa instituta, multùm inter se distantia. *V. Dissimilis.*

Diverticulum, i, Wegscheide. *Syn.* flexio viæ, anfractus. *Us.* Quæ diverticula, quas flexiones quæris? Fraudis diverticulum mox reperit. Ne diverticula peccatis darentur.

Diverto, is, ere, ablencken. *Syn.* divertor, de via decedo. *Us.* apud hospitem, amicum divertere. Redeamus, unde divertimus. *V. Digressio.*

Dives, itis, reich. *Syn.* fortunatus, locuples, copiosus, beatus, affluens, opulentus, pecuniosus, omnibus copiis circumfluens, opibus & copiis præditus, omni copiarum genere abundans, divitiis affluens, cui amplissimæ fortunæ sunt, pecuniâ princeps, bene nummatus, à re paratus, re amplâ & prolixâ, à re firmus, à divitiis instructus, omnibus rebus ornatus, copiis amplissimus, bene peculiatus.)(*Pauper, humilis.* *Us.* Dives animus est, non arca. Soli sapientes, divites.

Divexo, as, plagen. *Syn.* vasto. *Adv.* fœdè. *Usus.* Omnia divexare & diripere. *V. Vexo.*

Divido, is, zertheilen. *Syn.* Distribuo, partior, dispartior, dispertio, partibus distribuo, seco, digero, distinguo, discrimino, distraho, segrego, excludo.)(*Conjungo, confundo, commisceo.* *Adv.* Acutè, æqualiter, articulatim, ineleganter, infinitè, subtiliter, tributim, tripertitò, viritim, utiliter, passim, ultro citroque, latè. *Usus.* Amanus Syriam à Ciliciâ dividit. Dividere causam & proponere, partiri. *Phras.* Dividere exercitum, bipertitò ducere, militem partiri, in multas parvasque partes carpere; in diversas regiones distrahere, diducere, latiùs distribuere, in duas partes abscindere exercitum; dimittere plures manus, diducere militem, vires dispartiri.

Dividuus, a, um, getheilt. *Syn.* quod recipit divisionem. *Us.* Dissolubile & dividuum est omne animal mortale. Materia dividua gignitur.

Divinatio, onis, Weissagung. *Syn.* Vaticinatio, augurium, prædictio, præsensio, scientia rerum futurarum, auguratio, ariolatio, oraculum, conjectura. *Epi.* artificiosa, naturalis, opinabilis, vera. *Us.* Nescio, quâ animi divinatione hoc præsensi. Eò rem adducam, ne divinatione sit opus. 2. *Genus causæ, quâ de accusatore constituendo quæritur.* Divinatio in Verrem, Vatinium. *V. Conjectura.*

Divinè, göttlich. *Syn.* divinitùs. *Us.* Multa divinè præsensa & prædicta reperiuntur.

Divinitas, atis, Gottheit. *Syn.* DEorum Majestas, summa præstantia. *Usus.* Aristoteles menti tribuit omnem divinitatem, astris alii. Ex divinitate sua animum genuit DEUS. *Vid. DEUS.*

Divinitùs, von Gott. *Syn.* divinè, divinô numine. *Usus.* Divinitùs inventa & instituta. Divinitùs de me meritus homo. Pompejus loquitur, scribit, disputat divinitùs; Divinitùs accidit, ut &c. *Phras.* Divinitùs id nobis auxilium oblatum est, non humanô consiliô; divinô munere, donô Deûm, velut cœlô demissa, illa auxilia venêre; velut divinâ virgulâ illa nobis bona suppeditata sunt.

Divino, as, rathen. *Syn.* Vaticinor, auguror, conjicio, futura significo, in posterum præsentio, præsagio, ariolor, oraculum edo, conjecturâ prospicio. *Adv.* Mirabiliter, naturaliter, prorsus. *Usus.* Nemo divinare poterat. Futura, s. de futuris divinare.

Phras. Eam tempestatem multi ante divinârant, multis vaticinationibus; non sine instinctu aliquo afflatuque divino, non sine mentis incitatione divina ea prænuntiata sunt. Non tam aruspices & fulguratores, & interpretes, ostentores, augures, aut vates furiosi, sed viri sapientes ac providi eam tempestatem augurabantur; non somniorum conjectione, non variâ auguratûs scientiâ, non portentorum interpretatione, non prognosticis, non è fatidicorum & vatum effatis incognitis, sed ex iis, quæ contra morem ac leges fierent, impendentem Reipublicæ calamitatem velut divinâ præsagitione præmonstrârunt, præcinuerunt, præsenserunt, præsignificârunt, augurati sunt.

Divinus, a, um, **göttlich.** *Syn.* Cælestis. *Usus.* Homo divinum ac cœleste animal, divinâ religio, divina natura. 2. *Divinator, Magus.* Falluntur sæpè divini, & Chaldæi. Melancholicos habere aliquid in animo divinum & præsentiens, existimat Aristoteles. 3. *Excellens, illustris, minimè vulgaris.* Divinâ vir memoriâ, consiliô, eloquentiâ, ingeniô. Divinis me laudibus extulêre illæ cælestes divinæque legiones. Divina hominis authoritas.

Divisio, onis, **Theilung.** *Syn.* Distributio, partitio, divortium, dissidium, sectio. *Usus.* Causarum orationis divisio in suas partes. Trium regnorum divisio, cœli, maris, inferorum.

Divisor, oris, **Theiler.** *Usus.* Italiæ divisores. 2. *Qui tribubus Candidatorum nomine pecunias dividit, ad suffragia corrumpenda.* Divisores tribuum ad se noctu vocavit. Per quem sequestrem, quem divisorem tribus corrupta est? Pœna in divisores constituta.

Divitiæ, arum, **Reichthume.** *Syn.* Opulentia, ampla fortuna, magnæ fortunæ atque copiæ, summa copia, opes & copiæ, omnium rerum abundantia.)(*Summa inopia, paupertas.* *Epi.* Duces ad voluptatem & valetudinem bonam, inanes, ingentes, libidinosæ, maximæ, certissimæ, naturales, opportunæ, parabiles, veteres, illibatæque. *Usus* 1. Divitias expetere, quærere, parare. *Phras.* In re familiari augenda totus es. Præter divitias nihil spectas. Totus in divitias incumbis. Tuum omne studium in quærendis opibus consumis, locas, constituis. Id unum agis, ut divitias tibi pares, compares, colligas, congeras. Eò tantùm spectas, ut opes quæras, possideas; eò tuum studium dirigis, ut opibus abundes, affluas; eò studium tuum confers, ut divitiæ tibi redundent. Tuum consilium illud est, ut divitiæ tibi adsint maximæ. Tua planè singularis cogitatio est, ut divitiæ tuam in domum frequenter confluant; ut dives, ut copiosus, ut locuples, plenus, benè nummatus sis. Nihil tibi potius est, quàm ut sis multarum possessionum præsidiô munitus; ut sis instructus, paratus, minimè inops; à re familiari, à re domestica, à divitiis, ab opibus, à copiis, à fortunis ut abundes; ut cumulatè possideas, & uberrima sint omnia; ut omnium rerum ubertate floreas, ut fortunæ tibi sint fortissimæ. 2. *Divitiis affluere.* Circumfluere, ad divitias pervenire, divitiis augeri, ornari. *Phras.* Rem possident copiosam inprimis mercatores Lugdunenses; rem possident benè magnam, amplissimam, uberrimam; divitias tenent summas; abundant re, copiis, divitiis, opibus; divites oppidò sunt, locupletes, copiosi, à re parati; amplâ re, prolixâ &c. utuntur. Ampla, prolixa, copiosa, minimè angusta, bene multa res est mercatoribus Lugdunensibus. Parisienses opibus & potentiâ valent. Parisienses opibus & potentiâ vigent, pollent, præstant, excellunt. Parisienses neque divitias, neque opes desiderant. *V. Bona.*

Divortium, ii, **Scheidung.** *Syn.* Affinitatis dissidium, discidium. *Epi.* Subitum. *Usus.* Quid audio, Lentulum fecisse divortium cum uxore? Multa doctrinarum divortia. Syria à Cilicia aquarum divortiis dividitur.

Diurnus, a, um, **täglich.** *Syn.* Quod ad diem pertinet, aut fit de die. *Usus.* Nullam partem neque diurnæ neque nocturnæ quietis cœpi. Annuum, menstruum, diurnum spatium. Diurni & nocturni metus & dolores.

Diutinus, a, um, **langwürig.** *Syn.* Diuturnus.

turnus. *Usus.* Errore, morbô diutinô tenebatur.

Diuturnitas, atis, Langwierigkeit. *Syn.* Longinquitas temporis, vel temporum; magnus numerus dierum. *Usus.* Diuturnitas pacis Rempublicam firmavit. Diuturnitas maximos luctus vetustate tollit. Diuturnitas gloriæ, memoriæ.

Diuturnus, a, um, langwierig. *Syn.* Longus, diutinus, longinqui temporis, longinquus. *Usus.* Nihil simulatum diuturnum. Diuturna sitis, rerum difficilium perpessio. *V. Longum tempus.*

Divulgo, as, verkünden. *Syn.* Foràs edo, edo, in medium profero, in vulgus indico, in apertum refero, celebro, pervulgo; palàm recito, in publico propono, commemoro, patefacio, sermonibus tero, in ore habeo, crebriùs jacto. *Usus.* Librum divulgare. Inimici eam rem sermonibus divulgârunt. *V. Edo.*

Divus, a, um, göttlich. *Syn.* DEUS, homo divinus. *Usus.* Ad Divos castè adeundum.

Do, as, geben. *R. à* δῶ *vel* δίδωμι. *Syn.* Impertio, largior, defero, præbeo, exhibeo, trado, tribuo, dono.)(*Accipio.* *Usus.* Dare potestatem alicui, authoritatem. 2. *Verto.* Dare aliquid laudi, ignominiæ, honori; *colloco*, Pignori, fœnori aliquid dare. 3. *Trado*, *dedo.* Aliquem in caveam, pistrinum, custodiam, carcerem, mortem, laqueum, cruciatus dare. 4. *Committo.* Se fugæ, labori, itineri, otio, deliciis, somno, foro dare. 5. *Confero.* Se in partes Cæsaris, in factionem, in consuetudinem, familiaritatem, amicitiam alicujus dare. Dare se ad lenitatem. Ad dicendum, ad causas agendas se dare. 6. Dare aliquid auribus, dare gratiæ alterius. *Assentari.* 7. Dare pœnas, supplicium de se. 8. *Facio.* Impressionem, impetum dare. Malum alicui & incommodum. 9. Dare verba, *decipere.* 10. Senatum alicui, actionem dare. Fabulam dare. Operam dare liberis, litteris, magistro. Cœnam, solatium, negotium dare alicui. *Phras.* In dando est admodum munificus, omnia dilargitur; promit de suo, facilè erogat, concedit, annumerat, annuit, ministrat, præbet promiscuè & benignè, omnia cumulata dat. *V. Participo. Dono. Largior.*

Doceo, es, lehren. *R. à* δοκέω, *sentio.* *Syn.* Instituo, erudio, edoceo, præcepta do, vias trado, informo, disciplinam trado. *Adv.* Diligenter, dilucidè, fideliter, ineptè, iracundiùs, laboriosiùs, Latinè, potissimùm, serò. *Usus.* Quid te, asine, litteras doceam? Juventutem mercede docere. Docere, tradere, inculcare. Docere judicem de injuriis suis. Senectus adolescentes docet, ad omne officii munus instruit. *Phras.* Docere pueros ad omnem humanitatem, informare, rebus optimis instituere; imperitos condocefacere, scientiâ augere, optimis institutis imbuere, salubria monita tradere, disciplinæ assuefacere. *V. Disciplina. Erudio.*

Docilis, e, gelehrsam. *Syn.* Qui facilè, libenterque docetur & intelligit, aptus ad disciplinam.)(*Indocilis.* *Usus.* Præbere se docilem ad aliquam artem, sententiam, disciplinam. Docilem facere auditorem.

Docilitas, tis, Gelernsamkeit. *Syn.* Discendi facilitas. *Epi.* Humana. *Usus.* Qui docilitatem memoriámque habent, ingeniosi vocantur.

Doctè, gelehrt. *Syn.* Peritè, litteratè. *Usus.* Satis doctè ac peritè.

Doctor, is, Lehrer. *Syn.* Magister, præceptor, interpres. *Epi.* Intelligens, nobilis, summus, singularis; disjuncti, Rhetorici, summi, veteres. *Usus.* Græci dicendi artifices & Doctores. Sapientiæ doctores, & vivendi præceptores.

Doctrina, æ, Lehre. *Syn.* Eruditio, litteræ. *Epi.* Abundans, elegans, eximia, exquisita, facilis, fidelis, liberalis, magistra, vetus, mediocris, non moderata, multa, optima, perridicula, politissima, puerilis, reliqua, singularis, subtilior, summa, transmarina, uberior, vulgaris, ingenua, mala. *Usus.* Homo omni doctrinâ & virtute ornatissimus, in artium studiis liberalissimis doctrinâque versatus, in maximis occupationibus nunquam intermittens studia doctrinæ. Relaxare, recolere animum doctrinâ, & ad sapientiam præparare. Doctrinarum omnium studiosus. *V. Littera. Disciplina.*

Doctus, a, um, gelehrt. *Syn.* Litteratus, doctrinâ excultus, eruditus, intelligens, lit-

litteris perpolitus, homo abundanti doctrinâ, atque optimarum artium studiis eruditus. Vir præclarâ, ac reconditâ eruditione ornatus. Omnis antiquitatis benè peritus, Græcis & Latinis litteris institutus, a Philosophia instructior; omnibus artibus, quæ sunt libero homine dignæ, omnibus ingenuis disciplinis, incredibili quâdam varietate rerum atque copiâ præstans; doctrinâ nobilis & clarus; pereruditus, perlitteratus, litteris impensè deditus; in bonarum artium studiô præcellens, eleganti litteraturâ, à quo nemo nisi doctior abeat. *Phras.* Benè doctus est medicâ scientiâ. Eruditus est medendi arte; instructus est medicis litteris. Sciens, peritus, intelligens, gnarus inprimis est medicinæ. Longè processit in medicinæ scientia. Novit penitus medicinam. Medicinam tenet, possidet, callet. Medicinæ scientiam ita est assecutus, ut pauci; medicinæ scientiâ valet, floret, præstat, excellit. Medicinæ doctrinâ, scientiâ, peritiâ, cognitione, intelligentiâ, eruditione cum paucis conferendus est, nemini est inferior. Nota ei præclarè medicina est; patent ei, quæ multos latent ex medicinæ scientia, ex medendi arte. Multum hausit ex iis libris, unde manat scientiæ cognitio. Medicinæ scientiam planè complexus est; mente atque animô comprehendit, ingeniô sibi aperuit, comparavit, peperit. *V. Peritus.*

Documentum, i, Beyspiel. *Syn.* Admonitio, præceptum, exemplum, monumentum. *Epi.* Maximum. *Usus.* Cato documentum antiquæ virtutis, integritatis, prudentiæ. Hinc documentum cape, quid possit fortuna; documentum statuere, ne quis imposterùm, &c. Jam ab adolescentia documenta dederas maxima, qui vir futurus esses; homo omnium scelerum & flagitiorum exemplum.

Dodrans, tis, neun Untzen. *Syn.* Novem unciæ, seu rei integræ tres partes. *Usus.* Ejus ædificii dodrantem emit.

Dogma, atis, Erkanntnüs. *Syn.* Decretum, quasi dictatum, scitum, placitum, præceptum. *Epi.* Commune, verum.

Dolabra, æ, Hobel. *Syn.* Instrumentum, quô dolantur ligna.

Dolenter, schmertzlich. *Usus.* Dolenter hoc magis dico, quàm contumeliosè.

Doleo, es, schmertzen/traurig seyn. *Syn.* dolorem capio, vel accipio, condoleo, indoleo, mœreo, angor animô, dolore ardeo, ingemisco, acerbè fero, dolorem animô capio, molestiam capio, in dolore & mœstitia sum, dolor mihi accidit, in dolore sum vel maximo mœrore potiùs. *Adv.* Graviter, impunè, intoleranter, leviùs, maximè, mediocriter, mirificè, pariter, postmodùm, plùs, proinde, valdè, præcipuè. *Usus.* De febricula filiæ tuæ valde doleo. Tuum casum luctúmque omnes doluimus. Id dolendum non est. *Phras.* Ea res valde mihi doluit, & ferrem graviùs, si novæ ægrimoniæ locus esset. Ea res gravem mihi dolorem inussit. Angebar animi mœrore necessario, magno & acerbo; sine acerbissimo animi sensu rem audire non potuit; hausi dolorem in vita vel acerbissimum; dolor vocem mihi debilitat atque intercludit; vel rei memoriâ meum pectus effodit. Fixus animô hæret dolor; pungit, perfodit, pervellit dolor animum. Sensi acrem morbum doloris, veluti faces doloris mihi admoverentur; vix consolabilis erat ægritudo. Tabesco, conficior, angor, macero r, disrumpor dolore. *V. Dolor.*

Dolium, ii, Faß. *Syn.* Vas vinarium. *Usus.* De dolio haurire.

Dolo, as, hoblen. *Syn.* Dedolo. *Usus.* Homo è robore dolatus. Dolare orationem.

Dolor, is, Schmertz. *R.* ἀ δηλέω, *lædo.* *Syn.* Mœror, acerbitas, acerbus sensus animi vel corporis, animi cruciatus. *Epi.* Acerbus, acerbissimus, acris, alienus, apertus, asper, molestus, odiosus, difficilis, brevis, communis, conjunctior, vix consolabilis, diuturnus, domesticus, fictus, gravis, longus, gravior, gravissimus, hebes, humanus, instabilis, incredibilis, index profectionis suæ, ingenuus, intestinus, intolerabilis.)(*Tolerabilis.* Inveteratus, justus, justissimus, lenis, levis, longinquus, longior, longissimus, longus, magnus, malus, major, maximus, mediocris, medius, minor, minimus, mirus, miserrimus, mistus, mitior, molestus, muliebris, municipalis, naturalis, necessarius, nimius, novus, officiosus, perpetuus, pius, plebejus, præcipuus, præsens, præteritus, privatus, productior, sempiternus, stabilis, summus, tantus, tolerabilis, vetus, virilis, uni-

universus, asper, gravis, parvus, proprius. *Usus*. Dolor est ægritudo crucians. 1. *Dolorem afferre*. Tua Epistola mihi magnum dolorem dedit, fecit, inussit, incussit; dolor me incredibilis incursavit, incessit. 2. *Dolorem habere*. Accepi ex ea re acerbissimum dolorem, percepi, suscepi, hausi. Dolore intolerabili impedior, conficior, angor, ardeo, tactus sum, contabesco. Iracundiæ dolori servire, parere, succumbere te dignum non est. 3. *Dolorem augere*, amplificare, fovere, refricare. 4. *Dolorem lenire*, exhaurire; alicui eripere, detrahere dolorem; sermonis tui suavitas magnam mihi doloris partem abstersit, mitigavit, lenivit, minuit, detraxit, fregit, levavit; dolore me liberavit, privavit. 5. Dolorem deponere, jucundô colloquiô depellere, abjicere. A dolore tantisper aberrare, doloris oblivisci. *Phras*. Dolorem sustineo gravem; dolorem acerbum patior. Dolorem ejusmodi fero, qui ferri vix possit. Dolorem incredibilem capio, sustineo, suscipio, traho, haurio; gravissimô dolore angor, conficior, exerceor, torqueor, affligor, vexor, perturbor, frangor; acerbissimô dolore discrucior, divellor, disrumpor, perimor, interimor, exanimor, contabesco, opprimor, premor. Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat, perturbat, afficit. Concidit animus meus ictu doloris, vi curarum ac sollicitudinis, concursu molestiarum labefactatus atque convulsus. Ita cecidit animus meus dolore perculsus, ut nulla res eum ad æquitatem possit extollere. Jaceo in mœrore ac sordibus. Curis maceror. Ægritudine contabesco. Vehementissimè sollicitor. Acerbissimè doleo. Dolore angor incredibili. Angor intimis sensibus, me conficit cura, me dolor exanimat. Ægritudine animi ita laboro, ut sanari vix possim, vel potiùs planè non possim; ut spem salutis omnem amiserim, ut salutem desperem, ut de salute desperem, ut spes salutis omninò nulla supersit. Versor in acerbissima solicitudine, in summo dolore, gravi cura, molestia, angore, mœrore. Dolorem sustineo, quantum ferre vix possum, vel planè non possum; quantùm ferre vix, aut ne vix quidem possum. Ita fluctibus curarum jactor, ut à portu prorsus excludar, longè dimovear, amovear, submovear, arcear. Ita doleo, ut nemo magis, ut nemini concedam. Tristis valde sum; animi dolore torqueor; hilaritas à me omnis abest; mœror summus ad me venit. Mœrore premor gravissimô. Versor in mœrore ac sordibus, dedi me totum mœrori. Tristitiæ me totum tradidi. Jacet animus meus mœrore oppressus; nihil me tristius; mœrore laceror, urgeor, affligor, conficior. Mœror meus non is est, quem ulla ratio mitigare, lenire, mollire, sanare, minuere, auferre, demere, eripere, consolari, levare, abstergere, exhaurire possit. Dolore consumor. Me dolor interimit, perdit. Mihi dolor vitæ finem fecit. Tuus me morbus valde sollicitat. Tuus me morbus sollicitum habet, gravi afficit sollicitudine; graviter angit, affligit; acerbè vexat, in magnam sollicitudinem adducit; graviter commovet, movet; maximè perturbat; molestissimus mihi tuus morbus est. Valde gravis, vehementer acerbus, amarus inprimis, summæ molestiæ, incredibilis sollicitudinis, immensæ acerbitatis, maximæ curæ, ingentis doloris, admirabilis angoris mihi tuus morbus est. Summam ex tuo morbo molestiam capio, suscipio, traho, haurio, sumo. Ferendo dolori non sum. Impar dolori sum. Tantum doloris, acerbitatis, sollicitudinis sustineo, quantum ferri vix possit. Impares dolori vires meæ sunt. Vires meæ dolore franguntur, vim doloris minimè sustinent, ad dolorem infirmæ sunt. Roboris in me tantum non est, ut acerbitatem tam gravem queam perpeti. *V. Mœror. Anxius. Afflictus.*

Dolosè, betrüglich. *Syn.* Malitiosè ex insidiis, ex occulto. *Usus.* Dolosè agere, & malô dolô.

Dolosus, a, um, betrüglich. *Syn.* Malitiosus. *Us.* Dolosis consiliis regnô pulsus.

Dolus, i, Betrug. *Syn.* Fraus, fallacia, machina, insidiæ, dolus malus.)(*Bona fides, virtus. Usus.* Commoliri, consuere, adhibere dolos malos & fallacias. Dolis aliquem ludere; circumvenire fallaciis, ac præstigiis. *V. Fallacia. Fraus. Decipio.*

Domabilis, e, * leichtlich zu zähmen. *Syn.* Qui domari potest.

Domesticus, a, um, Haußgenoß. *Syn.* Familiaris, intestinus, vernaculus, privatus,

 tus,

tus, intimus.)(*Externus*, *alienus*. *Usus*. Res familiaris & domestica, disciplina domestica; domesticum, intestinum, malum; domestica exempla. *V. Familiaris*.

Domicilium, ii, Behausung. *Syn*. Domus, habitatio, sedes, tectum. *Epi*. Amplissimum, aptum, divinum, honestissimum, pristinum, proprium, sacrum, stabile & certum, terrestre, universum. *Usus*. Humana figura domicilium mentis. Domicilium Romæ collocavit, ante non habuit. *Transl*. In hoc domicilio Imperii & gloriæ. Urbs hæc domicilium superbiæ & luxuriæ. Domicilium in alterius auribus vel humanitate collocare. *V. Domus*.

Domina, æ, Frau. *Syn*. Princeps, Regina. *Epi*. Dura, improvisa & vehemens, imperiosa, blandissima, gravis. *Usus*. Fortuna campi domina & rerum humanarum. Prudentia domina & regina virtutum. Voluptates blandissimæ dominæ.

Dominatio, onis. *Syn*. Dominatus, tyrannis, regnum. *Epi*. Accommodatissima, aliena; non modò crudelis & superba, sed ignominiosa etiam, & flagitiosa; firma & moderata, jucunda & honesta, misera, nova, regia. *Usus*. Vita sub dominatione misera est; quærere, sibi comparare, habere dominationem.

Dominator, is, Herrscher. *Usus*. Rerum dominator Deus.

Dominatrix, icis, Herrscherin. *Syn*. Domina. *Epi*. Cæca ac temeraria. *Usus*. Dominatrix animi cupiditas.

Dominatus, ûs, Beherrschung. *Syn*. Dominatio, principatus.)(*Servitus*. *Epi*. Crudelis, impotens, novus, perpetuus, regius, superbus, deterrimus. *Usus*. Dignus dominatu omnium rerum. Dominatum Cæsar occupavit. Unius dominatu omnia tenebantur. Fortuna eum in summo dominatu locavit.

Dominor, aris, beherrschen. *Syn*. Rerum potior, regno, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo, in ditione aliquem habeo. *Usus*. Dominari in judiciis; eloquentia in liberis urbibus dominatur & floret. Dominari in suos. Ubi libido dominatur, licentia exulat.

Dominus, i, Herr. *Syn*. Rex, Princeps, tyrannus, Imperator.)(*Servus*. *Epi*. Agrestis & furiosus, amicior, amicissimus, bonus, bonus & assiduus, clarissimus, dispar, familiaris, ignarus, impudicus, invitus, molestus, novus, crudelis, sempiternus, summus, vetus & clemens, incolumis, improbus, justus. *Usus*. Senatus est dominus publici consilii. Populus dominus Regum, victor, imperator omnium gentium. DEUS animum ut dominum & imperatorem præfecit obedienti corpori. *Phras*. Dominus, penes quem summa potestas, qui omnia tenet, ad quem unum delata omnia, qui tenet rempublicam, in cujus potestate bona fortunæque omnium. Terrarum omnium rector. Imperiosa Majestas. *V. Rego. Imperium*.

Domiporta, æ, Schnecke. *Syn*. Cochlea. *Usus*. Terrigena, tardigrada, domiporta, sanguine cassa.

Domitor, oris, Zähmer. *Epi*. Facetior. *Usus*. Equorum domitores non verbera solùm adhibent, sed & pabulum subtrahunt.

Domo, as, demmen/zähmen. *R*. δομάω. *Syn*. Condocefacio, edomo. *Usus*. Equos domare verberibus. Domitas habere libidines. *Phras*. Cupiditates domandæ sunt, vitiosa natura comprimenda; improbitas infringenda, frangenda, elidenda, ab feritate insita mitiganda est. Ira ad mansuetudinem domanda. *V. Comprimo. Coërceo. Cohibeo*.

Domus, ûs, Hauß. *Syn*. Ædes, domicilium, tectum, Dii penates, lares, lar familiaris, lares familiares, sedes focique patrii, aræ focique. *Epi*. Æterna, aliena, ampla, angusta, antiqua, apertissima & perhospitalis, cæca, cælestis ac divina, castissima, commune perfugium, communis, diligens, egregia, exornata atque instructa.)(*Nuda atque inanis*. Familiarissima, felix, fidelis, gratiosissima, honestissima, infamis, crudelis, facinorosa & libidinosa; plena integritatis, officii & religionis; inimica, instructior & apparatior, lætissima, mœrens, locuples & referta, locupletior, expers hujus injuriæ, locupletissima & amplissima, magna pulchráque, ministra alicujus facinoris, modestior, naturalis, nota, notissima & maximè hospitalis, operosa, optima, parva, paterna, pestilens, plena ornamentorum, plena signorum pulcherrimorum, plena dedecoris & flagitii, popularis, præclara & plena dignitatis, digna, prætoria, privata, pu-

pudica, pulchra, referta donis, regia, religiosa, referta aleatoribus, plena ebriorum, stabilis, studiosissima cupidissimaque salutis, superior, tota, vacua atque nuda, vacua suspicione religionis & pura, venalis, vetus, nova. *Domus* inanes, locupletissimæ, magnæ & nobiles. *Usus.* 1. Domum ædificare plenam dignitatis, facere, convestire, reficere, restituere. 2. *Domo exire*, excedere, emigrare, exulare, abesse. Domo se tenere, non commovere se domo; expectare aliquem domum. 3. *Familia.* Luxu domum exinavit, exhausit. Abiens amico domum commendavit. Offensam sibi domum reconciliavit. *Phras.* Domo Cicero utebatur cumprimis lauta, & perelegant; habitabat Cicero lautissimè & jucundissimè. Hæ Ciceronis ædes erant, in quibus neque lautitiam, neque elegantiam desiderares. Erat in Ciceronis ædibus lautitiæ multùm, ac elegantiæ.

Donatio, onis, ein Geschenck. *Syn.* Amicè sponteque facta distributio. *Epi.* Singulari impudentiâ prædita, nova, incredibilis, falsa. *Usus.* Donationem facere.

Dono, as, schencken. *Syn.* Condono, largior, dono, munere afficio; munus do, affero; donum affero, stipendio afficio, muneribus amplissimis orno. *Adv.* Effusè, largè, sigillatim, publicè, consuetò. *Usus.* Inimicitias suas Reipublicæ donare; Ciceroni Populus Romanus immortalitatem nominis donavit. *Phras.* Ampliter illum, effusè, largeque donavit; magna ei munera misit, opiparè eum muneravit, magnô congiariô donavit, amplissimis donis decoravit, magnis muneribus eum obligavit, magna præmia rei pecuniariæ ei tribuit, locupletem ex egente fecit. *V. De. Largior. Munus.*

Donum, i, eine Gab. *Syn.* Munus. *Epi.* Castum, regium, dignum, divinum, eximium atque pulcherrimum, regale. *Usus.* Multa donis muneribusque conficiuntur. Donis Deorum iræ placantur. Philosophia donum Deorum.

Dona natura. Egregia ei bona à natura, studio, fortuna data sunt. Nihil non ei à doctrina delatum videtur. *Dona Corporis.* Ita habilis, ita naturæ muneribus ornatus, ut non natus, sed ab aliquo DEO fictus esse videatur. *V. Munus.*

Dormio, is, schlaffen. *Syn.* Somnum capio, sopitus sum, quieti me trado, cubo. *Us.* Ex lassitudine dormire cœpit. Altè & graviter dormire. *Phras.* Cum dormitum se confert, cubitum it, non nisi cum sole expergiscitur. Sine cura quiescit, stertit in altam diem. Ita stertit, ut vicini audiant. Cùm quieti corpus nocturnô tempore dat, artus languidas sopore placat. Multa se secundùm quietem vidisse credit. Arctissimus ferè eum somnus complectitur, cùm quieti se tradit. Cùm cibô vinôque gravatum corpus sopor oppressit, cùm somno vincitur ac quiescit, torpet. Cùm gravatum animi anxietate corpus reficit, ferè in lucem quiescit, adeò altè condormit. *Hâc nocte somnum capere non potui.* Hâc nocte oculi mei somnum capere, conciliare, videre, invenire, reperire non potuerunt. Hâc nocte oculi mei somno gravari, comprimi, obserari, claudi minimè potuerunt. Vigilem, insomnem, somnô vacuam, sine somno, somni expertem hanc noctem traduxi, transegi, duxi, peregi. Nunquam somnum hâc nocte vidi. Non potui hâc nocte soporari. Somnus nullus hâc nocte ad oculos meos accessit. Somnus hâc nocte oculos meos effugit, auffugit ab oculis meis, nunquam se obtulit oculis meis, refugit ab oculis; hâc nocte nunquam quievi; soporem nunquam gustavi, quies nunquam data est, insomniô laboravi, perpetuâ vigiliâ sum vexatus. Somnum oculis non vidi meis. Spatium noctis universæ pervigilavi. Fuerunt omnes mihi noctis partes vacuæ somno, expertes somni, sine somno.

Dormito, as, schläffern. *Syn.* Oscito. *Usus.* Dormitantem illam & oscitantem sapientiam æstimo.

Dorsum, i, der Rücke. * *Syn.* Posterior pars corporis.

Dos, tis, Heimsteuer. *Usus.* Multùm torquetur debitione dotis. Dotem filiæ nubili conficere. Dotem dicere alicui.

tus, intimus.)(*Externus, alienus.* *Usus.* Res familiaris & domestica, disciplina domestica; domesticum, intestinum, malum; domestica exempla. *V. Familiaris.*

Domicilium, ii, Behausung. *Syn.* Domus, habitatio, sedes, tectum. *Epi.* Amplissimum, aptum, divinum, honestissimum, pristinum, proprium, sacrum, stabile & certum, terrestre, universum. *Usus.* Humana figura domicilium mentis. Domicilium Romæ collocavit, ante non habuit. *Transl.* In hoc domicilio Imperii & gloriæ. Urbs hæc domicilium superbiæ & luxuriæ. Domicilium in alterius auribus vel humanitate collocare. *V. Domus.*

Domina, æ, Frau. *Syn.* Princeps, Regina. *Epi.* Dura, improvisa & vehemens, imperiosa, blandissima, gravis. *Usus.* Fortuna campi domina & rerum humanarum. Prudentia domina & regina virtutum. Voluptates blandissimæ dominæ.

Dominatio, onis. *Syn.* Dominatus, tyrannis, regnum. *Epi.* Accommodatissima, aliena; non modò crudelis & superba, sed ignominiosa etiam, & flagitiosa; firma & moderata, jucunda & honesta, misera, nova, regia. *Usus.* Vita sub dominatione misera est; quærere, sibi comparare, habere dominationem.

Dominator, is, Herrscher. *Usus.* Rerum dominator Deus.

Dominatrix, icis, Herrscherin. *Syn.* Domina. *Epi.* Cæca ac temeraria. *Usus.* Dominatrix animi cupiditas.

Dominatus, ûs, Beherrschung. *Syn.* Dominatio, principatus.)(*Servitus.* *Epi.* Crudelis, impotens, novus, perpetuus, regius, superbus, deterrimus. *Usus.* Dignus dominatu omnium rerum. Dominatum Cæsar occupavit. Unius dominatu omnia tenebantur. Fortuna eum in summo dominatu locavit.

Dominor, aris, beherrschen. *Syn.* Rerum potior, regno, dominatum teneo, dominatu teneo, dominatu premo, imperium in aliquos teneo, in ditione aliquem habeo. *Usus.* Dominari in judiciis; eloquentia in liberis urbibus dominatur & floret. Dominari in suos. Ubi libido dominatur, licentia exulat.

Dominus, i, Herr. *Syn.* Rex, Princeps, tyrannus, Imperator.)(*Servus.* *Epi.* Agrestis & furiosus, amicior, amicissimus, bonus, bonus & assiduus, clarissimus, dispar, familiaris, ignarus, impudicus, invitus, molestus, novus, crudelis, sempiternus, summus, vetus & clemens, incolumis, improbus, justus. *Usus.* Senatus est dominus publici consilii. Populus dominus Regum, victor, imperator omnium gentium. DEUS animum ut dominum & imperatorem præfecit obedienti corpori. *Phras.* Dominus, penes quem summa potestas, qui omnia tenet, ad quem unum delata omnia, qui tenet rempublicam, in cujus potestate bona fortunæque omnium. Terrarum omnium rector. Imperiosa Majestas. *V. Rego. Imperium.*

Domiporta, æ, Schnecke. *Syn.* Cochlea. *Usus.* Terrigena, tardigrada, domiporta, sanguine cassa.

Domitor, oris, Zähmer. *Epi.* Facetior. *Usus.* Equorum domitores non verbera solùm adhibent, sed & pabulum subtrahunt.

Domo, as, bemmen/zähmen. *R.* δομάω. *Syn.* Condocefacio, edomo. *Usus.* Equos domare verberibus. Domitas habere libidines. *Phras.* Cupiditates domandæ sunt, vitiosa natura comprimenda; improbitas infringenda, frangenda, elidenda, ab feritate insita mitiganda est. Ira ad mansuetudinem domanda. *V. Comprimo. Coërceo. Cohibeo.*

Domus, ûs, Hauß. *Syn.* Ædes, domicilium, tectum, Dii penates, lares, lar familiaris, lares familiares, sedes focique patrii, aræ focique. *Epi.* Æterna, aliena, ampla, angusta, antiqua, apertissima & perhospitalis, cæca, cælestis ac divina, castissima, commune perfugium, communis, diligens, egregia, exornata atque instructa.)(*Nuda atque inanis.* Familiarissima, felix, fidelis, gratiosissima, honestissima, infamis, crudelis, facinorosa & libidinosa; plena integritatis, officii & religionis; inimica, instructior & apparatior, lætissima, mœrens, locuples & referta, locupletior, expers hujus injuriæ, locupletissima & amplissima, magna pulchráque, ministra alicujus facinoris, modestior, naturalis, nota, notissima & maximè hospitalis, operosa, optima, parva, paterna, pestilens, plena ornamentorum, plena signorum pulcherrimorum, plena dedecoris & flagitii, popularis, præclara & plena dignitatis, digna, prætoria, privata, pu-

pudica, pulchra, referta donis, regia, religiosa, referta aleatoribus, plena ebriorum, stabilis, studiosissima cupidissimaque salutis, superior, tota, vacua atque nuda, vacua suspicione religionis & pura, venalis, vetus, nova. *Domus* inanes, locupletissimæ, magnæ & nobiles. *Usus.* 1. Domum ædificare plenam dignitatis, facere, convestire, reficere, restituere. 2. *Domo exire*, excedere, emigrare, exulare, abesse. Domo se tenere, non commovere se domo; expectare aliquem domum. 3. *Familia.* Luxu domum exinavit, exhausit. Abiens amico domum commendavit. Offensam sibi domum reconciliavit. *Phras.* Domo Cicero utebatur cumprimis lauta, & pereleganti; habitabat Cicero lautissimè & jucundissimè. Hæ Ciceronis ædes erant, in quibus neque lautitiam, neque elegantiam desiderares. Erat in Ciceronis ædibus lautitiæ multùm, ac elegantiæ.

Donatio, onis, ein Geschenck. *Syn.* Amicè sponteque facta distributio. *Epi.* Singulari impudentiâ prædita, nova, incredibilis, falsa. *Usus.* Donationem facere.

Dono, as, schencken. *Syn.* Condono, largior, dono, munere afficio; munus do, affero; donum affero, stipendio afficio, muneribus amplissimis orno. *Adv.* Effusè, largè, sigillatim, publicè, consuetò. *Usus.* Inimicitias suas Reipublicæ donare; Ciceroni Populus Romanus immortalitatem nominis donavit. *Phras.* Ampliter illum, effusè, largeque donavit; magna ei munera misit, opiparè eum muneravit, magnô congiariô donavit, amplissimis donis decoravit, magnis muneribus eum obligavit, magna præmia rei pecuniariæ ei tribuit, locupletem ex egente fecit. *V. Do. Largior. Munus.*

Donum, i, eine Gab. *Syn.* Munus. *Epi.* Castum, regium, dignum, divinum, eximium atque pulcherrimum, regale. *Usus.* Multa donis muneribusque conficiuntur. Donis Deorum iræ placantur. Philosophia donum Deorum.

Dona natura. Egregia ei bona à natura, studio, fortuna data sunt. Nihil non ei à doctrina delatum videtur. *Dona Corporis.* Ita habilis, ita naturæ muneribus ornatus, ut non natus, sed ab aliquo DEO fictus esse videatur. *V. Munus.*

Dormio, is, schlaffen. *Syn.* Somnum capio, sopitus sum, quieti me trado, cubo. *Us.* Ex lassitudine dormire cœpit. Altè & graviter dormire. *Phras.* Cum dormitum se confert, cubitum it, non nisi cum sole expergiscitur. Sine cura quiescit, stertit in altam diem. Ita stertit, ut vicini audiant. Cùm quieti corpus nocturnô tempore dat, artus languidas sopore placat. Multa se secundùm quietem vidisse credit. Arctissimus ferè eum somnus complectitur, cùm quieti se tradit. Cùm cibô vinôque gravatum corpus sopor oppressit, cùm somno vincitur ac quiescit, torpet. Cùm gravatum animi anxietate corpus reficit, ferè in lucem quiescit, adeò altè condormit. *Hâc nocte somnum capere non potui.* Hâc nocte oculi mei somnum capere, conciliare, videre, invenire, reperire non potuerunt. Hâc nocte oculi mei somno gravari, comprimi, obserari, claudi minimè potuerunt. Vigilem, insomnem, somnô vacuam, sine somno, somni expertem hanc noctem traduxi, transegi, duxi, peregi. Nunquam somnum hâc nocte vidi. Non potui hâc nocte soporari. Somnus nullus hâc nocte ad oculos meos accessit. Somnus hâc nocte oculos meos effugit, auffugit ab oculis meis, nunquam se obtulit oculis meis, refugit ab oculis; hâc nocte nunquam quievi; soporem nunquam gustavi, quies nunquam data est, insomniô laboravi, perpetuâ vigiliâ sum vexatus. Somnum oculis non vidi meis. Spatium noctis universæ pervigilavi. Fuerunt omnes mihi noctis partes vacuæ somno, expertes somni, sine somno.

Dormito, as, schläffern. *Syn.* Oscito. *Usus.* Dormitantem illam & oscitantem sapientiam æstimo.

Dorsum, i, der Rücke. * *Syn.* Posterior pars corporis.

Dos, tis, Heimsteuer. *Usus.* Multùm torquetur debitione dotis. Dotem filiæ nubili conficere. Dotem dicere alicui.

alicui. 2. *Ornamentum*. Artem indotatam verborum dote ornavit, & locupletavit.

Dotalis, e, zur Heimsteuer dienend. *Usus*. Dotale matrimonium. Prædia dotalia.

Doto, as, begaben. *Syn*. Dare dono, orno. *Usus*. Virgo bene dotatâ.

Drachma, æ, sieben Kreutzer. *Syn*. Unciæ pars octava, denarius. *Us*. Drachmas dare, petere.

Draco, onis, Drach. *Syn*. Serpentis genus. *Ept*. Jubatus, lapideus, terribilis, tortus, torvus, totus.

Dubiè, zweiffelhafftig. *Usus*. Dubiè datum pro certo accipere.

Dubitanter, mit Zweiffel. *Syn*. Timidè, difficulter.)(*Fidenter*. *Usus*. Verecundè, dubitanterque facere aliquid; spe gloriæ sublatâ non dubitanter occidam.

Dubitatio, onis, Zweiffel. *Syn*. Hæsitatio, scrupulus, dubium, aporia. *Epi*. Ignota, infinita, digna, minor, tenuissima. *Usus*. 1. *Dubitationem injicere* alicui, & scrupulum. Itér meum in dubitationem te adduxit; dubitationem tibi attulit, dedit, reliquit. 2. *Dubitatione æstuare*, jactari. Id quidem dubitationem nullam habet. In illa re magna dubitatio est. 3. *Dubitationem* tollere, adimere, eripere. Homo sine dubitatione deterrimus. Eum Judices sine dubitatione absolvêre. *V. Dubito*.

Dubito, as, zweifflen. *Syn*. Addubito, hæreo, ambigo, quæro, timeo, mihi in dubium venit, dubium mihi est, dubium habeo, pendeo animi, mihi ipsi diffidò, ambiguum habeo, in dubium venio.)(*Certo scio, confido, fido, persuasus sum*. *Epi*. Diu, multùm, sanè, planè, rectè, valdè. *Usus*. Dum ille fidenter, sanè nihil tam verens, quàm ne dubitare videretur. Mancinus in Senatum venire non dubitavit. Illud cave, dubites. Non dubito, quin, & quid credas. *Phras*. Omnibus propè de rebus dubitat, plerumque & sibi diffidit, addubitat, nutat animis; in contrarias sententias distrahitur illi in deliberando animus, affertque ancipitem cogitandi curam; implicatus ferè tenetur, nec firmum consilium capessit, suspicionibus & dubitationibus suspensus tenetur. Aqua passim illi hæret; quid agat, dicat, respondeat, ipse nescit; titubantem, hæsitantem, labantem animô & ferè fluctuantem videas. Confusus animi, & incertus, variis voluntatibus impellitur, & repellitur; sententiæ incertus perplexè ferè de rebus judicat, omnia in incerto relinquit; non satis in promptu habet, quò se vertat, quid probet, quid rejiciat; non satis animi constat, in dubio ponit omnia, diu animum in diversa versat. Ancipiti curâ distrahor; ancipiti curâ jactor, versor; animi pendeo. Incertus animi sum, pendet animus; huc illuc inclinat animus, fluctuat, jactatur. Animus incertus est. Quid consilii capiam, utram in partem me dem, ignoro. Explicare consilium, expedire me ex hac deliberatione, exitum meæ cogitationis invenire non possum. Distrahunt me diversa consilia. In utramque partem ita multa succurrunt, ut sit difficilis admodum, minimè expedita, minimè explicata, minimè explorata, minimè certa, perobscura, haud satis aperta deliberatio. Anceps valde sum, dubius sum. Teneor implicatus, dubitatio me tenet, difficilis mihi deliberatio est. Variè distrahor. Dubia cogitatione distrahor. In ancipiti cura versor, nihil explico, explicare nihil queo, expedire me nequeo; valde hæreo, exitum non reperio. Consilium capere nescio, consilium deest. Inops Consilii sum. Inops à consilio sum. Consilium diu frustra quæro. Non dispicio, non dijudico, utram in partem me dem. Utrùm sit eligendum, utrùm sit rectius, utrùm sit conducibilius consilium, non explico; exploratum, apertum, certum non habeo; lubricus mihi est ad deliberandum locus; in utramque partem animus inclinat; animus in consilio labat, volat, non consistit; nihil habet explorati; non explicata, non explorata, impedita mihi est consilii ratio, mihi deliberandi ratio est.

Dubius, a, um, zweiffelhafftig. *Syn*. Incertus, anceps, controversus, lubricus, suspiciosus, varius, habens aliquid quæstionis, habens dubitationem, ancipiti cogitatione distractus.)(*Certus*. *Usus*. In ea re minimè dubia tricatur. Eorum, quæ dubiæ sunt, rationes pro iis, quæ certa, exempla afferentur. *Phras*. Dubium est, quis sit belli exitus futurus. Dubitandum est, dubitari potest,

poteſt, in dubio eſt; eſt, cur dubitetur, dubitationem res habet, ambiguum eſt; in dubio eſt, verſatur; in dubio ſitum eſt; in ambiguo; in ancipiti poſitum eſt; planè non conſtat, planè non patet; non liquet; apertum, perſpicuum, dilucidum non eſt; dilucidè non patet, certò divinare non licet; certè conjicere, augurari, affirmare non licet; certa conjectura non eſt; exploratum non eſt, quis ſit belli exitus futurus. De belli eventu poteſt ambigi. In dubium vocari poteſt eventus belli. In dubium venire poteſt exitus belli. Exitus belli in dubitationem adduci poteſt. In utramque partem judicari de belli exitu poteſt. Anceps, dubia, ambigua, incerta, difficilis, admodum obſcura, quæ obſcuritatis & erroris habet plurimum, de belli eventu divinatio eſt; de belli eventu conjectura eſt non aperta, non ſimplex, non perſpicua; de belli eventu parum certa opinio eſt; conjecturam facere de belli eventu ſ. exitu cui licet? quid in bello cauſarum ſit, utram in partem inclinatura victoria, nemo diſpicit, intelligit, novit; exitum belli certa ratio non oſtendit, non promittit.

Dubium, ii, Zweiffel. *Syn.* Dubitatio, difficultas, controverſia. *Uſus.* Rem aliquam in dubium vocare, revocare. Dubium facere. Ea res meritò in dubium venit, in dubio eſt, ſine dubio tibi accedam. *Thraſ.* Eſt in ea re magnum dubium; nihil vidi unquam, quod minùs explicari poſſit. O rem odioſam & inexplicabilem, in qua ſumma obſcuritas!

Dubitantis formulæ: Quid ergo eſt? nondum ſatis conſtat, moleſtiæ-ne plus, an? &c. Age, jam moleſtiæ plus id afferet, an &c. Quid faciam, aut quô me pactô geram? nunquam in majori dubitatione fui. Tria ſunt autem: Arpinum eam, an Romam, ad Tuſculum? Quid igitur eſt? Romæ manebo, an Arpinum abeam? Utrum moleſtiæ plus, an periculi ſubibo? moleſtiæ plus, an diſcriminis inſtet, incertum habeo, hæreo; res mihi in incerto eſt.

Ducenti, orum, zwey hundert.

Ducenties, zwey hundert mahl. *Uſus.* Ampliùs ducenties retuli.

Duco, is, ere, führen. *Syn.* Deduco, ſumo. *Adv.* Extrinſecùs, omnino, publicè, rectè, bipertitò, maximè, nimium, diu. *Uſ.* Viri fortes, qui ordines, exercitum duxêre. 2. *Adduco, induco.* Ita me tua oratio ad credendum ducit. 3. *Iudico, exiſtimo.* Ducere aliquem in numero hoſtium. Parvi, deſpicatui ducere, neminem præ ſe hominem ducit. Humana omnia infra ſe ducit. 4. *Produco, profero, protraho, traho.* Ducere tempus, ducere bellum. 5. *Derivo.* Ducere aquam per fundum alterius. 6. *Concipio*, Ducere, trahere, ſumere opinionem, ſuſpicionem in aliqua re. 7. *Obtineo.* Similitudinem ex aliquo ducere, commendationem à ſcelere ducit. 8. *Abeo* cum *me, te, ſe.* A gradibus, à domo ſe duxit. *Latenter abiit.* 9. *Promiſcuè.* Vires, nomen à regione duxit. Spiritum & vitam ducere. Initium è re aliquâ ducere. Virtus omnium animas in ſe ducit. 10. *Ad ſupplicium* duci juſſit, multi ducti ſunt.

Ducto, as, betriegen. * *Uſus.* Ductare aliquem dolis.

Ductor, is, Führer. *Syn.* Dux, qui ordinem ducit. *Uſus.* Quoties ductores noſtri ad mortem non dubiam cucurrerunt!

Ductus, ûs, Leitung. *Uſus.* Adde ductus aquarum. Ductus oris; alterius ductu aliquid facere.

Dudum, vor langem. *Syn.* Jam pridem. De brevi tempore ferè dicitur, quandoque de longiore. *Uſus.* Dudum circumrodo, quod devorandum eſt.

Duellum, i, Kampff zwiſchen zweyen. *Syn.* Bellum. *Epi.* Juſtum, grave. *Uſ.* Antiqui nomina contrahebant, ut duellum, bellum.

Dulcedo, inis, ſüßigkeit. *Syn.* Dulcitudo. *Epi.* Concepta, maxima. *Uſus.* Dulcedine quadam gloriæ moti, commoti, capti, depravati Juvenes. Voluptas maximâ dulcedine ſenſum movet. Pecuniæ dulcedine non capior; ingenti dulcedine, ſummâ ſuavitate, jucundè me tua oratio perfundit.

Dulceſco, is, ſüß werden. *Uſus.* Uva maturata dulceſcit.

Dulcis,

Dulcis, e, ſüß. *R.* γλυκὺς. *Syn.* Suavis, charus, jucundus.)(*Amarus.* *Adv.* Valde. *Uſus.* Filiola tua, epiſtola dulciſſima. Ingenium ejus tam dulce, ut acetum Ægyptium. *V. Iucundus. Charus.*

Dulciter, ſüß. *Syn.* Jucundè, ſuaviter.

Dulcitudo, inis, Süßigkeit. *Syn.* Dulcedo. *Uſus.* Dulcitudo orationis. Guſtatus præter ceteros ſenſus dulcitudine commovetur.

Dum, biß daß / dieweil / wann. *Syn.* Ut. *Uſ.* Hæc dum Romæ geruntur. 2. *Donec.* Manè tantiſper, dum redeam. Nil ei longius videbatur, quàm dum rediret. 3. *Adhuc, nondum.* Nihil dum audieram, neque dum hic locus ſatis. 4. *Dummodò.* Age, quod lubet, dùm Romæ ne ſis. Nihil mea curo, dum rempublicam conſervem. 5. *Quamdiu.* Utere rebus meis, dum velis. *Phraſ.* Dum hominum memoria eſt. Res poſt homines natos pulcherrima; poſt hominum memoriam, poſt genus hominum natum maxima.

Dumetum, i, ein Dornwald. *Syn.* Locus ſpinis abundans. *Uſ.* Septum undique & veſtitum vepribus & dumetis locum quæſivi.

Dummodò. *Syn.* Dum tamen, dum ut, modò ut, ſi modò. *Uſ.* Omnia negligunt, dummodò potentes evadant.

Dumoſus, a, um, dornächtig. *Syn.* Spinoſus, vepribus plenus. *Uſ.* Locus, Rupes dumoſa.

Dumus, i, eine Dornheck. *Syn.* Spina.

Duntaxat, allein. *Syn.* Tantùm, ſolùm, ſaltem. *Uſ.* Animô duntaxat vigeo.

Duo, orum, zwey. *Syn.* Gemini, bini, duplices.

Duodecies, zwölffmahl.

Duodecim, zwölff.

Duodenus, zwölffter. *Uſ.* Duodena jugera.

Duodeviginti, achtzehen. *Syn.* Decem & octo. &c. &c.

Duplex, icis, zweyfach. *Syn.* Geminus. *Uſus.* Duplices pupillas habet. Duplex eſt genus hominum.

Dupliciter, zweyfachig. *Syn.* Bipertitò. *Uſus.* Dupliciter me tuæ litteræ delectårunt. Iſta dupliciter dici poſſunt, & accipi.

Duplico, as, dopplen. *Syn.* Gemino, itero. *Uſus.* Duplicantur mihi curæ. Duplicatâ ex eo facto gloriâ diſceſſi. Duplicata verba & iterata.

Duplus, a, um. *Syn.* Alterô tantô. *Uſ.* Subire pœnam dupli. Duplô major, & alterô tantô major. Duplum & triplum intervallum.

Dupondius, ii, Kreutzer. *Syn.* Nummus duobus aſſibus valens.

Dureſco, is, hart werden. *Syn.* Durus fio. *Uſus.* Humor aquilonibus dureſcit.

Duritas, tis, Härte. *Syn.* Severitas, acerbitas, duritia.)(*Lenitas, Comitas.* *Uſ.* Duritas, ſeveritas, mœſtitia orationis. Quanta in hoc duritas, in illo comitas!

Duriter, härtiglich. *Uſus.* Verba duriter translata.

Duritia, æ, Härte. *Syn.* Durities, firmitas, aſperitas. *Epi.* Immanis, virilis.)(*Lenitas, comitas.* *Uſ.* Animi duritia, ſicut corporis ſtupor. Duritia & patientia virilis. In ſumma parſimonia & duritiâ vivere. *V. Severitas. Aſperitas.*

Durities, ei, Härtigkeit. *V.* Duritia.

Duriùs. *Syn.* Crudeliùs, graviùs, acerbiùs. *Uſus* Durius accipere videris. Nihil dixi durius.

Duro, as, verharren. *Syn.* Maneo, diuturnus ſum, ſtabilis permaneo, diu hæreo. *Uſ.* Senſus moriendi ad exiguum tempus durat. *Phraſ.* Tua hæc gloria diu non durabit, perpetua non erit, non ſtabit, non conſiſtet. Nullam ſpem diuturnitatis attingit; non erit diuturna, nec ad longinquum tempus permanebit; vetuſtatem non feret, æterna non erit, diu ſuſtentari non poterit. Fluxa nimìum eſt res hæc, imbecilla & caduca. Hæc ſi bella durabunt, actum de ſalute patriæ. Hæc ſi bella permanebunt; hæc ſi bella perpetua, diuturna, fixa erunt; ſi quò caperent curſum, procedent bella; ſi longiùs producentur bella, perit univerſæ patriæ noſtræ ſolum. Niſi bellis finis imponatur, niſi bellis finis afferatur; niſi bella finiantur, terminentur, ad exitum perducantur, deſperata omnis patriæ

ſalus

lalus est, suam salutem patria nostra desiderabit.

Durus, a, um, **hart.** *R.* δούριος, *ligneus.* *Syn. Transl.* Crudelis, asper, inhumanus, incultus, ferreus, horridus, agrestis, vehemens, inexorabilis, implacabilis, importunus, naturâ asper, inclemens, immitis, animô agresti & durô, vix homo.)(*Mollis.* *Usus.* Durum se & agrestem præbere; durissima reipublicæ tempora, dura servitus; moribus asper, durus; verbum durum, insolens, humile. 2. *Durus corpore.* Duratus usu armorum, invictô ad laborem corpore; in patientia laboris & periculi ferrei propè corporis & animi; à parvulis duritiæ ac labori studet. Vitæ cultu asperô, fatigatis humus cubile est; cibus eos, quem occupant, satiat; tempora somni potiùs quàm noctis sunt; promptissimi horridis ingeniis multùm ab omni luxu abhorrent. *V. Inhumanus.*

Duumviri, orum. *Usus.* Duumvirûm judicium. Ita triumviri, quatuorviri.

Duumviratus, ûs. *Syn.* Duumvirûm munus. *Phras.* Duumviratum gerere.

Dux, cis, **Führer.** *Syn.* Qui ducit exercitum. Ductor, Imperator, Princeps, signifer, qui ordines ducit, præfectus, autor. *Epi.* Clementissimus, certior, diligentissimus, idoneus, illustris, major, memor aliorum, oblitus sui, novus, paratior, præstantissimus, summus, togatus, verus. *Duces* acerrimi, adversarii, audaces, boni, clarissimi, desperati, experti, firmi, fortes, improbi, improvidi, innumerabiles, nefarii, negligentes, nobilissimi, notissimi, parati atque armati, præstantissimi, publici, summi; non solùm veteres, sed etiam recentes; vivi & incolumes. *Dux* certissima, nocturna, optima, molesta, mirifica. *Usus.* Natura optima vivendi dux. Ducem se præbere facinoris. Dux & magister ad faciendum aliquid. Rationem ducem sequâre. Belli dux summâ authoritate. *Phras.* Universa civitas eum ducem sequebatur. Universa civitas ei regendam se dederat. Ad ejus ductum applicaverant se, contulerant se, adjunxerant se vires omnes civitatis. Dux Cæsar fuit, quô nemo præstantior haberi possit. Cæsar præfuit exercitibus summâ cum laude; Imperator, rector exercituum, ductor copiarum fuit Cæsar nemini secundus. Copias duxit Cæsar admirabili rerum bellicarum scientiâ. Cæsar gessit bella suô ductu eâ virtute ac vigilantiâ, non modò ut non superiorem, sed nec omninò parem habuerit. *V. Imperator.*

Dysuria, æ, **Harn-Winde.** *Syn.* Urinæ difficultas. *Usus.* Morbus turpioris intemperantiæ, permolestus.

E.

E, vel Ex, **von / aus.** *Usus* 1. *Originis.* Eunuchi è Syria. Quidquid habuit, è disciplina habuit. 2. *Commodi, usûs, utilitatis.* Erit id ex usu, erit è republica; decretum è re publica factum.

E regione, **gerad gegen über.** *Syn.* In conspectu, ex adverso, quasi rectis lineis oppositus. *Usus.* Luna, cùm est è regione Solis, deficit. Occurrunt sibi velut è regione contraria.

Eâ re, **deßwegen.** *Syn.* Propterea, ob eam rem. *Usus.* Is metuit, & eâ re fugit. Id quia turpe, eâ re non est faciendum.

Eatenùs, **so fern.** *Syn.* Hactenus, usque dum, usque ad eum finem, usque eò, quoad, usque eò ne. *Usus.* Ferre aliquem eatenùs, quoad ipse negligat. Hoc jus eatenus exercuêre, quoad voluêre.

Ebibo, **austrincken.** *Syn.* Exhaurio. *Usus.* Ebibere sanguinem alicui.

Eblandior, iris, **etwas abschwätzen.** *Syn.* Blanditiis extorqueo. *Usus.* Enitere, eblandire, effice, ut &c.

Ebrietas, tis, **Trunckenheit.** *Usus.* Inter ebrietatem & ebriositatem multùm interest.

Ebriositas, tis, **Vertrunckenheit.** *Syn.* Affectio, vel habitus ebrietatis.

Ebriosus, a, um, **vertruncken.** *Syn.* Facilis ad ebrietatem. *Usus.* Stilponem ferunt & ebriosum & mulierosum fuisse. *V. Vinolentus. Ebrius.*

Ebrius, a, um, **truncken.** *R.* ὄμβριος, *humidus.* *Syn.* Temulentus, vinolentus, vinô languidus, vinô obrutus; vinô madens, languens, confectus.)(*Sobrius, siccus.* *Usus.* Apud se ebrium factum esse dixit. *Phras.* Vinô somnôque mersus jacet; nondum hesterni convivii crapulam exhalavit; multorum dierum

cra-

crapulâ gravis & impos fui; comessans & temulentus, temulentiæ notâ infamis, natus ad vina perdenda, gurges & helluo; qui vino se ingurgitare, replere, obruere, devincire soleat. *V. Vinolentus. Bibo.*

Ebullio, is, ire, auffwallen. *Syn.* Effervesco. *Transl.* Jacto, vel ostento. *Usus.* Solent illud ebullire Stoici; virtutes ebulliunt & sapientias.

Ebur, oris, Helffenbein. *Syn.* Dens Elephantis. *Epi.* Castum, donum Deo gratum, non inutile, crebrum. *Usus.* Tecta ebore & aurô fulgentia.

Eburneus, a, um, helffenbeinern. *Syn.* Ex ebore. *Usus.* Signum æneum, eburneum, marmoreum.

Ecce, siehe. *Syn.* *Adv.* rem improvisam subitámque demonstrat. *Usus.* Ecce tuæ litteræ de Varrone. Ecce autem nova turba & rixa. Ecce miserum hominem!

Eclipsis, is, Mangel. *Syn.* Obscuratio, defectio. *Usus.* Solis, Lunæ defectio. *Phras.* Luna incidens in umbram terræ. Cùm est è regione Solis interposita interjectáque terra, repentè deficit. Solis defectus, deliquium.

Eculeus, i, ein Instrument zu foltern. *Syn.* Genus tormenti, ut rota. *Usus.* Ponite vobis ante oculos vincula, verbera, eculeum, carnificem, tortorem.

Edacitas, tis, Fressigkeit. *Syn.* Vitium ventris & gutturis. *Usus.* Morbus edacitatis.

Edax, acis, fräßig. *Syn.* Vorax. *Usus.* Edacem hospitem amisisti. *V. Vorax. Gula.*

Edera, æ, Epheu. *Usus.* Omnia convestivit ederâ.

Edico, is, ere, aussagen. *Syn.* Indico, proscribo, expono. *Usus.* Consul Senatum, comitia, conventum sociis, justitiam edixit. Prætor edixit. Ille ex edicto aquam possedit.

Edictum, i, Befehl. *Syn.* Interdictum. *Epi.* Æquum, atrox, improbum & inhumanum, inimicum, novum, peculiare, præclarum, provinciale, recens, repentinum, severum, totum, translativum, uberrimum & quæstuosissimum, urbanum; acerba, duriora, jucunda, molesta, nova & inaudita, præclara, prætoria, superiora. *Usus.* Qui Romæ edictum totum, omnia decreta evertit. Ex edicto in possessionem veni. Edictum edicere. Prætor edictô sanxit, ne &c. Edictum: ne quis cum telo servus sit. *Phras.* Edictum Prætor componit, scribit, interponit; edictô proponit, ne servus armatus incedat. Pronuntiat pœnam in servos armatos; cum vinculorum minis mortisque edicit, ne cum armis incedant servi. *V. Decretum.*

Edisco, is, ere, außwendig lernen. *Syn.* Memoriæ mando. *Usus.* Homerum ediscat, habeat in ore puer suavissimus. *V. Memoriter.*

Edissero, is, ere, außlegen. *Syn.* Expono. *Usus.* Non edisseram, qui rei finis fuerit.

Editio, onis, an-Tag-Gebung. *Usus.* Ista editio summam habet acerbitatem.

Edititius, a, um. *Syn.* Qui ab omni tantùm parte judex electus est. *Usus.* Edititios solùm judices secutus sum.

Edo, is, ere, an Tag geben. *Syn.* Facio, profero. *Adv.* Magnificè, libenter. *Usus.* Edere clamores; edere magnam ruinam, facinus atrox. Edere exemplum severitatis alicubi. 2. *Divulgo.* Libros edere. Apollo oraculô edidit. Voluit, ut ipsi tuum nomen ederem, ut socium facti ederem. 3. Animam edere. Partu filiam edere. Ager meliores fœtus edit. *Phras.* Edam meas Epistolas; meo nomine emittam; faciam, ut id opus tandem appareat; pervulgabo, divulgabo, in vulgus edam; foras dabo; faciam, ut exeant meæ epistolæ; luci, in publicum dabo. Publici juris faciam.

Edo, is, ere, essen. *R. ab* ἔδω, essen. *Syn.* Comedo, cibum capio. *Usus.* Jucundè, oppiparè, apparatè edit & bibit. *Phras.* Edere appetenter, cibum sumere, uti cibo; cibo famem depellere, explere, sedare; nitidè, suaviter, blandè cœnare. *V. Vorax. Comedo.*

Edoceo, es, lehren. *Syn.* Doceo. *Usus.* Id magis verisimiliter, quod usus reapse experiendo edocet. *V. Doceo.*

Edolo, as, erneuren/ausshobelen. *Syn.* Dolo. *Usus.* Orationem edolavi.

Edomo, as, meistern. *Syn.* Domo. *Usus.* Vitiosam naturam oppressam & edomitam habere. *V. Domo.*

Edormio, is, außschlaffen. *Syn.* Ope somni con-

con-

conficio, expergefio. *Usus.* Edormi crapulam, & exhala.

Educatio, onis, Aufferziehung. *Epi.* Non dissimilis animantium, puerilis. *Syn.* Institutio, disciplina. *Usus.* Institutus liberaliter educatione, puerilique doctrinâ.

Educator, oris, Ernehrer. *Syn.* Altor, nutritius. *Usus.* Omnium rerum sator, altor, educator Deus.

Educatrix, icis, Ernehrerin. *Syn.* Nutrix. *Usus.* Harum rerum educatrix & nutrix est sapientia.

Educo, as, aufferziehen. *Syn.* Alo, nutrio, instituo. *Adv.* Ingenuè, liberaliter. *Us.* Non est boni parentis, quem procreârit & eduxerit, non vestire & ornare. *Phras.* In meis manibus educatus est, me educatorem habuit, mea in familia educatus ingenuè, & institutus est. Omni industria eum, non humili cultu, in gremio veluti meo & sinu educavi. Amavi pro meo, ingenium ejus enutrivi, præceptis utilissimis & saluberrimis finxi, magnam reipublicæ & claram lampadem accendi. *V. Alo.*

Educo, is, ere, außführen. *Syn.* Extraho, duco, libero. *Us.* Educere in aciem copias, aliquem in jus; grandem molem, turrim educere. *Phras.* Educere improbos è civitate, extirpare, persequi conjuratos & elidere, eruere stirpitùs, extrahere seditiosos è civitate.

Effari, sagen. *Syn.* Loquor, enuntio. *Usus.* Nullum verbum honestè effari potuit.

Effatum, i, Spruch. *Syn.* Pronunciatum. *Epi.* Verum, aut falsum, incognitum. *Usus.* Effata Philosophorum.

Effectio, onis, das Werck. *Syn.* Effectus, efficientia, peractio.

Effector, oris, Ursacher. *Syn.* Perfector, architectus, molitor, creator, autor. *Epi.* Optimus & præstantissimus. *Usus.* Stylus optimus dicendi effector, parens, magister. Deus mundi molitor, omnium rerum effector.

Effectrix, icis, Ursacherin. *Usus.* Pecunia est effectrix multarum voluptatum.

Effectus, ûs, Würckung. *Syn.* Quod effectum est; eventus quandoque. *Usus.* Effectus eloquentiæ est audientium approbatio. Radicum vim & effectum ignoramus.

Effero, erre, erheben. *Syn.* Edo. *Adv.* Aliquando se, altiùs se, insolenter, insolentiùs, amplissimè, supremô die, foras, longissimè, membratim, conjunctè. *Usus.* Ager uberiores fructus effert. Perfectiora sunt, quæ aliquid ex se efferunt iis, quæ efferuntur. 2. *Profero, educo.* Pedem domô extulit. Filius patrem extulit *ad sepulchrum.* Demersam patriam efferre. 3. *Extollo, celebro.* Laudibus aliquem in cœlum efferre. Ad summum imperium, ad summam gloriam aliquem efferre & extollere. Quos fortuna evexit ad gloriam, virtus extulit ad laudem, ne insolenter se efferant. 4. *Afficio.* Dolore, irâ, gaudiô, lætitiâ efferri, extra se ferri. Cupiditatibus efferri. 5. *Promo, pronuncio.* Efferre sententiam gravem, verbis inconditis. 6. *Vulgo, divulgo.* Cave, hæc foràs efferas, ut ad vulgi aures perveniant. Ne has meas ineptias efferatis. Ne meus sermo emanet, effluat, in vulgus permanet, enuncietur.

Efferor, aris, verwilden. *Syn.* In iram accendor, immanis fio. *Usus.* In hominis figura animô efferatô; gentes immanitate efferatæ. *V. Barbarus.*

Effervesco, is, sich erzürnen. *Syn.* Ebullio, erumpo. *Adv.* Vehementiùs. *Usus.* Nimiùm efferbuit hujus ferocitas, & in gerendis inimicitiis pertinacia. Undæ comitiorum ut mare profundum effervescunt. Effervescere in aliquem, & erumpere. *V. Præceps. Impetus. Ira.*

Efficacitas, tis, Krafft. *Syn.* Virtus, efficientia, efficiendi facilitas, facultas. *Usus.* Tantum habet in libidine artis & efficacitatis. *V. Facultas.*

Efficax, kräfftig. *Syn.* Qui multum habet efficacitatis. *Usus.* Nôsti, quàm tardus, quàm parum efficax, quàm cunctator sit.

Efficienter, würcklich. *Usus.* Quod cuique efficienter antecedat.

Efficientia, æ, Würckung. *Syn.* Vis efficiendi. *Usus.* Causæ in se continentes efficientiam naturalem. Cùm Solis pulchritudinem & efficientiam miraretur.

Efficio, is, ere, würcken. *Syn.* Facio, reipsâ efficiens sum, effector sum, præsto, persequor, concludo, conflo, effero. *Adv.* Æqualiter, artificiosiùs, cautiùs, difficiliùs, faciliùs, funditùs, libidinosè, mirabiliter, necessariò, perturbatè, plurimùm, planè, politè, propemodùm, quàmprimùm, subtiliter, latenter,

maximè, meliùs, omninò, necessariò. *Usus.* Nihil hominum auribus, posterorum memoriâ dignum effecit. Admirationes & clamores efficere. Enitere, labora, effice, ut &c. Mandata efficere. Mirabilia facinora effecit. Usus progrediens familiaritatem efficit. Magnos processus efficiebat. 2. *Concludo.* Efficere & concludere orationem. Minutis interrogatiunculis, quod proposuit, effecit. Argumentis & ratione assensum efficere. *Phras.* Utinam in tua causa aliquid efficiam, quôquo modô conficiam, rem è tua sententia conficiam, negotium tuum benè geram, in rebus tuis aliquid proficiam, exitum aliquem reperiam, eniti aliquid & navare liceat, aliquid momenti faciam, irritô inceptô ne cogar abscedere; rem ad effectum adducam, ut promoveam aliquid, rem tibi explicatam dem, efficacitatis aliquid habeam; rem tibi effectam reddam.

Effictio, onis, **Abbildung.** *Syn.* Ornatio sententiarum. *Usus.* Effictio corporis cujusdam figuram vèrbis exprimit.

Effigies, ei, **Bild.** *Syn.* Species, imago, simulacrum. *Epi.* Eminens virtutis, expressa & polita summis ingeniis, plurima, solida, expressa, germana. *Usus.* Filii effigies moris, sermonis, animi mei, humanitatis & probitatis tuæ. Eminens virtutis effigies. Virtutum effigiem posteris relinquere; summis ingeniis expressam & expolitam. *V. Imago.*

Effingo, is, ere, **abmahlen.** *Syn.* Exprimo. *Usus.* Formam alicujus & mores effingere. Oris lineamenta in tabula effingere. Effingere animô, quæ memoria tenere velis. *V. Facio.*

Efflagitatio, onis, **Bitt.** *Syn.* Petitio, postulatio. *Epi.* Insulsa. *Usus.* Omnium efflagitatio una fuit.

Efflagitatus, ûs, **Bitt.** *Syn.* Efflagitatio.

Efflagito, as, **außbitten.** *Syn.* Magnoperè postulo. *Usus.* Auxilium efflagitare & misericordiam. Cùm epistolam à me convitiô flagites. *V. Peto.*

Efflictim, * **hefftig.** *Syn.* Valde, vehementer. *Usus.* Efflictim deperire aliquem.

Efflo, as, **hinauß blasen.** *Syn.* Emitto, flo. *Adv.* Graviter. *Usus.* Agere animam & efflare. *V. Flo.*

Effloresco, is, **außblühen.** *Syn.* Splendesco, eluceo, eniteo, exulto, mano. *Tribuitur iis, quæ cum copia quadam & venustate ex alio, ut flores e caliculis se exerunt & evolvunt.* *Adv.* Penitus. *Usus.* E multa rerum cognitione oratio efflorescit; è familiaritate amor, ex asperitate vitæ castimonia efflorescit. Efflorescere laudibus ingenii. *V. Floreo.*

Effluo, is, ere, **außfliessen.** *Syn.* Elabor, excido, abeo. *Adv.* Planè.)(*Influo.* *Usus.* Animô, memoriâ dudum illa effluxère, quæ tu arcana putabas. Vita, ætas, tempus, voluptates effluunt & momentô dilabuntur. Cum sanguine vita effluxit. Nihil mihi deest, nec abundat, aut effluit. *V. Fluo.*

Effodio, is, ere, **außhölen.** *Syn.* Eruo. *Usus.* Marcelli memoria meum pectus effodit. Aurum effodere. *V. Fodio.*

Effæminatè, **verzagt.** *Syn.* Muliebriter.)(*fortiter.* *Usus.* Cave, ne quid effæminatè facias.

Effæminatus, a, um, **verzagt.** *Syn.* Qui animum gerit muliebrem.)(*Fortis, virilis, durus.* *Usus.* Homo effæminatus, impudicus, mollis, fractus, abjectus, humilis, submissus. *V. Mollis. Voluptas.*

Effæmino, as, **weibisch machen.**)(*Corroboro.* *Usus.* Effæminàrunt aërem, quem Junoni tribuerunt Poëtæ.

Effætus, a, um, **außgemärgelt.** *Syn.* Exhaustus, confectus, debilis. *Usus.* Intemperans adolescentia senectuti corpus effætum tradit.

Effrænatè, **frevenilich.** *Syn.* Temerè. *Usus.* Effrænatè in hostem irrupit legio.

Effrænatio, onis, **Unbändigkeit.** *Syn.* Impotentia, insolentia. *Usus.* Quæ effrænatio impotentis animi?

Effrænatus, a, um, **ungezähmt.** *Syn.* Projectus, præceps, indomitus, furiosus, impotens.)(*Domitus.* *Usus.* O libidinem, cupiditatem effrænatam! Homines secundis rebus effrænatos, sibi præfidentes, in gyrum rationis ducere oportet. *V. Petulans.*

Effrænus, a, um, * **ungezäumt** *Syn.* Effrænô equô in medios ignes infertur.

Effringo, is, ere, **zerbrechen.** *Syn.* Frango, dejicio, perfringo, revello, convello. *Usus.* Fores effringere: Convulsis repagulis, effractis valvis, revulsis claustris, domum compilant.

Effugio, is, ere, **entfliehen.** *Syn.* Evito, elabor, evolo.)(*Incido, occurro.* *Usus.* Vix omnem offensionem, crimen, maledictum,

dictum, suspicionem effugies. Mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Nihil te effugiet, rescies omnia. *V. Fugio. Vito. Evado.*

Effugium, ii, Außflucht. *Syn.* Refugium, profugium, evasio. *Usus.* Effugium quærere, consequi, habere. Patet tibi effugium.

Effulgeo, es, glåntzen. * *Usus.* Sol inter graves imbre nubes effulgens. *V. Fulgeo.*

Effundo, is, ere, außgiessen. *Syn.* Profundo, emitto.)(*Infundo.* *Usus.* Segetes effundunt herbas frugibus inimicas. Ætas hanc copiam effundit. 2. *Magnæ hominum multitudini tribuitur.* Tota civitas se effundebat. E carcere reos omnes effundere. Tota ad me effusa Italia. 3. *Prodigo, consumo.* Patrimonium, fortunas omnes, ærarium per luxuriam effundit. Multos in aliquem honores effundere. 4. *Animi mutus prodo.* Odium omne & furorem in me effudit. Se in aliqua libidine effundere. Se in lacrymas, questus, vota effudit. Evomere virus acerbitatis suæ. 5. *Effutio.* Effudi, quæ habui, omnia.

Effusè, weitläufftig. *Syn.* Largè, prolixè. *Usus.* Homo effusè petulans. Effusè donare, laudare. Inaniter & effusè exultat.

Effusio, onis, Außgiessung. *Syn.* Largitio, corruptela.)(*Infusio, parsimonia, avaritia.* *Epi.* Facilis, honesta. *Usus.* Liberalitatem effusio imitatur. Quas pecuniarum effusiones factas putatis? 2. *Dissipatio, populi in occursu obviatio.* Quis concursus ex agris, quæ effusiones populi? 3. Animi effusio in lætitia, ut contractio in dolore. *V. Liberalis.*

Effutio, ire, außplaudern. *Syn.* Inaniter fundo. *Adv.* Temerè. *Usus.* Quidam temerè multa effutiunt. *V. Garrio.*

Egenus, a, um, dürfftig. * *Syn.* Pauper. *Usus.* Egenus consilii. *V. Pauper.*

Egeo, es, ere, Mangel haben. *Syn.* Mihi opus est, mihi quæsitô opus est, indigeo.)(*Quàm plurimum habeo, abundo.* *Adv.* Indignè, magnoperè, vehementer. *Usus.* Incredibile, quàm egeam tempore. Consiliô, auxiliô, consolatione egere. Nihil hoc loco egentius, nihil spoliatius. Servi & egentes concurrunt. *Phras.* Non egeo tuis præceptis. Non indigeo tuis admonitionibus, consiliis. Tuis mihi monitis nequaquam opus est. Tuis carere monitis facilè possum. Supervacanea, parum utilia, nullius emolumenti, minimè necessaria sunt mihi præcepta tua. Tua monita apud me locum non habent. Non requiruntur, non desiderantur, non exiguntur, non expectantur à me tua præcepta. *V. Inopia.*

Egero, is, * außleeren. *Usus.* Egerere prædam ex hostium tectis.

Egestas, tis, Armuth. *Syn.* Inopia, indigentia, mendicitas, domestica difficultas.)(*Abundantia, copia.* *Epi.* Indignissima, summa. *Usus.* Ista paupertas, vel potius egestas. Egestatem & luxuriem domesticô latrociniô sustentavit. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non egestas mentis tantam personam. Egestatem affert luxus. In egestate esse. *V. Paupertas. Inopia.*

Ego, ich. *Syn.* Ipse. *Usus.* Ego sum ille Consul.

Egredior, eris, hinauß gehen. *Syn.* Exeo, prodeo. *Adv.* Tardiùs. *Usus.* Certas mihi fines, terminos, cancellos describam, extra quos egredi non possim. Ex provincia, navi, urbe egredi. 2. *Excerro.* Suô officiô, à proposito egredi. *V. Exeo.*

Egregiè, fürtrefflich. *Syn.* Benè, valde, præclarè, bellè. *Usus.* Egregiè fortis, cordatus vir. *Phras.* Egregiè causam dixit, divinitus, luculenter, gloriosissimè, magnificentissimè, quàm festivè, acutè, compositè, excellenter, cumulatissimè summâ facundiâ dixit. *V. Valde.*

Egregius, a, um, außbündig. *Syn.* Excellens, præstans, præclarus. *Adv.* Medius fidius, omninò. *Usus.* Egregia & præclara indoles, egregius civis, in procuratione sua egregius. *Phras.* Est vir egregiâ, mirificâ, incredibili, singulari virtute; acerrimus vir & industrius; summa in eo gravitas & animi altitudo. Magnus, clarus, amplissimus, insignis ad laudem, ingenui animi, summam integritatis laudem consecutus, omnibus rebus vir ornatus; in quo summa probitas, innocentia; genere, honore, copiis existimatione facilè princeps. In quo summa probitas, dignitas & splendor; flos, robur, lumen reipublicæ & nobilitatis. Homo penè divinus, ornamentum & arx amicorum, decus urbis; in quo

quo eximia & præstantia omnia ; flos delibutus populi ab omni laude felix; excellenti animô & virtute, divinis quibusdam bonis instructus & ornatus; luculentus homo; quô nihil nobilius, sapientius; cumprimis honestus, summô honore & pudore, summô officiô; spectatissimus ordinis sui, probatissimus, prudentissimus, frugalissimus, integerrimus, velut de cœlo delapsus. Justitiâ & religione inclytus; vir exempli recti, ingentis spiritûs; longè ante alios eminens, sanctus & innocens, virtute conspicuus, columen ac sydus Reipubl. *V. Praclarus.*

Egressus, ûs, Ausfahrt. *Usus.* Magnâ frequentiâ meum egressum celebravit.

Eheu, ach. *Syn.* Doloris nota.

Eho. *Syn.* Vox admonentis. *Usus.* Eho, tu me non noscis?

Ejectio, onis, Vertreibung. *Usus.* Mortem timemus & ejectionem.

Ejero, as, verwerffen. *Syn.* Ejuro.

Ejicio, is, ere, vertreiben. *Syn.* Expello, exturbo, extrudo, detrudo, dejicio, extermino, effundo, profundo. *Adv.* Nominatim, tandem aliquando, funditùs. *Usus.* E domo illum ejecêre. Ex numero hominum ejiciendus, ex finibus humanæ naturæ exterminandus. *Transl.* Ejicere ex animo amorem insanum, dolorem, memoriam alicujus. Ejicere partum. *V. Pello. Excludo.*

Ejulatio, onis, das Heulen. *Epi.* Lugubris. *Usus.* Lessus quasi lugubris ejulatio.

Ejulatus, ûs. *Idem. Syn.* Ejulatio. *Epi.* Acerbus, miser. *Usus.* Ejulatus ne mulieri quidem est concessus.

Ejulo, as, heulen. *Syn.* Ploro. *Usus.* Magnitudine dolorum ejulans; ejulatu, questu, gemitu, fremitibus resonando multum flebiles voces refert. Gemere, ejulare, lamentari, frangi, debilitari dolore. Ploratus turpissimos edere. Effundi in planctus indecoros. *V. Gemo. Ploro.*

Ejuro, as, verschweren. *Syn.* Ejero, juro, detestor. *Usus.* De me querebantur, me ejurabant. 2. *Abdico.* Magistratum ejurare.

Ejusdemmodi, dergestalt. *Syn.* Ejusdem generis. *Usus.* Ejusmodi furias Orestes est expertus.

Ejusmodi, dergleichen. *Syn.* Talis, ejus generis. *Usus.* Genus belli est ejusmodi, ut &c. Reliqua sunt ejusmodi, quæ. 2. *Adeò, tam.* Ejusmodi cupidus. *V. Similis.*

Elabor, eris, entgehen. *Syn.* Excido, evado.)(*Teneo, amplector, complector.* *Usus.* Vinculis, criminibus, suspicione ipsâ elapsus. Sol elabitur & abit. Usitata è memoria dilabuntur. Elapsus est è prælio. *V. Evado.*

Elaboratio, onis. *Syn.* Labor, nimia cura. *Usus.* Id non fiet sine elaboratione & operæ consumptione.

Elaboro, as, ausarbeiten. *Syn.* Laboro, curo, operam do, contendo, enitor, elucubro, excudo.)(*Negligo, cesso.* *Us.* Qui in una tantùm re elaborant. Contende quæso, & elabora. Nullum tam asperum saxetum, in quo ruricolæ non elaborent. Diligenter elaborata, summâ industriâ, curâ & vigiliis ornata elucubrataque oratio. Omni non modò contentione, sed dimicatione elaborabo. *V. Laboro. Curo.*

Elanguesco, is, * untüchtig werden. *Syn.* Languore conficior, contabesco, infirmor. *Usus.* Elanguit cura hominum. Differendo res elanguit. Alienâ invidiâ elanguescendum erit. *V. Langueo.*

Elargior, iris, ausschencken. *Syn.* Largior. *Usus.* Multa tibi fortuna est elargita. *V. Largior.*

Elatè, hochmühtig. *Usus.* Elatè & amplè loqui & dicere.)(*Submissè, humiliter & demissè.*

Elatio, onis, Hochmuth. *Syn.* Præstantia.)(*Submissio.* *Epi.* Voluptuaria. *Usus.* Ex hac elatione & magnitudine animi facilè pertinacia nascitur. Lætitia quasi gestientis animi elatio voluptuaria. *V. Superbia. Arrogantia. Ambitio.*

Elatus, a, um, hochmüthig. *Usus.* Hôc animô amplô & elatô factum est. Vir naturæ & ingenii elatus. Cupiditate elatus & gaudio. *V. Superbus. Arrogans.*

Electè, erwehlt. *Syn.* Distinctè, disertè. *Usus.* Electè gerere.)(*Permistè.*

Electio, onis, die Wahl. *Syn.* Lectio, selectio, delectus.)(*Neglectio, contemptus, rejectio.* *Usus.* Judicium & electio verborum.

Elector, oris, Erwehler. *Syn.* Aliorum boni electores existimari volunt.

Eleëmosyna, æ, Allmosen. *Phras.* Præbere panem mendiculis; invitus ista hominum mendicabula abs me inania dimitto; in egentes benignus stipem confero, tenuiorum fortunis succurro; im-

impensè misereor egentium, eorúmque rationibus paternè provideo; egentes miseratione prosequor, iisque pro facultatibus benignè facio. Adolescentes idoneos erogata grandi in sumptum pecuniâ ad mercatum honestatis optimarúmque artium transmittere. Alienâ liberalitate victitantibus penum gratuitò suppeditare. De facultatibus suis DEO fœnerari.

Elegans, tis, schön. *Syn.* Luculentus, concinnus, politus.)(*Inelegans, contemptus, abjectus.* *Usus.* Vir mundus, urbanus, politus, facetus, acutus; in omni judicio, in dicendo elegans. In epulis apparandis elegans. Epistola elegantissima. *Phras.* Est orator admodum elegans, scitus, quo nihil potest esse pictius, in singulis verbis florentissimus, venustissimus & politissimus scriptor, limatulô sanè & politulô judiciô; quô nil venustius, limatius, lepidiùs, concinnius, nitidius.

Eleganter, zierlich. *Syn.* Scitè, ornatè, politè, enucleatè.)(*Ineleganter.* *Usus.* Cæsar omnium ferè oratorum Latinè loquitur elegantissimè. *Phras.* Eleganter dixit, doctè & delicatè. Blandè & concinnè, cum multa venustate & omni sale, aptè & rotundè, cum dignitate, scitè, festiviter, cum multa munditia ac luce verborum, facetissimè, jucundè, lepidè, mundè, subtiliter verba fecit.

Elegantia, æ, Zierlichkeit. *Syn.* Munditia, lautitia, Latinus Atticismus, venustas, lepor, festivitas. *Epi.* Accurata & sine molestia, diligens Latinè loquendi, inanis, sermonis necessaria, politior, summa. *Usus.* Eloquentia ab elegantia doctrinæ segregari non potest. Politior elegantia & munditia scribendi. Scriptorum tuorum subtilitas & elegantia.

Elementum, i, Element. *Syn.* Initium. *Epi.* Prima naturæ. *Usus.* Dialectica tradit elementa loquendi. Puerorum elementa. *Phras.* Aër, ignis, aqua, terra prima sunt quatuor rerum initia, principia rerum, è quibus omnia constant, omnia oriuntur. Terra infimum tenet locum, hanc inundat aqua; superior aëri, ignibus altissima ora redditur.

Elephantus, i, Elephas, antis, Elephant. *Usus.* Elephanto belluarum nulla est prudentior. Manus est data elephantis.

Elevatio Sacræ Hostiæ. *Phras.* Sacrosanctam Hostiam supra verticem attollere. Hostiam salutarem sublimè tollere.

Elevo, as, erheben. *Syn.* Levo, sublevo.)(*Augeo.* *Usus Transl.* *Minuo.* Fidem adversarii, authoritatem, famam victoriæ, gloriam elevare & minuere.

Elicio, is, ere, hinauß locken. *Syn.* Educo, extraho, allicio, adduco. *Adv.* Curiosiùs. *Usus.* Ignem conflictu lapidum elicere. Elicere aliquem præmio, ut agat aliquid. Lachrymas, arcana, alicujus sententiam elicere, exprimere. Elicere, invitare ad certamen. Evocare mercede solertiam; blanditiis ad disputandum elicere. *V. Adduco. Allicio.*

Elido, is, außschlagen. *Syn.* Frango, incido. *Usus.* Poëtæ nervos omnes virtutis elidunt. Ipsæ stirpes ægritudinis elidendæ sunt. Alicujus consilia elidere, evertere funditùs.

Eligo, is, erwehlen. *Syn.* Lego, deligo, carpo, excerpo, opto, adopto)(*Negligo, contemno.* *Adv.* Diligenter, parum diligenter. *Usus.* Eligere è malis minimum oportet. Elige de duobus, quem velis. *Phras.* Quem tandem Consulem eligent, adoptabunt, Consulem esse volent, jubebunt? Quem Consulem legent, dicent, desument? Cui Imperium suffragiis mandabunt? Quem præcipuè Consulem designabunt, nominabunt, optabunt? Optimam partem elegisti, cum te ad ingenuarum artium studia contulisti. Sapienter vitam instituisti, rectum cursum cœpisti, optimô judiciô usus es; sapienter judicâsti, cum te ad ingenuarum artium stúdia contulisti. Exordium vitæ præclarum fecisti, cùm te DEO addixisti. Optimum cœpisti cursum, rationem præclaram iniisti, egregiô vitam principio inivisti, cùm tua omnia téque ipsum DEO consecrâsti. *V. Initium.*

Elimino, as, * außrotten. *Syn.* Ejicio, extra limen trudo. *Usus.* Extra ædes eliminatur. *V. Ejicio.*

Elimo, as, außfeilen. *Syn.* Perpolio, limo. *Usus.* Velim aliquid ad me elimes. Elimata oratio.

Elinguis, e, zung-loß. *Syn.* Mutus, indis-

disertus. *Uſ.* Convicit hominem, elinguem reddidit. *V. Mutus.*

Elixus, a, um, * geſotten. *Syn.* Quod aquâ coctum eſt. *Uſ.* Elixus cibus quàm aſſus ſuavior.

Eloco, as, verdingen. *Syn.* loco. *Uſ.* fundum elocare.

Elocutio, onis, Außſprach. *Syn.* Explicatio exornata & elaborata. *Epi.* commoda & perfecta, inanis & pene puerilis. *Uſ.* Elocutio eſt idoneorum verborum & ſententiarum ad inventionem accommodatio.

Elogium, ii, *Syn.* Dictum ſeu ſententia laudem alicujus vel vituperationem vel aliquid aliud declarans. *Epi.* Cenſorium, unicum. *Uſus.* Quid ipſa Sepulchrorum monumenta, quid elogia admonent, niſi nos morituros? Solonis elogium.

Eloquens, tis, wohlberedt. *Syn.* Rhetor, copioſus ad dicendum, copiosè ſapienterque dicens, in dicendo ſuavis, ornatus, non infans. *Adv.* perfectè. *Uſus.* Is eſt eloquens, qui poſſit humilia ſubtiliter, magna graviter, mediocria temperatè dicere. *Thraſ.* Vir eſt admodum eloquens divinus in dicendo, perfectus in dicendo & perpolitus; dicendi gloriâ præſtans; diſertiſſimus, ad dicendum paratiſſimus, omnibus vel naturæ vel doctrinæ præſidiis ad dicendum paratus; eâ facundiâ, ut nemo linguâ promptior in civitate haberetur. Vir acer nec infacundus; celebratæ eloquentiæ. Claræ vir facundiæ.

Eloquentia, æ, Wohlredenheit. *Syn.* Eloquendi vis, dicendi ratio, dicendi gravitas & copia, ſumma copia & ſingularis facultas dicendi, divinum atque incredibile genus orationis, copiosè loquens ſapientia.)(*Infantia.* *Epi.* Abundans ſermonibus, verbis; accommodatior ad motus animorum & ad vulgi ſenſum, admirabilis, artificioſa, brevis; comes pacis ſociaque otii, & quaſi alumna quædam conſtitutæ civitatis; excellens, forenſis, inanis quædam & puerilis, incredibilis, juſta, laudabilis, magna, major, mediocris, orba, perfecta, popularis, præclara, præſtabilis, res una omnium difficillima, ſapientia loquendi, ſimilis palmæ, ſumma, uberior atque latior, vera & abſoluta, univerſa. *Uſus.* Ut hominis decus eſt ingenium, ſic ingenii lumen eloquentia. Eloquentia abundans ſonantibus verbis, uberibusque ſententiis; ad ſalutem hominum & conſervationem data. Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat eloquentiæ & prudentiæ. *Thraſ.* Qui vult eloquens evadere, det operam Ciceroni; qui vult ſuæ mentis cogitata eloquenter, copiosè, eleganter explicare, loqui, efferre, enunciare, det operam Ciceroni; qui bene dicere, qui verbis allicere, pertrahere; qui movere; qui verbis commovere, flectere, delectare vult; qui afficere vult audientium animos; ab audientibus benevolentiam & attentionem venari, captare, elicere vult; qui eos, apud quos dicit, attentos, dociles & benevolos ſibi reddere vult; qui de quacunque propoſita re aptè, prudenter, explicatè, abundanter, illuminatè, & rebus & verbis, numeroſèque dicere vult, is ve im exiſtimet ſibi Ciceronis lectionem, non tam utilem quàm neceſſariam. *Vid. Oratio.*

Eloquenter, wohlredentlich. *Syn.* diſertè, eleganter.

Eloquium, ii, * Sprach. *Syn.* ſermo, facundia. *Uſ.* Dulci, ac blandô eloquiô amicum ſolatur.

Eloquor, eris, heraus ſagen. *Syn.* Dico, effero, enuncio, exprimo. *Adv.* compoſitè, copiosè, ornatè, politè, præclarè, prudenter. *Uſ.* Quisque in eo, quod ſcit, eloquens eſt. Multi præclarè ſentiunt, nec id, quod ſentiunt, politè eloqui poſſunt. Præclarè eloqui cogitata mentis. *V. Effero.*

Eluceo, es, leuchten. *Syn.* appareo, exto, emineo, excello, vigeo. *Adv.* denſiùs, rariùs. *Uſ.* In ipſo joco, aliquod probi ingenii lumen eluceat. Amicitia magìs elucet inter æquales. Tenuitas tua quò magis occultatur, magis elucet. Nemo eloquentiæ ſtudet, niſi in foro eluceat. *V. Appareo.*

Eluctor, aris, * ſich loß machen. *Uſ.* E tot tamque validis manibus, è quibus eluctandum erat, ſeſe eripuit. *V. Evado.*

Elucubror, aris, beym Liecht machen. *Syn.* elaboro, excudo. *Uſ.* Epiſtolam elucubratus ſum. Elucubrata oratio.

Eludo,

Eludo, is, ere, verlachen. *Syn.* irrideo, fallo. *Adv.* facetiùs, impunè. *Us.* Quamdiu nos furor tuus ùt pueros eludet? Nos ab illo nebulone facetè eludimur. *V. Derideo.*

Elugeo, es, austrauren. *Syn.* lugeo, defleo. *Us.* Patriam eluxi graviùs, quàm ulla Mater filium.

Eluo, is, ere, säuberen. *Syn.* Diluo, deleo, abstergeo. *Usus.* Maculam hanc nemo eluet.

Eluvies, ei, Wassergüß. *Syn.* Macula, labes, contagio. *Usus.* Labes, & eluvies civitatis.

Eluvio, onis, *idem.* *Syn.* Terræ hiatus, vorago aquarum vi facta. *Us.* Eluviones Pestilentiæ.

Emacio, as, * außmerglen. *Syn.* macie conficio.

Emancipo, as, frey lassen. *Syn.* Patriâ potestate libero, quasi manu mitto. *Us.* liberos propriè emancipari, servos manumitti dicimus.

Emano, as, außfliessen. *Syn.* exeo, effluo. *Us.* Metuo, ne ea fama, ne mala nostra emanent. Ex Philosophia eloquentia emanat. Vereor, ne is sermo emanet. *V. Effluo.*

Emax, cis, krämlerisch. *Syn.* Qui libenter emit. *Us.* Non esse emacem, vectigal est.

Emblema, atis, *Syn.* Signa & ornamenta vasorum, quæ detrahi possunt, nec non etiam aliarum rerum. *Usus.* Vasis crustas & emblemata avellenda curavit. Illigare & includere emblemata in aureis poculis. Emblema vermiculatum, *de pavimento.*

Emendatè, ohne Fehler. *Syn.* castigatè. *Us.* purè & emendatè loqui.

Emendator, is, Verbesserer. *Syn.* Corrector. *Us.* Sisenna quasi emendator sermonis usitati esse volebat.

Emendatrix, Verbesserin. *Epi.* Præclara. *Usus.* Lex est emendatrix vitiorum.

Emendatio, onis, Verbesserung. *Epi.* felicior. *Us.* Philosophiæ veteris emendatrix, & correctrix.

Emendo, as, verbesseren. *Syn.* Corrigo. *Adv.* leviter. *Usus.* Vitium cutis, dolorem capitis pharmaco emendare. Principum continentiâ emendantur mores civitatis. *Vid. Corrigo. Molimen.*

Ementior, iris, liegen. *Syn.* mentior, nego. *Us.* Æschines legationem ementitus est. Genus suum ementitur. *V. Mentior.*

Emereor, eris, verdienen. *Syn.* mereo, stipendia facio. *Us.* Annuæ mihi operæ emerentur. Emeritis stipendiis ambitionis quiescit.

Emergo, is, ere, außschwimen. *Syn.* exeo, evado, existo.)(*Mergor, demergor. Adv.* aliquando, altè, commodè. *Usus.* E servitute, mendicitate, valetudine sinistra, ære alienô emergere, respirare, rejicere se, & extollere. Stellæ statis temporibus emergunt. Veritas è calicibus emergit. E corrupta adolescentiâ in bonam frugem emergere. Homo emersus è cœno vitiorum. *V. Libero. Evado.*

Emetior, iris, außmessen. *Syn.* metior.

Emico, as, * herfür scheinen *Syn.* effulgeo, resplendeo. *Us.* Ex oculis quasi radii emicant. Pectus emicat, *subsultat.*

Emigro, as, wegreissen. *Syn.* Discedo, migro, excedo. *Us.* E vita velut è domo emigrate. *V. Migro.*

Eminens, tis, fürtrefflich / heraus gehend. *Syn.* editus.)(*Lacunosum. Usus.* Oculi eminentes, genæ leniter eminentes; eminens, porrecta in altum columna. 2. *Præstans, Præclarus.* Vir eminenti litteraturâ. *Vid. Altus.*

Eminentia, æ, Fürtrefflichkeit. *Us.* Multa vident pictores in umbris & eminentiis, quæ nos non videmus.

Emineo, es, herfürragen *Syn.* exto, excedo.)(*Occultor. Adv.* foras, leviter. *Us.* Fistula aquam, vel ex aqua eminens. 2. *Appareo, eluceo, eniteo.* E fronte ipsa pudor eminet. Ex ore crudelitas, è voce facti atrocitas eminet. 3. *Præcello:* Demosthenes unus eminet inter omnes in omni genere dicendi. *V. Excello. Præstantia.*

Eminùs, von fern. *Syn.* E longinquo.)(*Cominùs. Us.* Eminùs hastâ, cominùs gladiô uti.

Emissarius, ii, Lauffer / Bott. *Syn.* excursor, vexator, calumniator. *Us.* Hunc præcursorem habere solebat & emissarium, & excursorem omnium deterrimum.

Emissio, onis, Außlassung. *Syn.* Jactus, ictus, conjectio. *Epi.* mortifera, gravior,

gravior. *Us.* Tormentorum emissiones sunt graviores, quò pluribus pulveribus onerantur.

Emitto, is, ere, **auslassen.** *Syn.* dimitto, mitto. *Adv.* Repentè, temerè. *Us.* Emittere, conjicere telum; nullum verbum emisit. Emittere oculos in omnem partem; aculeum, maledictum in aliquem emittere & contorquere. Emissus è carcere, è vinculis. 2. *Edo.* Librum emittere. *V. Dimitto.*

Emissitius, a, um. *Syn.* Quod emittitur. *Usus.* Circumspectatrix emissitiis oculis.

Emo, is, ere, **kauffen.** *R. ab* ὠνέομαι. *Syn.* Coëmo, mercor, paro, comparo, cauponor, nundinor, pecuniam in re aliqua colloco.)(*Vendo.* *Adv.* Æqualiter, apertissimè, benè, cariùs, impunè, libentiùs, malè, meliùs, porrò, publicè. *Usus.* Emere parvô vel magnô. Emi de illo domum dimidiô cariùs, quàm æstimaretur. Eâ emtione emisti benè. *Phras.* Magnô hortum pretiô sum mercatus; difficulter hortum comparavi; non nisi magnô ære addictus est, væniit mihi hortus. Præsentibus nummis hortum redemi. *V. Comparo.*

Emollio, is, ire, **weich machen.** * *Usus.* Hostis Campaniæ amœnitate emollitus.

Emolumentum, i, **Nutz.** *Syn.* Accessio, utilitas, commodum.)(*Detrimentum.* *Epi.* Magnum, parvum. *Usus.* Erit hoc vobis honori, amicis utilitati, Reipublicæ emolumentô. Sine præmio & emolumento quidpiam facere. Afferet ea res magna emolumenta, magnô emolumentô erit. *V. Utilitas. Commodum.*

Emorior, eris, **sterben.** *Syn.* Morior. *Adv.* Libenter, miserabiliter, piè. *Usus.* Pro amico emori possum. *V. Morior.*

Emporium, **Gewerbstatt.** *Syn.* Mercatus, vel locus ejus. *Usus.* Emporium Puteolanum, Massiliense.

Emptio, onis, **Kauff.** *Syn.* Coëmptio. *Epi.* Acerbior, falsa & simulata, præclara. *Usus.* Post hanc emptionem factam pecuniam dissolvit.

Emptor, oris, **Kauffer.** *Epi.* Malus, multi. *Usus.* Venalem urbem dicebat, si emptorem haberet. Bonorum emptores.

Emungo, is, ere, **schneutzen.** *Syn.* Abstergo. *Usus.* Tuus pater cubitô emungere se solebat. 2. *Furari.* Argento aliquem naviter emungere. *V. Furari.*

Emunio, is, * **vest machen.** *Syn.* Munio. *Usus.* Emunitus in modum arcis. *V. Munio.*

En, **siehe da.** Demonstrantis Adverbium, item indignantis. *Usus.* En crimen, en causa; en, cur magister ejus ex oratore arator factus sit.

Enarro, as, **erzehlen.** *Syn.* Explano, narro. *Usus.* Somnium suum enarravit. *V. Narro.*

Enascor, eris, **herauß wachsen.** *Syn.* Nascor. *Usus.* E multis curis una enata est. *V. Nascor.*

Enato, as, **außschwimmen.** *Syn.* Evado, eno, emergo. *Usus.* Ex alieno ære tandem enatavi. *V. Nato.*

Enavigo, as, **entrinnen.** *Syn.* Evado. *Usus.* E Logicis velut scopulosis cotibus tandem enavigavit Oratio. *V. Evado.*

Eneco, as, **tödten.** *Syn.* Interficio. *Usus.* Enectâ fame & siti provincia. Frigore, eluvie, squalore enecti, contusi, debilitati. *V. Interficio.*

Enervo, as, **schwächen.** *Syn.* Debilito, frango, effæmino. *Usus.* Non te enervat, non debilitat senectus. Homo fractus, enervatus, muliebris, afflictus, infirmus, exanguis. *V. Debilito.*

Enim, **dann.** *Syn.* Nam, namque, etenim. *Usus.* Vos enim, &c. *Ponitur subinde à principio orationis.* Enim volo te adesse. Enim mihi morem geri æquum est.

Enimverò, **hingegen.** *Syn.* Verùm etiam, at enim, profectò. *Usus.* Enimverò ferendum non est. Ille enimverò negat.

Eniteo, es, **scheinen.** *Syn.* Clareo, emineo, eluceo.)(*Iaceo, obscurius sum.* *Usus.* In bello ejus virtus enituit. Non idem in omnibus eloquentiæ partibus enitere potest.

Enitesco, is. *Syn.* Splendesco. *Usus.* Vetustate semper magis enitescit.

Enitor, eris, **unterstehen.** *Syn.* Elaboro, connitor, contendo. *Adv.* Vigilantiùs. *Usus.* Tu enitere, labora viribus omnibus, & consiliô in ea re pugna & enitere. Omni operâ & ope effice, contende, ut quàm plurimis prosis. 2. *Evado.* Ad consulatum, honores, magnas opes enitere. *V. Conor.*

Enixè,

Enixè, nach Vermögen. *Syn.* Cupidè, conatu maximô. *Usus.* Meam causam omnes enixè susceperunt.

Eno, as, heraus schwimmen. *Syn.* Enato.

Enodatè, hell und klar.

Enodo, as, auswickeln. *Syn.* Explico. *Usus.* Verba, voluntatem legis enodare.

Ensis, is, Schwerdt. *Syn.* Gladius. *Epi.* Funestus.

Enthymema, atis, Schluß-Rede. *Syn.* Contrarium, contentio, conclusio ex repugnantibus sententiis.

Enubo, is, * aus dem Geschlecht freyen. *Syn.* Nubo. *Usus.* Quòd è Patriciis enupsisset nobilis, reprehenditur.

Enucleatè, klar. *Usus.* Pressè & enucleatè de re aliqua dicere.

Enucleo, as, auslegen. *Syn.* Explico, enarro, aperio. *Usus.* Genus dicendi enucleatum. *V. Explico.*

Enumeratio, onis, Erzehlung. *Epi.* Falsa, iniqua, necessaria, oratoria, reliqua, tota, vitiosa, utilis. *Usus.* Enumeratio res fusas & dispersè dictas in unum cogit.

Enumero, as, zehlen. *Syn.* Persequor, consequor, numero, recenseo. *Adu.* Copiosè, memoriter. *Usus.* Quis tua beneficia enumerare & consequi possit?

Enunciatio, onis, Ausspruch. *Syn.* Effatum, pronunciatum, axioma, enunciatum, pronunciatio. *Epi.* Vera, ac falsa. *Usus.* Explicanda est vis ratioque enunciationum.

Enunciatum, i, Ausspruch. *Syn.* Effatum.

Enuncio, as, auskündigen. *Syn.* Pronuncio, propono, effero, dico. *Adv.* Repentè. *Usus.* Si quærit, quid sentiam, planè enunciabo. Enunciare mysteria religionum. 2. *Patefacio, significo, aperio.* Sociorum consilia sociis enunciavit.

Eo, is, ire, gehen. *Syn.* Vado, iter facio, iter habeo, iter mihi est, aliquò proficiscor, pergo, concedo, iter persequor, iter confero. *Usus.* In exilium ire. Inficias ire; *negare.* Pedibus in sententiam ire. In possessionem ire. Ire in hominem constitui, *invadere.* 2. *Progredior.* Incipit res meliùs ire. Prorsus res ibat. *Phras.* Multa passuum millia ivit miles, paucis horis decurrit, decem horis multa stadia pervolavit; pressô gradu incessit, ambulavit; continuatô agmine perrexère, ad hostium castra tetendère, alacriter progrediebantur, citatô gradu aliò concessère.

Eò, darum. *Syn.* Idcircò. *Usus.* Eò feci, non quòd te egere putârim, sed quòd. Eò pluribus scripsi, ut &c. 2. *Tantò, cum vocibus maximè, magis; etiam magis. Et cum comparativis nominum & adverbiorum plus, minus.* Ille confidebat, & eò magis, quòd &c. 3. *Ad illum terminum.* Si non ad extremum, sed usque eò, quò opus erit. *Phras.* Eò res venit, ut propè desperandum sit. Eò rem produxère, ad id loci ventum est; in eum locum res adducta est; eò progressi sumus; res eò loci est. Id illorum hominum malitiâ effectum est, huc recidère omnia, in eum casum venimus, ea tela texitur, eò devolutum est, eò decursum est, in eo sumus, huc processum, in id loci redacti sumus; adeò res rediit, huc res nostræ evasêre, ut pro desperatis habendæ sint.

Ephebus, i, Jüngling. *Syn.* Puer. *Us.* Postquam ex ephebis excessit. E gregibus epheborum vix singuli pulchri.

Ephemeris, idis, Buch der täglichen Auffzeichnung. *Syn.* Liber, seu commentarius, in quem quotidiana acta referuntur. *Us.* In ephemeridem referre.

Ephippia, orum, Sattel. *Syn.* Stragula, quibus insternuntur equorum ornamenta, præsertim sella. *Usus.* Ephippiati equites.

Epicus, i. *Syn.* Heroicus. *Usus.* Ennius Poëta epicus.

Epigramma, atis, Uberschrifft. *Epi.* Pernobile. *Usus.* Epigramma in aliquem facere.

Epilogus, i, Beschluß-Rede. *Syn.* Peroratio, conclusio. *Epi.* Lenior, miserabilior, sanè disertus. *Usus.* Extat ejus peroratio, quæ epilogus dicitur. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis, quæ à Græcis epilogus nominatur.

Epiphora, æ, ein Fluß in den Augen. *Syn.* Humoris destillatio. *Epi.* Tanta. *Usus.* Tantâ epiphorâ oppressus, ut loqui non posset.

Episcopus, i, Auffseher. *Syn.* Custos, speculator. *Usus.* Pompejus me Campanæ oræ Episcopum voluit.

Episcopus, i, Bischoff. *Phras.* Amplissimus, sanctissimus, integerrimus, vigilantissimus, reli-

religiosissimus Antistes. *Us.* Episcopum, Episcopi partes agere, Episcopale munus sustinere, Episcopatum gerere, administrare, obtinere. Episcopalia munera peragere, exequi, præstare. Coepiscopus, Vicarius Episcopi, initiator. *Vulg. Suffraganeus.*

Epistola, æ, Brieff. *Syn.* Litteræ, codicilli. *Epi.* Antiquissima, valde bella, brevis, brevior, brevissima, disertissima, dulcissima, ἑωλ@, elegantissima, extrema, falsa, grandis, gratissima, gravis, plena rerum, hodierna, inscripta Patri suo, paulo gravior, inanis, innocens, intempestiva, interior, jucundior, levior, liberior, longior, longissima, maxima, minuscula, modestior, objurgatoria, optima, perhumana, pervetus, pervulgata, plena consilii summæque benevolentiæ, plena festinationis & pulveris, plena jucunditatis, plena stomachi & querelarum, plenior, πολιτικὴ, ponderosa; plena omnium non modò actorum, sed etiam opinionum; præclara, propior, proxima, pusilla, recens, recentior, recentissima, suavis & gravis, superior, tantula, verbosior, vetus. *Epistolæ*: crebræ longæque, dignæ; primùm iniquæ, deinde contrariæ, postremò in aliquem contumeliosæ; jucundæ, molestæ, multæ, odiosæ, plenæ omnium probrorum, quotidianæ, selectæ; cùm sparsæ sale humanitatis, tum amoris notis insignes; suavissimæ, subtiles. *Usus.* 1. *Epistolam scribere* plenam festivitatis & leporis; exarare, elucubrare, dictare, texere epistolam benè longam. 2. *Epistolam elicere*; lacessere epistolâ, obtundere. 3. *Epistolam afferre*, reddere. 4. *Epistolam expectare*, requirere. 5. *Epistolam afferre*, reddere. 6. *Epistola venit.* Accepi tandem tuam Epistolam. 7. *Epistolam complicare*, obsignare. 8. Epistolam resignare, solvere, aperire; vinculum epistolæ solvere. 9. *Epistolæ rescribere*, respondere. 10. *Epistolam dilacerare*, conscindere, scindere, comprimere. *V. Scribo.*

Epitaphium, ii, Grabschrifft. *Syn.* Sepulchri inscriptio.

Epitome, es, Außzug. *Syn.* Compendium, capita libri & summam complectens. *Us.* Epitomen Bruti mihi mittas.

Epoto, as, austrincken. *Us.* Venenô epotô concidit.

Epulæ, arum, Gastmahl. *Syn.* cibi præstantes. *Epi.* Conquisitissimæ, funestæ, horribiles, moderatæ, profusæ, pulcherrimæ, quotidianæ, solemnes. *Usu.* Epulis exquisitis mensas extruere. Apud vos nec libidinum, nec epularum, nec aliarum cupiditatum modus. Mens cogitationum epulis saturata. *V. Convivium.*

Epularis, gastmahlig. *Us.* Epularis accubatio amicorum.

Epulatio, onis, Gasterey. *Usus.* Quæ ad mensam, & epulationem attinent.

Epulo, onis, Schlemmer. *Us.* Præfecti epulonum, qui epulas Diis instituendi potestatem habebant. Epulones Jovis maximi.

Epulor, aris, prassen. *Syn.* Convivor, epulas do. *Adv.* modicè, opiparè. *Usus.* Opiparè, hilarem in modum cum sodalibus epulabamur. *V. Epulæ.*

Epulum, i, Gastmahl. *Syn.* Convivium publicum. *Epi.* Funebre, magnificum. *Usus.* Epulum dare populo. Sepulchrum alicujus cantibus & epulis celebrare.

Equa, æ, Stutt. *Syn.* Nobilissima. *Us.* Greges nobilissimarum equarum abacti.

Eques, itis, Ritter. *Syn.* Qui equô meret, vir ordinis equestris. *Epi.* Dignus contumeliâ, honestus, cumprimis honestus; eruditissimus & Græcis litteris, antiquitatisque nostræ, scriptorum veterumque litteratè peritus. Amicissimus, locuples, ornatissimus, spectatus atque honestus, splendidus, splendidus & gratiosus, inprimis splendidus; atque honestus, splendidissimus. Auxiliarii, boni & locupletes, conjunctissimi concordiâ, cupidi alicujus rei, graves; non obscuri, neque ignoti, sed honesti & illustres; non optimi ac veteres, multi, nudi, plurimi, lautissimi & honestissimi, proximi dignitate ordinis Senatorii. *Us.* Equitum turmæ. Equites ordini Senatorio proximi. *Phras.* Vix credas, quantùm in prælio valeat hæc equitum turma; vix credas, in prælio quam firma sit, cujus roboris sit, quorum nervorum sit hæc equitum turma. Hôc equitatu, hac equitum

tum manu, hâc equitum turmâ noli putare quidquam acrius, aut pugnacius esse.

Equester, ris, reuterisch. *Syn.* Quod Equitum est. *Us.* Equestres pedestresque copia. Statua equestris. Cicero equestri loco ortus. Equestris pugna. Equestris splendor.

Equidem, zwar. *Syn.* Ego quidem, ego verò, & quidem, quidem. *Usus.* Equidem doleo, quòd malè habeas. Vestræ equidem cænæ jucundæ sunt.

Equinus, a, um. *Usus.* Secta equina.

Equitatus, ûs, die Reuterey. *Syn.* Equitum manus & turmæ. *Us.* Ita paratus ab equitatu, & peditatu, ut &c.

Equito, as, reiten. *Syn.* Equô vehor, vel avehor; in equo vehor, equô iter facio, in equo sedeo. *Usus.* Equitabat cum suis delectis equitibus.

Equuleus, i, Folter/ Füllen. *Syn.* Equulus. *Usus.* Equuleorum vis effrenata fame debilitatur.

Equulus, Rößlein. *Syn.* Junior equus, equuleus. *Epi.* Nobilis, argenteus.

Equus, i, Pferd. *Epi.* Æneus, alacer, ferocitate exultans, fortis, victor, inanis, intractatus & novus, melior, nobilis, pretiosus, publicus. *Usus.* 1. *In Equum ascendere,* insilire; equô proficisci, flumen transmittere; Equô expeditus provolat. Ex equô pugnare; admittere equum, & incitare. Concitare calcaribus equum, & in medios hostes ferri, citatis equis ferri. Equô vectari, vehi. 2. *Ex æquo descendere* desilire. Ex equo decidere, cadere. Equô dejectus. In Equum sublatus, vix in eo hærebat senex. Detraxit frænos equis, atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos vis nullâ posset.

Eradico, as, * außreuten. *Syn.* Evello.

Erado, is, ere, * außkratzen. *Usus.* Ex animo cupidinem eradere.

Erectus, a, um, auffrecht. *Syn.* Stans, celsus. *Usus.* Is vagatur lætus & erectus totò forò. Alacri animô & erectô. Erectior hâc oratione Senatus.

Ereptio, onis, Raubung *Syn.* Ablatio.

Ereptor, is, Rauber. *Syn.* Direptor. *Epi.* acerrimus bonorum. *Usus.* Iste bonorum possessor, ereptor, expulsor. Civitatis, libertatis ereptor.

Erga, gegen. *Syn.* Adversùm, adversùs. *Usus.* Tua Voluntas erga me, meaque erga te par & mutua. Habere benevolentiam erga aliquem. Summa Pompeji merita erga me, meam salutem; tuum erga meam dignitatem studium.

Ergastulum, i, Gefängnis. *Syn.* Mancipiorum carcer. *Usus.* Compingere aliquem in ergastulum. Ergastula solvere, *captivos liberare.*

Ergo, darum. *Syn.* Igitur, causâ. *Syn.* Ergo nemo non miser est. Virtutis ergò præmiô donatus. Funeris ergo ne plangant mulieres.

Erigo, is, ere, auffrichten. *Syn.* Tollo, extollo, excito.)(*Inclino, abjicio.* *Adv.* Altè, paululùm se. *Us.* Natura cum cæteras animantes abjecit ad pastum, solum hominem erexit, & ad cæli conspectum excitavit. 2. *Excito, confirmo, consolor, invito.* Erigere animum demissum & depressum, & respirare è metu. Erigere, & recreare afflictum. Ad audiendum aures erigere, & animum attendere. Quem fortuna erexit ad gloriam, virtus extulit ad laudem. Erigere rectum, constituere, levare, attollere.

Eripio, ere, aus den Händen reissen. *Syn.* Aufero, adimo, extorqueo.)(*Do, confero.* *Adv.* Ad extremum è manibus, crudeliter, impunè, planè, planè alacritatem animi, privatim, publicè, indignissimè civitati, nominatim, penitùs, subitò, undique. *Usus.* Eripere sibi tempus aliquod ex summis occupationibus. Facultatem simul ac voluntatem rei gerendæ mihi eripuit. Lucem alicui, vitam, conspectum rei optatissimæ eripere. 2. *Libero.* Aliquem è miseriis, alicui timorem eripere. E morte tuus te pudor eripuit. *Phras.* Vide, ne tantum tibi bonum eripiatur, è manibus extorqueatur, ne è manibus elabatur, ne tantum bonum tibi excutiatur, compiletur, expiletur; ne tantô bonô fraudêris, ne alius id bonum occupet, & præripiat. *V. Libero. Privo.*

Erodo, ere, zernagen. *Syn.* Arrodo, derodo.

Erogatio, onis, Außtheilung. *Syn.* Distributio. *Us.* Erogatio pecuniæ.

Erogo,

Erogo, as, austheilen. *Syn.* Distribuo. *Adv.* Privatim, publicè. *Usus.* Erogâsti pecunias ex ærario. Pecunia in classem erogata. *V. Largior.*

Errabundus, a, um, umschweiffend. * *Syn.* Vagabundus. *Us.* Errabundi domos suas pervagabantur.

Erraticus, a, um, irrig. *Usus.* Vitis erratico & multiplici lapsu serpens.

Erratio, onis, Irrung. *Syn.* Error. *Us.* In cœlo nec fortuna, nec erratio, nec vanitas ineſt.

Erratum, i, Fehler. *Syn.* Mendum, Error. *Epi.* Commune, fabrile, intolerabile, minimum. *Usus.* Agnoscere erratum, errato veniam petere. Defendas velim tolerabile erratum. Non hoc meum erratum est, sed tuum. *V. Error.*

Erro, as, fehlen/ irren. *Syn.* Labor, pecco, offendo, prolabor, per errorem labor, errore ducor, in errore versor, error mihi objectus est, consiliô labor, errore captus sum, in errorem rapior, in culpa sum. *Adv.* Diutiùs, latiùs, licenter, longè, multùm, pariter, propemodum, valde, vehementer. *Usus.* Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Errare malo cum Platone, quàm cum his sapere. *Thras.* Errare, cujusvis hominis est; imprudentiâ labi, titubare subinde & hallucinari, vulgi opinione in errorem rapi omnium est. Nemo, qui non offendat sæpiùs, & aliquò incurrat; qui nihil peccati admittat, qui semper consistat, qui subinde ab officii religione non declinet, qui nihil peccet; cujus nullum sit delictum, lapsio, titubatio; cui nullus usquam error objiciatur, offundatur; qui de via, de recto non deerret; quem nullus error implicet. *V. Labi. Pecco.*

Error, oris, Fehler. *Syn.* Peccatum, erratum, erratio, lapsio, prolapsio, fraus, falsa opinio, culpa, flagitium. *Epi.* Communis, diuturnus, humanus, longus, magnus, maximus, mediocris, obscurus, perniciosus, similis, summus, tantus, turpis, magni, maximi, multi, privati, turbulenti, varii. *Usus. In errorem inducere.* Alicui errorem objicere, gignere, creare. 2. *Errore capi.* Facilè opinione falsâ ducimur, imbuimur, afficimur. Errorem cum lacte fugimus; quis non in aliquo errore versatur? errore inflatur? quem non error tenet? & veri ignoratio? 3. Errorem *adimere*, eripere, depellere, tollere, extorquere alicui. Sanô consiliô aliquem avertere, deducere ab errore. Errore alterum exsolvere, levare; corrigere errorem. 4. *Errorem deponere,* errore carere. *V. Peccatum, Flagitium.*

Erubesco, is, ere, sich schämen. *Syn.* Rubeo, pudet. *Usus.* Non erubuit ille ora Vestra. Pudici etiam de pudicitia loqui erubescunt. Digna res est, in qua omnes erubescant. *V. Verecundus.*

Eructo, as, gröpsen. *Syn.* Ructo, jacto, crepo, erumpo. *Adv.* Turpissimè. *Usus.* In Convivio eructant cædem bonorum.

Erudio, is, ire, unterweisen. *Syn.* Doceo, instituo, expolio, imbuo, instruo, ad humanitatem informo. *Adv.* Egregiè. *Usus.* Erudire juventutem laboribus, aliquem in jure civili. Instituere filios ad Deorum cultum, ad majorum instituta. *V. Doceo.*

Eruditio, onis, Geschicklichkeit. *Syn.* Doctrina, institutio. *Epi.* Digna, liberalis, perfecta, præclara, summa. *Usus.* Vir præstans ingeniô, præclarâ eruditione, doctrinâ perfectâ.

Eruditè, gelehrt. *Usus.* Eruditiùs disputare.

Eruditus, a, um, gelehrt. *Syn.* Doctus, perpolitus, Philologus. *Adv.* Leviter, liberaliter, maximè, perfectè, planè. *Usus.* Eruditus, qui omnibus bonis artibus politus est, Doctrinâ & optimarum artium studiis eruditus; Socraticis disciplinis & institutionibus eruditus. Homo de scholâ, & à Magistro & Græcis litteris eruditus; animus eruditus, qui semper aliquid ex se promat, quod delectat. Græci diutina servitute ad nimiam assentationem eruditi; eruditus in Philosophia. *V. Doctus. Peritus.*

Erumpo, is, ere, außbrechen. *Syn.* Exeo, evado, effervesco, exardeo, eruptionem facio. *Adv.* Aliquando, undique, fortiter. *Usus.* Erupit tandem è latebris suis conceptus dudum furor. Vis improborum diu collecta & inveterata

rata compressô odiô erumpebat in actum, in fortunas civium. Ventus, risus erupit, vitia erumpunt. *Phras.* Erumpet aliquando hoc malum ad perniciem civitatis, si impunitum fuerit. Consilia illa hactenus compressa & constricta subitò se profundent & ejicient. Emerget, ebulliet, prorumpet latens malum; vincla claustraque omnia perfringet tecta hactenus & dissimulata perfidia. Fiet quædam velut vitiorum eruptio subita. Effundet se ad urbis perniciem ejus hominis dissimulatio. *V. Impetus.*

Eruo, is, ere, heraus reissen. *Syn.* Eligo, eripio, extraho, protraho. *Usus.* Aliquid indagare, invenire; è tenebris, ex abdito eruere; eruere obruta. Hoc nunquam mihi erues, *me à sententia hac non dimovebis.* *V. Extraho.*

Eruptio, onis, Außbruch/ Außfall. *Epi.* Præclara, salutaris. *Usus.* Fecêre obsessi acrem eruptionem. Fortius obsidentes eruptionem sustinuêre, repulêre, repressêre.

Esca, æ, Speise. *Syn.* Cibus. *Epi.* Contemptissima, temperata. *Usus.* Voluptas esca malorum, quâ capiuntur ùt hamo pisces. Tenuissimô victu, contemptissimis escis, & potionibus vivere. Escam cuidam objicere, spargere.

Esculenta, orum, Eßwaaren. *Syn.* Escæ, cibus. *Usus.* Ea pars oris, quâ esculentis & poculentis natura iter patefecit.

Esculentus, a, um, eßbar. *Syn.* Escas redolens. *Us.* Eligere quæ sunt esculenta. Frusta esculenta.

Essedum, i, Wagen. *Syn.* Genus vehiculi. *Usus.* Vehebatur essedo tribunus.

Essedarius, ii, Kutscher. *Syn.* Auriga essedi.

Esto, es kan seyn. *Syn.* Vox concedentis. *Us.* Esto hoc imperitè, esto, conceditur hæc quoque acerbitas.

Esuries, ei, Hunger. *Syn.* Fames. *Usus.* Miserabar ejus esuriei. *V. Fames.*

Esurio, is, ire, hungerig seyn. *Syn.* Famesco. *Usus.* Nostri Milites esurire, & algere consueverunt. *V. Fames.*

Et, und. *Syn.* Què, etiam, jam verò etiam, item, itemque. *Usus.* Ille tamen & alacer venit. Agrum ei dedisti, & immunem.

Etenim, dann. *Syn.* Nam, enim, sed enim, nunc, quippe. *Usus.* Etenim rem totam breviter recognoscite. Etenim Quirites.

Etesiæ, arum, Lüfftlein in Hunds-Tägen. *Syn.* Venti stati, qui quot annis post caniculæ exortum flant diebus 40. *Us.* Venti Etesiæ tempestivi, & salutares hominibus juxtà & pecudibus, quorum flatu nimii temperantur calores, & maritimi cursus celeres, & certi diriguntur.

Ethnicus, ein Heyd. *Phras.* Qui nullam Christianæ religionis disciplinam acceperunt; quos DEUS verâ sui cognitione non afflavit; quorum animi densissimis errorum tenebris involuti, eà, quæ nobis divinitus affulsit, veritatis luce carent, caruerunt, tenebris densissimis oppressi.

Etiam, auch. *Syn.* Et, item, vel. *Usus.* Nobis etiam illa cognitio. Nihil hoc proderit, etiam nocebit gravissimè. Voce, motu, formâ etiam magnificâ.

Etiamnunc, noch. *Syn.* Nunc etiam, etiamnum, adhuc, etiam tum, etiam cùm. *Usus.* Sed tota res etiamnum fluctuat.

Etiamsi, obwohl. *Syn.* Etiam ut, quamvis, licet, quantumvis, tametsi, ut, utut, etsi. *Us.* Etiamsi periculum foret nullum, etiam ut periculi nihil sit; ut res sit minime periculosa, tamen.

Etiam atque etiam. *Syn.* Magnopere, magìs ac magìs, magìs magisque, majorem in modum.

Etsi, obwohlen. *Syn.* Etiamsi, tametsi. *Usus.* Etiamsi non dubitabam, quin.

Etymologia, Ursprung eines Worts. *Syn.* Notatio, Etymon vocabuli. *Usus.* Verborum interpretationem & etymologiam inquirere.

Etymon, i. *Syn.* Etymologia, quod vid.

Evado, is, ere, entgehen. *Syn.* Effugio. *Usus.* Summus vir, Orator inclytus, ex humili evasit. Indies asperior, durior evadit. 2. *Evenio, cado.* Videbo, quò hæc evasura sint, quorsum hæc evadant. Aliquando id, quod somniamus, evadit. Aliquid, sicut prædictum fuerat, evasit. 3. *Erumpo, exeo, aufugio,*

gio, evolo. Ægrotus evasit ex morbo, navis è periculo, exercitus ex insidiis. Cùm animus hic è corpore evaserit. *Phras.* Qui tandem ex hoc labyrintho evadam? Quâ tandem ratione è discrimine emergam; ex ista flamma, e periculo evolabo, hôc labyrinthô elabar; ex hoc judicio me eripiam; quæ ex hoc periculo me salus servabit? quâ vi, quâ ope ex his laqueis me exuam, his vinculis me explicabo, has insidias hæc tela effugiam; ex his angustiis enatabo, ex scopulis his enavigabo? nullum exitum reperio, adeò res tota vacillat & claudicat. Ex hâc nassâ non exibo, nisi occultè surripiam me. Diverticulum nullum reperio. Non modò non effugiam, sed nè moram quidem mali assequar. Ni aquila sum, non elabar.

Evagor, aris, außschweiffen. *Adv.* Longiùs. *Usus.* Appetitus longius evagantur, & velut exultantes, nisi ratione retineantur, finem & modum transeunt.

Evanesco, is, vergehen. *Syn.* Vanesco, ad nihilum recido, è conspectu omnium me aufero, exaresco, obsolesco, in nihilum occido. *Usus.* Spes nostra extenuatur, & evanuit; Jam propè evanuerat Hortensius, *non eâdem famâ florebat.* Omnis gloria ejus, & memoria evanuit. *Phras.* Evanuit vigor tuus pristinus, consenuit tuus ille ardor; vix, aut ne vix quidem de tua vetere laude aliquid apparet; diuturnitate, vetustate vigor ille tuus contabuit, obscuratus est, exolevit; abiit vis illa corporis, dilapsus est animi vigor, ut jam vix eundem agnoscamus.

Evangelia, orum, Botten-Brod. *Syn.* Præmia, quæ dabantur ob jucundum nuncium. *Usus.* Epistolis tuis Evangelia, quæ reddam, nescio.

Evasto, as, * *Syn.* Vasto. Quod vide.

Eucharistia, æ, das heilige Sacrament des Altars. *Phras.* Divinæ mensæ accumbere. *Epi.* Epulas divinas inire; ad sacram synaxin, mensam accedere; panem cælestem, cæleste epulum accipere; cælesti pane, pabulo refici; sacrosanctô Christi corpore pasci, cælesti excipi conviviô. Elutis animi sordibus divinum convivium celebrare; percipere sacrosancta mysteria; à cælesti convivatore cælestibus atque immortalibus epulis ad aram honorificentissimè accipi: sacrô muniri viaticô.

Eveho, is, ere, erheben. *Syn.* Tollo, effero. *Usus.* Signa plaustris evecta & asportata.

Evello, is, ere, außrauffen. *Syn.* Extirpo, convello.)(*Infigo.* *Adv.* Difficiliùs, penitùs, radicitùs, timidè. *Us.* Novas opiniones evellere. Hunc mihi ex animo scrupulum, has spinas è memoria non evelles. Omnia mala è republica funditus evellit. *V. Adimo. Libero.*

Evenio, is, wiederfahren. *Syn.* Evado, obvenio, cado, fio, obtingo, conficior, accidit, usuvenit, procedit, exitum habeo, intercedo. *Adv.* Benè, casû, contrà, facilè, faustè, feliciter, malè, nec opinatò, opinatò, optimè, perrarò, profluenter, prosperè, rarò ac insolenter, temerè, vulgò. *Usus.* Nihil nobis adversi evenit. Multa improbis incommoda eveniunt. Evenit, ut dum Romæ essem. *Phras.* Verebar, ne res ita eveniat, ita cadat, eò evadat, ita contingat; ne ea, quæ prædixi, consequantur; ne ex illo consilio hæc emanent; ne hic casus ad nos recidat, ne res ad seditionem erumpat. Ea res mihi *bene ac feliciter* evenit; faustè, bellè, prosperè cecidit; ex sententiâ sua cessit, prosperè processit, habuit exitum optabilem. Lepidè sub manus successit negotium. Id Consilium *malè* cessit, secùs cecidit ac ominabamur; bona initia non similes exitus habuêre; recta consilia non semper bene eveniunt. Haud quaquam prosperè, cùm ad effectum operis ventum est, cæptis successit. Secùs omnia procedunt, nec, quod intenderamus, effecimus. Haud quaquam ad Consilium eventus respondit. *V. Accidit. Fortuna. Successus.*

Eventum, i, Außgang. *Syn.* Eventus, exitus, casus, res, fortuna. *Epi.* Commune, dubium. *Usus.* Eventa magis, quàm causas quæri oportet. Causæ eventorum magìs movent, quàm eventa ipsa. Plerique consilia eventis ponderant. Conscribe historiam eventorum nostrorum.

Eventus, ûs, *idem.* *Syn.* Eventum, exitus, casus. *Epi.* Dubius, fatalis, humanus, incertus, adversus, secundus, prosper, varius. *Us.* Eventus est alicujus

alicujus exitus negotii. Consilia primùm, deinde acta, deinde eventus. In omnem eventum animo forti & paratum esse. Rem in casum ancipitis eventûs committere. *V. Successus.*

Everriculum, i, Zuggarn der Fischer. *Syn.* Retis piscatorii genus, ab everrendo dictum. *Usus.* Everriculum malitiarum omnium.

Everro, is, ere, *außkehren. *Us.* Omnes domos everrit.

Eversio, onis, Zerstörung. *Syn.* Ruina, casus, pernicies. *Usus.* Rerum publicarum eversiones; omnis vitæ eversio.

Eversor, oris, Zerstörer. *Usus.* Eversor civitatis, Regnorum.

Everto, is, umkehren. *Syn.* Deturbo, destruo, eversionem infero.)(*Statuo, constituo, confirmo.* *Adv.* Funditùs, penitùs, planè, sigillatim bonis. *Us.* Sua confirmare, adversarii evertere: vi me decrevit & impressione evertere; aliquem fortunis omnibus evertere. Virtutis lumen extinxit, virtutum penitùs evertit. *V. Destruo. Vasto.*

Evestigiò, von Stund an. *Syn.* Repentè. *Usus.* Evestigiò eò sum profectus.

Euge, * wolan. *Syn.* Interjectio laudantis, vel exultantis, vel gratulantis.

Evinco, is, ere, überwinden. *Syn.* Vinco, pervinco, multâ importunitate impetro. *Us.* Verres tot testibus evictus. *V. Convinco.*

Evidens, tis, scheinbar. *Syn.* Clarus, certus, perspicuus.)(*Obscurus, occultus, dubius.* *Usus.* Evidens est, de quo inter omnes convenitur. Narratio evidens. Res evidentes & perspicuæ. Argumentis agam evidentibus, & signis omni luce clarioribus, quasi hoc evidens esset & perspicuum, constetque inter omnes esse DEOS.

Evidenter, * klärlich. *Us.* Harum rerum tam evidenter pænituit.

Evidentia, æ, Gewißheit. *Syn.* Perspicuitas. *Usus.* Græci energiam, nos evidentiam appellamus. Nulla oratio illustrior ipsâ evidentiâ.

Evigilo, as, erwachen. *Syn.* Vigilo, incumbo, elaboro.)(*Indormio.* *Us.* In tuo negotio curæ meæ omnes & cogitationes summô studiô evigilant. *Phras.* Hoc manè maturiùs experrectus sum, hoc manè temporiùs ex somno excitatus sum; somnô solutus sum, evigilavi, me somnus reliquit. *V. Vigilo. Dormio.*

Evincio, is, ire. * umbinden. *Syn.* Vincio. *Us.* Coronâ tempora evincire.

Eviscero, as, ausweiden. *Syn.* Viscera eximo, confodio, discerpo. *Us.* Ut tu unquam saxis fixus asperis evisceratus latere penderes.

Evitatio, onis, Vermeidung. *Syn.* Declinatio. *Usus.* Evitatio incommodorum.

Evito, as, vermeiden. *Syn.* Vito, effugio.)(*Expeto.* *Usus.* Dolores omnes evitari non possunt. 2. Evito vitam. *Vitam aufero. V. Vito.*

Eumenides, um. *Syn.* Furiæ. *Usus.* Speculatrices & vindices facinorum, & sceleris Eumenides.

Eunuchus, i. *Syn.* Exsectus, castratus.

Evocatio, onis, das Hinaußruffen. *Usus.* Evocationes hominum.

Evocator, oris, Außruffer. *Usus.* Evocator servorum, & civium perditorum.

Evocatus, a, um, außgeruffen. *Syn.* Miles auxiliarius & externus, ex diversis locis coactus. *Us.* Evocatorum firma manus. 2. *Accersitus.* E patria evocatus, non expulsus.

Evoco, as, hinausruffen. *Syn.* Elicio, exsuscito, excito, invito. *Adv.* Magnoperè. *Usus.* Misericordiam oratione evocare. Mercede probitas evocatur. Nulla turpitudo, nullum damnum est, quod non eliciatur & evocetur voluptate. *V. Voco.*

Evolo, as, entrinnen. *Syn.* Avolo, aufugio. *Adv.* Altiùs, impunè. *Us.* E vinculis corporis tanquam ex carcere evolare. Evolavit jam è conspectu nostro; evolavit è Judicum severitate, ex illa judicii flamma. Tantus cursus verborum fuit, & adeò evolavit oratio. 2. *Ascendo.* Consultum non est, ut ille altiùs evolet. 3. *Vito, effugio.* Pænam vix evolabit.

Evolvo, is, ere, außwickelen. *Syn.* Explico, expono.)(*Complico.* *Adv.* Accura-

curatius. *Usus.* Hujus rei nec principium invenire, nec exitum evolvere possum. Involutam animi sui notionem evolvere. 2. *Expendo animô.* Evolvere naturam omnium rerum. *V. Explico.*

Evolutio, onis, Außwickelung. *Syn.* Lectio. *Us.* Poëtarum, librorum evolutio.

Evomo, is, ere, sich erbrechen. *Syn.* Forâs projicio. *Adv.* Veriùs. *Usus.* Odium virus acerbitatis suæ in me evomuit. Evomet hanc pestem Patria. Quas devorârat pecunias, luxu evomet.

Euripus, i, Wassergänge. *Syn.* Ductus aquarum. *Us.* Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas ac tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quot iste &c.

Evulgo, as, * offenbar machen. *Us.* Civile jus evulgavit. *V. Vulgo.*

Evulsio, onis, Außreissung. *Usus.* Æsculapius primus dentis evulsionem invenit.

Ex, aus. *Syn.* 1. Causæ efficientis, & occasionis. Ex quo, à quo, qua ex re, quo circà, unde. *Us.* Peperit è Pamphilo. Gaudium tibi ex me præstabo. Nunquam ex me doluisti. Ex te duplex me sollicitudo afficit. Ex lege, ex decreto, è formula, è testamento. 2. *Materiam designat.* Vas vinarium è gemma; prægrandi simulacrum ex ære. Poculum ex auro. 3. *Partijungitur.* Laborat è renibus, ex oculis, capite. 4. *Ad numerum seu multitudinem refertur.* Ex intimis unus. Unus ex plebe, ex hominibus in DEOS relatis. Homo ex disertis. 5. *Ab.* Ex illo scivi; ex te totum negotium pendet. 6. *Post.* Diem ex die expectare. Ex intervallo regustare litteras. Ex quâ ætate, qui exerceri solent, laudantur. 7. *Propter.* Ex Cnei litteris te in amicitiam recipio. Ex doctrina clarus. 8. *Iuxta, secundùm.* Hic status maximè est è natura. Vita è Philosophiæ præceptis acta. E sua natura alios fingere. Ex Patrum authoritate hoc egi. E communi hominum opinione id dixit. 9. *Modum significat.* Ex insidiis, ex improviso, ex insperato hoc mihi gaudium oblatum est. Ex occulto. 10. Ex animo, ex animi sententia. 11. Ex tempore capere consilium, effutire aliquid.

Exacerbo, as, verbitteren. *Syn.* Irrito, ad iracundiam provoco. *Us.* Exacerbata superbia.

Exactio, onis, Anforderung. *Syn.* Pensio, tributum, vectigal, stipendium. *Epi.* Acerbissima, extrema, perfecta, superior, publica. *Usus.* Acerbissima exactio capitum, & ostiorum. Kopff-Geld. Exactio pecuniarum, nominum. 2. *Expulsio.* *V. Vectigal.*

Exacuo, is, ere, außwetzen. *Syn.* Acuo, Cohortor.)(*Deterreo.* *Usus.* Mucronem exacuere in jugulum reipublicæ. 2. *Incito.* Industriam alicujus & mentem hortatibus, stimulis exacuere.

Exadversùs, gerad herüber. *Syn.* E regione, ex adverso.

Exædificatio, onis, außgemachter Bau. *Syn.* Constructio, compositio.

Exædifico, as, außbauen. *Syn.* Ædifico. *Usus.* Opus institutum exædifica. Templum, navim exædificare, atque efficere.

Exæquatio, onis, * Vergleichung. *Us.* Hanc exæquationem dignitatis non ferebat ille.

Exæquo, as, schlichten. *Syn.* Æquo; æqualem vel parem reddo, facio. *Us.* Amici superiores se cum inferioribus exæquare debent. Pecunia omnem dignitatem exæquat. Pauci pluribus exæquari non possunt.

Exæstuo, as, ungestüm seyn. *Usus.* Mare exæstuat.

Exaggeratio, onis, Auffhäuffung. *Syn.* Elatio. *Epi.* Altissima, maxima animi. *Usus.* Animi quàm altissimi exaggeratio.

Exaggeratus, a, um, auffgehäufft. *Syn.* Erectus, cumulatus, amplus.)(*Abjectus, humilis.* *Usus.* Animus excelsus, auctus virtutibus, exaggeratus. Exaggerata oratio. *V. Amplus. Altus.*

Exaggero, as, groß machen. *Syn.* Amplifico, augeo, verbis aliquid extollo, magnum facio.)(*Extenuo.* *Usus.* Beneficium tuum complector, exorno, exaggero. Rem familiarem omni ratione

ratione exaggerare, augere, amplificare. Exaggerare Orationem. *V. Amplifico.*

Exagitator, is, hin-und her-Treiber. *Syn.* Vexator. *Usus.* Plato exagitator omnium Rhetorum.

Exagito, as, vexieren. *Syn.* Vexo, divexo, insector, exerceo, jacto. *Adv.* Scitè, palam. *Usus.* Exagitare aliquem. Exulceratus primùm plebis sermonibus, dein palam a Consulibus exagitatur. 2. *Tracto, commemoro, disceptando excutio.* Ea causa, ea dissensio diu fuit exagitata. Fraudes alicujus & fallacias exagitare; suum errorem exagitare, commovendo augere. *V. Vexo.*

Exalbesco, ere, erbleichen. *Syn.* Expallesco, extimesco. *Usus.* Tremere metu, & exalbescere. Objectâ re horribili. Exalbesco in principio dicendi.

Examen, inis, Erforschung/ Bienschwarm. *Syn.* Apum congregatio. *Epi.* Congregabilia. *Usus.* Examen apum in cœnam venit.

Examen conscientiæ, Erforschung des Gewissens. *Phras:* Excutere conscientiam, in semetipsum diligenter inquirere; mente, omni aliâ cogitatione solutâ, recognoscere delicta sua; recolere sua piacula non sine acri doloris morsu; discutere cogitationes, sermones & actiones suas; sua dicta, factaque diligentissimè recognoscere; seipsum excutere, explorare quotidie latebras conscientiæ; & diurna facta ad Christianæ religionis rationem exquirere; quotidianâ perscrutatione intimos animorum recessus inspicere; totum diem secum scrutari, factaque & dicta omnia noctu remetiri.

Examino, as, erwegen. *Syn.* Perpendo, expendo, pondero, excutio, exquiro, in manibus jacto. *Usus.* Diligenter verborum omnium pondera, rem suis ponderibus examinare. Res populari quâdam trutinâ examinare, non artificis staterâ. *Phras.* Examinanda est diligenter hominis doctrina; momentis suis ponderanda, cognoscenda accuratè, cum legibus conferenda, perpendenda sunt hominis dogmata. Revocanda est ad veritatem ratio, lentè & fastidiosè probandus is liber est. Ad ejus rei disquisitionem interest, esse quàm attentos. Omnia ad leges dirigenda, ad solidæ disciplinæ præcepta sunt æstimanda.

Examussim, * schnur-richtig. *Syn.* examinatè ad regulam, rectè, & castigatè. *Usus.* Hic examussim rem enarrat.

Exanimus, a, um, *&* is, e. *Usus.* Uno ictu exanimem equô præcipitat.

Exanguis, e, *Syn.* Pallidus, decolor. *Usus.* Aridum & exangue genus dicendi. Aliquis supremô spiritu exanguis. enervatus, confectus.

Exanimatio, onis, Forcht. *Epi.* fracta. *Usus.* Exanimatio est metus subsequens & quasi comes palloris. In perturbationes & exanimationes incidere.

Exanimatus, a, um, erschrocken. *Syn.* Consternatus, metu conturbatus. *Usus.* Exanimatus sum tuis litteris; exanimatus metu, abjectus, perterritus, mutus, vix vivus relinquebar.

Exanimo, as, erschrecken. *Syn.* perturbo, perterrefacio. *Us.* Me quidem exanimant & interimunt hæ voces. Tulliæ meæ morbus metu me exanimat. *V. Terreo.*

Exantlo, as, starck arbeiten. *Syn.* Excipio, haurio, perfungor. *Us.* Omnes labores exantlare.

Exardesco, is, ere, entrinnen. *Syn.* Inflammor. *Adv.* Acriùs, subitò, graviter. *Usus.* Materia facilis ad exardescendum. 2. *Ad animi affectus, transl.* Amore, libidine, iracundiâ, libertatis desideriô, cupiditate exardescere. Mira in eum populi benevolentia exarsit. Ingenia multorum contra Stoicos exarsêre.

Exaresco, is, ausdorren. *Syn.* Exsiccor, exhaurior.)(*Reviresco.* *Usus.* Exaruêre omnes. 2. *Transl. Consumor, deficio.* Exaruit in me penitùs illa dicendi facultas; vetus illa mea urbanitas planè exaruit, & vereor, ut revirescat.

Exaro, as, ausspflügen. *Syn.* aro. *Adv.* omnino. *Usus.* Plus frumenti colligunt, quàm exarârunt. 2. *Conscribo.* Hoc epistolium in senatu exaravi.

Exaſpero, as, rauch machen. * *Syn.* Aſperiorem facio. *Uſus.* Animô exaſperatus. Comprimere, ac ſedare animos exaſperatos.
Exſatio, as, * *Syn.* Satio. *Uſ.* Ne morte quidem Scipionis exſatiantur.
Exaturo, as. *Syn.* Saturo. *V. Satio.*
Exauthoro, as, * abdancken. *Uſus.* Milites omnes exautoravit. *V. Dimitto.*
Exaudio, is, erhören. *Syn.* Audio. *Uſ.* Dicam voce clariſſimâ, ut omnes exaudiant. Progreſſus aliquantulum, ſubitò exaudit hinnitum. *Phraſ. DEUS preces noſtras exaudiat. Vulg.* DEUS nè averſetur, nè reſpuat, ne contemnat, nè deſpiciat, admittat, æquis auribus accipiat, ſuſcipiat, percipiat; nè averſis auribus audiat preces noſtras; DEUS noſtris precibus flectatur, moveatur. Aures nè claudat DEUS. Pateant aures DEI obſecrationibus noſtris. DEUS noſtris precibus aures det, præbeat, præſtet.
Excæco, as, verblenden. *Syn.* Senſu videndi orbo. *Uſus.* Num ergo excæcet nos, & ſenſibus orbet? *V. Cæcus.*
Excandeſcentia, æ, hitziger Zorn. *Syn.* Ira naſcens, & modò exiſtens.
Excandeſco, is, ere, zornig werden. *Syn.* Exardeſco. *Uſus.* Excanduit, & me inimicitiarum cauſam quærere clamitavit. *V. Impetus. Erumpo.*
Excarnifico, as. *Syn.* Diſcrucio. *Uſus.* Democritus à Cyprio tyranno dirè excarnificatus. *V. Torqueo.*
Excavo, as, außhöhlen. *Uſ.* Trulla excavata cum manubrio aureo.
Excedo, is, ere, außtretten. *Syn.* Emineo, præſto. *Adv.* Celeriùs. *Uſus.* Partium nulla extrà excedit. Ejus virtus modum virtutibus humanæ excedit. 2. *Abeo, exuo.* Cùm animus è corpore exceſſit; Cùm primùm ex pueris, ex ephebis exceſſit. Qui è vitâ exceſsêre. Id mihi nondum è memoria, nondum cura è pectore exceſſit. *V. Exeo.*
Excellens, tis, vortrefflich. *Syn.* Præſtans, præſtabilis, præcellens, antecellens, eximius, egregius, excellenti animô & virtute.)(*Vulgaris. Uſus.* Vir excellens omni genere laudis. Excellenti animô ac virtute vir. Pulchritudine excellens muliebris formæ; in arte illa excellens. *V. Egregius. Præclarus.*
Excellenter, vortrefflich. *Syn.* Magnificè, exceſſivè. *Syn.* Quæ magnô animô & fortiter, & excellenter facta ſunt. *V. Egregiè.*
Excellentia, æ, Vortrefflichkeit. *Syn.* Præſtantia. *Epi.* Magna. *Uſus.* Animi excellentia, & magnitudo. Perſonam nobis natura impoſuit magna cum excellentia, & præſtantiâ reliquorum animalium. *V. Præſtantia. Virtus.*
Excello, is, ere, übertreffen. *Syn.* Præſto, antecello, emineo, eniteo; princeps ſum, anteſto.)(*Inferior ſum. Adv.* Jamdiù, longè, maximè, mirabiliter, quàm maximè. *Uſ.* In arte pictoria Zeuxis omnibus excellit. Excellere ingeniô, & doctrinâ, in aliquo genere virtutis. *Phraſ.* Longè excellit inter æquales, ingeniô præſtat; multùm ad honorem antecellit, omnibus antecellit, ingenio exuperat. Animi viribus anteſtat, eminet inter omnes, ingenio primus habetur; Nobilis inter æquales fertur, clariusque exſplendeſcit, quàm generoſi condiſcipuli æquô animô ferre poſſunt. Quem longè ingenioſiſſimum ætas noſtra tulit; qui induſtriâ priorem neminem patiatur, pleroſque anteveniat. Haud dubie ingenii palmam poſſidet.
Excelsè, hoch. *Syn.* Magnificè. *Uſus.* Excelſius dicere.
Excelſitas, Hoheit. *Syn.* Celſitas, altitudo. *Uſus.* Excelſitas animi, & magnitudo.
Excelſus, a, um, hoch. *Syn.* Altus, ſublimis.)(*Humilis. Uſus.* Excelſi colles. Vir magnus, & excelſus, & humana deſpiciens. Animi excelſi invictum robur. Excelſo & illuſtri locô ſita eſt laus tua. *V. Altus.*
Exceptio, onis, Außnehmung. *Syn.* Adjunctio. *Epi.* Abſurda, quæſtuoſa, vetus atque uſitata, prætoria, tacita. *Uſus.* Eſt inter nos rerum ſine exceptione communitas; quid attinet hominibus luxurioſis exceptionem, privilegium, dare? Non patior te cum exceptione laudari. Præcisè, & ſine exceptione, id mihi quod petebam, negavit. Quædam tacitis exceptionibus caventur.

Excepto, as, herauß nehmen. *Syn.* Excipio, extraho.

Excerpo, is, ere, außziehen. *Syn.* Decerno, deligo. *Us.* Non solùm ex malis minima eligenda, sed ex his excerpendum est, si quid boni inest. *V. Colligo.*

Excessus, ûs, Abschied. *Syn.* Abitus. *Usus.* Romulus post excessum suum, mortem.

Excetra, æ, Brandtschlang. *Syn.* Hydra. *Usus.* Mactare excetram.

Excidium, ii, Zerstöhrung. *Usus.* Excidiô urbis magnum cæteris terrorem injecit.

Excido, is, ere, außfallen. *Syn.* Elabor, fluo, defluo. *Adv.* Fortuitò, omnino, repentè. *Usus.* Gladius excidit, delapsus est de manibus. Nullum probum verbum ex ore hujus unquam excidit. Victoria excidit de manibus. 2. *Obliviscor.* Ista mihi dudum exciderant. Ex animo mihi ista exciderant, è memoria, 3. Spe planè omni excidi. Mens illi & Oratio excidit, non constat sibi. *V. Amitto. Perdo.*

Excido, is, ere, außfallen. *Syn.* Cædo, exscindo, excisionem, excidium infero. *Adv.* Penitùs. *Usus.* Lucum, urbem, tectum exscindere. Urbes sacras excidit, expugnavit, incendit.

Exscindo, is, ere, zerstören. *Usus.* Scipio Numantiam excidit.

Excio, ire. *Syn.* Evoco. *Usus.* Juventutem ad arma excire.

Excipio, ere, außnehmen. *Syn.* Excludo, secerno. *Adv.* Extrinsecus, fortiter, humanè, nominatim, nusquam, simillimè, planè. *Usus.* Ille ita edixit, ut me, & Lælium nominatim exciperet. Præter Xenophanem excipio neminem. 2. *Sustineo.* Labentem aliquem excipere. Se à lapsu in poplites, in pedes poplitibus excipere. 3. *Suscipio.* Amicorum causâ magnos labores, molestias, luctus excepit. 4. *Sequor, succedo.* Una calamitas alteram excipit. 5. *Intercipio.* Litteras hostium, aliquem in fuga excipere. 6. *Recipio. Capio, arripio.* Herculis virtutem immortalitas excepit. Dicta mea omnia magnâ gratiâ excepit. Omnia Magistri verba accipere, & litteris mandare. Beatam Patriam, quæ hunc virum excepit! Rumores, ultimum filii spiritum excipere. Omnia tela, omnem vim improborum meo corpore excepi. Aliquem è fuga excipere & confirmare. *Phras.* Benignè omnes excepit; summâ lætitiâ, hospitaliter, benignô vultu, ingenti favore, cum plausu & clamore exceptus sum. Omnes, qui ad ipsum salutandum accedunt, perhumaniter excipit; salutantes eum honoris causâ hilari admodum ac benignô vultu excipit, complectitur; quisquis eum it salutatum, hunc blandè complectitur; unumquemque, qui ad eum honoris causâ venit, accedit, eum adit, omni genere humanitatis, quod vultu ac verbis exprimi posset, quàm licet humanissimè, sic, ut nihil humanius, excipit. Omnes, qui ad ipsum salutandum accedunt, eô vultu, qui facilè gratiam ineat, benevolentiam conciliet, hominum animos amore devinciat, hominum animos ad amandum alliciat, excipit. Omnes, qui ad ipsum salutandum accedunt, incredibilem viri comitatem deprædicant. *V. Hospes. Tracto.*

Excisio, onis, Zerstörung. *Usus.* Excisio tectorum.

Excito, as, auffmunteren. *Syn.* Adhortor, inflammo, impello, invito, incito, allicio, commoveo, concito, stimulo, elicio, stimulos admoveo. *Adv.* Coràm, omnino, sensim, valdè, vehementiùs, aliquando, acriter, extrinsecùs, maximè, faciliùs, improvisò, latiùs, obscæniùs, populariter. *Us.* Dormientem excitare, currentem incitare; Cunctantem & diffidentem laude, monitis, præmiis, litteris ad virtutem excitare; memoriam alicujus ad recordationem priorum calamitatum excitare. 2. *Confirmo, erigo, sublevo, consolor.* Confirmare & excitare animos; afflictos, abjectos, jacentes, ad pristinam dignitatem revocare. 3. *Concito, occasionem præbeo, edo, exhibeo.* Risum ea res, clamorem, admirationem excitavit. Incendium excitare. Sapientia, si videretur, magnos sui amores excitaret. Bellum, tempestatem, tragœdias excitare. Fletum, dolorem, iram excitare alicui. *Phras.* Litteræ tuæ me ad litteras vehementer excitârunt; ignes mihi subjecit, stimulos admovit, miram in me litterarum cupiditatem inflammavit

tua epiſtola. Calefecerunt me tuæ litteræ, faces admovêre, diſcendi ſtudia in me admovêre, me ad diſcendum accendêre, litterarum cupiditatem mihi moverunt, injecerunt; ingens mihi hortamen fuêre ad labores omnes ſuperandos; acuêre meam induſtriam; Diſcendi ardorem, qui reſederat, innovârunt; magnò mihi irritamentô fuêre, animos meos arrexêre, intendêre ad litterarum ſtudia ardentiùs perſequenda; Omnem mihi ſegnitiem & ſocordiam excusſêre; induſtriam mirificè auxêre; ex torpente incenſum me, ex deſidioſo acrem & vigilem effecêre. *V. Hortor, Impello.*

Exclamatio, onis, Geſchrey. *Syn.* Acclamatio, clamor. *Uſus.* Exclamatio vel admirationis eſt, vel conqueſtionis.

Exclamo, as, außſchreyen. *Adv.* Majus, nominatim, temerè. *Uſus.* Non poſſum, quin exclamem. Itaque mihi licet exclamare: Proh!

Excludo, is, ere, außſchlieſſen. *Syn.* Arceo, diſtraho, extrudo, prohibeo, portas alicui claudo.)(*Includo, recipio, admitto.* *Adv.* Apertè, nominatim, undique. *Uſus.* Aliquem mænibus, à republica excludere. Supplicem à ſe abſterrere, & excludere. Ratio vitia culpamque excludat. Aliquem gubernaculis civitatis, præmiis, honoribus, hæreditate excludere. 2. *Excipio.* Legati recepti, nec excluſus Pompejus. 3. Tempore excludor, quin. *Temporis anguſtiis impedior.* *Phraſ.* Excluſit hoſtem mænibus, aditu prohibuit; aditum præcluſit hoſti; acerrimè ſubmoti ſunt hoſtes, & eliminati. *V. Arceo. Prohibeo.*

Excogitatio, onis, Erfindung. *Epi.* Difficilis, diligens & conſiderata. *Uſus.* Ea res non habet excogitationem difficilem.

Excogito, as, außdencken. *Syn.* Cogitando invenio, machinor, fingo, meditor. *Adv.* Gallidè, cautè, diligenter, improbè, ingenioſè, omnino, verè. *Uſus* Excogitare mira furandi genera. Igitur cogita, vel potius excogita. *Phraſ.* Multa præclara excogitâſti. Præclara ſunt tua ſcripta, & inventa; rara multa eruiſti, meditatione peperiſti; ſolerti animô multa nova procudiſti, commentatus es. *V. Meditor. Invenio.*

Excolo, is, ere, außzieren. *Syn.* Exorno, expolio, colo. *Adv.* Vehementer. *Uſus.* Animum doctrinâ excolere. 2. *Diligo.* A propenſis vehementer excolimur & amamur. *V. Orno.*

Excommunico, as, in die Acht thun. *Phraſ.* Proſcribere, excommunicare, hoſtem judicare; Romanis ſacris, ſocietate, commercio, conſuetudine, uſu, communione, convictu chriſtianorum alicui interdicere: à piorum ſocietate ſecludere, excludere, removere, arcere; ab Eccleſiæ communione repellere; extra Eccleſiæ ſepta ejicere; anathemate percellere, jugulare; communione depellere, ſecernere, ſemovere, ſpoliare, dejicere; communionem alicui interdicere; anathemate ſacro perſequi; anathema dicere; abdicare aliquem, à corpore eccleſiæ ſegregare; dirum, grave anathema in aliquem contorquere, à ſacris amovere.

Excommunicatus, a, um. *Phraſ.* Nominatim dirô in eum carmine compoſitô pænis inferorum devotus; communione piorum ejectus, dirus, ſacer, abominatus; ſacra deteſtatione jugulatus ſeu piorum communione exterminatus. Eccleſiæ caſtris, horrendo execrationis carmine expulſus, ſacer.)(Eccleſiæ communioni reſtituere, vinculô eccleſiæ ſolvere.

Excoquo, is, ere. * außkochen. *Uſus.* Excoquere malum alicui.

Excors, dis, unbeſinnt. *Syn.* Amens, Vecors. *Adv.* Admodùm. *Uſus.* Quæ anus eſt tam excors? Qui hoc non videt, ſentit, excors eſt. *V. Amens.*

Excreo, as, außſpützen. *Syn.* Vi quâdam, ac cum tuſſi exſpuo.

Excrucio, as, peinigen. *Syn.* Conficio, exanimo, interimo. *Adv.* Mirabiliter. *Uſ.* Non me meæ miſeriæ magis excruciant, quam tuæ; conficior mærore. *V. Crucio.*

Excu-

Excubiæ, arum, Wacht. *Syn.* Diurnæ, nocturnæque vigiliæ. *Epi.* Miseræ. *Usus.* Excubias & custodias capitis mei cognovi. Excubias agere.

Excubitor, is, Wächter. *Syn.* Vigilans. *Usus.* Castra excubitoribus, ac firmis præsidiis tenebantur.

Excubo, as, Wacht halten. *Syn.* Vigilo, vigilans sum, excubias ago. *Usus.* Animô hic semper excubandum est, ut nihil improvisum possit accidere. Ego excubo pro salute vestra, nec partem ullam capio quietis. *V. Vigilo.*

Excudo, is, schmieden. *Syn.* Compono, elucubro. *Usus.* Excudam tibi aliquid commentarii de gloria.

Exsculpo, ere, ausstechen. *Us.* Aliquid è quercu exsculpere.

Excultus, a, um, geziert. *Syn.* Ornatus decoratus, præditus, institutus. *Usus.* Ingenia disciplinis exculta. Græcorum litteris & inventis omnem vitam legibus & institutis excultam constitutamque habemus.

Excurro, is, außlauffen. *Adv.* Longiùs, pariter, immoderatiùs. *Us.* Excurrere ex Africa. Campus, in quo excurrere virtus, & cognosci possit. Oratio producta & excurrens.

Excursio, onis, Ausfall. *Syn.* Decursio, incursio. *Epi.* Moderata atque rata. nocturna. *Usus.* Tueri fines suos ab incursionibus hostium & latrociniis. Nocturnam excursionem facere more populabundorum; latrocinii modo procursare.

Excursor, is, Partheygänger. *Syn.* Emissarius.

Excusatio, onis, Entschuldigung. *Syn.* purgatio, satisfactio, causa.)(*Accusatio.* *Epi.* Facilis, justa, justa & idonea, legitima, magna; misera quidem, sed tamen justa; sapiens & probabilis, similis, turpis. *Usus.* *Excusationem afferre.* Officii prætermissi & cessationis culpa imprudentiæ vel negligentiæ excusatione defenditur. Ignosco illi, qui vel pietatis, vel ætatis, vel necessitatis, excusationem probabilem affert. Valetudinis justâ, & idoneâ excusatione uti. Excusationem quærere, parare. Utriusque rei *excusationem accipere*; excusationem temporis, oculorum, valetudinis non accipiam. Excusationem ejus probare, admittere, audire non possum. 3. *Accusationem rejicere.* Accusationem ut parùm sapientem, parùm probabilem refellere. Ea pravorum consensio amicitiæ excusatione degenda non est.

Excuso, as, entschuldigen. *Syn.* Purgo, excusatione utor, excusationem affero, satisfacio, crimen removeo, culpâ libero, à culpa eximo, excusatione rei tego s. adumbro.)(*Accuso.* *Usus.* Atticæ ita, me excuses, ut omnem culpam in te transferas. Quod te excusat, tuas causas nosco. Excusare tarditatem litterarum. Propinquitatem excusavit, antequam sententiam diceret. *Thras.* Excusat valetudinem, quin unà veniat; causam in valetudinem confert, morbi excusatione absentiæ crimen depellit; morbum suæ absentiæ prætendit, prætexit. In morbum noxam suam avertit. Morbi excusatione absentiam suam levat; purgat ille se, & firmissimô propugnaculô utitur, quòd valetudine retineretur. Titulum morbi speciosum suæ desidiæ præfert, prætexit. Etsi sexcentas causas colligere posset, Morbi excusatione se purgatum cupit. Non est, cur te excuses; hac excusatione, satisfactione, expurgatione, purgatione minimè opus est. Non opus est, ut excusatione, purgatione, expurgatione, apud me utaris. Non opus est, ut excusationem proponas, ut expurgationem afferas, ut satisfactionem pares. Supervacanea est apud me tuâ excusatio. Excusandi officium sine causa suscipis. Causam excusandi nullam habes. Minimè necessaria est excusatio tua; tuam excusationem non desidero, non exquiro, non expecto, non exigo.

Excutio, is, ere, außschlagen / außklopffen. *Syn.* Agito. *Adv.* Radicitus. *Usus.* Scrutari & excutere singillatim omnes. 2. *Examino.* Decemviri nostros Magistratus excutiant. 3. *Exploro.* Non metuo, non excutio te. 4. *Animadverto.* Explicare & excutere aliquod verbum. 5. *Rejicio.* Excutiemus omnes eorum delicias & ineptias. 6. *Excito.* Explica, & excute intelligentiam tuam, ut videas. 7. *Au-*

2. *Aufero, depello, abigo, eripio.* Excutiam tibi hanc opinionem, jactationem; omnem tibi mœrorem ex animo, studia è manibus excutiam. *Vid. Eripio.*

Execo, as, ausbacken/ausschneiden. *Syn.* seco, reseco. *Usus.* Qui execant pestem aliquam tanquam strumam civitatis. Medicina vitiosas partes execat.

Execratio, onis, Verfluchung. *Syn.* preces malæ, diræ, imprecatio. *Us.* Exiêrunt malis ominibus, & imprecationibus duo vulturii. Pompejus omni cautione, fœdere, execratione me devinxerat.

Execror, aris, verfluchen. *Syn.* malè precor, imprecor, abominor. *Us.* Omnes te oderunt, tibi pestem optant, te execrantur, malè tibi precantur. *V. Abominor.*

Exectio, onis, Ausschneidung. *Syn.* excisio. *Us.* Exectio linguæ.

Executio, onis, Verrichtung. *Syn.* persecutio. *Us.* Quæritur, an actionem, petitionem ejus rei, & executionem habeat? *V. Effictio.*

Exedo, is, ere, zernagen/zerfressen. *Syn.* Consumo, conficio, corrodo. *Us.* ægritudo lacerat, exest animum, planeque conficit. Mœrores animos exedunt, conficiuntque curis.

Exedra, æ, ein Ort voller Stühl. *Syn.* locus, ubi sint sedes multæ paratæ, prætereaque nihil, quas vacuas aulas vocant. *Usu.* Offendi eum sedentem in exedra; tamen illâ exedrâ moveor.

Exemplar, is, eine Form/Vorbild. *Syn.* exemplum, imago, species, quam artifex imitatur, & quam sibi proponit ad imitandum; ad quod efficitur aliquid. *Us* Homo exemplar antiquæ religionis. Fabricator magni operis perfectissimum sibi exemplar proponat, in illud intueatur, ne ab illo deficiat; ut illud sequatur, exprimat, curet, si præclarum opus efficere velit.

Exemplum, i, Beyspiel. *R. Exemptum aliunde. Syn.* Exemplar, imago, factum, authoritas, documentum, specimen, clarissimis monimentis testata consignataque antiquitas, *Epi.* Acerbum, intolerandum, brevissimum, domesticum, facile, ac pervulgatum, generatum, æternum, illustrius, insigne, laudabile & præstans, novum, maximum, pessimum, perditum, perniciosum, perspicuum, præclarissimum, rarum, recens, superius, vetus. Aliena, antiqua, clara & illustria, commentitia, ficta, gloriosa, grandiora, gravissima, honesta, innumerabilia, majora, maxima, mirabilia, notiora, oratoria, optima, perpauca, perspicua, grandi vitio prædita, plena dignitatis & antiquitatis, plurima, præsentia atque viva; tot, tanta, ac tam nova; vetera. *Usu. Supplicium vel animadversio.* Severitatis exemplum edere, prodere, statuere. 2. *Ad litteras refertur:* Exemplô eôdem duas epistolas scribere, exarare, dare, reddere, accipere. *Vulg. Copia vel forma.* Epistolæ exemplum describere, mittere. 3. *Sua peculiari significatione,* exemplum rem ornatiorem facit, cùm non nisi dignitatis causâ sumitur; apertiorem, cùm id, quod sit obscurius, magis dilucidum reddit; probabiliorem, cùm magis verisimile facit, s. ante oculos ponit; cùm exprimit omnia perspicuè, ut res dicta propè manu tentari possit. Exempla clara & illustria à summis viris petam, ut ego sim liberis meis nobilitatis initium, virtutis exemplum. Is vir est, unde pudicitiæ, pudoris, innocentiæ exempla petantur. Malè de republica merentur vitiosi Principes, quòd non solùm vitia concipiunt ipsi, sed ea infundant in civitatem; neque solùm obsunt, quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpant, plusque exemplô quàm peccatô nocent. In hoc homine adhuc vestigia antiquæ pietatis remanent. Exemplum carpere, sumere, expetere ab antiquitate. Exemplum perniciosum prodere, relinquere, præbere posteris. *Item:* Exemplô aliquid facere. Quod exemplô fit, jure fit. *Ad exemplum. Exemplô utens. Thras.* Cato exemplum innocentiæ; qui specimen, documentum fuit nostris hominibus virtutis; quem sibi omnes documento sumant, imitatione exprimant; Viri præstantis simulachrum Cato, in cujus vitam ùt in speculum omnes intueantur. *Exemplum malum, perniciosum.* Cavendum, ne ætati maximè lubricæ atque incertæ exempla nequitiæ paren-

parentis vita præbeat; ne periculosam imitationem exempli filiis prodant; ne offensionem præbeant, ne pessimo exemplo suos ipsi corrumpant. *V. Imitor. Scandalum.*

Exentero, as, * ausweiden / das Eingeweid ausnehmen / ansseckeln. *Us.* Seni Marsupium exenteravit.

Exeo, ire, ausgehen. *Syn.* egredior, prodeo, progredior, pedem effero, foras me do, procedo, excedo, emergo, erumpo, emano, mano, evolo, evado, orior, nascor. *Adv.* commodiùs, similiter, tutò. *Us.* Exire legatum in Provinciam. Consideratum nihil ex tuo ore exit. Exire urbe, patriâ, de navi, è patriciis. Exiisse de potestate dicimus eos, qui effrænati feruntur libidine, aut iracundiâ; non enim sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum sit. *Thras.* Repentè domô exivit, se domô proripuit, pedem limine extulit, extra domum visus est, domô se ejecit, in publicum processit, è domesticis tenebris emersit, ex latebris erupit, portis egressus est; extra s. ex ædibus se dedit, movit, eduxit, eripuit, penetravit. *V. Prodeo.*

Ex eo, aus diesem. *Syn.* Inde, ideo, idcircò, eâ re, quia. *Us.* Siquid in me est, ex eo est, quia. Ex eo, quòd multa committeret, sæpe in judicium vocabatur.

Exequiæ, arum, Begräbnüß / Leichbegängnüß. *R. extrà sequi. Syn* Funus, pompa, justa, justa funeris, supremi diei celebritas, litatio, parentatio. *Us.* Funeris exequias celebrare. Funus, quô amici convenerant ad cohonestandas exequias. Exequias prosequi, ducere. 2. *Exequiis privare.* Exequiarum honore, laudatione, pompâ spoliare, orbare aliquem. Exequiarum honore carere. *V. Funus.*

Exequor, eris, ausrichten. Sequor, observo, præsto, perficio. *Adv.* usque ad extremum. *Usus.* Exequi sua officia aut mandata alicujus. 2. *Imitor.* Cur non factum illius executi sumus? Per valetudinem non omnes fugam illam exequi potuêre. 3. *Continuo,* quod semel cœpisti, quod ingressus es, ad extremum exequere. 4. *Explico, expono, attingo.* Multa sunt adhuc, quæ verbis exequi vix possum. Non exequar peccata juventutis tuæ. 5. Jus suum exequi. 6. *Ærumnam,* egestatem exequi, *perpeti. V. Efficio. Perficio.*

Exerceo, es, ere, üben. *Syn.* Colo, excolo, exercitatione utor, versor in aliqua arte, consuetudinem atque exercitationem capio. *Adv.* acerrimè, familiariter, nimiùm, scienter, vehementer, vehementissimè, Latinè, studiosè, studiosissimè. *Usus* 1. Exercere memoriam, vocem, vires, corpus. Quotidianis se commentationibus exercere. Armis exerceri; in aliqua arte se studiosè exercere. 2. *Affligo,* plagen. Fortuna variis illum casibus exercet. Me litteræ tuæ, me fatum Reipublicæ valde exercent. 3. *Affectibus malis tribuitur.* Iracundiam in victos, inimicitias cum civibus, crudelitatem suam cum aliquo exercere. 4. *Ago, facio, factito, tracto.* Facere medicinam, exercere jus civile. Vectigalia exercere & exigere. Judicium, quæstionem exercere. *Thras.* Demosthenes se exercendo clarus orator evasit. Meditando, quasi ludicrâ exercitatione prædiscendo inclaruit. Industrius ac diligens in exercitationibus, commentationibusque multum operæ ponens, ad summam laudem pervenit. Exercitatione usuque discendi, consuetudine, agitatione mentis, litterarum tractatione assiduâ tantus Orator evasit.

Exercitatio, onis, Ubung. *Syn.* usus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo, munus studium, ludus, industria, agitatio, curriculum. *Epi.* Acerbior, bona, campestris, communis, domestica, egregia, elegans, facilis, forensis, honesta, laboriosa, ludicra, magna, major, maxima, multa, non inutilis, parva, magna, perfecta, plurima, popularis & forensis, propria, penè puerilis, quotidiana. Accuratæ, crebræ atque magnæ, laboriosæ, maximæ, modicæ, oratoriæ, rhetoricæ, subitæ. *Usus.* Ingenii, corporis exercitatio. Consuetudo, exercitatio & intelligendi acuit prudentiam, & eloquendi incitat celeritatem. Nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam sine usu & exercitatione magnâ laude dignum consequi possunt. Exercitatione scelerum assuefieri.

Exercitatus, a, um, geübt. *Syn.* Versutus, exercitatione præditus.)(*Rudis. Us.* Ho-

mo in Dialecticis, Arithmeticis, in rebus maximis gerendis probè exercitatus. In maritimis rebus exercitatissimus.

Exercitium, ii, * Ubung.

Exercitus, ûs, Kriegs-Heer/ Armee. *Syn.* Manus, copiæ. *Epi.* Amplissimus, certus, clarus atque victor, consularis, cunctus, exiguus firmitate, fidelissimus & constantissimus, firmus, firmissimus, florentissimus & magnus, imbecillis, incolumis, infirmus, instructus, invictus, magnus & amplus, maximus, & fortissimus, melior, novus, vetus, optimus, ornatissimus, parvus, periculosus, pessimus, pulcherrimus, robustus & victor, tyro & collectitius, veteranus, universus. Boni, sed rudes; clari & magni, contrarii, optimi, parati, paratiores & fortiores, permagni, proprii, regii, valentes, veterani. *Us.* 1. *Exercitum scribere*, conscribere, cogere, colligere, parare, comparare, conflare, facere, conficere, Kriegs-Heer sammlen/werben. 2. *Exercitum habere*, lustrare, recensere, ductare, ducere, adducere, conducere, inducere, deducere, abducere, deportare de provincia. Exercitum collocare, castris continere; distribuere in stativa, einquartieren. Exercitum exponere, instruere, permutare. 3. *Exercitum* deponere, *dimittere*, die Armee abdancken. Dissipatus est, & dilapsus exercitus. 4. *Exercitum reficere*, recreare, confirmare; exercitum supplere, augere, multiplicare; exercitui supplementa scribere, recroutiren. *Thras.* Exercitum habemus egregium, satis probè ornatum auxiliis; copias, & genere, & numero, & fidelitate firmissimas. Exercitum censemus superbissimò delectu & durissimâ conquisitione collectum, veteranum, robustum, valentem, victorem, magnam manum pedestrium & equestrium Copiarum. Genere potiùs, quàm numero firmum exercitum habet Cæsar. Frequentes admodum Cæsaris copiæ non erant, sed fortitudine præstabant. Erat in castris Cæsaris virtus, multitudo non erat. Numero exiguus Cæsaris exercitus, firmitate amplissimus erat. Non militum copiâ, frequentiâ, numerô, sed eorum virtute, robore, fortitudine, animi præstantiâ corporis viribus valebat Cæsar.

Exero, is, ere, * hinaus strecken. *Syn.* extraho. *Us.* humerum exerere.

Exhæredo, as, enterben. *Syn.* hæreditate privo. *Us.* Pater filium exhæredare cogitabat.

Exhæres, dis, enterbt. *Syn.* hæreditate exclusus. *Us.* Excidit, exit lege, hæreditate paternâ; testamentô exhæres filius.

Exhalatio, onis, Dunst. *Syn.* Vapor, anhelitus terræ, afflatus ex terra, expiratio, aspiratio. *Us.* Cœlum humidum & caliginosum propter exhalationes terræ, cujus expirationibus aër alitur. Vapores, qui à sole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur.

Exhalo, as, dämpffen. *Syn.* Spiro, respiro, emitto. *Us.* Crapulam exhalare, den Rausch ausschlaffen.

Exhaurio, is, ire, ausschöpffen/ erschöpffen. *Syn.* aufero.)(*Repleo.* *Adv.* facilè. *Usus.* Ex Africa quas opes, quas ex ærario exhausit? Cassius suâ ipse manu vitam sibi & spiritum exhausit. 2. *Minuo*, malim meas laudes omnes ad te transferre, quàm de tuis minimum exhaurire. 3. *Exequor.* Mandata mea exhaurias. 4. *Evacuo, exinanio, spolio.* Dilapidat pecuniam, exhaurit ærarium, minuit vectigalia. Sentinam exhaurire. Civitates omnibus rebus exhaustæ. 5. *Perfero, suscipio.* Labores immanes, ærumnas, sollicitudines, tædia, sumptus, tuâ causâ exhausi. 6. *Voro, ingurgito.* Tantum vini exhausit, ut necesse esset vomere. *Thras.* Provinciam totam exhausit; quidquid potuit, detraxit; enectam, consumptam, nudam mihi tradidit provinciam; quantas prædas exsorbuit, quot fana spoliavit, domos exinanivit? quot tributis civium vires attenuavit, opes egessit? *V. Vasto.*

Exhibeo, es, darbringen/ darthun / beweisen. *Syn.* profero, ostendo.)(*Occulto.* *Adv.* saltem. *Us.* Exhibe, cedò tabulas. 2. *Facesso, adduco, paro, comparo.* Exhibere molestiam, curam alicui. 3. *Gero me, præbeo.* Authorem salutis se & supplicem alicui exhibere, affectum Patris alicui exhibere. *Thras.* Semper me tibi exhibui amicissimum; omnibus te rebus ita tractavi, ut intelligeres me tibi amicissimum; æquum me semper tibi præbui; cum me tibi præstiti, eò in te

te animô fui, quô solent amicissimi. Talem me adhibui tuis in rebus, ut semper pro amico esses. Qualem me tibi præbeo, talem vicissim te mihi impertias. Optimè semper erga te me ostendi; etsi ingeniô durior, lenem & commodum congerronem me tibi exhibui. *V. Præsto.*

Exhilaro, as, **erfreuen.** *Syn.* hilaro. *Vid. Hilaris.*

Exhorresco, is, ere, **sich entsetzen** *Syn.* horrore perfundor. *Us.* Exhorrescere metu. *V. Terreo.*

Exhortatio, onis, **Ermahnung.** *Usus.* Tuâ exhortatione impulsus feci.

Exhortor, aris, **ermahnen.** *Us.* Exhortari ad virtutis studium aliquem. *V. Excito, moneo.*

Exigo, is, ere, **erfodern.** *Syn.* ad dissolutionem cogo, postulo, flagito, extorqueo. *Adv.* Acerbè, acerbiùs, ampliùs, faciliùs, planè, præclarè. *Us.* Non urgeo, expectabo, neque exigam, quæ polliceris. Tributa, vectigal, pensionem, mercedem, benefacta, pro debitis nomina acerbiùs exigere. 2. *Profligo, pello, ejicio.* Reges civitate, uxorem thorô exigere. *Transl.* mærorem ex animo, lassitudinem è membris exigere. 3. *Absolvo, perficio.* Opus, ærumnam exigere. Ferrum per medium corpus exigere. *Transigo.* Ævum, ætatem, annos, dies, per desidiam exigere. 5. *Dispono, dirigo.* Actiones suas ad normam rationis, columnas ad perpendiculum exigere. *V. Peto.*

Exiguè, **wenig.** *Syn.* tenuiter, exiliter. *Usus.* Epistola, oratio exiguè scripta. Exiguè & exiliter ad calculos revocare amicitiam. Exiguè tibi à principe tributum est.

Exiguitas, tis, **Wenigkeit** *Syn.* Exilitas. *Usus.* Exiguitas copiarum recessum magis, quam pugnam suadebat.

Exiguus, a, um, **wenig.** *Syn.* Exilis.)(*Ingens.* *Adv.* valdè, sanè. *Usus.* Exiguis finibus Provincia. Tenui & exiguô sermone disputare. Exiguô & angustô tempore aliquid absolvere. Tenues opes, facultates exiguæ, nullæ amicorum copiæ. *Vid. Parvus, Paucus.*

Exilio, is, ire, **aufspringen.** *Syn.* prosilio, evado, me proripio. *Usus.* Perlectis tuis litteris gaudiô exilio. Exiliit conscientiâ sceleris excitatus.

Exilis, e, **gering.** *Syn.* tenuis.)(*Plenus, nitidus.* *Adv.* sanè. *Usus.* Solum exile & macrum; genus orationis exile, aridum, concisum, minutum. Spinosa & exilis oratio. *Vid. Parvus.*

Exilitas, tis, **Wenigkeit.** *Syn.* tenuitas, jejunitas. *Us.* Qui discernes horum copiam & ubertatem ab illorum exilitate & penuria?

Exiliter, **gering.** *Syn.* tenuiter, jejunè. *Us.* Exiliter & jejunè disputare, dicere, orare.

Exilium, ii, **Elend.** *Syn.* Patriæ vel civitatis privatio, exterminatio, pœna exilii, proscriptio. *Usus.* 1. Aliquem *exilio multare*, afficere; in exilium pellere, ejicere, projicere, mittere aliquem. 2. *In exilium proficisci.* Ire, abire; in exilio esse; exportari in exilium. 3. *De exilio reducere.* *Phras.* Cicero in exilium missus est, exilii causâ solum vertit; fluctibus reipublicæ expulsus, in alienas terras exportatus, damnatus & ejectus, à suis fugâ distractus, Patriâ exulavit. Extorris patriâ, expulsus, finium interdictione mulctatus est; urbe, domô, penatibus, forô, luce, congressu, æqualium prohibitus, relegatus est; exilium patriâ sede mutavit. Thessalonicam habitatum concessit. Solum vertere jussus est. *Vid. Exul.*

Eximiè, **vortrefflich.** *Syn.* Egregiè. *Usus.* Eximiè me dilexit. *V. Valdè.*

Eximius, a, um, **vortrefflich.** *Syn.* egregius, præstans. *Us.* Ea, quæ eximia aliis ac præclara videntur, parvi ducere. C. Pompeji singularis ac eximia virtus. Eximium ingenium, eximia pulchritudo. 2. *Exceptus.* Tu unus eximius es? Eximium facient neminem, *neminem excipient.* *V. Egregius. Summus.*

Eximo, is, ere, **heraus nehmen.** *Syn.* excludo, excipio.)(*Conjicio.* *Usus.* Exime è rebus humanis amicitiam, urbs nulla stare poterit. 2. *Libero.* Aliquem è vinculis, è culpa, miseriâ, servitute eximere. Nomen alicujus de tabulis, ex reis, ex ærariis eximere. Curas alicui, suspicionem, opinionem, lassitudinem eximere. 3. *Consumo,*

 pro-

produco, protraho. Diem, horam, tempus dicendo eximere, ne ad negotii caput perveniri posset. *V. Libero.*

Exin, barnach. *Syn.* exinde.

Exinanio, is, ire, zu nicht machen. *Syn.* Exhaurio.)(*Impleo, repleo.* *Us.* Agros, domos vastare, & exinanire. *V. Exhaurio.*

Exinde, darnach. *Syn.* exin, deinde.

Existimatio, onis, Meinung/Achtung *Syn.* Authoritas, fama, honestas, opinio, commendatio. *Epi.* bona, mala, cara, communis, facilior, gravis, honesta, incertissima, integra, magna, optima, perpetua, popularis, præclara, sanctissima, summa, tacita, turpis. *Usus.* 1. *Existimationem colligere, accipere.* Bonis artibus in magnam existimationem venire; in existimatione esse. Mei labores ad hominum existimationem dimanant. Existimationi consulere, & dignitati servire. Omnium existimationi satisfacere. Agitur existimatio ingenii. In discrimen existimationis venire. 2. *Alterius existimationem oppugnare*, violare, imminuere. Venire & facere contra alterius existimationem. Existimationem omnem amittere, perdere. 3. Existimationem *reconciliare*, conservare; suam alicui existimationem committere; existimationi hominum se venditare. *Vid. Fama. Opinio.*

Existimator, is, Richter/Schätzer. *Syn.* Judex, opinator. *Epi.* acerrimus, doctus & intelligens. *Usus.* Existimator alicujus artificii; acerrimus, non stultus existimator.

Existimo, as, vermeinen. *Syn.* Puto, reputo, sentio, æstimo, opinor, duco, judico, habeo. *Adv.* bene, contra, falsò, longè aliter, longè secus, malè, meliùs, minùs, optimè, pejùs, prorsus, rectè, secùs, valdè, verè, usque eò, invidiosè, privatim, vulgò, publicè, benè. *Us.* Rem malè, de aliquo minus bene existimare. Quod ex duobus malim, non possum facilè existimare. Alios suis moribus existimare. Ex eventu de consilio existimare. In existimando prudens. *V. Puto. Opinio.*

Existo, is, ere, entstehen/seyn. *Syn.* sum, appareo. *Adv.* parumper, repentè, subitò. *Us.* Latuêre, quæ in præsentia existunt; tua in me summa beneficia extiterunt. Metuo, ne in filium existam crudelior. Ex luxuriâ existit avaritia. Minima Poëtarum copia extitit. E vultu animi magnitudo existit, *elucet.* 2. *Prodeo, exeo, emergo.* Utinam ille ab inferis existat! E virtutibus beata vita solet existere. Anguis repentè ex ara, lignum ex aqua extitit. E silice ignis existit.

Exitiabilis, e, schädlich. *Us.* bellum exitiabile.

Exitialis, e, schädlich. *Syn.* Mortifer, calamitosus, damnosus. *Usus.* Exitus exitiales.

Exitiosus, a, um, schädlich. *Syn.* Perniciosus. *Usus.* Exitiosum consilium, conjuratio exitiosa.

Exitium, ii, Untergang. *Syn.* pernicies. *Epi.* Crudelissimum, publicum, commune, summum, luctuosissimum. *Usus.* Qui de hujus urbis exitio, de nostro interitu, de Reipublicæ pernicie cogitant. Exitium alicui comparare, dare; exitiô esse. *V. Perditio.*

Exitus, ûs, Ausgang Endschafft. *Syn.* Eventus, casus.)(*Initium.* *Epi.* calamitosus, difficilis, dignus vitâ ac factis, dubius rerum, facilis, felix, perniciosus judici, fortunatus, gloriosus, incertus, iracundus, lautus, maritimus, molestus, notabilis, optabilis, perspicuus, prudens, similis, simillimus principio. Adversi, secundi, boni, contrarii, difficiles, diversi, exitiales, extremi, exitiosi. Fatales, gravissimi, improvisi, incerti, innumerabiles, maritimi, meliores, mirabiles, plurimi, prosperi, recentes, similes, ipsi & producti, tristes, necessarii, utiles. *Usus.* Contigit rebus nostris exitus, quem optabamus; bonum exitum & felicem habuit hæc æstas; fugam quærebamus, quæ tamen exitum non habebat. Belli exitus semper incerti. Consulatus tuus in exitu est. Exitum expectare debemus. 2. *Finis, terminus, motus.* Vitam turpem honestô exitu conclusit. Quæ pollicitus es, exitu præsta. *V. Eventus. Finis.*

Exlex, egis, ohne Gesetz. *Syn.* qui lege aliquâ non tenetur. *Us.* Non quòd Syllam exlegem putarent. *V. Dissolutus.*

Exolesco. *Syn.* quasi inveterasco. *Us.* Ætas tua jàm exolevit.

Exolvo, is ere, aufflösen. *Syn.* solvo, dissolvo, libero, absolvo. *Adv.* planè. *Usus.*

Usus. Nomina mea exolvi, expedivi. Aliquem religione, religionum nodis, metu, pœna exolvere; se suspicione, pudore aliquem liberare & exolvere; fidem, votáque exolvere. *V. Solvo.*

Exonero, as, * erleichtern / entlassen. *Syn.* Allevo, onus detraho. *Usus.* Exonerare aliquem. *V. Levo.*

Exopto, as, wünschen. *Syn.* Opto. *Usus.* Ut ea res tibi laudi sit, exopto. *V. Opto.*

Exorabilis, e, erbittlich. *Syn.* Placabilis.)(*Inexorabilis.* *Usus.* Exorabilis iracundia.

Exorbeo, es, ausschlucken / außsürffeln / außschlürffen. *Syn.* Haurio, helluor. *Usus.* Civilem sanguinem exsorbueras. Quæ unquam charybdis tantos gurgites haurire posset, quantas ille prædas exorbuit? Multas difficultates exorbere.

Exorcismus. *Phras.* Dæmones ex vel à corporibus exturbare, ac profligare; ab energumenis obsessis dæmonas depellere; correptos, vexatos à dæmone restituere, liberare; sacris carminibus malos genios ex miserorum corporibus dejicere, fugare.

Exordior, iris, anfangen. *Syn.* Ordior, exordium capio, principium capio, duco.)(*Perficio.* *Adv.* Benè causam, gloriosè, potissimùm. *Usus.* Ab alio principio exorsus sum dicere. Exordiri à re ipsa. Pertexe, quod exorsus es. *V. Initium. Inchoo.*

Exordium, ii, Anfang / Eingang. *Syn.* Principium, exorsus, prooemium, dicendi initium, vestibulum & aditus ad causam. *Epi.* Commune, commutabile, difficillimum, exile aut nugatorium, aut vulgare, atque commune, facillimum, separatum, longum, translatum, vehemens & pugnans, vulgare. *Us.* Difficillimum est in omni conquisitione exordium. Exordium ab aliqua re capere; ducere, longum & altè petitum prooemium. *Phras.* Altiùs paulò repetam rationem consiliorum meorum; longinqua repetam, ut apertiùs exponam consilia mea; longè repetam mei sermonis initium, quò pateant illustriùs consilia mea; longinquum exordium capiet hic sermo, quem de meis consiliis habiturus sum.

Exorior, eris, entstehen / entspringen / auffgehen. *Syn.* Orior, existo, erumpo.)(*Occido.* *Adv.* Longiùs, paulùm, repentè, planè, perraro. *Usus.* Ante extinctum sydus, quàm planè exortum natumque esset. Repentè exorta est Catilinæ nefaria libido. 2. *Sumo animum, recreor, levor.* Ego nunc paulò exorior è litteris Roma allatis. Quâ gloriâ commotus Epicurus exoritur. *V. Orior.*

Exornatio, onis, Außzierung. *Syn.* Ornamentum, ornatus, conformatio, lepor, concinnitas, festivitas. *Epi.* Egregia. *Usus.* Sine exornatione aliquid simpliciter exponere.

Exornator, oris, Außzierer / Außschmücker. *Usus.* Cæteri non exornatores, sed tantummodò narratores fuêre.

Exorno, as, auszieren. *Syn.* Expolio, illumino, illustro.)(*Deformo.* *Adv.* Amplè, dilucidè, magnificè, planè, privatim, publicè. *Usus.* Exornare orationem. Pythagoras Italiam artibus exornavit. Exornare triclinium magnificè. Aliquem Magistratu, urbem munimentis exornare. *V. Orno.*

Exoro, as, außbitten. *Syn.* Impetro. *Adv.* Semel. *Usus.* Ajunt Stoici, viri non esse exorari aut placari; exoravit me frater, ut huc venirem. *V. Preces.*

Exors, tis, * nicht theilhafftig. *Syn.* Non particeps. *Usus.* Amicitiæ, culpâ exors.

Exorsus, ûs, Anfang. *Syn.* Exordium.

Exosus, a, um, gehässig / verhasst. *Syn.* Qui odiô habet, aut habetur. *Usus.* Jupiter Trojanis exosus. *V. Odium.*

Exoticus, a, um, * außländisch. *Syn.* Peregrinus, adventitius. *V. Peregrinus.*

Expallesco, is, erbleichen. *Syn.* Exalbesco. *Usus.* Expalluisse, erubuisse, titubâsse. *V. Pallesco.*

Expavesco, is, * erschrecken / Schrecken bekommen. *Usus.* Ensem expavescit muliebriter. *V. Metuo.*

Expectatio, onis, Hoffnung / das Warten. *Syn.* Spes. *Epi.* Acerba, adversaria, brevis, cæca, diuturna supplicii, firma, gravis & incredibilis, indigna homine libero, longa, magna, major, maxima, mirabilis, mirifica, non parva, quotidiana, sollicita, summa,

ma, ſuſpenſa, tacita, ultima, crebra. *Uſus* 1. *Expectationem movere.* Magnam omnibus expectationem commoviſti, concitâſti, feciſti, dediſti, attuliſti. 2. *In expectatione eſſe.* Summa eſt tui expectatio. Scito te in ſumma expectatione eſſe. Expectatione cæcâ ſuſpenſa urbs omnis tenetur. Angimur, cruciamur, torquemur expectatione nunciorum. 3. *Suſtinere expectationem* de ſe factam, & tueri. Expleviſti, quin viciſti, ſuperâſti, diuturni deſiderii noſtri expectationem. 4. *Expectationem fallere*, decipere. Longè intrà expectationem eſſe. *Phras.* Vereor, ne, quam tuis expectationem concitâſti, hanc ſuſtinere ac tueri non poſſis. Vereor, ut ſtudia tua expectationi hominum reſpondeant. Timeo, ne ſtudiorum tuorum eventus ab hominum opinione diſſentiat. Timeo, ne tuis ſtudiis non is, qui expectatur, ſit exitus. Magna me dubitatio tenet, ne non eum, quem homines expectant, ſtudia tua fructum ferant. Timeo, ne ſtudia tua cum hominum opinione non conſentiant; alium, atque expectatur, exitum habeant; qui expectatur, fructum non pariant; fallas hominum ſpes de te conceptas. Timeo, ne ſtudiorum tuorum eventus alius, atque expectatur, exiſtat.

Expecto, as, **erwarten.** *Syn.* Præſtolor, ſpero. *Adv.* Acriter, acerrimè, admodùm, amanter, ampliùs, avidè, avidiſſimè, commodiſſimè, jamdiu, maximè, meliùs, mirificè, omninò, privàtim, prorſus, publicè, quotidie, ſummè, valde, vehementer, rectè, foris, prorſus, vehementer. *Uſus.* Reditum tuum ſpe expecto, abſentem memoriâ colo. Omnia volo à me poſtules & expectes. Diem ex die expectare. Charus omnibus & expectatus venies. Aliquis expectatus ad ſummam dignitatem. *Phras.* Diu jam te expecto, diu te operior; in diuturna expectatione eſt adventus tuus; te acerrimè, valde ſuſpensô animô præſtolor; angor, crucior ſingularum horarum expectatione erectus; expectatione tui pendeo.

Expectoro, as, **das Hertz entladen / vom Hertzen treiben.** *Syn.* Pectore ejicio, expello. *Uſus.* Pavor omnem mihi ſapientiam expectoravit.

Expedio, is, ire, **entledigen / aufflöſen / entwirren.** *Syn.* Libero, explico, extrico.)(*Impedio, induo me in laqueos.* *Adv.* Brevì, breviter, elegantiſſimè, facilè, perſpicuè, planè, vehementer, celeriter. *Uſus.* Se omni moleſtiâ, occupatione, curâ, ſuſpicione expedire. Animum metu, mœrore expedire. 2. *Abſolvo.* Negotia, rei inſtitutæ exitum expedire. Nodum implicatum expedire. 3. *Promptum facio, & facilè ſine impedimento comparo.* Peto à te, ut eam expedias. Me aliud ex alio impedit, ſed ſi me expediero, &c. Expedire ſe, evolvere negotiis. *Phras.* Si certum tibi eſt, poſſe te regnum illud obtinere, cunctandum non eſt. Si exploratum tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, producenda, differenda, proferenda, proroganda, protrahenda, longiùs ducenda res non eſt. Si habes exploratum, poſſe te illo regno potiri, differendum non eſt, immorandum non eſt, facienda mora non eſt, omnis abjicienda mora eſt, languor omnis abjiciendus eſt; ſine mora tentanda res eſt, ſine cunctatione incipienda res eſt, ſine ullo temporis intervallo aggredienda res eſt; immorari, cunctari, lentè agere, indormire non oportet.

Expedit, **es nutzet / es iſt vorträglich.** *Syn.* Utile eſt, conducit. *Uſus.* Cæſaris id conſilium ad diuturnitatem dominationis non expedit. Dubitat, quid ſibi expediat.

Expeditè, **leichtlich / fertig.** *Syn.* Planè, promptè. *Uſus.* Expeditè explicans quæſtionem.

Expeditio, onis, **Vollſtreckung / zu-Werck-Richtung.** *Syn.* Abſolutio. *Uſus.* Habes hìc breviter comprehenſam multarum rerum expeditionem. 2. *Bellum.* Educere exercitum in expeditionem.

Expeditus, a, um, **fertig / rüſtig.** *Syn.* Promptus, paratus, facilis, nulla re implicatus. *Uſus.* Aditus ad cœlum bonis expeditiſſimus eſt. Expeditô & promptô homine nobis opus eſt. A natura ſatis aptus & expeditus ad dicendum. Credebat ille viam ſibi expeditiorem ad honorem. Expedita oratio. Expeditus in equo mihi obviam fit. *V. Paratus. Promptus.*

Ex-

Expello, is, ere, austreiben. *Syn.* Ejicio, exigo, detrudo, exturbo, depello. *Usus.* Ejici, exterminari, expelli ab urbe, prædiis.

Expendo, ere, überlegen. *Syn.* Perpendo, exquiro, examino. *Adv.* Diligenter. *Usus.* Omnia diligenter expendere, seligere, æstimare. 2. *Do, pendo.* Pœnas alicui expendere. 3. *Pondero, mensuro.* Aurum expendere. *V. Pello.*

Expensus, a, um, ausgelegt / überlegt. *Syn.* Datus.)(*Acceptus.* *Usus.* Expensum ferre, *est, scribere se alicui pecuniam dedisse.* Quis tibi mille nummûm ferret expensum? Cur iis, quibus credebas, expensum non ferebas?

Expergefacio, is, ere, aufwecken. *Syn.* Somnô excito. *Usus.* Hic Italiam tumultus terrore subitô expergefecit. *V. Excito. Evigilo.*

Expergiscor, eris, erwachen. *Syn.* A somno, de somno excito; somnô solvor.)(*Dormio.* *Usus.* Si dormis, expergiscere. *Phras.* Gallorum cantus te suscitat, tibi soporem discutit, somno te excire solet, malis te tuis indormientem excitat, somnô te solvit. *V. Evigilo.*

Experiens, entis, erfahrend. *Syn.* Expertus. *Usus.* Homo navus, experientissimus, industrius ac diligentissimus.

Experientia, æ, Erfahrnus / Erfahrung. *Syn.* Periclitatio, usus, exemplum. *Usus.* Experientia patrimonii amplificandi. *Phras. Vulg. Magnæ experientiæ homo.* Quem longa vita ususque rerum maximarum plurimùm docuit, quem usus in plurimis rebus erudivit. Magnâ prudentiâ, magnô usu est atque experientiâ præditus, quem usus reapsè experiendo docuit. Multùm imburus usu, ætate & usu doctus. Non promptus ingeniô tantùm, sed usu etiam exercitatus. Magnæ solertiæ & usûs. In rebus admodum versatus & experiens. *V. Usus. Probo.*

Experimentum, i, eine Prob / Versuch. *Syn.* Argumentum. *Usus.* Sed hoc experimentum est maximum, quòd &c.

Experior, iris, erfahren. *Syn.* Periclitor, periculum facio; usu, tractando cognosco, tento. *Adv.* Maximè, paulisper. *Usus.* Experiri noli, quod assequi te posse diffidas. Experiar & tentabo omnia. Vim veneni in cane experiri. Par est eum multa experiri, qui res magnas animô volvit. Cum periculo experiri. Ultima experiri malo, quàm &c. 2. *Ago, in jure.* Experiri summô jure jus suum; de jure suo apud judices experiri. Cum aliquo adversus aliquem experiri judiciô. *Phras.* Omnia experiar, omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volo, perveniri posse. Usu, tractando cognoscam, gustabo omnia; nihil non tentabo, nihil inexpertum & intentatum relinquam. Periclitabor omnia; periculum faciam, experimentum capiam rerum omnium, quibus optata consequi possim. *V. Tento.*

Expers, tis, unfähig / kein Theil habend an etwas. *Syn.* Non particeps, vacuus, immunis.)(*Particeps.* *Adv.* Funditùs, omninò, planè. *Usus.* Consilii, ingenii, eruditionis expers. Nulla pars vitæ summæ turpitudinis expers.

Expertus, a, um, erfahren. *Syn.* Pragmaticus, habens usum multarum ac magnarum rerum; multarum rerum peritus, experiens.)(*Rudis, expers.* *Usus.* Hoc experti scimus. Nec hoc conjecturâ, sed expertus dico; in aliqua re expertus. Virtus præsens, experta, perspectaque.

Expeto, ere, erfordern. *Syn.* Opto, cupio, peto, ascisco.)(*Vito.* *Usus.* Expetere pœnas ab aliquo. Vitam alicujus expetere, appetere. Probat Epicurus, voluptatem naturâ expeti. *V. Peto. Cupio. Desidero.*

Expiabilis, e, der Busse fähig. *Syn.* Placabilis.

Expiatio, onis, Versöhnung. *Syn.* Procuratio. *Usus.* Diis violatis expiatio debetur. Scelerum & impietatis nulla est expiatio.

Expilatio, onis, Plünderung. *Syn.* Direptio. *Epi.* Tanta. *Usus.* Expilationes & direptiones sociorum. *V. Furtum.*

Expilo, as, ausplündern / berauben. *Syn.* Diripio. *Usus* Expilare socios, diripere provincias. *V. Fur.*

Expingo, is, ere, beschreiben / abmahlen. *Syn.*

Syn. Pingo. *Usus.* Motus hominum & ferarum expingere. *V. Describo.*

Expio, as, ausſöhnen / ausbüſſen. *Syn.* Procuro. *Usus.* Expiare religiones, forum à veſtigiis ſceleris; hoc ſcelus niſi tuô ſuppliciô expiari nequit. Tua ſcelera Dii in nobis expiârunt. Expiare Deum ſ. *placare. Phras.* Sua ſcelera expiare; debitam Diis expiationem facere. Devotionibus Deos placare. Placamina cæleſtis iræ, & piacula conquirere. Ipſum ſe cruciatibus offerre, piaculaque pro populo dare.

Epiratio, onis, Ausdünſtung. *Syn.* Exhalatio. *Usus.* Terræ expirationibus aër alitur.

Expiro, as, * aushauchen / ausdampfſen. *Syn.* Spiritum emitto. *Usus.* Animam expirare; inter primam curationem expiravit, ſterben / den Geiſt auffgeben.

Expiſcor, aris, ausfragen / ausforſchen. *Syn.* Indago, inquiro. *Usus.* Omnia ab illo expiſcatus ſum.

Explanatè, deutlich / lauterlich. *Usus.* Definire aliquid explanatiùs & uberiùs.

Explanatio, onis, Auslegung / Erläuterung / Erklärung. *Syn.* Explicatio, enodatio, interpretatio. *Epi.* Illuſtris. *Usus.* Dii nobis objiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habemus. Explanatio, quæ reddit apertam planámque orationem. Ad obſcura & ambigua explanatio adhibetur.

Explanator, oris, Außleger. *Syn.* Interpres, explicator. *Usus.* Grammatici Poëtarum explanatores.

Explano, as, auslegen / erklären / erläutern. *Syn.* Interpretor, interpretationem vel explanationem facio; interpretatione explico ſ. illuſtro aut expono, planum & perſpicuum facio, explico, aperio, patefacio. *Usus.* Diligentiùs, apertiùs aliquid explanare. *V. Explico.*

Explebilis, e, * leicht zu erfüllen. *Usus.* Libido non explebilis.

Expleo, es, erfüllen / ſättigen. *Syn.* Impleo, compleo, ſaturo, ſatio, abſolvo.)(*Exhaurio, exinanio. Adv.* Aptius nihilo, cumulatè, inſaturabiliter. *Usus.* Avaritiam ſuam pecuniâ, libidinem voluptatibus explere. Inimicitias, odium, diuturnam ſitim ſatiare & explere. Mortalitatem, ſupremum diem explere. Legiones ſupplementis explere. Sic explevit, quod utrique defuit. Res perfecta expletaque omnibus numeris ſuis & partibus; vita virtutibus expleta. *V. Impleo. Plenus.*

Explicabilis, e, leichtlich zu erklären. *Usus.* Difficilis res eſt, & vix explicabilis.

Explicatè, deutlich. *Syn.* Enodatè.)(*Implicitè, abſconditè. Usus.* Explicatè & diſtinctè dicere.

Explicatio, onis, Erklärung / Außlegung. *Epi.* Brevis quædam & circumſcripta, facilis, facilior, illuſtris perpolitaque, mira, ſuſpicioſa. *Usus.* Explicatio illuſtris ac perpolita. Explicatio fabularum, enodatio nominum.

Explicator, oris, Ausleger / Dollmetſcher. *Epi.* Gravior, commodior, prudens, gravis, ſeverus. *Usus.* Prudens, ſeverus, gravis explicator.

Explicatrix, icis, Auslegerin. *Usus.* Oratoria, explicatrix perpetuæ orationis.

Explicatus, a, um, ausgelegt / erklärt / deutlich gemacht. *Epi.* Difficilis. *Syn.* Apertus, definitus. *Usus.* Veterum rerum non ſatis explicata recordatio. Litteræ tuæ, quibus nihil explicatius, illuſtrius. Explicata ſalutis ratio.

Explico, as, auswickeln / auswirren. *Syn.* Expono, dilato, explano, in medio pono, enodo, evolvo, aperio, dico, recito; verbis rem complector, amplector; exitum reperio, extrico, interpretor. *Adv.* Accuratè, accuratiùs, acutè, apertiſſimè, brevì, breviter, commodiùs, copioſè, diligenter, diligentiſſimè, dilucidè, eleganter, enodatiùs, expeditè, facetè, facilè, faciliùs, graviter, uberiùs, Latinè, leviſſimè, magnificè, ornatiùs, planè, planiùs, planiſſimè, præclarè, ridiculè, ſimiliter, ſingillatim, ſubtiliùs, valde, variè, verè, facilè, omninò, propè, ſanè, non ſatis. *Usus.* Explicare ſe dicendo, mentem ſuam & cogitationes litteris. Chryſippus æſtuans, quô pactô factum explicet. Apertè, liquidè ſuam ſententiam explicare. 2. *Abſolvo, expedio, libero.* Urbem hoſtibus cinctam explicavit. Negotia, quæſo, mea explica. Explica te, ut ad nos quamprimùm venias. Se laqueis, inſidiis, periculis

culis explicare. 3. *Indico, demonstro, ostendo, excutio.* Vitam alterius totam explicare, & sub conspectum ponere. 4. *Produco.* Ædificium ad aliquem locum usque explicare. Aciem explicare. *Phras.* Ille locus difficulter explicatur; difficilis explicationis locus est; res est obscura, & difficiles explicatus habet; adhibendæ sunt explanationes interpretum subtiles; verbo satis digno res ea appellari vix potest; verba desunt, quibus eam appellemus; vix eam oratione complecti possumus. Locus est inenodabilis, vix explicabilis; vix satis enucleatè, apertè, ac planè exponi, exprimi potest.

Explodo, is, ere, spöttlich abfertigen und von sich weisen / höhnlich verwerffen. *Syn.* Ejicio, exsibilo. *Adv.* Jam pridem. *Usus.* Crates comœdus non modò sibilis, sed etiam convicio è scena explodebatur. Tam explosam & ejectam sententiam sequeris? *Phras.* Explodunt hominem meritò clamoribus & manuum collisione; eum conviciis, sibilis, strepitu, fremitu consectantur; sibilis conscindunt. Communi explosione ejectus, sedebat exanimatus, & refrigeratus conviciis.

Exploratè, der Sach gewiß / sicherlich / ohnzweiffelich / kündlich. *Syn.* Certè, planè. *Usus.* Exploratè percepta res est, & cognita. Exploratè navigare.

Explorator, oris, Kundschaffter. *Usus.* Misit exploratores, qui observarent.

Exploratus, a, um, erkündigt / gewiß / ausgemacht. *Syn.* Certus, explicatus.)(*Dubius.* *Usus.* Exploratum, perspectum, cognitum habere aliquid. Cui exploratum est, se ad vesperum victurum? Explorata nobis est victoria. Magnâ spe, & propè exploratâ. Cùm mihi erit exploratum, scribam. Exploratus illi, & velut domi conditus videbatur consulatus.

Exploro, as, erkunden / erforschen / außforschen / kundschafften. *Syn.* Indago, exquiro, observo. *Adv.* Diligenter, maximè, planè. *Usus.* Explora rem totam, etiam futura. Africam exploravit. *V. Observo. Indago.*

Explosio, onis, Außlachung / Verspottung. *Usus.* Ludorum explosiones, funerumque.

Expolio, is, ire, polieren / glätten. *Syn.* Excolo, exorno, perpolio. *Usus.* Doctrinis omnibus vir expolitus. Nihil omni ex parte perfectum natura expolivit. Expolire partitiones.

Expolitio, onis, Polierung / Glättung / Schmückung. *Syn.* Exornatio, explicatio. *Epi.* Artificiosa alicujus inventi, urbana. *Usus.* Argumentatio & inventi artificiosa expolitio. Numerorum expolitio.

Expono, is, ere, außlegen. *Syn.* Edissero, exprimo. *Adv.* Absolutè, apertè, breviter, aptè, brevissimè, diligenter, diligentissimè, dilucidè, humanissimè, indiligenter, memoriter, ornatè, perbreviter, planiùs, planissimè, probabiliter, prudenter, simpliciter, summatim, verè. *Usus.* Rem, ut gesta est, exponam. Artem Rhetoricam exponere. Eam sententiam in originibus suis Cato exponit. 2. *Narro.* Summam cogitationum suarum, mandata alicujus alicui exponere. Quod ùt planiùs exponam, paulò altiùs repetam. Reddere & exponere rationem facti. 3. *Explico, propono, palàm pono, offero, exhibeo.* Frumentum, merces, vasa Samia exponere, numerare, vendere. Copias in terram exponere. Infantem exponere. *V. Explico.*

Exporrigo, is, ere, * außstrecken / hervor recken. *Syn.* Extendo. *Usus.* Munitiones circùm extendere, porrigere; frontem exporrigere.

Exportatio, onis, Außtragung / Außführung.)(*Invectio.* *Usus.* Earum rerum, quibus abundamus, exportatio; & quibus egemus, invectio.

Exporto, as, außtragen / außführen.)(*Inveho.* *Usus.* Frumentum in fame exportare ausus est.

Exposco, is, ere, erfordern. *Syn.* Posco, Flagito. *V. Peto.*

Expositio, onis, Außlegung. *Epi.* Simplex & dilucida, junctæ & duplices. *Usus.* Perspicua & dilucida expositio sententiæ tuæ.

Expositus, a, um, außgelegt. *Syn.* Explicatus, declaratus. *Usus.* Capita multa exposita, nec explicata, 2. *Obnoxius, objectus.* Domus patens & adeò cupiditatibus exposita. *Phras.* Volens se Reipubl. omnibus periculis exposuit; ad omnes casus subitorum periculo-

culorum objecit; invidiæ se dedidit; pro Republica se in plurimas dimicationes atque profligatorum hominum quotidianos impetus, vitam suam hostium telis objecit; se periculis exposuit, opposuit; nudus & expositus ad omnes ictus stetit.

Expostulatio, onis, Zanck. *Syn.* Criminatio, quædam accusatio.)(*Purgatio.* *Usus.* Flagitatur bonorum expostulatione. Cùm esset expostulatio facta. *V. Accusatio.*

Expostulo, as, fordern. *Syn.* Exposco, expostulationem facio, queror. *Adv.* Iracundiùs, vehementiùs. *Usus.* De injuriis expostulare, iracundè & vehementer; expostulare cum alio injuriam. Auxilium expostulare. *V. Queror.*

Expressè, ausdrücklich. *Syn.* Planè, apertè. *Usus.* Expressè conscripta ponere licebat exempla. *Phras.* Id expressè vetitum est. Id lex disertè, dilucidè, planè, sine circuitione vetat.

Expressus, a, um, ausgetrückt. *Syn.* Firmus, confirmatus, apertus. *Usus.* Expressa sceleris vestigia extant. Expressa signa virtutis. Imago nostræ vitæ in alienis moribus expressa. Bellum Mithridaticum totum ab Archia expressum est.

Exprimo, ere, austrucken. *Syn.* Expono, eloquor, oratione complector, declaro, imitor, effingo.)(*Obscuro.* *Adv.* Ampliùs, breviter, diligenter, latè, necessariò, subtiliter, planiùs, præclarè, putidiùs, diligenter, faciliùs. *Usus.* Exprimere similitudinem, mores, vultum alicujus dictione. Aliquem imitando effingere & exprimere. Expressa & polita effigies. Expressum & illustre exemplum. Sonus nec expressus, nec oppressus. 2. *Aufero, extorqueo, cum labore obtineo.* Nummulos aliquos, vide, ut ab illis exprimas. Risum alicui, vel gemitum exprimere. Vitam exprimere tormentis. *Phras.* Vi illam pecuniam ex me expressit; invito, atque ingratiis, quod non debui, extorsit; illam sibi pecuniam expugnavit; à me nummulos exterebravit, exsculpsit; ex ore mihi eripuit. *V. Aufero,*

Exprobratio, onis, das Fürwerffen. *Usus.* Hæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Exprobro, as, verweisen. *Syn.* Objicio, probro, & vitio & culpæ do, verto, &c. *Usus.* Exprobrare languorem alicui, odiosum hominum genus officia exprobrantium. *Phras.* Nihil unquam tibi exprobravi; nullum tibi probrum objectavi, objeci; non in calamitate insultavi, nec adversam fortunam objeci; nullum tibi ptobrum intuli, impegi, inussi. Nunquam væcordiam tuam culpavi, vitio & culpæ dedi. Nullum in te exprobrationis telum ejeci; nihil in te criminis congessi. Non væcordiam probris increpui. Nihil in te criminis, nec mea in te merita commemoravi. *V. Objicio. Culpa.*

Expromo, is, ere, herfürziehen. *Syn.* Profero, expono.)(*Occulto.* *Adv.* Audaciùs. *Usus.* Odium, crudelitatem suam expromere. Leges, sententiam suam expromere. Causa hæc est, in qua omnis vis eloquentiæ possit expromi. *V. Profero.*

Expugnator, oris, Eroberer. *Usus.* Urbis expugnator; pudicitiæ expugnator.

Expugnatio, onis, Eroberung. *Epi.* Luctuosa, fani alicujus & acerba atque clara apud omnes, hostilis. *Usus.* Nocturnæ expugnationes.

Expugno, as, eroberen. *Syn.* Vi capio. *Us.* Sperabat se adolescentiam ejus & fortunas expugnare posse. Sapientis animus nunquam vincitur, vel expugnatur.

Expulsio, onis, Austreibung. *Usus.* Expulsiones vicinorum.

Expulsor, oris, Austreiber. *Usus.* Iste bonorum possessor, expulsor, direptor.

Expultrix, icis, Austreiberin. *Usus.* Philosophia expultrix vitiorum.

Expungo, is, ere, ausstreichen. *Usus.* Expungere nomen debitoris. *V. Deleo.*

Expuo, is, ere, ausspeyen. *Usus.* Cum fastidio rejicio, expello.

Expurgo, as, säuberen. *Syn.* Expio quasi. *Usus.* Expurgare suspicionem, dimovere crimen. *V. Purgo.*

Exputo, as, aussinnen. *Syn.* Excogito, reputo. *Usus.* Quid illi in mentem venerit, exputare non possum. *V. Puto.*

Exquiro, is, ere, auslesen. *Syn.* Quæro, inquiro, requiro, perquiro, investigo, pe-

perſcrutor. *Adv.* Accuratiùs, diligenter, diligentiſſimè, magnoperè, quàm diligentiſſimè, ſtudiosè, undique. *Uſus.* Omiſſis authoritatibus in ipſa re & ratione exquirere veritatem. Exquirere de aliquo cauſam facti. *V. Inquiro.*

Exquiſitè, ausérleſen. *Syn.* Accuratè, diligenter. *Uſus.* Accuratè & exquiſitè aliquid facere. Rationes exquiſitiùs colligere.

Exquiſitus, a, um, ausérleſen. *Syn.* Accuratus, lectus, excellens. *Uſus.* Tua exquiſita & ſingularis doctrina. Verba exquiſita, dicendi genus exquiſitum. Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum. Reconditæ & exquiſitæ ſententiæ. Munditia odioſa & exquiſita nimis. Exquiſita ſupplicia. *V. Diligens.*

Exſaturo, as, erſättigen. *Uſus.* Paſcere oculos; exſaturare animum cruciatu alicujus. *V. Satio.*

Exſcendo, is, ausſteigen. *Uſus.* Navi in terram exſcendo.

Exſcenſio, onis, Ausſteigung. *Uſus.* Septem triremibus exſcenſionem fecit.

Exſcribo, is, ere, ausſchreiben. *Syn.* Deſcribo. *Uſus.* Tabulas exſcribere. *V. Deſcribo.*

Exſibilo, as, auszíſchen. *Syn.* Explodo. *Uſus.* Hiſtrio infacetus exploditur, exſibilatur, ejicitur. *V. Explodo.*

Exſicco, as, austrocknen. *Adv.* Furtim. *Uſus.* Lagenas furtim exſiccare. Exſiccatum genus dicendi.

Exſpolio, as, ausrauben. *Uſus.* Exſpoliare Pompejum exercitu & provinciâ. *V. Spolio.*

Exſuſcito, as, auffwecken. *Syn.* Expergefacio. *Uſus.* Hæc cura animos exſuſcitat. Memoriam, ſe exſuſcitat.

Exſuſcitatio, onis, Erweckung. *Syn.* Commotio.

Exta, orum, Därmer / Eingeweid. *Syn.* Præcordia. *Epi.* Argutiſſima, bona, prima, ſecunda, triſtiſſima. *Uſus.* Præſenſio per exta; exta pecudum interpretari.

Extabeſco, is, ere, mager werden / ausdörren. *Syn.* Totus liqueſio, contabeſco. *Uſus.* Corpus macie, ſententia illa diuturnitate extabuit.

Extemplò, alſobald. *Syn.* Illicò.

Extemporalis, e, eilfertig.

Extendo, is, ere, ausſtrecken. *Syn.* Projicio. *Uſus.* Extenſis brachiis aliquid de geſtu addidit. *Phras.* Latè ſe extendit tua induſtria ad alienas utilitates; latè ſe porrigit & explicat, latè patet, fluit; urbem totam amplectitur tua liberalitas. Ad exteros etiam porrigis, profers tuam induſtriam. *V. Dilato.*

Extenuatio, onis, Verringerung. *Epi.* Conciſa. *Uſus.* Diſtinctè conciſa brevitas, extenuatioque.

Extenuo, as, verringeren. *Syn.* Minuo, attenuo, deprimo.)(*Adaugeo, exaggero, amplifico.* *Adv.* Singillatim voluptates. *Uſus.* Amor omnes moleſtias extenuat. Munus ſuum ac beneficium verbis extenuare; extenuatur ſpes noſtra & evaneſcit. *V. Minuo.*

Exterebro, as, durchlöchern / durchbohren. *Syn.* Exterebrando extraho, perterebro. *Uſus.* Nummulos, aurum exterebrare ex aliquo.

Extergeo, es, go, is, auswiſchen. *Syn.* Tergendo purgo, ac mundum facio. *V. Tergo.*

Exterminator, oris, Vertreiber. *Syn.* Expulſor.

Extermino, as, vertreiben. *Syn.* Expello, ejicio. *Adv.* Contrà. *Uſus.* Exterminare ab urbe. Reipubl. authoritatem, Rempublicam exterminare. Peregrinos urbibus exterminare. *V. Pello. Ejicio.*

Externus, a, um, äuſſerlich. *Syn.* Extrarius, extraneus, exterus, alienigena, extrinſecùs accedens, adventitius, peregrinus.)(*Domeſticus.* *Uſus.* Externa commoda, & ad corpus pertinentia. Canum amor in dominos, in externos odium. Animos externâ & adventitiâ viſione pulſare. *Phras.* Homo peregrinus & externus, longinquus & alienigena, extraneus & advena; adjumenta externa & adventitia.

Extero, is, ere, ausreiben. *Syn.* Comminuo, digero, conficio. *Uſus.* Calor ſtomachi ad exterendum cibum.

Exterreo, es, erſchröcken. *Syn.* Perterreo. *Adv.* Præter modum. *Uſus.* Admotis dolorum facibus exterrentur plerique. *V. Terreo.*

Exterus, a, um, außwendig. *Syn.* Externus.)(*Domesticus.* *Usus.* Exteræ nationes. *V. Veternus. Peregrinus.*

Extimesco, is, förchten. *Syn.* Pertimesco. *Usus.* Unum extimescendum est, ne quid turpiter faciamus. *V. Timeo.*

Extimus, a, um, äusserster. *Syn.* Externus. *Usus.* Orbis cælestis extimus.

Extinctor, oris, Außlöscher. *Syn.* Non extinctor, sed autor incendii, belli, seditionis. Extinctor patriæ, & proditor.

Extinctio, onis, Außlöschung. *Syn.* Interitus. *Usus.* Supremus ille dies non extinctionem, sed loci commutationem affert.

Extinguo, is, ere, außlöschen. *Syn.* Restinguo, opprimo.)(*Incendo, exto.* *Adv.* Omninò animum, planè, maturiùs, simul, funditùs, jam pridem. *Usus.* Vir egregius præmaturè extinctus; belli reliquias extinguere. Memoria tanti sceleris non extincta quidem, sed repressa vetustate. 2. *Deleo, interitum affero.* Extinguere Senatum, leges, rempublicam, imperium, judicia. Alicujus salutem extinguere, gloriam infringere. Furorem & audaciam alicujus opprimere, extinguere. *V. Deleo.*

Extirpo, as, außrotten. *Syn.* Extraho, evello. *Adv.* Funditùs. *Usus.* Nisi omnem humanitatem ex ejus animo extirpatam credimus. *Idem de reliquis affectibus & virtutibus, vitiisve.* Vitia funditus extirpari non possunt.

Extispex, icis, Wahrsager aus dem Eingeweid der Opffer. *Syn.* Aruspex. *Usus.* Ars extispicum.

Exto, as, herfür gehen. *Syn.* Appareo. Consto, sum. *Adv.* Aliunde, nusquam, repentè, subitò, divinitùs. *Usus.* Extant multa fortitudinis exempla; multa tua in me merita extant. 2. *Emineo.* Navis ab aquis extat, quod est illuminatum magis, extare & eminere videtur. *V. Existo.*

Extollo, is, ere, erheben. *Syn.* Effero, erigo, animos tollo, insolentem facio.)(*Deprimo.* *Usus.* Aliquem laudibus in cœlum, aliquid verbis in majus extollere. Extollere jacentem, & erigere. Libertas pressa tandem caput extollere, erigere, se recreare incipit. Opes illum admodum extollunt. Oculos, manus, caput extollere. *Cave, addas: suos oculos, &c.* *V. Laudo. Illustro.*

Extorqueo, es, ere, abtringen. *Syn.* Exprimo, aufero, eripio. *Adv.* Ingratis, serò. *Usus.* Vi ferrum, arma, de manibus alicui extorquere. Sententiam alicui, humanitatem extorquere. Hic mihi error, dum vivo, non extorquebitur. *V. Eripio.*

Extorris, e, Vertriebener. *Syn.* Exul.

Extra, auswerts / ausser. *Syn.* Extrinsecùs, foris, vim exprimit remotioris loci.)(*Intrinsecus, interius.* *Usus.* Extrà urbem, ostium eminere foràs, & ea, quæ extrà sunt, contemplari: in corpore, & extrà quædam bona sunt. 2. *Præter*: Extrà tumultum Gallicum nemini armorum vacatio est. Sunt hæc extra modum absona. Extra culpam se ponere. Extra hanc causam nemo arma ferat.

Extraho, is, ere, heraus ziehen. *Syn.* Extirpo, evello. *Adv.* Penitùs, radicitùs, stirpitùs. *Usus.* Epicurus ex hominum animis radicitùs extraxit religionem. Extrahere ex animo sententiam alteri. 2. *Libero, eripio.* Extrahere se è negotio quodam. Rempublicam periculis extrahere. 3. *Produco, differo.* Res variis calumniis extracta est. Diem, Senatum, judicium extrahere. Certamen in noctem extrahere.

Extraneus, a, um, äusserlich. *Syn.* Extrarius. *Usus.* Res extraneæ, extranea bona. *V. Externus. Peregrinus.*

Extraordinarius, a, um, ungewöhnlich. *Syn.* Extra ordinem.)(*Legitimus,* *Usus.* Extraordinarios honores accipere. Pecunia extraordinaria. Cupiditatibus extraordinariis adeò non indulgeo, ut vix quotidianis satisfaciam.

Extrarius, a, um, äusserlich. *Syn.* Externus.)(*Internus.* *Usus.* Extraria defensio.

Extremitas, atis, das äusserste. *Syn.* Ora. *Usus.* Cœli nulla ora, nulla extremitas. Omnem infinitatem peragrabat, in nulla extremitate consistens.

Extremò, letztlich. *Syn.* Ad extremum, postremò.

Extremùm, zum letzten. *Syn.* Ultimùm, finis. *Usus.* Quod non habet extremum, infinitum est. 2. *Adverb. tandem, cùm, ad.* *Usus.* Non illi animus, non fides ad extremum defuit.

Ex-

Extremus, a, um, **letzter.** *Syn.* Postremus, ultimus, novissimus.)(*Intimus, primus. Usus.* Cœlum extremum atque ultimum mundi. Extremum discrimen. In extremo, tertio libro. In extrema oratione nostra dixi &c. Quibus in extremis litteris erat. *Phras.* Res ad extremum venit, ad ultimum dimicationis ventum est. Omnia extrema audenda, & tentanda sunt. Ad ultimum laboris & periculi ventum est. Res est in extremum deducta casum; ad ultima propellimur. *V. Finis.*

Extrico, as, **außwicklen.** *Syn.* Explico, expedio. *Usus.* De negotio tuo nihil adhuc extrico. *V. Expedio.*

Extrinsecus, **außwendig.** *Syn.* Extrà, foris. *Usus.* Pulmones adducunt spiritum extrinsecùs. Extrinsecùs inaurata columna. Re extrinsecùs terribili objectâ. *V. Extra.*

Extructio, onis, **das Erbauen / Auffbauung.** *Usus.* Extructiones tectorum.

Extrudo, is, ere, **hinauß stossen.** *Syn.* Ejicio.)(*Retineo. Adv.* Quamprimùm. *Usus.* Domo aliquem, quin amicitiâ extrudere. *V. Ejicio.*

Extruo, is, ere, **auffbauen.** *Syn.* Ædifico. *Adv.* Accuratè, verè. *Us.* Immortale monumentum extruere. Ad cœlum extruxit villam. 2. *Cogito.* Age, extrue animo altitudinem, & excellentiam virtutis. 3. *Onero.* Mensam exquisitis libris extruere. *V. Ædifico.*

Extundo, is, ere, **außstossen.** *Usus.* Usus extundit artes; labor fastidium extundit. *V. Exprimo.*

Exturbo, as, **vertreiben.** *Syn.* Per vim ejicio, expello, dejicio, everto. *Adv.* Nominatim. *Usus.* Exturbari domô, omnibus fortunis, numerò vivorum. 2. *Transl.* Ægritudinem ex animo, lassitudinem ex membris exturbare. *V. Pello.*

Exuberantia, *vid.* Exuperantia,

Exubero, as, **überfluß haben.** *Syn.* Abundo. *Usus.* Annus pomis exuberat.

Exudo, as, are, **außschwitzen.** *Usus.* Laborem exsudare.

Exugo, is, ere, **außsaugen.** *Usus.* Sanguinem fortunásque alicujus exugere.

Exul, is, **Verwiesener / Vertriebener.** *R. extra solum. Syn.* Extorris, ejectus, vi ejectus.)(*Civis.* Damnatus in exilium, ejectus in exilium, exilio mulctatus, ejectus è patria, qui in exilio est. E civitate ejectus. Qui domi stare non potest. Exilio affectus. *Us.* Vagus, exul errabat, excludebatur undique. Reducere, restituere exules. *Phras.* Complures viri insignes iniquè è patria relegati sunt. Multi insignes viri iniquè à patria amandati sunt in exteras regiones; è patria expulsi, ejecti, ablegati sunt; exulaverunt; exilio mulctati, damnati sunt. Patrium solum vertere compulsi, coacti sunt; patriam exules reliquerunt; urbe, domo, penatibus, foro, congressu civium extorres fuerunt. Extorres à solo patrio fuerunt; Patriâ cedere coacti sunt. *V. Exilium.*

Exulcero, as, **wund machen.** *Syn.* Ulcus facio, corrumpo.)(*Concilio. Adv.* Clàm. *Usus.* Animus suspicionibus exulceratus. Non modò non exulcerâsti ejus gratiam, sed conciliâsti.

Exulo, as, **im Elend seyn / das Elend bauen.** *Syn.* Exul sum; exilii causâ solum verto, vel muto. *Usus.* Athenis exulat. *Phras.* Tarquinii meritò Româ exacti fuêre. Tarquinii meritò Româ pulsi fuêre, extrusi, ablegati, relegati, exterminati. Tarquinii meritò Româ abire, cedere, excedere, recedere, exire, egredi, migrare, in exilium ire, exulatum abire jussi fuerunt. Tarquinii meritò fuerunt coacti Romam relinquere.

Exultatio, onis, **Frohlockung.** *Usus.* Illa exultatio Athamantis.

Exulto, as, **frohlocken.** *Syn.* Immoderatè jactor; gaudiô, triumphô, voluptate, vel lætitiâ nimiâ gestio.)(*Lamentor. Adv.* Audaciùs, effusè, immoderatè, inaniter, palàm lætitiâ, palàm luctu, juveniliter. Alacris exultat improbitas in victoria. Otiô, rebus secundis, gaudiô exultare & triumphare. Elatus, animi lætitiâ exultans, temerè gestiens, furens & exultans. Furor exultans. *V. Gaudium. Lætor.*

Exuo, is, ere, **außziehen.** *Syn.* Spolio.)(*Induo. Usus.* Omnem humanitatem, fidem, obsequium, jus fasque exuere. Arrogantiam exuere. Hominem exuere. 2. *Extrico.* Laqueis se exuere. *Phras.* Spoliare & denudare ornatu suô ali-

aliquem, nudare corpus, lacerare teſtem, detrahere veſtem. Scindere ac lacerare tunicam, corpus detegere. *V. Nudus.*

Exuperantia, æ, **Uberfluß.** *Uſu.* Populus omnem exuperantiam virtutis odit.

Exupero, as, **überwinden.** *Syn.* ſupero. *Uſu.* Dum animâ exuperabo meâ.

Exurgo, is, ere, **auffſtehen.** *Syn.* ſurgo, erigor. *Adv.* Honeſtiſſimè, pauliſper. *Uſ.* Exurge, & erige te. Recreatus, ut exurgere & erigere ſe poſſit.

Exuro, is, ere, **außbrennen.** *Uſus.* Mihi ex animo exuri non poteſt, eſſe DEos.

Exuſtio, onis, **Verbrennung.** *Uſ.* Exuſtiones, eluviones terrarum.

Exuviæ, arum, **Kleider / Beute vom Feind.** *Syn.* Spolia. *Uſu.* Locus exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatus. Exuviæ leonis, aſini, ſerpentis, bubulæ. Exuvias defuncti terræ demandare, **den Leichnam beerdigen.**

F.

Faba, æ, **eine Bohne.** *Syn.* legumen maximum. *Uſ.* fabâ Pythagorici abſtinuere, quaſi eorum cibô mens, non venter inflетur. Faba inflationem magnam habet.

Fabella, æ, **Mährlein / Fabel.** *Syn.* Fabula. *Epi.* tota, vetus, anilis, commentitia, Latina. *Uſ.* Vetus fabella narratur. *V. Fabula.*

Faber, ri, **Handwercksmann.** *Syn.* opifex, artifex. *Epi.* Lignarius & optimus. *Uſ.* Adhibere non modò ùt architectos, ſed ut fabros ad ædificandam rempubl. *V. Fabrico.*

Fabrè, **künſtlich.** *Syn.* Affabrè, artificioſè, ſcitè. *Uſu.* Argentum fabrè factum.

Fabrefacio, ere, * **künſtlich machen.** *Syn.* artificioſè aliquid compono, vel ædifico. *Uſ.* Aſtutiam fabrefacere, vaſa fabrefacta.

Fabrica, æ, **Gemächt / Gewerck / Werckſtatt.** *Syn.* Ipſa fabricatio, ars fabrilis. *Epi.* Admirabilis, crudelis, diligens, divina, incredibilis. *Uſ.* Incredibilis illa naturæ fabrica. Quàm ſolers, ſubtiliſque deſcriptio, quàmque admirabilis fabrica membrorum.

Fabricatio, onis, **Gewerckſchafft / das Zimmern.** *Syn.* fabrica. *Uſ.* Si erit tota hominis fabricatio perſpecta.

Fabricator, is, **ein Künſtler.** *Syn.* Architectus, artifex, ædificator. *Uſ.* minutorum opuſculorum fabricator. Ille fabricator tanti operis Deus.

Fabrico, as, **ſchmieden / bauen.** *Syn.* fabricor, architector. *Adv.* Incredibiliter. *Uſu.* Vim eſſe aliquam cum prudentia & conſilio, quæ finxerit & fabricata ſit hominem. *Thraſ.* Faber eſt admodum peritus; Inventor & machinator bellicorum tormentorum & operum; qui miri artificis machinationes ſummâ celeritate promoveat. Fabrilium operum Magiſter excellens.

Fabrilis, e, **zum Schmidt gehörig.** *Uſ.* Erratum fabrile.

Fabula, æ, **Mährlein / Fabel.** *Syn.* res commentitia, apologus, argumentum. *Epi.* decantata, falſa, ficta & commentitia, incredibilis, nova, obſcœniſſima. *Uſ.* Lupus in fabula, decantata fabula; Num fabulis credam? Authoritatem nullam vel fidem rebus commentitiis adjungere debemus. 2. *Comœdia, tragœdia, ſcena.* Feſtivè fabellam egiſti; fabulam ætatis peregit; fabulam dare, agere, peragere, exigere, conficere.

Fabuloſus, a, um, * **erdichtet / fabelhafft.** *Syn.* de quo multa finguntur. *Uſ.* fabuloſa antiquitas.

Faceſſo, ere, **hinweg gehen.** *Syn.* abeo. *Adv.* pauliſper. *Uſ.* faceſſant homines importuni. 2. *Creo, exhibeo.* Periculum alicui, aut negotium faceſſere. *V. Abeo.*

Facetè, **artig / höflich.** *Syn.* ſalsè, concinnè, ridiculè, venuſtè. *Uſ.* facetè, venuſtè, breviter, acutè, ridiculè dicere.

Facetiæ, arum, **Schertz-Worte.** *Syn.* jocus, ſal, lepos, cavillatio, dicacitas, urbanitas, feſtivitas, argutiæ, ſuavitas. *Epi.* Aſperiores, multæ, perpetuæ, politiſſimæ. *Uſu.* libandus eſt ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos. *Sale conditus, & facetiis Cæſar. Sale tuo & lepore, & politiſſimis facetiis multos exciſti.

xisti. *Thras.* Iis utitur dictis, ut singulis verbis risum commoveat; dicta dicit ejusmodi, ita facetiis valet, ut singulis verbis risum excitet. Ita bellè, scitè, venustè, ita argutè, ingeniosè, festivè, lepidè, jocatur, ut audientes mirâ voluptate profundat. Ejus dictis, facetiis, jocationibus mirè capiuntur omnes; multæ facetiæ in eo sunt. Nihil est eô puerô festivius, lepidius; lepores hic puer habet, qui amorem concilient; lepore, festivitate, elegantiâ morum conferendus cum illo puero nemo est. *V. Iocus.*

Facetosus, a, um, scherzhafft. *Syn.* jucundus.

Facetus, a, um, kurzweilig. *Syn.* falsus, urbanus, venustus, scitus, concinnus, festivus, argutus, dicax, elegans, acutus.)(*Insulsus.* *Usu.* Ante facetè dictum emissum hærere debet, quàm cogitari potuisse videatur. Faceti narratores quidam, vultu adjuvante, & voce, & ipsô genere sermonis. *Phras.* Homo est mire facetus, qui nusquam non urbanum, & venustum sermonem inducat; persalsè idem & perhumaniter jocatur; longè à scurrili dicacitate remotus; nemo illô lepore & festivitate conditior; cujus joci nihil de gravitate decerpant. Jocosa dicta scite admodùm in adversarios jactare gnarus; ingeniô nec rusticô, nec absurdô, minimè omnium severô & tetricô, & qui versus facere, jocum movere, sermone uti vel modestô, vel molli, vel pervicaci queat; prorsus occultæ facetiæ; cui leporis plurimum inest. Cavillator facetus & ridiculus. *Vid. Iocor.*

Facies, ei, das Angesicht. *R.* à φάσις, *Syn.* species oris. *Epi.* clara, crebra, egregia, eximia, illustris, nova pulchrior, formidolosa. *Us.* Quæ nobis fingere non possumus, vultus, sonus. 2. *Forma, status, species, conditio.* Formam & tanquam faciem honesti videt, faciem præsentis Reipubl. Senatûs describere. *V. Vultus.*

Facilè, leichtlich. *Syn.* libenter, planè, prorsus, nullô negotiô, nullô labore, citò, procliviùs, nihil laboris est.)(*Ægrè, tristiùs, difficulter, vix.* *Us.* Qui sperant faciliùs & procliviùs ad laudem nobilitatis perveniunt. Homo facilè deterrimus, facilè improbissimus, ordinis hujus facilè princeps. *Thras.* Satis leviter, qui sapientiâ valet, fortunæ resistit; non difficulter, non laboriosè, parvô negotiô, nullô negotiô, qui sapientiâ valet, fortunæ resistit. Sapienti facilè est, difficile non est, laboriosum non est, nihil negotii est, difficultatis non est, laboris non est, difficilis operæ non est, impetum fortunæ sustinere, tueri se ab injuriis fortunæ.

Facilis, e, leicht / gutmüthig. *Syn.* proclivis, expeditus, explicatus, promptus.)(*Difficilis.* *Usus.* Mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio est. Facilis & expeditus ad dicendnm. Materia facilis ad exardescendum. 2. *Lenis, comis, indulgens, exorabilis.*)(*Fastidiosus.* Facilem se omnibus præbere; comes; benigni, faciles homines; facilis Parens, & indulgens. *Thras.* Facilis est causa & explicata, quid negotii est hìc vincere? facillimè, nullô negotiô, nutu impelles judices; ludus erit illos flectere; facilis est, pervulgata causa, non laborabis admodum, perlevi momentô rem efficies; nutu, quod velis, consequêre; omnia ludibundus, dormiens etiam, per ludum omnia & negligentiam, perficies; si vel digitis concrepueris, rem perficies; non posset esse facilior, & solertior ratio. Omnia æqua erunt & plana, proclivia, prona; cuncta in expedito, in proclivi erunt omnia; non ægerrimè, non maximâ contentione rem perficies, ad exitum perduces. Res meas tibi tradidi optimè constitutas, satis aptas, explicatas, expeditas, nullis difficultatibus implicatas, ejusmodi ut tibi negotium aut nullum, aut certè minimum exhibere possint; ejusmodi, ut labori esse aut molestiæ nequaquam possint.

Facilitas, tis, Leichtigkeit / Gutwilligkeit. *Syn.* lenitas, humanitas, comitas, indulgentia.)(*Difficultas.* *Epi.* admirabilis, nimia, *Us.* qui dignitate Principibus antecellit, facilitate par

par infimis videtur. Exercenda eſt facilitas & altitudo animi. Quis congresſum ejus, quis facilitatem ſermonis & humanitatis deſideravit?

Facinoroſus,a,um, laſterhafftig. *Syn.* ſceleſtus, flagitioſus. *Uſ.* Cum facinoroſis, audacibus, injurioſis hominibus verſari. *V. Malus. Sceleſtus.*

Facinus, oris, eine gute oder böſe That. *Syn.* Scelus, flagitium, nefas, *Epi.* Civile, commune, crudeliſſimum ac teterrimum, dignum, ferum & immane, improbum, inauditum, indigniſſimum, indignum, magnum, malum, manifeſtum, maximum, miſerum & indignum, nefarium, nobile & multis ſæpe locis commemoratum, tetrum, turpiſſimum, voluntarium. *Uſus.* ad ſceleſtum ac nefarium facinus aliquem adducere, impellere. Facinus atrox facere, admittere, committere. 2. *Egregium factum & admirabile.* Facinus præclariſſimum pulcherrimum rectiſſimum ſuſcipere, obire, conficere, efficere. *V. Scelus. Flagitium.*

Facio, ere, thun/ machen. *Syn.* Ago, efficio, conficio, perficio, creo, tranſigo, præſto, conflo. *Adv.* Abjectè, abſurdè, accuratè, ambitioſè, amicè mentionem alicujus; ampliùs, animoſè, apertè, arrogantiùs, aſperè, aſtutè, atrociùs, audacter, bellè, hercle, benignè, breviter, callidè, cautè, celeriter, clementer, commodè, communiter, conſideratè, conſtanter, conſultò, copioſè, coràm, crebriùs, cumulatè, cupidè, curioſiùs, decorè, de integro, difficiliùs, diligenter, diſſimulanter, diu, quid, dolenter, effœminatè, egregiè, eleganter, enucleatè, etiam atque etiam, faciliter, fallaciùs, familiariùs, feliciter, fortiter, fraternè, furioſè, furtim, gratè, graviter, hoſtiliter, honeſtè, honorificè, humanè, jam dudum, ignavè, immoderatè, impenſiùs, impiè, improbè, improbiùs, impudenter, impunè, incontinenter, incautè, indecorè, indoctè, ineptè, indulgenter, inhumanè, inimicè, iniquè, injuſtè, inſcienter, inſidioſè, intemperanter, iracundè, juſtiſſimè, libenter, prolixè, celeriter, liberaliter, liberè, libidinosè, liquidiùs longè, magnificè, magnoperè, malè, malitioſe, maturiùs, maximè, meliùs, modicè, moderatè, moleſtè, muliebriter, mutuò, neceſſariò, omnino, optimè, ornatè, palàm, parcè, perbellè, peritè, perperam, perpetuò, petulanter, planè, libenter, plurimis, poſtremò, præclarè, preſſè, pridem, probè, prolixè, prudenter, publicè, pueriliter, pulcherrimè, quàm diligentiſſimè, rabioſè, rectè, ridiculè, ruſticè, ſapienter, ſceleratè, ſcitè, ſedulò, ſerviliter, ſimiliter, ſimulatè, ſortitò, ſplendidè, ſtatim, ſtudioſè, ſtultè, ſubarroganter, tardè, temerè, teterrimè, timidè, turbulenter, turpiter, vafrè, vehementer, verè, vitioſè, vulgò, ſerò. *Uſus.* Facere aliquid humaniter, turpiter, ſtudioſè, libenter, conſultò, contra leges. Sumptus, cœnam, impetum, ſui copiam, injuriam, poëma, verſus facere. 2. *Æſtimo, judico.* Parvi, magni aliquem facere. 3. *Fingo, induco.* Plato facit Socratem diſputantem. 4. *Colligo, cogo.* Pecuniam facere, manum facere, copias facere. 5. *Affero, infero.* Convitium, plagam, cædem, favorem, honorem, timorem, vim facere. 6. *Exerceo* pyraticam, mercaturam, præconium, argentariam, quæſtum facere. 7. *Sacrifico.* Junoni Conſules facere debent rem divinam ad aras. 8. *Patior.* Detrimentum, naufragium, jacturam gloriæ, rei facere. 9. *Procuro.* Facere judicium, funus, juſta. 10. *Fingo, ſimulo.* Facio me dormire, 11. cum aliquo, ab aliquo, *convenire.* 12. *Promiſcuè,* compendium, conjecturam, conjurationem, contumeliam, convitium, diſceſſionem, executionem, fallaciam, fidem, fœdus, frugem, fugam, gratiam, indicium, metum, medicinam, operæ pretium, obnoxium ſibi aliquem, pactionem, pacem, periculum, verba, vim facere. *Phraſ.* Facito, quod è re viſum fuerit; guberna & moderare omnia ſapientiâ tuâ; rem age pro tua meaque dignitate; quas tibi impoſui partes & officium, imple; mandata noſtra exhaurias; noli committere, ut honoris noſtri causâ id facile, prolixè, libenter, celeriter non efficias; quod ſuſcepiſti onus officii, tibi ſuſtinendum eſt; poſtquam iſtam conditionem ſubiviſti, tibi promiſſa implenda ſunt; facile adducêris,

ducêris, ut facias, ut prolixè etiam cumulatéque facias, cogitata perficias; rem optimè tuo ductu geres; in negotii gestione solertiam adhibebis; rem diligenter administrabis; postulata perages; conata perficies, effectum dabis. Ea res mihi magnam invidiam fecit, confecit, conflavit, peperit, concitavit, attulit. *Fac totum*, Omnium rerum actor & administer, qui idem omnia, Sacerdos, Prætor, Parochus.

Factio, onis, Zusammenrottung. *Syn.* Ratio, partes, secta. *Epi.* Contraria. *Usus.* Provinciam per vim & factionem obtinuisti; Respubl. coitionibus factionibusque oppressa. In duas partes discessit, scissa est civitas. Antonii sectam quidam secuti, dissociatis civium animis, aliis hunc, illum sequentibus aliis. Adversariæ factionis duces. *V. Partes*.

Factiosus, a, um, aufrührisch. *Syn.* Seditiosus. *Us.* Si quis potens & factiosus. *V. Seditiosus.*

Factito, are, thun / treiben. *Syn.* Exerceo, usurpo. *Adv.* Vafrè omnia. *Usus.* Accusationem, versus, factitare.

Factum, i, eine That. *Syn.* Facinus. *Epi.* Ambitiosum, avarum, audacius, commune, crudele & turbulentum, tranquillum, clementissimum, egregium, extremum, gloriosissimum, gratum, honestum, illustre, improbissimum, laudabile, luculentum, obscurum, plenum flagitii atque dedecoris, præclarum, necessarium, protervum, rectum, simile, singulare, tetrum, crudele, nefarium & tyrannicum, tantum tamque præclarum, turpe, utile, honestum, versutum & callidum. *Usus.* Factum illud per se præclarum est, & divinum; facta illustria & gloriosa. *Thras.* Factum sanè egregium, gloriæ plenum & fortitudinis; facinus nobile, & commemorandum concivisti; facinus edidisti, patrasti, incepisti, divinum & memorabile.

Facultas, atis, Vermögen/ Gewalt. *Syn.* Commoditas, facilitas, occasio, ansa. *Epi.* Absoluta & perfecta, agraria, aliena, bona, communis, grata & ornata, gravis dicendi & plena dignitatis, jejuna atque nuda, incredibilis, levior, magna, major ac maturior dicendi, maxima, oblata, optabilis, oratoria, perpetua, poëtica, popularis, propria, non communis, quantulacunque, singularis dicendi. *Usus.* 1. Facultatem lædendi expetere, comparare, largiri, suppeditare. Opes superbiæ materiam dant, & facultatem. 2. *Facultatem adipisci.* Magnam in re difficillima facultatem consecutus, assecutus est; erit tibi, non deerit facultas benefaciendi. Habes facultatem maximam. Est in te facultas maxima ad rem perficiendam. 3. *Facultatem alicui adimere, eripere.* Prætermittere scribendi facultatem. Quoad facultas tulit, quoad potuimus. 2. *Ars, scientia.* Facultas differendi; excellere in arte aliqua & facultate. 3. *Divitiæ.* Facultates magnas corradere, habere, augere. Tantæ facultates ingenii, gratiæ, consilii.

Facundè, * beredt. *Syn.* disertè. *Usus.* Hostem sibi facundè eloquendo conciliare.

Facundia, æ, * Beredtsamkeit/ Wohlredenheit. *Syn* Facultas differendi cum gratia. *V. Eloquentia.*

Facundus, a, um, * beredtsam/ beredt. *Syn.* Disertus, qui ea, quæ mente conceperit, facilè atque ornatè profert. *V. Eloquens.*

Falcarius, ii, Mäder/ Schnitter. *Syn.* milites falcibus armati.

Fallacia, æ, Betrug/ Falschheit. *Syn.* Fraus, præstigiæ, dolus, simulatio, machinæ, verbi laqueus. *Usus.* Hic ex fraude, fallaciis, mendaciis totus constare, consutus esse videtur. Fallaciam intendere in aliquem, fallaciis circumvenire. *Vid. Decipio. Fraus.*

Fallaciter, betrüglich. *Syn.* Dolosè, malitiosè, fictè, insidiosè, simulatè. *Usus.* Fallacissimè se alicui venditare.

Fallax, acis, falsch/ betrüglich. *Syn.* Dolosus, fraudulentus, simulator.)(*Verax.* *Usus.* Viciniam cupio non fuca-

fucatam, non fallacem, non eruditam artificio simulationis. Malitia est versuta & fallax nocendi ratio. Astrologi vani, fallaces; fallacissimus oculorum sensus. Spes falsa & fallax. *Vid. Astutus. Decipio. Fraus.*

Fallo, ere, betrügen. *R.* σφάλλω, *Syn.* Decipio, induco, fraudo. *Adv.* Dupliciter homines, longè opinione, multùm opinionem, occultè, omnino, planè, vehementer. *Usus.* Tempus, curas, litteris, lusu fallere; spem de te meam, fidem fefellisti; opinione falleris; Roscius socios induxit, decepit, destituit, adversariis tradidit, omni fraude & perfidiâ fefellit, nisi me fallit animus, nisi me fallunt omnia. *Thras.* Ubi se fraude circumventum intellexit, ipse sibi manus afferre conatus est; ubi se fraudatum, in fraudem inductum, fraude irretitum, captum, deceptum, fictis verbis inductum, fallaciis à veritate abductum sensit, vidit, cognovit, voluntariam sibi mortem adferre conatus est. Ubi fraus illi patuit, ubi illi manifestæ fallaciæ fuerunt, ubi patefactus dolus illi fuit, voluntariam sibi mortem consciscere, voluntariâ morte vitam abrumpere conatus est. *Tuô consiliô si uteris, nihil errabis,* te ipsum si audies, ipse tibi imperaveris, morem gesseris & obsecutus fueris, nihil contra rem tuam committes, nihil à tuis rationibus alienum committes, non laberis, non offendes, non aberrabis, nullam offensionem, nullum casum aut errorem timebis, sapienter statues, rectè judicabis, optimam rationem inibis; tuô si stabis judiciô, bene tibi erit. *V. Decipio.*

Falsè, fälschlich. *Syn.* falsò. *Us.* falsè alicui assentiri.

Falsitas, tis, Falschheit. *Syn.* Vanitas.)(*Veritas.* *Us.* falsitas nihil virium habet.

Falsò, verlogen/ unrecht / falsch. *Syn.* falsè, fallaciter. *Us.* hoc falsò memoriâ proditum est.

Falsus, a, um, betrüglich / falsch. *Syn.* Adulterinus, vanus, inanis, mendax.)(*Verus.* *Adv.* Apertè, perspicuè. *Usus.* In quo nihil est nisi falsum & imitatione simulatum. Quæ ratione vacant, mentita, & falsa & erroris plena sunt; complexus falsæ benevolentiæ extiterunt in amore simulato. Falsus rumor, spes falsa; falsis & mendacibus visis homines conciliare. *Thras.* Vana, falsa, fallentia, naturâ odimus; falsam, fucatam, adulterinam, assimulatam, adumbratam virtutem quis amet? vana, imaginaria, supposita, supposititia virtutis species quem caperet? quod procul à vero, à veritate remotum quis æstimet? *Vid. Vanus. Mendax.*

Falx, cis, Sänse / Sichel. *Usus.* Ille arma misit, cornua, tubas, falces.

Fama, æ, gemeine Rede / Gerücht. *R.* à φήμη opinio, existimatio, nomen. sermo, prædicatio, commemoratio nominis, celebritas sermonis, celebritas, ventus quidam popularis. *Epi.* Admirabilis, antiquior, bona calamitosa, communis, constans, falsa, forensis, frequens, grata, gravis, illustris, incolumis, integra, perennis, popularis, temeraria atque inconsiderata, præclara, summa, tristis. *Usus. Famam expetere.* Desideranda, colligenda, conficienda est fama bonorum, quæ verè sola gloria nominari potest. *Famam consequi.* Famæ ac dignitati servire, consulere; famam tueri, conservare, tenere; hominis inconstantis famam subire. Inconstantiæ famam alicui inurere. *Famam amittere.* Alicui de famâ detrahere; famam alicujus detrahere, atterere, depeculari, lædere; famâ spoliare aliquem. Hæret ad metas fama boni viri, omnis ingenii fama mihi abjicienda est; fama illius agitur. 2. *Rumor, sermo dissipatus, dissseminatus dispersusque.* Nulla adhuc de Cæsaris cæde fama ad nos venerat, pervenerat, manaverat. Ea fama nescio unde nata est; mox totum imperium pervasit, peragravit, undique percrebuit; Communi fama atque sermone audivimus, accepimus; fama est, fama celebratur; famam reprimere difficile; suptè

aptè, ea fama *morietur*, restinguetur, refrigescet, evanescet. *Phras.* Constante famâ, omnium sermone celebratum est, pertulit ad nos rumor; calent, fervent crebri de bello rumores; incerta multa vulgò jactantur; nuncii varios sermones excitârunt; nondum vacuus factus est rumor; vulgi sermonibus exagitatur; audimus, sed adhuc sine capite, sine authore, rumore nuncio; rumoris nescio quid nos afflavit; & serpit latiùs, etsi perobscura fama; vanus rumor magnas procellas excivit. Differtur, exiit, dissipatur, convalescit rumor.

Famam consequi, sich berühmt machen. *Phras.* Paucorum dierum studio consecutus es, ut aliquô apud homines locô esses; paucorum dierum studio consecutus es, ut aliquô numerô esses, ut aliquid existimationis haberes apud homines, ut aliquem inter homines locum obtineres, ut aliquam adsciscceres existimationem, ne prorsus jaceres, ne prorsus ignobilis esses; vilis; abjectus, nullius honoris ac nominis esses, ne ullo planè loco esses, ne tua esses inter homines obscura aut infirma conditio. Parumper te honestavit, aliquo te in numero constituit; aliquem tibi locum tribuit, comparavit, peperit, paucorum dierum studium. *Fama honesta.* Id est cuique optandum, ut bene audiat; ut honestam famam, ut egregium nomen, ut bonam apud homines opinionem consequatur, unicuique optandum est; Id est cuique optandum, ut ejus nomen fama divulget, pervulget, circumferat, circumgestet per orbem terrarum f. dissipet, ad ultimas terras pervehat. *Fama perpetua.* Si tuis scriptis extremam manum impones, immortalis erit fama tua. Si tuis scriptis finem impones, fama tua perpetuaverit, æterna erit, nunquam deficiet, nunquam consenescet, nunquam peribit, nunquam obscurabitur, nullô tempore extinguetur, nullâ temporis longinquitate obscurabitur. Si tua scripta ad exitum perduces, nulla dies famam tuam terminabit, famam tuam nullum temporis spatium circumscribit, nulla temporis vetustas corrumpet, vigebit in omnes tua fama, omnis te posteritas agnoscet, tuas laudes excipiet ac tuebitur, omnis posteritas de te loquetur, & audiet, immortalitatis præmia consequêris; non simul, cum corpore nomen tuum mors extinguet, delebit, auferet. Si tua scripta perficies, conficies, absolves, nomen tuum immortalitati commendabis, immortalitati donabis, ab interitu vindicabis, in hominum memoria retinebis, æterna laude illustrabis, decorabis, afficies, ornabis. *Vid. Opinio.*

Famelicus, i, * hunger-leidig. *Syn.* qui edendi cupiditate agitur.

Fames, is, Hunger / Hungers-Noth. *Syn.* Cibi appetitus, eluries. *Epi.* integra, vetus. *Usus.* Cibi condimentum fames. Necare, enecare fame aliquem; fame confici, jugulari, suffocari, premi; famem tolerare & frigus; famem depellere, cibo explere, saturare. 2. *Charitas annonæ*, qui in fame frumentum exportare ausus est. *Phras.* Multi fame prope enecti, inediâ fessi, per inediam tantùm non vitâ discedunt, fame macerantur, extabescunt, famam jam vix tolerant.

Familia, æ, Haußgesind / Haußwesen. *R. ab Osca* voce *famel, servus. Syn.* Agnatio, cognatio, stirps. *Epi.* abjecta & obscura, acerrima, equestris, & severissima ad judicandum, ægra, amplissima, charissima, consularis, diversa, florentissima, funesta, gladiatoria, speciosa, nobilis, gloriosa, honesta, magna, maxima, nobilissima, patricia, prætoria, pura, summa, tanta, tota, vera, vetus, universa, urbana. *Usus.* Unus homo familia non est. Familiæ gravis &c. constans disciplina. In Læliorum familiam insitus. Vetus, illustris, ampla familia. In familiam alicujus se conjicere; in familiam venire, adoptari, recipi, inseri; nasci familiâ amplissimâ. 2. *Secta.* Peripateticorum familia in plures veluti fami-

familias divisa. 3. *Tota Patris familias possessio.* Arbiter familiæ, Hæreditatis dividundæ. 4. *Servorum numerus.* Homines conjugum, liberorum, & familiarum suarum causa frumentum condunt.

Familiaris, e, vertraulich/ vertraut/ bekandt. *Syn.* Familiaritate conjunctus, necessarius, intimus, domesticus, qui in intima familiaritate alicujus versatur, usu conjunctus.)(*Alienus.* *Epi.* Familiares domestici atque infimi. *Adv.* maximè, valdè, omninò. *Us.* Homo familiarissimus & mihi omnibus rebus conjunctus. Habere homines, quibus cum familiares conferre possis sermones. Fieri familiarem alicui. Res familiaris, & domestica benè statuta. Multos annos utor eô familiariter, isque me vicissim; valde familiariter eô utor, ut nec familiariùs ullô nec libentiùs. Nihil est nostrâ familiaritate conjunctiùs. Quotidiana mihi cum eo consuetudo est; arctissimâ necessitudine, vinculis arctissimæ familiaritatis conjuncti sumus; alter alteri familiares admodum sumus; mutua est inter nos eaque summa familiaritas; multos annos magna mihi cum eo familiaritas, summus mihi cum eo usus, summæ mihi cum eo familiaritatis consuetudo intercessit; multis abhinc annis amicitia nostra summam ad familiaritatem pervenit.

Familiaritas, tis, Vertraulichkeit. *Syn.* Usus, consuetudo, necessitudo, conjunctio. *Epi.* Egregia, eximia, intima, magna alicujus cum aliquo, maxima, memorabilis, nimia, notissima, pervetus, summa, tanta. *Us.* Familiaritatem cum aliquo contrahere; consuetudo familiaritatem inducit, conflat, affert. 2. *In familiaritatem alicujus venire,* penitùs intrare, ad magnorum familiaritatem se applicare, se dare, familiaritatem consequi. 3. *In familiaritate versari.* In familiaritatem aliquem recipere; familiaritate devinci, conjungi, implicari. Est mihi intima cum eo familiaritas; habeo cum aliquo familiaritatem; familiaritas mihi cum illo, cùm officiis ejus multis tùm consuetudine quotidianâ sic aucta; ut nihil sit hac nostra familiaritate conjunctius. *Thras.* Magna mihi cum eo familiaritas; dudum me in ejus consuetudinem insinuavi, cum eo familiariter vivo, penitùs me in ejus consuetudinem immersi; revocare me non possum familiaritate implicitus tantâ, ut prorsus unà vivamus, nec ab illo unquam recedam; intimè illô utor; nemo mihi charior, nemini magis studeo, dudum ab eo in amicitiæ fami iaris jura & in arcanos sermones trahi sum cœptus. *V. Intimus. Necessitudo.*

Familias, gen. ant. Pater familias, Dominus & administrator rei familiaris Hauß-Vatter. *Us.* Paterfamiliâs rerum suarum prudens & attentus. Sic: Mater familias, Filius vel filia familias.

Familiariter, freundlich/ vertraut. *Syn.* liberè, amicè. *Us.* Cum aliquo licentiùs, liberiùs, familiariùs, amicissimè, solutiore animô vivere.

Famosus, a, um, berühmt oder verschreyt. *Syn. Infamis.*)(*Clarus, nobilis, honoratus, magnum nomen habens, qui est in magno nomine & gloria.* *Us.* Mulier famosa; libelli famosi, scripta famosa; sparsi libelli, epigrammata in aliquem vulgata, carmina probrosa, libelli contumeliosi. *V. Infamis.*

Famula, æ, Magd/ Dienerin/ Aufwärterin. *Syn.* Ancilla. *Us.* Virtus famula fortunæ.

Famularis, e, zum Dienst gehörig. *Syn.* Servilis. *Us.* famularis vestis.

Famulatus, ûs, Dienstbarkeit. *Syn.* Servitus. *Us.* In famulatu alicujus esse. Miser virtutis famulatus, servientis voluptati. *V. Servitus.*

Famulor, aris, dienen. *Us.* qui præesse deberent, famulantur.

Famulus, i, Diener/ Bedienter/ Aufwärter. *Syn.* Pedissequus.)(*Liber.* *Us.* Adhibeant heri sævitiam in famulos, si aliter teneri non possunt. *V. Servus.*

Fanaticus, a, um, unsinnig. *Syn.* delirus, furens. *Adv.* Penè. *Usus.* Homo superstitiosus, & fanaticus. *Vid. Insanus.*

Fanum, i, Kirch / Burg. *Syn.* Templum, locus Religiosus. *Epi.* Antiquum, antiquissimum nobilissimumque, Religiosum. *Usus.* Pro fanis & delubris pugnare. Athenienses fanum contumeliæ & impudentiæ fecere. *Vid. Templum.*

Far, ris, Korn / Dinckel. *Syn.* Quidquid

quid frugum terra fert. *Usus.* Farris seges.

Farcio, ire, **mästen/ füllen.** *Syn.* Impleo. *Us.* Pulvillus rosis fartus. *V. Impleo.*

Faris, e, atur, **reden/ sprechen.** *Syn.* loqui *Adv.* Probè. *Usus.* Ajunt ex oraculo ita fatam Pythiam. Tum ad eos DEUS ita fatur.

Fartor, is, **Wurstmacher/ Füller.** *Syn.* qui lucanicas facit, & farcit; sive, qui aves farcit, & saginat. *Usus.* Cellarii, lanii, coqui, fartores. Fartor scelerum.

Fas, **recht/ billig.** *Syn.* Jus, quod licet. *Usus.* Jus & fas omne delere. Si hoc dictu fas est; Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. Quoad fas est, quoad licet. Per fas & nefas, seu jure, seu injuriâ. *V. Honestum.*

Fasciolæ, arum, **kleine Binde.** *Syn.* fasciæ, crurum integumenta. *Epi.* Purpureæ. *Usus.* Fasciolæ purpureæ, muliebres soleæ.

Fascia, æ, **eine Binden.** *Syn.* Fasciæ. *Us.* Pedes vincire fasciis.

Fasciculus, i, **Büschelein.** *Us.* Fasciculus litterarum. Aliquid in fasciculum addere.

Fascino, as, * **verzaubern.** *Us.* Oculis, linguâ fascinare aliquem.

Fascis, is, **Bürde/ Büschel/ Bündel.** *Epi.* fasces cruenti, ordinarii, formidolosi, laureati. *Usus.* Fasces prætoribus præferuntur.

Fasti, orum, **Calender/ Tagbuch.** *Syn.* libri, in quibus diei cujusque, & anni gesta continentur. *Vulg. Calendaria, diaria.* *Us.* In fastis Bruti nomen adscribendum curavi. Gratissimæ victoriæ memoria in fastis ut esset nota, feci. Consules non modò ex memoria, sed & fastis eximendi.

Fastidio, ire, **verschmähen.** *Syn.* fastidiô afficior, fastidium atque offensionem ad aliquam rem habeo.)(*Delector.* *Usus.* Non solùm improbitati irasci, sed & in rectè factis fastidire. *Vid. Tædium.*

Fastidiosè, **mit Verdruß.** *Syn.* Ambitiosè, lentè.)(*Cupidè, libenter.* *Usus.* Pudentiùs vel invitiùs vel etiam fastidiosius facere aliquid. Tum ego stomachans fastidiosè; diligenter ac propè fastidiosè judicare aliquid.

Fastidiosus, a, um, **feindseelig.** *Syn.* difficilis.)(*Appetens, cupidus.* *Adv.* fastidiosè. *Usus.* Crassus in incipiendis causis fastidiosior. 2. *Abhorrens.* Homo litterarum fastidiosus. 3. *Insolens.* In æquos & pares fastidiosus.

Fastidium, ii, **Verdruß/ Unwillen.** R. ex fastus, & tædium. *Syn.* Offensio, tædium.)(*Appetentia, appetitio, appetitus, cupiditas.* *Epi.* Delicatissimum, ingenuum liberumque, insolens, minimum. *Usus.* Magna insolentia hominis. Magnum horum, si arrogantes essent, non possem ferre fastidium. Ab aliquo celeriter & satietate & fastidiô abalienari. Cibi satietas & fastidium. Depellere s. levare fastidium.

Fastigio, as, * **oben zuspitzen / erhöhen.** *Syn.* acumino, in fastigium erigo. *Us.* collis in modum metæ in acutum cacumen fastigiatus.

Fastigium, ii, **Gipffel/ Spitze.** *Syn.* columen, conus. *Usus.* Capitolii fastigium, imponere fastigium operi inchoato. Tectum multorum fastigiorum. *Thras.* Effugit ad ædium summa. *Us.* Fugâ se abripuit ad summas ædes; abdidit se in summas ædes; fugâ se contulit in summas ædes; fugâ evasit ad fastigium domûs, ad superiores, excelsiores, sublimiores ædium partes.

Fatalis, e, **unumgänglich/ bestimmt.** *Syn.* Ex omni æternitate definitus & constitutus.)(*Voluntarius.* *Usus.* Causæ fatales, fatalis necessitas, vis, casus, eventus. Hic annus fatalis videtur ad interitum reipublicæ. Clodius fatale portentum Reip. *V. Necessitas.*

Fataliter, **durch Fürsehung.** *Syn.* Necessariò. *Usus.* Omnia quæ fiunt, ex omni æternitate definita sunt fataliter.

Fateor, eri, **bekennen/ gestehen.** *Syn.* confiteor.)(*Nego, inficior.* *Adv.* acutè, satìs apertè, planè. *Usus.* Non solùm fateri, sed profiteri aliquid, & præ se ferre. *Thras.* Fassus est de suo crimine. Patefactus indiciis & confessionibus suis, confessus est peccatum. Non modò non negat, sed apertè planè & ingenuè fatetur. Expressa tandem est ab eo sceleris confessio;

sio; adductus est ad facti confessionem.

Fatidicus, a, um, weissagen. *Syn.* Fatiloquus. *Usus.* Anus fatidica. Fatidicorum & vatum effata incognita.

Fatigo, as, müd machen. *Syn.* Defesso. *Usus.* Igne fatigatus. *Phras.* Oppidò fatigatus est miles, de via procubuit; Fessum cursu corpus trahit; Vires militem lassitudine deficiunt, duplicato cursu exanimatum & lassitudine confectum; continuo labore gravia genua succidere. Longa via lassum reddidit militem; membra lassitudo tenet; quiete lassitudinem sedare cupit.

Fatisco, ere, * erliegen. *Syn.* Deficio. *Us.* Natura ætate fatiscit.

Fatuitas, atis, Narrheit/ Thorheit. *Syn.* Stultitia. *Usus.* Ostendit, non hanc impudentiam, aut casum, sed inscitiam, negligentiam, fatuitatem, nominari debere.

Fatum, i, Verhängnus / Schicksal. *Syn.* Vis fatalis, fortuna, fatalis necessitas.)(*Consilium.* *Epi.* Extremum reip. grave, miserum funestumque, perniciosum, publicum, singulare, supremum, totum. *Usus.* Fati necessitas, quod à Deo designatum & constitutum est, ut eveniat. Series causarum sempiterna. Causæ æternæ rerum futurarum; causæ immutabiles & æternæ; causæ inclusæ in rerum natura. Fatô ajunt fieri omnia, omnia gravi fato fixa & fundata tenere. Fati vis inexsuperabilis. Fuit hoc fatum meum. *Vulg. In hoc planeta vel sydere natus sum.* Hôc sum fatô natus, ut; Illud fati est, hoc consilii. Fatum illius fuit demergi. Dii omni ratione placati fata flexissent, mutâssent. 2. *Infortunium.* Jam fatum reip. extremum impendet. Meô fatô omnes corruistis. 3. *Vaticinium,* fata Sibyllina. *V. Necessitas.*

Fatuus, a, um, tölpisch / närrisch/ thörlich. *Syn.* Stultus. *Adv.* Diutiùs, cum periculo, planè. *Usus.* Non modò nequam & improbus, sed fatuus & amens. Puer fatuus, & non gravis, nec continens. *V. Stultus. Mente motus.*

Fauces, ium, Schlund. *Syn.* Angustiæ gutturis. *Epi.* Impurissimæ. *Usus.* Patefactis terræ faucibus, Inhonestissimam cupiditatem ex faucibus alicui eripere. 2. *Locus angustus.* Corinthus posita in angustiis Græciæ. 3. *Periculum.* Urbem ex hostium impetu & totius belli ore & faucibus ereptam restitui. 4. *Aditus.* Sedens in faucibus macelli. *V. Angustia.*

Faveo, ere, gewogen oder geneigt seyn/ gönnen. *Syn.* Studeo, amo, complector.)(*Invideo. Odi.* *Adv.* Apertè, mirabiliter dignitati, mirè, validissimè alicui, verè. *Usus.* Saluti, dignitati, honori, laudi, industriæ & gloriæ tuæ mirabiliter faveo. Favete linguis. Favere alicujus voluntati & adjutorem esse. *Phras.* Favet tibi tota civitas; mirabilis te bonorum virorum benevolentia comitatur; firmissima te munit Civium benevolentia; ardent omnes studio tui ac amore; tuâ causâ volunt cupiuntque omnes; uteris populo plane tuo; Existimationis tuæ cupidissimum studiosissimumque habes populum totum; honori tuo omnes velificantur; Divinô in te omnes studiô, constanti benevolentiâ existunt; tui honoris fautores habes plurimos; honestissimè tibi cupiunt; tuorum studia ardentia habes; gratiosus es omnibus; animô in te sunt singulari; benevolentiâ te summâ complectuntur; inclinatione voluntatis in te propendent; omnium animi ad dignitatem tuam propensi; Plebs omni te favore complectitur; tui sunt omnes, tibi gratificari cupiunt; in te civitas versa est tota; ita in te effusi sunt omnes, tantâ & tam secundâ in te voluntate, ut studia omnium in te unum inclinent, respiciant. *V. Gratia. Favor.*

Favilla, æ, * Funcke. *Usus.* Contectus ignis è se favillam discutit.

Favonius, ii, der West-Wind. *Syn.* Ventus, Zephyrus ab occasu flans.

Favor, is, Gunst / Gewogenheit. *Syn.* Gratia, studium, jactatio, aura cursusque popularis, prosper flatus fortunæ.)(*Invidia.* *Usus.* Eum amorem, &, ut hôc verbô utar, favorem in consilia advocabo. *Phras.* Tantas in me

me laudes confers, non judiciô tuô, meritôve adductus meô, sed gratiæ causâ ad colligendam benevolentiam; gratiam meam his laudibus aucuparis, das hoc auribus meis, hoc largiris mihi; loqueris ad voluntatem; non ex animo tantas in me laudes confers, sed eô consiliô, id spectans, id secutus, mihi ut gratificeris, sed meum tibi ut amorem hôc artificiô, hôc tuô quasi meritô adjungas. Volo non solùm tuâ, verùm etiam tuorum amicorum causâ aliquid agere, quod tibi amicisque tuis gratum sit, quod gratum ac jucundum tibi tuisque accidat, placeat, satisfaciat, voluptatem ac jucunditatem afferat; Inire gratiam officiis, non à te modò, verùm etiam ab amicis tuis velim; gratiam inire & apud te & apud amicos tuos eâ te velim, Opto rem gratam tibi tuisque facere. Opto aliquid efficere, navare, præstare tuâ tuorumque causâ; ad id unum mea studia converto, ut aliquid efficiam, ex quo tu & amici tui voluptatem, jucunditatem, lætitiam capiant, hauriant, sumant, colligant. Servire non solùm tibi, sed etiam amicis tuis cupio; servire voluptati, & commodo non solum tuo, verùm etiam amicorum tuorum volo. Tuam amicorumque tuorum officiis meis gratiam quæro. *V. Gratia, Faveo.*

Favorabilis, e, * günstig / gunstreich / annehmlich. *Syn.* Plenus favoris apud omnes. *Us.* Auram favoris popularis captare.

Faustè, glücklich. *Syn.* Fortunatè. *Usus.* Faustè, feliciter, prosperè.

Faustus, a, um, glückhafft / beglückt. *Syn.* Fortunatus.)(*Horribilis.* *Usus.* O nox fausta Orbi! Quod bonum, felix, faustum, fortunatumque sit, Veteres præfabantur. *V. Felix. Fortuna prospera.*

Fautor, is, geneigter Patron / Gönner. *Syn.* Studiosus, studens. *Epi.* Improbissimus. *Usus.* Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Ei semper factor & adjutor extiti. Ego consiliorum tuorum author, dignitatis fautor & amplificator. *V. Patronus.*

Fautrix, icis, Patronin / Gönnerin. *Epi.* Fautrices, fidelissimæ. *Usus.* Amicitiæ fautrices fidelissimæ voluptatum.

Favus, i, Bienen-Häußlein. *Us.* Apes favos fingunt.

Faux, cis, vide *fauces*, Rachen / Schlund.

Fax, cis, Fackel. *Syn.* Tæda, funale. *Usus.* Ardentes faces ad reip. incendium furiis Clodianis ministrabat, in vicinorum tecta jactabat, malleolos ad incendendam urbem facesque comparabat. Non sunt parvis in rebus adhibendæ hæ dicendi faces; dolorum faces admovere.

Faxit. *Syn.* Faciat. *Usus.* Dii faciant; o daß GOtt wolte! si secus faxit.

Febricito, as, * das Fieber haben. *Syn.* Febre corripior, vel tentor. *Usus.* Febricitavit aliquis, vel inhorruit.

Febricula, æ, Fieberlein. *Syn.* Commotiuncula. *Epi.* Assidua & satis molesta. *Usus.* In febriculam incido satis molestam.

Febris, is, das Fieber. *Syn.* Calor & siccitas in animante toto, minimè naturalis. *Epi.* Febres tertianæ, quartanæque. *Usus.* Qui æstu & febre jactantur, gelidæ haustu relevari videntur, deinde multò graviùs vehementiusque affligantur. Ex quo, cum sudore cohorruissem, cum febri domum redii. Cum biduô se cibô abstinuisset, subitò febris decessit, s. ab ipso discessit; à febre relictus, liberatus est. Febri caruit; incommodâ valetudine emersit febris. Constans febris reversio, & motus. In tertium diem febris incurrit. *Phras.* In quartanam conversa est vis morbi, sed jam sine horrore est; Accessiones & remissiones quotidie habet plures; Febris accedit, desinit, assiduè inhæret, se inclinat, pares accessiones habet, levatur, continuat, per accessiones increscit, per discessiones mollitur; circuitum habere solita finitur. Lentis febriculis detineri.

Fe-

Februarius, ii, der Hornung. *Syn.* Intercalaris mensis. *Epi.* Sterilis. *Usus.* Februarius, mensis extremus anni.

Fecialis, is, Schliesser der Bündnissen/ Herold. *Syn.* Idem & sacerdos & orator. *Usus.* Fœderum, pacis, belli, induciarum feciales Judices sunto.

Fecialis, e, das dem Herold gehörig. *Syn.* A feciali factum constitutumque. *Us.* Belli æquitas jure feciali sanctissimè perscripta est.

Fel, lis, Gall. *Syn.* Flava bilis.

Felis, is, eine Katze. *Syn.* Domestica bestia muribus infesta. *Us.* Qui canem & felem ùt Deos colunt. Felis quô silentiô, quàm levibus vestigiis avibus obrepit! Quàm occulto speculatu in musculos exilit!

Felicitas, tis, Glückseeligkeit. *Syn.* Beatitudo, prosperitas, res secundæ.)(*Afflicta fortuna.* *Epi.* Incredibilis, par, perpetua, summa. *Usus.* Aliquid felicitate magis quàm consiliô & virtute ab aliquo gestum. Felicitas est fortuna adjutrix bonorum consiliorum. Perpetuâ felicitate usus decessit è vita. *Phras.* Nemo fortunâ utitur perpetuò bonâ; Nemini res ad voluntatem semper fluunt; nemo est, cui prosperè omnia succedant. Cui nihil contrà voluntatem eveniat, cui nullum accidat infortunium, cui secunda sint omnia, cui optata omnia contingant. Quis est, qui nihil unquam mali in vitâ videat? Quis est, qui nihil sustineat incommodi, qui nullam ferat calamitatem; cujus sit perpetua felicitas, nullis interrupta malis? Tuas fortunas nemo superat; eâ fortunâ uteris, quæ potest esse maxima; tam beatus es, quàm qui maximè; ita beatus es, ut nemo magis; iis vel ornamentis vel præsidiis redundas, quibus majora nulla esse possunt. Nihil ad felicitatem tibi deest; nemo te potior ab iis rebus, in quibus sita est felicitas. Prosperè tecum sic agitur, ut invidere possis nemini; felicitate tecum conferri fortasse multi, præferri, anteferri, præponi, anteponi tibi certè nemo potest. Æquas omnium fortunas, rebus omnibus affluis; non est, quòd quidquam desideres; nihil non optabile consecutus es; Ea possides, quæ qui possidet, fortunam accusare nullô pactô possit, nullius fortunam sibi exoptare debeat; ea possides ac tenes, quæ beatam vitam efficiant, quæ sunt in vita expectanda. Optimus est rerum tuarum status; animi & fortunæ bona sic in te sunt, ut in nullo magis. Tibi satis est vel ingenii, vel fortunæ ad benè beateque vivendum. *V. Fortuna prospera. Eventus. Successus bonus.*

Feliciter, glücklich. *Syn.* Prosperè, fortunatè, faustè. *Usus.* Resp. benè & feliciter gesta. *Phras.* Causam tuam feliciter egi, non invitâ Minervâ, profluenter, absolutè, prosperè; res secundissimè processit, res suprà votum fluxit; Planè ex sententia rem tuam gessi. *V. Bene.*

Felix, icis, glückhafftig. *Syn.* Beatus, fortunatus, florens, cui bene est. *Usus.* Felix ad casum fortunamque. *Phras.* Te amico felix sum, & beatus, digitô cœlum attingo, in cœlo sum, secundum mihi vitæ sine ullâ offensione cursum polliceor; tranquilla & pacata habebo omnia; fortunam ipsam anteibo fortunis meis; rebus utar secundissimis; rebus omnibus florebo; nemo hominum me vivet fortunatior. *V.*

Femen, inis, die Hüffte/ die Weiche. *Syn.* Cruris seu coxendicis pars interior, & inferior. *Usus.* Redundas pedibus, feminibus, cruribus.

Femur, oris, die äussere Dicke am Schenckel/ Hüfft. *Syn.* Cruris seu coxendicis pars exterior.

Fenestra, æ, Fenster. *Syn.* Locus apertus ad lumen accipiendum. *Us.* Fenestrarum angustias quod reprehendis. Latis luminibus fenestræ. Oportebat hominum corda fenestrata, & aperta esse. Oculi quasi fenestræ animi.

Fera, æ, ein Wild/ Gewild. R. ab Æol. φὴρ. *Syn.* Bestia. *Epi.* Immanis. *Usus.* Feræ rationis & orationis expertes.

Feralia, orum, aller Seelen Tag. *Syn.* Dies erant Diis manibus consecrati, quòd ad tumulos epulas ferrent, ibi cœnas & epulum agitarent. *Us.* Feralibus præfecta est.

Ferax, cis, fruchtbar. *Syn.* Uber, fœcundus, fertilis, frugifer. *Usus.* Nihil feracius ingeniis. *V. Fertilis.*

Fer-

Ferculum, i, Speiß-Trachten/ Gericht. *Uſ.* Pomparum ferculis ſimilis, ita lento greſſu ingreditur.

Ferè, ſchier / faſt. *Syn.* Ferme, propè, propemodum. *Uſ.* Probabile eſt, quod ferè fieri ſolet. Nihil ætate, aut ferè nihil differunt. 2. *Tantùm.* Hæc ferè dicere habui. 3. *Profectò.* E victoria non ferè quàm invidia civium eum conſecuta eſt. *Thraſ.* Illi ferè ſimilis, quam propè æquabilis; Propius factum eſt nihil, ac ut alterum pro altero compellarem. Propemodum idem. Jam prope erat, non multum abfuit, parum aberat, ut me ſimilitudo veſtra falleret. *V. Quaſi.*

Feriæ, arum, Feyertag. *Syn.* Dies feſti Cœleſtium, dies quietis. *Epi.* Forenſes, novendiales, publicæ. *Uſ.* Feriarum feſtorumque dierum ratio in litteris requietem habet litium & jurgiorum, in ſervis operum & laborum. Imperare ferias forenſes. Feriæ quantum mihi temporis indulſerint.

Feriatus, a, um, müſſig. *Syn.* Otioſus, vacans. *Uſus.* Epicuræi DEUM feriatum volunt, otio torpere; non putes me feriatum à ſtudiis futurum. *V. Otioſus.*

Ferinus, a, um, wilder Art. *Syn.* Feris commune. *Uſus.* Ferinus victus.

Ferio, ire, ſchlagen. *Syn.* Percutio. *Uſ.* Feriunt hæc aures hominum; Oculi ſpectris feriuntur; hoſtem ferire; ſecuri ferire aliquem. 2. Ferire fœdus cum aliquo.

Feritas, tis, Grauſamkeit/ wild Weſen/ Unbändigkeit. *Syn.* Immanitas.)(*Manſuetudo animi.* *Epi.* Humana. *Uſus.* Pars animi, in qua feritas ſit & agreſtis immanitas; ex feritate aliquem ad humanitatem & manſuetudinem transferre. *V. Crudelitas.*

Ferme, ſchier / faſt. *Syn.* Ferè. *Uſus.* mihi fermè acta eſt ætas. *V. Ferè.*

Fermentum, i, * Sauerteig. *Syn.* Portio farinæ ſubactæ, acidæ. *Uſ.* Uxor mea tota in fermento jacet. *Vehementer irata eſt.*

Fero, ferre, tragen. R. à φέρω, idem. *Syn.* 1. Porto, gero. *Adv.* Abjectè, acerbè, acerbiſſimè diffidium, ægrè, æquè adverſam fortunam, apertè, aptè, atrociter, clàm, clementer, conſtanter, continenter, de integro, difficiliùs, diutiùs, egregiè, facilè, familiariter, fortiter, graviter, humanè, humaniter, jam dudum, immoderatè, indignè, inſolenter, lætè, lentè, leviùs, leviter, libenter, mediocriter, mirabiliter, moderatè, modicè, moleſtè, molliter, negligenter, nominatim, obſcurè, obviam ſe ſe, omninò, pariter, patienter; placatè, placidè, planè, moleſtè, pulcherrimè, quam humaniſſimè, quam leniſſimè, quietè, rectè, remiſſiùs, ſanè, moleſtè, ſapienter, ſedatè, ſtultè, ſubmoleſtè, tacitè, toleranter, tranquillè, valde graviter, verè vitioſè. *Uſus.* Terra fert fruges, ferre aliquem in oculis. 2. *Opinor, conjicio, ſpero.* Ut opinio mea, ùt conjectura fert. 3. *Conſtituo, nuncio, decerno.* Ferre ad populum de re aliqua, ſuffragium ferre. 4. *Patior, tolero, perfero.* Æquô vel iniquô animô, modeſtè vel parum modeſtè, graviter, leviter, molliter, indignè, immoderatè, fortiter, ſapienter, caſus adverſos ferre. 5. *Requiro, volo, poſtulo, jubeo.* Uti natura, conſuetudo tulerit; ſi tuum commodum ita fert; ita credebam reip. tempora ferre; ùt amor tuus fert, perſcribe. 6. *Reporto, percipio.* Palmam, primas, Prædæ partem tulit; reſponſum tulit, fructum ex ea re maximum tulit. 7 *Affero, do.* Opem, auxilia, præſidium ferre. Hæc ætas primum Oratorem tulit. 8. *Celebro, laudo.* In Cœlum te omnes laudibus ferunt. 9. *Obtineo, conſequor.* Quot ſuffragia tuliſti? 10. *Dico, prædico.* Homo, ut ferunt, ut fertur, acerrimus. 11. *Attribuo, adſcribo.* Ferre alicui aliquid expenſum.

Ferocia, æ, Frechheit/ Grauſamkeit. *Syn.* Ferocitas. *Epi.* Effrœnata, intoleranda, tanta. *Uſ.* Quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam, quam intolerandam arrogantiam fuiſſe putatis? *V. Inſolentia.*

Ferocitas, atis, Hochmuth / Frechheit. *Syn.* Ferocia. *Epi.* Tanta.)(*Humanitas, manſuetudo.* *Uſus.* Ferocitatem & audaciam alicujus frangere, reprimere.

Ferociter, frech / übermüthig. *Uſus.* Male-

maledicta. In aliquem asperè, ferociter, & liberè dicta.

Ferox, cis, frech/ kühn/ keck. *Syn.* Vehemens.)(*Humanus.* *Usus.* Victoria reddidit hominem ferociorem, impotentiorem, arrogantem, infestum. *Phras.* Homo viribus ferox, efferatis longa militiâ animis; atrox ingenium & accendi facile; trux & sævus plebis insectator; truci ingeniô, præferocis animi, præcipuâ invidiâ vir; irarum & animorum plenus, indomitus & implacabilis, vultu truci, voce accusatoriâ, ingeniô asper, stolidâ audaciâ ferox. *V. Insolens.*

Ferramenta, orum, Eisen-Werck. *Syn.* Ferrea instrumenta. *Epi.* Bona. *Us.* Dicebat se bonorum ferramentorum studiosum. Quæ ferramenta, qui vectes?

Ferraria, æ, * Eisen-Grube. *Syn.* Ex qua ferrum extrahitur. *Usus.* Apud eos magnæ sunt ferrariæ.

Ferratus, a, um, * mit Eisen beschlagen. *Usus.* Hasta ferrata.

Ferreus, a, um, eisern. *Syn.* Durus. *Us.* O durum te, ferreum, inhumanum, qui ejus periculis non moveris. 2. *Impudens.* Os tuum ferreum.

Ferrum, i, Eisen. *Syn.* Metalli genus durissimum. *Epi.* Civile, impium. *Usus.* E terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. 2. *Arma. Gladius.* Patriæ igni ferroque minatur. Homines certis locis cum ferro collocati.

Fertilis, e, fruchtbar. *Syn.* Ferox, fœcundus, uber, frugifer, fructuosus, opimus. *Adv.* Maximè. *Usus.* Agri opimi, jucundi, saluberrimi, maximeque fertiles. Agrum habet miræ, f. nobilissimæ fertilitatis. Abundans omni rerum copiâ Regio. Asia ubertate agrorum, varietate fructuum, magnitudine pastionis, multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellit. *Phras.* Regio frugum hominumque fertilis, tam uber & pingue solum est, ut repelli à pastu pecora dicantur, ne satietas perimat. Solum pinguissimum & pabuli fertile, & crebris fontibus rigatum, uberrimum gignendis uvis solum.

Fertilitas, tis, Fruchtbarkeit. *Syn.* Ubertas agrorum, rerumque abundantia omnium; bonitas, agrorum & fœcunditas.)(*Sterilitas agrorum.* *Epi.* Barbara. *Usus.* Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas. *V. Ager bonus.*

Ferventer, hitzig / eifferig. *Syn.* Vehementer. *Usus.* De damnatione ferventer loqui cœptum.

Ferveo, ere, sieden/ braten. R. à φέρβω pasco, nutrio. *Syn.* Ebullio.)(*Frigeo.* *Us.* Fervet æstu pelagus; Usque eò fervet, & fertur, & exæstuat avaritiâ.

Fervidè, mit Eiffer/ eifferig. *Syn.* Callide.

Fervidus, a, um, hitzig / eifferig. *Syn.* Ardens.)(*Frigidus.* *Usus.* Oratio seria, fervida, petulans. *Phras.* Juvenis est naturâ præfervidus, magnum ardorem vultu præseferens, animo ferventior, fervore quôdam ætatis incitatior, effervescens sæpiùs; in verba effervescentia facilis; animô ardenti, ardore quôdam & impetu ferox. Præproperum & fervidum ingenium prudenti & moderatô Virô adjunctô temperandum est. *V. Præceps. Vehemens.*

Fervor, is, Hitze / Eiffer. *Syn.* Ardor, calor.)(*Frigus.* *Epi.* Purior, perlucidior, nobiliorque, multò ob eas causas aptior ad sensus commovendos. *Us.* Iracundia est fervor mentis. Fervor ætatis, maris, pelagi. *V. Impetus.*

Ferus, a, um, wild/ grausam/ unbändig. *Syn.* Barbarus, immansuetus, immanis.)(*Mitis. Mansuetus. Cicur.* *Usus.* Varia genera bestiarum & ferarum. Homo ferus & agrestis, ferus ac ferreus. Gentes feræ, & omni diritate & immanitate teterrimæ; mores feri, immanis natura Scytharum. *V. Crudelis, Barbarus.*

Fessus, a, um, müd / matt. *Syn.* Defessus, languens, de viâ lassus, defatigatus. *Us.* Fessus plorando de viâ, fessus inediâ. *V. Fatigo.*

Festinanter, geschwind/ eilend. *Syn.* Festinans, properans omni festinatione. *Usus.* Nimium festinanter facere aliquid, proficisci, abire.

Festinatio, onis, das Eilen. *Syn.* Properatio.)(*Mora.* *Us.* In festinationibus ne suscipiamus nimias celeritates. Habes

Habes Epistolam plenam festinationis, & pulveris.

Festino, as, eilen. *Syn.* propero, maturo.)(*Moror, commoror.* *Adv.* valdè. *Usus.* Jam ad reliqua festinat animus, oratio. Plura scripsissem, ni festinarent nuncii. *V. Propero.*

Festinus, a, um, behend / geschwind / hurtig. *Syn.* Properans. *Us.* Festino, simillimus decurro.

Festivè, zierlich / fein. *Syn.* bellè, aptè. *Us.* At quàm festivè crimen contexitur! 2. *Exactè*, bellè, & festivè dicere. Dialectica festivè tradit elementa loquendi.

Festivitas, tis, Holdseligkeit / Zierlichkeit. *Syn.* Lepor, jucunditas. *Usus.* Festivitas, splendor, concinnitudo, lepos hominis, orationis. Habet ea res festivitatem. *V. Iucunditas. Facetiæ.*

Festivus, a, um, zierlich / lieblich. *Syn.* festivus, lepidus, facetus, venustus. *Usus.* festivus materculæ suæ filius. Puer festivus. 2. *Egregius, eximius, magnus.* Habeo librorum festivam copiam. Festivum acroama. *Vid. Facetus. Lepidus.*

Festus, a, um, feyerlich. *Syn.* Dies festus, feriæ; dies celebrandus, qui est in honore. *Usus.* Dies festos anniversarios agere, celebrare dies festos Lydorum. *Phras.* Diem festum celebrare; Religiosos dies à majoribus institutos, constitutos, epulis ac lætitiâ ingenti celebrare, omni ceremoniarum genere celebres agere.

Fex, cis, Hefen. *R.* à πῆξις concretio. *Syn.* subsidens purgamentum, sentina, sordes, eluvies, labes. *Usus.* Perditissima, infima fex populi. Sordes urbis & fex. *V. Vilis.*

Fiber, ri, Biber-Thier. *Syn.* Castor. *Us.* fibri redimunt se eâ parte corporis, propter quam maximè appetuntur.

Fibra, æ, Härlein / Fäserlein an Wurtzeln. *Syn.* fibræ sunt veluti capilli, in extis animalium, radicibus stirpium, & in aliis rebus. *Usus.* Non ramos solùm amputare, sed & radicum fibras evellere.

Fibula, æ, eine Spange. *Syn.* ornamentum cinguli ad vestem subligandam. *Usus.* Prætor fibulis aureis donavit milites.

Fictè, fälschlich / erdichtet. *Syn.* simulatè.)(*Vere.* *Usus.* Fictè, fallaciter reconciliata gratia.

Fictilis, e, aus Erden / irden. *Syn.* quod ex terrâ, vel alia materiâ fictum est. *Usus.* Vasa fictilia, urna fictilis.

Fictor, is, Häffner / Töpffer. *Syn.* qui signa ex ære vel alia materia fabricat. *Usus.* Pictores, fictores ex cerâ.

Fictrix, cis, Erfinderin. *Usus.* Divina Providentia, fictrix & moderatrix naturæ.

Fictus, a, um, erdichtet / falsch / unwahr. *Syn.* commentitius, simulatus, adumbratus. *Us.* Ficti & commentitii Dii. Hæc causa à te per summam malitiam & fraudem ficta est. *Phras.* Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt; ficti homines, vani, perfidiosi, impii, non diu placent. Fictiles commentitiasque sententias, opinionum commenta, dies delet. Homines fictè & fallaciter probi, fictæ & adumbratæ virtutes non diu in pretio sunt. *V. Simulatio. Vanus.*

Ficulneus, i, * vom Feigen-Baum. *Syn.* quod est ex fico arbore.

Ficus, i, Feigen. *Syn.* Pomum fici.

Ficus, ûs, Feigen-Baum. *Syn.* arbor fici. *Us.* suspendit se de ficu.

Fidelia, æ, Hafen / Krug. *Syn.* vas Samium ad plurimos usus. *Usus.* duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Fidelis, e, treu. *Syn.* fide præditus, qui fidem suam præstat.)(*Perfidus, infidelis.* *Adv.* Egregiè, maximè. *Usus.* firmus & fidelis amicus. *Transl.* Ager, domus, doctrina, ars fidelis. *Phras.* Famulus probus ac frugi tacitus ac fidelis debet esse. Hæ potissimùm virtutes in famulo requiruntur, fides & taciturnitas. Famulus probus ac frugi fide officiôque singulari semper esse debet. Oportet, ut famulus non sit ambiguâ fide, non fluxâ, non levi, sed optimâ & præstantissimâ, sed notâ & exploratâ. Oportet, ut famulus sit fidei plenus, fidem secum colat; is sit, cui omnia credi possint.

Fidelitas, tis, Treue / Glaube. *Syn.* fidei sanctior observatio.)(*Infidelitas* *Epi.* Perutilis, summa. *Us.* Amicorum me fidelitas & benevolentia custodit; nunquam iis fidelitas erga me dese-

defecit; quantum studiô & fidelitate consequi possunt, nutui præstò sunt. Nunquam operam eorum & fidelitatem requisivi, desideravi. *V. Fides.*

Fideliter, treulich. *Usus.* Prædia tua fideliter curabuntur.

Fidens, tis, keck/ kühn/ frech. *Syn.* audens)(*Dubius, timidus.* *Usus.* Animus prudentiâ & consiliô fidens. Fideli animô ad mortem gradi. Dubitans magis de suis rebus, quàm iis fidens.

Fidenter, sicherlich/ beherzt. *Syn.* Audacter.)(*Timidè, dubitanter.* *Us.* fidenter respondere; fidenter agere, aggredi, colloqui.

Fidentia, æ, Zuversicht. *Syn.* Securitas, fiducia, confisio.)(*Diffidentia.* *Usus.* fidentia est firma animi confisio; scientia quædam est, & opinio gravis non temere assentiens, per quam magnis in rebus multùm ipse animus in se fiduciæ certâ cum spe reponit. *Vid. Securitas.*

Fidissimè, aufs treulichste/ treulichster Weise. *Usus.* fidissimè ac amantissimè te horum admonitum volui.

Fides, ei, Treu/ Glaube. *Syn.* Constantia, promissum.)(*Perfidia, fraudatio.* *Epi.* alma, apta, bona, clara, communis, consularis, egregia, singularis, incredibilis, infirmior, insignis, jucunda auditu, magna, mala, melior, mira, optima & speratissima, præstans ac singularis, prompta, publica, sancta. *Usus.* Fides dictorum, conventorumque constantia & veritas. *Fidem dare*, fidem suam interponere. Nemini infideli fidem do, aut dedi, obstrinxi, obligavi. Fidem habere alicui. *Fidem servare.* Quam tibi dedi de me fidem, præstabo. Bonâ fide agam. Stabo, peritabo in fide; tenebo, retinebo fidem; Fidem meam liberabo, exonerabo, salvam præstabo. *Fidem violare.* Qui fidem frangit, oppugnat omnium commune præsidium. Si civitatis fides, justitiæ fundamentum, concidat, labefactetur, labascat, omnis humana societas convellitur. 2. *Authoritas, confirmatio, firma opinio, persuasio.* Fidem faciat oratio. Nocturnis visis fides non est habenda. Hoc authoritatem orationi affert, & fidem. Fidem alicui infirmare, minuere, abrogare. 3. *Tutela, patrocinium, clientela, defensio.* In alicujus se fidem conferre, tradere; se alicujus fidei committere. Aliquem in fidem accipere, recipere. Sum in fide & clientelâ alicujus. In alicujus fidem se permittere. *Phras.* Non improbo, quod ad mercaturam exercendam te contuleris, te tamen hortor, spem in fortuna nullam reponas. Non displicet consilium, quod ad negotiandum, ad negotia gerenda s. administranda te contuleris, tamen tibi suadeo, ne fortunæ credas, confidas, fidem habeas; ne te fortunæ credas, committas, tribuas; ne multùm in fortuna ponas, à fortunâ expectes; ut cautè agas cum fortunâ, nihil tibi de fortunâ pollicearis, spem nullam in fortunâ constituas; ne fidam, stabilem, firmam, constantem, certam fortunam ducas. Non reprehendo, quòd ad mercaturæ studium te dederis, tamen author tibi sum, ut fortunæ instabilitatem, levitatem, inconstantiam, varietatem, mutationem, varios casus, vicissitudinem pertimescas, extimescas.

Fides, ium, Saitenspiel. *Syn.* Lyra. *Epi.* contentæ, plurimæ. *Usus.* discere, canere fidibus; fidibus scire; fides pulsare.

Fidicen, inis, Geiger/ Lautenist/ Harfenist/ Spielmann. *Syn.* qui fidibus, lyrâ canit; lyricus. *Ep.* nobilissimus fidicen.

Fidicula, æ, klein Seitenspiel. *Syn.* parva lyra. *Us.* Fidiculæ numerosè sonantes, & tibiæ modulatè canentes.

Fiducia, æ, Vertrauen/ Zuversicht. *Syn.* Spes certa. *Epi.* stabilis. *Usus.* Artis suæ fiduciâ insolescit. Hominis præpotentis fiduciâ, tuâ fiduciâ ita se effert. 2. *Pactum cum conditione red mendi, redhibendique, quod venditum est. Vulg. obligatio.* Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Commissam fiduciam tenere & possidere.

Fido, ere, * trauen/ glauben.)(*Diffido, dubito.* *Usus.* Somniis, amicorum præsidiis fidere. *V. Fidelis.*

Fidus, a, um, auffrichtig/ treu. *Syn.* fidelis. *Usus.* fidæ familiaritates amantium. *V. Fidelis.*

Figmentum, i, Erdichtung. *Us.* sententiæ tam veræ, tam novæ, tam sine figmentis, fucôque puerili. *V. Fabula.*

Figo,

Figo, ere, veſt machen/ annaglen. *Syn.* immitto, affigo. *Adv.* omnimodò. *Uſ.* Beneficium trabali clavô figere. 2. *Pono*, mentem totam, cogitationem omnem, operam, induſtriam, ſtudia in conſulatu tuo fixi & locavi. Garrulitati, cupiditati modum figere. 3. Maledictis aliquem figere, vulnerare, perfodere.

Figura, æ, Figur/ Geſtalt/ Form. *Syn.* forma, ſpecies. *Epi.* apta, conglobata, diſſimilis, divina, habilis, humana, miranda, muliebris, mira, optima, pulchra, reliqua, tacita, tota, vaſtior. *Uſus.* Delectabant illum figura & lineamenta hoſpitæ. Tacita corporis figura conjecturam affert. Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Corporis partes, forma, ſtatura, figura. In hominis figura belluæ feritas. Formæ figura.

Figuro, as, geſtalten/ formieren. *Syn.* formo, effingo. *Uſus.* Terga boum non ſunt ad onus ferendum figurata. Ita figuratum eſt hoc corpus, ut aliis excellat. Deus mundum hâc formâ figuravit. *V. Fingo.*

Filia, æ, Tochter. *Epi.* chariſſima, grandis, nubilis, major, optima, ſingularis, vetula, multarum nuptiarum, unica. *Uſus.* filiam ſuſcipere, habere. Filiam ſpondere alicui, paciſci, collocare; viro dare, mandare, committere.

Filicatus, a, um, dem Farnkraut ähnlich. *Syn.* quod filicis, herbæ, ſpeciem habet.

Filiola, æ, Töchterlein. *Epi.* amabilis, chariſſima, dulcior, noſtra vita, parva, jucunda, triſticula. *Uſus.* mea blandiſſima filiola.

Filiolus, i, Söhnlein.

Filius, ii, Sohn. *Syn.* liberi, gnatus, natus, procreatus, chariſſima procreatio, ſpes Parentis, partus. *Epi.* Aſſiduus, belliſſimus, blandus & gratioſus, charus, conſularis, delicatior, dignus tantô Patre, diſertus, diſſolutus, feſtivus; gnavus, & prudens, & probus; grandis, honeſtiſſimus; imago animi & corporis paterni, imbecillus, immanis, impurus, innocens, avarus, non amans ſuorum; ferox fortaſsè, & arrogans, & infeſtus; præditus patriâ virtute, probus, pupillus, ruſticus, ſimillimus Patris, ſtudioſus, eruditus & modeſtus, ſuaviſſimus, venuſtiſſimus, unicus. *Uſus.* Filius effigies probitatis paternæ; imago animi & corporis paterni. Eſt is in me pietate filius, conſiliis Parens, amore frater. *Filium procreare*, gignere, producere, ſuſcipere; filium adoptare, ſupponere, exponere; efferre filium, *ad tumulum.*

Filum, i, ein Faden. *Syn.* linum. *Transl.* Orationis contextus. *Uſ.* Argumentandi tenue filum. Expetimus filum orationis tuæ. Munuſculum levidenſe craſsô filô. Linô adſtringere, vincire.

Fimbriæ, arum, Gebräme. *Syn.* Veſtium aut aliarum rerum extremitas. *Epi.* madentes. *Uſus.* Cincinnorum fimbriæ.

Findo, ere, zerſpalten. *Syn.* Diffindo, aperio, divido. *Uſus.* Hôc quaſi roſtrô finditur flumen.

Fingo, ere, geſtalten/ erdichten. *Syn.* formo, informo, creo. *Adv.* omnimodò, commodè, extemplò, præclarè. *Uſus.* E cerâ, è materiâ, è marmore ſuos avos fingere; natura te ad honeſtatem finxit; ſe totum ad nutum, arbitrium, voluntatem alicujus fingere. 2. *Simulo, imitor.* Fingere ſibi vultum & inceſſum. Fingere, diſſimulare, obtegere. 3. *Comminiſcor.* Fingere crimen. 4. *Æſtimo.* Alios ex ſuâ naturâ fingere. *Thraſ.* Aliam ſe, quàm ſit, fingit, ementitur, venditat. Homo ingenioſus ad comminiſcendum. Simulator eſt artificioſus. Hic quaſi ab juventute ad oſtentationem virtutis compoſitus alium ſe gerit, alius eſt. *V. Simulo. Fictus.*

Finio, ire, zum End bringen. *Syn.* definio, perficio, conficio, abſolvo, finem facio, claudo, concludo, termino, modum ſtatuo, finem affero, in exitu ſum, compleo, faſtigium impono, perfungor, extrema perſequor, modum facio, terminum habeo, abſolutionem perficio, uſque ad finem exequor, modum vel finem conſtituo, modum definio, ad exitum perduco.)(*Exordior, fundamenta jacio, propago.* *Uſus.* Omnia utilitate finire. *Thraſ.* Bellum pace finire, finem controverſiarum conſtituere, à diuturnis diſſenſionibus conquieſcere, ad belli exitum pervenire; defungi, exire bello; tandem bellum finem invenit. *V. Abſolvo. Perficio.*

Finis, is, Ende/ Schluß. *Syn.* modus, terminus, exitus, ultimum, extremum.)(*Initium, principium, Epi.* similis, optimus, simplex, teterrimus, verus. *Usus.* Non faciam finem rogandi; finem precibus meis nullum reperiam, faciam, statuam, constituam; illa victoria finem bello attulit, præscripsit. 2. Causa, cujus *gratiâ*, cur? quem ad finem? finis causâ aliquid facimus. Finis bonorum, quò referuntur, & referenda sunt omnia. 3. *Locorum, ditionum, Provinciarum extrema*, unde *finitimi.* Lingua Latina finibus sanè exiguis continetur. Suos fines tueri, defendere ab incursionibus. Imperii fines proferre, propagare. *Thras.* Parum abest, quin res ad exitum pervenerit, sublata res tota non est, magnâ tamen ex parte profligata. Eò res processit, ut ab exitu non longè abfuerit, ut ad exitum penè pervenerit, ut exitum penè attigerit. Diu actum est, ad exitum tamen res non venit; diu deliberatum, consultatum est, tamen perfecta, confecta, absoluta, profligata res non est. *V.* Extremus.

Finitè, mit Maaß. *Syn.* definitè. *Usus.* Avarus erit, sed finitè; adulter, sed habebit modum.

Finitimus, a, um, nahe gelegen. *Syn.* vicinus, propinquus, appositus, confinis, proximus. *Usus.* Finitimus oratori poëta est. Falsa veris, ægritudini finitimus est metus. Vitia propinqua inter se & finitima; Regnum, gens finitima. *V.* *Vicinus.*

Finitor, is, Feld-Messer. *Syn.* Decempedator, metator, qui agrorum terminos constituit. *Usus.* Delecta finitorum juventus.

Fio, eri, werden. *Syn.* Consto, conflor, evado, evenio, accido. *Adv.* acriter, acriùs, acerrimè, amantissimè, animosè, aptè, arrogantiùs, atrociter, bellissimè, benignè, benevolè, casu, cautè, clariùs, cogitatò, commodè, consideratè, constanter, consultò, crebrò certiorem de omnibus per litteras, cumulatiùs, cupidè, difficilè, diligenter, divinitus, diutiùs, dupliciùs, faciliter, fortè, fortuitò, frequentiùs, honorificè, honestè, humanè, improbè, improvisò, ineptè, injustè, insulsè, iracundè, lepidè, limatiùs, longiùs, maturè, meliùs, modestissimè, necessariò, obscurè, occultiùs, omninò, petulantissimè, piè, privatim, publicè, ritè, sedulò, severiùs, simulatè, suaviter, tardiùs, temerè, turpiter, variè, vehementer, verè, viriliter, vitiosè, utiliter. *Usus.* Sæpe fit, ut. Facto fiunt omnia. Si ita factum esset, ut Senatus haberetur, nobis magno usui fuisset. *Thras.* Vide, ne inde seditio fiat, existat, confletur; tumultûs aliquid enascatur; contentiones consequantur, gignantur; ne in seditionem res vertatur; ne ad tumultum res delabatur, degeneret; ne plebs ad tumultum traducatur; ne res in seditionem evadat. *V. Facio.*

Firmamentum, i, Stärcke/ Veste. *Syn.* stabilimen, robur, vires. *Epi.* contrarium, gravissimum. *Usus.* Hic ordo firmamentum est cœterorum. Flos Italiæ, firmamentum Imperii, ornamentum civitatis; est hoc firmamentum disciplinæ. Firmamentum & robur totius accusationis.

Firmè, kräfftig. *Syn.* firmiter. *Us.* habere aliquid bene cognitum, & firmè conceptum animo; graviter, firmissimè aliquid asseverare.

Firmitas, tis, Beständigkeit.)(*Infirmitas.* *Usus.* Constantia & firmitas animi.

Firmiter, steiff/ starck. *Syn.* firmè,

Firmitudo, inis, Standhafftigkeit. *Syn.* firmitas. *Epi.* gladiatoria. *Us.* Firmitudo gravitasque animi.

Firmo, as, bevestigen. *Syn.* stabilio, firmum facio. *Usus.* firmare Imperium & augere; aliquid rationibus firmare. Corpora juvenum labore firmantur. *V. Confirmo.*

Firmus, a, um, vest/ beständig. *Syn.* stabilis, ratus, fixus, constans, immortalis, multùm firmamenti & virium habens; quod nunquam ullâ vi labefactari, nunquam dimoveri locô potest. *Adv.* benè. *Usus.* Firma, stabilis, perpetua amicitia. Senatus tuâ authoritate firmior. Tenere aliquid firmum. Firmus ab equitatu. Civitas firma & valens. Jam sum paulò firmior. Tenere aliquid firmum; firmiore corpore esse. *Thras.* Id quidem firmum teneo; mihi id confirmatissimum est. Hoc penitùs mihi persuasum, ut adeò animo insitum innatumque videatur, nec convelli

velli possit. Ab illâ opinione nullâ unquam conditione discedam, amovebor.

Fiscina, æ, ein Korb. *Syn.* Canistrum.

Fiscus, i, Geldsack. *Syn.* Sacculus ad majoris pecuniæ summam capiendam, & pecuniam publicam. *Usus.* Reperi fiscos complures cum pecuniâ Siciliensi.

Fissio, onis, Zerspaltung. *Us.* Terræ subiguntur fissione glebarum.

Fissum, i, Spalt/ Ritze. *Syn.* fissio. *Epi.* familiare & vitale. *Usus.* fissum jecoris; quid fissum in extis, quid fibra valeat.

Fistuca, æ, * Stempffel. *Syn.* Machina, quâ trabes in terram, vel fluminis alveum panguntur.

Fistula, æ, eine Flöte. *Syn.* Musicum instrumentum diversum à tibiâ. Item: *tubus. Epi.* Eburnea, pastoritia. *Us.* fistulâ canere, modulari.

Fistulator, is, Pfeiffer. *Us.* fistulatorem domi relinque.

Fixus, a, um, geschlossen. *Syn.* decretum, statutum, stabile, firmum, ratum. *Usus.* Manet ac fixum est; fixum in animo suo tenere. *V. Firmus. Decretum.*

Flabellum, i, Fliegen-Wedel. *Syn.* Instrumentum, quô æstate ventum facimus s. excitamus refrigerandi gratiâ. *Us.* Cujus linguâ quasi flabellô seditionis est concio ventilata.

Flabilis, e, lüfftig. *Syn.* spirabilis, aëreus. *Us.* Nihil est in animis flabile, humidum, igneum.

Flaccesco, ere, schlampicht werden. *Syn.* languidus fio. *Usus.* Cum eum motus omnis animi tanquam ventus deficeret, flaccescebat oratio. *Vid. Langueo.*

Flacci, die hangende Ohren haben. *Syn.* qui aures habent magnas & languidas. *Usus.* Sili, flacci, frontones, capitones.

Flagellum, i, Geissel/ Peitsche. *Syn.* Virga, verber. *Us.* flagellis, loris aliquem cædere.

Flagitator, is, * der da fordert. *Syn.* Qui assiduè flagitat. *Usus.* non molestus, sed assiduus, & acer. Video flagitatorem fore, non quidem molestum, assiduum tamen & acrem.

Flagitiosè, lästerlich. *Usus.* flagitiosè, ac turpiter.

Flagitiosus, a, um, schändlich. *Syn.* flagitiis contaminatus, fœdus, ac turpis. *Usus.* Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimus. *Vid. Turpis.*

Fagitium, ii, schändliche That. *Syn.* crimen cum dedecore & tupitudine conjunctum. *Epi.* Incestum, turpe, alienum, domesticum, fraternum, inauditum, manifestum, multum, occultum. *Usus.* Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis unquam, quod flagitium à toto corpore abfuit? Flagitium facere, committere, admittere, flagitium suscipere; in flagitiis versari, volutari; flagitiis inquinari, nobilitari; in flagitia se ingurgitare. *V. Crimen. Scelus. Facinus.*

Flagito, as, stets bitten. *Syn.* Ardenter peto. *Adv.* admodum, privatim. *Us.* Vide quid acta vita, quid studia tua à te flagitent? Auxilium Consulis desiderat, implorat, atque adeo postulat. Postulatur à te dudum vel potiùs flagitatur historia. Postulo, non flagito. *V. Peto.*

Flagrantia, æ, Brunst/ Brand. *Syn.* ardor. *Us.* flagrantia oculorum.

Flagro, as, brennen. *Syn.* conflagro, ardeo. *Us.* flagrare odiô, amentiâ, odiô publicô, infamiâ, studiô dicendi, desideriô. Convivium stupris flagrans. Flagrant in illo libidines. *V. Ardeo.*

Flagrum, i, * Peitsche. *Syn.* flagellum. *Usus.* Vestalis flagrô cæsa.

Flamen, inis, Wind/ Blase. *Syn.* flatus, spiritus. *Epi.* Maximus, vehemens. *Us.* flamen Quirinalis, Carmentalis. Flaminem prodere, *creare.*

Flamma, æ, Flammen. *Syn.* mobilis & splendens ignis. *Epi.* fœdissima, perniciosissima, pestifera & nefaria, recens, tanta, tamque inveterata, tremula, vehemens, flammæ innumerabiles. *Usus.* Sulpitius in eâdem vitæ flammâ.

Flammeus, a, um, feurig/ röthlich. *Usus.* Stellæ naturâ flammeæ sunt.

Flammula, æ, Flämmlein. *Us.* Duæ è lucernâ flammulæ visæ sunt.

Flatus, ûs, Wind/ Blase. *Syn.* spiritus, flamen. *Epi.* Prosper. *Us.* Eô vela do, unde aliquis flatus ostenditur. Cùm prosperô flatu fortunæ utimur.

Flaveo, ere, * gelb werden. *Syn.* fulgeo, auri colorem refero.

Flavus, a, um, gelb/ bleich. *Syn.* Color fulvô clarior & albior. *Usus.* Flavi capilli.

Flebilis, e, der zu beweinen. *Us.* O flebilem speciem & miseram!

Flebiliter, kläglich. *Syn.* Miserabiliter. *Us.* flebiliter lamentatur.

Flecto, ere, biegen/wenden. *Syn.* Inflecto, torqueo, detorqueo, intorqueo. *Usus.* Versare suam naturam & regere ad tempus, atque huc illuc torquere, & flectere. Flectere aliquem oratione, precibus. Flectere animum à virtute ad vitium, in ambitionem; mentem suam ad alicujus dignitatem. Flectebar animô, & frangebar. 2. *Vito, caveo, muto.* Iter, consilium, sententiam flectere. *Phras.* Animal membra, quò vult, flectit, contorquet, porrigit, contrahit. Orator mentum in dicendo contorquens, caput leviter inflectit. *V. Inclino.*

Fleo, ere, weinen. *Syn.* fletum facio, lachrymor. *Adv.* Uberiùs, miserè. *Usus.* Omnes de morte filii flebant, lamentabantur. *Vid. Lachrymor, Lugeo.*

Fletus, ûs, das Weinen. *Syn.* Ejulatus, planctus, lachrymæ. *Epi.* Assiduus, fortior, mœrens, magnus, maximus, miserabilis, muliebris. *Us.* Quotidianæ querimoniæ, assiduus fletus, lugubris lamentatio fletusque mœrens, magnus, maximus, miserabilis; fletus totâ urbe gemitusque fit; fletum movere. Non possum præ fletu scribere, loqui. *V. Luctus. Lachryma.*

Flexanimus, a, um, Hertz-beweglich. *Syn.* suadens. *Us.* Flexanima atque omnium regina Oratio.

Flexibilis, e, leicht zu biegen. *Syn.* tener mollis. *Usus.* Materia omnium rerum flexibilis, commutabilis. Tenerum, flexibile, quod facilè sequatur, quòcunque ducas. Quod tuô arbitriô fingas. Mollis, tenera, flexibilis oratio.

Flexiloquus, a, um, zweiffelhafftig im Reden. *Usus.* Oracula flexiloqua, & ambigua.

Flexio, onis, Biegung. *Syn.* flexus, anfractus, conversio. *Epi.* Virilis. *Usus.* Flexio vocis, laterum. Quos tu meandros, dum omnes solitudines persequeris, quæ diverticula flexionesque quæsisti?

Flexuosus, a, um, wohl zu biegen. *Syn.* tortuosus.)(*Rectus.* *Us.* flexuosus introitus aurium.

Flexus, ûs, Krümme. *Syn.* Anfractus. *Epi.* multus. *Usus.* In hoc quasi flexu ætatis. Aures habent introitum cum multis flexibus. Flexus viæ, fluminis.

Flo, as, blasen/wehen. *Adv.* bellè. *Usus.* suavissimus auster nobis ab Epiro flavit.

Floccifacio, ere, verachten. *Syn.* contemno, nihil facio.)(*Magni facio.* *Usus.* Neque tamen floccifacio.

Floreo, ere, blühen. *Syn.* Vigeo, floresco, eniteo, emineo, excellens sum. *Adv.* honestissimè. *Usus.* Hæc arbor ter floret. *Transl.* Florere omni genere virtutis, ingenii laude, acumine ingenii, lepóre, honoribus, rerum gestarum gloriâ, existimatione innocentiæ, laudibus, amicitiis, gratiâ, authoritate. Tu beatum te & florentem, & potentem existimas. Fortunâ utor florentissimâ. *V. Egregius, Vigeo.*

Floresco, ere, anfangen zu blühen. *Syn.* floreo. *Adv.* quotidie magis, nunc primùm. *Us.* Sulpitius ad summam gloriam eloquentiæ florescens moritur. *V. Floreo.*

Floreus, i, * von Blumen/ *Usus.* Corona florea.

Floridus, a, um, blühend. *Usus.* floridior Cicerone, at minùs gravis.

Flos, ris, Blume/ Blüst. *Syn.* Lux, decus, honor, ornamentum. *Epi.* Flores lectissimi. *Us.* florum omnium varietas. Suavitates odorum, quæ afflantur è floribus. *Transl.* Gratia non virtutis specie, sed ætatis flore conciliata. Flos nobilitatis & juventutis. Flos equitum, Senatûs Italiæ.

Flosculus, i, Blümlein. *Us.* ficta omnia celeriter ùt flosculi decidunt; flosculos in oratione aucupari.

Fluctuatio, onis, Schwanckung. *Us.* fluctuatio animorum.

Fluctuo, as, ungestümm seyn. *Syn.* fluctibus jactor, vacillo, fluito. *Usus.* Tota res etiamnum fluctuat. in decreto non decet fluctuare; oratio fluctuans & dissoluta, eò quòd si-

ne

ne nervis & articulis fluctuet huc illuc.

Fluctus, ûs, Wellen/Flut. *Syn.* unda, procella. *Epi.* fluctus cani, magni, maximi, præsentes, sedati. *Us.* Jactari, allui fluctibus. Fortunam tanquam fluctus à saxo frangi oportet. Sedatis reipubl. fluctibus, & tempestate commutatâ; omnes tempestates & procellas in illo concionum fluctu subire. Motus, agitatio, fremitus fluctuum; undarum sævientium fragor.

Fluito, as, stets schwimmen. *Syn.* fluctuo, *Adv.* immoderatè. *Usus.* Reip. navis ereptis Senatui gubernaculis fluitans in alto, tempestatibusque seditionum.

Flumen, inis, ein Fluß. *Syn.* fluvius, amnis, profluens, *Epi.* Aureum, frigidius, illustre, magnum, maximum, publicum, universum. *Us.* Erat hæc natura fluminis. Flumine secundô, vel adversô ferri. *Phras.* Flumen rapidè propter Romam fluit; infimâ valle perfluit; è montibus præ altô alveô defluit; muros præterfluit; præaltis ripis amnem coërcentibus; navigabilis amnis & gravissimas naves perferens; opportunus ad comportanda quæ necessaria sunt. Editam urbem flumen subluit præruptis ripis. Flumen in mare *influit*, præcipitat, Tiberino amne miscetur, lapsu suo & cursu in mare profluit, infertur. Flumen exundans magnis tempestatibus; commotus Tyberis ita magnus & vehemens factus est, ut supra ripas effusus sine ullis cœlestibus aquis in altitudinem insolitam creverit. Agros inundavit cum magnâ tectorum pecorumque pernicie; latè restagnans amnis continuis imbribus auctus. Extra ripas diffluentem fluvium coercere. Propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis. Per præaltas fluvii ac profundas voragines hausti pene limo. Per tortuosi amnis sinus flexusque devolvebantur.

Fluo, ere, rinnen. *Syn.* labor, manô, defluo. *Adv.* Incitatiùs, liberè, longè lateque, longiùs orationem, tardius numerum, æqualiter. *Usus.* Quæ naturâ fluunt atque manant, ùt aqua. 2. *Difluo, dilabor.* Fluit voluptas corporis. Fluunt omnia, nec diutiùs unô eôdemque statu perdurant. Mollitiâ fluere. Quæ delapsa fluxerunt, severis legibus sunt vincienda. 3. Inde malum omne defluxit. Multa à Lunâ fluunt. Hæc ex eodem fonte fluunt. Fracta quædam & fluens oratio. *V. Flumen.*

Fluviatilis, e, vom Fluß. *Syn.* bestiæ aquatiles, ut fluviatiles testudines.

Fluvius, ii, ein Fluß. *Syn.* flumen, amnis, profluens. *Epi.* Atratus, magnus, & jucundus. *Us.* fluvius sanguine fluxisse dicitur. *V. Flumen.*

Fluxio, onis, das Fliessen. *Syn.* cursus. *Us.* Fluxiones aquarum.

Fluxus, a, um, unbeständig. *Syn.* Incertus inconstans. *Usus.* Res nostræ ut in secundis fluxæ, ita in adversis bonæ.

Foculus, i, Camin. *Us.* Positô in rostris foculô.

Focus, i, Heerd. *Syn.* locus, ubi ignis fovetur. *Epi.* Foci abditi, penetrales, patrii & privati, publici. *Usus.* Ejicere aliquem domô nudum. Ab focis Patriis, Diisque Penatibus, sedibus, aris, exturbare. Pro aris & focis pugnare. *V. Ignis.*

Fodico, as, grübelen. *Us.* res fodicantes, quas malas arbitramur.

Fodio, ere, graben. *Syn.* effodio, perfodio. *Usus.* Fodit, invenit auri aliquantum. Pungit dolor, imò fodit. Vin', stimulis te fodiam? *Phras.* Tumulos fossione exinanire, humum altè egerere, cuniculos agere, facili & levi humo acceptante opus. Humum moliri. Cuniculis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrit.

Fœcunditas, tis, Fruchtbarkeit. *Syn.* Ubertas, fertilitas.)(*Sterilitas.* *Epi.* Calamitosa. *Usus.* Cœli temperatio, fœcunditas terrarum, agri uberrimi maximeque fertiles, in quibus multa propter fœcunditatem fingi gignique possunt. O mulieris miseræ fœcunditatem!

Fœcundo, as, * fruchtbar machen. *Syn.* Fructiferum facio. *Us.* Nilus Ægyptum fœcundat.

Fœcundus, a, um, fruchtbar. *Syn.* ferax, uber, fertilis.)(*Sterilis.* *Usus.* Fossionibus fit terra fœcundior. Pectus fœcundum; Orator, homo fœcundus. *V. Fertilis, Ager bonus.*

Fœderatus, a, um, verbündet. *Syn.* fœdere & amicitiâ conjunctus. *Uſ.* fœderati populi, civitates. *V. Socius.*

Fœdiſſimè, häßlich. *Syn.* turpiſſimè.

Fœdifragus, a, um, Bund-brüchig. *Syn.* Qui fœdus frangit. *Uſus.* Pœni fœdifragi.

Fœditas, tis, Unflätigkeit. *Syn.* turpitudo, macula. *Epi.* flagitioſa, intolerabilis. *Uſ.* depravatio & fœditas turpificati animi. *V. Turpis.*

Fœdo, are, beflecken. *Syn.* maculo. *Uſ.* Romam fœdavit adventus tuus. Templa omni turpitudine; aliquem nefario ſcelere fœdare. *V. Maculo.*

Fœdus, a, um, garſtig/ſchändlich. *Syn.* turpis, flagitioſus.)(*Purus.* *Uſ.* Luxuria omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. *V. Turpis.*

Fœdus, eris, Bündnüß. *Syn.* Pactio, fides; amicitia Regum & Populorum, lege & Religione ſancita. *Uſus.* 1. fœdus cum aliquo facere, agere, ſancire, jungere; negligere, ferire, icere; paciſci cum aliquo, in fœdus tranſire, fœderibus cum hoſte devincire fidem; fœdere ſtare. 2. *Fœdus violare.* Frangere, rumpere; adversùs fœdus ſtare, contra fœdus facere. 3. Fœdus renovare, confirmare, publicas Religiones fœderum inſtaurare. *V. Societas.*

Fœmina, æ, Weibs-Bild. *Syn.* mulier, fœtum in ſe gignens animal.)(*Mas.* *Epi.* bona & locuples, ſanctiſſima, optima, præſtantiſſima, primaria, probatiſſima, & ſummo loco nata. *Uſus.* Prudentiſſima, diligentiſſima, eximiâ formâ fœmina. *V. Mulier.*

Fœmineus, a, um, weiblich. *Uſus.* fœmineus plangor.

Fœnebris, e, * wucheriſch. *Syn.* ad fœnus pertinens.

Fœneratio, onis, Wucher. *Syn.* fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. *Uſus.* Non hoc beneficium habendum eſt, ſed fœneratio. Fœneratio pecuniæ publicæ.

Fœneratò, * wucheriſch. *Uſ.* Pallam fœneratò abſtulit.

Fœnerator, is, Wucherer. *Syn.* Qui fœnus exercet. *Uſ.* fœneratorum quæſtus odia hominum incurrit.

Fœneror, aris, wucheren. *Syn.* fœnori do. *Uſus.* Non fœneramur beneficium. Pecuniam centeſimis fœnerari.

Fœneus, a, um, aus Heu gemacht. *Uſus.* ſimulacra hominum ex fœno; homines fœnei, quibus objectis tauri ad ſpectacula irritentur.

Fœnum, i, Heu. *Uſus.* fœnum ſecare, demetere, furcillis verſare, colligere, conſtruere, in ſtriam coarctare, in manipulos colligere, in metas extruere, ſub tectum congerere, in tabulata componere.

Fœnus, oris, Wucher. *Syn.* uſura. *Epi* grande, grave, iniquiſſimum, perpetuum, renovatum, tolerabile. *Uſ.* Pecuniam graviſſimô fœnore ſumere, accipere; fœnore iniquiſſimô trucidare cives.

Fœteo, ere, ſtincken. *Syn.* malè oleo. *Uſus.* anima illi fœtet.

Fœtidus, a, um, ſtinckend. *Uſ.* os fœtidum.

Fœtor, is, Geſtanck. *Syn.* putidus & malus odor. *Uſus.* jacebat in ſuo fœtore, & fimô. *Phraſ.* Fœtente eſt ſpiritu; non modò non animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſervare potuit. Ore fœtidò teterrimam peſtem nobis inhalat; quis in illo ganeorum tuorum nidore, atque fumo, perſiſtat vivus? Homo contaminatô ſpiritu, qui omnes abs ſe odoris fœditate depellat, locum mutare cogat; qui aliorum naſis maximam exhibeat moleſtiam; plenus ætatis, animâ fœtidâ ſenex.

Fœtus, a, um, trächtig. *Syn.* gravidus. *Epi.* uberior. *Uſus.* Terra fœta frugibus.

Fœtus, ûs, Junge. *Syn.* partus, proles, ſoboles, fructus. *Epi.* majores, multiplices, uberiores & grandiores. *Uſus.* fœtum procreare, fundere, edere; nullâ ætate Poëtarum uberior fœtus eſt; edit meliores fœtus ager aratus, innovatus.

Fœtura, æ, das Tragen des Viehes. *Uſus.* libertas lactis & fœturæ.

Folium, ii, ein Blat. *Epi.* aridum. *Uſ.* In arboribus truncus, folia, rami. Platani foliorum tegmine ſepti.

Folliculus, i, ein ledern Säcklein. *Syn.* Parvus ſaccus, quô parricidarum caput involvebatur. *Epi.* lupinus. *Uſus.* Os folliculô obvolutum.

Follis, is, Blasbalg. *Syn.* inſtrumentum ad ignem excitandum. *Uſ.* Id ſine follibus & incudibus effici non poteſt. Folle fabrili ad caput fiſtulæ appoſitô flando accenderunt. Admotis follibus, flatu ignem accendere.

Fomentum, i, warmer Uberschlag. *Syn.* quasi remedium & delinitio. *Usus.* Hæc sunt solatia, hæc fomenta humanorum malorum. Fortitudinis fomentis mitigatur dolor. *V. Remedium.*

Fons, tis, Brunn. *Epi.* Dulcis atque plenissimus piscium, perennis, sanctus augustusque; fontes recentes, reconditi. *Usus.* Fons aquæ dulcis, fontium gelidæ perennitates. Lucum fons perenni rigabat aquâ. Summa loci salubritas & copia, pluribus circumjectis fontibus perennium aquarum. Fontis venas intercidere, venas avertere; fontem exhaurire. 2. *Principium, origo, caput.* E fontibus potiùs hauriant, quàm rivulos doctrinæ consectentur; Philosophiæ fontes aperire; Consiliorum, calamitatum omnium fontes.

Foramen, inis, Loch. *Usus.* Foramina illa, quæ patent ad animum à corpore. *Sensus.* *Phras.* Foramen in muro facere; parietem perfodere, perforare, perrumpere; punctum angustissimum in muro; murum terebrare.

Foras, hinaus. *Syn.* Extra. *Usus.* Scripta foras dare; foras projicere, extrudere. Foras projecta accessio ædium, foras eminens.

Forensis, e, gerichtlich. *Syn.* Judicialis, publicus. *Usus.* Oratio judicialis, forensis, concertatoria; negotia forensia & extranea.

Fores, ium, eine Thür. *Syn.* Janua, ostium, aditus. *Usus.* Fores aperire, claudere, effringere, pulsare. 2. *Ingressus, initium.* Amicitiæ & familiaritatis fores alicui aperire, patefacere.

Fori, orum, Gang im Schiff. *Syn.* Tabulata navium à puppi ad proram per mediam navim. *Usus.* Alii malum scandunt, alii per foros currunt.

Foris, draussen. *Syn.* Extrinsecùs, in luce atqne oculis civium.)(*Domi, intus.* *Usus.* Consilium domi, arma foris; foris delatæ merces.

Forma, æ, äusserliche Gestalt. *Syn.* Figura, species. *Epi.* Certa, magna, maxime sibi cognata, duplex, egregia, eximia, formosior, generosa, magnifica, globosa, humana, ignea, impolita, rudis, insita in mentibus nostris, muliebris, mutabilis, nova, perfecta, rotunda, similis, tota, virilis, ultima, una & consentiens Philosophiæ. *Usus.* Omnium animantium formam vincit figura hominum. In formis aliis dignitas inest, in aliis honestas. Imago, forma, nota, simulacrum. Liberali, egregiâ formâ & honestâ specie Adolescens. 2. *Character, notio.* Exprimere formam reip. horum temporum. Forma ædificii; forma & figura dicendi. Officii, honesti forma. *Thras.* Formâ est non admodum venustâ; figurâ & lineamentis non admodum pulcherrimis; facie, staturâ non optimâ. Corporis & lineamentorum conformatio, membrorum compositio non est in eo venustissima; Aspectu horridiore, specie & figurâ Tauri, horribilem speciem præbet; non homo videtur, nec quidquam præter vocem in eo hominis agnoscas.

Formica, æ, ein Ameiß. *Usus.* In formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est.

Formido, inis, Furcht. *Syn.* Timor, pavor. *Epi.* Horribilis, subita & improvisa, summa, tanta. *Usus.* Formido & terror permanens; minas jactare, formidines, fugas, terrores; Formidinem injicere, imponere. *V. Metus.*

Formido, as, fürchten. *Syn.* Metuo, paveo. *Usus.* Formidare omnia. Unus ausus est, quod omnium fugisset formidassetque audaciam. *Vid. Timeo.*

Formidolosè, furchtsam. *Syn.* Timidè. *V. Timidè.*

Formidolosus, a, um, erschrecklich. *Syn.* Horribilis. *Usus.* Dubium & formidolosissimum bellum. *Vid. Terribilis.*

Formo, as, gestalten. *Syn.* Figuro, fingo, effingo.)(*Deformo.* *Adv.* Decorè. *Usus.* Formare orationem, eamque variare & distinguere. Nos verba & ceram fingimus & formamus. Discrepantia non possunt iisdem verbis formari & præceptis. Ut temperatus est aër, ita pueri animantur & formantur. Juven-

Juventutem præceptis, consuetudinem, mores formare. Se ad alterius mores fingere, formare. *V. Fingo.*

Formositas, tis, Schönheit. *Syn.* Pulchritudo, forma. *Usus.* Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. *V. Pulchritudo.*

Formosus, a, um, schön / hüpsch. *Syn.* Pulcer, qui eximiâ facie est.)(*Deformis.* *Usus.* Formosissimæ Virgines. *V. Pulcher.*

Formula, æ, Vorschrifft. *Syn.* Præscriptum, norma. *Epi.* Augustissima, antiquissima, certa, plena, consentanea rationi. *Usus.* Testamentorum, sponsionum, postulationum, judiciorum, jurisconsultorum formulæ. 2. *Norma, regula.* Formula quædam constituenda, quam sequentes ab officio nunquam aberremus. Erit hæc formula Stoicorum disciplinæ maximè consentanea.

Fornax, cis, ein Ofen. *Us.* Ardentes fornaces.

Fornicatus, a, um, gewölbt. *Syn.* Qui fornicem habet. *Us.* Cum fornice paries fornicatur.

Fornix, cis, Schwibbogen. *Syn.* Camera, arcus.

Fors, Glück. *Syn.* Fortuna. *Epi.* Domina Campi. *Usus.* Fors domina campi. Ut fors tulerit, aut si quis est, qui curet Deos.

Forsitan, vielleicht. *Syn.* Fortassis, fortasse. *Usus.* Forsitan quæratis, quid sit?

Fortasse, vielleicht. *Syn.* Forsitan. *Usus.* Puer fortasse fatuus.

Fortassis, vielleicht. *Syn.* Fortasse.

Fortè, ungefehr. *Syn.* Casu, fortunâ, fortasse. *Usus.* Fortè evenit, ut Puteolos veneram.

Fortifico, as, starck machen. *Us.* Animum fortificare.

Fortis, e, starck / mächtig. *Syn.* Magnanimus, acer, strenuus, constans, potens, robustus, valens, invictus, magnus, animosus, multum roboris habens, in quo multum est roboris & virtutis, maximi animi, qui omnia in se esse posita ducit, & humanos casus virtute inferiores putat.)(*Ignavus.* *Adv.* Egregiè, maximè, sanè, verè. *Usus.* Viri fortes, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit. Vir fortis, acris magnique animi, animi impetu fortissimô. *Phras.* Vir fortis singulari animi magnitudine, qui humana omnia premat, casus contemnat humanos; omnia quæ in hominem cadere possent, subter se habeat, & despiciat. Celsus & erectus, & ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens; firmiore animô præditus; stabili, firmô, & magnô animô; altus & excellens, verè fortis, infra se omnia humana ducens, robustô animô & invictâ constantiâ; cui suppetunt animi ad invidiam superandam; quem nullus unquam terror dejiciat; ingens virium & animi copia. *V. Expositus. Robustus.*

Fortiter, männlich. *Syn.* Animosè, viriliter, constanter, nervosè, acriter, strenuè, magnô animô. *Usus.* Quidquid acciderit, fortiter & sapienter ferendum est. Injuriam, dolorem fortiter ferre. *Phras.* Fortiter tulit injuriam; in atroci calumniâ nihil contremuit; magnô elatôque animô, nullô trepidationis signô, animô strenuô ac prævalidô casum excepit acerbissimum.

Fortitudo, inis, Stärcke. *Syn.* Magnitudo animi & robur, animi excelsi atque invicti magnitudo, animi excellentia, elatio magnitudoque animi. Animi excellentis præstantia, præsentia, robur, vis, excelsitas & magnitudo; acer animus & præsens, magnâ vi & incredibilis animus.)(*Ignavia, inertia, timiditas.* *Epi.* Custos dignitatis, incredibilis, jucunda auditu, præsens, princeps, propria viri, rabiosa, robusta & stabilis. *Usus.* Fortitudo est considerata periculorum susceptio, laborumque perpessio, dolorum laborumque contemptio. Ejus proprium est, nihil extimescere, omnia humana despicere; nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare. Præcipuè in mortis & doloris contemptione spectatur. Fortitudo est scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, humanæ legi parens sine timore. Ejus comites, magnitudo animi, gravitas, patientia, rerum humanarum despicientia. Venientibus malis obstat. Est rerum magnarum appetitio, rerum humilium contemptio, laboris cùm utilitatis ratione perpessio. *Phras.* Graviter

viter me oppugnat fortuna, ego tamen ad omnes casus, quibus humana vita exposita est, fortis sum. Vehementer s. acriter me vexat, urget, premit fortuna, ego tamen ad humana omnia fortis sum; ad omnes casus, qui humanæ vitæ impendent, quibus humana vita subjecta, s. exposita est, patet, fortis sum. Contra fortunam paratus, firmus, armatus, validus sum, firmissimis Conscientiæ præsidiis munitus sum. Res humanas planè contemno, negligo, despicio, aspernor; minimùm laboro de rebus humanis, susq; deque res humanas facio; humanis casibus animi præstantiâ, virtute, fortitudine resisto. Fortunæ conatibus obviam eo, occurro, objicio me, oppono me fortiter atque acriter; sperno fortunam fretus conscientiâ. Adversa, infesta, infensa, iniqua mihi est fortuna, tamen valet, seipsô nititur, sua in seipso præsidia ponit, à se ipso præsidium omne petit animus meus adversùs fortunæ vim, impetum, conatus, injuriam, tela omnia. Inimica mihi est fortuna, tamen mea me contra fortunam conscientia fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorem reddit; mihi animos, virtutem, vires, fortitudinem, firmitatem addit. Acerbè exagitat me fortuna, tamen minimùm res me humanæ movent, afficiunt, perturbant.

Fortuitò, ohngefehr. *Syn.* Fortuitu.)(*Consultò.* *Usus.* Casu & fortuitò factum est. Repentinâ aliquâ voluntate & fortuitò incidere in aliquid agendum.

Fortuitu, ohngefehr. *Syn.* Fortuitò, temerè, casu. *Usus.* Inconsideratè, negligenter, temerè, fortuitò aliquid facere. *Vulg. Quod fit ultro, sponte cadit.*

Fortuitus, a, um, unversehen. *Syn.* In fortunâ positus, non provisus. *Usus.* Fortuita bona; fortuita atomorum concursio; fortuita & subita oratio.

Fortuna, æ, Glück/ Fall. *Syn.* Sors, fors, hora, casus, temeritas, eventus, conditio.)(*Consilium, ratio.* *Epi.* Adversa, aversa, afflicta, perdita, aliena, amplissima, anceps, cæca, communis, dispar, dissimilis, diuturna, domina rerum humanarum, dubia, dura, crudelis, egregia, excellens, exigua, eximia, externa, extrema, falsa & volucris, fatalis, florentissima, fluxa, fortunatior, fragilis, gravis acerbaque, inclinata & prope jacens, incolumis, incredibilis, inferior, infesta, infima, insana, integra, levis, magna, mala, moralis, multa, optabilis, optima, particeps, perdita, popularis, præcipua, præstans florensque, pristina, propitia, prospera, æquabilis perpetuaque, singularis, spoliata, stabilis, summa, tanta, tota tranquillaque, turpis, vaga volubilisque, vetus, volucer. *Us.* Nihil tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna; ab temeritate & inconstantiâ sejungi non potest; vide quàm varia, commutabilis, vaga, volubilis, falsa, volucris sit fortuna. Fortunæ se committere, fortunam tentare, fortunæ periculum facere; Fortunæ obsequi, cedere; magna est vis fortunæ in utramque partem, seu ad res secundas, seu adversas. Ferre, subire pulcherrimè secundam & adversam fortunam. 2. *Conditio.* Homines infimâ fortunâ. Num, versor tecum in eâdem fortunâ. Fortuna servorum infima. *Thras. Fortuna se committere.* Ut negotium meum casus gubernabit, quemcumque cursum fortuna dederit, acquiescam; in dubiam aleam ivi, quam fortuna rem dabit, in eam vires & consilium inclinabo. Sorti rem commisi. Fortunæ mea consilia applicabo. Etsi sui cuique mores plerumque fingant concilientque fortunam, faber sit suæ quisque fortunæ, eventui tamen, quàm consilio, plùs confido.

Fortuna bona & mala. Ferè conjunctio est secundæ dubiæque fortunæ. Tam secundas fortunas amittere cogimur, & in adversis sine ullo remedio atque allevamento manere. Passim ab excitata fortuna ad inclinatam & propè jacentem desciscimus; jam florentissimâ utimur, jam duriore conflictamur; sed is demum vir est, cujus animum statu suô nec prospera efferat, nec adversa infringat.

Fortuna bona. Fortunâ prosperâ moderatè utitur; in rebus secundis & ad voluntatem suam fluentibus minimè elatus aut effrænatus, in secundissimis rebus fortunâ suffragante etiam res maximas consecutus minimè insolescit, nec superbum se ostendit, præbet; scit modum imponere rebus secundis, nec nimis

nimis credere serenitatis præsentis fortunæ; prudens homo & merito felix, cum præstò habeat ubique fortunam, eandem tamen veretur, quâ aspirante tot res gessit.

Fortuna mala. Fortuna mihi undique adversatur, nihil secundi est, tempestates procellæque perpetuæ mihi subeundæ sunt; fortunæ fulminibus unus petor; undique me infestat, consilia mea evertit, discutit, profligat adversa fortuna. Pertinax fortuna me urgere, se mihi objicere non desinit. At enim innumeris fortunæ telis exposita est, patet hominum vita; impendent, imminent hominum vitæ. Casus plurimi, eventus rerum varii singulis prope horis extimescendi. Quisquis vitam ingreditur, quisque in hanc lucem prodit, quisquis spiritum è cœlo ducit, quisquis hujus lucis usurâ fruitur, eum casus innumerabiles manent; ei, & quæ velit, & quæ nolit, expectanda multa sunt; ejus animus ex vario rerum eventu perpetuò fluctuet, necesse est. Omnium rerum humanarum vicissitudo est, nulla nobis non timenda, non expectanda; nulla non speranda, non metienda. Dum in terris sumus, degimus, manemus, ætatem exigimus; dum inter vivos agimus, est vicissitudo, est fortunæ inclementia, est fortunæ vis in utramque partem. Quàm vaga volubilisque fortuna, tam varia, commutabilisque vitæ nostræ ratio est; in casu atque fortunâ bona corporis, & quæ extra corpus, sita sunt & collocata.

Fortuna inconstans. Varietas est propria fortunæ, volubilis ejus rota versatur semper; varii sunt incertique casus; usquè variat fortuna; momentò temporis vertitur, nunquam diu eôdem stat vestigiô; lubrica est & versatilis, nec invita teneri potest. Crebra fortunæ est varietas; jactamur invicem per ludibria fortunæ; nihil tam contrarium constantiæ quàm fortuna; fortuna amica varietati, constantiam respuit; sejungi non potest fortuna ab inconstantiâ. Propria est fortunæ varietas, quæ cùm in humanis rebus dominetur, cui cùm obsequamur, quam cùm vitare nemo possit, omnes ejus vicissitudines excipere & experiri compellimur.

Fortunæ, arum, **Reichthum.** *Syn.* Bona, copiæ, divitiæ, pecunia. *Usus.* Per fortunas! *Formula obtestantis.* Aliquem fortunis augere, cumulare. Fortunas suas & dignitatem obtinere; fortunis frui. 2. *Fortunis spoliare.* Exuere, orbare, evertere aliquem; deturbare quem de fortunis; in fortunas alicujus invadere; rem alicujus & fortunas prodere, dissipare; alienis fortunis imminere; *Fortunas amittere,* morte dimittere, desperare.

Fortunatè, **glücklich.** *Syn.* Feliciter. *Us.* Fortunatè beateque vivere. *V. Feliciter.*

Fortunatus, a, um, **beglückt.** *Syn.* Felix, cui venti valdè secundi.)(*Infelix, miser.* *Adv.* Verè. *Usus.* Integer, nobilis, fortunatus homo. *V. Felix.*

Fortuno, as, **segnen.** *Syn.* Servo, augeo. *Usus.* Tibi Patrimonium Dii fortunent! Honorem tibi Deos fortunare volo.

Forum, i, **Marck.** *Syn.* Macellum; forum boarium, olitorium, piscarium. *Epi.* Celeberrimum, commune, iniquum, maximum, medium, molestum, mutum, plenum, refertum militibus, totum, transversum; non modò vacuum à bonis, sed etiam à liberis inane. 2. *Iudicia.* Forum egit in Provincia. Postquam forum attigisti, nihil fecisti, nisi plenum dignitatis; forum colere; forum refrixit.

Fossa, æ, **Grub/ Graben.** *Epi.* Abundans gurgitibus, lata. *Usus.* Oppidum fossâ & vallô circundare. Fossam ducere. Rheni fossa gurgitibus altis abundans; præaltæ præcipitesque fossæ, pluribus locis objectæ, iter abruperant. Voragines eluviesque præruptæ.

Fossio, onis, **das Graben.** *Syn.* Ipsa fodiendi actio. *Epi.* Recens. *Usus.* Agri fossiones & repastinationes. Terra recenti fossione fumans.

Fossor, is, ***ein Graber.** *Syn.* Qui fodit.

Fovea, æ, **eine Grub.** *Syn.* Fossa. *Us.* In foveam incidit.

Foveo, ere, **warm halten.** *Syn.* Tego, alo, tueor, retineo. *Usus.* Inimicum meum ita fovebant, ita in manibus habebant, ita osculabantur. Fove amorem,

rem, & auge, quô in me ferebaris. Semper te fovebo, & quibuscunque rebus potero, augebo. Omnibus me rebus semper aluit, ornavitque. *V. Alo, Tueor. Faveo.*

Fractus, a, um, zerbrochen. *Syn.* Infractus, debilitatus, afflictus. *Usus.* Qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur.

Fragilis, e, vergänglich. *Syn.* Caducus.)(*Firmus, stabilis. Usus.* Corpus fragile, caducum, animus sempiternus. Quis stabile futurum & firmum confidat, quod fragile, & caducum sit? *V. Infirmus. Humanus.*

Fragilitas, tis, Zerbrüchlichkeit. *Usus.* Fragilitatem naturæ communis, & imbecillitatem & casus humanos, & incertos eventus valetudinis pertimesco.

Fragmentum, i, ein abgebrochen Stück. *Syn.* Rei fractæ pars, frustum. *Usus.* Fragmenta lapidum, lignorum.

Fragor, is, das Krachen / Knall. *Syn.* Rei fractæ sonitus, strepitus.

Fragro, as, * starck riechen. *Syn.* Odorem reddo.

Frango, ere, zerbrechen. *R.* φράγνυμι. *Syn.* Infringo, perrumpo, confringo, comminuo, infirmo, contundo. *Adv.* Facilè audaciam, vehementiùs. *Usus.* Fores frangere. 2. *Coërceo, cohibeo.* Animos alicujus, spiritus, impetum, audaciam, furorem, cupiditates, libidines frangere, & contundere. Metu, dolore, morbô, animô frangi, abjici, debilitari; fidem, fœdus frangere. Frangit se calor. *Remitit. Phras.* Frangere muros & comminuere, convellere; repagula, valvas demoliri; interscindere muros, claustra infringere; valla vellere, quassare; mœnia lacerare, pinnas detergere, decutere portas, exscindere; compages murorum laxare. *V. Destruo.*

Frater, tris, Bruder. *R.* φραδὴς, prudens. *Syn.* Germanus. *Ept.* Amantissimus, charissimus, impius, levis, major, minimus, miser, optatissimus, optimus, ornatissimus, Patruelis cognatione, amore germanus. Præditus pari pietate, & industriâ, suavissimus, Fratres amantissimi & conjunctissimi. *Usus.* Volo, mi frater, fraterculo tuo credas. Concordissimi Fratres.

Fraterculus, i, Brüderlein. *Syn.* Frater.

Fraternè, brüderlich. *Syn.* Germanè. *Usus.* Epistolæ non fraternè scriptæ. Fraternè debes ignoscere.

Fraternus, a, um, brüderlich. *Usus.* Fraterna necessitudo. Fraternum amorem demonstrare in aliquem.

Fratricida, æ, Bruder-Mörder. *Usus.* Parricida, Fratricida.

Fraudatio, onis, Betrug / Untreu.)(*Fides. Usus.* Inter bonos benè agier oportet, & sine fraudatione.

Fraudator, is, Betrieger. *Syn.* Inficiator. *Usus.* Fraudator Creditorum.

Fraudo, as, betriegen. *Syn.* Fraudem facio, fallo, destituo, ludifico. *Adv.* Improbissimè, palàm. *Usus.* Fraudare Creditores. Qui socium pecuniâ fraudaverit, & fefellerit. *Vid. Decipio.*

Fraudulentus, a, um, voll Betrugs. *Syn.* Fallax, dolosus, mendax, malitiosus. *Usus.* Homo, sermo fraudulentus.

Fraus, dis, Betrug / List. *Syn.* Dolus, malitia, fallacia, machina, insidiæ, error, præstigiæ, calumniæ, circumscriptio. *Ept.* Capitalis, familiaris, impia, minima, præsens, scelerata & nefaria, summa, valentior. *Usus.* In fraudem homines *impellere*, deducere, agere, conjicere. Doleo te in eam fraudem delatum, delapsum esse, in fraudem incidisse. Fraudem creare alicui. Filio pietas erga Patrem fraudi esse non debet. Hoc mihi ne fraudi sit, aut noxæ. 2. *Fraudem admittere*, suscipere facere, concipere. *V. Decipio.*

Fremebundus, a, um, zornig. *Syn.* Furens, indignatione plenus.

Fremitus, ûs, Getöß. *Syn.* Strepitus horribilis, incredibilis, magnus. *Usus.* Horribilis fremitus armorum.

Fremo, ere, murren. *Syn.* Perstrepo. *Usus.* Fremuit ereptum sibi consulatum. Fremunt gaudio erecti. Fremant omnes, dicam quod sentio.

Fren-

Frendeo, ere, zerbeissen. *Syn.* Fremo, sævio. *Usus.* Leo frendens.

Freno, as, zäumen. *Syn.* Reprimo, domo, retineo. *Us.* Furores alicujus frænare, voluptates frenare. *V. Cohibeo. Coërceo. Comprimo.*

Frenum, i, Zaum. *Syn.* Instrumentum, quo equum moderamur. *Epi.* Novum. *Usus.* Alteri calcaria adhibenda, alteri freni; frenos furenti injicere; frænum recipere, mordere.

Frequens, tis, emsig. *Syn.* Multus.)(*Infrequens, rarus.* *Usus.* Frequentes fuimus ad ducentos. 2. *Numerosus.* Frequens regio, municipium; frequens Senatus convocatus est. Frequentissimum theatrum. 3. *Creber & crebrò.* Frequens in Senatum venio. *V. Copia. Sæpe.*

Frequentatio, onis, Häuffung. *Syn.* Crebritas, multitudo, coacervatio, dinumeratio. *Epi.* Densa & continens, universa. *Us.* Densa & continens verborum frequentatio.

Frequenter, offt / stetig. *Syn.* Frequens, crebro. *Us.* Frequenter & assiduò. *V. Sæpe.*

Frequentia, æ, Menge / Vielheit. *Syn.* Crebritas, multitudo.)(*Paucitas, solitudo.* *Epi.* Gravis & plena rerum, incredibilis, magna, similis, solida, tanta, usitata. *Usus.* Maximâ frequentiâ domum reducebar. Summa hominum, assidua amicorum frequentia me celebrat & ornat. *V. Celebritas. Multi.*

Frequento, as, offt besuchen. *Syn.* Celebro, sæpe adeo.)(*Desero.* *Adv.* Acervatim, summè. *Usus.* Religionem aliquam coloniis, populis frequentare. Vocem aliquam frequentare, *sæpe in ore habere.* Maritima loca cum voluptate frequento. *Phras.* Maritima loca cum voluptate frequento, in maritimis facillimus sum, jucundè versor in maritimis. Maritimâ regione libenter utor; in ora maritima versari jucundum est. Pascor maritimæ regionis aspectu. Meis oculis maritimâ regione nihil est jucundius, miram hauris jucunditatem maritimæ regionis aspectu. Maritima sedes me capit, oblectat, tenet. *V. Adeo.*

Fretum, i, Meer-Enge. *Syn.* Locus angustus in mari, maris æstus. *Epi.* Horrisonum, medium. *Usus.* Fretô Siciliensi transire.

Fretus, a, um, sich verlassend. *Syn.* Confisus, nixus, fultus. *Usus.* Ingeniô suô & innocentiâ, gratiâ potentûm & amicitiis fultus.

Frico, as, kratzen. *Usus.* Dentes fricare.

Frigeo, ere, Frost leiden. *Syn.* Algeo, conglacio.)(*Caleo.* *Adv.* Planè, valdè. *Us.* Sine Baccho & Cerere Venus friget. *Transl. Langueo.* Studia populi, judicia animi frigent. *Phras.* Magnum frigus est, maximè friget, maximè alget, cœlum valde friget, Magna frigoris vis est, summum est frigus, intolerabile frigus est.

Frigesco, ere, * kalt werden. *Usus.* Nos hic frigore frigescimus.

Frigidus, a, um, kalt. *Syn.* Gelidus, algidus. *Us.* Acumen frigidum, jejuna & frigida calumnia; lentus in dicendo ac propè frigidus orator. *V. Languidus.*

Frigus, oris, Frost / Kälte. *R.* ῥῖγος. *Syn.* Vis frigorum.)(*Calor.* *Epi.* Gelidum, intolerabile, maximum, tantum, tremulum. *Us.* Frigus impendebat intolerabile; Frigore obriguimus; Vix in tectis ipsis frigus declinatur; Vis frigoris pellitur, depellitur. Frigus se remittit. *Phras.* Ingens est regionis ejus frigus, propinquitate Alpium prægelida; Infames frigoribus Alpes; incolarum corpora rigentia gelu torpent; torpentibus frigore nervis, vix artus flectere possunt. Nunquam non humus gelu riget; imbres frigoris vis concretò gelu adstringit; acrior vis frigoris est; è montibus afflat; sunt tamen incolarum corpora patientia algoris.

Frivolus, a, um, unnütz. *Syn.* Nugatorius. *Usus.* Frivolus sermo, & illiberalis. *V. Ineptus.*

Frondes, ium, grüne Zweige. *Syn.* Arborum folia. *Usu.* Via deserta, & frondibus, & virgultis interclusa.

Frondesco, ere, grün werden. *Syn.* Frondes emitto. *Usus.* Arbores vernô tempore tepefactæ frondescunt.

Frondosus, a, um, * laubicht. *Syn.* Quod Frondibus abundat. *Usus.* Montes frondosi.

Frons,

Frons, tis, Stirn. R. ὀφρύς. *Syn.* Spatium ab oculis ad capillos. *Epi.* Bella, familiaris, pristina, verissima. *Usus.* Frons est animi janua. Frontis contractio gravitatis judicium. Tune ausus es istâ fronte te ostendere? fronte & oratione magis quàm ipsô beneficiô capiuntur homines. *Frontem contrahere*, corrugare, caperare, obducere; frontem ferire, *quod est irascentis.* Frontem explicare, porrigere, exporrigere. *V. Vultus.*

Fronto, onis, der eine grosse Stirn hat. *Syn.* Tumidâ magnâque fronte prædisus,

Fructuarius, a, um, der die Frucht hat. *Syn.* Vectigalis. *Usus.* Agri fructuarii.

Fructuosus, a, um, fruchtbar. *Syn.* Frugifer, utilis. *Usus.* Ager fertilis naturâ, cultu fructuosior; res rustica bene culta & fructuosa. Beneficia iis, à quibus proficiscuntur, fructuosa. *V. Fertilis.*

Fructus, ûs, Obst/ Früchte. *Syn.* Fruges, fœtus, partus, delectatio, voluptas, utilitas. *Epi.* Amplissimi, annui, desperati, extremi, integri, læti & uberes, mirifici, novi, præsentes. *Usus.* Lætos & uberes consilii, laboris & vigiliarum mearum fructus cepi, percepi, messui. Fructus mihi immortales consilium id tulit, genuit, reddidit. Hoc consilium, maximo mihi fructui fuit. Liberalitas pecuniæ fructus est pulcherrimus. Magnum gloriæ fructum è rebus gestis percepi. *V. Utilitas.*

Frugalis, e, fromm/ mäßig. *Syn.* Frugi.)(*Nequam.* *Usus.* Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. Homo moderatus & temperatus. *V. Parcus.*

Frugalitas, tis, Fromm/ Mäßigkeit.)(*Nequitia, intemperantia.* *Epi.* Singularis & admiranda. *Usus.* Singulari vir & admirandâ frugalitate. Frugalitas, ut opinor, à fruge. *V. Parcus.*

Frugaliter, mäßiglich/ fromm. *Syn.* Modestè, moderatè.)(*Nequiter.*

Fruges, um, Erd/Früchte. *Syn.* Omnes fructus terræ. *Epi.* Certæ, inimicissimæ, minutæ, uberiores. *Usus.* Terra fœta frugibus; Frugum ubertas, copia, perceptio, conservatio. Fruges, & alimenta custodienda sunt claustris. Terra fruges fundit; natura fruges ad spicam producit. 2. *Melior vitæ ratio.* Ad bonam frugem se recipere. *Phras.* Magna fuit frugum ubertas, expedita fuit res frumentaria, egregia frumentatio fuit. Ingentes frumenti acervos sustulerant coloni. Demessis segetibus summa annonæ vilitas extitit. *V. Annona. Levitas.*

Frugi, gut/ nützlich/ sparsam. *Syn.* Moderatus, modestus, temperans, abstinens, innocens.)(*Nequam.* *Usus.* Frugi, honesta, sobria, serena vita; Frugi homo.

Frugifer, a, um, fruchtbar. *Usus.* Tota Philosophia frugifera, & fructuosa est.

Frumentarius, ii, Korn/Händler. *Usus.* Mercatores frumentarii.

Frumentarius, a, um, zum Korn gehörig. *Usus.* Lex frumentaria, lucrum frumentarium.

Frumentatio, onis, Kornsammlung. *Syn.* Frumentorum demessio vel collectio. *Usus.* Omnes nostras pabulationes frumentationesque observabat.

Frumentator, is, Proviant/Meister. *Usus.* Improvisô impetu cum frumentatoribus est circumventus.

Frumentor, aris, Getreyd sammlen. *Syn.* Frumentum colligo. *Usus.* Milites frumentatum missi.

Frumentum, i, allerley Korn. *Syn.* Triticum. *Epi.* Copiosum, decumanum, multum, privatum & publicum, unum & idem. *Usus.* 1. Frumentum serere, metere. Frumentum pulcherrimè provenit, maturat. *Frumentum providere.* Importare, supportare, in loca tuta comportare, convehere. Frumentum imperare dedititiis. *Frumentum comprimere*, corrumpere, hosti intercludere.

Fruor, eris, geniessen. *Syn.* Potior, fructum voluptatemque percipio.)(*Careo.* *Usus.* Tuô beneficiô incredibili fruor lætitiæ voluptate. Summô bonô, pace, gratiâ, opibus, propriâ libertate frui. Utatur suis bonis & fruatur oportet, qui beatus est. *Phras.* Utere, fruere meis rebus; quos ex me capere potes, fructus tibi patent; mea omnia utenda tibi & possidenda dedi. Rebus meis ut tuis lætare & perfruere; qui fructus quæque utilitates è rebus meis percipiuntur,

tur, tuas existima. Quem ex meis usum habere potes, fidenter decerpe. Patent tibi fontes mei, unde haurias pro arbitratu. *V. Utor.*

Frustrà, **vergebens.** *Syn.* Sine causâ, nec quidquam, inutiliter perdere operam; opera & oleum periit. *Usus.* Frustrà & sine causâ Deus nihil agit. *Phras.* Frustra tantos labores suscepi; tantam operam profudi planè, ac perdidi; omnia agendo, nihil demum egi, nihil profeci; labores mei omnes fracti, abjecti, repudiati. Oleum & opera perdita est; quam navavi operam, planè periit; actum egi, nec quidquam incassum, cassè, tantum tempus contrivi. Irritus, vanusque est omnis labor. Frustra operam contrivi; lusi, nugas egi, *V. Labor inanis. Irritus.*

Frustratio, onis, **Betrug.** *Syn.* Vanus conatus, labor, inanis, error. *Us.* Frustratio mihi majorem dolorem intulit.

Frustror, aris, **betriegen.** *Usus.* Provinciæ & honoris spes eum frustata est. Amicus, vide, ne frustretur. *V. Labor inanis. Irritus.*

Frustum, i, **ein Stuck.** *Syn.* Fragmentum. *Us.* Frusta esculenta.

Fruticor, aris, **ausspossen.** *Syn.* Surculos emitto, reviresco. *Usus.* Excisa est arbor, non evulsa, quam fruticari vides.

Fucatus, a, um, **geschminckt / falsch.** *Syn.* Fallax, fucosus, eruditus artificio simulationis.)(*Naturalis.* *Us.* Naturalis nitor inerat, non fucatus. Iisdem ineptiis fucatum te video. *V. Fictus. Fallax.*

Fuco, as, **färben / anstreichen.** *Syn.* Coloro. *Usus.* Formare, fucare, colorare; animare non possunt.

Fucosus, a, um, **gefälscht.** *Syn.* Fucatus. *Usus.* Ambitiosæ & fucosæ amicitiæ; merces fallaces, fucosæ.

Fucus, i, **Betrug / Falschheit.** *R.* φῦκος. *Syn.* Pigmentum, ornatus peregrinus & accersitus, fallacia, fraus, simulatio. *Epi.* Puerilis. *Usus.* In his inest quidam sine fuco veritatis color. Fucum facere alicui, fraudemque comparare. Sine figmentis, fucoque puerili. Color sanguine diffusus, non fucô illitus. Vitia corporis fucô occulere. *V. Fallacia. Simulatio.*

Fuga, æ, **Flucht.** *R.* φυγή. *Syn.* Aversio, omissio. *Epi.* Acerbissima, communis, deserta & inculta, desperata, flagitiosa & calamitosa, nobis gloriosa, Patriæ calamitosa, incerta & periculosa, mœsta, misera, sed turpis, miserabilis, miserrima, molesta, nefaria, remotissima, repentina, scelerata, tota, turpissima. *Usus.* Fuga literarum, laboris, doloris. 2. *Fugam parare*, adornare, ornare, quærere. *In fugam se conferre*, in fugam conjicere; fugæ se dare, mandare, committere; fugam facere. Hostem in fugam dare. *Fugam reprimere*, suos à fugâ avocare, reducere. Ex fugâ in conflictum redire; fugam in impressionem acerrimam mutare; è fugâ pugnam redintegrare, instaurare. Cæsis hostibus fugam intercludere, intercipere. *Phras.* Cùm aliquandiu pugnâssent, in fugam se conjecerunt. Cùm aliquandiu pugnâssent, in fugam se dederunt, fugam arripuerunt, fugâ salutem petiverunt, fugâ sibi consuluerunt; fugâ distracti sunt, dissipati, dispersi, disjecti. Distraxit eos fuga, dissipavit, disjecit.

Fugax, cis, **flüchtig.** *Syn.* fluxus, ignavus, timidus, qui libenter fugit. *Usus.* Pedes fugaces, bona brevia, caduca, fugacia. *V. Timidus.*

Fugio, ere, **fliehen / meiden.** *Syn.* Vito, declino, abhorreo, aspernor.)(*Sequor.* *Adv.* Consultò multitudinem, libentissimè, magnopere conspectum, superbiam, dicacitatem, perversè, tantò ante, turpiter, valde urbem, maximè, vehementer. *Usus.* Vitium longâ animi provisione fugiendum est. Inertiâ vituperationem fugere. 2. *Ratio ignorantiæ & oblivionis.* Nulla res est, quæ hujus viri scientiam fugiat. Non fugit Catonem. Nisi forte illa me fugiunt. 3. Vinum fugiens. *Vulg.* *Crassescens, pendulum.* *Phras.* Mala naturâ fugimus, studiò vitamus, declinamus; temporum & fortunæ procellas summâ cau-

cautione devitamus. Naturalis nobis est declinatio & vitatio malorum. Naturâ defugimus adversa. Miles noster fœdè fugit, terga vertit, effusè loca tuta petiit, fugam capessivit, quæ sisti non poterat; vix ex dissipato cursu colligi poterat. Fugientes sylvæ texerunt. Passim in fuga dissipati, sublatis raptim signis, quàm citatissimò poterant agmine, se se abripuerunt. Qua cuique proximum fuit, in fugam effundebantur. Velut apium examina ad crepitum primum missilium avolavêre. Effusè ac sine respectu fugêre. In fuga sibi præsidium posuêre. Fugâ salutem petere intendere. Metu præcipites, quà cuique via patebat, erumpunt, in pedes se conjiciunt, in fugam convertuntur. *V. Vito. Declino.*

Fugitivus, a, um, flüchtig. *Syn.* Servus, qui à Domino fugit. *Usus.* Athenio Princeps fugitivorum.

Fugito, as, sehr fliehen. *Usus.* Qui quæstionem fugitant.

Fugo, as, verjagen. *Syn.* Fugam facio, pello, repello. *Usus.* Armis, lapidibus, & ferrò fugare hostem. *V. Bello.*

Fulcio, is, unterstützen. *Syn.* Sustento, sustineo. *Adv.* Undique. *Usus.* Remp. consiliis, amicos literis fulcire. Labentem & cadentem corruere non sinit, fulcit, sustinet, re, fortunâ, fide. Labefactam rempublicam, Consulum ruinas humeris fulcio. *Vid. Tueor. Sustineo.*

Fulcrum, i, * eine Stütze. *Usus.* Lecti fulcrum aureum.

Fulgeo, ere, schimmern. *R.* φλογερός. Flammeus. *Syn.* Splendeo, fulguro. *Adv.* Latè. *Usu.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum fuerit de cœlo. Jupiter tonans & fulgens. Tecta aurò & ebore fulgentia.

Fulgor, is, Schein / Glantz. *Syn.* Splendor. *Epi.* Eximius, micans, prosper & salutaris generi hominum, rutilus horribilisque, dexter. *Usus.* Auri fulgore facilè oculi perstringuntur.

Fulgur, is, Blitz. *Syn.* fulgor, fulgetrum. *Usus.* Fulgura interpretari.

Fulgurator, is, der aus dem Blitz weissaget. *Syn.* Fulgurum interpres.

Fulguritus, a, um, * vom Blitz verbrennet. *Syn.* Fulmine ictus.

Fulguro, as, blitzen. *Syn.* Corusco. *Usus.* Jove tonante & fulgurante.

Fulguralis, e, *Usus.* Hetruscorum fulgurales libri. Bücher / die vom Blitz handeln.

Fuligo, inis, Ruß am Ofen. *R.* Quasi *fumiligo*, à *fumus*. *Syn.* Fumi nigra materies, caligo, tenebræ. *Usus.* Fuligine os alicui sublinere.

Fulix, cis, Wasser-Hun. *Syn.* Fulix avis maritima.

Fulmen, inis, Donner-Strahl. *Syn.* Aëris ardor, fulgur, fulgor. *Epi.* Igneum, crispisulcans, sinistrum, terribile. *Usus.* Ictu fulminis deflagrare. Jupiter fulmen jacit, emittit; fulmine icit, percutit; Scipiones reipubl. fulmina. Dolores & fortunæ fulmina contemnere. *Phras.* Fulmine ictus concidit, tactus de cœlo; nubium conflictu expressus ardor hominem percussit, cœlesti igne exanimavit.

Fulmino, as, * donnern. *Syn.* Fulmen emitto; fulmine percutio, afflo.

Fulvus, a, um, dunckel-roth. *Syn.* Color aureus.

Fumo, as, rauchen. *Syn.* Fumum emitto, ardeo. *Usus.* Ita fumabat domus, ut judicia ejus sermonis multa redolerent.

Fumosus, a, um, rauchig. *Usus.* Fumosæ imagines.

Fumus, i, Rauch. *R.* τύφομαι fumo. *Usus.* Fumo aliquem excruciare. In illo ganearum nidore & fumo. Fumus ingens velut quadam nube cœlum absconderat.

Funale, is, Fackel / Wind-Licht. *Syn.* Cereus, seu fax è fune & cerâ.

Functio, onis, Amt. *Syn.* Actio. *Epi.* Jucundior. *Usus.* Labor est functio quædam vel animi vel corporis; gravioris operis & muneris functio.

Funda, æ, Schläuder. *Usus.* Balearia funda.

Fundamentum, i, Grund-Veste. *Syn.* Solum, sedes, gradus, aditus.)(*Perfectio.* *Usus.* Tantum abes à perfectione magnorum operum, ut me fundamenta quidem jeceris. Sunt hæc fundamenta firmissima pacis & libertatis, qui-

bus nititur Resp. Fundamenta & robur quæstionis, defensionis.

Funditor, is, Schläuderer. *Usus.* Expedita funditorum & sagittariorum manus.

Funditus, gantz und gar. *Syn.* Prorsus. *Usus.* Funditùs evertere, perdere, tollere fidem, amicitiam, religionem.

Fundo, as, bevestigen. *Syn.* Stabilio, constituo; fundamentum jacio, pono, ago. *Adv.* Accuratè, verè, præclarè. *Usus.* Magnis laboribus fundatum Imperium. Multa virtute stabilita libertas. Illud maximè vestrum fundavit Imperium. Status reip. fixus, & fundatus. *V. Servo.*

Fundo, ere, giessen. *Syn.* Emitto. *Adv.* Æqualiter, latè, inconditè, latiùs fundi; latissimè, numerosè, volubiliter orationem. *Usus.* Quæ te belluam, non hominem ex utero fudit? 2. *Profero, edo, enuncio, eloquor, cano.* Fundere verba, versus, vocem. 3. *Gigno.* Terra flores, fruges, baccas fundit. 4. *Dissipo, dispergo.* Magnas hostium copias, exercitum fundere. 5. *Diffundo.* Funditur malum latissimè. Vitis funditur in omnes partes.

Fundus, i, Grund / Boden. *R.* *βόθυνος.* *Syn.* Possessio, prædium. *Epi.* Antiquus, communis, extremus, fructuosissimus, incertus, maritimus, melior, ornatissimus, paternus, avitusque, privatus, proximus, publicus, pulcherrimus, suburbanus, venalis. Fundi alieni, nobilissimi, privati, optimi, fructuosissimi. *Usus.* Fundos suos aut res rusticas obire vel fructûs causâ vel oblationis. His fere rebus fundi fructus, & cultura continetur.

Funebris, e, traurig. *Syn.* Lugubris. *Usus.* Laudatio ad funebrem concionem. Epulum, vestimentum funebre, *V. Funus.*

Funero, as, * begraben. *Syn.* Sepelio. *Usus.* Ictu arboris funeratus.

Funesto, as, verunreinigen. *Syn.* Quasi funere inquino, fœdo. *Usus.* Humanis hostiis Deorum aras funestare. Curiam inflammari, incendi, funestari.

Funestus, a, um, tödtlich. *Syn.* Inquinatus, perniciosus. *Usus.* Pestifer & funestus magistratus. Funesta reip. pestis. Dies non funesta.

Fungor, eris, ein Amt verwalten. *R. à fine & ago.* *Syn.* Præsto, exerceo, facio, efficio, colo. *Usus.* Fungar officio, quo tu functus es in meo luctu; munere, omni fortunâ prosperè fungi. *V. Facio.*

Fungus, i, Erdschwamm / Dacht im Liecht.

Funiculus, i, ein kleines Seil. *Usus.* Funiculus è puppi religatus.

Funis, is, * ein Strick. *Us.* Convellere, religare, incidere funes.

Funus, eris, Begräbnuß. *R. à φόνος.* Jon. *φȣ̃νος*, cædes. *Syn.* Exequiæ, supremæ diei celebritas, exequiæ funeris. *Epi.* Acerbissimum, amplum, aptum, familiare, funestum, justum & indictum, miserum atque acerbum, paternum, perluctuosum. Funera acerba, magna, sumptuosa, & lamentabilia. *Usus.* Mater filio funus fecit, exequias filii prosecuta est; Conveniunt amici ad funus, ad exequias honestandas. Funus curare, ducere. Funere efferri. Funeri operam dare. *Phras.* Funus ei satis amplum faciendum curavi. Funere ut honestissimô efferretur, curavi; exequias funeris prosecuti sunt plurimi. Justa illi facta, persoluta sunt pompâ maximâ. Parentatum est illi honestissimè, amplissimè supremô suô die elatus est. *V. Sepelio.*

Fur, is, ein Dieb. *R. à Dor. φὼρ, à φέρω, fero.* Vel à *φῶς* fucus, qui furtim devorat mella apum. *Syn.* Plagiarius. *Epi.* Nocturnus. *Usus.* Fures earum rerum, quas cœperint, signa *commutant. *Phras.* Fur est & sicarius, latro, grassator, rapax, trium literarum homo; rapinis, furtis, latrocinio vivit. Furari, rapere, compilare aliena solitus; quem si semel ad capsas admiseris, multis custodibus opus habeas. Nullum unquam tale everriculum mea in domo fuit, cui non plus auri quàm monedulæ comittas; qui omnium domos furacissimè scrutatur.

Fura-

Furacissimè, diebischer Weise. *Usus.* Domos scrutatur furacissimè.

Furax, cis, diebisch. *Syn.* Qui facilè furatur, & furtis faciendis animum applicat. *V. Fur.*

Furca, æ, Galgen/ Gabel. *Usus.* Hunc sub furca vinctum inter verbera & cruciatus videre potestis?

Furcifer, i, ein Schelm. *Syn.* Scelestus, furcam ferens. *Usus.* Id tu, furcifer, tibi sumes.

Furens, tis, wütend/ tobend. *Syn.* Furibundus, maximô furore inflammatus, concitus, insanus, vesanus, effrœnatus, præceps, mente permotus, violentus, qui mentis suæ compos non est, qui mentis suæ non est, cui mens è sede suâ & statione demota est, præcipite amentiâ homo; qui de potestate, de mente, de consilio exiit. *Usus.* Furentis ac violenti impetus. Furens audacia, scelus anhelans. Furentem & exultantem comprimere. *V. Insanus.*

Furenter, unsinniglich. *Syn.* Furiosè. *Usus.* Furenter irasci.

Furia, æ, ein Teuffel. *Epi.* Teterrima, assiduæ domesticæque. *Us.* Illa furia & pestis Patriæ. Furiæ speculatrices & vindices facinorum. Furiæ agitant & insectantur impios, non ardentibus tædis, sed angore conscientiæ & fraudis cruciatu. Agitari, perterreri, vexari, torqueri, rapi, præcipitem ferri, incitari furiis. *V. Conscientia mala.*

Furialis, e, toll/ unsinnig. *Syn.* Furens. *Us.* Furialis illa vox.

Furibundus, a, um, wütig/ rasend. *Syn.* Mens alicujus furibunda. Crudeles & furibundos impetus latronis retardavit.

Furiosè, unsinniglich. *Syn.* Furenter.

Furiosus, a, um, wütig/ rasend. *Syn.* Furens, furibundus, vesanus, mente incitatus. *Usus.* Furiosa vis cupiditatis quò te rapuit? Mulier non jam morbo, sed scelere furiosa. Fervidum, petulans, furiosum dictum. *V. Insanus. Furens. Furo.*

Furo, ere, rasen/ toben. *Syn.* Insanio, bacchor, vaticinor, furore inflammor, abstrahor à sensu mentis; à constantiâ atque à me ipso discedo. *Adv.* Acerrimè. *Usus.* Valetudinis vitiô furunt, & melancholici dicuntur. Luctu furere, & dolore injuriæ. *Phras.* Quæ te tanta pravitas mentis tenet, quis furor? homo amentissime, & in omnibus consiliis præceps, & devie; nullum furori & effrœnatæ violentiæ modum impones? Quis te furor, quæ mentis ad omnia cæcitas exagitat? velut lymphatus & Bacchi sacris permotus oculis ardentibus rabiem ostentas; inflammato & ignito furore præceps raperis; effrœnatus ac propè demens ruis; incitatâ & væcorde mente tuâ, inusitatâ rabie in omnes invadis promiscue; agitantibus furiis velut lymphatus & attonitus, irâ in rabiem versus, rabie accensus, fanaticô furore percitus, in rabiem efferatus omnia conturbas.

Furor, is, Raserey. *Syn.* Insania, animus, spiritus.)(*Sanitas. Epi.* Comes sceleris & audaciæ, consceleratus, consularis, credibilis, divinus, effrænatus, exultans, incredibilis, inflammatus, infractus, libidinosus, magnus, maximus, mirus, nefarius, notissimus, perniciosus, præceps, similis, summus, tantus, totus, tribunitius, vetus, vinolentus. *Usus.* Furorem esse ajunt mentis ad omnia cæcitatem, Furore occæcari. Furor hominem invadit. Furorem improborum comprimere, sedare, mitigare. Furor considere dicitur, cùm remittit. *Phras.* Quia litem perdidit, furere cœpit; quia causâ cecidit, ad insaniam, dementiam, amentiam, furorem redactus est, mente captus est; mentem amisit; mens eum remisit, defecit, destituit, incidit in insaniæ morbum; prolapsus est in furorem; à seipso discessit, à mente discessit.

Furor, aris, stehlen. *Syn.* Furtum facio, compilo, expilo, eripio, surripio, clam eripio, de medio amoveo, aliena in meam rem converto, bonis alienis manus affero; de medio removeo, averto, interverto. *Usus.* Furatur & clam eripit. *Phras.* Furtum facere, avertere pecuniam publicam; depeculari, compilare provinciam; prædam facere; ex composito aliquid subducere; furtis se adstringere, illigare.

Furtim, heimlich / verstohlen. *Syn.* Clam.)(*Palam, liberè.* *Usus.* Occultè latere reconditum esse, Furtim facere aliquid.

Furtivè, diebisch / heimlich. *Syn.* Furtim.

Furtivus, a, um, heimlich. *Syn.* Occultus. *Usus.* Furtivum iter facere.

Furtum, i, Diebstahl / Raub. *Syn.* Compilatio, rei alienæ fraudulenta tractatio. *Epi.* Apertum, improbissimum, impudens, impudentissimum, manifestum, maximum atque impudentissimum. Furta improbissima, magis occulta, minora ac illustriora; mira, multò plura & majora, notissima & maxima, sordidissima, tanta, tam aperta. *Usus.* Furtum facere; furti alligari, damnari. *V. Furari.*

Furunculus, i, kleiner Dieb. *Epi.* Olim crudelis, nunc verò rapax, sordidus, contumax, superbus, fallax, perfidiosus, impudens, audax.

Fuscina, æ, Fischer-Gabel. *Syn.* Telum, tridens ad piscandum.

Fuscus, a, um, braun. *Usus.* Purpura plebeja, & pene fusca.

Fusè, weitläufftig. *Syn.* Diffusè, dispersè.)(*Articulatè, distinctè.* *Usus.* Fusè latèque disputare, & dicere.

Fusio, onis, Guß / Ausguß. *Epi.* Universa. *Usus.* Fusiones autem Deorum.

Fustis, is, ein Brügel. *Usus.* Fustem alicui impingere; Clamor, lapides, gladii, fustes. Fuste coërcere aliquem. *Phras.* Fuste illum male mulctare volebat; Volebat illum fuste malè accipere, fuste percutere; fustis amaros ictus gustare, sensu percipere; fustis vim & gravitatem sustinere, ferre, pati volebat; fustem illi impingere volebat.

Fustuarium, ii, das Brüglen. *Syn.* Fustium castigatio, verberatio. *Us.* Fustuarium meritus.

Fusus, a, um, gegossen. *Syn.* Dispersus. *Usus.* Genus sermonis liquidum, fusum, profluens. Aër fusus, & extenuatus.

Futilis, e, liederlich. *Syn.* Vanus, levis.)(*Gravis.* Quis non odit vanos, futiles, sordidos, leves? futilis lætitia. *V. Vanus. Levis.*

Futilitas, tis, Leichtfertigkeit. *Syn.* Vanitas. *Usus.* Hæc sunt plena futilitatis & summæ levitatis. *Vid. Vanus. Levis.*

Futurus, a, um, zukünfftig. *Syn.* Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens, eventurus, venturus. *Usus.* Prospicere, providere, quod futurum sit. *Thras.* Futura quis divinet? reliqui temporis eventus in incerto est; consequentis ac posteri temporis ratio incerta est. In longum quidem consulendum est, sed quid dies ferat, planè latet.

G.

Galea, æ, Helm. *Syn.* Capitis armatura. *Epi.* Ænea. *Usus.* Loricæ, galeæque æneæ. Alii galeas buculasque tergere.

Galeatus, a, um, der einen Helm hat. *Us.* Galeata Minerva.

Gallina, æ, eine Henne / Hun. *Syn.* Oviferum præ reliquis altile. *Epi.* Permultæ.

Gallinaceus, a, um, von Hünern. *Usus.* Galli gallinacei.

Gallinarius, i, Hünerwarter. *Syn.* Qui gallinas curat.

Gallus, i, ein Hahn. *Syn.* Avis nota. *Epi.* Gallinaceus. *Usus.* Galli noctis silentio favent faucibus, rursus cantu planctuque premunt alas.

Ganeæ, arum, ein Sauff- und Huren-Hauß. *Syn.* Lustra, loca libidini & helluationibus apta. *Usus.* Ganearum fumus & nidor.

Ganeo, onis, Hurenwirth. *Syn.* Helluo. *Epi.* Cincinnatus, facinorosissimus, & egentissimus. *Us.* Quis ganeo, quis nepos? *V. Nepos.*

Gannio, ire, * bellen wie ein Fuchs. *Syn.* Vox vulpium. *Usus.* Quid ille gannit, quem vult?

Garrio, ire, schwätzen. *R.* γηρύω. *Syn.* Est avum, sed usurpatur pro *loqui* sine delectu. *Usus.* Quidquid in buccam venerit, garrire. *Phras.* Garrit, quidquid in buccam venerit; totis diebus timuit; homo odiosus, ac loquax, loquaciter litigiosus; in cujus confabulatione nihil arguriarum, nihil suavitatis; linguæ celeris & exercitatæ, immodicæ linguæ, naturâ garrulus; quem causidicum, proclamatorem, rabulam dicâs; futili & importunâ loquacitate omnibus obstrepens; infrœnis linguæ blatero garrit, quô neque pes neque caput compareat. *Vid. Loquor.*

Garrulus, a, um, schwätzig. *Syn.* Loquax *Usus.* Garrulus, ventosæ & immodicæ loquacitatis.

Gaudeo, ere, sich freuen. *R.* ἀγάννυμαι. *Syn.* Lætor, exulto, triumpho; lætitiâ, gaudiô exulto; gaudiô triumpho, afficior; læte fero. *Usus.* Meum factum probari à te triumpho & gaudeo. *Phras.* De prospero rerum tuarum successu immortaliter gaudeo, lætitiâ exulto, voluptate propè insanio. Res tuæ secundæ mihi summæ jucunditati sunt; capio ex iis voluptatem non mediocrem; in sinum gaudeo, lætitiis perfundor, insatiabili gaudiô impleor; tantâ lætitiâ auctus sum, ut mihi non constem; omnibus lætitiis incessi, nimiô gaudiô penè desipio, incredibili gaudio sum elatus; manus sustuli ego & amici, tuum gaudium gaudebamus. Etsi turpis est effusio animi & lætitia exultans, gestiens, immoderata, comprimere tamen vim gaudii non potui; vix præ gaudio mei compos fui, superfundenti se lætitiæ non temperavi; lachrymæ mihi gaudiô manarunt; tanta mihi lætitia oborta est, ut &c. *V. Lætus. Lætor. Jucunditas.*

Gaudium, ii, Freud. *Syn.* Lætitia, fructus. *Epi.* Commune, exile, falsum, incredibile, insatiabile, maximum, nimium, summum. Gaudia perpetua, plenaque, vera. *Usus.* Gaudio affici, compleri, perfundi. *Gaudio efferri*, exilire, exultare, triumphare, cumulari. Gaudium erumpit. Infaustô nunciô publica gaudia contaminare. *V. Lætitia.*

Gaza, æ, Schatz/ Reichthum. *Vox Persica.* *Syn.* ærarium, pecunia, thesaurus, regiæ opes, bona fortunæque. *Epi.* Maxima, Regia, Gazæ pacatissimæ atque opulentissimæ. *Usus.* Omnium locupletum fortunæ, omnium Provinciarum fructus, omnium regum bona, vectigalia, divitiæ. *Vid. Divitiæ.*

Gelidè, * kalt. *Usus.* Res omnes gelidè timidèque ministrare.

Gelidus, a, um, Eiß-kalt. *Syn.* Frigidus. *Usus.* Gelidæ fontium perennitates.

Gelu, * Eiß. *Syn.* Glacies. *Usus.* Hyems rura gelu claudit. *V. Frigus. Hyems.*

Geminatio, onis, Verdoppelung. *Syn.* Exornatio verborum.

Gemino, as, verdoppeln. *Syn.* Duplico.

Geminus, a, um, zweyfach. *Syn.* Similis. *Usus.* Par est avaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. 2. *Duplex.* Vos geminæ voragines reipublicæ, gemini fratres.

Gemitus, ûs, das Seuffzen. *Syn.* Suspirium, vox dolore expressa. *Epi.* Lamentabilis, imbecillus, abjectus, flebilis, liber, magnus, maximus, tantus. Gemitus acerbi, miseri. *Usus.* Totâ urbe gemitus factus, & fletus; lamentatio, ejulatus totô forô. *V. Luctus.*

Gemma, æ, Edelgestein. *Syn.* Lapillus pretiosus. *Epi.* Pergrandis, gemmæ clarissimæ, durissimæ & plurimæ, fulgentes, magnæ, multæ. *Usus.* Corculum ex auro gemmis distinctum clarissimis. 2. *Oculus & germen in stirpibus.* Gemma in vitibus ineunte vere.

Gemmo, as, außschlagen. *Us.* Gemmare vites rustici dicunt, prata sitire, lætas esse segetes.

Gemo, ere, winseln. *Syn.* Gemitum facio, ingemo, ingemisco.)(*Lætor.* *Usus.* Gemere tuam fortunam non desinam & lugere. *Phras.* Turpe est viro forti gemere, malis suis ingemere; ejulatus, comploratione, voces indecoras edere; miserum se & infe-

infelicem lamentari, appellare. *V. Lugeo. Luctus.*

Genæ, arum, **Wangen.** *Syn.* Malæ. *Epi.* Exangues, subjectæ leviterque eminentes, pilosæ. *Us.* Pilosæ genæ; muliebres lacerationes genarum.

Genealogi, orum, **Geschlecht-Beschreiber.** *Syn.* Qui de ortu & originibus scribunt.

Gener, i, **Tochtermann.** *Syn.* Filiæ vir.

Generalis, e, **allgemein.** *Syn.* Communis, universus, confusus, latè manans, ad multa pertinens, latè patens. *Us.* Generale quoddam decorum est, quod in omni honestate versatur.

Generaliter, **insgemein.** *Syn.* Communiter, unâ comprehensione. *Usus.* Generaliter aliquid definire. *Vulg. Universaliter.*

Generatim, **überhaupt.** *Syn.* Generaliter, universè. *Usus.* Non nominatim, sed generatim instituta proscriptio. Quid singillarim potiùs quàm generatim loquar? sed generatim quæritur, an?

Generator, is, **Gebährer.** *Syn.* Genitor.

Genero, as, **gebähren / zeugen.** *R. Ab antiqu. geno, γείνω*; quod de maribus solum dicitur, abusivè de fœminis. *Syn.* Gigno. *Usus.* Hominem generavit, & ornavit DEUS. An mundus nullo sit generatus ortu, unde sit generatus, ortus, concretus. Liberos procreare, parere, gignere, generare.

Generosus, a, um, **tapffer / großmüthig.** *Syn.* Qui altiore animô est, magnanimus, præstans, magnificus, clarus. *Usus.* Civili & generosâ stirpe profectus. Forma magnifica & generosa. Generosus equus umbrâ quoque virgæ regitur, ignavus ne calcari quidem concitatur. *Phras.* Quicunque locô honestô natus est, ei major quam cœteris colendi præclara studia necessitas imponitur. Quicunque clarô, non obscurô, summô locô natus est; quicumque claris Parentibus natus est; qui ex nobili s. honestâ familia, clarâ stirpe ortus est; qui optimæ inter cives conditionis est, ei major quam cœteris colendi præclara studia exercendarumque laudandarum artium necessitas imponitur. Ad primarios, honestos, honoratos imprimis pertinent bonarum artium studia. Quem familiæ nobilitas commendat, oportet eum ad liberalium doctrinarum studia, ad studium summæ laudis, ad omnem laudem ac decus eò studiosiùs incumbere, ad excellentem omnium rerum cupiditatem eò vehementiùs incitari. Habet hoc nobilitas & familiæ splendor, ut vitæ laudabiliter, & cum virtute traducendæ non modò occasionem, verùm etiam causam, neque causam tantùm, sed etiam necessitatem afferat. Si quis egregiâ, nobili, illustri domô natus est, majore quam quivis alius urgetur virtutis repetendæ necessitate. *V. Expositus. Fortis. Altus animus.*

Genialis, e, **der Wollust ergeben.** *Syn.* Nuptialis, voluptuarius. *Usus.* Lectus genialis.

Geniculatus, a, um, **voller Knoten.** *Syn.* Geniculis distinctus. *Usus.* Culmus geniculatus.

Genitalis, e, **dienlich zu gebähren.** *Syn.* Gentilitius.

Genitor, is, **Vatter / Urheber.** *Syn.* Generator. *Epi.* Optimus & præstantissimus. *Us.* Imitari genitorem, & effectorem suum.

Genitrix, cis, **Mutter.** *Syn.* Procreatrix.

Genius, ii, * **angebohrne Neigung.** *Usus.* Curare, defraudare genium. Indulgere genio.

Gens, tis, **ein Volck.** *Syn.* Natio. *Epi.* Acuta & controversa, barbara aut immanis, fallacissima, fera, fortis, humana atque docta, immanis ac barbara, mansueta, fera, sæva. Gentes antiquæ, barbaræ; multitudine innumerabiles, locis infinitæ, omni copiarum genere abundantes; bellicosæ, efferatæ, extremæ atque ultimæ, feræ & armatæ, finitimæ, immanes, immanissimæ, inimicæ aut infidæ, incognitæ aut feræ; & immanes & barbaræ & bellicosæ, integræ, integerrimæ, pacatissimæ, majores, maximæ, minores, multæ, plurimæ, tantæ, ultimæ, universæ. *Usus.* Propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ. Cœteræ nationes & gentes. 2. *Genus & familia.*

Gens Valeria, Cornelia. Majorum vel minorum gentium patritii. Dii minorum gentium.

Gentilis, e, ein Volck/ Gemeine. *Usus.* Gentiles sunt, qui inter se eôdem sunt nomine ab ingenuis oriundi. Homines Deorum quasi gentiles sunt. Degere in Gentilium, & agnatorum potestate.

Gentilitas, tis, Freundschafft. *Syn.* Gentilitium jus, conditio, ratio, habitudo, nexus. *Usus.* De toto agnationis & gentilitatis jure disputandum fuit.

Gentilitius, a, um, das einem Stamm gehöret. Genti & generi commune. *Us.* Gentilitia sacra.

Genu, u, Knye. *Syn.* Nodus, in quo femora desinunt, cujus pars posterior poples. *Epi.* Dextrum, flexum, inflexum, sinistrum. *Usus.* Genu flexus, qui genu flexô connititur. A genibus suis supplicem repellere; in genua subsidere; genibus alicujus advolvi; ad genua alicujus volutari, jacere.

Genuinus, a, um, eigentlich. *Syn.* Proprius. *Usus.* Dentes genuini dicti.

Genus, eris, Art/ Geschlecht. *Syn.* Natura commune genus, genus primum, genus universum. *Us.* Genus est notio ad plures differentias pertinens. Genus humanum. 2. *Ratio, modus, discrimen, res, ordo.* Tuum consilium de toto genere belli; prudentia tua in omni genere singularis; varia furandi genera; In omni genere & varietate artium excellere. 3. *Familia, stirps.* Homo nobili, generosô genere ortus, natus. Genus ab aliquo ducere, ementiri. *Thras.* Uterque est ejusdem generis; ambo summô locô nati, prosapia sunt illustri; ad illustrissimos majores genus suum & originem referunt; familiam suam à stirpe ordine ad hanc ætatem enumerare possunt; progenie nati sunt honestissimâ. Ambo vetustæ prosapiæ & multarum imaginum. *V. Nobilis.*

Geographia, æ, Erd-Beschreibung.

Geometra, æ, Erd-Messer. *Usus.* Geometræ, Musici, Grammarici.

Geometres, æ, Erd-Messer. *Syn.* Geometra.

Geometria, æ, Land- oder Feld-Messerey. *Epi.* Falsa. *Usus.* In geometria lineamenta, formæ; intervalla, magnitudines. Geometriam discere, tractare, in summo honore habere.

Geometricus, a, um, zum Feldmessen gehörig. *Usus.* Geometricum quid explicare.

Germanè, brüderlich. *Syn.* Fraternè.

Germanitas, tis, Bruderschafft. *Syn.* communio sanguinis, consanguinitas. *Vulg.* Fraternitas. *Usus.* Moveat se honorum pietas, moveat germanitas.

Germanus, a, um, eines Stammes. *Syn.* Ex eâdem stirpe & genere orti, præsertim fratres & sorores. *Us.* Hic cum nescio quid mutilum locutus esset, germanum se Thucydidis arbitrabatur. Conjuges, liberi, germani. 2. *Verus, Syncerus.* Num hoc germanum esset? Veteres illi & germani Latini; veræ ac germanæ justitiæ effigies. 3. *Congruens.* Homo Stoicis germanissimus.

Germen, inis, * [illegible] Saamen. *Usus.* Alieno ex sanguine germen.

Gero, ere, haben/ thun. *Syn.* Facio administro, servo. *Adv.* Abstinenter se; acerbè bellum, acerrimè; amplissimè honores, apertè bellum; aptè, auspicatò, benè negotium; constanter se; diligenter morem studio, cupiditati; excellentiùs, feliciùs, felicissimè, fortiter, fortuitò, graviter consulatum; honestè, justè bellum & piè, libenter negotium, liberè se, magnificentissimè consulatum, malè negotium, malè rem, malitiosiùs rem mandatam; modestè se, negligentiùs, omnino nihil jure. Optimè consulatum, rem, rempublicam; otiosè negotium suum, palam rem, perditè se, piè bellum; præclarè negotium; privatim, publicè, sanctissimè se, severè Consulatum, sumissiùs se, teterrimè se in Provinciâ, truculentiùs se, turpissimè se; tutò magistratum, valde bene, valde honestè. Geri bene, obscurè quid, pulcherrimè. *Usus.* Susceptum negotium pro tuâ fide & diligentiâ ex voluntate Cæsaris gerito. Bene sapienter remp. gerere; Inimicitias, bellum, per-

personam civitatis, rem alicujus gerere; ingenium muliebre, animum laude dignum gerere. 2. *Vivo, me exhibeo.* Cum *me, te.* &c. Turpissimè, prudenter, malè se gerere; Gerere se pro cive. 3. Morem gerere. *Obtemperare.* *Phras.* *Bene se gerit*, sanctissimè se & prudenter gerit; Eximia ejus in rebus gerendis opera existit. Ejus labor in reip. negotiis castè integrèque versatur. Egregia ejus in totâ vitæ ratione virtus enitet; Excellenter se gerit. In rebus tractandis præcipua est ejus gloria, virtus eximia; operam dat, ne quis eum civium virtute præstet; Consulatum egit nobilissimè. *Malè se gerit.* Turpissimè, flagitiosissimè; res libidine gerit, non ratione; permulta male agendi causâ fraudandoque facit; admodum degeneravit, veteres suas laudes imminuit; Nihil fortiter, nihil feliciter gerit.

Gesta, orum, herrliche Thaten. *Syn.* Acta facta. *Epi.* Amplissima, tanta. *Usus.* Gesta sua recensere.

Gestio, ire, frohlocken. *Syn.* Gestu corporis desiderium aliquod ostendo, prægestio; studiô efferor; tantâ lætitiâ affectus sum, ut mihi vix constem.)(*Mæreo, afflictus* sum. *Adv.* Temerè. *Usus.* Gestio scire omnia; nimiâ voluptate gestio. *V. Gaudeo.*

Gestio, onis, Verrichtung. *Syn.* Actio, tractatio. *Usus.* Gestio negotii.

Gesto, as, tragen. *Syn.* Fero, porto.

Gestus, ûs, Gebehrden. *Syn.* Actio, motus corporis. *Epi.* Imminens, scenicus, venustus. *Usus.* Gestum agere; gestu decenti moveri; gestum sedulum, constantem, elegantem habere. In gestu nimium esse, nimiô gestu uti. Histrionum gestûs ineptiis rarò vacant.

Gigas, antis, ein Riese. *Syn.* Titanes. *Us.* Gigantum more pugnare cum Diis. *V. Magnus.*

Gigno, ere, gebähren. *R.* γίγνομαι, idem. *Syn.* Genero, creo, procreo, profero, pario, suscipio. *Adv.* Aliunde. *Usus.* Ad majora quædam nos natura genuit. Inde pax extraneis gignetur.

Glacies, ei, Eis. *R.* a gelu, quasi *gelacies.* *Epi.* Liquefacta, dilapsa. *Usus.* Glacies liquefacta calore & dilapsa diffunditur. Aquilonibus reliquisque frigoribus adjectis durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Indurata glacies. Aquæ gelû durantur, constringuntur. *V. Frigus. Hyems.*

Gladiator, is, Fechter. *Syn.* Lanista, mirmillo. *Epi.* Amens, bonus, rudis, bustuarius, certissimus, confectus & saucius, crudelissimus, dictatorius, furiosus, importunissimus, mediocris, nefarius, nequissimus, nobilis, sceleratus & par, sceleratissimus, timidus, vetus ac nobilis, vetulus. Gladiatores nobiles, nobilissimi, theatrales. *Usus.* Ex mirmillone Dux, è gladiatore Imperator. Plurimarum palmarum vetus & nobilis gladiator.

Gladiatorius, a, um, fechterisch. *Us.* Lusus, certamen gladiâtorium; gladiatoria corporis firmitas.

Gladius, ii, Schwerdt/Degen. *R.* à *Clade.* *Syn.* Sica, pugio, ensis. *Epi.* Cruentus, fulgens, plumbeus, reconditus in vagina, strictus, vacuus vaginâ. *Usus.* Gladiô plumbeô jugulare aliquem, *levi futilique argumentô*; suô gladiô jugulari. *Suô dictô dolore capi.* Gadium nudare, stringere, distringere, educere; In gladium incumbere; Gladium in vaginam recondere; gladiô confici.

Glandifer, a, um, das Eichlen trägt. *Usus.* Glandifera quercus.

Glans, dis, eine Eichel. *Syn.* Quercûs nux. *Usus.* Sues glande pascuntur.

Glarea, æ, grober Sand. *Syn.* Arena, vel lapides minutissimi cum arenâ.

Gleba, æ, Erden-Kloß. *Syn.* Cespes terræ. *Usus.* Injecta gleba tumulis.

Glisco, ere, wachsen. *Syn.* Cresco. *Usus.* Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo.

Globosus, a, um, rund/kugelich. *Syn.* Rotundus. *Usus.* Stellæ globosæ & rotundæ. Globosus mundus.

Globus, i, runde Kugel. *R. Ab Hebræo galab, volvit.* *Epi.* Cœlestis, eminens, extimus, habitabilis & cultus, medius. *Usus.* Terræ, stellarum globi.

Glomero, as, hurtig wicklen. *Usus.* Glomerare clades; venæ inter se glomerantur.

Glo-

Gloria, æ, Lob/ Ehre. *Syn.* Claritas ſplendor, lux, amplitudo.)(*Turpitudo, probrum.* *Epi.* Abjecta, admirabilis facti, æterna; non æterna, ſed ne diuturna quidem; aliena, ampliſſima, antiqua, antiquior, bellica, pura, comes mortis, comes rectè factorum, communis cum aliquo, continuata, divina, dulcior, dulcis, eximia atque immortalis, falſa, ficta, frequens de aliquo, illuſtris & pervagata, illuſtrior, immenſa, immortalis, intemperans, non inſolita adoleſcentibus, juſta & merita, magna, major, maxima, militaris, minor, muliebris, navalis, neceſſaria & ſalutaris alicui, nota, nova, par, vel paterna vel avita, popularis, præſtantior omni patrimonio, virtutis præſtantiſſima, priſtina, propria ingenii, ſempiterna, ſingularis, ſolida veraque, ſtabilis, ſumma ingenii, ſumma & perfecta, tanta bonorum, tanta, ſibi neceſſaria ac ſalutaris, vera, gravis, ſolida, veriſſima, univerſa. *Uſus.* Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude; illuſtris & pervagata multorum & magnorum in ſuos, patrium hominum genus, fama meritorum; conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellente virtute; cujus gradibus videntur homines in cœlum aſcendere. Ex omnibus virtutis præmiis ampliſſimum eſt gloria. 1. *Gloriam appetere.* Gloriæ ſtimulis, æſtu agi. Quærere, acquirere, parere ſibi ampliſſimam gloriam; in gloriâ aliquem ponere; ea mihi gloriam dederunt maximam. Gloriæ dulcedine tangi, capi, excitari. 2. *Gloriam adipiſci,* capere, tenere, retinere, alere, augere, multiplicare, duplicare, amplificare. Gloriâ florere, circumfluere, præſtare. In gloriam ſummam venire. Gloriæ ſervire; ad gloriam virtutis viâ graſſari. 3. *Gloriam minuere,* imminuere, infringere. A gloriæ ſtudio aliquem refrænare, revocare; gloriam abjicere. *Thraſ.* Fertur ille vir gloriâ; flagrat, volitat, ardet cupiditate laudis; ſummus ardor mentis ad gloriam eum rapit; nec in pecuniâ, nec gloriâ concupiſcendâ modum novit; inanem aucupari gloriam amat, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. Conſectatur non illam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ; laborat, ut aliquod falſæ choragium gloriæ comparet. Quam ſis gloriæ cupidus, non ignoro; omnes tuos ad laudem impetus novi. Quam ſis ad laudem propenſus, inclinatus; quanti ſit apud te laus, quàm labores de laude, quàm vehementer in laudem incumbas, quàm laudi ſtudeas, quô ſtudiô laudem ſequaris, quæ tuæ ſit laudis cupiditas, præclarè novi, habeo cognitum. Jam inde à pueritia gloriæ ſtudio atque amore flagrabas, inflammatus ad gloriam à puero fuiſti. Spectâſti gloriam ante omnes res à primis annis. A primis annis tibi erat gloria omnium rerum antiquiſſima; tibi gloria in animo erat, tibi gloria in oculis erat, in amoribus erat, in deſideriis erat. *Gloriam æternam conſequi.* Quos nunc ſuſcipis labores, ii te apud poſteros æternâ gloriâ donabunt; quos nunc ſuſcipio labores, ii te apud poſteros æternâ gloriâ afficient, illuſtrabunt, ornabunt, decorabunt; tuum nomen immortalitati commendabunt, ab hominum oblivione & interitu vindicabunt, tui nominis famam in omnia ſæcula diſſipabunt; tuum nomen poſteritati tradent omnium ſermonibus & ſcriptis exornandum, extollendum, celebrandum, honeſtandum, tuendum. Conſecutus es tuis laboribus, ne qua dies tui nominis famam delere poſſit, ut omnis de te poſteritas loquatur, ut nullæ tuas laudes litteræ taceant, ut nullæ litteræ de tuis laudibus conticeſcant. *V. Fama. Amplitudo. Exiſtimatio.*

Gloriatio, onis, Rühmung. *Uſ.* Gloriatione digna eſt beata vita.

Gloriola, æ, kleiner Ruhm. *Uſ.* Etiam hiſce eum gloriolæ inſignibus ornemus.

Glorior, aris, ſich rühmen. *Syn.* prædico, de me prædico, gloriâ me & prædicatione effero.)(*Gemo.* *Adv.* honeſtè, bene, inſolenter, intolerantisſimè de divitiis, quodammodò, rectè. *Uſ.* De tuis divitiis, de tuis rebus geſtis inſolenter intoleranterq; gloriaris. *Phr.* In ſuâ nobilitate valde gloriatur, infert ſe & intrudit. De majoribus ſuis ſe jactat inſolentiùs, venditat genus ſuum; aſciſcendæ laudis causâ ſublatius de ſe loquitur; ſummâ venditatione & oſtentatione ſe effert inſolentiùs. Martem ipſum ſui generis conditorem fert; imodicus ſui æſtimator, præ ſe ignobiles omnes

omnes & plebejos prædicat. Jactator & venditor ineptè gloriatus.

Gloriosè, prächtig. *Syn.* magnificè, elatè. *Usus.* De seipso gloriosiùs loqui.

Gloriosus, a, um, ruhm-redig. *Syn.* Ostentator.)(*Calamitosus.* *Us.* Militem gloriosum imitaris. 2. *Præclarus, qui in maximâ gloriâ & gratiâ.* Mihi exilium ad reip. rationes gloriosum fuit. Facta illustria & gloriosa. Magnifica & gloriosa ostentatio civitatis. *V. Clarus. Ostentator.*

Glutinator, is, Buchbinder. *Us.* librorum glutinatores.

Gnarus, a, um, erfahren. *R. à* γνώριμος idem. *Syn.* Peritus, sciens. *Us.* Gnarus reip. gnarus malorum impendentium. *V. Peritus.*

Gnatus, i, Sohn. *Syn.* Filius.

Gnaviter, * fleißiglich. *Syn.* diligenter. *Usus.* Gnaviter pugnare, agere aliquid.

Gnavus, a, um, * fleißig. *Syn.* celer, strenuus.

Grabatus, i, Faulbett. *Syn.* lectulus.

Gracilis, is, * mager/ rahn. *Syn.* tenuis corpore, macilentus. *Usus.* Virgo gracilis.

Gracilitas, tis, die Dünne des Leibs. *Syn.* Corporis habitudo tenuior, subtilitas.)(*Magnitudo, crassitudo.* *Epi.* summa. *Us.* Est in illo summa gracilitas, & infirmitas corporis.

Gradatim, Staffel-weis. *Syn.* gradibus, per gradus. *Usus.* Ab humilibus ad superiora, ad honores gradatim conscendere. Minutatim & gradatim interrogare.

Gradatio, onis, das Auffsteigen. *Syn.* Exornatio rhetorica.

Gradior, gehen. *R. ab Hebr. Darag, ire.* *Syn.* ambulo, eo, ingredior.)(*Serpo.* *Usus.* fidenti animô gradi ad mortem. *V. Eo.*

Gradus, ûs, Staffel/ Stiege. *Syn.* Quô in locum altiorem ascenditur. *Transl.* locum & dignitatem, & momentum, & ordinem, & progressum quemdam gressumque significat. *Epi.* Altus dignitatis, altior, altissimus amplissimusque dignitatis, facilis, inferior, facilior, infimus, plenus, primus, senatorius; stabilis, & non expers dignitatis, summus atque altissimus. Gradus amplissimi, beati, malè hærentes, multi, novi, pares honorum, dispares gloriæ, plures, reliqui. *Us.* sunt certi gradus officiorum, ut prima charitas Diis, secunda Parentibus, tertia Patriæ debeatur. Altissimum dignitatis gradum *assequi*, consequi, ascendere. In altissimo gradu *locare*, collocare, ponere aliquem. Pervenire ad summos honorum gradus. *Tenere*, obtinere consularis dignitatis gradum. De summo gradu *dejici*, dimoveri. *Phras.* Ad eum, quem volebas, gradum evectus fuisti; ad eum, quem volebas, gradum ascendisti, conscendisti, evolâsti, pervenisti, pervasisti, promotus s. elatus fuisti; eum gradum, ad quem aspirabas, attigisti, pertigisti, adeptus s. assecutus es. *V. Promoveo.*

Græcè, griechisch. *Us.* M. Cicero senex dicebat, ut quisque optimè græcè sciret, ita esse æquissimum.

Græcia, æ, Griechenland. *Epi.* magna, Princeps eloquentiæ, vera atque integra, vetus. *Us.* Interdum verborum inops Græcia.

Græculus, i, Griechlein. *Epi.* otiosus & loquax, fortasse doctus, atque eruditus. *Usus.* Græculus assentator; Græculi contentionis cupidiores, quam veritatis. Quid mihi tanquam Græculo otioso & loquaci quæstionem ponis?

Græcus, a, um, griechisch. *Syn.* Grajus. *Epi.* Græci leves aut immanes atque barbari, sacrilegi & jam pridem improbi. *Usus.* Homo levitate Græcus, crudelitate barbarus. Græcæ litteræ. Latina lingua tam copiosa est, quam græca.

Gramen, inis, Kraut/ Gras. *Syn.* Herba.

Gramineus, a, um, grasicht. *Us.* gramineæ hastæ.

Grammatica, æ, Sprach-Kunst. *Usus.* Grammatica, Rhetorica.

Grammaticus, a, um, zur Sprach-Kunst gehörig. *Us.* Ars grammatica.

Grammaticus, i, der die Grammatic lehret. *Epi.* Interpretes poëtarum. *Usus.* Grammatici est Poëtarum pertractatio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus.

Granarium, ii, * Kornhauß. *Us.* adstringere & laxare granaria.

Gran-

Grandævus, a, um, * wolbetaget. *Syn.* Grandis ævi, provectioris ætatis. *Vid. Senex.*

Grandesco, ere, groß werden. *Syn.* cresco. *V. Cresco.*

Grandiloquus, a, um, pralerisch. *Syn.* In oratione grandis, gravis, plenus, copiosus, amplus. *Us.* Nam & grandiloqui fuerunt amplâ sententiarum gravitate, & majestate verborum.

Grandis, e, groß/ wichtig. *Syn.* magnus, immanis. *Us.* Jam grandis puer. Grandis & tragicus orator. Perspicuum & grande vitium. Ætate provectus, non tamen grandis natu.

Granditas, tis, die Grösse. *Usus.* Id apparet ex genere, & granditate verborum.

Grando, inis, Hagel/ Schlossen. *R. à granis*, pluvia congelata, in granorum formâ decidens. *Epi.* minuta, subita, præcipitans. *Us.* Grando mista imbri, subito præcipitans cecidit.

Granum, i, ein Kern. *Usus.* Tritici grana.

Graphicè, * meisterlich. *Syn.* Eleganter, politè. *Usus.* Graphicè ornatus, facetus.

Grassator, is, Strassen-Rauber. *Syn.* Latro. *V. Latro.*

Grassor, aris, * schwermen. *Syn.* Sævio. *Us.* Grassari in possessionem agri publici. Jure grassari, non vi. Grassari ad gloriam virtutis viâ.

Gratè, danckbarlich. *Syn.* animô gratô. *Us.* Quid piè, quid gratè, quid humaniter fecit, aut tulit?

Grates, um, Dancksagung. *Syn.* Gratias. *Usus.* Grates tibi ago. *Vid. Gratia.*

Gratia, æ, Danck. *Syn.* Animus gratus & beneficii memor, voluntas referendæ gratiæ, grati animi fidelis memoria, grates, beneficium. *Epi.* æquabilis, bona, excellens, fidelissima, illustris, non invidiosa, justa & debita, magna, major, mala, maxima, merita Diis immortalibus, merita debitaque, muliebris, mutua, nimia, par, permagna, popularis præclara, præsens, reconciliata, subita, summa, tanta, vetus, vetus & equestris. Gratiæ bonæ, multæ, excellentes, immortales, incredibiles, justissimæ, magnæ, majores, maximæ, meritæ, miræ, mirificæ, plurimæ, reliquæ, singulares, *Usus.* Gratia, in quâ amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur. Maximam tibi gratiam debeo. Maximam gratiam tibi habere & agere debeo. Meritam alicui gratiam memori mente persolvere. Illi si non parem illius meritis, at pro nostro tamen studio meritam gratiam debitamque referamus, reddamus, persolvamus, tribuamus. Etsi tanta gratia referri non potest, quantam debemus, habenda tamen est, quantam maximam ânimi nostri capere possunt. Gratiæ aliquid alicui opponere. 2. *Favor, amor, amicitia.* Gratiam alicujus sequi, aucupari, conciliare, assequi, consequi. Aliquem in magnâ gratiâ apud aliquem ponere. Gratiam inire cum aliquo, apud aliquem, ab aliquo. *In gratiâ esse apud aliquem*, cum aliquo; gratiam alicujus tenere, retinere. In gratiam aliquem recipere, admittere. Aliquô factô veterem gratiam exulcerare. Aliquem in gratiam reducere, restituere; gratiam componere inter aliquos, & reconciliare. In gratiam redire. 3. *Authoritas, plausus, favor popularis* Gratiam aucupari, quærere, colligere, acquirere, afferre, parere, consequi, excipere; gratiâ florere. Gratiam debilitare, extinguere; effundere collectas gratias. 4. *Causâ.* Prolis, quæstus, oblectationis gratiâ aliquid facere. *Phras.* Factum est non tuâ, sed tuorum culpâ, ut è *gratiâ populi excideris.* Factum est minimè tuâ, sed tuorum culpâ; vitiô tuorum, non tuô contigit; à tuis potiùs, quàm à te ipso, per tuos potius quàm per teipsum contigit; non per te, sed per tuos effectum est; non à te, sed à tuis commissum est; non tuô, sed tuorum meritô, injuriâ tuorum potius, quàm tuâ effectum est, ut populi studium amiseris, ut populi gratiam & benevolentiam perdideris, ut è studio è benevolentia populi excideris; ut populus non amplius tibi faveat, suffragetur; ut populus tui non amplius studiosus sit, ut populus non amplius bene sit in te animatus; ut, quâ florebas hominum gratiâ, eam amitteres; ut esses non ut antea hominibus; ut eâ gratiâ hominum, quâ fruebaris antea, prorsus excideres; ut amit-

amitteres hominum ſtudia, ut ex animis atq; favore hominum excideres, ut gratioſus apud populum minimè ſis; ut carus populo non amplius ſis, ut in populi gratiâ minimè ſis, ut nullum populi ſtudium teneas, nullam ut populi gratiam obtineas, nullam ut populi benevolentiam poſſideas; ut populum tui ſtudioſum, bene in te animatum, tibi amicum jam non habeas; ut favente, ſuffragante, benignô, tibi amicô, bene erga te animatô, tui ſtudiosô populô non utaris; ut ex amore populi effluxeris; ut perierit quod habebas gratiæ. Studium populi, ſtudium apud populum, gratiam populi non tua, ſed tuorum culpa extinxit, perdidit, afflixit; benevolentiam populi non tua, ſed tuorum injuria omnem apud omnes delevit, tibi eripuit, abſtulit, ademit.

In gratiam redire. Cum Craſſo in gratiam redii; voluntates copulavimus; reconciliata inter nos ex inimicitiis gratia eſt; ſimultatem Craſſus humaniſſimè depoſuit; placatæ inter nos ſunt iræ, diſcordiæque noſtræ; oblivione præteritorum diſcordias finivimus; ad amicitiam conſuetudinemque priſtinam nos traduximus. Gravi odiô & ſimultate, quâ diu conflictati ſumus, depoſitâ complexi ſumus inter nos; conjunctisque jam voluntatibus amiciſſimè vivimus.

Gratificatio, onis, **Dienſt-Erweiſung.** *Syn.* gratia, beneficium.)(*Injuria.* *Epi.* imprudens. *Uſus.* Gratificationem & benevolentiam ponere.

Gratificor, aris, **willfahren.** *Syn.* beneficium, gratiam facio. *Adv.* honeſtè. *Uſus.* Gratificari cuiquam aliquid, quod ei obſit. Cur tibi de eâ re non gratificer, neſcio. *Phraſ.* Gratificare mihi in ea re; obſequere voluntati noſtræ; ſtudiis noſtris ſervias velim; da hoc mihi, da tuæ amicitiæ; non eſt, cur non velificeris nobis; obſequere amico; in juſtam meam cupiditatem incumbe, quæſo; pro jure amicitiæ noſtræ hoc à te peto; pro tuo in me officio, meo in te ſtudio, hoc voluntati meæ largire: Volo non ſolùm tuâ, verùm etiam tuorum amicorum causâ aliquid agere; cupio, ſtudeo aliquid agere, quod tibi amicisque tuis gratum ſit, quod gratum ac jucundum tibi tuisque accidat; quod tibi tuisquè placeat, ſatisfaciat; quod tibi tuisque voluptatem, jucunditatem, lætitiam afferat; inire gratiam officiis meis non à te modò, verùm etiam ab amicis tuis velim. Gratiam inire & apud te, & apud amicos tuos ex hac re velim. Opto rem gratam tibi tuisque facere. Opto aliquid efficere, navare, præſtare tuâ tuorumque amicorum causâ. Ad id unum mea ſtudia converto, ut aliquid efficiam, ex quo tu & amici tui voluptatem, jucunditatem, lætitiam capiant, ſumant, hauriant, colligant. Servire non ſolùm tibi, ſed etiam amicis tuis cupio. Servire voluptati & commodo non ſolùm tuo, verùm etiam amicorum tuorum volo; tuam amicorumque tuorum officiis meis gratiam quærere ſtudeo.

Gratioſus, a, um, **angenehm.** *Syn.* Qui apud omnes plurimùm gratiâ poteſt, valet. *Uſus.* Homo potens, gratioſus, diſertus. Homines in civitatibus ſuis apud omnes ordines gratioſi. *Phraſ.* Ea temporum ratio eſt, ut qui plùs opibus valent, magis excellant gratiâ; ea temporum ratio eſt, ut qui magis ab opibus firmi, parati ſunt, ut qui magis copiis inſtructi ſunt, magis excellant gratiâ, gratioſiores ſint. Conferunt libenter homines ſua ſtudia in locupletiores; libenter homines ditioribus, divitioribus favent, ſuffragantur, ſtudent, præſtò ſunt.

Gratis, **umſonſt.** *Syn.* gratuitò, ſine ſolutione vel pecuniâ.)(*Pretiô.* *Uſus.* ſervire gratis alicui, habitare gratis in alieno. *Phraſ.* Gratis omnibus ſervit; ſine ullo munere gratiam ſuam exhibet omnibus; minimè mercenarius; non gravatè & gratuitò ſervit; gratuita eſt ejus comitas; gratiis, non præmiô comem ſe oſtendit & beneficum; liberalis eſt, non exigit gratiam, nec beneficium fœneratur.

Gratuitò, **ohne Gewinn.** *Syn.* Gratis.

Gratuitus, a, um, **freywillig.** *Syn.* ſine præmio & mercede.)(*Mercenarius, conductus.* *Uſus.* Innata eſt homini probitas gratuita, non voluptatibus mutuata, nec præmiorum mercedibus evocata. Liberalitas gratuita, non mercenaria.

Gratulatio, onis, **Glückwünſchung.** *Syn.* Com-

Communis gaudii demonstratio, lætitia publica.)(*Lamentatio. Epi.* celeberrima, exigua, exoptatissima, jucunda, maxima, multa civium, nova, præpostera, probatissima, recens, sera, summa. Gratulationes gratæ, maximæ & innumerabiles, tantæ. *Usus.* Nos in hominum cœtibus, gratiis agendis, & gratulationibus habendis & omni sermone celebramur. Maxima illi gratulatio facta est. Diana summâ Civium lætitiâ & gratulatione reducta. 2. *Supplicatio ad fana.* Decernere, facere alicui servatæ reipublicæ gratulationem.

Gratulator, is, **Glückwünscher.** *Epi.* lætior. *Us.* Sæpe gratulator lætior est, quam is cui gratulatur.

Gratulor, aris, **Glück wünschen.** *Syn.* Congratulor, lætor, alicui sum gratulationi; gratulationem facio, habeo. *Adv.* publicè, seriùs, tardiùs, valdè, vehementer, verè, verecundè, nimis. *Us.* Quod mihi de filia gratularis, agnosco humanitatem tuam. Gratulor reip. recuperatam libertatem, & gaudeo. Alacres & læti inter se gratulantur. *Thras.* Suum Ciceroni reditum omnes gratulabantur; ejus ad urbem accessus incredibili hominum multitudine & gratulatione florebat. Ominibus optimis eundem omnes persequebantur; non sine magnis gratulantium amoribus Romam petiit; Romani ovantes ac gratulantes eum accepêre, festis vocibus excepêre; nemo quisquam fuit, qui non complecteretur, exoscularetur, laudibus ejus reditum cumularet; omnes unô ore omnia bona dicere, & laudare fortunam reip. quæ tantum Virum recepisset.

Gratus, a, um, **danckbar.** *R. Ex* χάρις, ιτος idem. *Syn.* Qui meritam alicui gratiam memori mente persolvit, qui beneficia accepta meminit, non ingratus. *Usus.* Bene de me meritis gratum me præbeo, reipsâ atque animô gratissimum. Nomen alicujus & beneficia gratâ memoriâ prosequi. Erga salutis suæ authores gratus. Gratus est, qui in referendâ gratiâ non commodum, sed eum ipsum, cui refert gratiam, cernit. 2. *Acceptus, jucundus, optatus.* Officium tuum, judicium, mihi pergratum fuit. *Thras.* Gratum te esse decet erga Patronum, memorem te animum præstare decet; ut spectata tua sit in referendâ gratiâ pietas, perpetua tibi sit referendæ gratiæ voluntas; Viro optimè merito referas, quod debes; meritam gratiam justis honoribus & memori mente persolvas; gratus in te sit animus & beneficii memor; ut grati animi fidelis memoria plurimum apud te valeat, parem & cumulatissimam gratiam referes. Tua in me beneficia nunquam oblivisçar; tua erga me merita, magnitudinem tuorum erga me meritorum semper meminero, memoriâ tenebo; perpetuâ memoriâ tuebor, custodiam, conservabo. Nulla dies, nulla temporis vetustas, non casus ullus, non fortuna magnitudinem tuorum erga me meritorum imminuet; ex animo delebit, tollet, auferet; oblivione delebit, obruet, obscurabit, extinguet. Vigebit in me tuorum beneficiorum æterna, perpetua, nunquam interitura memoria. Nunquam apud me tuum beneficium intermoriturum existima. Tuam in me singularem benignitatem, tuam in me incredibilem liberalitatem semper in animo, semper in oculis, habebo; perire apud me, evanescere nunquam patiar. Hærebunt mihi in animo, mente, memoriâ tua beneficia. Fixa permanebunt; impressa in animo ac mente patebunt, extabunt tua beneficia. Vitæ par & æqualis erit recordatio meritorum tuorum. Qui mihi vitam dedit, ille ipse tuorum officiorum memoriam terminabit; finis mihi ac terminus & vitæ & memoriæ benignitatis in me tuæ idem erit, futurus idem est. Semper meminerim, memoria tenebo, tuebor mente atque animô, nunquam oblivìscar, nunquam apud me delebit oblivio beneficia, officia, merita erga me tua; memorem me tibi, quæcunque se occasio dederit, obtulerit, probabo. Gratum me tibi memoremque præstabo; præstabo tibi eam, quam debeo memoriam meritorum tuorum. Gratum me nullô non locô, nullô non tempore memorem, nunquam non gratiæ referendæ memorem & studiosum senties, experieris, cognosces. Grati animi laudem in me non requires, non deside-

desiderabis. Non committam, ut ingratum me appellare possis; ut in illo officio, quod bene merentibus debetur, jure me ac meritò quisquam reprehendat. Enitor, ut in ingrati animi vitium, crimen non incidam; ne quis mihi turpem ingrati animi notam possit inurere, ne quis mihi ingrati animi culpam objicere possit. Enitar, ut ab ingrati animi vitio, crimine, culpâ, turpi infamiâ, longissimè sejungar, discedam, absim valde, procul absim. Enitar, ut eâ culpâ vacem, vacuus sim, caream; ejus culpæ sim expers, quam committunt, qui nullam referendæ gratiæ curam suscipiunt, qui de referenda gratia minimùm laborant; Enitar, &c. ut spero, consequar, ut de me optimè esse meritum læteris, ut officia erga me tua voluptati ac lætitiæ tibi sint; ut ex tuis in me officiis voluptatem capias; ut officiorum tuorum fructum feras, percipias, colligas; ut gratiæ tuæ gratiam à me feras; ut parem tibi referam gratiam, par pari referam; ut officia tua omnibus officiis æquem, compensem, remunerer. Quam amanter me tractaveris, quàm benignè mihi feceris, quàm studiosè in omni re me commendaveris; quàm humaniter ac beneficè, quibus officiis amicitiam nostram colueris, prosecutus sis; quibus me rebus auxeris, ornaveris, honestaveris, ipse mihi atque etiam aliis commemorabo; ita diu recordabor, quamdiu mihi vivere contigerit, semper meminero.

Gravatè, **ungern.** *Syn.* difficulter, ægrè,)(*Benignè, comiter.* *Usus.* Benignè, non gravate, comiter.

Gravedinosus, a, um, **schnuppicht.** *Syn.* ad gravedinem proclivis. *Usus.* Gravedinosos quosdam dicimus, quosdam herniosos, non quia jam sint, sed quia sæpe sint.

Gravedo, inis, **Schnuppe/ Haupt-Fluß.** *Syn.* Destillatio capitis nares claudens, vocem obtundens, siccam tussim movens. *Epi.* molesta. *Usus.* Gravedine tentari, laborare. Gravedini subvenire, occurrere, obsistere; gravedinem removere, abigere, repellere.

Graviditas, tis, **Schwangerschafft.** *Us.* Graviditates & partus affert luna, à sole illuminata.

Gravido, as, **schwängern.** *Syn.* gravidum facio. *Usus.* Terra seminibus gravidata.

Gravidus, a, um, **schwanger/ voll.** *Syn.* prægnans, plenus, fœtus. *Usus.* Ubera gravida vitali rore.

Gravis, e, **schwer / wichtig.** *R.* ἀβαρύς, idem. *Syn.* Ponderosus.)(*Levis, infirmus.* *Usus.* Gravia omnia suô pondere in terram feruntur. 2. *Arduus, difficilis, molestus.* Vereor, ne tibi gravis sim. Eum graviore verbulo compellavi. Tempus reipublicæ, anni gravissimum. 3. *Magnæ authoritatis, ponderis, dignitatis.* Vir prudens & authoritate gravis; nomen vestrum mihi grave & sanctum est. 4. *Severus.* Gravis sine arrogantia. Cato omnium gravissimus & severissimus. 5. Vox gravis, *depressa*, humilis.)(*Acuta.*

Gravitas, tis, **die Schwere.** *Syn.* pondus.)(*Levitas.* *Epi.* Acrior verborum, admirabilis, ampla sententiarum, censoria, digna exspectatione, divina orationis, plena antiquitatis, incredibilis & inaudita, magna, major, naturalis ac necessaria, paterna, perpetua, orationis singularis ac penè divina, summa, tanta, vetus judiciorum. *Usus.* Catoni incredibilem natura tribuit gravitatem; vitæ gravitate præstat; in omnibus rebus gravitatem adhibere, tenere, servare, tueri. 2. Cœli gravitas tanta est, quam vix sustineo. *Vulg. Non est bonus aër,* *Phras.* Cato vir maximæ gravitatis, divinâ quadam gravitate, morum majestate; quam gravis incedebat, quàm decoro aspectu! nihil unquam nisi severissimè & gravissimè fecit. Erat in illa gravitate condita comitas, in cujus non sententia solùm, sed nutu residebat authoritas; in quo summa authoritas & amplitudo; prisci moris vir & sanctus; in quo nihil solutum, leve, inconsideratum.

Graviter, **beschwerlich/ hart.** *Syn.* ægrè, molestè. *Usus.* Graviter aliquid ferre, accipere; graviter queri, ægrotare. *Severè*, fixe, graviter narrare, dicere, se gerere.

Gravor, aris, **etwas weigeren.** *Syn.* Gravatè aliquid facio, grave mihi duco, pigror. *Usus.* Non gravabor dicere, quod sentio. Non sum tam inhu-

inhumanus, ut eô graver, quod vobis expedit.

Gregalis, e, zur Heerd gehörig. *Syn.* Sodalis ex eodem grege. *Uſ.* Gregales catilinæ & conſiliarii.

Gregarius, a, um, gemein. *Syn.* Collectitius, vulgaris. *Uſus.* Gregarii milites.

Gregatim, Hauffen-weis. *Syn.* per greges. *Uſ.* Gregatim in ſupplicium rapti cives.

Gremium, ii, die Schoos. *Syn.* ſinus, complexus. *Uſ.* E ſinu gremioque Patriæ abſtractus Cicero. Filius in gremio matris educatus.

Greſſus, ûs, ein Gang/ Schritt. *Syn.* Inceſſus, ingreſſus.

Grex, gis, Schaar/ Herd. *R.* ab ἀγείρω, *Congrego.* *Syn.* Congregatio, cœtus, turba. *Epi.* Impuriſſimus prædonum, medius, totus, vetus. Greges flagitioſi hominum, magni amicorum, mercenarii, ſordidiſſimi. *Uſu.* Greges armentorum, equorum, amicorum, Philoſophorum. E grege Imperatorum.

Grunnitus, ûs, Gruntzen der Schweine. *Syn.* vox porcorum.

Grus, uis, Kranich. *Uſ.* Grues in tergo prævolantium capita reponunt.

Gubernaculum, i, das Steur-ruder im Schiff. *Syn.* Clavus. *Transl.* adminiſtratio, munus, officium. *Uſ.* Reipubl. Imperii gubernacula prendere, tractare; ad gubernacula admoveri, ſedere. 2. A gubernaculis aliquem repellere, dejicere. Recedere à reip. gubernaculis.

Gubernatio, onis, Regiment. *Syn.* adminiſtratio, procuratio. *Epi.* facilis, magna. *Uſ.* Cupiditas conſilii gubernatione regitur. Gubernationi præficitur. A gubernatione removere quempiam. *V. Poteſtas. Adminiſtratio.*

Gubernator, oris, Regierer. *Syn.* Rector. *Epi.* bonus, ſcientiſſimus. *Uſu.* Cuſtos & gubernator reip. Probô navigiô, gubernatore peritô, ſummâ tranquillitate navigare.

Gubernatrix, icis, Regentin. *Epi.* præclara. *Uſ.* Eloquentia gubernatrix Civitatum.

Guberno, as, ſteuren. *R.* à κυβερνάω, per navem regere. *Syn.* adminiſtro, procuro, rego, gero, moderor, clavum teneo, gubernacula teneo, ad clavum, ad gubernacula ſedeo.)(*Everto.* *Adv.* Bene, directiùs, pulcherrimè. *Uſu.* Sed hæc DEUS aliquis gubernabit. Fortunæ motum, dolorem ratione gubernare. Rem totam ita gubernes, ut nemo queri poſſit. *V. Rego. Moderor.*

Gula, æ, der Schlund. *R.* à γυάλον, *Cavus.* *Syn.* collum, guttur. *Epi.* immenſa, inſulſa, obtorta. *Uſu.* Gulam alicui elidere, ſtringere, frangere; gulam irritare; gulæ indulgere, deditum eſſe. Obtortâ gulâ aliquem in vincula rapere. *Phraſ.* Non facilè convaleſcunt, qui gulæ indulgent; quibus neque quantum comedant, neque quid comedant, curæ eſt. Non facile convaleſcunt, qui, quod comedunt, neque quantum, neque quale ſit, animadvertunt; quibus omnem in cibis modum, omne judicium, omnem propè rationem gula eripuit; quibus neque modus edendi, neque ulla deligendi cibi ratio eſt. Qui & plus appetunt in menſâ, quàm ſatis eſt, & ex eo genere, quod obſit. Multos Adoleſcentes perdit immoderata victûs ratio; multos adoleſcentes conficit, immaturâ morte afficit cruditas, crapula, diſſoluta victûs ratio. Largiore, uberiore, pleniore cibô utuntur adoleſcentes, quàm ut vitæ conducat; quàm ut ſtomachus digerere, ferre, ſuſtinere poſſit; id quod ſæpè illis immaturæ mortis cauſam attulit. *V. Vorax.*

Gurges, itis, Waſſer-Strudel. *R.* *quaſi gyrgens, gyrum agens.* *Syn.* Vorago. *Epi.* Helluatus, immenſus, profundiſſimus, rapidus. *Uſu.* Gurges & vorago Patrimonii, libidinum. Immenſa vitiorum vorago, turpitudinum omnium gurges; natus abdomini ſuo.

Gurguſtium, ii, Sauff-Herberg. *Syn.* locus ſeu taberna, obſcura & anguſta. *Uſu.* Neſcio, è quô gurguſtio prodit.

Guſtatus, tûs, Koſtung. *Syn.* Guſtus. *Epi.* Jucundus. *Uſ.* Guſtatus eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptuarius, qui dulcedine præter cæteros ſenſus commovetur. Pomorum jucundus non guſtatus ſolùm, ſed odoratus & conſpectus.

Gſtuo,

Gusto, are, kosten/versuchen. *R.* à γευστός, gustabilis. *Syn.* Degusto, cibos attingo. *Adv.* Paulùm, perpaululùm, summatim causas & genera. *Usus.* Primoribus labris vix gustavit Philosophiam. Aliquam partem voluptatis gustare.

Gustus, ûs, der Geschmack. *Syn.* Gustatus. *Us.* Uva gustui peracerba. Libidinosi laudis gustum non habent.

Gutta, æ, ein Tropff. *Epi.* guttæ cadentes, cruentæ, liquatæ. *Us.* Guttæ imbrium quasi cruentæ.

Guttur, is, Gurgel/ Kehle. *Syn.* gula. *Epi.* tremulum. *Usus.* Vitium ventris & gutturis.

Gymnasiarchus, i, Schulmeister. *Syn.* Gymnasiis præfectus.

Gymnasium, ii, Schul. *Syn.* locus ad exercendum; ùt Palæstra, schola. *Epi.* amplissimum, nobilissimum, suburbanum, superius, totum. *Us.* sæculis multis antè gymnasia inventa sunt, quàm in his Philosophi garrire cœperant, qui nunc omnia gymnasia tenent. *Vid. Schola.*

Gymnicus, a, um, Schau-Spiele. *Usus.* Ludi gymnici.

Gynæceum, i, Frauenzimmer-Gemach. *Syn.* locus ædium sepositus, ubi solæ mulieres versantur.

Gypsatus, a, um, geweisset/ gegypset. *Syn.* candidus, tenax, quale gypsum est. *Usus.* Medea manibus gypsatissimis.

Gyrus, i, ein Ring/ Creyß. *Syn.* Circulus, ambitus. *Epi.* exiguus. *Us.* Homines secundis rebus effrœnatos in gyrum rationis duci oportet.

H.

Habenæ, arum, Zügel/ Zaum. *Syn.* lora, quæ frœno utrinque alligantur ad equuum regendum. *Epi.* laxissimæ. *Usus.* Commodissimum est, quàm laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cùm velis, vel remittas. Moderandi sui habenas ac potestatem alicui tradere.

Habeo, ere, haben / besitzen. *R. ab Hebr. chabah, abdidit se.* *Syn.* Possideo, utor, mihi non deest, penes me est, particeps sum.)(*Careo.* *Adv.* Accuratè orationem, acerrimè delectum, ampliùs centum cives, angustiùs, bellè, bellè se, benè, brevì commodiùs se, rem, copiosè & diligenter constitutam disciplinam, copiosè coràm sermonem de præsentibus, diutiùs sollicitos, teteriùs se; diligenter rationem, diligentiùs prædam notatam, descriptam, diligentissimè delectam; extrinsecus rationes suspensas vivendi, generatim honores, græcè nomen, graviter se, jam pridem multa, jam pridem, non aliquem in promptu, liberius mulierem, magnopere quod scribas, meliùs se, memoriter orationem, nauci, non necessariò, omninò non locum, non oculos opportunè implicatos consuetudine, optimè se, palam decretum in aliquem, palam secum, planè bellè se, planè inimicum; planè nihil, quod scribas; præcipuè hoc juris, præclarè se, publicè honores, quamplurimùm secum aliquem, quaquaversùs pedes quinque, rectè, satis superquè, tutò & liberè senatum, verè quod narres, vitiosè se, ultrò citròque verba. Haberi commodissimè, de integro quæstionem, quam liberalissimè victu, prudentissimum sapientissimumque, tantummodò uxores. *Usus.* Habere animum magnum, habere in suâ potestate aliquem vel aliquid; cum aliquo commercium, inimicitias. 2. *Scio, nescio, possum.* Nihil habeo scribere; tantum habeo polliceri, nec plùs; sic habeto, quod. 3. *Facio, tracto.* Habere verba, sermonem. 4. *Iudico, dico.* Aliquid in bonis, in perditis, in desperatis habere; aliquid in beneficio, pro derelicto; aliquem in loco aliquo & numero habere. 5. *Rationes, status rerum.* Præclarè se res habet; ego me bellè habeo. 6. *Tracto arctè, duriter.* Parcè aliquem habere, habere aliquem in deliciis, habere alicujus rationem. 7. Cum *participiis passivis.* Ita persuasum, perspectum, exploratum habeo. 8. *Promiscuè.* Habere in votis; Religioni habere; honorem alicui, gratias, rationem absentis habere 9. Præclarè, benè se res habet; bellè me habeo. *Vulg. Benè malè res stat.* *Phras.* Amicos multos & opes habet; beatissimus est ab opibus; nummorum plurimum possidet; utitur amicis potentissimis; amicis & fortunis floret, præditus est; pluri-

plurimorum amicitias obtinet, tenet copiosus ab opibus; summá rerum abundantiá potitur. *V. Fruor.*

Habilis, e, geschickt.)(*Ineptus. Usus.* Res aptæ, habiles, accommodatæ ad naturam; habilis ad pedes calceus. *Vid. Aptus.*

Habilitas, tis, Geschicklichkeit. *Syn.* Agilitas. *Us.* Omitto habilitates, opportunitatesque reliqui corporis.

Habitabilis, e, wohnbar. *Usus.* Regio habitabilis.

Habitatio, onis, Wohnung. *Syn.* Usus domicilii. *Usus.* de habitatione alicui accommodare. *V. Domus.*

Habitator, is, Einwohner. *Syn.* Incola.

Habito, as, wohnen. *Syn.* colo, domicilium habeo, sum, habeo. *Adv.* frequentissimè. *Usus.* Laxè & magnificè habitare. 2. *Moror, assiduus sum.* Habitare in foro, in libris. In vultu illius mei oculi habitant. *Phras.* Domum Romæ conduxit, comparavit; Romæ habitat, sedem Romæ & domicilium comparavit, collocavit; sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocavit; Romam incolit, colit; Romæ vivit. Hic sedes perpetuas statuere, figere decrevit.

Habitudo, inis, des Leibs Beschaffenheit. *Syn.* habitus. *Epi.* bona. *Us.* Corporis habitudo.

Habitus, ûs, Gestalt des Leibs. *Syn.* Affectio muneris, consuetudo, exercitatio, confirmatio. *Epi.* Consentaneus naturæ; moderati æquabilesque opimi corporis, præclarus, solidus. *Usus.* Habitus est animi aut corporis constans & absoluta in re aliquâ perfectio, ut virtutis, vel artis. Justitia est habitus animi. Quidam sine doctrinâ, naturæ ipsius habitu prope divinô, moderati extitêre & graves. 2. *Forma, figura, habitudo, ratio corporis.* Metellus integerrimâ ætate, optimô habitu, maximis viribus corporis. Mediocris habitus; oris & vultûs habitus. Orationis ejus habitus non erat inurbanus.

Hactenus, biß jetzund / bißher. *Syn.* ad hunc diem, huc usque. *Usus.* Hoc hactenus, redeo ad urbana; hæc artem duntaxat hactenus requirunt, ut certis luminibus ornatur oratio. *Phras.* Inaudita hæc hactenus, ante hoc tempus, ad hunc diem; usque ad hoc tempus plane peregrina. Hactenus felix temeritas; ad id locorum, adhuc locorum non infelix audacia.

Hædus, i, Bock / Geiß. *Syn.* Capræ fœtus.

Hædinus, a, um, böckisch / von Geissen. *Us.* Pelliculæ hædinæ.

Hæreditarius, a, um, erblich. *Usus.* Controversia hæreditaria; jure hæreditariô.

Hæreditas, tis, Erbschafft / Verlassenschafft. *Syn.* Patrimonium, bona hæreditaria. *Epi.* Communis, falsa, fraterna, magna, major, optima, paterna, permagna, molesta, reliqua, tanta; hæreditates caducæ, non honestæ, privatæ. *Usus.* Hæreditas est pecunia, s. res quælibet, quæ morte alicujus ad quemquiam jure devenit. In partem hæreditatis vocare aliquem; hæreditatem paternorum bonorum tradere. 2. Hæreditatem capere, adire, cernere, tenere, obtinere. 3. Hæreditatem avertere, detorquere, auferre, eripere; hæreditate aliquem excludere. *Phras.* Cicero fuit hæres plurium amicorum suorum; multorum Cicero factus est, relictus est hæres; multorum bonorum Cicero successor fuit; multorum bona Cicero adeptus est. Ciceroni contigerunt, venerunt, obvenerunt, obtigerunt, multorum bona. Ciceroni testamento relictæ sunt fortunæ multorum; multorum res, hæreditatem adiit, cepit, tenuit Cicero; multorum bona ad Ciceronem venerunt, pervenerunt.

Hæreo, ere, hafften / kleben / anhangen. *R.* αἱρέω. *Syn.* Adhæreo, adhæresco, defixus sum, habito. *Adv.* Communiter, malè. *Usus.* in meditullio mihi & visceribus beneficia tua, in æterna memoria hærent. Memoria tuorum factorum hærebit in omnium gentium sermonibus, ac mentibus. 2. *Dubito.* Hærere in aliqua re. Aqua illi hæret; hæret in salebris. Cavendum est, ne implicatus hæream. *Phras.* Intima hæret animô ea opinio; in animis omnium insedit; insitum est in natura & ingenitum, ut ita sentiamus; ingenerata est omnibus ea sententia; in ipsa natura posita est & infixa, omnibus innata

est,

est, & in animis quasi insculpta ea opinio. *V. Adhæreo.*

Hæres, edis, ein Erb. *R. ab hæreo. Syn.* bonorum Dominus ab alicujus morte. *Epi.* Extraordinarius, proximus, repentinus, secundus, verus. *Usus.* Aliquem Hæredem *instituere*, scribere, facere, factitare, relinquere. Hæredem alicui *succedere*, alicui esse. Hæres ex parte dimidia. *V. Hæreditas.*

Hæresis, is, eine Sect/ Ketzerey. *Syn.* Secta. *Usus.* Cato est in ea hæresi. *Vide Hæreticus.*

Hæsitantia, æ, Zweiffel / Stammlung. *Syn.* Hæsitatio, titubatio. *Us.* Hæsitantia linguæ.

Hæsitatio, onis, Zweiffel / Anstoß. *Syn.* Dubitatio. *Usus.* Quæ hæsitatio, quæ dubitatio, tractusque verborum! *Vid. Dubitatio.*

Hæsito, as, zweifflen/ hangen. *Syn.* Dubito, timeo, titubo. *Us.* Dubitant, hæsitant, revocant se interdum. Cùm hæsitaret, cum teneretur, quæsivi, an? *V. Dubito.*

Halitus, ûs, der Athem. *Syn.* Spiritus. *Epi.* extremus. *Usus.* Efflare extremum halitum.

Hallucinor, ari, fehlen/ irren. *Syn.* aberro. *Usus.* Epistola hallucinatur. *V. Aberro.*

Hamatus, a, um, krumm. *Syn.* aduncus.

Hamus, i, ein Angel. *Us.* Plato escam malorum voluptatem appellat, quod eâ capiantur homines, ùt hamo pisces.

Hara, æ, Saustall. *Syn.* stabulum porcorum. *Us.* Epicurus ex harâ productus, non scholâ.

Harmonia, æ, Zusammenstimmung. *Syn.* Concentus. *Usus.* Harmoniam ex intervallis sonorum noscere.

Hasta, æ, Spieß. *Syn.* telum. *Epi.* Cruenta, infinita. *Usus.* Hastam torquere, jactare; Hastis ora hostium fodere. Hastam abjicere, pro *desperante*. 2. *Venditio, publicatio.* Hastam venditionis in foro posuit, fixit. Hastæ subjicere bona alicujus.

Hastatus, a, um, Piquenirer. *Syn.* Hastâ armatus.

Hastile, is, Wurff-Spieß. *Syn.* Hastili niti.

Haud, nein/ nicht. *Syn.* Non. *Usus.* Quem haud scio, an rectè compellârim. *V. Non.*

Haudquaquam, gantz und gar nicht. *Syn.* Nequaquam. *Usus.* Haudquaquam id est difficile.

Haurio, ire, schöpffen. *R.* ἀρύω, *Syn.* traho. *Usus.* E re aliquâ magnam voluptatem, dolorem, calamitatem haurire; è fontibus Stoicorum abditis & reconditis, quoquomodò videbitur, hauries, potiùs, quam consectéris rivulos. Artes & scientias ab Græcis hausimus. Animi nostri è divinitate hausti, accepti, libati. *V. Recipio. Traho.*

Haustus, ûs, das Schöpffen. *Syn.* hauriendi actus.

Hebdomas, adis, ein Woche. *Syn.* septem dies, vel septenarius. *Us.* Vide, ne in quartam hebdomadem incidas.

Hebes, etis, grob / tölpisch. *Syn.* tardus, pinguis, naturâ tardior, obtusus, retusus.)(*Acutus, acer.* *Us.* Hebes æquè ac pecus. Sensus hebetes, tardi, & pingues. Erat aliquis dolor, sed hebes; ingeniô est hebetiore. *V. Stupor. Stupidus.*

Hebesco, ere, stumpff werden. *Syn.* obtundo, retundo. *Us.* Hebescere & languere in otio. An patiemur hebescere aciem authoritatis nostræ?

Hebeto, as, stumpff machen. *Syn.* obtundo. *Us.* Gladii hebetati.

Helluatio, onis, das Schlemmen. *Usus.* In lustris & helluationibus vitam degere. *V. Bibo. Convivium.*

Helluo, onis, ein Prasser. *Syn.* Ganeo, gurges. *Epi.* Concinnus, musicus, immanis, impurus, nequissimus, spurcissimus. *Usus.* Helluo Patriæ, Patrimonii. Helluo librorum Cato. *V. Nepos. Vorax.*

Helluor, ari, fressen/ prassen. *Us.* Ille helluo helluatus est tecum reipubl. sanguinem. *V. Consumo.*

Hem! Ey/ ach/ siehe da. *Syn.* Vox indignantis. *Us.* hem, nos homuli indignamur!

Hera, æ, Hausfrau. *Syn.* Domina.

Herba, æ, Gras / Kraut. *Syn.* stirpium infimum genus. *Us.* Quarundam herbarum utilitates longinqui temporis usu & periclitatione percepimus. Herbas arescere & interfici videmus.

Herbesco, ere, grün werden. *Usus.* herbescens viriditas.

Herbeus, a, um, Graß-grün. *Usus.* Color herbeus.

Her-

Herciscor, i, theilen. *Syn.* Partior, divido. *Us.* Nescit, quibus verbis herciscì oporteat. Arbiter familiæ herciscundæ.
Hercle, beym Hercule. *Syn.* Herculè. *Us.* bene hercle faciunt.
Herculè, ein Schwur der Heyden. *Syn.* Jurantis vox, me hercules! *Usus.* Nam herculè inquit.
Heri, gestern. *Syn.* Hesternô die.
Heroicus, a, um, heroisch. *Syn.* Herous. *Usus.* Heroicis temporibus, ætatibus, sæculis.
Heros, ois, ein Held. *Syn.* Divus Princeps. *Usus.* Ignari quantùm in illo heroe esset animi. Heroum veteres casus, fictique.
Herous, a, um, ritterlich. *Syn.* Heroicus.
Herus, i, Haus-Herr. *Syn.* Dominus.
Hesternus, a, um, gesterig. *Usus.* Hesternus dies.
Heu, ey! ach! *Syn.* Eheu! *Usus.* Heu me!
Heus, holla! hör! *Syn.* vox vocantis, vel & attentionem postulantis. *Usus.* Heus tu!
Hiatus, ûs, Spalt/ Klufft. *Syn.* labes, eluvio. *Us.* Repentini terrarum hiatus. *Phras.* Cùm terra imbribus discessisset, in ingentem sinum, hiatum desedit; in immensam altitudinem, & quæ expleri non posset, desedit.
Hic, hæc, hoc, der/ die/ das. *Usus.* Hunc, istum pacis hostem.
Hìc, adverb. hie/ bey mir. *Us.* hìc tu miraris?
Hilarè, frölich/ lustig. *Syn.* hilariter.
Hilaris, e, frölich/ muthig. *Syn.* Hilarus, promptus.)(*Tristis, mœstus.* *Us.* Vultu, animô hilari & promptô ad jocandum. *V. Jucundus. Lætus. Iocus.*
Hilaritas, tis, Frölichkeit. *Syn.* festivitas, jucunditas.)(*Mœstitia, tristitia.* *Epi.* multa, perpetua, profusa, summa. *Us.* Hilaritate condiamus temporum tristitiam. Erepta est mihi omnis illa hilaritas, & suavitas, quæ te adeò delectabat. Est in illo multa hilaritas, lepor, lætitia. Superciliorum remissio, aut contractio, mœstitia, hilaritas. *V. Iucunditas. Festivitas.*
Hilariter, freudig. *Syn.* hilarè.
Hilaro, as, erfreuen. *Syn.* Exhilaro. *Usus.* Accessus solis lætificat terram, ut cum cœlo hilarata videatur. *Vid. Recreo.*

Hilarus, a, um, frölich/ hurtig. *Syn.* Hilaris. *Usus.* Vita hilara.
Hilum, i, ein nichtswürdig Ding. *Syn.* Res minimi pretii.
Hinc, von hinnen. *Syn.* à loco. *Us.* Via, quæ hinc est in Indiam. Hinc in cœlum profectus. 2. *Transl.* Hoc nimirum est illud, quod. Hinc odium, hinc ostensio, hinc sicæ, hinc venena nascuntur. 3. Hinc & illinc exhibent mihi negotium. *Vulg. hinc inde. Phras. Hinc inde vagatur. Vulgò.* Dispersè, multiplici & erraticô gressu circumfertur. Passim, multifariam huc & illuc oberrat.
Hinnio, ire, * wiehern wie ein Pferd. *Syn.* Vox equorum.
Hinnitus, ûs, das Schreyen der Pferd. *Syn.* Vox equi.
Hio, as, klaffen. *Syn.* apertum esse, malè hærere, disjunctum esse. *Us.* Versus hiantes. Asperô vocalium concursu hiàns oratio.
Hircus, i, * ein Bock. *Syn.* Caper. *Us.* Hircum olet.
Hirsutus, a, um, haaricht. *Syn.* asper, horridus.)(*Glaber.* *Us.* Animalia spinis hirsuta.
Hirudo, inis, ein Egel. *Syn.* sanguisugam vulgus vocat. *Us.* Hirudo ærarii.
Hirundo, inis, ein Schwalbe. *Syn.* avis. *Us.* Hirundines æstivô tempore præstò sunt, frigore pulsæ recedunt.
Hisco, ere, * das Maul aufthun. *Syn.* Præ somno aut tædio os aperio. *Us.* Respondebis ne ad hæc, aut hiscere audebis?
Hispidus, a, um, rauch/ bartig. *Syn.* setosus, horridus. *Usus.* Facies hispida.
Historia, æ, Geschicht/ Erzehlung. *R. ab* ἱστορία. *Syn.* Rerum gestarum expositio. Annales, memoria publica, memoria rerum veterum; monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum; omnium sæculorum memoria, omnis antiquitas & exemplorum vis. *Epi.* finitima, mendacior, multa, plena exemplorum, testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ; nuncia veritatis, perpetua, pura & illustris. *Us.* Historiam scribere, tenere, perficere, aliquid historiæ mandare. Historia testis temporum, vita memoriæ.
Historicus, i, Geschichtschreiber. *Syn.* Rerum gestarum & memorabilium scriptor. *Epi.* antiquus.

Histrio, onis, Schau-Spieler. *Syn.* Veritátis incitator, comœdus, tragœdus, homo scenicus. *Epi.* Exterior, pessimus, facetus, histriones exercitati, novissimi. *Usus.* histrionum levis ars. Roscius & Æsopus histriones clari; histrio motu corporis summum amorem sibi ab omnibus conciliat; qui omnem personam in scenâ tractat.

Hiulcè, geborsten. *Usus.* asperè, vastè, hiulcè, rusticè loqui.

Hiulcus, a, um, aufgespalten. *Syn.* hians.)(*Concinnus, asper.* *Usus.* hiulcus & asper verborum concursus.

Hòc, desto mehr. *Syn.* eò. *Us.* Consiliô tuô utar hòc libentiùs, quòd. Hòc scribo parciùs, quòd.

Hodie, heut. *Syn.* hòc die, hodiernô die, nunc, hoc tempore.

Hodiernus, a, um, heutig. *Usus.* Disputatio hodierni & hesterni diei.

Homicida, æ, Todtschläger. *Syn.* Sicarius.

Homicidium, ii, Todtschlag. *Syn.* cædes. *Us.* homicidii reus.

Homo, inis, Mensch. *R. ab humo, vel ὁμὸς, similis, scilicet Deo*, quia ad Dei similitudinem factus est. *Syn.* Mortalis, persona, vir, caput. *Us.* Animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii; ad cœli, quasi domicilii sui conspectum, excitatum. Ortus ad mundum contemplandum, ad imitandum Deum. Deorum immortalium quasi gentilis, omnium animantium principatum tenens, ad intelligendum & agendum ortus.

Homulus, i, Menschlein. *Epi.* factus ex argillâ & luto.

Homuncio, onis, Menschlein. *Syn.* homulus.

Homunculus, i, kleiner Mensch. *Syn.* homuncio.

Honestas, atis, Zucht/Ehrbarkeit. *Syn.* honestum, dignitas, decus, laus.)(*Turpitudo.* *Us.* In officio colendo pulchrum atque decorum, quòd suâ sponte petitur. Ubi dignitas, nisi ubi honestas? Virtus, honestas, pudor, me in Pompeji partes traxêre. Unâ honestate continetur vita beata. Honestatem cum voluptate, ùt hominem cum belluâ copulare. Honestas dictorum & factorum. Homo honestate omni privatus, spoliatus. *V. Virtus.*

Honestè, ehrlicher Weise. *Syn.* decorè laudatè, rectè, laudabiliter, graviter. *Us.* Honestè se gerere. Honestè acta vita.

Honesto, as, Ehre erzeigen. *Syn.* honoro orno, decoro.)(*Contamino.* *Usus.* laude, decretis honorificis aliquem honestare. Beneficium honestare, augere. *V. Honoro.*

Honestus, a, um, ehrlich/ züchtig. *Syn.* Decorus, honoratus.)(*Inhonestus, turpis.* *Us.* Cæsarem honestum, honoratum cupio. Ampla, honesta civitas. Is mihi dies honestissimus fuit. Nihil, nisi quod honestum, decorumque sit, expetendum. Homo honestus, ingenuus, liberaliterque educatus. 2. *Modestus, moderatus, minimè turpis.* Convivium moderatum, & honestum. *V. Honoratus. Probus, Moderatus.*

Honestum, i, Ehrbarkeit. *Syn.* decens, fas, æquum, rectum, decorum. *Adv.* mirificè, verè. *Usus.* Nihil utile, nihil quod rectum honestumque. Tanta vis est honesti, ut utilitatis speciem obscuret; illud honestum, quod ex animo celso magnificoque quærimus. Honestum etiam detractâ omni utilitate sine ullis præmii fructibus per se potest laudari. *Thras.* Non quidquid libet, licet; non quidquid libet, convenit, decet, conveniens est. Non par est, consentaneum, non est decorum; non jus, neque fas est; non honestum est, quidquid in libidinem cadit.

Honor, is, Ehr / Ruhm. *Syn.* ornamentum, laus, gloria, decus, amplitudo, dignitas, honestas.)(*Ignominia, supplicium.* *Epi.* Ambitiosus, amplior, communis, contumeliosus, debitus, diuturnus, extraordinarius, falsus, honestissimus, incredibilis, infimus, jucundus alicui, justus, magnus, paternus, popularis, pristinus, senatorius, singularis, summus, tantus, utilior, usitatus, pervulgatusque. Honores amplissimi, divini immortalesque, eximii; leves, meriti & debiti, necessarii, tanti, viles, vulgares. *Usus.* Honoris mei causâ id feci; honoris causâ illum nomino. *Exquirere honorem.* Viris fortibus meritò honores decernuntur, deferuntur, tribuuntur, habentur. In fortem meritò honores amplissimi con-

conferuntur, effunduntur. 2. *Honoribus* abundare, procedere augeri. In honorem maximum aſcendit eloquentia; eſt in honore, honorem maximum conſequitur, recipit eloquens; in eloquentem facilè honor confluit. Honorem alicujus imminuere, depeculari; honore privare. Honorem præfari decet, *cum aliquid obſcœni dicendum eſt*. 3. *Magiſtratus*; *honorum curſus*, *gradus*, honores affectare, petere. 4. Deferre alicui & mandare; ad honores quem evocare, ad honores *obrepere*, aſcendere; honores adminiſtrare; honoribus fungi, uti, florere. Honores *miſſos facere*, honore dejici. *Thraſ. Honorem tribuere*. Mihi probatur mos & conſuetudo tua, quòd eos colas, qui virtute potiùs, quam divitiis abundant. Placet mihi valde, ſatisfacit mihi mos & conſuetudo tua; laudem tuæ conſuetudini tribuo, quòd eos honore, obſervantiâ, ſtudiô, proſequaris; quòd eos honore afficias, obſervantiâ colas; quòd iis honorem habeas, præſtes, tribuas; quod iis obſervantiam ac ſtudium præſtes, qui virtute potiùs, quàm divitiis excellunt, eminent, valent; qui ſunt ad virtutes paratiores, quos virtus potiùs quàm divitiæ commendant, qui virtutem magis quàm fortunam poſſident. Majores revereri oportet; majores honorare, revereri neceſſe eſt. Oportet unumquemque erga majores eſſe reverentem; ſe gerere cum majoribus reverenter, agere reverenter. Debet quivis majoribus piè reverentiam, quam merentur, atque obſervantiam præſtare, exhibere, deferre. Majoribus omnibus debetur honos, veneratio, reverentia, obſervantia.

Honorem conſequi. Si, ut inſtituiſti, perges, omnia, quæ ſunt in rep. ampliſpliſſima, conſequêris. Si curſum inſtitutum tenebis; ſi tuam conſuetudinem ſervabis, tueberis; ſi, ùt inſtituiſti, perges, præmium feres tuæ virtutis, eximios honores; ad ſummos honores viam aperies, patefacies, ſtrues, munies; honorem in republ. nullum fruſtra petes, multi etiam non petenti ultrò deferentur; optima conſequetur fama, hominum exiſtimatio, præmium, &c.

Honori alterius favere. Etſi te in conſervanda amicitia ſatis levem cognovi, à me tamen omnia in te ornamenta proficiſcentur. Etſi te in tuendâ, colendâ amicitiâ parum conſtantem, minùs firmum cognovi, tamen nullum in te ornando, honeſtando, colendo locum, aut tempus prætermittam. Favebo tuæ dignitati, exiſtimationi, honori, nullô non locô, nullô non tempore, quibuscunque rebus potero. Conferam, referam, intendam ad honorem ac dignitatem tuam omnia mea ſtudia, officia; omnem meam induſtriam, curam, operam, diligentiam. Figam & locabo in tuâ dignitate omnia mea ſtudia. Augebitur meô ſtudiô tua dignitas; tuæ dignitatis acceſſiones meô ſtudiô conſequêris; meum ſtudium honori tuo nullô non locô aderit.

Honorem lædere. Hæc honori tuo adverſantur, dignitati tuæ adverſa ſunt; hæc tuæ laudi nocent, officiunt, labem inferunt, maculas injiciunt, tenebras offundunt, damno ſunt, jacturam afferunt. Hæc lædunt, imminuunt, turpi labe inficiunt, obſcurant honorem tuum. Nihil poteſt nominis ſplendori officere. Nihil poteſt ſplendorem nominis tui perſtringere, tui nominis lumini officere, nomen tuum obſcurum reddere; tui nominis ſplendori tenebras obducere, offundere; tuo nomini lucem eripere, tuo nomini obſcuritatem afferre. Hoc unum cures potiſſimum, ne tuæ dignitatis jacturam facias; omni induſtriâ, omni ſtudiô, omnibus viribus contende, labora, conare; incumbe toto pectore; confer huc tuas omnes vires, intende omnes nervos; enitere, elabora, quantum in te eſt; cunctis viribus ac nervis hoc age; quàm diligenter potes; quantam potes, adhibe diligentiam ſummumque ſtudium; ſtudiô contende, quàm licet, maximô; labores imprimis præter cœteras res, præcipuè, ante omnia, ne tua dignitas violetur, nequid adverſi tua dignitas patiatur, ne de tua dignitate detrahatur, ne quod in tuâ dignitate damnum facias, nequid in honore tuo feras detrimenti; ne qua labe aſpergatur, ne qua labe inficiatur, ne quam labem ſuſcipiat, ne quam labem contrahat honor tuus, ne ſplendor tuæ dignitatis obſcuretur; ut nihil

nihil unquam facias, quod contra tuam existimationem esse queat.

Honorum aditum intercludere. Sæpe fecit inopia, sæpe ex inopia contigit, ut honores consequi non liceret; sæpe commissum est inopiæ culpâ, ne liceret expedire, progredi, procedere, cursum tenere in honorum via. Prohibet, submovet, arcet ab honoribus rei familiaris inopia. Impedimento egestas est, quò minùs ad ea, quæ sunt in civitate amplissima, liceat pervenire; aditum ad honores intercludit rei domesticæ difficultas. Euntibus ad honores magnas difficultates objicit, magna impedimenta opponit, viam obstruit, obviam it, occurrit inopia. Imparatis à re domesticâ honores obtinere non facile est, multi negotii, magni operis est. Repulsam ùt plurimùm pauperes ferunt, accipiunt; non patent honores inopiæ. *V. Ornamentum.*

Honorabilis, e, **ehrwürdig.** *Syn.* honorificus. *Us.* Hæc ipsa sunt honorabilia.

Honorarium, ii, **Ehren-Geschenck.** *Syn.* munus, quod honoris causâ datur. *Usus.* Vi extortum non potest dici honorarium.

Honorarius, a, um, **was einem zu Ehren geschicht.** *Syn.* spectans s. pertinens ad honores. *Us.* Honorarius arbiter; honorariam operam alicui accommodare.

Honoratè, **ehrlich.** *Syn.* honorificè. *Usus.* Honoratè de aliquo loqui.

Honoratus, a, um, **geehrt / in Ansehen.** *Syn.* Qui in honore & pretio est.)(*Inglorius.* *Adv.* valdè. *Usus.* Clarus & honoratus vir. *Thras.* Vir honestus & honoratus amplissimâ dignitate, semper in laude versatus, insolens infamiæ, circumfluens gloriâ, omnibus præsidiis ornatus, florens in urbe, cui omnes vulgò exhibeant levia quidem illa, sed honorabilia: salutare, appetere, assurgere, deducere, reducere, consulere; de quo omnes mirabiliter loquuntur & sentiunt; communi omnium laude, magnificentissimis sæpe decretis honestatus. *V. Honestus.*

Honorificè, **mit Ehren.** *Syn.* honoratè. *Usus.* Liberaliter aliquem & honorificè tractare; ornatè & honorificè de aliquo prædicare. *Thras.* Licet non optimè de me sis meritus, honorificè tamen de te sum locutus; tamen tibi benè dixi; mea fuit in te honorifica oratio. Verbum nullum ex ore meo exiit, nisi tua cum laude conjunctum; laudavi, extuli, ornavi te; laudes in te contuli, licèt immerentem, licet immeritò tuô; dixi de te, quæ tibi laudem parerent; iis verbis usus sum, quæ ad te honestandum valerent, vim haberent, licet immeritô tuô.

Honorificus, a, um, **ehrsam.** *Syn.* decorus, dignus. *Us.* Honorificus in aliquem, verba honorifica.

Honoro, as, **Ehr erweisen.** *Syn.* Honorem habeo, adhibeo, honesto, honorificis verbis prosequor, honorem debitum præsto; honore augeo, orno. *Us.* Nusquam non virtus honoratur. *V. Honor.*

Hora, æ, **Stund.** *Ept.* antecedens, consequens, calamitosior, vacua periculis. *Us.* Horam consumere, terere. Hora abit; in horam vivere. Horâ ampliùs ludunt; suis horis uti.

Horizon, tis, **Gesicht-Kreiß.** *Syn.* finiens. *Usus.* Illi orbes, qui cœlum quasi medium dividunt, & aspectum nostrum definiunt, quos Græci ὁρίζοντες nominant, à nobis finientes rectè nominari possunt.

Hornotinus, a, um, **heurig / jährig.** *Syn.* hujus anni. *Us.* Frumentum, vinum hornotinum.

Hornus, a, um, * **heurig.** *Syn.* hujus anni. *Us.* Vina horna.

Horologium, ii, **Sonnen-Uhr.** *Syn.* solarium.

Horrendus, a, um, **greulich.** *Syn.* horrificus, horribilis, formidolosus, metuendus, pertimescendus, res multæ trepidationis. *V. Horribilis.*

Horreo, ére, **fürchten / erzittern.** *Syn.* metuo, cohorreo, formido, timeo. *Adv.* imbecilliùs. *Us.* Horrere minas alicujus. Horreo, quorsum id evadat. Horret animus cogitare. Horret corpus frigore. *Thras.* Naturaliter horremus & formidamus dolorem; horrore nos dolor perfundit; nomen ipsum doloris horrori est; abhorrent omnes, ut immanem quandam ac perniciosam bestiam pestemque refugiunt, mortis instar putant dolorem; ut ab inimico hoste refugiunt ab horrore. *V. Timeo. Terreo.*

Hor-

Horreſco, ere, erſchrecken. *Syn.* perhorreſco. *Uſus.* Injecto terrore mortis horreſcunt. *V. Horreo.*

Horreum, i, Keller/ Scheune. *Syn.* Cella. *Uſ.* Neque in ſegetibus, neque in areis, neque in horreis.

Horribilis, e, erſchrecklich. *Syn.* horrendus, horrificus, formidabilis. *Uſ.* Hanc tam tetram, tam horribilem, tam infeſtam, ac pertimeſcendam reip. peſtem effugimus. Horribiles & miſeri caſus aliorum. *V. Horrendus.*

Horridè, unlieblich. *Syn.* aſperè, duriter. *Uſ.* Incultè, horridè dicere, vivere.

Horridulus, a, um, etwas unlieblich. *Uſus.* Orationes horridulæ.

Horridus, a, um, garſtig/ rauch. *Syn.* Incultus, aſper, durus.)(*Nitens, nitidus. Adv.* Omnino, ſemper, planè. *Uſus.* Cum eum incultum, horridùm mœſtumque vidiſſem. Horridioribus verbis uti. *Phraſ.* Quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu, ægreſtis homo & inurbanus! naturâ aſper, & iniquus omnibus, doctrinâ aſperior & durior.

Horrifer, a, um, das Zittern macht. *Syn.* horrificus.

Horrificus, a, um, erſchrecklich. *Uſ.* horrificum bellum. *V. Horridus.*

Horriſonus, a, um, das ein greulich Getöß macht. *Uſ.* Horriſonum fretum.

Horror, is, Erzitterung. *R.* ὀρθύνω, *excito. Uſ.* Quis me horror perfudit? *V. Metus. Timor. Terror.*

Hortatio, onis, Vermahnung. *Syn.* cohortatio. *Epi.* grata, maxima, neceſſaria. *Uſus.* Non hortatione neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago.

Hortator, is, Anreitzer. *Syn.* Suaſor, conſuaſor, author. *Epi.* aſſiduus. *Uſus.* Adjutor, author, hortator, interceſſor ad agendum aliquid. Hortatore non eges, ſponte enim exardeſcis ad litterarum ſtudia. *V. Author.*

Hortatus, ûs, Erinnerung. *Syn.* hortatio. *Uſus.* Id feci aliorum conſiliô, authoritate, hortatu.

Hortor, ari, anmahnen. *Syn.* adhortor, ſuadeo, ſum author, cohortor, excito, impello, acuo.)(*Dehortor, deterreo. Adv.* aliquando, amicè, etiam atque etiam, jam dudum, magnopere, ſeparatim, vehementer. *Uſ.* Currentem magnopere hortari. In excitando & acuendo plurimùm valet, ſi laudes eum, quem cohortêre. Proponam tibi claros viros, quod ſolent ii, qui hortantur. *Phraſ.* Hortatione meâ non indiges; currentem quid incitem? Hoc non eò dico, ut te oratio mea dormientem excitet, ſed potiùs currentem incitet, acuat, ad majorum tuorum imitationem cohortetur; cum ad omnem laudem tuâſponte properes, non impulſu meô, non eſt, quod te exhorter ad virtutis ſtudium, adhortatione animum firmem, ad virtutem arrigam. Impellere filios parentes debent ad eas artes, quarum eſt æterna poſſeſſio. Incitare filios Parentes debent ad eas artes; conſiliô, rationibus, argumentis, adducere filios Parentes debent ad eas artes; laudare filiis Parentes debent eas artes, oſtendere filiis Parentes debent earum artium fructum, hortatores eſſe filiis ad eas artes Parentes debent; id conſilii dare, ita conſulere parentes filiis debent, ut eas artes complectantur; authores filiis Parentes eſſe debent, ut ad eas artes, ad earum ſtudia ſe ſe conferant, applicent, animum adjungant, totô animô incumbant, quarum poſſeſſio vitam æquet, quarum nobis fructum una mors adimit. Ea demum eſt ad filios egregia parentum cohortatio, quâ impelluntur ad eas diſciplinas, quarum uſus interitu tantùm vitæ, nullâ re præterea terminetur. Decet Parentes illos, qui liberis conſultum volunt, non eos ad rem cohortari, quam facilè, nullô negotiô, arbitratu ſuô tum largitur, tum eripit fortuna, verùm ad eas artes, quarum vitæ par uſus & poſſeſſio eſt. *V. Excito.*

Formulæ hortantis. Age, age verò, agedum; ſtudia, amabo, proſequere; macte virtute; perſequere cœpta, ſi vir es; ſodes, *ſi audes*, age, ſi quid agis.

Hortulus, i, Gärtlein. *Epi.* jucundior, hortuli propinqui. *Uſus.* Democriti fontibus Demetrius hortulos ſuos irrigavit.

Hortus, i, ein Garten. *Epi.* apricus, horti paterni, pretioſi, venales. *Uſus.* Deliciarum causâ & voluptatis quosdam in hortis ſuburbanis ſuis cum meretrella ſæpe videmus.

Hoſpes, itis, Wirth / Gaſt. *Syn.* apud quem alius, vel qui diverſatur. *Epi.* antiquus, edax, minimè edax; tam inimicus cœnæ, & ſumptuoſus; gravis, nobilis, nobiliſſimus & ſanctiſſimus, ſplendidiſſimus atque ornatiſſimus, vetus & amicus. *Uſ.* Ad hoſpitem divertere; hoſpites admittere, accipere, recipere. Orator nullâ in re rudis, aut tyro, nec hoſpes aut peregrinus eſſe debet. Adeòne tu hoſpes hujus urbis? *Phraſ. Hoſpitem recipere.* Hoſpitii jus & amicitiæ officium præſtare; commodô hoſpitiô, hoſpitali menſâ blandè & benignè accipere. Decorum eſt, patere domos hominum illuſtrium hoſpitibus illuſtribus. Humaniſſimè me tuus affinis excepit, humaniſſimè tuus affinis me tenuit hoſpitiô, ſuis me ædibus excepit. Humanus mihi hoſpes tuus affinis fuit. Affine tuô, humanô hoſpite uſus ſum. Hoſpitium affinis tui expertus ſum. Affinis tuus apud ſe diverti me voluit. *Hoſpes, qui recipitur.* Ad affinem ſummâ illius voluntate diverti; ſatis lautè apud amicum diverſatus ſum; deductus ſum ad affinem hoſpitem, apud affinem collocatus ſum; dudum cum eo hoſpitium amicitiamque junxeram. Convictibus & hoſpitibus non alius magis indulget. *Vid. Excipio.*

Hoſpita, æ, Wirthin. *Epi.* vetus. *Uſ.* Figura & lineamenta hoſpitæ.

Hoſpitalis, e, gaſtfrey. *Syn.* qui libenter recipit. *Uſus.* Hoſpitales Dii. Domus omnibus apertiſſima & hoſpitalis.

Hoſpitalitas, tis, Gaſtfreygebigkeit. *Uſ.* Valde à Theophraſto laudatur hoſpitalitas. *V. Excipio.*

Hoſpitaliter, * gaſtfrey. *Uſ.* Invitati hoſpitaliter per domos.

Hoſpitium, ii, Gaſt-Hauß. *Syn.* Diverſorium, familiaritas, amicitia; domus, quæ gratis & libenter amicis patet; ſedes hoſpitalis. *Epi.* Agreſte, avitum, liberale, magnificentiſſimum, maritimum, publicum, vetus, vetuſtum. *Uſus.* Hoſpitium facere cum aliquo, hoſpitiô jungi. Hoſpitiô accipere, recipere quempiam. Eſt mihi vetus cum illo hoſpitium. Hoſpitio renunciare.

Hoſtia, æ, Schlacht-Opffer. *Syn.* victima. *Epi.* Maxima, proxima; hoſtiæ balantes, decoræ. Gratæque, humanæ, majores. *Uſ.* Diis hoſtias immolare; humanis hoſtiis DEUM placare. Præbere hoſtias ad Sacrificium; hoſtias adducere, ducere, cædere.

Hoſticus, a, um, * feindſelig. *Syn.* hoſtilis. *Uſ.* Vagi milites in hoſtico errabant; enſis hoſticus.

Hoſtilis, e, feindlich. *Syn.* inimicus, infeſtus. *Uſus.* hoſtilem in modum vexare quempiam. Hoſtili in rempublicam animô.

Hoſtiliter, feindſeliger weiſe. *Syn.* inimicè, hoſtilem in modum, infeſtè, iniquô animô.

Hoſtis, is, ein Feind. ℞. *ab ὄτις, quicunque peregrinus eſt, cujus nomen ignoratur.* *Syn.* inimicus, perduellis, qui contrà arma fert, qui bellum Patriæ indicit.)(*Amicus, ſocius.* *Epi.* acerbiſſimus, acerrimus atque infeſtiſſimus, amentiſſimus & profligatiſſimus, antiquus, antiquiſſimus, armatus, capitalis, certus, crudelis, domeſticus, externus, ferus & immanis, fœdiſſimus, importuniſſimus, impurus & impius, juſtus & legitimus, nefarius, perditus, perpetuus, potens, præſens, ſceleratus, teter, teterrimus, togatus. *Uſus.* Ad hoſtes *deficere*, confugere, transfugere, tranſire, ſe conferre; hoſtes *diſſipare*, rejicere, fundere, proſternere, occidere. Eſt capitalis, ſempiternus, communis omnium hoſtis & prædo. *V. Inimicus. Adverſarius. Infeſtus.*

Huc, da / hieher. *Syn.* ad hæc, ad hanc rem. *Uſ.* Huc te pares, hæc cogites. 2. *Horſum*, huc hominem & illuc rapere. Rem huc adduxi.

Hui, huy / ey. *Syn.* Admirantis & optantis vox. *Uſus.* hui, quam hoc velim ſcire!

Hujusmodi, dergleichen. *Syn.* Id genus, hujus exempli.

Humanè, freundlich. *Syn.* Humaniter, benignè. *Uſus.* Feciſti humanè, quòd.

Humanitas, tis, Höflichkeit. *Syn.* humana natura ingeniumque. *Epi.* communis, digna ſcientiâ, in aliquem excellentior, mira, multa, politior ſingularis, ſumma, tanta. *Uſus.* Huma-

manitatem omnem exuere, abjicere, extirpare; obdurescere malis. Petere veniam errato, ex humanitatis communis jure & misericordiâ. Omnem humanitatis sensum amittere. 2. *Lenitas, facilitas, placabilitas, mansuetudo, comitas, urbanitas, suavissimi mores, benignitas, mansuetudo, morum atque sermonum lepos.* Nemo Catone commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis, & morum suavitatem; Humanitatem alicui tribuere, habere. Difficillima est illa societas gravitatis cum humanitate. 3. *Eruditio, doctrina.* Artes, quibus ætas puerilis ad humanitatem erudiri solet; quæ ad humanitatem pertinent. In omni recto studio & humanitate versari: Homo non communium litterarum. Homo non hebes, exercitatus, humanitate politus, neque communium litterarum & politioris doctrinæ expers. Artes, quæ repertæ sunt, ut puerorum mentes ad humanitatem fingerentur. *Thras.* Cæsar præter multas, quibus floruit, virtutes eâ fuit humanitate, ut nihil supra posset. Ut virtutes, quibus Cæsar enituit, multas omittam, ejus humanitatis fuit, ut nemo cum illo conferendus, comparandus, æquandus esset. Ut virtutes, quæ in Cæsare viguerunt, multas silentiô prætercam, ea præditus humanitate fuit, ut nemo par illi fuisse videatur. Humanitate Cæsar excelluit, omnibus antecelluit, præstitit, omnes vicit. Nihil Cæsare humanius. Humanitatem Cæsar ita coluit, ut nemo magis. Cæsare nemo fuit ad humanitatem propensior. Cæsar propriô quôdam naturæ munere factus ad liberalitatem videbatur. Singularem in exercendâ liberalitate & præcipuâ quâdam laude dignum Jure Cæsarem dixeris. Laudem liberalitatis præter cœteros Cæsar tulit. Laus liberalitatis uni maximè Cæsari debetur. Qui sit Cæsari humanitate præferendus; qui plus habeat, possideat, ostendat humanitatis; in quo plus quàm in Cæsare humanitatis sit, resideat; Cæsare qui magis ad humanitatem propendeat; qui humanitatis laude sit Cæsare præstantior, qui præstaret, antecelleret humanitati Cæsaris, neminem reperiri posse puto, neminem adhuc agnovimus. Nemo Cæsarem humanitate vincere potuit. Nemo unquam Cæsare humanitate magis abundavit. Nemo fuit Cæsare humaniore sensu.

Humaniter, höflich. *Syn.* Humanè, benignè. *Usus.* Humaniter fecit, quòd ad me venit. 2. *Ut hominum conditio posfit.* Sin aliter acciderit, humaniter feremus.

Humanitus, menschlich. *Syn.* Humano more, ùt solet, ùt fere fit. *Usus.* Si quid humanitùs acciderit.

Humanus, a, um, menschlich/ gütig. *Syn.* Ad hominem pertinens.)(*Inhumanus.* *Usus.* Aliquem a fera & agresti vita ad humanum cultum civilemque traducere. 2. *Affabilis, benignus, comis, blandus, facilis, commodus, urbanus.* *Usus.* Vir humanissimus & facillimus. *Thras.* Humanæ res omnes fragiles caducæque sunt, humani generis imbecillitatem, fragilitatemque quis non extimescat; summa est hominum infirmitas, incerta omnia, & mobilia, & caduca. Casus humanos, & eventus incertos valetudinis, & naturæ communis fragilitatem, quis non extimescat? summa est hominum infirmitas. Incerta omnia, posita non tam in nostris consiliis, quàm in fortunæ temeritate. nihil humano certi est, vice fortunarum humanarum quis non commoveatur? Humanæ sorti quis non illachrimetur?

Humanis moribus. Me summa comitate complectitur, familiariter atque hilariter amplexatur; nihil illô amantius, suavius, comius, jucundius; in omni sermone affabilis; benignô alloquiô, comitate, invitando beneficiis, quos potest, conciliando, vultu ac sermone in omnes placato, omnium sibi amores collegit. Non te ad hanc rem utilitatis aut præmii spes, sed humanitas impulit, sed benignitas & naturæ facilitas adduxit. Agis hoc non præmii spe commotus, sed humanitate adductus, benignitate impulsus, studiô liberalitatis incitatus. Dedisti hoc humanitati

 tuæ,

tuæ, non præmiis; debet hoc humanitati tuæ acceptum referri; ad hoc te incitavit natura tua, ad humanitatem propensio; mirifica tua elucescit urbanitas.

Humanioribus litteris à pueritiâ eruditus, à teneris annis humaniores disciplinas studiosè amplexus es; à Puero floruisti actibus iis, quæ ab humanitate nomen acceperunt. Jam inde à puero disciplinas eas coluisti, quæ humaniores nuncupantur. Ab ætatis initio humanitatis studia complexus es.

Humatio, onis, Begräbnus. *Syn.* Sepultura.

Humecto, as, * befeuchten. *Syn.* Humidum facio, humore aspergo. *Usus.* Vultum lachrymis humectare.

Humerus, i, Schulter/Achsel. *Syn.* Suprema brachii pars. *Epi.* Lævus, levis, sinister. *Usus.* Italia Ciceronem suis humeris reportavit. Totum negotium unus ille gubernat, & humeris suis sustinet; Aliquem in humeros efferre.

Humesco, ere, * feucht werden. *Syn.* Madeo, humidus fio. *Adv.* Modicè. *Usus.* Terra humescens.

Humidus, a, um, feucht/naß. *Syn.* Humorem habens, aëreus. *Usus.* Ligna viridia, & humida.

Humilis, e, niedrig. *Syn.* Demissus, *loci ratione*, jacens, abjectus.)(*Altus, alacer, clarus, præstans.* *Usus.* Vites, & quæ humiliora sunt, se attollere à terrâ non possunt. 2. *Transl. Conditione, statu, fortunâ demissus, mœrens, afflictus,* Humilis, imbecillis, infirmus, minimè generosus animus. Qui altiore animô sunt, nihil humile, nihil abjectum captant, cogitant. 3. *Iudicio, voluntate, artificiô, consiliô abjectus.* Fractô atque humili animô supplicare; mens angusta & humilis. Vir humilis. *Phras.* Summam in eo animi humilitatem cognovi; summam in eo animi demissionem, abjectionem, infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem cognovi; summas animi angustias in eo expertus sum. Hominem esse vidi exigui admodum animi, nihil spectantem in laude positum, nullius laudis cupiditate flagrantem, aversum ab omni gloriæ studio; in humiles ac planè sordidas cogitationes dejectum, tanquam humi serpentem. *V. Abjectus. Vilis.*

Humilitas, tis, Niedrigkeit.)(*Altitudo, sublimitas, loci ratione.* *Usus.* Sydera inter se altitudine & humilitate distantia. 2. *Abjectio, ignobilitas, contemptio.* Despicere humilitatem alicujus; propter humilitatem & obscuritatem generis, in ignoratione hominum versatur. *Phras.* Tu submissè agis, ac magnâ humilitate cum æqualibus tuis, tuæ non parcens existimationi, obsequium præstas, morem geris. Præter omne decorum, plusquam par est, omni decorô neglectô, nullâ decoris ratione habita, contra dignitatem tuam, nihil consulens dignitati tuæ, præter omnem modum te humilem præbes, abjectum reddis apud tuos æquales. Tibi nihil, æqualibus multum defers. Etsi te das tuis æqualibus, non sunt tamen præponendi. Etsi de das iis, qui tuæ sunt conditionis, qui ex eodem sunt classe, qui ejusdem sunt ordinis, eundem ac tu dignitatis gradum obtinent, qui tibi nullâ in re inferiores sunt, non sunt tamen præponendi, *V. Abjectus. Vilis. Animus imbecillis.*

Humiliter, niederträchtiglich: *Syn.* Submissè, demissè; animô humili, vili, imbecillô.

Humo, as, begraben. *Syn.* Sepelio. *Usus.* Humare corpora. *Vid. Sepelio. Funus.*

Humor, is, Feuchtigkeit. *Syn.* Aqua, liquor. *Epi.* Non inutilis ad aliquid depellendum, mollis. *Usus.* Frigoribus durescit humor. Humor infusus in corpore.

Humus, i, Erdboden. *Syn.* Terra, gleba, tellus. *Usus.* Humus subacta atque pura.

Hyberna, orum, Winter Läger. *Syn.* Loca, in quibus milites hyemant. *Usus.* In hyberna ducere, dimittere. Ex hybernis educere exercitum.

Hybernaculum, i, * Winter Quartier. *Usus.* Communia hybernacula.

Hyberno, as, überwintern. *Syn.* Hyemo.

Hybernus, a, um, winterisch. *Syn.* Hyemalis.)(*Æstivus.* *Usus.* Hyberni menses, non hyberna.

Hydra, æ, Wasser-Schlang. *Syn.* Excetra, anguis.

Hy-

Hydria, æ, **Wasser-Krug.** *Syn.* Urna.

Hydrops, pis, **Wassersucht.** *Syn.* Aqua intercus.

Hyemalis, e, **winterlich.** *Syn.* Hybernus. *Usus.* Nudi hyemalem vim perferunt.

Hyemo, as, **überwintern.** *Syn.* Hyberno. *Adv.* Jucundè. *Usus.* Ubi hyemabis?

Hyems, is, **Winter.** *R.* ὕω, *pluo.* *Syn.* Hybernum tempus, hyemale tempus, durum anni tempus.)(*Æstas.* *Epi.* Extrema, maxima, summa, teterrima. *Usus.* Hanc vim frigorum hyememque vix urbis hujus tectis sustinemus. Hyemem tolerare. Præcipitat, senescit, conficitur, abit hyems. Propter hyemis magnitudinem navigare non potui. *Phras.* Hyems hoc anno nive sævâ & omni tempestatum genere fuit; arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, decussit omnes. Nivis altitudo inexsuperabiles montes fecit; insignis est annus hyeme gelidâ & nivosâ, adeò ut viæ clausæ, flumina sint innavigabilia. Tempus brumæ asperrimum, prægelidum, nivale. Hyems est teterrima ac fœdissima. Hyeme utimur injucundâ, tristi, & perodiosâ. Nihil hâc hyeme fœdius, nihil horribilius. *Vid. Frigus.*

I.

Jaceo, ēre, **liegen / fallen.** *R. ab* ἴα κέω, *vi positus sum.* *Syn.* Procumbo.)(*Vigeo, floreo.* *Adv.* In perpetuum, longè, obscurè, sæpe & diu stratum ad pedes, sigillatim, tamdiu, turpiter, valde. *Usus.* Mater mihi diu ad pedes miserè strata jacuit; mœrens jacebat in loco. 2. *Negligor.* Jacent litteræ, ingenia, Religiones, leges, studia. Abiens in tenebris, in oblivione diu jacuit, dum in lucem reip. extraheretur. In sordibus & luctu jacere. *Phras.* Vix erat, ubi jacerent, plerique fusi in herba recubuēre, vix erat, ubi sternerent corpora. In sarcinatum cumulum se conjecēre, nihil erat, cui incubarent.

Jacio, ere, **werffen / legen.** *R.* ἴα σείω, *quasi vi quatio.* *Syn.* Immitto, objicio. *Usus.* Immittere, jacere, contumeliam in aliquem; probra, injurias, terrores, minas, pericula, jacere in quendam, *denunciare.* Is casus me in mediam contentionem jecit. Jacere fundamenta, suspicionem, gradum, aditum ad gloriam. *Phras.* Saxa, tela jacere, emittere, conjicere in hostem; tela intorquere, tela ingerere in subeuntes; missilibus incessere hostem; quidquid fors in manus dedit, jaculari, mittere in hostem. *V. Conjicio.*

Jactatio, nis, **Ruhmredigkeit.** *Syn.* Favor, aura. *Epi.* Magna, inanis, modica, multa, popularis. *Usus.* Non jactatione populari, sed dignitate & innocentiâ se tuetur. 2. *Ostentatio.* Jactatione verborum & periculorum terrere aliquem. 3. *Comitatio.* Jactatione maris fessus. Jactatio corporis exigua. *V. Glorior.*

Jacto, as, **rühmen.** *Syn.* Magnificè loquor, glorior, verbis me magnum facio, gloriâ me & prædicatione effero, me ostento, de me prædico. *Adv.* Dupliciter se, gravissimè, inconstanter, insolentiùs, intolerantiùs, leniter primas hastas, magnificentissimè, non ita diu, sumptuosiùs, turbidè, valde, vehementissimè, vehementiùs. Jactari facetiùs, graviùs, immoderatè, petulantiùs, vulgo, iniquè, valde. *Usus.* Magnificè se & insolenter de re aliqua jactare. 2. *Iacio, agito, commoveo.* Oculos, caput, cerviculam jactare. 3. *Injicio, infero.* Terrorem, minas, pericula, jactare. 4. *Exagito.* Convitiis, clamore aliquem, æquitatem multis modis jactare; æstu, febribus, labore forensi, tempestate populi jactari. *Vid. Glorior. Superbus.*

Jactura, æ, **allerley Verlust.** *Syn.* Damnum. *Epi.* Immanis, magna, mediocris, minima, tanta, tolerabilis, turpis. *Usus.* Rei familiaris jacturam facere. Magna jactura in pecunia, vel pecuniæ est facta. *V. Damnum. Detrimentum.*

Jactus, ûs, **Wurff / Streich.** *Syn.* Conjectus. *Usus.* Fulminum jactus.

Jaculator, is, * **ein Schütz.** *Syn.* Qui jaculum emittit. *Usus.* Sæpe optimi jaculatores errant.

Jaculor, aris, **schiessen / werffen.** *Syn.* Torqueo, conjicio. *Usus.* Equitare, jaculari ad metam.

Jacu-

Jaculum, i, Wurff-Pfeil. R. à *jaciendo*. *Syn.* Telum. *Us.* Murum telo trajicere.

Jam, ietzund. *Syn.* Vi temporis elapsi. *Usus.* Jam illo tempore, cum; jam à principio belli, jam inde ab adolescentia. Jam à Socrate; jam usque ab heroicis temporibus; jam jamque pluit; jam delector. Jam verò.

Jamdiu, schon längst. *Syn.* Jam pridem, aliquot jam per annos, multorum jam dierum intervallo, jamdudum. *Us.* Res jam diu gestæ.

Jampridem, eine geraume Zeit. *Syn.* Jamdiu. *Usus.* Jam sum pridem tuus.

Jambus, bi, Vers-Glied. *Syn.* Pes carminis. *Epi.* Duplex, extremus, frequentissimus. *Usus.* Jambus in oratione vitiosus, si extremus ponatur.

Jambicus, a, um, zum Vers gehörig. *Usus.* Jambicus versus orationi simillimus.

Janitor, oris, Thorhüter. *Syn.* Januæ custos, seu præfectus.

Janua, æ, die Thür. R. ab ἰέναι, ire. *Syn.* Ostium, aditus. *Epi.* Consularis, effracta, & evulsa. *Usus.* Ejus janua & vestibulum quotidie magnâ hominum frequentiâ celebratur. *Phras.* Januam claudere; obices portarum, claustra portarum; fores diligenter oppessulare, obserare, occludere ambobus pessulis; foribus pessulum obdere. *Effringere januam.* Foribus assultim exitium ferre; postes, limina securibus comminuere, foribus facere assultus, foribus protervè injuriam facere, fores arietare.

Januarius, a, um, zum Jenner gehörig. *Us.* Calendæ januariæ.

Januarius, ii, der Jenner. *Usus.* Mensis primus Januarius.

Ibi, daselbst. *Syn.* In eo loco. *Usus.* Nemo est qui non ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit. 2. *Eâ occasione.* Ibi Cecinna postulare cepit. *Phras.* Ibi est, eò loci res est; eò spectat oppidum, quò; inibi, illinc, in illisce ædibus, eò est.

Ibidem, eben da. *Syn.* In eodem loco. *Us.* Ibidem, in quo læsi, solabor; ibidem te operiar.

Iccirco, darum. *Syn.* Idcirco, ideo, ob eam rem, eâ re.

Ico, ere, schlagen. *Syn.* Ferio, ictum facio. *Usus.* In pactione fœdus icere.

Ictus, ûs, Streich/ Wurff. *Syn.* Percussio, petitio. *Epi.* Contrarius, flammatus, levis; non tribunitius, sed consularis; validus. *Usus.* Ictu fulminis deflagravit. Ictu & conjectione telorum cominus magnæ sæpe copiæ pulsæ sunt; eòdem tecum ictu concidi. *Thras.* Multis & gravibus ictibus concidit; gravioribus, vehementioribusque plagis, pugnis, & calcibus conscissus; plagis confectus interiit. Inter dolorem crepitumque plagarum, accipiens gravissimas plagas, silentiô tulit. Multis ictibus acceptis datisque corruit; recentibus verberum vestigiis lividum corpus circumfert.

Id, das/ dieses. *Syn.* Hoc, istud. *Usus.* Venit ad me, & quidem id temporis, cùm. Id ætatis vir.

Idcirco, derohalben. *Syn.* Ideo.

Idea, æ, Gestalt/ Muster. *Syn.* Forma, species, species rerum, prima & inchoata intelligentia. *Usus.* Has rerum formas Plato appellat ideas. *Thras.* Concepit animô eloquentiæ quandam ideam; insidebat in ejus mente species eloquentiæ. Habuit comprehensam animô quandam formam eloquentiæ; simulacrum quoddam & exemplar eloquentiæ apud se informârat. *Vid. Imago.*

Idem, eadem, idem, eben dasselbige. *Syn.* Hic ipse, is ipse, unus, par, perpetuus, geminus.)(*Alius.* *Usus.* Amicus tanquam alter idem. Hoc unum & idem videtur esse. Fuêre, qui idem ornatè, idem graviter dixêre. Causæ inter se simillimæ, vel potiùs eædem. Vir bonus idemque eruditus. *Phras.* Idem ferè dicebat, quod alter; rebus congruentes, nominibus differebant. Eadem dicit, nulla in re discrepat; una est utriusque causa; hujus causa & illius sejungi non potest, eòdem revolvitur; eandem cum illo incudem tundit. *V. d. Similis.*

Identidem, immerfort. *Syn.* Frequenter. *Us.* Hoc identidem dicitis.

Ideò, derhalben. *Syn.* Idcirco, eò quod; eâ re, quòd; digna causa, cur; ob hasce res, ei rei; eâ gratiâ quòd; eò, id; hòc quòd. *Usus.* Hæc ideò diligentiùs pertracto. *V. Ex eo.*

Idio-

Idiota, ein Ungelehrter. *Syn.* Imperitus, illiteratus, rudis. *Usus.* Illi idiotæ, ùt tu appellas. *V. Rudis.*

Idolum, i, Bild/ Götz. *Syn.* Simulacrum imago, spectrum. *Usus.* Imagines, quæ idola nuncupantur.

Idololatra, æ, Abgötterer. Idolorum cultor, colens idola, idololatriæ teterrimâ caligine mersus, superstitionumque tenebris altissimis obsessus & sepultus.

Idoneè, bequemlich. *Syn.* Aptè, commodè. *Usus.* Exordio idoneè comparatur auditor ad reliquam orationem.

Idoneus, a, um, geschickt. *Syn.* Aptus, commodus, tempestivus, constitutus, dignus. *Usus.* Non est idoneus author. In deligendis idoneis hominibus judicium & delectum adhibere. Idoneum tempus, locus opportunus; Idonea verba. Imagines ad monendum idoneæ. *V. Accommodatus. Aptus.*

Idus, uum, der 15. Tag in den Monaten. *Syn.* Dies qui singulis mensibus nonas sequuntur à dividendo dicti. *Usus.* Idibus Martiis.

Jecur, oris, die Leber. *Syn.* Hepar. *Epi.* Nitidum atque plenum, horridum & exile, opimum. *Usus.* Cerebrum, cor, pulmones, jecur.

Jecusculum, i, ein Leberlein.

Jejunè, schlecht. *Syn.* Tenuiter, exiliter. *Usus.* Jejunè dicere, agere.

Jejunitas, tis, Mangel. *Syn.* Tenuitas.)(*Ubertas & copia.* *Us.* Cavenda Oratori jejunitas, siccitas, inopia. Verborum jejunitatem ac famem quàm ubertatem nimiam malo. *V. Tenuitas.*

Jejunium, ii, * Fast-Tag. *Syn.* Tempus, quô à cibis abstinemus. *Vid. Abstinere cibis.*

Jejunus, a, um, nüchtern. R. ab ἰνέω vacuo. *Syn.* Qui nihil edit, aridus, tenuis. *Us.* Biduum ita jejunus, ut ne aquam gustarem. *Transl.* Jejuna, misera verborum concertatio. Animus jejunus & angustus. *Phras.* Biduò jejunus sum, cibi nihil cepi; jejunum mihi fessumque corpus inediâ. Biduum sine alimento traho. Jejunium, quod institui, servabo. Bidui abstinentiâ siccus & languens, biduanô jejuniô corpus exhaurio, incœnatus, impransus. Esuriales ferias ago biduum. *V. Tenuis.*

Jentaculum, i, * Frühstück. *Syn.* Cibus, qui ante prandium sumitur.

Igitur, nun/ demnach. *Syn.* Ergo. *Usus.* Jejunas igitur aures affers.

Ignarus, a, um, unwissend. *Syn.* Imprudens, inscius, rudis, imperitus, indoctus, nec opinans. *Usus.* Quid agatur, ignarus sum. Ignarus rerum mearum. Facundæ orationis ignarus. *V. Rudis.*

Ignavia, æ, Faulheit. *Syn.* Inertia.)(*Fortitudo.* *Epi.* Moderata, summa. *Usus.* Fortitudini contraria est ignavia. Ignaviam suam, inertiam, desidiam, luxuriam, parietum custodiis tegere. Ignaviæ se dedere. Ignaviâ oblanguere. *Phras.* Causam hujusce facti in ignaviam conferebant. Comissum hoc ex ignaviâ homines interpretabantur. Referebant hoc ad ignaviam, inertiam, desidiam, languorem. Hoc adscribebant ignaviæ, assignabant; hoc ignavi esse hominis ajebant. In hoc omnibus negligentiæ nomine suspectus erat; hoc illi tribuebatur. *V. Animus imbecillis. Negligentia.*

Ignavè, faul/ träg.)(*Contentè.* *Usus.* Vide, ne quid ignavè, muliebriter, abjectè, serviliter facias. *Vid. Negligenter.*

Ignaviter, * faul/ träg. *Syn.* Ignavè.

Ignavus, a, um, verzagt. *Syn.* Iners.)(*Fortis, audax.* *Usus.* Ignava, iners, somniculosa senectus. *Phras.* Hìc omnes pigritiæ morbo laborant, omnes languent, omnes torpent, omnes frigent; Hìc omnia jacent, omnes ignaviæ labe infecti sunt. Hìc veternus omnes occupavit. Hìc nemo est, in quo diligentiam non requiras, in quo diligentiam invenias. *V. Piger. Negligens.*

Ignesco, ere, feurig werden. *Syn.* Conflagro, ardeo. *Us.* Ad extremum omnis mundus ignescet.

Igneus, a, um, feurig. *Us.* Callida & ignea sydera dixit Cleanthes. Igneo motu arteriæ micant.

Igniculus, i, klein Feuer. *Syn.* Parvus ignis. *Epi.* Matutini igniculi parvuli, viriles. 2. *Facilitas ingenita.* *Usus.* Virtutum igniculi & semina. Igniculos viriles jacere.

Ignis, is, Feuer. R. ἀυξητικῶς à geno, quia sine calore nihil gignitur. *Syn.*

Syn. Flamma, incendium. *Epi.* Æthe-rius, æternus, artificioſus, clarus, confector & conſumptor omnium, exiguus, hybernus, novus, perpetuus & ſempiternus, vitalis, & ſalutaris. *Uſus.* Ignis omnibus rebus vitalem impertit calorem. Hic noſter ignis, quem uſus vitæ requirit, confector eſt & conſumptor omnium. Ignem lapidum conflictu atque tritu elicere, facere. Ignes jacere, tectis injicere, inferre, adhibere, admovere. Ignem exſtinguere, aquâ refrigerare; ſpati ab igne; ignem capere, concipere ſolet arefacta materia.

Ignitus, a, um, feurig. *Uſu.* Inflammatus atque ignitus furor.

Ignobilis, e, ſchlecht/unedel. *Syn.* Humilis ignobili locô natus, infimô locô natus, obſcuris ortus parentibus; unus de multis, è populo; humili atque obſcurô locô natus, inferiore genere ortus, ex infimo genere & fortunæ gradu; homo tenuis, cujus vis & fortunæ conditio infima eſt; cujus ſtirps & genus ignoratur, qui parentibus natus eſt humilibus; homo ignotus & ſordidus, obſcurus, abjectâ & obſcurâ familiâ, nullâ commendatione majorum, homo per ſe cognitus, ignobilis, omnium infimus & ſordidiſſimus, humilis ſanè & minimè generoſus; inferiore genere hominum, & infimorum hominum filii; terræ filius, minorum gentium.)(*Nobilis, clarus, præſtans, rerum multitudine nobilitatus.* *Phraſ.* Multos infimæ conditionis extulit atque illuſtravit virtus. Multos humillimæ ſortis, obſcuri loci, nullâ Parenrum aut majorum laude commendatos, obſcurô locô natos; ignobili, obſcurô, infimô genere editos extulit atque illuſtravit virtus. Multos generis humilitate jacentes virtus erexit; Nobilitantur atque honeſtantur virtute multi genere ignobiles & obſcuri. *Vid. Vilis. Humilis. Abjectus.*

Ignobilitas, tis, unedle Geburt. *Syn.* Humilitas, humilitas generis, obſcuritas, conditio atque fortuna hominum infimi generis.)(*Nobilitas.* *Uſus.* Aderit paupertas, ignobilitas, humilitas. *Vid. Humilitas. Contemno.*

Ignominia, æ, Schand / Schmach. *Syn.* Infamia, dedecus, contumelia, macula, nota, probrum, labes. *Uſus.* Ignominiâ aliquem *afficere*, notare, appetere, deformare. Ignominiam inurere alicui & imponere. Ignominiam *accipere*, graviter ferre. *V. Dedecus. Contumelia.*

Ignominioſus, a, um, ſchimpfflich. *Uſus.* Dominatio ignominioſa.

Ignorabilis, e, unbekandt. *Syn.* Quod ignorari poteſt, aut ignoratur. *Uſus.* Quod non ignorabile, non fortuitum.

Ignorans, tis, unb[illegible] *Syn.* Ignarus. *Uſus.* Ignorantem ſuperbire flagitioſum eſt. *Phraſ.* Turpe imprimis eſt hoſpitem eſſe in iis rebus, quæ ad Patriam pertinent; turpe imprimis eſt in Patria peregrinari. Dedecus eſt, ea non tenere, ea ſcientiâ non comprehendere, ea uſu doctrinâque non percipere, in quibus res Patriæ agitur. *Vid. Imperitus. Rudis.*

Ignorantia, æ, Unverſtand. *Syn.* Ignoratio, inſcitia, inſcientia. *Uſus.* Ignorantia litterarum. *Phraſ.* Non eſt, cur miremur, ſi ſæpe labitur is, qui eſt omnium imperitiſſimus; ſi ſæpe labitur is, qui eſt omnium rudis, maximè inſciens; cujus ignorantia, inſcitia ſumma eſt; qui omnes inſcitiâ vincit, cui neminem inſcitiâ parem invenias, quem omnia latent, qui nihil prorſus novit, qui nullam partem doctrinæ tenet.

Ignoratio, onis, Unwiſſenheit. *Syn.* Ignorantia.)(*Scientia.* *Uſ.* Verſari in ſumma rerum ignoratione. Neſcio, quis nos teneat error, & miſera veri ignoratio.

Ignoro, as, nicht wiſſen. *Syn.* Sum ignarus, ſum neſcius, prorſus ignoro, nec uſu nec ratione aliquid cognitum habeo. *Adv.* Diutiùs, impunè, omninò, nequid, turpiter aliquid, vehementer cauſam. *Uſ.* Ignorans planè de filio. *Phraſ.* Quid eventurum ſit, ignoro; quid caſurum ſit, quid conſequi poſſit, ignoro; non diſpicio, quid tempus laturum ſit; exploratum non habeo, latent me, quæ naſci poſſunt. Futura me fugiunt; non aſſequor ea, non conjecturâ aſſequor; divinare non poſſum, aut mente percipere, ferre, patefacere, quæ dies ipſa poteſt. Futuri caſus aperti mihi non ſunt, mihi non patent,

tent, me fugiunt, prætereunt, latent. *V. Nescio.*

Ignosco, ere, **verzeihen.** *Syn.* Parco, concedo, veniam do, remitto. *Usus.* Sceleris pœnam prætermittere, ignoscere vocatur. Præteritis ignoscere, futura concedere. Hoc mihi, quæso, ignosce. *Vid. Parco, Venia. Condono.*

Ignotus, a, am, **unbekandt.** *Syn.* Obscurus, qui in hominum ignoratione versatur. *Usus.* Ignotus homo; res in vulgus ignota. *Phras.* Homo est omnibus ignotus, incognitus; quem nemo nostrûm vidit unquam; nemo, nostrûm vidit unquam; nemo, qui mortalis esset, audivit. Albus, aterve fuerit, ignoramus; cujus prima ætas propter humilitatem in hominum ignoratione versatur. *Vid. Nescio.*

Ilia, orum, **das Gedärm.** *Syn.* Molles & cavæ ad latera partes, ad lumbos & pecten. *Usus.* Inflata dolore ilia rumpere.

Illabor, i, **hinein fliessen/ oder fallen.** *Syn.* Influo. *Us.* Sensim pernicies illapsa in civium animos. Voluptas ad sensus affluit, & illabitur.

Illachrymo, or, aris, **beweinen.** *Usus.* Socratis morti semper illachrymor. *Vid. Lachrymor.*

Illaqueo, as, **verstricken.** *Syn.* Irretio, capio. *Usus.* Illaqueatus legum periculis. *Vid. Implico.*

Ille, illa, illud, **der/ die/ das.** *Usus.* Ipsum quidem illud. Ego ille ipse sum. Illa ista virtus. Homines minimè mali illi quidem.

Illecebra, æ, **Anreitzung.** *Syn.* Invitamentum, incitamentum, lenocinium, stimulus, blandimentum, blanditia, illicium. *Epi.* Maxima, tanta. *Usus.* Vitiorum, corruptelarum, & libidinum illecebris Juvenum animos invitare, delinire, irretire, carpere, excitare, trahere. Illecebris se dedere. *V. Blanditia. Voluptas.*

Illepidè, * **unlieblich.** *Syn.* Injucundè, infacetè. *Us.* Crassè & illepidè conquisitum aliquid.

Illepidus, a, um, **unholdselig.** *Syn.* Infacetus, putidus.)(*Lepidus. Usus.* Parens avarus, illepidus, in liberos difficilis. *V. Ineptus.*

Illibatus, a, um, **unberührt.** *Syn.* Intactus, purus. *Us.* Flos illibatus populi. Veteres & illibatas majorum divitias profundere.

Illiberalis, e, **unhöfflich.** *Syn.* Ignobilis, sordidus, avarus.)(*Liberalis. Usus.* Genus jocandi, quæstus illiberalis. *Vid. Parcus. Sordidus.*

Illiberalitas, tis, **Kargheit.** *Syn.* Sordes, avaritia.)(*Liberalitas. Phras.* Neminem, qui tam esset alienus ab humanitate, unquam vidi; neminem, qui tam longè ab humanitate abesset, qui tam expers humanitatis esset, in quo minus esset humanitatis, unquam vidi. Omnem prorsus humanitatem liberalitatemque sic ignorat, ut nemo magis. Minimè omnium de humanitate laborat, officium negligit. Ita nihil agit liberaliter, ut illiberalitatem esse virtutem existimare videatur. Nulla apud eum benignitas est.

Illiberaliter, **untreulich.** *Syn.* Sordidè, avarè, ingratè. *Usus.* Neque indigenter, neque illiberaliter.

Illic, * **dort.** *Us.* Illic sum, atque.

Illicet, * **wer will.** *Syn.* Affirmantis adverbium.

Illicio, ere, **anreitzen.** *Syn.* Allicio, induco, allecto. *Usus.* Similitudo illicit ad amicitiam. *V. Allicio.*

Illicitum, **verboten / unziemend.** *Syn.* Non licitum.

Illicium, **Anreitzung.** *Syn.* Invitamentum, incitamentum. *Usus.* Profectionis meæ Frater illicium fuit. *V. Illecebra.*

Illicò, **alsbald.** *Syn.* Continuò. *Usus.* Simul atque bellum cœpit, artes nostræ illicò conticescunt. *Vid. Statim.*

Illido, ere, **anstossen.** *Syn.* Confundo, confringo. *Usus.* Serpens illisus & compressus morietur.

Illigo, as, **einfassen.** *Syn.* Implico, irretio. *Adv.* Scitè, commodissimè. *Us.* In oratione aliquâ omnes illigare dicendi lepôres; Bellô aliquem, sermoni illigare.

Illinc, **von dannen.** *Syn.* Inde. *Loci & personæ ratione.*)(*Hinc. Usus.* Omnem amorem ejecit illinc, atque in hanc transfudit.

Illino, ere, **ausstreichen.** *Syn.* Induco, inungo. *Usus.* Color fucô illitus. Sordes illinere.

Illitteratus, a, um, **ungelehrt.** *Syn.* Idiota.)(*Lit-*

)(*Litteratus.* *Usus.* Incidunt in sermone varia, nec illiterata, nec insulsa. *Vid. Rudis.*

Illò, **dorthin.** *Usus.* Illò facilè venies.

Illotus, a, um, **ungewaschen.** *Syn.* Sordidus. *Usus.* Sermone illoto uti & inhonesto.

Illuc, **an das Ort.** *Usus.* Huc atque illuc intueri. *Vulg. Hinc inde.*

Illuceo, ere, **Tag werden.** *Syn.* Eluceo, appareo.

Illucesco, ere, **die Sonn bricht an.** *Syn.* Illuceo, exorior, appareo. *Adv.* Aliquando, repentè. *Usus.* Hic lætus tibi dies illucescit. Tantæ perturbationi repentè vox & authoritas Consulum illuxit. Ut dies illuxit.

Illudo, ere, **verspotten.** *Syn.* Ludo, ludificor. *Adv.* Diutiùs, vicissim, meritò, planè, ultrò. *Usus.* Carneades Rhetorum præcepta & nimium acumen illudere solebat. Miseriis alicujus, authoritati Senatûs illudere. Dialecticam totam illudere. In aliquem illudere. *V. Irrideo.*

Illuminatè, **klärlich / hell.** *Syn.* Ornatè.

Illumino, as, **erklähren.** *Syn.* Orno, distinguo, lucem vel lumen affero, lumen præfero, collustro, illustro.)(*Obscuro.* *Usus.* Quod tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem. *V. Orno.*

Illusio, onis, **Verlachung.** *Syn.* Irrisio.

Illustratio, onis, **Erleuchtung.** *Syn.* Fulgor, splendor. *Usus.* Solis illustratio.

Illustris, **edel / tapffer.** *Syn.* Nobilis, clarus.)(*Obscurus.* *Us.* Homo illustris honore, & nomine. Illustris ac nobilis domus. Testatum, & gloriosum, & illustre factum. Hoc erit tibi ad laudem illustre. Erunt hæc tantò expressiora & illustriora. *Vid. Clarus. Nobilis, summus.*

Illustro, as, **erklären.** *Syn.* Illumino, collustro, orno.)(*Obscuro.* *Adv.* Breviter, maximè, valde. *Us.* Patefacere & illustrare veritatem, obscura. Illustrabit tuam amplitudinem hominum injuria. Illustrare laudibus aliquem. *Phras.* Illustrabit tuam amplitudinem inimicorum injuria. Quò magis obscurare atque exstinguere tuam dignitatem tui inimici conabuntur, eò plùs ad eam splendoris accedet, eò clariùs elucebit, eò apparebit illustriùs, eò fiet clarior, & illustrior. Magni oratoris est, efferre, excitare atque erigere ea, quæ jacere videntur, humilia tollere, obscuris dare lucem, obscuris splendorem afferre, obscura illustrare.

Illuvies, ei, **Unflath.** *Syn.* Sordes. *Usus.* Pectus illuvie scabrum. *V. Sordes.*

Imago, inis, **Ebenbild.** *Syn.* Simulacrum, species, exemplar. *Epi.* Larvata, expressa, multa. *Usus.* Filius tuus imago animi tui & corporis. Nostrorum temporum imaginem in antiquis videmus. Imagines fluunt à corporibus solidis, & à certis figuris. Animi imago, vultus, indices oculi. Te ut unum è barbatis illis imaginem antiquitatis intuemur. *Phras.* Juvat præstantium virorum imagines intueri, simulacra magnorum Ducum, monumenta formæ ac nominis, effigiem ac simulacrum clarorum hominum identidem respicere; Picturæ, tabulæ, imagines ex ære vel marmore præclarè factæ, ad virtutem nos hortantur. *V. Idea.*

Imaginari. Vulgò. *Phras.* Vos ante oculos, animosque vestros proponite; vultum ejus & incessum animis intuemini; id animô contemplemini quod oculis non potestis; cogitatione vobis hominis mores depingite. Fingite animis & cogitatione depingite; constituite, exstruite animô summæ virtutis hominem; sumite, effingite vobis virum quemdam præstantem; concipire, comprehendite animô quantamlibet virtutis magnitudinem, reputate apud vos ac animis repræsentate; obversetur ante oculos animosque vestros divinâ vir virtute. *V. Cogito.*

Imbecillis, e, & us, a, um, **schwach.** *Syn.* Infirmus, debilis, enervatus, exanguis, parum firmamenti & virium habens, tenui & nullâ valetudine.)(*Valens.* *Usus.* Homo à valetudine & natura infirmior. Omnis superstitio animi imbecillis & anilis est. Imbecilla ad pugnandum resp. *Vid. Infirmus, Debilis.*

Imbecillitas, tis, **Unvermöglichkeit.** *Syn.* Infirmitas, debilitas, defatigatio, fragilitas. *Epi.* Humana, maxima. *Usus.* Nosti imbecillitatem hominis, luxum, mollitiem. Susceptum onus propter animi imbecillitatem deponere. Ætatis & virium

rium imbecillitas illum moratur. *Vid. Debilitas. Infirmitas.*

Imbecilliter, kräfftloß. *Syn.* Languidè.

Imbellis, e, furchtsam. *Syn.* Ignavus. *Us.* Nunquam periculi fugâ faciendum est, ut imbelles & ignavi videamur. *V. Timidus.*

Imber, ris, Platz-Regen. R. ab ὄμβρος, idem. *Epi.* Lapideus & sanguineus, maximus, assiduus & magnus. *Us.* Magnos & assiduos imbres habuimus. Magnô nube ambulare. *V. Tempestas. Pluvia.*

Imberbis, e, ohne Bart. *Usus.* Imberbis Adolescentulus.

Imbibo, ere, hinein trincken. *Syn.* Haurio, concipio. *Us.* Malam animô opinionem de aliquo imbibere.

Imbrex, icis, * Hohl-Ziegel. *Syn.* Tegula curta atque obtorta, quæ tectis applicari solet.

Imbuo, ere, unterweisen. *Syn.* Instituo, inficio, tingo, combibo. *Usus.* Pueri animos bonis opinionibus, ingenium artibus, pectus pietate, imbuere; Tela venenô, lanam colore, bellum odiô, gladium scelere imbuere. Errorum pravitate imbui. *V. Doleo.*

Imitabilis, e, leicht nachzumachen. *Syn.* Quod imitatione aliquis assequi potest. *Usus.* Imitabilis orationis sublimitas.

Imitatio, onis, Nachfolgung. *Syn.* Æmulatio. *Epi.* Depravata, fallax, nimia, periculosa. *Usus.* Excellentium hominum virtus imitatione digna. Periculosam exempli imitationem, posteris prodere. Imitatione consequi virtutem alicujus. Comœdia est imitatio vitæ.

Imitator, is, Nachahmer. *Syn.* Æmulator, æmulus. *Epi.* Imitatores taceti, multi, permulti. *Usus.* Æmulus & imitator studiorum meorum; majorum suorum, veterum facinorum imitator.

Imitatrix, cis, Nachfolgerin. *Syn.* Æmula. *Epi.* Prava, temeraria & inconsiderata. *Us.* Gloriæ imitatrix fama popularis.

Imitor, aris, nachthun. R. ab μιμητής, idem. *Syn.* Quasi fingo, simulo, adumbro, exprimo, imitatione exprimo, exemplum ab aliquo transfero, sequor, exequor. *Usus.* Heroum veteres casus, antiquitatem imitari & exprimere. *Phras.* Decet te majores imitari, majorum laudem cupidissimè persequi; vitam avorum & consuetudinem exprimere, imitando consequi; è majoribus similitudinem ducere, majorum vestigia persequi, ad majorum facta te exercere, in majorum velut unici exempli mores formare & fingere, in malorum mores & instituta abire, ad æmulandum Patrum decus accendi te convenit; insistere, ingredi vestigia majorum, facta eorum & consuîta sectari, adumbrare. Nec deest ex majoribus tuis, quem imitêre, quem sequare, cujus teras vestigia, cujus vestigia sequaris, cujus vestigiis inhæreas s. insistas; à quo tibi exemplum habeas, capias, sumas; quem tibi exemplar proponas, cujus exemplô vivas, cujus exemplum sequâre, qui tibi exemplo sit, cujus ad imitationem vivas; cujus sis imitator, discipulus; quem auctorem habeas. *V. Exemplum. Sequor.*

Immanis, e, grausam. *Syn.* Ferus, importunus.)(*Mitis, mansuetus.* *Usus.* Immanis & fera natura, audacia, facinus. *V. Crudelis.*

Immanitas, tis, Grausamkeit. *Syn.* Feritas, diritas. *Epi.* Sylvestris, barbara, detestabilis, nefaria, nova, singularis, tanta, vetus. *Usus.* Omni diritate & agresti immanitate teterrimus, efferatus. *V. Barbaries.*

Immansuetus, a, um, unbändig. *Syn.* Ferus, barbarus.)(*Mansuetus.* *V. Atrox.*

Immaturitas, tis, Unzeitigkeit. *Syn.* Nimia celeritas, acerbitas, importunitas. *Epi.* Tanta. *Usus.* Quid hæc festinatio, hæc tanta immaturitas?

Immaturus, a, um, unzeitig. *Syn.* Crudus, peracerbus, acerbitate permistus.)(*Maturus.* Idem: Intempestivus, præposterus, perversus, alienissimus. *Usus.* Mors immatura. Immatura gratulatio & præpostera.

Immedicabilis, e, * unheilbar. *Usus.* Malum immedicabile. *V. Despero.*

Immemor, is, vergeßlich. *Syn.* Oblitus. *Usus.* Mandati immemor. *V. Obliviscor.*

Immensitas, tis, Unermäßlichkeit. *Syn.* Infinitas. *Usus.* Immensitates camporum.

Immensus, a, um, sehr groß. *Syn.* Profundus, infinitus.)(*Dimensus, finitus.* *Usus.* Ingens, immoderata, infinita, immensa cupiditas, vitiorum vorago.

Immerens, tis, * unverdient. *Usus.* Innocentem & immerentem premis.

Immergo, ere, eintuncken. *Syn.* Ingurgito. *Adv.* Penitus. *Usus.* In alicujus se consuetudinem immergere. *V.* *Mergo.*

Immeritò, unbillich. *Syn.* Injuriâ. *Vid.* *Injuria.*

Immigro, einziehen. *Syn.* Migro, commigro. *Usus.* Immigrare in aliam domum, in mores alienos. Avaritia & luxuria pedetentim in remp. immigrat. *V. Migro.*

Immineo, ere, nahe seyn. *Syn.* Impendeo. *Usus.* Carthago diu Romæ imminebat. Cupiditate imminere in hæreditatem alienam; animis in spem propinquam, in occasionem hostis evertendi imminere. Avaritia imminens alicui. *Phras.* Multa nobis mala imminent, hostes in capite ac propè cervicibus nostris; fatum nobis aliquod impendet, aut instat jam planè, aut certè appropinquat. In tergis nostris hostes hærent; supra caput est hostis; eadem in nos fortuna ingruit, quæ alios afflixit.

Imminuo, ere, mindern. *Syn.* Diminuo, attenuo. *Usus.* Imminuere de voluptate alicujus. *Vid. Minuo. Detraho.*

Imminutio, onis, Verminderung. *Syn.* Diminutio. *Usus.* Sine diminutione dignitatis tuæ id fiet.

Immisericors, dis, unbarmhertzig. *Syn.* Superbus, inimicus, immisericors. *V.* *Durus. Superbus.*

Immissio, onis, Einpflantzung. *Usus.* Sarmentorum aliorum imputatio, aliorum immissio.

Immitis, e, unbarmhertzig. *Syn.* Asper, sævus, crudelis. *Usus.* Uva immitis, cruda, & immatura. Princeps immitis, ac sævus. *V. Asper. Crudelis.*

Immitto, ere, hinein schicken. *Syn.* Mitto, facio, impello, inculco.)(*Emitto.* *Usus.* Jacere & immittere injuriam in aliquem; immittere se in armatos hostes, in voluptates.

Immò, ja/ ja auch. *Syn.* Etiam atque etiam, jam verò etiam, citiùs dixerim. *Usus.* Causa igitur non bona est? imò optima. *Phras.* Ignoscet factum, imò laudabit, quin etiam laudabit; haud scio, an non etiam laudabit.

Immobilis, e, unbeweglich. *Syn.* Torpens. *Usus.* Terra immobilis, manens, imâ sede semper hærens.

Immoderatè, unmäßig. *Syn.* Non moderatè, extra modum, immodicè, immodestè.)(*Moderatè.* *Usus.* Adversas res ùt secundas immoderatè ferre levitatis est.

Immoderatio, onis, Unmäßigkeit. *Syn.* Procacitas, petulantia. *Usus.* Efferri immoderatione verborum.

Immoderatus, a, um, unmäßig. *Syn.* Immodestus, intemperans, nimius. *Usus.* Alexander superbus, immoderatus, crudelis. Immensa, infinita, immoderata cupiditas, intemperantia. *V. Immodestus.*

Immodestè, unbescheiden. *Syn.* Immoderatè.

Immodestia, æ, * Unmäßigkeit. *Syn.* Immoderatio, intemperantia. *Usus.* Incogitantia excors, imodestia summa.

Immodestus, a, um, unmäßig. *Syn.* Immoderatus.)(*Modestus.* *Phras.* Locum in aula Regia non habuit ob immodestiam, ob impudentiam, temeritatem, immoderatam vitæ rationem. In aula Regia locus ei non fuit, quia parum modestus est, non satis modestè vivit, ratione non utitur, modestiam ignorat, longè abest à modestia, parum modestis est moribus, de modestia nonnihil laborat, nullum illi modestiæ studium est; expers est modestiæ, judicii, prudentiæ, rationis; temerè, imprudenter, sine ratione, sine modo agit; immoderatè, immodicè, inconsideratè, inconsultè, prorsus sine modo agit; inconsultus est, imprudens, temerarius, inconsideratus, immoderatus, immodestus, immodicus.

Immodicè, über die Maaß. *Syn.* Immoderatè.

Immodicus, a, um, unbescheiden. *Syn.* Immoderatus. *V. Immodestus.*

Immolator, oris, Opfferer / der opffert.

Immolo, as, opffern. *Syn.* Sacrifico. *Adv.* Studiosiùs, crebriùs. *Usus.* Hostias immolare. *V. Sacra.*

Immorior, ori, * über ein Ding sterben. *Us.* Conjurationi immortuus est.

Immortalis, e, unsterblich. *Syn.* Indissolubilis, sempiternus.)(*Mortalis.* *Us.* Quorum vivit immortalis gloria & fama. Immortalem fructum ex re aliquâ capere.

Im-

Immortalitas, tis, **Unsterblichkeit.** *Syn.* Immortalis memoria nominis; sempiterna, immortalis gloria; perpetuitas, immortalis conditio vitæ, memoria hominum sempiterna, memoria æternitatis.)(*Mortalitas.* *Usus.* Facta alicujus & famam immortalitati tradere, mandare, commendare, donare, ad immortalitatem consecrare; immortalitatem alicui donare. *V. Posteritas.*

Immortaliter, **trefflich.** *Syn.* Incredibiliter, maximopere. *Usus.* Immortaliter gaudere.

Immotus, a, um, * **standhafft / steiff.** *Us.* Firmum immotumque animô sedere.

Immundus, a, um, **unsauber.** *Usus.* Humus immunda.

Immunis, e, **dienst-frey.** *Syn.* Vacuus à munere, qui vacat muneribus. *Usus.* Agri, civitates immunes. *Phras.* Virtute suâ consecutus est nihil, ut publicè penderet; virtute sua consecutus est fructum, ut nullum publicè penderet, ut vectigalis non esset, ut esset immunis; ut ex eorum numero, qui publice aliquid pendunt, eximeretur; nihil ut publicè penderet; ut esset expers eorum onerum, quæ publice imponuntur; ut nullam pecuniam in commune ferret, ut publicis oneribus vacaret, tributarius ut non esset, tributum ut nullum conferret.

Immunitas, tis, **Freyheit.** *Syn.* Vacatio, libertas. *Epi.* Infinita. *Usus.* Dare alicui immunitatem munerum.

Immunitus, a, um, **unbewahrt.** *Syn.* Apertus, non septus.)(*Munitus, septus. V. Imparatus.*

Immutabilis, e, **unveränderlich.** *Syn.* Immobilis, perennis.)(*Mutabilis. Usus.* Res stabilis & immutabilis; æternum & immutabile fatum.

Immutabilitas, tis, **Unveränderlichkeit.** *Syn.* Necessitas.)(*Mutabilitas.*

Immutatio, onis, **Abwechselung.** *Syn.* Metonymia. *Epi.* Crebra, parva.

Immuto, as, **wechseln.** *Syn.* Muto. *Us.* Ne quid move & immuta. Quibusdam in rebus me immutavi. Ille te mihi immutavit; Cave, ne quid de prioribus institutis immutes. *V. Muto.*

Impar, is, **ungerad.** *Syn.* Dispar.)(*Par. Usus.* Ab hoc impari certamine atque injustâ contentione avocabar. Numerus par, impar.

Imparatus, a, um, **unbereitet.** *Syn.* Non paratus, incautus, immunitus.)(*Paratus.* *Usus.* A militibus & pecuniâ imparatus. Imparatus in paratos inciderat; Inermem & imparatum aggredi, adoriri.

Impartio, ire, **mittheilen.** *Syn.* Impertio, impertior, do, tribuo, *Usus.* Sua impartire civibus, communicare cum proximis. *Vid. Largior. Participo.*

Impatibilis, e, **unleidlich.** *Syn.* Quod ferri non potest.)(*Patibilis, tolerabilis. Usus.* Dolor impatibilis malis, bonis tolerabilis.

Impavidè, * **hertzhafftig.** *Syn.* Audacter. *Usus.* Nullô trepidationis signô datô impavidè poculum hausit. *V. Intrepidè.*

Impavidus, a, um, * **unerschrocken.** *Syn.* Qui nihil timet, audax, intrepidus. *V. Audax.*

Impedimentum, i, **Hindernuß.** *Syn.* Impeditio, mora. *Usus.* Inferre moram alicui & impedimentum. 2. *Impedimentum in re bellica.* Impedimenta in tuto collocare, abdere. Impedimenta diripere; Impedimentis hostem exuere; hostium impedimentis potiri. *Phras.* Timeo, ne tua negotia deturbaverim, interruperim, impediverim, interturbaverim; ne tuis rebus aliquid moræ, aliquid impedimenti attulerim; ne tibi molestus fuerim, ne tibi molestiam exhibuerim, ne me tibi intempestivè obtulerim. Nolo tuas occupationes interpellare. Nolo jam tibi occupato molestus esse, molestiam adhibere, obstrepere. Nolo tuorum negotiorum cursum impedire; nolo avocare te à tuis negotiis, curis, occupationibus.

Impedio, ire, **verhindern.** *Syn.* Impedimento sum, impedimentum affero, interpello, obsto, excludo, interpono.)(*Permitto.* *Adv.* Foris, præclarè. *Usus.* Ea mentio mentem dolore impedivit. Curis se & negotiis impedire, me quotidie aliud ex alio impedit. Impedire se in plagas. *Phras.* Ego illum impediendum non censui; rem propè explicatam perturbare, tollere, ac disturbare nolui; ego reprimendum hominem, cœpta ejus peri-

menda non duxi; nolui ejus luminibus obstruere; ego cœpta pertexendi facultatem illi eripere, à cœptis eum prohibere, obstare illi & officere, ejus rationes conturbare, ejus cœpta præcidere, disjicere, distrahere nolui. Ejus commoda labefactanda aut jura oppugnanda non censui; viam illi ad honores præcludere; ejus consilia discutere, comprimere, retardare; ejus rebus obstrepere, intercedere nolui. Crebræ amicorum salutationes me interpellant, ut prorsus me ab studiis abducant, ita me interpellant, ut prorsus me à studiis avocent. abstrahant, abripiant, avellant, amoveant; omnem prorsus colendi studii facultatem, potestatem frequentes amicorum salutationes eripiunt. Frequentes amicorum salutationes nullam mihi studiorum copiam; nullam ad colenda studia, ad tractandas litteras vacuam horam; nullum ad colenda studia, ad tractandas litteras liberum tempus relinquunt. Fit salutationibus amicorum adeuntium ad me, ventitantium ad me; fit amicorum officiô, ut spatii nihil habeam ad animum litteris excolendum, ad ingenium studiis exercendum. Ita sum occupatus, occupationis habeo tantum in excipiendis iis, qui ad me officii causâ adeunt, ut otii nihil supersit ad studia litterarum tractanda, ut nullam diei partem arbitratu meô in studiis ponere, ad studia conferre liceat.

Impeditio, onis, **Verhinderung.** *Syn.* Occupatio. *Usus.* Animus ab omni impeditione curarum liber.

Impello, ere, **antreiben.** *Syn.* Urgeo, adduco, induco, jacto, incito.)(*Retardo, revoco.* *Adv.* Gravissimè, leviter, minimè. *Usus.* In scelus, spem, maleficium, metum, fraudem impellere aliquem. Ratio me & authoritas impulit, ut crederem. Impellere præcipitantem, perditum prosternere. *Phras.* Ad gloriæ studium te impellere non desinam, te ad gloriam sectandam incitare, incendere, animum tuum gloriæ stimulis concitare atque admonere, sollicitare vehementer, instigare non desistam; Impulsus meâ invitatione, instigatione gloriæ studebis; magnum ad magna audenda invitamentum & illecebra est gloria. *V. Excito.*

Impendeo, ere, **verhanden seyn.** *Syn.* Immineo, jam jam adsum, appropinquo, insto. *Usus.* Magnæ reipubl. formidines, procellæ, calamitas; terrores ab improbis civibus impendent. Nox impendet. *V. Immineo.*

Impendiò, **sehr.** *Syn.* Multò. *Usus.* Nunc impendiò magis odit senatum.

Impendium, ii, **Unkosten.** *Syn.* Impensa. *Usus.* Quæstum sibi instituit sine impendio. 2. *Usura.* Fœnus & impendium recusare.

Impendo, ere, **an ein Ding wenden.** *Syn.* Insumo, impensam ago, vel facio, pecuniam in aliquam rem conjicio, consumo. *Usus.* Postquam aliquid impendit, mediocri quæstu contentus non erat. Laborem & sumptum impendere in rem aliquam. *V. Sumptus.*

Impenetrabilis, e, * **unzugänglich.** *Usus.* Stagnum impenetrabile.

Impensa, æ, **Unkosten.** *Usus.* Ne molestiam tibi cum impensa exhibeam. Impensas facere, agere in rem aliquam. *V. Sumptus.*

Impensè, **fast/ überaus.** *Syn.* Vehementer, valde. *Usus.* Impensè rogare. Nunc id eò facio impensiùs, eò impensiùs accendor. *V. Valde.*

Imperator, is, **Oberster eines Kriegs-Heers.** *Syn.* Dux, qui exercitui præpositus est. *Epi.* Absens, acutus, ambitiosus & invidus, bonus & felix, bonus & fortis, certus, clarissimus, dignus aliquô nomine, egregiè fortis & bonus, gravis, ignavior, infelicissimus, invictissimus, liberalissimus, magnus, melior, nobilis, novus, optimus, præclarus, præposterus, rudis, severus, singularis, summus, summus atque perfectus, vetus. *Usus.* Administrator belli gerendi, qui patriæ consuleret, vitæ non parceret; In summo Imperatore quatuor has res esse oportet: scientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, felicitatem. Imperatorem exercitui præficere, Ducem veteranum bellô fortissimum. Universi exercitûs acclamatione Imperator salutatur. Omnem cogitationem, omnia consilia, mentem prorsus à bellis abduxit Imperator; omnem cogitationem, omniaque consilia, mentem prorsus à bellis avocavit is, qui nomine

Imperatoris insignitur, qui Imperatoris titulo decoratur, qui Imperatoriâ dignitate eximiâ fungitur, qui Imperium in omnes habet, cujus Imperium est atque jus imperandi.

Imperatorius, a, um, fürstmässig. *Usus.* Imperatorius ardor oculorum; laus Imperatoria.

Imperatrix, cis, Regentin / Herrscherin.

Imperfectus, a, um, unvollkommen. *Syn.* Inchoatus, manens, non absolutus, præcisus, impolitus, adumbratus, acerbus, infinitus. *Usus.* Imperfectum, & rude, nec absolutum. Affectum est bellum, nondum perfectum.

Imperiosus, a, um, der immer meistert. *Syn.* Superbus. *Usus.* Cupiditas honoris quàm dura, quam imperiosa! Imperiosi populi & illustres. *V. Superbus. Insolens.*

Imperitè, ungeschickt. *Syn.* Inscitè, indoctè, imprudenter.

Imperitus, a, um, unerfahren. *Syn.* Inscius, rudis, ignarus, indoctus, barbarus.)(*Peritus. Usus.* Homo dicendi, juris, rerum omnium imperitus, & rudis. *Phras.* Homo omnium rerum imperitus remp. audet tangere, non ætatem modò, sed & usu rerum Tyro, ad remp. venit nudus & inermis; nullâ cognitione rerum, nullâ scientia ornatus; qui inscitè faciat, dicatque omnia. Rerum indoctus & ignarus; omnis eruditionis expers, hebes, inexercitatus, impolitus, communis; literarum & politioris humanitatis expers; rabula indoctus, inurbanus, rusticus, moribus agrestis; in quo literarum minimum. Homo remotus à dialecticis, sine ulla bona arte, sine humanitate, sine ingenio, sine litteris, ad remp. se conferre audet? *V. Rudis.*

Imperium, ii, Gewalt / Herrschafft. *Syn.* Potestas, ditio, publica dignitas, magistratus Provinciæ. *Ep.* Annuum, clarissimum, commune, consulare, cruentum atque funestum, diligens ac moderatum, divinum, domesticum, extraordinarium, honorificum, illustre, infinitum, justum, legitimum, magnum, majus, maritimum, maximum, militare, molestum, necessarium, novum, populare, præclarum, prætorium, regium, severum, summum, vetus. 1. *Imperium militare* decernere, alicui deferre, Imperii summam tradere alicui & committere. Imperium mandare, Imperio præficere. 2. *Imperii summam* in suos tenere, capere, accipere, gerere, habere, cum Imperio esse; Ab Imperio *removere.* Imperium alicui abrogare, adimere. 2. *Dominatio.* Pompejus Romanum Imperium victoriis fundavit, dilatavit, propagavit; multa Regna ad Imperium adjunxit. Multi populi sub Imperium & ditionem populi Romani ceciderc. 3. *Iussio, mandatum.* Imperium observare, revereri, exequi, persequi; Imperio parere. *Phras.* Optabile est Imperium in multos habere; optabile est habere multos, quibus liceat imperare, qui pareant imperanti; habere multos, quorum operâ jure tuô, pro tuo jure, pro potestate, tuo arbitratu possis uti; multis dominari, multis præesse; paratos ad voluntatem, ad imperium, ad nutum habere multos. Gessi maxima imperia, amplissimô Imperiô non semel usus sum, curam gessi rerum maximarum; summis rebus præfui; sustinui, administravi maximas res; summa mihi commissa, credita, mandata, tradita sunt imperia.

Impero, as, gebiethen / befehlen. R. ab *in* & *paro.* *Syn.* Leges alicui impono, præscribo.)(*Pareo. Usus.* Cupiditatibus suis imperare. Qui bene imperet, paruerit aliquando, necesse est. *Phras.* Audio Lugdunum te summo cum imperio obtinere; audio tuam esse sum̃am potestatem, tuam esse summam in administrandis Lugduni rebus potestatem; præesse te Lugduno eô jure, quod amplissimum esse potest; præesse te Lugduno eâ potestate, quæ potest esse maxima; ita te Lugdunum regere, ut summô utaris imperiô; ut liceat tibi, quidquid velis. *V. Rego. Potestas. Dominus.*

Imperterritus, a, um, * unerschrocken. *Syn.* Qui nullâ re terretur. *V. Audax.*

Impertio, ire, theilhafftig machen. *Syn.* Impartio, impertior, do, tribuo. *Adv.* Gratuitò. *Usus.* Studium suum medicinæ, laborem suum hominum periculis sublevandis impertire; alicui suum dolorem, multam salutem, laudem & misericordiam impertire. *Vid. Do. Largior. Communico. Particeps.*

Impertior, iris, mittheilen. *Syn.* Impertio.

Impeto, ere, * anfallen. *Syn.* Invado. *V. Invado.*

Impetrabilis, e, leicht zu erlangen. *Syn.* Quod facile impetrari & obtineri potest. *Usus.* Votum impetrabile, omnia impetrabilia, & tuta.

Impetratio, onis, Erwerbung. *Usus.* Impetrationes nostræ nihil valent.

Impetro, as, erbitten/ erhalten. *Syn.* Exoro, exigo, aufero, induco, ut facias aliquid, invenio. *Adv.* Libenter. *Usus.* Impetrare vitam, salutem alicui. Omnia in hâc gratiâ ac potentiâ tuâ me impetraturum confido. Nec fas esse arbitror quidquam me rogantem abs te non impetrare. *V. Acquiro. Obtineo.*

Impetus, ûs, Anlauff. *Syn.* Impressio, vis, violentia, incursio, incursus, ferocia, conatus. *Epi.* Acerrimus, cœcus crudelis & furibundus, fortissimus, hostilis, immanis, inconsideratus, justus, magnus, nocturnus, par, perceler, rectus, regius, repentinus, sceleratus, similis, singularis, subitus, tantus, totus, tribunitius. *Usus.* Impetus quidam & commotio animi. Multi multa faciunt temeritate quâdam, sine judicio vel modo, impetu quodam mentis & voluntate. In hostes impetum *facere*, dare; perferre impetum alicujus, *excipere*, constanter ferre. Furiosi hominis imtum comprimere, reflectere, cohibere, propulsare, frangere. Hostium impetum sustinere, tardare, retardare, incurrere; ferri cœcô impetu in aliquem, in aliquid. *Phras.* Impetum in ejus fortunas fecêre hostes, in fortunas ejus invaserunt, opes ejus vexârunt; infestis propè signis in eum inferebantur; incursio atque impetus armatorum in eum factus est; in eum homines concitati irruêre; eum impetu perculêre, in ejus domum irrupêre, invasêre, impressionem gravem dedêre; in eum ivêre. Quò erit gravior impetus inimicorum, eò major ad tuam existimationem fiet accessio. Quò plus ad te oppugnandum studii conferent inimici tui, eò plus accedet ad tuam laudem, eò clarior tuæ dignitatis splendor elucebit, eò clarior atque honoratior evades, eò tua laus fiet illustrior; eò magis augebitur, amplificabitur, extolletur, illustrabitur honor tuus; eò sublimiùs tui gloria nominis ascendet, extolletur, efferetur, evehetur. Quò studiosius evertere te ac tua commoda conabuntur inimici tui; quò acriùs & vehementiùs in te hostes irrumpent, incurrent, irruent, invadent, impetum facient, impressionem facient, suas vires impendent, suos nervos contendent, sese immittent, eò plus amplitudinis, dignitatis, gloriæ, laudis, existimationis, honoris acquires, obtinebis, assequêris, consequêris, adipiscêris, tibi paries, tibi comparabis. Magnum in hostes impetum dedêre, agros incursavêre, in hostem se concitavêre; illati primò impetu signa hostium turbant, adversùs hostium procellam subitum pavorem effundunt; subitô incursu fudêre hostem; ferociter citatô agmine invecti, infestis hastis provolant; summâ vi se in medios hostes intulêre; omnibus subitô copiis provolârunt, confertissimô agmine incurrêre, incursum fecêre.

Impexus, a, um, * ungekämmt. *Usus.* Barba impexa.

Impiè, gottloß. *Syn.* Barbarè, sceleratè.

Impietas, Gottlosigkeit. *Syn.* Impia fraus. *Usus.* Nihil tam miseros facit, quàm impietas, & fraus.

Impiger, a, um, fleißig/ emsig. *Syn.* Diligens.)(*Piger.* *Usus.* Impiger ad labores belli. Patientem & impigrum se præbere. *V. Diligens.*

Impigrè, hurtig. *Syn.* Diligenter.

Impigritas, tis, Emsigkeit. *Syn.* Diligentia.

Impingo, ere, wieder etwas werffen. *Syn.* Jacio, impello, objicio, allido, obtrudo. *Usus.* Fustem alicui, culpam in aliquem impingere. *Phras.* Improvidi in multos scopulos impingunt, in multis periculis sæpe offendunt; in multa pericula incurrunt, inferuntur. Quis est autem, qui nihil offendat, nusquam incurrat? *Vid. Labi.*

Impius, a, um, gottloß. *Syn.* A pietate remotus, consceleratus.)(*Pius.* *Adv.* Admodum. *Usus.* Sunt suæ impiis assiduæ furiæ. In consceleratos & impios certæ à Diis immortalibus pœnæ sunt constitutæ. *Phras.* Impius homo Religionem impurissimè teterrimeque violat, impurus omnium

Re-

Religionum hostis; in hoc homine perfidia plusquam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla religio. *V. Sceleratus. Malus. Nequam. Mores mali.*

Implacabilis, e, unversöhnlich. *Syn.* inexorabilis. *Usus.* Durum se, & implacabilem alicui præbere. *V. Durus.*

Impleo, ere, erfüllen. *Syn.* compleo, expleo, augeo.)(*Exhaurio. Usus.* Demosthenes non semper impletaures meas. Profiteri; quod non possis implere, imprudentiæ est. Numeros omnes boni Principis, officium & munia consulatûs implere. Aliquem spei, formidinis implere. *V. Plenus.*

Implicatio, onis, Einwickelung. *Us.* Nervorum implicatio toto in corpore.

Implicitè. *Syn.* absconditè.)(*Patentiùs, expeditiùs.*

Implico, as, einwickeln. *Syn.* irretio, illaqueo, circumretio.)(*Explico. Adv.* penitùs. *Usus.* Homo multis familiaritatibus, officiis, occupationibus implicatus. Aliquem responsis incertis, molestiis, religionibus implicare. Reipublicæ procuratione implicari & adstringi. Maleficiô aliquô, severitate judicum, morbô implicari. *Phras.* Multis periculis implicatus tenetur; irretitus odiô bonorum omnium, in multos se laqueos inducit, quorum ex nullo se explicare possit; imprudens eò, quò minimè vellet, revolvitur, nihil expedit; ita res contractas habet & inexplicabiles, tot controversiis implicatas, ut exitum non videat.

Imploratio, onis, klägliche Bitt. *Epi.* acerba. *Usus.* Si te illius acerba imploratio & vox miserabilis non inhibebat, ne civium quidem fletu commoveberis?

Imploro, as, herzlich bitten. *Syn.* invoco, exposco, testor, flagito, posco, appello, obtestor, voce miserabili opem alicujus peto. *Adv.* etiam atque etiam. *Us.* Deûm hominumque fidem, auxilium, jura civitatis implorare. *V. Peto. Preces. Auxilium.*

Implumis, e, * ohne Federn. *Us.* implumes pulli.

Impluvium, ii, Regen-Sarg. *Syn.* locus sine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum possit.

Impolitè, gröblich. *Syn.* inornatè, rudites, incultè dicere.

Impolitus, a, um, unausgebutzt. *Syn.* rudis. X *Politus. Adv.* admodum. *Usus.* Genus hominum rude; forma dicendi impolita; res impolitæ & acerbæ. *V. Rudis.*

Impono, ere, auflegen. *Syn.* superpono. *Us.* Per vim imponere leges alicui; diadema alicui, victoribus coronam imponere. 2. *Injungo.* Magnum onus alicui, multos labores, negotia imponere. Has mihi partes, hanc personam, hanc necessitatem Cæsar imposuit. 3. *Mando, impero.* Frumentum, pecuniam in remiges imponere. 4. *Præficio.* Villicum pecori, agro imponere. 5. *Infero.* Vulnera alicui, plagam mortiferam reipublicæ, injurias & contumelias imponere. 6. *Decipio.* Imponere alicui.

Importo, as, hinein tragen. *Syn.* infero, affero, præbeo, exhibeo.)(*Exporto. Us.* Ea res magnam nobis calamitatem, multa odia, suspiciones, pericula importavit. *V. Affero.*

Importunè, ungelegentlich. *Syn.* molestè.

Importunitas, tis, Ungelegenheit. *Syn.* immanitas. *Epi.* Incredibilis, molesta, tanta. *Usus.* Quem propter audaciam & importunitatem animi nemo tectô vellet recipere; animal ex omnium scelerum importunitate concretum.

Importunus, a, um, unruhig. *Syn.* immanis, infestus.)(*Opportunus. Us.* Immanis & importuna natura; incommoda & importuna clades civitatis. *V. Odiosus. Molestus.*

Impos, tis, * unsinnig. *Usus.* Adolescens animi impos, animi parùm sani.

Impotens, tis, übermüthig. *Syn.* effrœnatus, qui in sua potestate non est, qui dolori vel iracundiæ paret. *Us.* Victoria feroces reddit & impotentes. Effrœnatio impotentis animi; impotens, iracundus, contumeliosus, superbus, iratus fecit, & impotenti animô. Lætitiâ impotente efferri. 2. *Invalidus, infirmus.* Valeant hæc ad salutem impotentium. *V. Ferocia. Præceps.*

Impotenter, * tyrannisch. *Us.* Impotenter se gerere, impotentiùs regi.

Impotentia, æ, Unvermöglichkeit. *Syn.* animi effrænatio. *Usus.* Dictorum atque factorum impotentia. *V. Insolentia. Impotens.*

Imprecor, * fluchen. *Syn.* precor. *Sæpiùs in malam partem accipitur.*

Impressio, onis, Nachtruck. *Syn.* Efficientia, effectio, vis, violentia, incursio, impetus. *Epi.* Explanata. *Usus.* Impressionem in hostes facere, dare; impressione aciem hostilem fundere, evertere, ponere.

Imprimo, ere, einpressen. *Syn.* Quasi informo, signo, inscribo. *Adv.* Similiter, subtiliter. *Usus.* In omnium animis Deorum notitiam impressit natura. Aliquid alte in mente & animo imprimere. Dedecus reipublicæ, vestigia flagitiorum omnibus Provinciis imprimere. Hæc cum videram tot vestigiis impressa.

Improbabilis, e, verwürfflich. *Syn.* Non probabilis. *Usus.* Nos alia improbabilia, alia probabilia dicimus.

Improbatio, onis, Verwerffung.)(*Approbatio.* *Usus.* Hæc ad improbationem testium pertinent.

Improbe, bußfertiglich. *Syn.* Injustè, iniquè, perversè, nequiter. *Us.* Præda improbe parta.

Improbitas, tis, Bußfertigkeit. *Syn.* Perversitas. *Epi.* Alacris, aperta, insignis, mirifica, perspicua, robustior, similis, singularis, summa, varia. *V. Malitia.*

Improbo, as, verachten. *Syn.* Vitupero, rejicio, damno.)(*Approbo.* *Usus.* Ego ista studia non improbo.

Improbus, a, um, boßhafftig. *Syn.* Impurus; sceleratus.)(*Probus. Bonus vir.* *Usus.* Callidè, jam pridem, insignitè. Homo post natos homines nequissimus & improbissimus, perfidiosus. *V. Nequam. Sceleratus. Gerere se male.*

Impropero, as, fürwerffen. *Syn.* Crimen objicere.

Improvidè, unfürsichtig. *Syn.* Incautè. *Usus.* Non pro veteri prudentiâ se & remp. improvidè in præceps dederat.

Improvidus, unfürsichtig. *Syn.* Incautus.)(*Providu, prudens.* *Usus.* Improvidus & credulus senex. Ætas Improvida. *V. Imprudens.*

Improvisò, unfürsichtig. *Syn.* Ex improviso, ex inopinato, de improviso, derepente, subitò, repentè, repentinò, insperatò. *Phras.* Improvisò hoc mihi accidit, præter opinionem, insperanti mihi accidit, ut. Fuit hæc vis sanè inexpectata, inopinata; inscio, ignaro, nec opinanti oblata. Imprudenti, ex inopinato, ex insperato id mihi evenit.

Improvisus, a, um, unversehen. *Syn.* Inopinatus, novus, improvidus, repentinus.)(*Provisus.* *Usus.* Malum improvisum gravius. Bellum subitò & improvisò natum. Fortuna efficit multa improvisa nobis.

Imprudens, tis, unweiß/ unbehutsam. *Syn.* Insciens, inscius, ignarus, errans per imprudentiam.)(*Sciens.* *Adv.* Bene, insigniter, naviter. *Usus.* Id imprudenti mihi & invito excidit. Imprudens feci, quod maximè nolebam. 2. *Ignarus.* Agis imprudens. *Thras.* Nimiùm te inconsideratum cognovi; nimiùm te imprudentem, expertem consilii, inopem consilii, expertem rationis, inopem rationis a ratione aversum, propensum ad temeritatem, immoderati sensûs, præcipitis consilii, nimis in agendo præcipitem, stultum cognovi. *V. Temere.*

Imprudenter, unweißlich. *Syn.* Per imprudentiam, per ignorantiam, inscienter.)(*Scienter, prudenter.* *V. Temerè.*

Imprudentia, æ, Unvorsichtigkeit. *Syn.* Inscitia, inscientia.)(*Scientia, prudentia.* *Us.* Id non imprudentiæ, sed perfidiæ assignandum. 2. *Error.* Imprudentia in purgationem confertur, cujus partes sunt inscitia, casus, necessitas. Emissi teli imprudentia. *V. Error. Temere.*

Impuber, ris, unmannbar. *Syn.* Adolescentulus.

Impudens, tis, unverschämt. *Syn.* Inverecundus, exhaustò rubore, os durum.)(*Pudens.* *Usus.* Qui verecundiæ fines semel transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem. *Thras.* Homo planè impudens, qui audacter, impudenter dicat faciatque omnia. Os hominis & impudentiam agnoscite; dudum os perfricuit, præmortui jam pudoris homo, ingeniô inverecundô, incredibili importunitate & audaciâ, insignitè impudens. Audax es nimiùm in petendo, petis cum audaciâ; nimiùm es confidens, fidens, procax, impudens; nihil servas pudoris; promptus es, non hæres in petendo; nihil te pudet; non vereris, non erubescis petere. Tuæ petitiones omni

omni rubore carent, vacant; absunt, procul sunt ab omni pudore, verecundia, & sunt omnis ruboris expertes. Tu in petendo nullô rubore suffunderis; muscâ improbior es, muscâ impudentior es.

Impudenter, **unverschämter Weise.** *Syn.* confidenter, audacter.

Impudentia, æ, **Unverschamtheit.** *Syn.* confidentia.)(*Verecundia. Epi.* admirabilis, impudica, incredibilis, insignis, non minor, mira, perspicua, similis, singularis, summa, tanta, tam varia. *Usus.* Audaciâ fretus & impudentiâ in omnem licentiam effunditur. *Phras.* Si tuam imitarer impudentiam omnibus sine dubio molestus essem; si tuum os haberem, omnibus sine dubio molestus essem. Si essem æquè ac tu, pariter ac tu, similiter ac tu, non aliter ac tu, ita ùt tu, uti tu, quemadmodum tu, sicuti tu impudens, ad impudentiam propensus, pudoris expers ac modestiæ, aversus à pudore, omnibus sine dubio molestus essem.

Impudicitia, æ, **Unkeuschheit.** *Us.* Impudicitiæ se dedere. *V. Luxuria.*

Impudicus, a, um, **unzüchtig.** *Syn.* Impunis.)(*Pudicus. Usus.* Impudica loqui; mulier impudica. *Vid. Luxuria.*

Impugnatio, onis, **Widerfechtung.** *Syn.* oppugnatio.

Impugno, as, **bestreiten.** *Syn.* oppugno.)(*Defendo. V. Oppugno.*

Impulsio, onis, **Antrieb.** *Syn.* Impulsio, commotio, affectus. *Epi.* vehemens. *Us.* Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur; ut amor, iracundia.

Impulsor, is, **Anhetzer.** *Syn.* Suasor, author, socius.)(*Dehortator.*

Impulsus, ûs, **Anreitzung.** *Syn.* Impulsio, inductus. *Epi.* alienus, externus, primus, similis, summus. *Usus.* Non alieno impulsu, sed suâ sponte moveri. 2. *Impetus.* Sonus impulsu & motu efficitur.

Impunè, **ohngestrafft.** *Syn.* sine pœna, vel periculo, tutò, tranquillè. *Usus.* Videbat se hoc non impunè laturum. *Thras.* Id quidem impunè tibi non abibit, non dimittam inultam impunitamque injuriam; non tibi impunè dilabentur maxima tua crimina; nondum es assecutus scelerum impunitatem.

Impunitas, tis, **Verzeihung/ Gnad.** *Syn.* licentia, venia. *Epi.* Diuturna, juvenilis, sempiterna, summa, tanta. *Usus.* Errorem suum deponentibus veniam & impunitatem dandam existimo. Juvenilis impunitas & licentia dicendi. Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. Garriendi tanta est impunitas. *Thras.* Pœnam effugit, elapsus est, impunè ille fecit; impunitatem est assecutus; pœnam nullam sustinuit, perpessus est; evasit ex judicio, absolutus est, absolutionem est adeptus.

Impunitus, a, um, **ungestrafft.** *Syn.* Inultus.)(*Punitus, mulctatus. Usus.* Possumus ne hanc injuriam inultam permittere? num hæc tanta injuria impunita discedet? num impunitam feremus hanc audaciam? *Thras.* Supplicium de nocentibus sæpe nullum sumitur; sæpe non animadvertitur in homines nocentes; sæpe homines improbi, culpæ, criminum, delictorum, flagitiorum scelerum affines, criminum labe infecti prorsus atque inquinati, noxii, sontes, judicio liberantur judicum sententiis; suppliciô vindicantur, pœnâ eximuntur, pœnas vitant, evadunt ex judicio, expertes omnis culpæ judicantur; nullius culpæ insontes, affines, nullô adstricti scelere, nullô contaminati flagitiô judicantur; non puniuntur, non vindicantur, meritâ non coërcentur pœnâ, pœnas non dant, pœnas non luunt, non pendunt, debitas pœnas non persolvunt, debitô suppliciô non mulctantur, non afficiuntur pœnâ; pœnas factis, moribusve dignas, improbitati meritas non ferunt, non sustinent, non patiuntur, non sentiunt.

Impurè, **schändlich.** *Syn.* spurcè. *Us.* Impurè, tetrè, flagitiosè, intemperanter multa facere.

Impuritas, atis, **Unreinigkeit.** *Syn.* flagitia, turpitudines. *Usus.* Cùm omnes impuritates tuâ in domo susciperes. *V. Luxuria.*

Impurus, a, um, **unrein/ wüst.** *Syn.* contaminatus, lutulentus, spurcus, improbus, sceleratus.)(*Purus. Us.* omnium non bipedum solùm, sed quadrupedum impurissimus. *V. Luxuria.*

Imus, a, um, der Unterste. *Syn.* Infimus.)(*Summus.* *Usus.* A summo, à medio, ab infimo; ab imis unguibus ad summum verticem.

In, an/in/auf. *Syn.* præpositio. 1. Actio constituta in diem posterum, in annos multos solis defectiones prædicantur. 2. *In dies.* In singulos dies vitium crescit; in dies opinio magis invalescit. 3. In *diem vivere* barbari solent. 4. In *posterum*, in *perpetuum*. Aliquem à se in perpetuum alienare. 5. *Distributioni servit.* Pretium in capita statuere; singulas in militem tunicas imperat. 6. *Quæ ad pretium pertinent.* Quatuor denarios in singulas vini amphoras exegit. 7. *In modum.* Ornatus peregrinum in modum; servilem in modum, miserandum in modum necare; mirandùm, mirabilem in modum gaudeo. 8. In hanc, in eandem sententiam cùm multa dixisset. 9. In *speciem* validus exercitus, reverà infirmus & inops. 10. *In manibus esse.* Res est in manibus, *jam agitur.* Victoria est in manibus. 11. In *manibus habere.* Omisi ea, quæ in manibus habebam. 12. In *orbem*, pro *per vices.* Senæ horæ in orbem operi attributæ. 13. *Contra.* in aliquem peccare. 14. *In*-ante diem XV. Calendas.

Inaccessus, a, um, * unbetretener Ort. *Us.* Aditus inaccessi. *V. Angustus.*

Inædifico, as, auf etwas bauen. *Usus.* In domo tuâ est inædificatum sacellum.

Inæquabilis, e, uneben/ ungleich. *Usus.* Inæquabilis varietas.

Inæqualis, e, ungleich. *Usus.* Annus inæqualis.

Inæqualiter, * bald so/ bald so. *Usus.* Inæqualiter eminentes rupes scandere.

Inæquo, as, * eben machen. *Syn.* Complano.

Inæstimabilis, e, unschätzbar.)(*Æstimabilis. V. Pretium.*

Inambulatio, onis, das Hin- und her-Gehen. *Syn.* ambulatio.

Inambulo, as, spatzieren. *Syn.* Deambulo.)(*Quiesco. V. Ambulo.*

Inanimatus, a, um, leblos. *Syn.* Inanimis, muta, expers animi res.

Inanimus, a, um, ohne Seel/ leblos. *Syn.* Inanimatus. *Usus.* Inanimum est omne, quod pulsu agitatur exteriore.

Inanis, leer/ vergeblich. *Syn.* vacuus, supervacuus, levis, cassus, vanus, sine causâ.)(*Plenus.* *Us.* Inanissimarum cupiditatum nullus modus. Consilium prudentiæ inanissimum. Inanis elocutio, & puerilis. *Phras.* Inania sequeris, levioribus rebus tuum studium das, tibi placent levitates. Contemplaris, sequeris, amas inania; colis ea, quæ non consistunt, quæ nihil habent firmitudinis; quæ nihil habent gravitatis, nihil ponderis; quæ inania, levia, nullius ponderis, infirma, minimè solida sunt. Homo planè inanis, quô leviorem vidi neminem, nihil est in eo gravitatis, nihil est eo vanius, verbo levior est, aëre inanior est; lævior est arundine, ventis omnibus obnoxius. *V. Levis, Vanus. Ineptus.*

Inanitas, tis, Leere/ Eitelkeit. *Syn.* Inane, vanitas. *Epi.* summa. *Us.* In summa inanitate versamur. *V. Levitas.*

Inaniter, ohne Ursach. *Syn.* falsò. *Usus.* Inaniter sæpè & effusè animus exultat.

Inapparatio, onis, Unfleiß. *Syn.* nullus apparatus.

Inaudibilis, e, nicht zu hören. *Syn.* Insolens, perditus, qui audiri non debet. *Usus.* Fidem infirmare alicui inaudibili.

Inaudio, ire, genau hören. *Syn.* audio, exaudio, de rebus ferè occultis. *Us.* Erupit tandem illa vox, de quâ ego aliquid inaudieram. *V. Audio.*

Inauditus, a, um, unerhört. *Syn.* Inusitatus.)(*Auditus.* *Adv.* omnino, ante hoc tempus. *Us.* Nihil dicam reconditum, inauditum, novum. Res in omni memoria inaudita. *V. Novus. Rarus.*

Inauguro, as, weihen/ einsegnen. *Syn.* Initior, consecro, dedico. *Us.* Templum inaugurare.

Inauris, is, Ohren-Ringlein. *Syn.* Ornamentum aurium, quô mulieres utuntur.

Inauro, as, vergülden. *Syn.* aurô tego. *Adv.* Extrinsecus. *Us.* Pallâ inauratâ indutus. Malo consuli à Cæsare, quàm inaurari.

Inauspicatò, unglücklich. *Syn.* Vitiô, auspiciô non captô, malis omnibus.

Inca-

Incalesco, ere, erwärmen. Uf. Vinô incalescere.

Incallidè, einfältig. Syn. Incautè. Usus. Non incallidè tergiversari.

Incallidus, a, um, ungescheid. Syn. simplex, incautus, antiquus, credulus. Usus. servus non incallidus, sed frugi & integer. V. Simplex. Apertus.

Incanesco, ere, * grau werden. Syn. canus fio.

Incanto, as, verzaubern. Syn. Verbis, aut aliis rebus supra naturam molior. V. Magia.

Incassum, vergeblich. Syn. frustra. Uf. Incassum tela jactantur. V. Frustra.

Incautè, unvorsichtiglich. Syn. Incallidè.

Incautus, a, um, unbehutsam. Syn. Improvidus. V. Imprudens. Simplex. Temerè.

Incedo, ere, gehen/ treten. Syn. Ingredior, ambulo. Adv. sensim. Uf. Quàm teter incedebat! Incessi repentè omnibus lætitiis. Phras. Modestè incedendum est, ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, aut pomparum ferculis similes videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Tardiùs, plenô gradu ingredi. Magnificè erectus, & alacer incedit, se infert.

Incendium, ii, eine Brunst. Syn. ardor, flamma. Epi. acerrimum, commune, domesticum, fortissimum, impium, malum, præsens, tantum, universum. Usus. Mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ invidiam. Incendium facere, excitare; incendiô conflagrare. Ab incendio eripere, liberare; incendium ruinis extinguere. Phras. Ortum est ingens incendium; mea domus inflammata conjectis ignibus, ardore suô deflagrationem toti urbi minatur. Ardet nostra domus non fortuitò, sed oblatô incendiô. Exuruntur tecta; templa incendiô fumant; latiùs usque funditur incendium; propè abest, ut urbs tota incendiô hauriatur; incendiô urbs deleatur, conceptô igne tecta conflagrent.

Incendo, ere, anzünden. Syn. inflammo, incendium facio; ignem vel faces infero, admoveo, subjicio; concremo, uro, exuro. Adv. Vehementiùs. Usus. Naves incendi jussit. 2. Transl. hortor, incito, excito. Aliorum in se odia, cupiditatem, desideria alicujus incendere. Gloriæ studio incendi. V. Excito. Impello.

Incensio, onis, Ansteckung. Syn. Incendium. Usus. Incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam liberavi.

Incensus, a, um, angezündet. Uf. Mulier incensa odiô: Imperator incensus ad rempublicam bene gerendam. V. Fervidus.

Incertus, a, um, ungewiß. Syn. obscurus, fallax, opinabilis, dubius; in dubia opinione, in casu positus; non constans.)(Certus. Adv. valdè. Uf. Incerti animi hominum & exitus præliorum. Ætas puerilis, maximè lubrica & incerta. Suspensus & incertus, obscurâ spe pendeo; omnia in dubium incertumque revoco. V. Dubius. Inconstans.

Incesso, ere, * anfallen. Syn. invado, adorior. Uf. Jaculis hostes incessere. Incessit omnes admiratio, cupido, cura, religio. V. Invado.

Incessus, ûs, der Gang/ Tritt. Syn. Ingressus, gressus. Epi. Equestris, gravis, acutus, rarus, nec ita longus. Usus. Fingere sibi vultum & incessum. Muliebris ornatus & incessus.

Incestè, blutschänderisch. Syn. fœdè, turpiter.

Incestum, i; us, ûs, Blutschand. Syn. flagitium incestûs, stuprum. Usus. Peperit, fecit igitur incestum.

Inchoo, as, anfangen. Syn. Incipio exordior, attingo, informo. Pertexo, finio, perficio. Usus. Si idem extrema persequitur, qui inchoavit, jam perfecta omnia videbimus. Inchoare & informare oratorem perfectum. Natura hominem inchoat, sapientia perficit. Phras. Tantum abest, ut opus ad finem perduxeris, ut minimùm ultra principium processeris; ut in ipsis pene principiis constiteris, hæseris. Opus non modò non perfectum, confectum, absolutum, ad unguem factum, sed inchoatum, ac rude reliquisti. Tantùm abes à perfectione operis, ut principia vix appareant; vix opus instituisti, egressus es; vix operis initium fecisti, à fine autem longè distas. Rem tu quidem habes institutam, sed perpolitio requiritur; instituta res est, non per-

perpolita. Operis tu quidem fundamenta jecisti, fastigium adhuc nullum videmus. *V. Incipio.*

Incido, ere, hinein fallen. *Syn.* accido, contingo, evenio. *Usus.* Si casus inciderit, nec mori recusabo. Tales casus sæpe fortissimis Viris incidunt; incidit mea ætas in illa tempora; nihil mali incidit civitati; quocunque mens & oculi inciderint. 2. *Incurro.* In manus hostium, in scopulos vitæ incidere; in febriculam, in morbum, in peccatum, furorem, insaniam incidere. 3. *Venio.* In æs alienum, in amorem, contentionem, in mentionem alicujus rei, in sermonem incidere, ac velut improviso venire; homini sanè præter opinionem incidi. *Thras.* Incidit in hostem, fortuna in eum casum hominem demisit; delatus vivus in manus hostium, in hostes impudens præcipitavit.

Incido, ere, abhauen. *Syn.* Cædo, reseco, securim injicio, præcido, elido. *Adv.* Æqualiter, consultò, crudelissimè, de improviso, de integro, divinitùs, fœdissimè, fortuitò, improvisò, planè, retrò. *Usus.* Alicui nervos, pennas incidere. Deliberationem omnem & spem incidere. *V. Abrumpo.*

Incipio, ere, Anfang machen. *Syn.* cœpi, instituo, ingredior; initium facio, duco, sumo, affero; introduco; principium capio, duco, habeo; primordium, exordium capio; exordior, ordior, inchoo, informo, fundamenta jacio; rudimentum pono, duco. *Usus.* Incipio sperare, inducor in spem. *Thras.* Bellum duces nostri gerere incipiunt, susceptarum rerum & jam institutarum magnis oneribus premuntur; nascenti bello vacant naviter, à parvo initio grande bellum exsurgit. Hoc, quod conceptum respublica bellum parturit, vim orientem & congregatam duces nostri facilè consiliò discutient, & compriment. Jam informatum est bellum, cui absoluto brevi tanquam fastigium imponemus; quanquam, quâ noluimus januâ ingressi sumus in bellum, facilè tamen exitum reperiemus. *V. Inchoo.*

Incisè, stück-weise. *Us.* incisè, membratimque dicere.

Incisim, stück-weis sagen. *Syn.* cæsim, incisè.

Incisio, onis, Zerschneidung. *Us.* de membris & incisis, & incisionibus.

Incisum, i, Einschnitt. *Syn.* incisio.

Incita, æ, * höchste Armuth. *Syn.* paupertas, indigentia. *Usus.* Ad incitas redactus.

Incitamentum, i, Anreitzung. *Syn.* invitamentum, illecebra. *Epi.* summum. *Usus.* Hoc hominibus maximorum laborum & periculorum incitamentum est.

Incitatè, schnell / eilend. *Syn.* incitatiùs ferri.

Incitatio, onis, Behändigkeit. *Epi.* acris, vehemens, divina. *Us.* Acri & vehementi incitatione inflammari animum. Magnâ incitatione fertur; incitatio languentis, moderatio effrœnati populi.

Incitatus, a, um, getrieben/bewegt. *Adv.* planè, vehementius. *Us.* Totius mundi incitatissima conversio.

Incito, as, anreitzen. *Syn.* impello, exacuo, excito, suscito, accuso, incendo, cohortor, irrito, stimulos admoveo.)(*Deterreo, sedo, retardo.* *Adv.* Effrœnatè, temerè. *Us.* incitare aliquem spe laudis, beneficiis ad faciendum aliquid; mentem alicujus incitare, seu reflectere. Incitata odia, ira; studium ad investigandum incitatum. *V. Excito. Impello.*

Inclamo, as, anschreyen. *Syn.* voco, altiore voce clamo. *Usus.* Expeditus facito, ut sis, ut cùm acclamavero, advoles. *V. Voco.*

Inclemens, tis, * unbarmhertzig. *Syn.* asper. *V Durus.*

Inclementer, * unbarmhertziglich. *Usus.* inclementer aliquid in aliquem dicere.

Inclementia, æ, * Unmildigkeit. *Syn.* Duritas. *V. Durities. Inhumanitas.*

Inclinatio, onis, Neigung. *Syn.* Conversio statûs, mutatio, permutatio, conatus, flexio, inflexio. *Epi.* Divina, magna, repentina, tanta, maxima, parva. *Usus.* Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Inclinatio quædam ad meliorem spem visa est fieri. Inclinatione voluntatis propendere in aliquem. Conversio statûs, inclinatio reipublicæ.

Inclino, as, hängen/neigen. *Syn.* vergo, propendeo.)(*Sto, erectus sum.* *Us.* Sententia Senatûs inclinat ad pacem. 2. *Deficio.* Eloquentia, opes, fortuna rei-

reipublicæ inclinat. Inclinat acies, animi militum. Se ad Stoicos, ad aliquam ſententiam inclinat. In vitium, in fugam inclinare. *Phraſ.* In alteram partem inclinat, proclivior eſt Senatus; ad lenitatem ſe dat, & ſuâ ſponte, quò impellimus, inclinat atque propendet. Summâ propenſione ſ. proclivitate in leniora fertur Senatus, inclinatiſſimis ad lenitatem animis huc ſe applicat. Multis argumentis inclinatum ac naturâ propenſum te ad turpiſſimum & execrabile vitium avaritiæ judicavi. Quod multis argumentis potuerim conjicere, colligere, intelligere, ſuſpicari, ad avaritiæ vitium naturâ propendes; tua te ad avaritiam natura ducit. Avaritiæ ſtudioſus es hortante naturâ; naturali quôdam ſtudiô ad avaritiam inclinas; ſequeris avaritiam naturali quâdam naturæ inductione.

Includo, ere, **einſperren.** *Syn.* claudo, comprehendo.)(*Excludo.* *Adv.* aptè, intus argutè, divinitùs, diutiùs. *Uſ.* imaginem alicujus in clypeo, in ſceptris aureis includere; bene orationem in Epiſtolam incluſi; dolor mihi & admiratio vocem incluſit. *Phraſ.* Certis finibus orationem includam, circumſcribam, circumdabo. Cancellos, non egrediar, quibus teipſum circumſcripſi; certos mihi fines terminosque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maximè velim. *V. Termino.*

Incluſio, onis, **das Einſchlieſſen.** *Uſ.* incluſione contentus non eras, interficere volueras.

Inclytus, a, um, **berühmt.** *Syn.* Clarus, nobilis, inſignis. *V. Nobilis. Clarus.*

Incœptio, onis, **Anfang.** *Syn.* initium, Principium.

Incognitus, a, um, **unbekandt.** *Syn.* ignotus.)(*Cognitus, notus.* *Uſus.* Condemnare aliquem causâ incognitâ. *V. Ignotus.*

Incogitans, tis, **unbedacht/ jäh.** *Uſus.* incogitantem, imprudentem oppreſſit. *V. Temerè.*

Incogitantia, æ, **Jähe/Unbedachtſamkeit.** *Syn.* impudentia. *V. Imprudentia.*

Incola, æ, **Einwohner.** *Syn.* Habitator. *Uſus.* Socrates totius mundi Civis & incola.

Incolo, ere, **einwohnen.** *Syn.* Habito, incola ſum. *Uſ.* Qui earum civitatum fines incolunt. *V. Havito. Domus.*

Incolumis, e, **geſund/ friſch.** *Syn.* Salvus, integer. *Adv.* Aliquamdiu. *Uſ.* Domum ſuam incolumem à calamitate ſervare non potuit. Cives integros & incolumes ſervavi. *Phraſ.* Incolumes tibi ſunt adhuc res tuæ, integræ, ſalvæ; ſalva ſunt apud te omnia, nihil dum perdidiſti; ſtatus idem eſt, qui antea rerum tuarum. Eôdem locô ſunt, quô antea, fortunæ tuæ; nihil detractum eſt de rebus tuis, de fortunis tuis. Nullam res aut fortunæ tuæ jacturam fecerunt. Nullum res aut fortunæ tuæ damnum tulère, detrimentum paſſæ ſunt. Nihil adverſi res tuæ ſubierunt, nullam partem dederas fortunarum tuarum; nihil tibi eripuit, abſtulit, ademit, detraxit, avertit fortuna. Incolumitatem obtinent res, rationes, fortunæ tuæ; bene eſt rebus tuis; nihil præter voluntatem tibi accidit; nihil ſecus, nihil contra, quam velis, tibi accidit. *V. Salvus.*

Incolumitas, tis, **Wohlſtand.** *Syn.* Salus. *Epi.* explorata. *Uſ.* incolumitas eſt ſalutis tuta atque integra conſervatio. Alicujus ſalutem & incolumitatem deſerere. *Phraſ.* Dum reipublicæ ſalus erat integra, liberaliter agebas, nunc in faciendo ſumptu parcus, & illiberalis. Salvis rebus, rebus nondum perditis, cum ſalvi eramus, ante publica mala; incolumi, ſtante, vigente republ. cum reſp. ſuum jus obtineret, poſſideret; cùm reſp. ſui juris eſſet, cum ſuo jure uteretur reſp. cùm optimus eſſet reipublicæ ſtatus, ante caſum reip. antequam reſp. concideret, occideret, periret, liberalitatem colebas, exercebas; eâ utebaris; eos, quibuscum tibi res eſſet, liberaliter tractabas, nunc ſatis moderatè vel anguſtè potiùs impenſam facis; nunc in omni re frugaliter, parcè, tenuiter, reſtrictè, infra modum potius quàm ſupra modum ſumptum facis; nunc tuos ſumptus nimis ad frugalitatem revocas, nimis accurate frugalitatis regulâ metiris. *Vid. Salus. Status bonus.*

Incomitatus, a, um, **unbegleitet** *Syn.* ſine comite, ſolus. *Uſ.* Ars indotata, incompta, incomitata. *V. Solus.*

Incommodatio, onis, **Ungelegenheit** *Syn.* incommodum.

Incom-

Incommode, ungelegen. *Syn.* molestè. *Us.* Cum illo actum optimè, mecum autem incommodè.

Incommoditas, tis, Unbequemheit. *Syn.* Incommodum. *Us.* In hâc incomoditate illud inest commodi. *V. Incommodum.*

Incommodo, as, hinderlich seyn. *Syn.* officio, incommodum do. *Usus.* Qui alteri nihil scientes incommodant, nihil ipsis jure incommodi accidere potest. *Phras.* Si tibi utilis esse non possum, incommodare tibi nolo; nolo incommodo tibi esse, incommodo te afficere; incommodum tibi afferre, parere, præbere. Quod ad me attinet, facilè patior, modò sine tuo incommodo fiat; modò ita facias, ne tibi incommodes, ne incommodo tibi sis, ne incommodo tibi sit, ne contra tuum commodum sit, ne tuo commodo adversetur. Id ego concedam, quod absque incommodo tuo facere possis, quod commodè facere possis, quod sine molestiâ tuâ fiat. *V. Noceo.*

Incommodum, i, Schade / Nachtheil. *Syn.* damnum, detrimentum.)(*Commodum.* *Epi.* alienum, commune, domesticum, insperatum, magnum, parvum, præcipuum. *Usus.* Incommodum *invehere* alicui, ferre, dare; incommodis afficere. Incommodum *capere*, accipere. Illud quoque accessit, ad me pervenit incommodum; illud etiam in incommodis est. Incommodis & difficultatibus angi. Incommodum *propulsare*, levare, sarcire, refutare; incommodis mederi; rejicere, devitare, diminuere incommoda. *Incommodi* expers; ab incommodo integer, sincerus. *V. Damnum. Detrimentum.*

Incommodus, a, um, ungelegen / schädlich. *Syn.* inutilis, adversus, alienus. *Us.* Valerudine uti incommodâ. Pater alioquin facilis, sed filio incommodus. In rebus incommodis sublevare aliquem. *V. Alienus.*

Incompertus, a, um, * unerkandt. *Usus.* Res vetustate incomperta. Quid rei fuerit, incompertum est. *V. Ignotus.*

Incompositè, * unordentlich. *Us.* In hostem negligenter & incompositè occurrunt.

Incompositus, a, um, * unordentlich. *Us.* Agmen incompositum. *Vid. Sine ordine.*

Incomprehensus, a, um, unergriffen. *Syn.* Non perceptus, incognitus.)(*Comprehensus.*

Incomptus, a, um, ungeziert. *Syn.* Inornatus, incultus.)(*Concinnus.* *Usus.* Oratio incompta & horridula.

Inconcinnus, a, um, ungereimt. *Syn.* molestus, inurbanus, præposterus, absurdus, ineptus. *V. Ineptus.*

Inconditè, ungeschicklich. *Syn.* insulsè. *Us.* Nihil tam inconditè, tam præposterè, tam monstrosè dici potest, quod non possimus somniare.

Inconditus, a, um, ungestaltet. *Syn.* Inconcinnus, insulsus, non compositus. *Usu.* Inconditum jus, orator, oratio. *V. Odiosus.*

Inconsiderans, tis, unbesinnt. *Syn.* Inconsideratus. *V. Temerè.*

Inconsiderantia, æ, Unbesonnenheit. *Syn.* Inconsulta ratio, temeritas. *Vid. Temerè.*

Inconsideratè, unbedächtlich. *Syn.* inconsultè, temerè, leviter, negligenter, fortuitu dicere aliquid, aut facere.

Inconsideratus, a, um, unbedachtsam. *Syn.* inconsiderans, inconsultus, amentissimus, temerarius.)(*Consideratus.* *Us.* Inconsideratissima & dementissima temeritas. *V. Incautus. Imprudens.*

Inconstans, tis, wanckelbar. *Syn.* mobilis, levis, volaticus, volubilis, qui à seipso desciscit; qui tum hoc, tum illud dicit; levissimus transfuga, neque in hâc neque illâ parte fidem habens.)(*Qui idem semper dicit.* *Usu.* Ridiculè mihi visus est inconstans. *Phras.* Inconstantes sunt hominum voluntates; animô sunt in omnem partem mobili, fluctuante; plumâ aut foliô faciliùs moventur; vagâ & mutabili ratione, summâ levitate & inconstantiâ huc illuc feruntur, parum constanter ferè in cœpto permanent; nihil tam flexibile, lubricum, devium, quàm hominum consilia. *V. Levis.*

Inconstanter, unbeständiglich. *Syn.* leviter. *Usus.* Inconstanter & turbidè jactari.

Inconstantia, æ, Wanckelmüthigkeit. *Syn.* Levitas, mutabilitas, mobilitas varietas.)(*Constans & perpetua vitæ ratio.* *Epi.* maxima, tanta. *Usus.* Fortuna ab inconstantiâ & temeritate sejungi non potest. Nemo doctus unquam mutatio-

tationem consilii inconstantiam dixit. *Thras.* Non puto mihi famam inconstantiæ pertimescendam, si tam ingratum hominem, tam immemorem officii, prosequi officiis novis nolui. Non vereor, nequis mihi tribuat, adscribat, assignet inconstantiæ, levitati. Ne quis in me inconstantis, levis, mobilis, instabilis, parum firmi animi vitium conferat; nequis mihi notam inurat inconstantiæ; ne inconstantiæ nomine malè audiam, suspectus sim; ne accuser, quasi discesserim à pristina consuetudine, à me ipso, tam ingratum hominem, tam immemorem officii prosequi novis officiis nolui.

Inconsultè, ohne Betrachtung. *Syn.* inconsideratè, impudenter ac imprudenter, temerè dicere aliquid & facere. *V. Temerè.*

Inconsultus, unvorsichtig. *Syn.* Inconsideratus, temerarius. *V. Imprudens.*

Incontaminatus, a, um, * unbefleckt. *Usus.* Ne quid sinceri, ne quid incontaminati sit. *V. Integer.*

Incontentus, a, um, ungespannet. *Syn.* Remissus.)(*Contentus.* *Usus.* Fides omnes æquè incontentæ.

Incontinens, tis, unkeusch / geil. *Syn.* libidinosus.

Incontinenter, unmäßiglich. *Syn.* Intemperanter, dissolutè, libidinosè.

Incontinentia, æ, Unmäßigkeit. *Syn.* Intemperantia.)(*Continentia.* *Vid. Luxuria.*

Inconveniens, tis, ungereimt.)(*Conveniens.* *Usus.* Hæc nostra facta sunt, nec subita, nec inconvenientia. *Thras.* nihil inconveniens egit; nihil odiosum, aut à moribus suis alienum, quod ab ejus moribus abhorreret, quod non cœteræ ejus ætati responderet, admisit; nihil absonum suo generi, aut indecorum fecit.

Incoquo, ere, * einkochen. *Usus.* Radices Vino incoquere.

Incorporeus, a, um, leibloß. *Syn.* Quod formâ & corpore caret. *Usus.* Rerum incorporearum æstimatio.

Incorruptè, ohne falsch. *Syn.* Castè.

Incorruptus, a, um, unversehrt. *Syn.* integer, purus, inviolatus, saluber, sanus, sincerus, castus, religiosus, naturalis, non fucatus.)(*Vitiosus, corruptus, fucatus.* *Us.* Sanitas, Latinitas, vestis incorrupta; sanguis, testis incorruptus. *V. Integer.*

Increbresco, ere, wachsen. *Syn.* Percrebresco, pervagor. *Usus.* Hæc consuetudo dudum jam increbuit. Numerus Oratorum increbrescit; sermo, fama, rumor increbrescit.

Incredibilis, e, unglaublich. *Syn.* inauditus, absurdus, monstro vel portento similis, singularis, humanam fidem excedens, ultra fidem.)(*Credibilis.* *Adv.* Prorsus. *Usus.* Singularis & incredibilis virtus, audacia; agere alicui gratias incredibiles. *Thras.* Credibile non est, incredibile est, credendum non est; non est, ut credatur; non est, ut credi possit; non est, ut habeatur fides; fidem superat, verisimile non est, mendacium videtur, mendacii speciem habet, mendacium præsefert, veritatis imaginem nullam ostendit; ejusmodi est, ut fide careat, ut adjungi fides nulla possit.

Incredibiliter, unglaubiger weiß. *Syn.* Immortaliter.)(*Credibiliter.* *Us.* incredibiliter gavisus sum.

Incredulus, a, um, * unglaubig / mißtrauig.

Incrementum, i, Zunehmung. *Syn.* Accessio. *Us.* Incrementum afferre. Maximis incrementis augetur hostium potentia. *V. Accessio. Augeo.*

Increpo, as, beschelten. *Syn.* redarguo, accuso. *Us.* Alicujus ignorantiam increpare. Quidquid increpuerit, jam ille pertimescit. *V. Reprehendo.*

Incresco, ere, * wachsen. *Usus.* Increscit audacia; increscente certamine. *Vid. Cresco.*

Incruentus, a, um, * unblutig. *Us.* Victoriam incruentam referre.

Incrusto, as, * vertäfflen / übertönchen. *Syn.* Crustam duco; applico crustam.

Incubo, as, auf etwas liegen. *Syn.* quasi inhio. *Us.* Spe atque animis thesauro incubare. Litteris incubare.

Inculco, as, eintretten. *Syn.* Infercio, ingero, objicio, seu offero, impello. *Usus.* Animis aliquid, auribus inculcare. Versus leviores inculcat identidem.

Incultè, ohne Zierd.)(*Concinnè, nitidè.* *Usus.* Inornatè, horridè, incultè dicere, vivere.

Incultus, a, um, ungezieret. *Syn.* horridus, incomptus, tenuis, squallidus, inornatus.)(*Cultus.* *Usus.* Inhabitabilis terræ regio & inculta & derelicta; inculta & syl-

sylvestris vita; durus, horridus, incultus, mœstus.

Incumbo, ere, sich auf etwas legen. *Syn.* innitor, inhæreo, elaboro, enixè operam do. *Adv.* Acriùs, eò maximè, graviùs. *Usus.* Murus in lævam incumbit. *Transl.* In perniciem alicujus, in salutem reipublicæ incumbere; totô pectore, omni studiô, omni cogitatione curâque, totô animô ad studia incumbere; voluntatum inclinatio in illum incubuit. *V. Inclino.*

Incunabula, orum, Kinds-Wiegen. *Syn.* Cunabula, cunæ, rudimenta. *Usus.* Ab incunabulis nostræ veteris doctrinæ.

Incuria, æ, Liederlichkeit. *Syn.* Negligentia. *Epi.* tanta.)(*Cura.* *Vid. Negligentia.*

Incurro, ere, in etwas gerathen. *Syn.* incido. *Adv.* necessario. *Usus.* In eadem vestigia incurris. Incurrere in apertam perniciem, in odia hominum, morbos, difficultates, varias reprehensiones. Quis est, qui nihil offendat, nusquam incurrat, in oculos aliorum & invidiam non incurrat? *Vid. Impingo.*

Incursio, onis, feindliches Einfallen. *Syn.* Excursio, incursus. *Epi.* sempiterna. *Usus.* Incursio atque impetus armorum; incursio seditionis, vis multitudinis. In hostes incursionem facere; hostium incursionem sustinere.

Incurso, as, anfallen. *Syn.* incurro, excurro, invado, infesto. *Us.* Incursare in fortunas omnium. Incursabit in te dolor meus.

Incursus, ûs, Einfall. *Syn.* incursio.

Incurvo, as, biegen. *Usus.* Bacillus de industriâ incurvatus.

Incurvesco, ere, krumm werden. *Us.* Rami solent incurvescere.

Incurvus, a, um, gebogen. *Syn.* Incurvatus.

Incus, udis, Amboß. *Syn.* Eandem incudem noctu diuque tundere.

Incuso, as, anklagen. *Syn.* accuso, reprehendo. *V. Accuso.*

Incusatio, onis, Anklag/ Klag. *Usus.* loci communes incusationem habent, aut querelam.

Incutio, ere, hineinschlagen. *Syn.* Injicio, defigo. *Us.* Errorem, terrorem, metum, dolorem incutere alicui.

Indagatio, onis, Erforschung. *Syn.* investigatio, inquisitio.

Indagatrix, cis, Nachsucherin. *Us.* Philosophia Virtutis indagatrix, expultrix vitiorum.

Indago, as, ausspühren. *Syn.* vestigo, investigo, inquiro. *Adv.* acutissimè. *Us.* Initia exitii indagavi, patefeci. Aliquid indagare, invenire, è tenebris eruere, acutissimè indagare, odorare omnia.

Indago, inis, Gespür/ Fehrt. *Syn.* Investigatio, inquisitio. *Us.* Saltum indagine cingere. *Phras.* Philosophia verum indagat; omnibus vestigiis, diligentissimis disquisitionibus verum perscrutari & reperire solet; pertentat, vestigat omnia, ut verum perspiciat; omni contentione verum invenire, summâ cura, studiôque veritatem exquirere, protrahere in lucem adlaborat, rimatur omnia, ad investigandum est admodum curiosa, verum veluti odore, aut aliquo leviter pressô vestigiô persequitur, scrutatur omnia & excutit. Hostem indagare, discurrere circa vias, oculis perlustrare omnia; è tuto hostem speculari; agitata occultis conjurationibus consilia needum vulgata invenire, patefacere; conquisitores emittere. *V. Inquiro. Quæro.*

Inde, von dannen. *Syn.* Procul inde, illinc. *Usus.* Jam inde à principio; ab ortu hujus Imperii; inde has litteras dedi.

Indecenter, * ungebührlich. *Usus.* Indecenter obstrepunt.

Indecorè, heßlich. *Syn.* Præter decorum. *Usus.* Cave, ne quid indecorè aut effœminatè facias.

Indecorus, a, um, übel anständig. *Syn.* quod non decet, turpis, inhonestus, pravus. *Usus.* Indecorum de rebus parvis amplissimè dicere. *V. Turpis.*

Indefensus, a, um, * unbeschirmt. *Usus.* Indefensi, inulti peribitis?

Indemnatus, a, um, unverurtheilt. *Syn.* Non damnatus.)(*Condemnatus.* *Us.* Indemnatum, innocentem civem occidere.

Index, icis, Anzeiger. *Syn.* quod aliquid indicat. *Epi.* Neque obscurus, neque incertus; falsus, verus. *Usus.* Vox index stultitiæ. Animi indices oculi; indices detulerunt, rei confessi sunt.

Indicium, ii, Anzeigung. *Syn.* Signum, argumentum, documentum, vestigium, nota, specimen, insigne. *Usus.* Certissima indicia & argumenta sceleris *ostendere*, afferre, deferre, patefacere, facere. Indicium sceleris *habere*, accipere. *V. Signum.*

Indico, as, anzeigen. *Syn.* Indicium facio, do; indicio sum; ostendo, indicia ostendo, signa patefacio, monstro, coarguo, innuo, loquor; indicia affero, defero. *Adv.* Ridiculè, apertè, aliquando, aliter. *Usus.* Vultus indicat mores. Ut apertissimus est, indicavit, quæ alii celata volebant. *Phras.* Puer rem omnem Dominæ indicavit, ad Dominam pertulit; sermones tuos ad Dominam retulit, Heræ proposuit; quid facere cogitares, demonstravit; rei indicium exposuit, atque edidit; protulit omnia & detexit; commissa tua enunciavit, conscios prodidit, haud perplexè indicavit. *V. Prodo. Ostendo. Defero.*

Indíco, ere, ankünden. *Syn.* Denuncio, promulgo. *Adv.* Omnino. *Us.* Bellum voluptatibus, justitiam foro, funus reip. indicere. Cœnam, tributum, legem, mortem indicere.

Indictus, a, um, unerhört. *Syn.* Non indicatus. *Usus.* Indictâ causâ civem condemnare, nefas.

Indidem, von dannen. *Syn.* Inde, ex eodem loco.

Indifferens, tis, gleichgültig. *Usus.* Quod Græci adiaphoron dicunt, id mihi occurrit, ut indifferens dicerem. *Phras.* Planè indifferens sum, neutram in partem moveor, in medio me teneo, neutram in partem inclino, suspensam sententiam teneo, neutris me partibus addico. *V. Neuter.*

Indigena, æ, * daheim gebohren. *Us.* Majores eorum non indigenæ, sed advenæ fuerunt.

Indigentia, æ, Mangel. *Syn.* Egestas. *Usus.* Indigentia est libido inexplebilis. *V. Paupertas.*

Indigeo, ére, bedörffen. *Syn.* Indigens sum. *Egeo.*)(*Habeo, abundo.* *Adv.* separatim. *Us.* Tu mei ad illud negotium non indiges. Consolatione meâ indiget. *V. Egeo. Opus est.*

Indignabundus, a, um, * unwillig. *Syn.* indignans.

Indignatio, onis, Zorn/Unwill. *Syn.* stomachus, ira. *Epi.* mala. *Usus.* In aliquem gravem offensionem & indignationem concitare, concipere. *V. Ira.*

Indignè, unbillich. *Syn.* miserabiliter. 2. *Inique*, indignissimè necari. 3. *Ægrè molestè*, indignè pati.

Indignitas, tis, Unbillichkeit. *Syn.* Impietas, turpitudo, atrocitas. *Epi.* summa. *Us.* Nequeo verbis consequi indignitatem rei; non satis severè pro rei indignitate decretum est.

Indignor, ari, sich erzürnen. *Syn.* graviter fero, stomachor, mihi indignum videtur. *Us.* Eum periisse sanè indignor. *V. Irascor.*

Indignus, a, um, unwürdig. *Syn.* non dignus, alienus, turpis, sceleratus, iniquus.)(*Dignus.* *Adv.* valdè. *Us.* Hoc te indignum est. Res indigna & intoleranda. Indignum à pari vinci, indignius ab inferiore. *Phras.* Res est sanè indigna. Quod hoc portentum Dii immortales! O rem miseram & indignam! quo nihil acerbius, neque iniquius proferri potest. Res universis indigna & nefaria videtur. Inde tantô dolore afficior, ut nihil mihi indigniùs ferendum videatur. Omnibus id acerbum luctuosumque videbatur. Versatur mihi ante oculos facti atrocitas, calamitatis indignitas. Quis tantas indignitates diutiùs ferat?

Indignus amore. Indignus est amore ac benevolentiâ filius tuus. Filius tuus indignus est; qui ametur; non est, qui ametur; nullam virtutem possidet, quæ amorem conciliet; nulla prædictus est arte, quæ amorem conciliet. Omnia prorsus animi bona, omnia desiderat ornamenta filius tuus, quibus benevolentia colligitur; quæ ad colligendam, quærendam, comparandam benevolentiam faciunt, valent, spectant, apta sunt, accommodari idonea, apposita sunt. Nihil est in filio tuo, quod homines ad se amandum alliciat; nihil est in filio tuo, quare diligatur; nullâ arte, nullâ scientiâ, virtute nulla planè recommendatur filius tuus, ut inire gratiam ab hominibus queat; non ita natus, educatus filius tuus, ut adjungere sibi homines aliquâ benevolentiâ possit.

Indignus beneficiô. Tantô meritô indignus es; non is es, in quem tanta gratia conferatur; non ita meritus, non ea tua merita sunt, ut affici beneficiô debeas,

beas, ut ferre tantum beneficium debeas. Non is est animus tuus, qui tantam gratiam capiat; qui tantam gratiam comprehendere, complecti, capere, concipere, excipere possit. Ineptus est animus ad tantam gratiam excipiendam. Beneficii magnitudo tua merita vincit; impar es tanto beneficio.

Indigus, a, um, **bedürfftig.** *Us.* opis indigus. *V. Egeo.*

Indiligens, tis, **liederlich.** *Us.* Homo nequam nimium indiligens. *V. Piger.*

Indiligenter, **unfleissiglich.** *Syn.* negligenter. *Usus.* Rem non indiligenter exposui.

Indiligentia, æ, **Hinlässigkeit.** *Syn.* Negligentia.)(*Diligentia.*

Indiserte, **unausgetruckt.** *Syn.* inornate.

Indisertus, a, um, **unberedt.** *Syn.* inornatus, parum eloquens, infans.)(*Disertus.*

Indissolubilis, e, **unauflößlich.** *Syn.* qui dissolvi non potest.)(*Dissolubilis.*

Indissolutus, **verknüpfft.** *Syn.* Dissolutus.

Individuus, a, um, **unzertheilich.** *Syn.* simplex.)(*Dividuus.* *Usus.* Atomi, corpuscula scilicet individua; Corpus individuum; quod dirimi distrahique non potest.

Individuum, i, **ein unzertheilich Ding.** *Syn.* Corpus individuum. *Usus.* Species ex individuis innumerabilibus existens.

Indo, ere, **hinein legen.** *Syn.* impono. *Usus.* Nomen, cognomen alicui indere. *V. Impono.*

Indocilis, e, **ungelehrsam.** *Syn.* tardus.

Indocte, **unverständig.** *Syn.* imperite.

Indoctus, a, um, **ungelehrt.** *Syn.* Rudis, ineruditus, imperitus.)(*Doctus.* *Adv.* plane. *Usus.* indoctus homo, & agrestis; rudis, & indocta oratio. *V. Imperitus, Rudis.*

Indolentia, æ, **Unempfindlichkeit.** *Syn.* Vacuitas doloris. *Epi.* major, maxima.)(*Dolor.* *Usus.* Num voluptas idem est, quod indolentia?

Indoleo, ere, **trauen.** *Syn.* Doleo. *Usus.* Quis non indoluit te tam sero cognitum? *V. Doleo.*

Indoles, is, **Natur.** *Syn.* indicium animi, specimen futuræ virtutis, spes summæ virtutis, optima spes, puerorum dignitas. *Epi.* bona, egregia, magna, mirifica, præclara, summa. *Us.* Bona spes & magna indoles in adolescente; multa jam dat signa pudoris & ingenii; summa in filio spes, summa ingenii indoles, summaque virtus; optima indole præditus puer. *V. Ingenium.*

Indomabilis, e, ***der sich nicht bändigen läst.**

Indomitus, a, um, **unbändig.** *Syn.* Qui imperium recusat, intractatus & novus, ferocitate exultans, effrœnatus, insociabilis.)(*Domitus.* *Vid. Ferocia.*

Indormio, ire, **einschlummern.** *Syn.* Malis suis, negotio, legationi, causæ indormire. *Rem segniter tractare.* *V. Negligo.*

Indotatus, a, um, **unausgesteurt.** *Syn.* sine dote, sine ornatu.)(*Dotatus.*

Induciæ, arum, **Stillstand der Waffen.** *Syn.* Belli ad tempus cessatio. *Usus.* inducias agitare, inire, facere, pacisci.

Induco, ere, **bewegen / anreitzen.** *Syn.* Adigo, impello, adduco. *Adv.* Diligentius, paulisper animum, porro, recte, subtiliter. *Usus.* Jacentem amicum in spem meliorem inducere. Aliquem promissis, spe dotis s. hæreditatis, ad aliquid inducere. 2. *Affero, infero, introduco.* Novum morem, consuetudinem, novas Religiones, legesque inducere. 3. *Obduco.* Parietes marmore vel albario, scuta pellibus inducere. 4. *Deleo.* Inducere nomina, imaginem, scripturam. 5. *Applico, adhibeo, accommodo.* Animum inducere non potui, ut viderem; induxi animum divitias contemnere. *V. Suadeo.*

Inductio, onis, **Einleitung.** *Syn.* Derivatio. *Epi.* ficta. *Usus.* Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. 2. *Introductio.* Personarum ficta inductio. 3. *Applicatio.* Tantum firma animi inductio valet.

Inductus, ûs, **das Uberreden.** *Us.* Alieno inductu feci.

Indulgenter, **verzärtelter weis.** *Syn.* familiariter, leniter, molliter. *Us.* Ne nimis indulgenter, sed potiùs cum gravitate aliqua loquâre.

Indulgentia, æ, **Nachlassung.** *Syn.* obsequium, patientia; lenitas, præsertim in filios. *Epi.* Maxima, naturalis, nimia, patria,

patria, similis. *Usus.* Homines naturali quâdam inter se indulgentiâ & benevolentiâ continentur. Animo à corporis obsequio indulgentiâque discedendum est. Multi filii Patrum indulgentiâ depravantur. *Vid. Levis.*

Indulgentia, Ablaß. *Syn.* Condonationes, indulgentiæ plenariæ, jubilæi, expiationes publicæ.

Indulgeo, ere, nachsehen. *R. quasi in re algeo. Syn.* Obsequor, indulgentiam tribuo, assentor; in aliquem sum ambitiosus, facilis. *Usus.* Genio, animo, lusui amori, dolori, iræ indulgere; indulgere se alicui; alicujus voluntati & gratiæ deditum esse; indulgens in aliquem. *Phras.* Peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit, nimia ejus in amicum indulgentia ad perspicienda pericula eum minùs sagacem facit; malè amico consulit, qui solùm lenitate utitur, omnibus in rebus connivet, illius libidini malefacta omnia condonat, ejus amoribus obsequitur, delicti cujusvis gratiam facit, animum explere sinit; ineptâ lenitate, pravâ facilitate, ad vitia invitat. *V. Facilis, Lenis. Venia.*

Indumentum, i, Kleid / Kleidung. *Syn.* Vestimentum. *V. Vestis.*

Induo, ere, anlegen / anziehen. *R. ab* ἐνδύω. *Syn.* Vestio, induco.)(*Exuo. Us.* Talaria sibi induit. 2. *Transl. Assumo.* Exuere Amici Personam, induere Judicis. Mores pudicos, novum ingenium, Philosophi personam, hostiles spiritus induere. *Implico.* Se in laqueos, magnas difficultates, fraudes, negotia induere. Suâ se confessione induit, & jugulavit. *Phras.* Hispanorum more indutus erat, Hispaniensi ornatu indutus erat; speciem hominum Hispanorum vestitu referebat, præferebat; indutus erat, ut Hispania solet, ut Hispaniæ mos & consuetudo fert.

Induperator, is, Kriegs-Obrister. *Syn.* Imperator.

Induro, aris, verharten. *Usus.* indurata glacies.

Industria, æ, Fleiß / Müh. *Syn.* ars, solertia, ingenium, diligentia, sedulitas, labor. *Epi.* Aliena, antelucana, aperta, forensis, illustris, incredibilis, major, multa, par, probabilis, singularis, summa, tanta. *Usus.* ingenium alitur industriâ. Industriam in re aliqua ponere. Illius industria latè manat, languescit ejus industria. De industria aliquid facere; *Scienter, prudenter. V. Diligentia, Cura, Labor.*

Industriè, fleissig. *Syn.* artificiosè, diligenter.

Industrius, a, um, embsig / witzig. *Syn.* ingeniosus, solers, laboriosus, vigilans, navus, in rebus gerendis acer, diligentissimus, experientissimus. *V. Practicus.*

Inedia, æ, Hunger / das Fasten. *Syn.* fames, esuries. *Us.* E vita per inediam discedere; inediâ necari, consumi. *V. Fames.*

Inelegans, tis, unzierlich. *Syn.* impolitus, inconcinnus.)(*Elegans.*

Ineleganter, heßlich / wüst. *Syn.* impolitè, inconcinnè.)(*Eleganter.*

Inenodabilis, e, gantz verwirrt. *Syn.* inexplicabilis, inextricabilis.

Ineo, ire, hinein gehen. *Syn.* adeo, vado, ingredior.)(*Exeo. Usus.* Convivia inire. 2. *Incipio.* Prælium, Magistratum inire. 3. *Invenio, capio.* Inire gratiam ab aliquo. 4. *Suscipio, aggredior.* Societatem cum aliquo, connubium, rationem facinoris, vitæ societatem, consilia inire. Rationem inire; ineunda est ratio & via.

Ineptè, ungeschickt. *Syn.* insulsè.)(*Bene. Us.* ineptè, odiosè, putidè dicere.

Ineptiæ, arum, Narren-Werck. *Syn.* nugæ. *Epi.* aniles, innumerabiles. *Us.* Summa ineptia de quâcunque re, quôcumque in loco argutissimè disputare. *Phras.* Hominis illius ineptias ferre non possum; illius hominis intemperiem, fastidium, insulsitatem quis ferat? quis aniles ineptias ferat? hominis portenta & miracula non dissetentis, sed somniantis? qui puerilibus fabulis sermonem implet; nauseans effutit, quæ & dicuntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæque levitatis. O licentiam hominis jocularem! Ad quas ineptias abit! quàm frigida, quàm jejunia, levia, nugatoria, quæ deliramenta puerilia effutit, quas nugas agit! *Vid. Nugæ.*

Ineptio, ire, * närrisch thun. *Us.* non desines ineptire? *V. Nugor.*

Ineptus, a, um, ungeschickt. *Usus.* Qui, aut

aut tempus quid postulat, non videt, aut plura loquitur, ut se ostendat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere vel inconcinnus, vel multus est, ineptus dicitur. *Usus.* In loquendo multus; ineptus ad summam impudentiam. *Thras.* Quem tu hominem hôc ineptiorem vidisti; qui tantas turbas, cum tam nugax esset, commovit; qui ita pueriliter faciat? Quem futiliorem, intolerabiliorem, stultiorem vidisti unquam? Puerum dices, & fortasse fatuum, non gravem, non continentem, inconditum, ridiculum, insolentem, unum omnium loquacissimum. Dii! quàm ineptus, quam sui amans, sine rivali! Carmen fundit cœteris cùm rebus absurdum, tum verò nullô usu; nugatorem agit stolidus homo, & impudens, inhabilis ad omnia, inscitus, insulsus, frigidus, rudi ingeniô, barbarè stolidus. *V. Inurbanus.*

Inermis, e, unbewaffnet.)(*Armatus. Usus.* Perterritos, inermes, saucios, nudos, armis exutos, duces persecuti non sunt.

Inermus, a, um, wehrloß. *Syn.* Inermis.

Iners, tis, faul/ unerfahren. *Syn.* Ignavus, piger, seditiosus, desidiosus, somniculosus, væcors, languidus.)(*Operosus, semper agens aliquid, & moliens. Us.* Artes, quibus qui carebant, inertes a majoribus dicebantur. Iners otium. *V. Piger. Languidus.*

Inertia, æ, Unwissenheit. *Syn.* Ignavia desidia, segnities, nequitia, negligentia, pigritia, fuga laboris. *Epi.* singularis, turpis. *Us.* Condemnare aliquem inertiæ. *V. Pigritia. Imperitus.*

Ineruditus, a, um, ungelehrt. *Syn.* Indoctus, rudis, absurdus.)(*Eruditus. V. Rudis. Imperitus.*

Inesco, as, * betriegen. *Syn.* Decipio. *Us.* Eô successu inescata est Consulis temeritas. *V. Allicio.*

Inexercitatus, a, um, ungeübt. *Syn.* Rudis, tyro, qui usum non habet. *Usus.* Miles promptus, nec inexercitatus.

Inexercitus, a, um, ungeübt. *Syn.* Inexercitatus.

Inexhaustus, a, um, unerschöpflich. *Us.* Aviditas immensa, inexhausta.

Inexorabilis, e, unerbittlich. *Syn.* Implacabilis, inexpugnabilis, inexpiabilis.)(*Exorabilis, placabilis. Usus.* Vehemens, inexorabilis in alios. *Vid. Durus.*

Inexpectatus, a, um, unerwartet. *Syn.* Insperatus, repentinus. *V. Improvisò.*

Inexpertus, a, um, unerfahren. *Syn.* Intentatus, nullâ experientiâ probatus. *Us.* Nihil inexpertum relinquere; miles inexpertus.

Inexpiabilis, e, unversöhnlich. *Syn.* Implacabilis, quod expiari purgarique non potest. *Usus.* Fraus, scelus, bellum inexpiabile.

Inexplebilis, e, unersättlich. *Usus.* Insatiabilis, insaturabilis cupiditas.

Inexplicabilis, e, unauflößlich. *Syn.* Inenodabilis, difficilis.

Inexpugnabilis, e, das nicht zu erobern. *Syn.* tutus, munitus, septus, invictus.

Inexsuperabilis, e, * unüberwindlich. *Us.* Vis fati, Alpes inexsuperabiles.

Inextricabilis, e, gar verwirrt. *Syn.* Inexplicabilis.

Infacetus, a, um, unhöflich. *Syn.* Inurbanus, inconcinnus. *Usus.* Mendacium infacetum.

Infacundus, a, um, * unberedt. *Us.* Vir acer, nec infacundus.

Infamia, æ, Schmach. *Syn.* Dedecus, nota, macula, probrum, labes, ignominia, contumelia, nota turpitudinis. *Epi.* communis, falsa, gravis, insignis, magna, sempiterna, summa, tanta, vera, vetus. *Usus.* 1. *Inferre*, conflare infamiam alicui. Infamiâ aliquem aspergere, inurere. Concipere magnam infamiam. *Fugere*, effugere, levare, sarcire infamiam. *Flagrare*, laborare infamiâ; subire, habere infamiam. *Thras.* Infamiam magnam subii; inusta est mihi nota ad ignominiam sempiterna; æterna macula meo nomini inusta; qui me eâ infamiâ eripiam, non video; infamiæ suspectum est nomen meum; gravi ignominiâ sum affectus; ignominiosè tractatus sum. Dedecore & infamiâ opprimor.

Infamis, e, ehrloß/ verschreyt. *Syn.* turpis, habens infamiam, omnium scelerum libidinumque maculis notissimus, sceleribus notatus. *Usus.* Turpis adolescen-

lescentia, vita infamis, omni dedecore cooperta. *V. Dedecus.*

Infamo,as, verläumden. *Syn.* noto; ignominiam, notam, maculam inuro; ignominiâ noto; existimationem offendo, deformo, famæ detraho; infamiam affero, nota atque ignominiâ condemno, maledictorum notis inuro. *Phras.* Plus ipsi subibunt infamiæ, quàm tu; plùs illi ipsi subibunt dedecoris, quam tu. Hoc illis plus afferet infamiæ quam tibi; plus illi ferent ignominiæ quàm tu. Gravior ad eos, quàm ad te redundabit infamia; hoc illis magis vitio dabitur, quàm tibi; hoc illis potiùs vitio tribuetur, quàm tibi; id majori illis fraudi erit, quàm tibi; plus illi ferent culpæ quàm tu; culpæ plus in eos conferetur, quàm in te. *V. Labes. Maculo.*

Infandus,a,um, unsäglich. *Syn.* nefandus, execrandus.

Infans, tis, Kind/ unmündig. *Syn.* Puer, infans parvus, vagiens puer. *Usus.* Nutrices omnia mansa pueris infantibus in os inserunt. Infantum incunabula.

Infans, tior, tissimus, unberedt. *Syn.* Indisertus.)(*Eloquens, disertus. Usus.* Dialectici infantissimi. Nihil illô accusatore infantius. Scipionem accepimus non infantem fuisse.

Infantia, æ, Unberedtsamkeit. *Syn.* Jejunitas Orationis, inopia.)(*Eloquentia. Epi.* Incredibilis, naturalis. *Usus.* Infantia ejus & inscitia causam perdidit.

Infatuo, as, bethören. *Syn.* fatuum stultumque reddo. *Adv.* magis. *Us.* Aliquem mercede infatuare.

Infector, ris, Färber. *Usus.* Infector me moratur.

Infectus, a, um, ungemacht/ it. gefärbt.)(*Factus. Us.* Habere aliquid factum pro infecto. Re infectâ abire; irrita sunt infectaque, quæ augur nefasta dixerit, & otiosa. Infectus purpurâ. 2. *Vitiatus.* Animi hominum infecti partibus.

Infelicitas, tis, Unglück. *Syn.* adversa vel incommoda fortuna, incommoda res, calamitas. *Usus.* Infelicitatem omnem in dolore ponunt. Sit hoc infelicitatis tuæ. *V. Miseria.*

Infelix, cis, unglückselig. *Syn.* Miser, calamitosus, dejectus ad calamitatem, durâ & crudeli fortunâ, infortunatus, funestus, inauspicatus. *Usus.* Si quis reipublicæ sit infidus, infelix esse non potest. *Phras.* Nemo fortuna utitur perpetuò bona; nemini res ad voluntatem semper fluunt. Nemo est, cui prosperè omnia succedant, cui nihil contra voluntatem eveniat, cui nullum accidat infortunium, cui secunda sint omnia, cui optata omnia contingant. Quis est, qui nihil unquam in vita mali videret? Quis est, qui nihil sustineat incommodi, qui nullam ferat calamitatem; cujus sit perpetua felicitas, & nullis interrupta malis? *V. Miser.*

Infensè, feindseliglich. *Us.* Nemo mihi infensiùs est adversatus.

Infensus, a, um, erzürnt/ ungünstig. *R. Plusquàm inimicus* ab *antiquo. Syn.* Inimicus. *Adv.* vehementer. *Usus.* In te concitati infensique sunt. Esse infensum fortunis alicujus. Civibus suspectus, graviterque infensus. *V. Inimicus. Alienus.*

Infercio, ire, einstossen / stopffen / füllen. *Syn.* Inculco. *Us.* Ne inferciens verba, quasi rimas expleat.

Inferi, orum, die Höll. *Syn.* Dii manes, inferorum animæ, subterranei. *Usus.* Ab inferis revocare, excitare, elicere testem veritatis. Apud inferos impiorum supplicia perferre. Agi præcipitem ad inferos, sceleratorum sedem ac regionem. Ad inferos pœnas parricidii luere. Triceps apud inferos Cerberus.

Inferiæ, arum, Seel=Amt. R. *scilicet feriæ* ab *inferis*; *Gentiles enim mortuos ad inferos descendere credebant. Syn.* Denicales, justa, feralia, mortuorum sacra. *Usus.* Inferias alicui afferre, dare.

Inferior, is, niedriger.)(*Superior. Usus.* Prudentiâ & usu me non est inferior. Inferioris ordinis amici. In inferiores crudelis, in superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus. Superior Ordine, inferior fortunâ.

Infernus, a, um, das unten ist. R. Quidam volunt ab inferendo, quod mortui inferantur humo.

Infero, erre, hinein bringen. *Syn.* Inveho,

veho, importo, induco, affero, infero, intrudo.)(*Effero. Adv.* maturè, posterius ultro. *Uſ.* Terrorem, cladem, metum, calamitatem alicui inferre; inferre ſermonem de re aliquâ; vim alicui, manus, periculum capitis inferre. Pedem inferre; inferre facinus in famam & fortunas alterius; inferre ſe funeſtus in ſenatum.

Inferus, a, um, **das unten iſt.** *R. ab infra. Syn.* Internus.)(*Superus.*

Infensè, **feindſelig.** *Syn.* inimicè contendere cum aliquo.

Infeſtus, a, um, **feindlich/gefährlich.** *Syn.* Infenſus, infeſtus, inimicus, adverſus, moleſtus.)(*Propitius. Adv.* maximè. *Uſus.* Fortuna mihi olim propitia, nunc infeſta eſt; omnia mihi ſummam per injuriam infeſta. Infeſtis omnium oculis conſpicior. Fertur infeſtus in omnes. Iniquo infeſtoque animo intueri aliquem. 2. *Plenus discriminis.* Viæ excurſionibus infeſtæ; ſaltus latrociniis infeſtus. *V. Alienus. Inimicus.*

Inficiatio, onis, **Verneinung.** *Syn.* Negatio, depulſio. *Uſus.* Crimina plerumque inficiatione defendimus.

Inficiator, is, **Laugner.** *Uſus.* Una eademque eſt fraudatoribus & inficiatoribus impudentia.

Inficio, ere, **färben.** *Syn.* imbuo. *Adv.* planè. *Uſus.* Teneros & rudes inficere & flectere. 2. *Corrumpo, vitio.* Opinionum pravitate, languore, otiô, deſidiâ animos infecimus & corrupimus. *V. Corrumpo.*

Inficior, ari, **laugnen.** *Syn.* nego.)(*Confiteor. Adv.* verè. *Uſ.* Cùm poſſet inficiari crimen, cùm in alios derivare, confeſſus eſt. *V. Nego.*

Infidelis, e, **meineydig.** *Syn.* Infidus.)(*Bonus, fidelis. Uſ.* non do, non dedi cuiquam infideli fidem. *Phraſ.* Nulla eſt fides, quæ infideli data ſit. Hominibus infidis & barbaris, perfidioſis, improbis, in quibus inſidioſa, fallacia omnia, perfidia plùs quàm Punica; in quibus nihil veri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, nulla Religio, fides habenda non eſt.

Infidelitas, atis, **Meineyd.** *Syn.* Perfidia. *Uſus.* Quantæ infidelitates in amicis! *Phraſ.* Erit, cur de tua fide non bene homines exiſtiment. Venies in ſuſpicionem infidelitatis, parum bonæ fidei, parum rectæ fidei. Tua fides in ſuſpicionem adducetur, in dubium veniet, in dubium vocabitur; ſuſpectus eris nomine infidelitatis; cauſam afferes de tua fide ſecùs exiſtimandi.

Infideliter, **unglaubig.** *Syn.* Perfidioſè.

Infidus, a, um, **treulos.** *Syn.* Infidelis.)(*Fidus. Uſ.* Nihil enim ſtabile, quod infidum eſt. Multi iniqui & infideles regno. *V. Infidelis.*

Infigo, ere, **hinein ſtoſſen.** *Syn.* Impingo.)(*Evello. Adv.* fidenter. *Uſ.* Hæc cura ſemper mihi erit, animoque meo infixa. Infixus animo hæret dolor; infixum in Patriæ charitate animum gerit. *V. Imprimo.*

Infimus, a, um, **der geringſte.**)(*Summus. Uſ.* Ex infimo genere & fortunæ gradu. Infima fæx populi. Infimo cuique gratiſſima animadverſio. Infima conditio ſervorum.

Infinitas, atis, **Unendlichkeit.** *Syn.* Immenſitas, infinitio, innumerabilitas. *Uſ.* Infinitas locorum, rerum, atque naturæ; infinitate omnem mente peragrare.

Infinitè, **unaufhörlich.** *Syn.* ſine modo & fine. *Uſus.* Divitias infinitè concupiſcit. Materia infinitè dividi & ſecari poteſt.

Infinitio, onis, **Unendlichkeit.** *Syn.* Infinitas.

Infinitus, a, um, **ewig / beharrlich.** *Syn.* Cujus nulla eſt ora, nulla extremitas; immenſus, innumerabilis, inexhauſtus. interminatus.)(*Definitus. Uſus.* Immenſa, infinita, immoderata cupiditas; infinitam poteſtatem alicui permittere; infinita altitudo, quæ non habet extremum. Infinita poteſtas.

Infirmatio, onis, **Schwächung.** *Syn.* Debilitatio, confutatio, refutatio. *Epi.* Conjecturalis, comparativa. *Uſus.* Infirmatio rerum judicatarum.

Infirmè, **ſehr blöd.** *Syn.* parum. *Uſ.* Videbam infirmè animatos.

Infirmitas, tis, **Schwachheit.** *Syn.* Imbecillitas, debilitas. *Uſus.* Me conficit ſolicitudo, ex quâ etiam infirmitas corporis. Infirmitatem corporis animi virtu-

virtute superare. Infirmitas laterum; imbecillitas virium, animi; ætatis, valetudinis infirmitas. *Vid. Debilitas.*

Infirmo, as, **kraftloß machen.** *Syn.* Infirmum facio, debilito, frango.)(*Confirmo.* *Usus.* Infirmare fidem alicujus, fidem convellere, pacta infirmare. Legem, Senatum, veritatem infirmare. Infirmare objecta & diluere. *V. Debilito. Frango.*

Infirmus, a, um, **unpäßlich.** *Syn.* Imbecillis, debilis, enervatus, carens viribus, fractus.)(*Firmus.* *Adv.* omnino. *Usus.* Homo ætate affectâ, infirmis viribus, afflictus, caducus, infirmus. Corpus caducum & infirmum. *Phras.* Corpore est admodum infirmô; est membris omnibus captus, & debilis; perimbecillus; effœto corpore, animo corporeque fracto & debilitato; enervatus & exanguis; parum firmamenti, parum in eo virium est; quâ imbecillitate, quâ macie! Summa gracilitate, atque infirmitate corporis.

Inflammatio, onis, **Entzündung.** *Syn.* ardor. *Us.* Inflammatio animi & quidam quasi afflatus furoris.

Inflammo, as, **anzünden.** *Syn.* incendo, inflammationem infero.)(*Restinguo, extinguo.* *Adv.* necessariò. *Usus.* Templa inflammare. 2. *Hortor, incito, confirmo.* Animorum motus, animos inflammare. Inflammatus ad gloriam; irâ, odiô, scelere, furore inflammatus; furens libidinibus. Inflammatur & exardescit in dicendo. *V. Hortor. Excito. Impello.*

Inflatio, onis, **Geschwulst/ Blehung.** *Syn.* tumor. *Epi.* magna. *Us.* Fabæ magnam inflationem habent.

Inflatus, a, um, **aufgeblasen.** *Syn.* Afflatus, tumidus. *Adv.* vehementiùs, graviùs. *Usus.* Serpens inflatô collô. 2. *Superbus, elatus.* Hostes spe animisque inflati. Lætitia inflatus & insolens. Errore, opinionibus inflati. *V. Superbus.*

Inflatus, ûs, **das Einblasen.** *Syn.* afflatus. *Epi.* divinus, primus. *Usus.* Primo tibicinis inflatu. Instinctu inflatuque divino.

Inflecto, ere, **biegen/ einbiegen/ fürwenden.** *Syn.* flecto. *Adv.* Leviter, obliquè. *Usus.* Jus civile non gratiâ inflectitur, non potentiâ perfringitur. Ne injuria animi tui magnitudinem inflectat. Inflexa, mollis & tenera Oratio. *V. Flecto.*

Inflexio, nis, **Einbiegung/ Umwendung.** *Syn.* flexio. *Epi.* fortis ac virilis. *Us.* Inflexio laterum.

Infligo, ere, **einen Streich geben.** *Syn.* Infero. *Us.* Mortiferam plagam reipubl. infligere. Id tibi dedecus, turpitudinem sempiternam infliget. *V. Impingo.*

Inflor, aris, **aufgeblasen werden.** *Syn.* Inflationem habeo. *Us.* Insolentiâ, timore, spe, lætitiâ inflari.

Influo, ere, **einfliessen.** *Syn.* Illabor, redundo.)(*Effluo.* *Us.* In animos, in aures concionis blanditiis orationis influere. Ex illâ lenitate ad hanc vim influat aliquid, oportet. Influunt in urbem hostes. *V. Fluo.*

Infodio, ere, * **eingraben.** *Usus.* Corpus terræ infodere.

Infœcundus, a, um, * **unfruchtbar.** *Syn.* sterilis.

Informatio, onis, **Beschreibung/ Unterricht.** *Syn.* Notio, conformatio. *Epi.* Antecepta, insita in animo. *Us.* Antecepta animo rei quædam informatio. Habemus in animo insitam informationem quandam Dei. In unius verbi imagine sæpe totius sententiæ informatio est. *Vulg Projectum.*

Informis, e, **ungestaltet/ häßlich/ unförmlich.** *Us.* Cùm res muta & informis fit eloquens & formata.

Informo, as, **entwerffen/ unterrichten.** *Syn.* Conformo, formo, adumbro, instituo. *Usus.* Consilium quoddam, cogitationem, judicium informare, *ruditer adumbrare* 2. *Imbuo:* Juventutem artibus informare. *V. Doceo.*

Infortunatus, a, um, * **unglückhafftig.** *Syn.* Calamitosus, ærumnosus. *Vid. Miser.*

Infortunium, ii, * **Unglück/ Unfall.** *Syn.* Calamitas, ærumna. *Usus.* Magnum sibi infortunium invenit. *V. Calamitas. Miseria.*

Infra, **unten/ drunten.** *Syn.* sub.)(*Supra.* *Usus.* Non modò ex numero vivorum, sed infra mortuos amandandus; humanas res infra se ducere, arbitrari.

Infractio, onis, **Zaghafftigkeit / Kleinmuth.** *Syn.* Abjectio. *Us.* Infractio quædam animi & demissio.

Infractus, a, um, **verzagt / kleinmüthig.** *Syn.* fractus, demissus. *Usus.* Non modò non infractô, sed & confirmatô, animô erat. 2. Interdum etiam idem est quod *constans*, non fractus, **beherzt / muthig / unerschrocken.** Esse animo infracto. *V. Fortis. Demissus.*

Infreno, as, * **aufzäumen.** *Syn.* Equis frenum impono.

Infrequens, tis, **selten geschehend / ungäng / unemsig.** *Syn.* Parum frequens.)(*Frequens. Usus.* Senatus infrequens. Et Romæ & in prædiis sum infrequens. *V. Rarus.*

Infrequentia, æ, **schwache Versammlung.** *Syn.* Paucitas, solitudo.

Infringo, ere, **zerbrechen.** *Syn.* frango, concído, elumbo. *Usus.* Animos alicujus, spem, audaciam, vires, dignitatem, authoritatem infringere. Elanguescit, debilitatur, infringitur tua industria. *V. Frango.*

Infucatus, a, um, **geschminckt.** *Syn.* fucatus, coloratus.

Infugio, ere, **Zuflucht nehmen.** *Syn.* Confugio. *Usus.* Ne in tribunatûs portum infugeret.

Infula, æ, **Inful.** *Syn.* Mitra, diadema. *Us.* Sacerdotes cum infulis & verbenis. Venditis Imperii infulis.

Infumo, as, * **räuchern / im Rauch dörren.** *Usus.* Carnes infumatæ.

Infundo, ere, **eingiessen.** *Syn.* fundo, instillo.)(*Effundo. Usus. Transl.* luxum vitia in civitatem infundere; se in stirpem, genus alienum infundere; in memoriam, ùt in vas, ea, quæ meminimus, infunduntur. Infusa in urbem barbaries, peregrinitas.

Infusco, as, **schwärtzen.** *Syn.* Inficio. *Usus.* Quos aliqua barbaries domestica infuscat. Vicinitas non infuscata malevolentiâ. *V. Inficio.*

Ingemino, as, * **mehren / doppelen.** *Syn.* gemino.

Ingemisco, ere, **seufftzen / erseufftzen.** *Syn.* Gemo. *Usus.* Pueri Spartani non ingemiscunt verberum dolore laniati. *V. Gemo.*

Ingenero, as, **einpflantzen.** *Syn.* Ingigno. *Usus.* Natura amorem in filios Parentibus ingenerat; ei familiæ ingenerata frugalitas videtur.

Ingeniosè, **künstlich / sinnreich / geschicklich.** *Syn.* Solerter, acutè, subtiliter.

Ingeniosus, a, um, **sinnreich.** *Syn.* habens ingenii multum, acutus, solers; eximiô, acerrimô ingeniô.)(*Hebes, tardus. Usus.* Aristoteles docet, omnes ingeniosos melancholicos esse. *Phras.* Homo ingeniosus est & peracutus, mira quædam & nova excogitare solitus; acer investigator rerum, quæ à naturâ involutæ videntur. Quô nihil solertiùs, qui solertissimè perspiciat omnia; sagax, providus ad futura perspicienda; mente acri & perspicaci, prudentiâ præditus; egregiâ ingenii acie; in quo multa docilitas & memoria, quæ fere ingenii nomine appellantur; animi motibus celeribus, ad inveniendum acutis, ad memoriam firmis, ad explicandum ornandumque expeditis; quem summum atque excellens ingenium armavit ad omnia; Vir summâ indole, abundantiâ quâdam ingenii præstans, incredibili ingenii magnitudine, propè singulari & divinâ quâdam vi ingenii; fulgebat jam in Adolescentulo indoles major, ingenium versatile sic pariter ad omnia, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret.

Ingenium, ii, **natürlicher Verstand.** *Syn.* Industria, solertia, acumen. *Epi.* Acre, acutum, bonum, dignum immortalitate, divinum, elegans, excellens, exiguum, eximium, fidum, hebes, humanum, illustre, immemor, inverecundum, lene, magnum, mediocre, mirum, miserum, muliebre, multiplex, optimum, oratorium, par, parvum, peracre, præstans, sanè probabile, probum, singulare, splendidissimum, summum, tantum, tardum. *Usus.* Industria alit, suppeditat, acuit ingenium. Abundat, valet, floret, plenus est ingenio; in omnibus rebus eximium ejus ingenium elucet; opinio ingenii. 2. *Natura, mores.* Ad ingenium redire, se recipere. Inverecundum animi ingenium; ferox, mutabile, servile ingenium. *Phras.* Ingenium in te sentio esse summum; ingenium in te sentio esse eximium, egregium, non mediocre, non vulgare, non quale multis contigit; exquisitum, rarum, singulare, præstans, acutissimum, planè divinum. Acutissimam esse aciem ingenii tui, egregio te à natura instructum ingenio,

genio, minimè te esse hebetem, ad id, quod melius sit, intelligendum, judico. Eam esse ingenii tui aciem judico, nihil ut non videas, assequaris, facilè intelligas, scientiâ comprehendas. Ingenii tantum in te esse duco, quantùm potest esse plurimum; ingenium tuum, quod tu partim naturâ accepisti, partim accepisti, mirificis te laudibus afficit. De ingenii tui præstantia, vi, acie ita statuo, neminem anteferri tibi, paucos admodùm conferri posse. Præstare, excellere, florere te ingenio; ingenio te vel omnibus antecellere, vel certè nemini concedere, judico. Cùm amori, quem inter nos mutuum esse intelligo, multum tribuo, tum de ingenii tui præstantiâ ita judico, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

Ingens, tis, sehr groß. *Syn.* immanis, insanus, immensus. *Usus.* Ingens, immanis pecunia, præda. *V. Magnus.*

Ingenuè, auffrichtig. *Syn.* Candidè, liberè, sincerè. *Usus.* Cupere me laudari, apertè & ingenuè fateor.

Ingenuitas, tis, Auffrichtigkeit. *Syn.* Liberalitas, honestas, probitas. *Usus.* Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Vitandâ verborum turpitudine ingenuitatem suam & ruborem præstare. *V. Honestas.*

Ingenuus, a, um, auffrichtig / rechtschaffen. *Syn.* Liberalis, liber, honestus. *Adv.* Imprimis, maximè. *Usus.* Nihil in eo apparet moderatum, pudens, pudicum, ingenuum. Homo ingenuus, liberaliter educatus. Vita, animus, artes ingenuæ & liberales. *V. Honestus.*

Ingero, ere, hinein thun. *Syn.* Infero, intrudo. *Usus.* Sed quid ego ingero præterita?

Ingigno, ere, einpflantzen. *Syn.* Ingenero. *Usus.* Ingenita naturæ virtus. Veri inveniendi cupiditatem nobis natura ingenuit.

Inglorius, a, um, unberühmt. *Syn.* Inhonoratus.)(*Honoratus.* *Usus.* Vita inhonorata, ignobilis, ingloria. *V. Contemptus.*

Ingluvies, ei, * Fraß / Fressigkeit. *Syn.* Voracitas. *V. Gula. Vorax.*

Ingratè, undanckbarlich. *Syn.* Animô ingratô, illiberaliter, immoderatè, & ingratè, nostrâ facilitate abutuntur.

Ingratiis, * wieder und ohne Danck. *Us.* Tuis ingratiis abibo. *Te invitô ac repugnante. V. Invitus.*

Ingratis, ungern. *Syn.* Inultè, cum mala gratia.)(*Cum bona gratia.* *Us.* Extorquendum est ingratis & invito, quod debet.

Ingratus, a, um, unangenehm. *Syn.* Immemor beneficii vel gratiarum.)(*Gratus. Adv.* Crudeliter, impiè. *Us.* Nihil cognovi ingratiùs, in quo vitio nihil non mali inest. Ingrati animi crimen horreo. 2. *Molestus.* Si ingrata tibi sunt officia mea, desinam. Ingratus animus, Undanckbarkeit. Cave, dicas *ingratitudo. Thras.* Gratiam non refers, gratiam non reddis, gratiam à te non fero, ingratum te præbes, officium non præstas, ingratè agis; officium in te requiro, desidero; meis in te meritis non respondes, mea erga te non imitaris officia; non solvis, id quod debes; officia mea tuis officiis non compensas. Vitium animi ingrati pessimum; nullum odiosius mihi crimen est ingrati animi culpâ. Nullum hominum genus acerbiùs odi, acerbiore insector odiô, quàm qui gratiam bene meritis non referunt, quàm qui de gratiâ referendâ minimùm cogitant, parum laborant. Cùm omne crimen, tùm verò prætermissæ gratiæ s. neglecti officii culpa gravis admodum, molesta, odiosa mihi est. *V. Odiosus, Molestus.*

Ingravesco, escere, schwerer werden. *Syn.* Glisco, cresco, gravior fio. *Adv.* Vehementiùs. *Usus.* Ingravescit in dies malum. Annona ingravescit. Corpora defatigatione ingravescunt.

Ingredior, di, eingehen / hineingehen. *Syn.* Intro, introëo, adeo, me infero, ineo, pedem pono, pedem infero, accedo, invehor. *Adv.* Audaciùs, æqualiter, paulò seciùs, pedetentim, penitùs, similiter, tardè, timidè. *Usus.* Iter, causam, vitam honestam ingredi. Hôc die primùm in spem libertatis, ad dicendum ingressus sum. Vestigiis Patris, majorum ingredi. 2. *Aggredior, incipio.* Ingredi aliquid dicere aut facere, consilium ingredi; rationem vivendi, bellum ingredi. 3. *Gradior, eo.* Liberè ingredi; hanc viam vix sine casu aliquo, aut prolapsione ingrediêre. *Thras.* Fores tibi patent, subi, introi, intro veni, transi, accede, quoties velis,

Tuæ ædes nemini clauduntur; tuæ ædes nulli obserantur, apertæ & expositæ sunt omibus. Fores tuarum ædium nemini clausæ sunt, neminem aditu prohibent, omnes recipiunt f. admittunt. Nemo est, cui tuarum ingressus ædium denegetur, liber non sit. Quicunque vult, tuas ædes ingreditur. Nemo ab ædibus tuis excluditur, repellitur. Nemo tuas ædes adit, quin intromittatur. *V. Incedo.*

Ingressio, onis, **Eingang.** *Syn.* Aggressio, introitus. *Epi.* Obscura, antiqua, moderata. *Usus.* Interdum orationis cursus est incitatior, interdum ingressio moderatior.

Ingressus, ûs, **der Gang/Eingang.** *Syn.* Incessus. *Us.* Vestigiis odorari ingressus cujuspiam. Orationis vestigia ingressumque non vidi.

Ingruo, ere, * **anfallen/hineinfallen.** *Syn.* Impendeo. *Us.* Periculum, metus, morbus ingruit. *V. Immineo.*

Ingurgito, as, **in sich schlucken/sich füllen.** *Syn.* Infero, immitto. *Usus.* Se in copias alicujus, in multa flagitia ingurgitare.

Inhabilis, e, **ungeschickt/unbequem.** *Syn.* Ineptus.

Inhabitabilis, e, **unbewohnt.** *Syn.* desertus, vastus, incultus.)(*Habitabilis.*

Inhabito, as, * **wohnen/einwohnen.** *Syn.* habito.

Inhæreo, ére, **anhangen.** *Syn.* Hæreo, insideo. *Adv.* penitus. *Usus.* Animi corporibus inhærentes. Inhæret visceribus dolor. Inhæret id in mentibus omnium. *V. Adhæreo.*

Inhalo, as, **anblasen.** *Syn.* Exhalo, afflo. *Usus.* Teterrimam nobis popinam inhalabas.

Inhibeo, ére, **verhindern.** *Syn.* Cohibeo, cœptum inhibeo, sustineo. *Usus.* Inhibere remos, remiges. An te non inhibet vox miserorum? *V. Cohibeo. Reprimo. Coërceo.*

Inhibitio, onis, **das Aufhalten/Verbot.** *Us.* Inhibitio remigum.

Inhio, as, **hefftig begehren.** *Syn.* Incumbo. *Usus.* Uberibus puer inhians. *V. Desidero.*

Inhonestè, **schändlich.** *Syn.* Spurcè.

Inhonestus, a, um, **unerbar.** *Syn.* turpis.)(*Honestus.* *Usus.* Turpe, inhonestum, indecorum, pravum, flagitiosum. *Phras.* Deseri à te Patrem tot affectum incommodis inopiæ, valetudinis, senectutis, minimè honestum est, haud æquum est, haud par est, minimè rationi consentaneum est, non decet, non convenit, non oportet, jus non est, fas non est, nefas est, iniquum est, flagitium est, criminis est, turpe est. Ut Parentem deseras afflictum inopiâ, morbo, senectute, in summis constitutum difficultatibus inopiæ, valetudinis, senectutis, honestum non fert, non patitur, ratio non permittit, non concedit. Si Patrem destitues afflictum inopiâ, morbo, senectute, culpam committes, flagitium facies, flagitiosè facies, facies iniquè; facies injustè, inhonestè, turpiter, improbè; facies præter honestum, æquum, jus; facies contra honestum, æquum, jus; non ut honestum suadet, non ut æquum est, non ut jus est, non ut par est, non ut decet, non ut convenit, facies. *V. Turpis.*

Inhonoratus, a, um, **verachtet.** *Syn.* Inglorius.)(*Honoratus. V. Vilis.*

Inhorresco, ere, **grausam werden.** *Syn.* Exhorresco. *Us.* Inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur. *V. Horreo.*

Inhospitalis, e, * **ungeheuer/wild/ungastfrey.** *Syn.* Desertus, incultus, asper.

Inhospitalitas, atis, **Unfreundlichkeit.** *Syn.* Inhospitalitas est opinio vehemens, fugiendum esse hospitem.)(*Hospitalitas.*

Inhumanè, **unmenschlich/gröblich.** *Syn.* Inhumaniter.

Inhumanitas, tis, **Unfreundlichkeit.** *Syn.* Immanitas, crudelitas. *Epi.* domestica, molesta, impudens, crudelis, moderata. *Usus.* Mansuetudinem in inhumanitatem convertere. *Vid. Crudelitas. Mores mali.*

Inhumaniter, **unfreundlich.** *Syn.* Inhumanè.

Inhumanus, a, um, **unmenschlich/unfreundlich.** *Syn.* crudelis, humanitatis expers, vitæ communis ignarus, nunquam particeps humanitatis, immemor humanitatis, multùm ab humanitate discrepans, inurbanus, inops humanitatis, ab omni humanitate derelictus, difficilis, agrestis, insuavium morum, non homo, communi hominum sensu carens, asper, ferus, durus. *Us.* In hoc animo nihil inhumanum, nihil agreste

est.

est. *Phras.* Nihil tam inhumanum, tam ferum, quàm aspera ejus natura, difficilis aditus, gravis vultus, superba responsa, insolens vita; omnem humanitatem exuit. Summâ morum acerbitate & immanitate naturæ omni humano generi insociabilis; ut feræ quædam nunquam mitescunt, sic immitis, implacabilis ejus hominis animus est, à cultu & humanitate longissimè remotus. *V. Barbarus. Durus. Crudelis.*

Inhumatus, a, um, **unbegraben.** *Syn.* Insepultus. *Usus.* Diogenes se inhumatum projici jussit.

Inibi, **eben daselbst.** *Syn.* Ibidem.

Injicio, **hinein werffen.** *Syn.* Objicio, immitto. *Us.* Dubitationem alicui & scrupulum injicere. Cogitationem alicui, ardorem, spem, metum, religionem, cupiditatem injicere. Frœnos furori, alicui manus injicere. *V. Impono.*

Inimicè, **feindlich.** *Syn.* Infestè, inimicô animô.)(*Amicè. Usus.* Infestissimè, inimicissimè agere, contendere cum aliquo, insectari aliquem.

Inimicitia, æ, **Feindschafft.** *Syn.* simultas, alienatio, disjunctio. *Epi.* aperta, summa. *Us.* Inimicitias *appetere*, indicere, concipere, denunciare; ad inimicitias vocare. Inimicitias *capere*, suscipere, adire, subire, habere, exercere, gerere, persequi, explere. Ad inimicitias cum aliquo venire, descendere; inimicitiæ mihi tecum intercedunt, sunt mihi tecum inimicitiæ. Inimicitias *deponere*, candidè & simpliciter ponere, extinguere, Patriæ condonare, concedere; ab inimicitiis discedere; ex inimicitiâ revocari in gratiam. *Phras.* Graves suscipies inimicitias; graves subibis, adibis inimicitias, grandes tibi erunt inimicitiæ, venies ad inimicitias, grave odium adversùs te concitabis, odium subibis acerbissimum; habebis, qui tibi vehementer offensi sint. Incurres in odium capitale. Excitabitur odium adversùs te, adversùs te odium creabitur, in odium venies, odium suscipies. *V. Odium.*

Inimicus, a, um, **feindlich.** subst. **Feind.** *Syn.* Hostis, infestus, infensus, adversarius, alienatus, non æquus, iniquus, invidus obtrectator. *Epi.* acer, acerbus, communis, gravis, incolumis, innocens, magnus, odiosus, paternus, pecuniosus, potentissimus, valens, verecundus, voluntarius. *Adv.* acriùs, apertè, crudeliter, graviter, valdè, usque eò. *Usus.* Aspicere te non potest, adeò in te inimico est animo. *Phras.* Perennis est meus inimicus, dudum se a me abalienavit, se inimicissimum reddidit, ostendit; infestissimus est meis fortunis & laudibus, tradendas posteris inimicitias pertinacissimè persequitur. *V. Hostis. Odium.*

Iniquè, **unbillich.** *Syn.* Injustè. *Usus.* Ita iniquissimè comparatum est; iniquè expulsus.

Iniquitas, tis, **Unbilligkeit.** *Syn.* Injuria. *Epi.* tanta.)(*Æquitas. Usus.* Æquitas certat cum iniquitate; habet ea res magnam iniquitatem; in tanta hominum perfidia & iniquitate vivimus. *Vid. Injuria.*

Iniquus, a, um, **ungerecht.** *Syn.* Habens iniquitatem, injustus, non habens æquitatem, injurius, inimicus.)(*Æquus. Adv.* obscuriùs, valdè. *Us.* Quæ res iniquissima, & acerbissima est, nec ferenda. Homo naturâ asper, omnibus iniquus. Iniquo infestoquè animo intueri aliquem. *V. Injustus.*

Initia, orum, **Fest der Göttin der Früchten.** *Syn.* Sacra Cereris.

Initior, aris, **eingeweyhet werden.** *Syn.* devoveor, consecror, sacris imbuor, inauguror. *Us.* Initiari sacris. Sacra initiata & devota.

Initium, ii, **Anfang.** *Syn.* Principium, fundamentum, elementum. *Epi.* accommodatum naturæ, falsum. *Us.* Ut malè posuimus initia, sic cætera sequentur; ut initia se dederint, ad me perscribas. Belli initium ducetur, sumetur, capietur à fame. Bonis initiis orsus malè finiit. Initia & tanquam semina; belli initium inde profectum est, quòd. *Phras.* Belli initium satis fortunatum fuit, primô belli progressû à principio satis felices fuimus, incunabula belli & rudimenta bene se dedêre; lætissima armorum principia, belli primordium satis lætum; in limine, exordio, ingressu belli res nostræ satis bellè habebant. Levi ex principio magnum bellum conflatum est, sed ut initia inchoavimus, ita persequenda sunt cœpta; inceptô abeundum non est; inchoata nostra gloria nondum perfecta est. *Vid. Incipio. Inchoo.*

In-

Injucunditas, tis, Unlieblichkeit. *Syn.* Asperitas.

Injucundè, unangenehm.)(Jucundè.

Injucundus, a, um, unlieblich/ unlustig. *Syn.* Insuavis, acerbus. *Usus.* Labor mihi minimè injucundus. *V. Odiosus, Molestus.*

Injungo, ere, aufflegen. *Syn.* Imporro, impono, affero. *Usus.* Aliquid damni reip. servitutem alicui, necessitatem injungere.

Injuratus, a, um, unbeschworen/ unbeeydet. *Syn.* Qui non juravit, sine jure jurando. *Usus.* Tibi vel injurato credendum; linguâ juravi, mentem injuratam teneo.

Injuria, æ, Unrecht/ Ehrverletzung. *Syn.* Iniquitas.)(*Beneficium.* *Usus.* Injuria est, quæ aut pulsatione corpus, aut convitiô aures, aut aliquâ turpitudine vitam alicujus violat. Duobus modis fit, vi & fraude. Injuriam alicui *facere*, imponere, afferre, inferre, conflare; injuriâ afficere, onerare, lacerare quempiam; injuriam jacere, mittere in aliquem; inde nata, orta est injuria; injuriam accipere, ferre, pati æquô animô præstat, quàm inferre; injuriâ affligi. Injuriis resistere; ab injuriâ deterrere s. detrahere aliquem; injurias propulsare, ulcisci, insectari, persequi; injuriâ levare, injuriam aliquam prohibere; *abstinere* injuriâ; injurias oblivione conterere. 2. *Immeritò*, non injuriâ suspectus es. *Injuriam inferre.* Jure hæc in me confers; Si quando tecum iniquiùs egissem, jure hæc in me conferres. Si iniquior tibi fuissem, si injuriosus in te fuissem, si injuriosè te tractâssem.)(si injuriam tibi fecissem, intulissem, imposuissem, obtulissem; si te aliquâ affecissem injuriâ; si à me accepisses, tulisses injuriam; si me injurium, injuriosum, iniquum, gravem sensisses, expertus esse; si quâ te læsissem, si tuus esset animus à me offensus, si tuus animus aliquam molestiam à me accepisset, si tuis commodis aliquando detraxissem; si tuis commodis obfuissem, obstitissem, adversatus essem; si quâ esses à me lacessitus, provocatus, commotus injuriâ. Iniquè mecum egisti, sceleris cum idem tibi reponam; injuriosè me tractâsti; tractâsti me acerbè, iniquè, amarè, contra jura omnia, adversùs justitiæ leges, contra quàm justitia præscribit, contra quàm meritus sum. Injuriam mihi fecisti, intulisti; injuriam adversùs me intulisti; injuriâ me affecisti, provocâsti; injuriam abs te tuli, passus sum; læsus à te sum immeritò meo, nullo meo meritò, nullâ culpâ, nihil tale meritus; læsisti me immerentem, innocentem, nullius affinem culpæ, omnis expertem culpæ, ab omni vacuum culpa, sed parem aliquando gratiam referam, sed pari te munere remunerabor, sed par pari referam, sed merita meritis compensabo; sed erit, cùm idem tibi reponam.

Injuriam referre. Facilè idem reponam, possum par pari referre; is sum, qui injuriam facilè referre possim; possum æquè te tractare; feres à me, quod intulisti; impunè tibi non erit, quòd injuriâ me affeceris; ulciscar injurias tuas; impunita non erit, inulta non relinquetur injuria tua. Memorem injuriæ me senties, experieris.

Injurias oblivisci. De ultione nihil planè cogito, omnem acceptæ inopiæ memoriam ex animo deleo; ultionem minimè cogito; animus ultionem non spectat; ultionis omne libenter consilium abjicio, depono, omitto; abduco animum ab ulciscendi consilio.

Injuriosè, schimpfflich. *Syn.* Per contumeliam, contumeliosè.)(*Iure.* *Usus.* Temerè atque injuriosè de aliquo suspicari.

Injuriosus, a, um, unbillig. *Syn.* Injurius. *Usus.* Injuriosa & facinorosa vita.

Injurius, a, um, * unrecht / unbillich. *Syn.* Iniquus.

Injussus, ûs, ungeheissen / keinen Befehl habend. *Syn.* Sine jussu, authoritate, concessu.)(*Iussus.* *Usus.* Injussu hoc populi egisti.

Injustè, wider Recht/ unbillig. *Syn.* Iniquè, injuriosè, contra fas. *Usus.* Injustè in quemquam impetum facere.

Injustitia, æ, Ungerechtigkeit. *Syn.* Iniquitas.)(*Iustitia.* *Epi.* Capitalior, moderata. *Usus.* Injustitiæ duo sunt genera, alterum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, non propulsant injuriam.

Injustus, a, um, ungerecht. *Syn.* iniquus, injurius, injuriosus, immeritus, indebitus.

bitus.)(*Iustus. Adv.* Dupliciter. *Usus.* Qui perniciosa & injussa populis jussa describunt. Vir maleficus naturâ & injustus. Ira non injusta, sed merita & debita. Injustum onus alicui imponere. *V. Injuria.*

Innascor, eris, eingepflantzt werden. *Syn.* Ingignor. *Usus.* Quibus recta ratio, constansque innascitur.

Innato, as, schwimmen in etwas.)(Enato. *Usus.* Pisciculi parvi in concham innatant. *V. Nato.*

Innatus, a, um, angebohren. *Syn.* Insitus, ingenitus, ingeneratus.)(*Assumptus, adventitius.* *Usus.* Innata est homini probitas vel potiùs insita.

Innávigabilis, e, * unschiffbar.

Innecto, ere, anknüpffen. *Syn.* Necto.

Innitor, eris, sich anlehnen. *Syn.* Inclinor, reclinor. *Usus.* Respublica in unius humeris innititur. Apollo, lunæ innisus. *Phras.* In te uno resp. innititur, tuum est falcire labefactatam; salus Civitatis in te uno consistit; in tui spe requiescit; fortunæ nostræ unicè tuæ fidei innituntur.

Inno, as, * schwimmen in etwas. *Syn.* Innato.

Innocens, tis, unschuldig. *Syn.* Integer, qui nulli injuriam facit, qui nihil nocet, culpâ vacans, ad quem ne suspicio quidem criminis perveniat, ab omni etiam suspicione remotissimus, nullius probri compertus, à culpâ vacuus, crimine innoxius. *Usus.* Vir innocens, integer, religiosus. Innocens dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet. *Phras.* Longè remotus à culpa sum, in me conferenda culpa non est; mihi assignanda, adscribenda, attribuenda culpa non est; culpâ careo, procul absum ab culpâ, culpâ vaco, culpam ego non sustineo, expers culpæ sum; affinis culpæ non sum, purus culpâ sum, culpam ignoro, longissimè absum à culpâ; tam absum à culpa, quàm qui maximè; culpæ mihi non sum conscius; extra culpam sum, in culpa non sum.

Innocentem accusare: Accusas me innocentem, immerentem, insontem; nullô meô meritô, injuriâ, injustè, iniquè, contra jus & æquum, absque mea culpâ; commissum à me nihil est, quare videar accusandus. Non erravi, non peccavi, non deliqui, lapsus non sum, nullam in culpam incidi, nullam commisi culpam; nihil commisi, admisi, perpetravi; nullo me scelere adstrinxi, obstrinxi, maculavi, inquinavi, tamen abs te accusor. Tu vacuum à culpa damnas, culpas, in judicium vocas, reum facis, persequeris. Vitio tribuis, vitio vertis, fraudi das innocenti, ei qui culpam non commisit; confers culpam in me expertem criminis, me innoxium exagitas, in culpam vocas, in infamiam vocas, in infamiam adducis, sine causa, immeritò.

Innocentem condemnare. Sæpe condemnantur innocentes, qui culpam non admiserunt; damnantur judiciô, judicum sententiis damnantur. Multi falsô scelere damnantur. Multi immeritâ damnatione afficiuntur.

Innocenter * unschuldiglich. *Usus.* Vita Innocentissimè acta.

Innocentia, æ, Unschuld. *Syn.* Integritas vitæ, & morum. *Epi.* Par, singularis, summa, vetus. *Usus.* Innocentia est talis affectio animi, quæ noceat nemini. Vir summâ integritate & innocentiâ. *V. Integer.*

Innocuus, a, um, * unschädlich. *Syn.* Innocens. *V. Integer.*

Innovo, as, erneueren. *Syn.* Renovo, novum facio.

Innoxius, a, um, * unschuldig. *Syn.* Innocens, inculpatus. *Vid. Innocens.*

Innumerabilis, e, unzehlbar. *Syn.* Infinitus, innumerus. *Us.* Infinita vis numerabilium atomorum. *V. Multi.*

Innumerabilitas, tis, Unzehlbarkeit. *Syn.* Infinitas, ùt ita dicam. *Us.* Innumerabilitas atomorum.

Innumeri, unzahlbare/ unzehliche. *Syn.* Innumerabiles.

Innuo, ere, wincken. *Syn.* Nutu aliquid significo, nutu capitis loquor. *Usus.* Hunc aditum ad te patefacio & innuo. *V. Nutus.*

Innuptus, a, um, unverehlichet / unverheurathet. *Syn.* Non nuptus.)(*Nuptus.* *Us.* Innuptæ nuptiæ.

Inobscuro, as, verfinstern. *Syn.* Infusco.)(*Declaro, illustro.*

Inoffensus, a, um * unverletzt. *Us.* Pedem inoffensum referre.

Inofficiosus, a, um, undienstbar. *Syn.* Illiberalis, inhumanus. *V. Illiberalis.*

Ino-

Inopia, æ, Armuth/ Mangel. *Syn.* Egestas, indigentia)(*copia.* *Epi.* magna, summa, tanta. *Usus.* Aliquem ad inopiam redigere. Inopiâ consilii laborare. Inopiâ levare aliquem, inopiæ mederi; Inopiam ferre æquô animô ac tolerare. Inopia Oratoris & jejunitas. *Phras.* Cæsar Hispaniensi bello Pompeji copias in summas angustias compulit, in maximas omnium rerum difficultates conjecit. Cæsar Hispaniensi bello Pompeji copias eò redegit, ut omnium rerum penuriâ laborarent, ut inopiâ premerentur, & conficerentur; ut rerum omnium inopiâ pessimè acciperentur; ut in maximis angustiis difficultatibusque versarentur, ut pluribus incommodis afficerentur, ut plurima sustinerent incommoda. Hispaniensi bello Pompeji copias Cæsar ad rerum omnium egestatem adduxit; Pompeji exercitum Cæsar non solùm ad summam rerum bellicarnm indigentiam, sed ad ipsius victûs angustias redegit. *V. Egeo. Pauper.*

Inopinans, tis, * ungewahr / nicht vermuthend / nicht vermeinend. *Us.* Multos in agris inopinantes deprehendit.

Inopinate * unversehens / unvermuthlich. *Usus.* Inopinatè, præter spem accidit.

Inopinatus, a, um, unvermeinet / unvermuthet. *Syn.* Nec opinatus, recens, improvisus. *Us.* Omnia repentina & inopinata, graviora. Dictu inopinatum atque mirabile. Ex inopinato observare aliquem. *V. Improviso.*

Inopportunus, a, um, grob / ungelegen / ungereimt. *Syn.* Importunus, alienus, incommodus.)(Opportunus. *V. Odiosus.*

Inops, pis, dürfftig / bedürfftig / arm. *Syn.* Pauper, nudus, impotens.)(*abundans.* *Usus.* Inops rei alicujus, à re aliqua; Inops ærarium, & exhaustum. Humanitatis inops & inurbanus homo. *V. Pauper.*

Inordinatus, a, um, ungeordnet. *Syn.* *Perturbatus*, *confusus.*)(*ordinatus.* *Us.* Ex inordinato in ordinem reducere. *V.* Sine *Ordine.*

Inornatè, unzierlich. *Syn.* Incultè.

Inornatus, ungeziert. *Syn.* Inconditus, incomptus, agrestis, horridus, sine nitore & palæstra.)(*ornatus.* *Usus.* Inornata mulier, oratio. Nuda & inornata inventio. *V.* Incultus.

In præsentiâ, anjetzo / gegenwärtig. *Syn.* In præsenti, *in* præsens tempus, in hoc tempore præsenti,)(*in posterum. in posteritatem.* *Usus.* Periculum in præsentiâ atque ante oculos positum est.

Inprimis, fürnemlich. *Syn.* Cumprímis. *Usus.* Inprimis te amo. Argumentum inprimis firmum.

Inquam, ich sage. *Syn.* Dico, ut dico, ut dixi, ùt institui dicere. *Usus.* Hoc, inquam, dico.

Inquies. * unruhig. *Syn.* Inquietus. *Usus.* Humanum genus inquies & indomitum.

Inquietatio, nis * Verunruhigung.

Inquieto, as * beunruhigen. *Syn.* turbo.

Inquietus, a, um * unruhig. *Syn.* Turbulentus. *Usus.* Ingenio inquieto & in novas res avido. *Phras.* Homo est inquieto planè ingenio; sine furore & amentia animus ejus consistere non potest; nec vigilans nec in somnis mente consistit; acer, ad vim promptus, ad seditionem paratus, turbulenter & turbidè facit omnia; vir moribus turbidus & ingenio minimè otium patiente; Inopiâ rei familiaris & conscientiâ scelerum indies ejus animus magis agitatur. Impiger, factiosus; avidus potentiæ honoris, divitiarum; cui solenne nihil; nihil neque intactum neque quietum pati, omnia agitare.

Inquilinus, Einwohner. *Syn.* qui in alienis ædibus habitat, præsertim conductis. *Usus.* Non inquilini solùm, sed & mures ex ædibus migrârunt. Philosophia inquilina.

Inquinatè, unflätig. *Syn.* Barbarè, pravè, incomptè loqui.

Inquino, as, besudeln / bemackeln. *Syn.* Contamino fœdo. *Usus.* Vitiis se, flagitiis, omnibus scelerum sordibus, libidinibus inquinat. Famam alicujus criminibus, humanitatem civitatis sævitiâ inquinare. Voluptatibus inquinare. *V. Maculo.*

Inquiro, ere, nachforschen / erkundigen. *Syn.* perquiro, acquiro. *Us.* In se, in civium mores, in reum inquirere; Inquirere in ea, quæ memoriæ sunt prodita, *V. Indago.*

Inquisitio, nis, Nachfrag / Nachforschung.

ſchung. *Syn.* Diſquiſitio, inveſtigatio veri. *Epi.* prænuncia, propria. *Uſus.* Reus abſens contra inquiſitionem accuſationis eſt defenſus.

Inquiſitor, is, Ausforſcher. *Syn.* Conquiſitor. *Uſus.* Reorum inquiſitorem ſapientem eſſe decet.

Inſanabilis, e, unheilbar. *Syn.* deſperatus. *Uſus.* Morbus, plaga, contumelia inſanabilis.

Inſanè, gar ſehr/ hefftig. *Syn.* vehementer, cum impetu.

Inſania, æ, Unſinnigkeit / Tollheit. *Syn.* furor. *Epi.* Non mediocris, moleſta, naturalis, præſens, ridicula, tolerabilis, utilis. *Uſus.* Inſania eſt mentis ægrotatio & morbus. In inſaniam incidere; aliquem ad inſaniam adegit. Inſaniâ & dementiâ flagrare. *Phras.* Vi doloris ita inſaniit, ut mentem, ut rationem nunquam receperit; ut rationem in perpetuum amiſerit, ut ad ſanitatem nunquam redierit. Vi doloris in morbum inſaniæ ita incidit, ut nunquam poſteà convaluerit, ut nunquam furorem depoſuerit, ut bonam mentem nunquam revocaverit, ut a furore & dementiâ nunquam ſe ad ſanitatem retulerit. Vi doloris ita diſceſſit à mente, ita mentem perdidit, ut illum nemo poſtea ratione præditum viderit. Inſaniæ morbo ita affectûs eſt vi doloris, ut nunquam poſtea convaluerit. *Vid. Furor.*

Inſanio, ire, unſinnig ſeyn. *Syn.* Deſipio, furo, mentem amitto, alienus ſum à ſanitate, vaticinor, ſanus non ſum, deliro. *Adv.* apertiſſimè. *Uſus.* Inter omnes, qui inſaniunt, inſaniſſimus. In alienos inſanus inſaniiſti. *V. Furens, Furo.*

Inſanus, a, um, unſinnig / thöricht. *Syn.* non ſanus, amens, furens, fanaticus, veſanus, alienus à mente, à ſanitate, à conſtantiâ, à ſeipſo diſcedens; ſuæ mentis non compos, cui ſanitas non eſt, cui mens à ſua ſede & loco dejecta eſt; qui non eſt in poteſtate mentis; qui de poteſtate mentis, de conſilio, de ratione, de mente exivit. *Uſus.* Homo fraternis flagitiis, ſororis ſtupris inſanus. *Phras.* Inſanus eſt; præceps, amentiâ fertur; mente effrœnata eſt ac præcipiti; væcors, mente captus; Tragico Oreſte & Athamante dementior, vinculis conſtringendus; à mente deſertus, lymphato ſimilis, à ratione averſus, delirat; mens eum reliquit, mentis lumine obcœcatus eſt. *Vid. Furioſus. Furens.*

Inſatiabilis, e, unvergnüglich/ unerſättlich. *Syn.* Inſaturabilis. *Uſus.* Inſatiabili gaudiô completur. Inſatiabilis voluptas, cupiditas. *V. Satis.*

Inſaturabilis, unerſättlich. *Syn.* Inſatiabilis. *Uſus.* Inſaturabile abdomen.

Inſaturabiliter, unerſättlich. *Syn.* ſine ſatietate.

Inſcendo, ere, * auffſteigen/ einſteigen. *Syn.* Inſcendere in arborem.

Inſciens, tis, ungeſcheid / unwiſſend. *Syn.* Imprudens.)(*Sciens.* *Uſus.* Inſciens feciſti, an ſciens? *Vid. Imprudens.*

Inſcienter, unwiſſentlich. *Syn.* Imprudenter.

Inſcientia, æ, Unwiſſenheit / Unvernunfft. *Syn.* Ipſum non ſcire, inſcitia.)(*Scientia.* *Epi.* multa. *Uſus.* In maximis mihi erroris & inſcientiæ tenebris lumen prætuliſti. Inſcientia multa verſatur in vitio. *V. Ignorantia. Ignoro.*

Inſcitè, ungeſchicklich. *Syn.* Imperitè.)(*ſcitè.* *Uſus.* Inſcitè nugari.

Inſcitia, æ, Unwiſſenheit. *Syn.* Inſcientia, imprudentia, ſtultitia. *Epi.* Miſerabilis, ſumma. *Uſus.* Ineuntis ætatis inſcitia ſenum prudentia eſt regenda. Magna eſt in illo inſcitia. *V. Stultitia.*

Inſcitus, a, um, ungeſchickt. *Syn.* Inelegans, malè compoſitus, abſurdus. *V. ineptus.*

Inſcius, a, um, unverſtändig. *Syn.* Inſciens, rudis, imperitus. *Uſus.* Tu me ignarô, inſciô, nec opinante hoc auſus es? Non ſum inſcius, magnam eſſe Hiſtoriæ utilitatem. *V. Ignarus.*

Inſcribo, ere, einſchreiben. *Syn.* Incido, imprimo. *Uſus.* Veſtris monumentis, in veſtris monumentis, nomen ſuum inſcripſit. Libellum meum Oratorem inſcripſi. Epiſtola Patri inſcripta. Sibi aliquid in animo inſcribere. *Vid. Scribo.*

Inſcriptio, nis, Uberſchrifft / Auffſchrifft. *Syn.* titulus. *Epi.* Plenior, præclara, falſa. *Uſus.* Decernere alicui ſtatuam cum inſcriptione præclarâ.

Inſcul-

Insculpo,ere, eingraben. *Syn.* Imprimo, inscribo. *Us.* Natura inscripsit in mentibus nostris, esse Deos. Res animo insculptas habere; omnibus insita est, & insculpta Deorum notitia. *V. Sculpo.*

Inseco, as, einschneiden. *Syn.* Incido, seco.

Insectatio, nis, * Scheltung. *Us.* Abstinere aliorum insectatione.

Insector, aris, nachsetzen / nachhängen / nachfolgen. *Syn.* Consector, insequor, peto, agito, exagito. *Adv.* nimicè, insolenter, petulantissimè, vehementer. *Us.* Clamore aliquem, contumeliis, minis, maledictis insectari. Insector ultrò, & insto accusatori, & urgeo. Miserorum fortunam insectari; invehi in aliquem. *V. Agito. Vexo.*

Insedatus, a, um, ungestillet. *Syn.* Commotus.)(*Sedatus.* *Usus.* Grave, turbulentum, insedatum genus hominum.

Insepultus, a, um, unbegraben. *Syn.* Inhumatus.)(*Sepultus.* *Usus.* Miseri & insepulti acervi Civium.

Insequor, i, nachfolgen / nacheilen. *Syn.* Insector, sequor, persequor, subsequor, excipio. *Adv.* acriter, longiùs, necessariò, undique. *Usus.* Insequor fugientem; Insequi aliquem strictô gladio. Suspicio subsequitur facta improborum. *V. Sequor.*

Insero, ere, einmischen / hinein thun. *Syn.* Impono, immitto. *Us.* Pueris cibum in os inserere; collum in laqueum, manum in peram inserere. 2. *Immisceo.* Deos minimis rebus, falsa veris, se negotiis inserere.

Inservio, ire, dienen / dienstlich / nutz zu etwas seyn. *Syn.* Servio, operam do, vel navo, *Adv.* fideliter, studiosè. *Us.* A quo plurimum sperant, huic plurimum inserviunt. Inservire suis commodis, reip. commodo, alterius honori, voluptati, auribus. *V. Servio.*

Insideo, ére, auf etwas sitzen. *Syn.* hæreo, inhæreo. *Adv.* Penitùs. *Us.* Macula in repub. penitus inhæsit atq; inveteravit. Ita tibi insidet suspicio, ut penitus evelli non possit. Si hic fervor mentis tanquam in venis medullisque inhæserit, &c. Insidet in animo dictum, opinio, dolor.

Insidiæ, arum, Hinterlist / Nachstellung. *Syn.* Fraus. *Epi.* Abstrusæ, clariores luce, crudeles, domesticæ, fictæ, manifestæ, mediæ, multæ, nefariæ, occultæ, præsentes, quotidianæ, tantæ & tam absconditæ, urbanæ. *Us.* Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm quæ latent in simulatione officii. Insidias fortunis alicujus s. alicui *tendere*, moliri, parare, comparare, machinari, struere, instruere, facere, ponere, opponere, collocare, adhibere. In insidias se *ponere*, locare, collocare. In Insidiis considere; In insidias *incidere*, venire, intrare. Insidias *cavere*, antevenire, vitare, patefacere, detegere, excipere. *Phras.* Insidias Clodii vix effugit Tullius; multi Tullio doli nectebantur; multas ejus petitiones ita conjectas, ut vitari vix posse viderentur, parva quâdam declinatione, &c, ut ajunt, corpore effugit. Multis captabatur insidiis Cicero; multos in ejus caput subornabat Clodius; Intestinâ fraude & domesticis insidiis de ejus vitâ nefariè cogitabat & moliebatur; ferrô & insidiis ejus caput appetebat, ut prope abesset, quin in insidias præcipitaret.

Insidiator, is, Laurer / Nachsteller. *Usus.* Insidiator bonorum.

Insidior, aris, lauren / heimlich nachstellen. *Syn.* Insidias facio, pono, tendo; periculum intendo; insidias adhibeo, paro, comparo, instruo; observo, vim vel arma intendo. *Usus.* Catilina insidiatus est. *Phras.* Quorum ego fide nitebar maximè, ii mihi insidias fecerunt. Quibus ego fidei habebam plurimum, quibus apprimè credebam, quorum in fide multùm ponebam, quorum esse minimè dubiam aut infirmam fidem existimabam, ii mihi insidiosè vim, damna, ignominiam intulerunt, detulerunt; ii me insidiosè tractarunt, insidiis me petiverunt, obsederunt, oppresserunt, prodiderunt; ii à me defecerunt, desciverunt; ii mihi insidiati sunt mihi insidias paraverunt; contra me dignitatemque meam insidias posuerunt; per insidias nocere mihi conati sunt, insidias mihi collocârunt, insidias mihi per nefarios homines comparârunt, ex insidiis vitam meam petiverunt, insidiis jugulum meum petiverunt.

Insidiosè, betrüglich / hinterlistig. *Syn.* Fraudulenter, ex insidiis. *Usus.* Insidiosissimè & perfidissimè tractare aliquem; Insidiosè redire in gratiam.

Insidiosus, a, um, hinterlistig / nachstellend. *Syn.* Fraudulentus, dolosus, perfidiosus, simulator, fallax. *Usus.* Apertis inimicis resistere, insidiosis amicis non credere. *V. Perfidus.*

Insigne, is, ein Zeichen / Kennzeichen. *Syn.* Signum, indicium, nota, monumentum, ornamentum. *Epi.* Clarissimum, obscurum,

rum, oppressum, regium, singulare. *Us.* Fasces & secures dignitatis insignia. Bulla ornamentum Pueritiæ, insigne fortunæ. Omnia honoris, Imperii insignia & ornamenta ceciderere. Multi insignia virtutis sine virtute consequuntur. Toga pacis insigne & otii. Insignia &[illegible]mina Orationis.

Insignio, ire, * **zeichnen / bezeichnen.** *Syn.* Signis noto, distinguo. *Usus.* Insignitæ notæ veritatis.

Insignis, e, **gezeichnet / ausbündig / vortrefflich / berühmt.** *Syn.* Manifestus, clarus, apertus, nobilis, nobilitatus, conspiciendus, notatus, egregius, præstans. *Us.* Vir genere insignis. Res ad laudem & gloriam insignis; vir notis turpitudinis insignis. Insigne indicium mei in te amoris habes. *V. Egregius. Summus.*

Insignitè, **überaus / ausbündig.** *Syn.* Insigniter, apertè. *Usus.* Homo insignitè improbus.

Insigniter, **gar sehr / trefflich.** *Syn.* Insignitè *Us.* Insigniter impudens; insigniter aliquem diligere. *V. Egregiè.*

Insilio, ire, * **auf etwas springen.** *Usus.* Insilire in equum.

Insimulatio, nis, * **Beschuldigung / Zeihung.** *Syn.* Accusatio.

Insimulo, as, **beschuldigen / zeihen.** *Syn.* Accuso, criminor, arguo. *Adv.* Communiter, falsò. *Usus.* Probri, flagitii insimulare aliquem. *V. Culpo.*

Insinuatio, nis, **Einschleichung.** *Syn.* Circuitio. *Usus.* Insinuatio ejusmodi debet esse, ut occultè per dissimulationem benevolum faciat Auditorem.

Insinuo, as, **sich einliebeln.** *Syn.* Influo, irrepo. *Adv.* Familiariter, penitus. *Usus.* Insinuare se & immergere in familiaritatem, consuetudinem aliorum, in sermonem, in causam. Cave, ne blandiatur & se insinuat improbus. [illegible]n animis insinuare. Sol æstum per tecta insinuat. *V. Familiaritas.*

Insipiens, tis, **Thor / unweiß.** *Syn.* Stultus, excors, vecors, sine corde & palato. *Us.* Animus insipiens. Nihil insipiente fortunato intolerabilius. *V. Stultus.*

Insipienter, **thörlich.** *Syn.* Stultè.

Insipientia, æ, **Thorheit.** *Syn.* Stultitia. *Usus.* Nullum insipientiâ magis malum est. *V. Stultitia. Ineptia.*

Insisto, ere, **auf etwas steiff und stet stehen.** *Syn.* Consisto. *Adv.* Importunè. *Us.* Donec ad finem perveniat oratio, & insistat. Exercitus non referet pedem, sed insistet. Insistere singulis gradibus. 2. *Urgeo.* Curæ, rebus magnis, vestigiis laudum [l.] majorum insistere. Munus suum, negotia, iter insistere. Via lubrica, in qua insistere vix possis.

Insitio, nis, **Einzweigung / Einpfropffung.** *Syn.* Consitio.

Insitivus, a, um, **eingesetzt / eingeimpffet.** *Syn.* Non nativus, insitus.

Insitus, a, um, **eingepflanzt.** *Syn.* Innatus, ingenitus, naturalis, ingeneratus, inhærens, inustus.)(*Assumptus, adventitius.* *Us.* Quod est penitus insitum moribus, quod in animâ penitus insitum est & affixum. Huic populo libertas est insita. Insitæ & cognatæ in animo notiones. 2. *Insertus.* In Læliorum gentem subitò insitus. *V. Hæreo.*

Insatiabilis, e, **ungesellig.** *Usus.* Homo omnibus insociabilis.

Insolens, tis, **seltsam / ungewöhnlich / frech.** *Syn.* Imperitus. *Us.* Harum rerum planè sum insolens & ignarus. 2. *Insolitus.* Nullum verbum insolens ponere audebat. 3. *Superbus, elatus.* Honores insolentem te faciunt. Insolens in dicendo. 4. *Cupidus.* Insolens in pecuniâ. 5. *Molestus.* In re pervulgatâ multus sum & insolens. *Phras.* Homo est ex honoribus admodum insolens; honores ei multam verborum jactationem excutiunt; intolerabili petulantiâ, quam etiam diuturna impunitate munivit, utitur. Potens ac florens per medium forum volitat; insolentiâ dominatus animos extulit; nemo hominem furentem, exultantem, alacrem, lætum, sibi præfidentem, tripudiantem, insultantem in omnes, insolenter se efferentem satis contineat; legum laqueis constringat. Quanta insolentia hominis, quantum fastidium, qui ejus animi, quis i[illegible], quæ ferocia, quæ intemperies? N[illegible] privati insaniam, sed Regis insolentiam diceres; unius animos ac spiritus vix urbs capit, adeò jam diu per licentiam summam eludens Magistratibus insultat. Ferocem honores faciunt, quòq; impuniti[illegible]m, eò effrenatiorem. Nimiis animis omnes spernit; Ingenio ferox & amicis fretus, secundis rebus immodestus & intolerabilis, tantam sibi arrogantiam, tantos spiritus sumit, ut ferendus non videatur. Incedit per ora vulgi magnificè.

Insolenter, hoffärtig / vermessen. *Syn.* immoderatè, arroganter, superbè. *Us.* Efferre se, gloriari insolenter.

Insolentia, æ, Ungewöhnlichkeit / Ubermuth / Hoffarth. *Syn.* intolerantia. *Epi.* singularis. *Usus.* Illa tua singularis insolentia, superbia, contumacia. Tanta insolentia, ut neminem liberum ducat. 2. *Consuetudo.* Moveor loci insolentia. *V. Superbia. Arrogantia.*

Insolitus, a, um, ungewöhnlich / nicht bald erhört. *Syn.* Insolens, insuetus, novus, inusitatus, minime tritus, inexpertus. *Usus.* Insolitam lucem aspicere; Insolita gloria mihi advenit. *V. Novus.*

Insomnium, ii, Traum / Traum-Gesicht. *Syn.* somnium. *Us.* Hæc metuo, ne insomnia sint.

Inspectio, nis, Besichtigung. *Us.* Nos nunciationem solum habemus, Consules etiam inspectionem.

Inspecto, as, besichtigen. *Usus.* Me inspectante hoc fecisti.

Insperans, tis, der nicht hoffet.)(*Sperans.* *Usus.* Salutem insperantibus reddidisti. Insperatum ac improvisum malum nos oppressit.

Insperatus, a, um, unverhofft. *Us.* Occasio insperata, nec opinata; gaudium insperatum. *V. Improviso.*

Inspergo, ere, besprengen. *Syn.* Perspergo, respergo. *Us.* Inspergere aliquem lingua. Molam ac vinum extis inspergere.

Inspicio, ere, Ansehen / Einschauen. *Syn.* aspicio, conspicio, speculor, inspecto. *Us.* Hortos, ædes, tabulam, agros inspicere. Quid discat puer, inspiciam læpissimè.

Inspiro, as, * einblasen. *Usus.* venenum inspirare. *V. Instinctum.*

Instabilis, e, unbeständig. *Syn.* mutabilis fortuna. *V. Inconstans.*

Instans, tis, gegenwärtig / vorhanden. *Syn.* Præsens tempus, punctum temporis, vestigium temporis. *Us.* Fit ad punctum temporis, quod dicunt in instanti. 2. *Imminens.* Instans periculum.

Instar, gleich wie. *Usus.* Quasi simile, ferè. *Us.* Navis instar urbis. Tu mihi es instar omnium. Latere est mortis instar. *Vid. Similis. Quasi.*

Instauratio, onis, Erneuerung / Wiedereinrichtung. *Syn.* Renovatio.

Instaurativus, a, um, wiederum erneuert. *Usus.* Ludi instaurativi.

Instauro, as, erneuern. *Syn.* Renovo. *Us.* Instaurare animum collapsum. Aciem, bellum, cædem instaurare.

Instigatio, nis, Anhetzung / Anreitzung. *Syn.* Permotio, impulsio.

Instigo, as, anreitzen, anhetzen. *Syn.* Sollicito; impello. *V. Impello. Excito.*

Instillo, as, eintröpffeln. *Usus.* Lumini oleum instillare. *V. Infundo.*

Instinctus, a, um, angereitzt / verhetzt. *Syn.* Instigatus. *Usus.* Homo nefario furore, ira, audacia instinctus.

Instinctus, ûs, Anmuthigung / Verhetzung. *Syn.* Instigatio, afflatus, impulsus. *Usus.* Non sine cœlesti & divino afflatu atque instinctu.

Institor, is, * Krämer / Unterhändler / Trödeler. *Syn.* Negotiator. *Us.* Institorum & opificum multitudo. *V. Mercator.*

Instituo, ere, fürnehmen / Anschlag machen. *Syn.* Decerno, constituo. *Adv.* Occultè, sapienter, male, bene, liberaliter, non ita, optimè, parum. *Usus.* Portorium, pœnam instituere. Institueram ad te scribere. Iniquam legem & conditionem institnit. 2. *Incipio* Picturam, amphoram, sermonem instituere. Perge, ut instituisti. Adhibe diligentiam, quam instituisti. 3. *Compono, ordino, dispono, conflo.* Actionem, rationem rei peragendæ; litem instituere; Civitates instituere. Leges scribere, officinam instituere, perficere rem aliquam. 4. *Facio, cieo.* Instituere hæredem, tutorem, testes, accusatores. 5. *Erudio.* Instituere filios ad majorum instituta. Vir litteris, omnibus disciplinis imbutus, institutus. Vita instituta præceptis Philosophorum. *V. Incipio. Ordino. Propono.*

Institutio, nis, Vorhaben / Anordnung / Unterrichtung. *Syn.* Institutum, disciplina, educatio. *Epi.* antiqua, firma, præclara, puerilis. *Usus.* Institutio Doctoris ad cujuscunque naturam accommodanda est, iisdem præceptis, eadem institutione formatur. Ratio & institutio gubernandæ reip. Stoicorum sectam & institutionem persequi. *V. Disciplina.*

Institutum, i, Gesetz / Anstalt / Vorhaben. *Syn.* Instituta, ratio, mos, consuetudo. *Epi* Meretricium, nefandum atque inauditum, novum, nefarium, patrium, vetus. *Usus.* Civitatis leges, Juris publici instituta, mores, consuetudinem nosse.

Tene-

Tenere idem institutum & servare; non naturâ, sed institutô moderatus. Suo instituto uti. Ab instituto aliquem abducere. Ad institutum redire, reverti. *V. Consuetudo. Mos.*

Insto, as, **antreiben/ anhalten.** *Syn.* Urgeo. *Adv.* Cupidiùs, planè, remissiùs, vehementiùs, ultrò. *Usus.* Victis ferociter instare. Operi, vestigiis majorum instare; cupidè instare alicui de aliquâ re. 2. *Immineo, impendeo.* Fatum aliquod impendet nobis, aut instat jam planè aut certè appropinquat; iter, bellum instat. *V. Immineo.*

Instrenuus, a, um, * **faul/ träg/ saumselig.** *Syn.* Indiligens ad res gerendas, minimè promptus. *Usus.* Est hoc signum animi prudentis & non instrenui. *V. Timidus.*

Instrepo, ere, * **rauschen.** *Us.* Si quid terroris instrepat.

Instructio, onis, **Bericht/ Nachricht.** *Syn.* Apparatio, dispositio. *Us.* Instructio militum, lignorum, rei bellicæ. *Vulg. doctrina.*

Instructor, is, **Zurüster/ Zubereiter.** *Syn.* Structor, qui convivii & mensæ instruendæ curam habet. *Us.* Instructores & conditores convivii. Instructores legionum.

Instructus, ûs, * **Zurüstung/ Zubereitung.** *Syn.* Apparatus. *Us.* Eôdem instructu ornatuque comitatus.

Instrumentum, i, **Werckzeug.** *Syn.* Supellex, apparatus, subsidium ad aliquid agendum. *Epi.* forense, litigiosum, acre, fractum ex vulgi opinione, exiguum sanè atque modicum, magnum, præclarum, tantum, vulgare. *Us.* Homo multa instrumenta habet ad discendum. Æs & ferrum belli instrumenta. Arationes magnâ impensâ magnôque instrumentô tueri. Eloquentiam graviorum disciplinarum instrumento locupletare.

Instruo, ere, **zubereiten/ anordnen/ unterrichten** *Syn.* paro, apparo, molior, adorno, comparo, suborno, armo, instituo, ordino, compono. *Adv.* Diligenter, magnificè, scitè, angustiùs, benè, mediocriter, separatim. *Us.* Domum, hortos, convivium instruere, & ornare. Actionem, calumniam alicui, bellum, consilia, classem instruere & apparare. Aliquem ad omne officii munus, consiliis ad negotium idoneis, cultioribus ad eloquentiam acuendam doctrinis instruere & comparare. Accusator instructus & subornatus. Homo ab historia instructus; Provincia copiis & exercitu instructa.

Insuavis, e, **unlieblich.** *Syn.* Injucundus, insulsus.)(*Suavis. Us.* Insuavis sine litteris vita. *V. Odiosus.*

Insuefacio, ere, * **gewöhnen.** *Syn.* Assuefacio. *V. Assuefacio.*

Insuesco, ere, * **gewohnen.** *Syn.* Consuesco. *V. Assuesco.*

Insuetus, a, um, **nicht gewohnt/ ungewohnt.** *Syn.* Insolens, imperitus.)(*Assuetus. Usus.* Insuetus belli. *V. Imperitus.*

Insula, æ, **eine Insul/ Eyland.** *Syn.* Terra undique aquis cincta. *Epi.* Extrema, inculta, magna, media, parva & referta divitiis, plena atque ornata, sacra, tenera, tota, venalis. Insulæ fructuosissimæ, multæ. *Usus.* Fabulæ ferunt in beatorum insulis immortale ævum degere.

Insulsè, **ungeschickt.** *Us.* Ineptè, frigidè loqui.

Insulsitas, tis, **Grobheit/ Ungeschicklichkeit.** *Syn.* Vanitas, stultitia, ineptia. *Usus.* Quis ejus insulsitatem ferat? *V. Ineptia.*

Insulsus, a, um, **ungereimt/ ungeschliffen.** *Syn.* Ineptus, frigidus, absurdus.)(*Salsus. Us.* Adolescens non insulsus. O gulam insulsam! *V. Ineptus.*

Insulto, as, **ungestümlich überher springen.** *Syn.* Irrideo, irruo, illudo. *Adv.* vehementiùs. *Usus.* In miserias alicujus, in omnes, in rempublicam insultare. In calamitate insultare. *V. Insolens.*

Insum, es, **darinnen seyn.** *Syn.* sum, insideo. *Usus.* Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc non insit. Inest in oratore perfecto omnium scientiarum absolutio. In hac vita nihil inest nisi miseria.

Insumo, ere, **ausgeben/ verbrauchen/ verthun.** *Syn.* Impendo. *Us.* Insumere sumptum aut laborem in rem aliquam. *V. Consumo. Impendo. Sumptus.*

Insuo, ere, **einnähen.** *Syn.* Includo. *Usus.* Insui in culeum.

Insuper, **über diß/ ferner.** *Syn.* Præterea.

Insuperabilis, e, * unersteiglich/unüberwindlich. *Usus.* Insuperabilis Alpium transitus.

Insurgo, ere, auffstehen/empor kommen. *Usus.* Altiùs insurgere.

Insusurro, are, einblasen/in das Ohr blasē. *Syn.* Flo, in aurem loquor. *Adv.* Familiariter, simulatè. *Usus.* In aurem ejus quædam insusurravit. Insusurrare eandem cantilenam.

Intabesco, ere, verdorren. *Syn.* Extabesco. *Usus.* Diuturnô morbô intabescere.

Intactus, a, um, unberühret. *Us.* Integer, intactus à subditis Hortensius pervenit ad senectutem. Prima ætatis integra & inviolata servare. Integri omnino, invulnerati, atque inviolati perstitêre.

Intaminatus, a, um, unbefleckt. *Syn.* Incontaminatus.

Integer, ra, rum, unversehrt/ gantz. R. ab *in* & inusit. *tago* vel *tango*. *Syn.* Incorruptus, inviolatus, intactus, castus, solidus, plenus, incolumis.)(*Contaminatus, vitiosus. Adv.* diutissimè, planè. *Us.* Cùm esset exemplum innocentiæ, quô nemo integrior, nemo sanctior; vitæ innocentissimæ, integerrimæ. Dum existimatio, valetudo est integra. Integerrimas gentes, florentes ac integros hostes devicit. 2. *Absolutus, liber.* Omnem causam alicui integram reservare. Rem ad meum reditum integram esse jussi. Recipe me rudem & integrum discipulum. Rem integram ad Senatum referam. 3. *Quod licet.* Si mihi integra omnia & libera essent. Mihi integrum est facere, vel non facere. Hæc re adhuc integrâ feceram. Viderint, quibus integrum est. *Phras.* Integrô & florente exercitu integram victoriam retulit; vulnere intacti, nusquam ante libatis viribus, integri vigentesque cum fessis pugnârunt; eâ victoriâ regnum nobis stetit; Imperium incolume, sarta tecta resp. mansit.

Integrè, unversehrt/ rein/ keusch. *Usus.* Vita integerrimè acta. In amicorum periculis incorruptè, integrè, castè versari.

Integritas, tis, Unsträfflichkeit. *Syn.* Innocentia. *Epi.* Cautior & diligentior, gratissima, incorrupta, par, provincialis, singularis, spectata, summa, tanta. *Usus.* Integritas corporis, valetudinis. Singularis alicujus integritas & continentia; fides multis magnisque rebus spectata. Integritas incorrupta Latini sermonis.

Integro, as, erneuern / ergäntzen. *Syn.* Reficio, recreo. *Usus.* Animus defessus audiendo risu vel admiratione integratur.

Integumentum, i, Decke / Kleid. *Syn.* Involucrum. *Usus.* Frontis integumentô uti ad occultanda vitia. Aliquando evolutus es integumentis dissimulationis tuæ. Per quædam involucra & integumenta perspicere aliquid.

Intellectio, onis, Verstand. *Usus.* Intellectio est, cùm totum de parte vel contrà intelligitur.

Intelligens, tis, verständig / gelehrt.)(*Idiota. Usus.* Teretes aures habet & intelligens judicium. Existimatur doctus, & cujusvis generis intelligens.

Intelligenter, verständlich. *Syn.* Cum docilitate. *Vulg.* Intelligibiliter. *Usus.* Intelligenter audiri.

Intelligentia, æ, Verstand/ Einsicht/ Erkäntnis. *Syn.* Prudentia, cognitio, scientia, notio. *Epi.* Animalis, communis, difficilis, magna, mediocris, popularis, præstans, propria, vitiosa, vulgaris. *Usus.* Homines principio rerum omnium adumbratas intelligentias animo ac mente concipiunt, capiunt, habent. Ratione aliquid & intelligentiâ tenere, comprehendere. Honestum in nostram intelligentiam cadit. Intelligentiam suam intendere, infigere in aliquid. Intelligentiâ præstare & aliis anteire. Pars animæ, intelligentiæ & rationis particeps. Commune judicium & popularis intelligentia.

Intelligo, ere. verstehen. *Syn.* Cognosco, sentio, teneo, capio, percipio, interpretor; mente complector, perspicio; cogitatione comprehendo, complector, perspicio, animadverto; intelligentiam rei habeo, intelligo, accipio, disco, animo percipio; intelligentiâ & ratione comprehendo, teneo, constrictum conscientiâ teneo; persequor, sententiam alicujus interpretor. *Adv.* Acriter, diligenter, haud sanè, malè, meliùs, non ferè, non tam, optimè, penitus, planè, præclarè, prorsus, prudenter, pulchrè, quàm primùm, rectè. *Usus.* Cernere & intelligere aliquid animô, Intellexi ex epistolis tuis.

Phras.

Phras. Plus se quam cæteros sapere, & intelligere arbitratur. In rebus oratoriis se præcipuâ intelligentiâ esse, solertissimè se perspicere omnia, nihil suæ intelligentiæ vim & notionem fugere, sibi uni eruditos oculos esse arbitratur. Litteræ tuæ, quod facile cognoverim, ei perjucundæ fuerunt. Litteræ tuæ, quod facilè intellexerim, senserim, conjecerim, judicaverim, nôsse potuerim, ei perjucundæ fuerunt. Tuæ litteræ, quod facilè intelligere, sentire, conjicere licuit, summam ei voluptatem attulerunt. Litteræ tuæ, quantùm conjecturâ consequi licuit, lætitiam ei pepererunt. Ut percipere, colligere, animadvertere potui; ùt signis, cogitatione comprehendere potui; ùt animo, animis, mente, mentibus comprehendere potui, litteræ tuæ summum ei gaudium, summamque jucunditatem attulerunt. Quantùm mens mea capere potest; ùt ego à multis, quorum minimè dubia fides est, accepi, tuæ litteræ magnâ eum lætitiâ affecerunt; tuæ litteræ magna eum voluptate perfuderunt.

Intemperans, tis, unmäßig.)(*Temperans. Syn.* Immoderatus, intemperatus, qui se in omni libidine effundit, libidinosus, impurus, cupidus.)(*Temperans. Adv.* valdè. *Usus.* Intemperans in rei alicujus cupiditate. Libidinosa, intemperans Adolescentia. Immoderatissimæ perpotationes. *V. Immodestus.*

Intemperanter, unmäßiglich. *Syn.* Intemperatè, insolenter, immoderatè re aliquâ abuti.

Intemperantia, æ, Unmäßigkeit. *Syn.* Intemperies, incontinentia, insolentia.)(*Temperantia. Epi.* Immoderata, impudentior, impura, inimica, moderata, multa, tanta, turpior. *Usus.* Intemperantia est à tota mente, & rectâ ratione defectio, omnium eadem perturbationum mater. Explere alicujus intemperantiam. *V. Luxuria.*

Intemperatè, unmäßiglich. *Syn.* Intemperanter.)(*Temperatè.*

Intemperiæ, arum, höllische Plag-Geister. *Usus.* Quæ te intemperiæ agitant? *V. Furia.*

Intemperies, ei, Unmäßigkeit. *Syn.* Immodestia, procacitas. *Us.* Intemperiem hominis ferre non possum. *V. Immodestus.*

Intempestivè, ungelegen. *Syn.* Præposterè.

Intempestivus, a, um, unbequem/ ungelegen. *Syn.* Præposterus, perversus. *Usus.* Intempestivum convivium, intempestiva, loquacitas, epistola.

Intempestus, a, um, stiller Nacht-Zeit eigen. *Syn.* Concubius. *Usus.* Nocte intempestâ adfuit.

Intendo, ere, ausspannen. *Syn.* Porrigo, extendo, intento.)(*Remitto. Adv.* longiùs, malitiosè, quàm maximè. *Usus.* Intendere oculos, mentem, cogitationes ad rem aliquam, ad negotia. 2. *Exerceo, ago, utor.* Intendere & remittere vocem, animum. 3. *Conor, enitor.* Aliquò suam cupiditatem intendere. Curam rei alicui intendere. Quid intendit, quid cogitat? Animos defigere & intendere aliquò. 4. *Infero, paro, molior.* Litem, crimen, actionem, in aliquem intendere; se adversarium in magistratum alicujus intendere. *V. Conor.*

Intensè, ernstlich. *Syn.* Ardenter, vehementer, acriter, magnâ cupiditate. *Usus.* Illud longè intensiùs concupiscimus, quod &c.

Intentio, onis, das Ausstrecken/ Spannen/ Absicht/ Zweck/ Meynung. *Syn.* contentio, diligentia.)(*Remissio. Usus.* Mentem à cogitationum intentione ad tranquillitatem revocare. Animi intentio. 2. Mens, *consilium, scopus, animus.* Facti vel intentionis adversariorum cum scripto contentio. *Phras.* Hoc eâ intentione feci; id eâ mente, cogitatione, eo consilio feceram; id contendebam, volebam, spectabam, destinabam; id animo designabam, huc ferebar cogitatione. *V. Scopus. Propositum.*

Intento, as, abschrecken/ trohen. *Syn.* Minor. *Usus.* Arma, crimen, vim, faces, periculum capitis intentare alicui. *V. Minor.*

Intentus, ûs, das Ausspannen. *Syn.* Projectio, porrectio.

Intentus, a, um, aufmercksam. *Syn.* attentus. *Usus.* In eas imagines mentem intentam & defixam habebat. Animus intentus ad faciendum. Intentis oculis aliquid acerrimè contemplari. Intentus Dux recipiendo exercitui. Erecti suspensique in minimè gratum spectaculum intentos oculos habebant. *V. Attentus.*

Inter, unter. *Syn. ratione numeri.* Galba inter tot æquales unus excellens. Inter me & te multa sæpè disceptatio. 2. *Vicissim.* Se amant, loquuntur inter se. Homines inter alii aliis prosunt. Mirum, quòd vos inter vos risum tenere possitis. *Phras.* Inter doctos censeri velim; in gregem doctorum me conferri, in doctorum numero reponi, in doctis referri, ad doctos aggregari valde cupio.

Intercalaris, e, einzuschaltend / einzurückend. *Syn.* Februarius, quòd in eo dies unus interponitur. *Us.* Calendæ intercalares, dies intercalaris, Schalttag. Mensis intercalaris, Schaltmonat. Annus intercalaris Schaltjahr.

Intercalarius, a, um, darzwischen kommend. *Syn.* Intercalaris.

Intercalo, as, zwischen einsetzen / einrücken / einschalten. *Syn.* Interpono, adjungo, prorogo. *Usus.* Num Romæ intercalatum sit, ad me perscribe. Cura, ut simus annui, ne intercaletur.

Intercapedo, inis, geraume Zeit. Intervallum, intermissio. *Us.* Non pœnitet me intercapedinem scribendi studendique fecisse.

Intercedo, ere, darzwischen seyn / darzwischen kommen. *Syn.* Intersum, intervenio. *Usus.* Gaudiis fere ægritudo, læta tristibus intercedunt; inter nos vetus usus, consuetudo, amicitia, magna officia & paria intercedunt. Inimicitiæ mihi cum illo, dissensio intercedit. Nox una intercesserat. 2. *Rogando impetro.* Verbitten / einen vertretten. Nullum meum dictum factumve pro Cæsare intercesserat. 2. *Commendando procurare.* Intercessi pro eo magnam pecuniam, auswürcken. 3. *Obsto, adversor, reluctor, resisto.* Sententiæ, legi, authoritati alicujus intercedere. Meæ rogationi nemo tribunorum intercessit.

Interceptio, onis, Auffahung. *Us.* Interceptio poculi, prædæ, manubiarum.

Interceptor, is, * Auffänger. *Usus.* Prædæ interceptor, & fraudator.

Intercessio, onis, Widerstand / Vorbitt. *Syn.* vulgus oppositionem vocat in caussis forensibus. *Epi.* Pestifera. *Us.* Intercessio stultitiam intercessoris arguebat.

Intercessor, is, Verhinderer / Vorbitter. *Syn.* obstans & resistens. *Epi.* gravissimus, iniquissimus. *Us.* Nullo intercessore legem pertuli. Intercessorem parare.

Intercido, ere, verfallen. *Syn.* cado. *Usus.* Pereant amici, dum unà intercidant inimici. *V. Cado.*

Intercido, ere, zerschneiden. *Syn.* interscindo. *Usus.* Meæ ædes intercisæ.

Intercipio, ere, auffangen. *Syn.* In itinere capio, aufero. *Usus.* Literas operire, intervertere, intercipere.

Intercisè, zerschnittener weis. *Usus.* permistè dicere.

Intercludo, ere, verhindern / hintertreiben. *Syn.* Prohibeo, nego. *Usus.* Iter alicui, fugam, commeatum, adversæ fortunæ perfugium, libertatem intercludere. Aditus ad aliquem omnes intercludere. Locum præsidiis interclusum tenere. Legio à reliquo exercitu interclusa. Locus frontibus interclusus; animam alicui intercludere. *V. Impedio.*

Interclusio, onis, Verhinderung. *Syn.* Impedimentum, occupatio. *Usus.* Animæ interclusio atque spiritûs angustiæ.

Intercolumnium, ii, Weite zwischen zweyen Säulen. *Syn.* columnarum intervallum. *Usus.* Signa omnibus intercolumniis disposita.

Intercurro, ere, dazwischen lauffen. *Syn.* Intercedo, intervenio. *Usus.* Pugnantibus intercurrere civitatis Principes. *V. Intervenio.*

Intercursus, ûs, * Vermittelung / Darzwischenkunfft. *Syn.* Interventus, intercessio. *Us.* Consulum intercursu rixa sedata est.

Intercus, tis, das zwischen Fell u. Fleisch ist. *Us.* Aqua intercus est morbus, quem hydropem Græci vocant. Wassersucht. Medicamentum dare ad aquam intercutem.

Interdico, ere, verbieten / untersagen. *Syn.* Prohibeo, veto, decretum interpono. *Us.* Aquâ & igni interdictus. Pro meretriciis amoribus interdictum est. Prætor de fossis minimisque rebus interdicit. Huic fune vox interdicatur. Societate Christianorum alicui interdicere Ecclesiæ est. Commercio, consuetudine, usu, sacris, sacrorum usu, fanis, convictu Christianorum alicui interdicere. Christianorum cætu aliquem arcere, excludere, Ecclesiæ est. *V. Prohibeo.*

Interdictio, onis, Verbiethung / Untersagung. *Syn.* Interdictum.

Interdictum, i, Verboth. *Syn.* Prætoris edictum, vetandi formula. *Epi.* Tyrannicum,

nicum, quotidianum. *Us.* cum aliquo interdicto contendere. Interdicta respuere.

Interdiu, des Tags über. *Usus.* Noctu an interdiu?

Interductus, ûs, Zwischen-Zug. *Syn.* distinctio vel nota. *Usus.* Oratio non spiritu pronunciantis, nec interductu librarii, sed numero coacta debet insistere.

Interdum, bißweilen. *Syn.* Est, cum; non nunquam. *Us.* Geminatio verborum interdum vim habet, aliàs leporem.

Interea, unterdessen. *Syn.* Interim tantisper, mediis diebus, hoc interim spatio.)(*Postea.* Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea. Tu interea cessabis.

Intereo, ire, sterben/ untergehen. *Syn.* Morior. *Adv.* funditus. *Usus.* Sine dolore interire. Tabulæ illæ incendiô interiêre. *Thras.* Multi Cives peste interiêre, magna civium interitio facta est. Internecio civium consecuta; ad occasum, interitum, exitium civitatis vergunt omnia; ad interitum omnia ruunt; peste civium plurimi confecti, deleti, perditi interiêre. Peste velut incendiô deflagravit civitas. Res, copiæ, civitates pestilentiâ admodum sunt accisæ, perinde ac si internecino bello certatum esset, ita exhausta est civitas. *V. Pereo.*

Interequito, as, * darzwischen reiten. *Usus.* Dux interequitans suos alloquebatur.

Interest, es ligt daran/ist daran gelegen. *Syn.* Refert, ad rem est. *Usus* Tuarum rerum multùm interest; omnium interest; plùs, multùm, permagni interest, quibus modis res fiant. 2. *Differt, distat, differentia* vel *discrimen est.* Inter doctum & rudem plurimùm interest, Inter me & te minùs interest. Inter Zenonem & Aristotelem præter verborum novitatem nihil interest. *Phras.* Hoc tuâ minimùm refert, mea plurimùm; hoc tuâ nullam in partem interest, meâ plurimùm. Hoc ad te nihil, ad me valde pertinet; tua res in hoc nulla, mea verò tota agitur. Hoc ad tuas res momenti nihil habet, vim nullam habet, minimùm valet; ad meas res valet in omnes partes, ad meas res multùm interest, refert; ad meas res multùm habet ponderis. *V. Refert. Oportet.*

Interfari, * einreden/ in die Rede fallen. *Usus.* Tum Appius interfatur.

Interfector, is, Mörder/ Todtschläger. *Syn.* Percussor. *Usus.* Hostes & interfectores reipublicæ.

Interficio, ere, tödten. *Syn.* Neco, eneco, occîdo, ferrô vitam eripio, morte vitam mulcto, interimo, mortem affero. *Adv.* Impunè, nefariè, apertissimè, publicè. *Usus.* Per insidias eum interfecisti. *Thras.* Multi sanè interfecti sunt. Cædes maxima est facta. Hostium copiæ occisione deletæ; mortem multi oppetiêre, sibi conciyêre; mors allata, oblata multis. Acerbissimâ morte affecti, & numero viventium exturbati, jugulati, trucidati, de medio sublati, interempti, luce privati; multi cervices jugulum dedêre, ferrum corpore recepêre; Lux erepta multis, multi securi percussi, vitâ expulsi, ferrô concidêre; suis ipsi manibus vitam exhausere, seipsos morte multarunt. Obtruncati multi, magna cædes perpetrata; mortiferis vulneribus icti cecidêre, quamplurimi spiculis perfossi, gladiis per adversum pectus transfixi, moribundi procubuêre; magna est edita cædes, strages; pecoris modo conscissi, ingenti cæde prostrati, exanimes quoque discerpti sunt. *Vid. Cædes.*

Interjaceo, ere, * dazwischen oder in der Mitte ligen. *Usus.* Interjacebat campus, colles imminebant.

Interjectio, onis, Einwurff. *Syn.* Interpositio. *Usus.* Interjectio verborum.

Interjectus, ûs, Zwischenlegung. *Syn.* Interjectio. *Usus.* Luna terræ interpositu interjectuque deficit.

Interjicio, ere, darzwischen werffen. *Syn.* Interpono. *Us.* Nasus quasi murus oculis interjicitur. Inter illorum ætates interjectus est Cato. In voluptate maxima nullo intervallo interjecto dies noctesque versari. Alii aliis interjecti.

Interim, unterdessen. *Syn.* Interea tantisper, hoc interim spatio. *Usus.* Interim Varus Uticam venit.

Interimo, ere, tödten/ umbringen. *Syn.* Interitum affero, interficio. *Us.* Lucretia seipsam interemit. *V. Interficio.*

Interior, is, innerer.)(*Exterior.* *Usus.* Nihil mente interius. Interior epistola, ædium pars. Interiores litteræ & reconditæ.

Interitus, ûs, Untergang / das Verderben. *Syn.* Occasus, obitus. *Epi.* Acerbus, crudelis, immaturus, justus, optatissimus, paternus, perceler, repentinus, similis, universus, voluntarius. *Us.* Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. Nihil non aliquando ad interitum redigetur. Ea res interitum reipublicæ afferet. Interitus & dissipatio.

Interloquor, eris, * in die Rede fallen / darzwischen reden. *Usus.* Siccine mihi interloqueris.

Interluceo, ere, dazwischen scheinen. *Syn.* emineo, eluceo.

Intermedius, a, um, mittelster / dazwischen seyend. *Syn.* medius. *Usus.* Est quidam interjectus intermedius, & quasi temperatus, in neutro excellens; utriusque particeps, vel utriusque potiùs expers. *V. Medius.*

Interminatus, a, um, ohne End seyend. *Syn.* Infinitus, immensus.)(*Terminatus.*

Interminor, aris, * sehr drohen. *Syn.* Minor. *V. Minari.*

Intermissio, onis, Unterlassung / Stillstand. *Syn.* Intervallum, intercapedo, relaxatio. *Usu.* Nunc propter intermissionem forensis operæ sine ulla minimi temporis intermissione dies & noctes litteris vaco.

Intermitto, ere, unterlassen. *Syn.* Interdum conquiesco, intermissionem vel intercapedinem facio.)(*Retineo. Adv.* jam diu. *Usu.* In maximis occupationibus nonnunquam intermitto studia doctrinæ, consuetudinem pristinam. *V. Omitto.*

Intermorior, ersterben. *Syn.* Pereo, morior. *Us.* Nullum apud te officium intermoritur.

Intermundia, orum, das Mittel der Welt. *Syn.* Inter mundos Epicuri spatia. *Us.* Tanquam modò ex Epicuri intermundiis descendisset.

Internecinus, a, um, verderblich / höchstschädlich. *Syn.* Inexpiabilis, crudelis, ubi necesse sit omnes necari. *Us.* Bellum internecinum.

Internecio, onis, Tödtung / gäntzlicher Untergang / endliches Verderben. *Syn.* Extinctio, interitus. *Epi.* magna. *Usus.* Internecione cives liberavi. Internecionem facere.

Interneco, as, alles nieder machen und ermorden. *Usu.* Hostibus internectis. *V. Interficio.*

Internosco, ere, unter andern kennen / eines von dem andern kennen und unterscheiden. *Syn.* secerno, discerno. *Adv.* difficulter, perdifficiliter. *Us.* Verum à falso; dignum quid sit, an indignum internoscere. *V. Discerno.*

Internuncius, ii, Unterhändler. *Syn.* Interpres. *Epi.* assiduus. *Usus.* Assiduis cum illo internunciis egi.

Intero, ere, * einbrocken. *Us.* Tu intrivisti, tibi exedendum est.

Interpellatio, onis, Verhinderung durch Widerspruch. *Syn.* Interventus. *Usus.* Interpellatione mei familiaris interrupta est mea epistola.

Interpellator, is, Verhinderer / Widersprecher. *Syn.* Interventor. *Epi.* minus molestus. *Usus.* In litteris sine interpellatoribus molestis versor.

Interpello, as, verhindern / widersprechen / einwerffen. *Syn.* Interrumpo, impedimento sum. *Adv.* odiosè, paulùm. *Us.* Tu verò, ùt me interpelles, & appelles, & obloquâre, & colloquâre velim. Ab aliquo interpellari. *V. Impedimentum.*

Interpolo, as, verbessern / ausbutzen. R. πολέω, verto. *Syn.* Renovo. *Usus.* Togam prætextam quotannis interpolare. Ædes, albarium interpolare.

Interpono, ere, zwischen ein setzen. *Syn.* Interjicio, in medio colloco. *Adv.* facetè. *Us.* sæpe etiam versus interponitur. Se, suam fidem in aliquam rem interponere. Authoritatem suam ac operam, studium, laborem pro aliquo interponere. Non interpono meum judicium. Audaciæ alicujus se, legem, religiones interponere. *Phras.* Mediæ orationi leviora argumenta interponimus, inserimus, inteximus, includimus, interjicimus. Me ego nihil interpono, non intercedo rogationi tribunorum, non me sciens prudensque eò demittam, unde exitum videam nullum; in res turbulentissimas me non immittam, non inferam, non intrudam, non offeram, non me implicabo, non me immiscebo; non curabo aliena, meis satis distentus. *V. Implico.*

Interpositio, onis, Unterhandlung. *Syn.* Interjectio. *Epi.* difficilior. *Us.* Cum personarum certarum interpositione.

Inter-

Interpositus,ûs, Zwischensetzung. *Syn.* Interjectus terræ.

Interpres, tis, Dollmetscher/ Ausleger. *Syn.* Explanator, internuncius, conjector. *Epi.* præclarus, religiosus, vaferrimus. Interpretes exercitatissimi, fallaces, indiserti, molles, pudentissimi, publici, veteres. *Us.* Interpretes Poëtarum Grammatici. Astrologus cœli interpres. Per interpretem agere, loqui. Per amicos, sequestres & interpretes judicium corrumpere.

Interpretatio, nis, Auslegung/ Dollmetschung. *Syn.* notatio, Etymologia. *Epi.* satis acuta, nimis calida, indigna, magna, malitiosa, mendax, non molesta. *Us.* Juris, verbi, scripti, vis & interpretatio. Somnia interpretatione explicare.

Interpretor, aris, verdollmetschen/ auslegen. *Syn.* Interpretationem facio; expono; interpretatione explico, expono; rem obscuram declaro. *Usus.* Legum, verborum vim interpretari. Interpretari voluntatem alicujus ex facto. Bene dicta malè, vel mitiorem in partem interpretari. *Phras.* Interpretari Græcum librum, Platonem de Græcis convertere; eadem prope iisdem verbis versa dicere. Quæ Plato Græco sermone tractavit, Latinis litteris mandare. Quæ Græcè leguntur, Latinè reddere, in Latinum convertere.

Interpunctio, onis, Unterscheidung. *Syn.* Interpunctum, interductus. *Usus.* Res parvæ propè in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpunctum, i, Unterschied. *Syn.* Interpunctio, distinctio. *Usus.* Interpuncta verborum.

Interpunctus, a, um, unterzeichnet/ unterschieden. *Syn.* distinctus. *Us.* Interpuncta aliàs & distincta intervalla Orationis delectant.

Interquiesco, ere, mit unter und dazwischen ruhen. *Syn.* Requiesco. *Adv.* Paulùm.

Interregnum, i, Zwischen-Regiment bey verledigtem Thron/ Anstand. *Syn.* tempus, quo Rege vacat regnum, dum novus creatur. *Usus.* Res ad interregnum venit, deducta est.

Interrex, gis, zeitlicher Statthalter/ Interims-Verweser bey verledigtem Thron. *Syn.* qui demortui Regis locum tenet. *Us.* Interregem facere, creare, eligere, prodere.

Interrogatio, onis, eine Frage. *Syn.* figura rhetorica. *Epi.* apta; interrogationes captiosæ, faciles, fallaces, paucissimæ, stultissimæ.

Interrogatiuncula, æ, eine kleine Frage. *Syn.* Rogatiuncula. *Epi.* interrogatiunculæ angustæ, minutæ. *Usus.* Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, effecit.

Interrogo, as, fragen/ forschen. *Syn.* quæro, percunctor, rogo.)(*Respondeo.* *Us.* Interrogari ab aliquo de aliqua re. *Phras.* Multis eum interrogavi, interrogando ursi; quæsivi, quid egisset; requirebam ex eo, sciscitabar, captiosô etiam interrogationis genere utebar, percontabar sollicitè, rogitabam, nihil tamen percontationibus ex eo exsculpere potui.

Interrumpo, ere, verhindern/ unterbrechen. *Syn.* Interpello, dirimo, deleo. *Usus.* Pontem interrumpere. Amicitiam interruptam instaurare. Interruptis ac morientibus vocibus.

Interruptè, zertheilt. *Syn.* Intercisè, incisim, permistè dicere.)(*Continenter.*

Interscindo, ere, zerschneiden. *Syn.* Pontem ei â tergo interscindi jussit.

Interscribo, ere, zwischenschreiben. *Usus.* In literis tuis aliquid interscripseras.

Interseco, as, zerspalten. *Syn.* seco.

Intersepio, ire, * verzäunen/ unterzäunen. *Usus.* Urbem vallô intersepire. Iter interseptum.

Interseptus, a, um, verzäunt/ verlegt/ vermacht. *Syn.* Interclusus, obstructus, vallatus, munitus. *Us.* Iter ad gloriam nemini est interseptum.

Interspiratio, onis, Athem-Holung. *Syn.* Respiratio. *Us.* Æqualibus interspirationibus uti.

Intersum, es, gegenwärtig / dabey seyn. *Syn.* adsum.)(*Desum.* *Usus.* Consiliis, in consiliis aliquorum interesse. Ipse interfui, præsens vidi. 2. *Intercedo.* Inter eos Tiberis & pons interest. *V. Præsens.*

Intertrimentum, i, Verlust/ Schade. *Syn.* Detrimentum.

Interturbatio, onis, * Unruhe/ Beunruhigung. *Us.* Animi interturbatio.

Interturbo, as, * irr machen / beunruhigen. *Syn.* valde turbo.

Intervallum, i, Weite/Raum/Zwischenraum. *Syn.* Spatium, divisio, discrimen. *Epi.* Infinitum, longum, majus, minimum, perlongum, latum, tantum. Intervalla æqualia, certa, distincta, interpuncta, dupla & tripla, imparia, modica, multa, reliqua, sesqui-altera. *Usus.* Temporum locorumque longo intervallo disjuncti sumus. Dolor si longus, est levior; dat enim intervalla & relaxat. Intervalla vocis, sonorum, in loquendo. 2. Pro *tempore.* Tanto intervallo ad te revisi. Longo intervallo te non vidi. Atticismus mihi ex intervallo regustandus est. *V. Spatium.*

Intervenio, ire, darzu oder darzwischen kommen. *Syn.* De improviso venio, intercurro, intercedo, intersum. *Usus.* Vereor, ne molesti quidam loquentibus nobis interveniant. Casu interventum est.

Interventor, is, ein Verhinderer. *Usus.* Vacuô, ac ab interventoribus liberiore die.

Interventus, ûs, Darzwischenkunfft. *Syn.* Inopinatus adventus. *Usus.* Interventu ejus & interpellatione jurgium discussum est.

Interverto, ere, vervortheilen. *Syn.* præripio, intercipio. *Usus.* Dona, pecunias, ædilitatem intervertere alteri, atque ad se transferre.

Interviso, ere, heimsuchen. *Syn.* Inviso. *Adv.* Crebrò. *V. Viso.*

Intestabilis, e, untüchtig zum Zeugen. *Syn.* qui nec testem agere, nec testimonium facere potest. *Us.* Homo sacer, sceleratus & intestabilis.

Intestatò, ohne Testament. *Syn.* Nullo facto testamento. *Us.* Intestatò mortuus est.

Intestatus, a, um, der kein Testament gemacht. *Syn.* Intestatò mortuus.)(*Testatus.*

Intestinum, i, ein Darm. *Syn.* Ilia, viscera. *Epi.* Medium. *Us.* Graviter ex intestinis laborabam. Tum adstringentibus se intestinis, tum relaxantibus.

Intestinus, a, um, einheimisch. *Syn.* Intimus, domesticus.)(*Extraneus* *Us.* Occultum, intestinum, inclusum bellum, malum. Intestinus timor, dolor.

Intexo, ere, mischen. *Syn.* contexo, interpono, implico. *Adv.* prudenter. *Usus.* Aliquid in causa prudenter intexere. Vestis coloribus variis intexta.

Intimè, inniglich. *Syn.* enixè, ex animo. *Us.* Intimè aliquem commendare.

Intimo, as, * kund thun. *Syn.* denuncio. *Usus.* Intimavit filio, ut milites scriberet.

Intimus, a, um, der innerst. *Syn.* reconditus. *Us.* Intimi sensus animi, sermo, angor, consilia intima; ex intimâ arte & Philosophiâ multa disputavi. 2. *Domesticus, familiaris.* Antonius Clodio intimus. Est in meis intimis. Tectissimus ad alienos, intimis apertior sum. *Phras.* Intima sua mihi concredit; ad intima ejus consilia perveni; arcana ejus omnia elicio; abditosque ejus sensus speculor; arcana ejus vel ex ipso prodente cognosco; intimus sum ejus consiliis. *V. Arcanus.*

Intingo, ere, * naß machen. *Syn.* madefacio, humecto.

Intolerabilis, e, unerträglich. *Syn.* Non ferendus, intolerandus.)(*Tolerabilis* *Adv.* Admodum. *Us.* Dolor, fœditas intolerabilis. *Phras.* Intolerabilis est ejus arrogantia; res est indigna, acerba, & omnibus intoleranda; immensa est ejus nec ferenda insolentia. Quis eum cum hâc superbiâ & insolentiâ ferat?

Intolerandus, a, um, unerleidlich.)(*Tolerandus.* *Us.* Intoleranda licentia.

Intolerans, tis, * ungedultig. *Syn.* Impatiens, impotens. *Us.* Corpora laboris intolerantissima. *V. Impatiens.*

Intoleranter, unleidlich. *Syn.* Insolenter. *Usus.* Intoleranter dolere, se jactare.

Intolerantia, æ, Ungedult. *Syn.* Insolentia. *Us.* Hæc non privati insania, sed regis intolerantia est.

Intono, as, donnern. *Syn.* Sono, tono. *Usus.* Hesternâ concione ejus vox jam intonavit.

Intonsus, a, um, unbeschoren.)(*Tonsus.* *Usus.* Coma intonsa.

Intorqueo, ere, umbdrehen. *Syn.* immitto, jacio, jaculor. *Usus.* Telum, calumniam intorquere in aliquem.

Intra, innerhalb. *Syn.* Inter, in interiore parte. *Usus.* Intra muros, intra modum

dum loqui. Hæc intra decem annos sunt gesta.

Intractatus, a, um, unabgericht. *Usus.* Equus intractatus, indomitus, novus.

Intremo, ere, *erzittern. *Syn.* Tremo.

Intrepidè, *unerschrocken. *Syn.* sine pavore, audacter.

Intrepidus, a, um, *unerschrocken. *Syn.* Impavidus. *V. Audax.*

Intricor, aris, verwirren.)(*Extrico. V. Implico.*

Intrò, hinein. *Usus.* Ire, ferre intrò.

Intro, as, hinein gehen. *Syn.* introëo, ineo, subeo, ingredior, accedo.)(*Exeo. Adv.* penitùs. *Usus.* Intrare limen, regnum, domum. In alicujus familiaritatem intrare. *Thras.* Tu meam domum intrare ausus es? tu meas ædes penetrare, pedem inferre, vestigium facere, accedere, te eò inferre, ibi pedem ponere ausus? Nemo ab ingressione tam castæ domûs propulsavit, nemo ingredientem repulit. *Vid. Ingredior.*

Introduco, ere, hinein führen. *Syn.* Induco, facio, adduco, fingo, invenio. *Us.* Introducere aliquem loquentem. Consuetudinem, ambitionem in urbem introducere. Illum reprehende, qui initium introduxit.

Introductio, onis, Einführung. *Usus.* Adolescentum nobilium introductiones Judicibus pro præmio fuère.

Introëo, ire, hinein gehen. *Syn.* Intrò in aliquem locum adeo.)(*Exeo. Adv.* honestè. *Usus.* in urbem, in domum, in vitam introire. *V. Intro.*

Introferor, ri, hineingetragen werden.)(*Efferor. Us.* Noctu introferri solitus est ad mulierem.

Introitus, ûs, Eingang. *Syn.* Aditus. *Epi.* Apertus, clandestinus, desertus, nocturnus, primus. *Usus.* Ad omnes portas & introitus armatos homines opponit. 2. *Ingressio.* Hic sit introitus defensionis.

Intromitto, ere, einlassen.)(*Emitto. Us.* Limen patefactum est, ut intromissus me in lecto trucidaret.

Introrsum, us, einwerts. *Usus.* Introrsum turpis.

Introspicio, ere, einsehen. *Syn.* Inspicio. *Adv.* penitùs. *Us.* Agite, inferte oculos in Curiam, introspicere omnes reipublicæ partes, perspicite omnium mentes. *V. Considero.*

Introvolo, as, hinein ruffen.)(*Evoco. Us.* Accerso, advoco.

Intrudo, ere, eintringen. *Usus.* Ipse se inferebat, intrudebat. *V. Implico. Interponere se.*

Intueor, eris, ansehen. *Syn.* Video, tueor, contueor, contemplor, aspicio. *Adv.* Acriter, bene, paulisper, studiosè. *Us.* Intuebamur, nec tuendi satietas nos capere poterat. Intueri aliquid oculis, animo complecti. Animo aliquem infesto, iniquo, infenso intueri. Aliquid acriter intueri, & defixum esse. *Thras.* Hic est mos hominum, ut in repentinis adversisque casibus cœlum intueantur. In more positum est, ut homines, si quid & præter opinionem, & contra voluntatem accidit, cœlum suspiciant s. aspectent, spectent ad cœlum, oculos tollant, aciem oculorum intendant, ad cœlum intueantur. *V. Video.*

Intumeo, vel esco, *geschwellen. *Syn.* Inflor, in tumorem convector. *V. Tumeo.*

Intus, drinnen.)(*Foris. Usus.* Intus inclusum periculum, intus equus Trojanus est.

Intutus, a, um, unsicher. *Syn.* Infestus, periculosus. *V. Periculum.*

Invado, ere, angreiffen. *Syn.* Impetum facio, involo, irruo, irrumpo, peto, vim facio. *Usus.* Invadere in aliquem, in alicujus nomen, in prædam; mirus furor, dolor, terror, cupido hominem invasit. In arcem causæ invasi. *V. Aggredior. Impetus.*

Invalesco, ere, starck werden. *Syn.* novas vires sumo, confirmatior fio. *Us.* Opibus valere. Invaluit, potentius jam malum est, quàm ut sedari possit. Corroborata jam vetustate est ejus audacia. *V. Cresco.*

Invaletudo, inis, Unpäßlichkeit. *Syn.* Valetudo infirma. *Usus.* Invaletudine tuã valde commoveor, & conturbor.

Invalidus, a, um, *schwach/ blöd. *Syn.* Infirmus. *Usus.* Invalidi milites, *V. Debilis. Infirmus.*

Invectio, onis, Einführung.)(*Exportatio. Usus.* Rerum, quibus abundamus, exportatio, quibus egemus, invectio.

Inveho, ere, hinein führen. *Syn.* Importo. *Adv.* acerbiùs, apertè, asperiùs, contumeliosiùs, copiosè, graviter, liberiùs, paratiùs, petulanter, rhetoricè, vehementiùs. *Usus.* Pecuniæ in ærarium invectæ. Quemcunque casum fortuna invexerit, feram. 2. *Insurgo, insulto, invado.* Acerbè in aliquem invehi, & maledicere & insectari. Vehementiùs in illum nugatorem invehebar. Invehens in Catonem Cæsar. *V. Objurgatio.*

Invenio, ire, erfinden. *Syn.* reperio, deprehendo, pervestigo, nanciscor, convenio. *Adv.* Acutè, planè, sapientiùs, subdolè, versutè. *Usus.* Facinus, astutiam, crimen, remedium, rationem invenire & comminisci. Invenio te in culpâ esse. *Phras.* Plerasque artes invénit Græcia inventrix doctrinarum; Primi Græci artes peperêre, protulêre, excoluêre. *V. Excogito.*

Inventio, onis, Erfindung. *Epi.* facilis. *Us.* Illa vis, quæ investigat occulta, inventio & excogitatio dicitur.

Inventor, is, Urheber / Erfinder. *Syn.* Author. *Us.* Cicero Princeps & author copiæ verborum, inventor, compositor, architectus.

Inventrix, cis, Urheberin/Erfinderin. *Us.* Inventrix & Magistra legum Philosophia.

Inventum, i, ein erdacht Ding. *Epi.* probabile ac necessarium, antiquis divinum. *Usus.* Tot artes, tot scientiæ, tot inventa. Eorum inventis & legibus omnem rempublicam constitutam habemus.

Invenustus, a, um, unholdseelig. *Usus.* Quod proposuit, explicat expeditè non invenustus actor.

Inverecundus, a, um, unverschämt. *Syn.* Impudens, non verecundus.)(*Verecundus.* *Usus.* Inverecundum animi ingenium possidet. *V. Impudens.*

Inversio, onis, Verkehrung. *Syn.* Ironia.

Inverto, ere, verkehren. *Syn.* immuto, verto, perverto. *Usus.* Pompeius totum nobis negotium invertit. Quàm citò se invertit!

Investigatio, onis, Erkundigung. *Syn.* Inquisitio, indagatio, conquisitio veri s. naturæ. *Epi.* Facilior, propria.

Investigator, is, Erforscher. *Epi.* Acer & diligens. *Usus.* Venator antiquitatis Varro.

Investigo, as, nachgrübeln. *Syn.* Exquiro, indago, scrutor, perscrutor, perquiro, persequor, vestigiis odoror. *Adv.* diligentiùs. *Usus.* Perquirere, patefacere, investigare conjurationem. *V. Indago. Quæro.*

Inveterasco, ere, veralten. *Syn.* Invetero, consenesco. *Usus.* Inveteravit jam ea opinio. Nihil inveterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus beata vita consistit. Macula hæc insedit & inveteravit in nomine Populi Romani. Inveterata nostra amicitia.

Inveteratio, onis, Alterthum. *Syn.* Vetustas. *Us.* Ut in Corporibus inveteratio ægrè pellitur, sic in animis perturbatio.

Invicem, von einander. *Syn.* Vicissim. *Usus.* Totos dies eramus simul invicem.

Invictus, a, um, unüberwindlich. *Syn.* qui vinci non potest, inexpugnabilis, insuperabilis.)(*Devictus.* *Usus.* Quibus viris respublica invicta stat. Nomen invictissimi Imperatoris consecutus. Animi excelsi atque invicti magnitudo.

Invidentia, æ, Neid / Haß.)(*Misericordia.* *Us.* Invidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quæ nihil nocent invidenti.

Invideo, ére, neiden. *Syn.* Alienis bonis mœreo.)(*Faveo.* *Adv.* apertè, maximè, obscurè, occultè, paululùm, vehementer, valdè, sanè quàm. *Usus.* Alterius honori, virtuti, fortunis præstantibus & florentibus invidere, *Phras.* Sunt, quos meus in hac republ. splendor offendat, lædat, pungat, angat, sollicitet, afficiat, urat, torqueat, excruciet, gravius afficiat. Non desunt, quos mea dignitas, mea amplitudo malè habeat; quibus dolori sit meus honor. Florere me dignitate, existimatione, honore; tantum honoris mihi haberi; tantùm mihi dignitatis, authoritatis, gratiæ, existimationis, splendoris haberi, nonnulli molestè, graviter, acerbè, ægrè, iniquo animo, non satis æquo animo, non facilè, non leviter, non patienter ferunt. Angit animos quorundam hic splendor meus; sollicitos habet quos-

quosdam hæc species, hæc dignitas mea; multi mihi dignitatem invident; multos in invidiam rapit honor meus. Permulti invidiâ flagrant, conflagrant, disrumpuntur; permulti invidiæ incendio conflagrant, quod me in republ. videant eminentem. Valde me multorum exercet invidia; mihi multum est cum invidis negotii; novi multorum animos in me malevolentiâ suffusos. Invidiam habent plurimi ex eo, quòd ad tantos honorum gradus in republica conscenderim.

Invidia, æ, Mißgunst/ Abgunst / Neid. *Syn.* Malevolentia, offensio. *Epi.* Aliena, communis, detestanda, falsa, imbecilla, iniquissima, inveterata, justissima, magna, par, popularis, recens, senatoria, singularis, summa, tribunitia, vehemens. *Usus.* Alicui invidiam *conflare*, concitare, commovere, facere, parare; in aliquem invidiam quærere; in invidiam rapere, vocare, adducere. Invidiam transferre à se, conferre in aliquem. In invidiam *venire*. Invidiam subire, assumere, sustinere, habere; in invidiâ esse. Ex invidiâ laborare; invidiâ premi, flagrare, conflagrare. Invidiam *augere* inflammare. Invidiam *lenire*, solet modestia, sedare, comprimere, restinguere, extinguere. Modesta vivendi ratio multum de invidiâ opum deonerat; invidiâ levat, liberat; efficit, ut invidia ponatur, deponatur, decedat; invidiæ quasi sanguis mittatur.

Invidiola, æ, kleine Mißgunst. *Usus.* Nescio, quid invidiolæ inter eos exortum est.

Invidiosè, mißgünstiglich. *Syn.* odiosè aliquem criminari.

Invidiosus, a, um, verhasst. *Syn.* Odiosus, invisus; habens, acquirens invidiam. *Us.* Invidiosæ possessiones. Erit hoc tibi invidiosum. Aliquis invidiosus, ac multis offensus. *Phras.* In summam omnium invidiam incidit; in summam omnium invidiam actus est; sic egit, ita se gessit, ut odio illum omnes habeant, ut in illum nemo sit optimè animatus, ut nemo illi faveat, ut nemo de illo bene existimet; nullâ fruitur hominum benevolentiâ. Premitur odiô multorum. Invidiæ est, odio est, in invidia est, in odio est. Quis est, quem nulla unquam attigit invidia? Quis est, qui invidiam non experiatur? Quem non mordet invidia?

Invidus, a, um, neidisch. *Syn.* Obtrectator, niger, malevolus, lividus, iniquus, maledicus, inimicus, alienis bonis mœrens. *Phras.* Multi sunt tibi invidi, tuæ laudis inimici; multos habes obtrectatores malevolentissimos; de te minùs commodi sermones malevolorum volitant; sunt quædam pestes hominum alienâ laude dolentium, alienis bonis mœrentium; homines malevoli & lividi, ad criminationem expediti. Lacerant te famamque tuam invidi non pauci; magna invidiæ tempestas tibi imminet.

Invigilo, as, *fleißig wachen. *Usus.* Cum cura & sollicitudine vigilo. *V. Sollicitus.*

Inviolatè, unversehrt. *Syn.* integrè, incorruptè.

Inviolatus, a, um, unverletzt. *Syn.* integer, incorruptus.)(*Violatus.* *Us.* Inviolata stabit vestra amicitia.

Inviso, ere, heimsuchen. *Syn.* viso, *Usus.* Sæpiùs domum nostram invisas, rogo. *V. Viso.*

Invisus, a, um, verhasset. *Syn.* Odiosus; quem æquo animo videre, ferre, intueri non possumus; qui in odio est apud aliquem. *Us.* Quò quis callidior & versutior, hôc invisior & suspectior est. *V. Odiosus.*

Invitamentum, i, Einladung. *Syn.* Invitatio, incitamentum. *Epi.* multum. *Us.* Multa habet invitamenta urbis & fori. Invitamentum afferre. *Vid. Illecebra.*

Invitatio, onis, Einladung. *Epi.* Crebra, liberalis. *Us.* Invitationes adventusque nostrorum hominum.

Invitatus, ûs, das Einladen. *Syn.* Invitatio. *Usus.* Primò meâ sponte, deinde tuô invitatu hoc egi.

Invitè, ungern. *Syn.* repugnanter, invitò, coactè.

Invitò, mit Unlust. *Syn.* invitè.

Invito, as, einladen. *Syn.* Voco, allicio.)(*Deterreo, dehortor.* *Adv.* Aliquoties, benignè, honorificentissimè, liberaliter, magno-

magnopere, passim, publicè, studiosè, valdè, vulgò. *Usus.* Tu invita mulieres, ego cives accivero. Quis est, qui eum tectô domôque non invitet? Invitare aliquem & allicere præmiis ad agendum aliquid. Gloriâ invitari ad magna audenda. *V. Voco.*

Invitus, a, um, **ungern.** *Syn.* Non libenter, rogatus, recusans, tergiversans, contra voluntatem, repugnans, repugnanter, coactus, dolens, necessariò, molestè, perinvitus. *Usus.* Invitus, per vim, & imperium feci. Sapiens nihil facit invitus, dolens, coactus. *Thras.* Invitus illum adii, abhorreo ab ejus consuetudine; nihil mihi inimicitius illius sermone esse potest, cujus etiam nomen invitus audio; cum magna mea molestia eum compellavi; adversante & repugnante naturâ, contra voluntatem meam, cunctabundus & resistens, propè resistens ad eum pertractus sum; Ingratiis & coactus ad illum attrahendus fui. *V. Abhorreo. Nolo.*

Invius, a, um, * **unwegsam.**)(*Pervius.* *Usus.* Invii saltus.

Inultus, a, um, **ungestrafft.** *Syn.* Impunitus.)(*Ultus.* *Us.* Inultum aliquid pati, relinquere. *V. Impunitus.*

Inundo, as, **überschwemmen.** *Syn.* Alluo, obruor. *Usus.* Terram inundat aqua.

Invoco, as, **anruffen.** *Syn.* Imploro. *Usus.* Lucinam in pariendo invocant. Sociorum subsidium invocare. Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro fidem s. opem civium. *V. Imploro.*

Involatus, ûs, **das Fliegen.** *Syn.* volatus avium.

Involo, as, **anfallen.** *Syn.* Invado. *Us.* Involare in aliena. *V. Impetus.*

Involucrum, i, **Decke.** *Syn.* Integumentum, velut vagina vel theca. *Epi.* Involucra multa. *Usus.* Multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur cujusque natura. Clypei involucrum.

Involvo, ere, **einwickeln.** *Syn.* Circumplico.)(*Evolvo.* *Usus.* Litteris me involvo. Virtute suâ se involvere. Occulta, involuta, latentia aperire. Videbam pacis nomine involutum fore bellum.

Inurbanè, **bäurisch.** *Syn.* Insulsè, inconcinnè.)(*Urbanè.*

Inurbanus, a, um, **unhöflich.** *Syn.* Insulsus, infacetus, inhumanus, inops humanitatis, putidiusculus, ineptus, odiosus, putidus.)(*Urbanus.* *Vid. Inhumanus.*

Inuro, ere, **einbrennen.** *Syn.* Infligo, imprimo. *Usus.* Æternas alicujus nomini maculas, famam superbiæ alicui, dolorem ossibus & cineri alicujus inurere. Censoriæ severitatis notam alicui inurere. Odium inustum penitùs hominum mentibus.

Inusitatè, **ungewöhnlich.** *Syn.* Insolenter.

Inusitatus, a, um, **ungebräuchlich.** *Syn.* Insolens, inauditus, præter consuetudinem, novus.)(*Usitatus.* *Usus.* Inusitata sunt, prisca ferè & vetusta, ac ab usu quotidiani sermonis intermissa. Ecquid in rebus inusitatis Græcorum more verbis etiam utamur inauditis? Nova sunt rerum novarum facienda nomina. *V. Insolitus. Novus.*

Inutilis, e, **unnütz.** *Syn.* ad nullam rem utilis, ad nullam partem utilis, qui nulli usui est.)(*Utilis.* *Adv.* summè. *Us.* Perniciosus & inutilis civis.

Inutilitas, tis, **Schade.** *Syn.* damnum.

Inutiliter, **unnützlich.** *Syn.* Frustra aliquid proferre & inutiliter.

Invulneratus, a, um, **unverletzt.** *Syn.* Integer, inviolatus.)(*Vulneratus.*

Jocatio, onis, **Schertzhafftigkeit.** *Syn.* Jocus, urbanitas, cavillatio. *Vid. Facetiæ.*

Jocor, ari, **schertzen.** *Syn.* cavillor. *Adv.* Familiarius, humanissimè, liberè. *Usus.* Cavillari familiariter & multa jocari cum aliquo. Homo in jocando suavis. *Thras.* Homo ad jocandum aptus, narrator facetus, multa ridicula dicit, per risum & jocum familiariter ludit, facetè cavillatur. *V. Nugor.*

Jocosè, **schimpflich.** *Syn.* facetè, urbanè aliquem ludere.

Jocosus, a, um, **lächerlich.** *Syn.* facetus, urbanus.)(*Serius.* *V. Facetus.*

Jocularis, e, **schnackisch.** *Syn.* Ridiculus, ludicrus. *Us.* O licentiam jocularem! *V. Ineptus.*

Joculator, is, **Possenreisser.** *Syn.* Nugator.

Joculatorius, a, um, **schertzhafft.** *Syn.* Jocosus, festivus. *Us.* Joculatoria disputatio.

Jocus,

Jocus, i, Schertz/ Schimpff. *Syn.* ludus, risus, facetiæ, lepor, sal, hilaritas, festivitas, cavillatio, jucunditas. *Epi.* Comis, dignus, familiaris, ingenuus, oratorius, scurrilis, suavis. *Usus.* Dicere aliquid per jocum, extra jocum. Non hilaritate, nec lascivia, nec risu & jocô, qui levitatis nota, beati sumus; nec enim ad ludum & jocum facti sumus. *Thras.* Joca tua plena sunt facetiarum; ridicula joca tua & salsa, jocationes tuæ & dicta brevia hilaritate & joco, plena, urbanitas tua & tantum non lascivia, ridicula tua versibus intexta, cavillationes tuæ venustæ, nos admodum delectant.

Ipse, a, um, er selbst.)(*Alter.* *Usus.* Illô ipsô tempore; ille ipse Cæsar. Decem ipsos dies ibi fui. Illud ipsum miserrimum puto. Hoc quid sit, per leipsum non video, sed ex sequentibus.

Ira, æ, Zorn. *R.* *ab* urendo *quasi* ura, *vel ab* ire, *quod qui irascitur, extra se eat.* *Syn.* Iracundia, indignatio, stomachus, dolor. *Epi.* Acerbior, inveterata, naturalis, recens. *Usus.* Ira est libido puniendi ejus, qui videtur læsisse injuriâ; cum quâ nihil rectè aut consideratè fieri potest. Facere aliquid per iram, iram concire, gerere, evomere; irâ *incendi*, ardere, cumulari. Orta est ira, est ira inter illos. Ira *defervescit*, sedatur. Iram missam facere, expedire. Decessit ira; ab illo abscessit ira. *Phras.* Homo est ad iram proclivis, qui animi quôdam impetu dolori ferè & iracundiæ paret; summa naturæ acerbitate, truci ac præfervidâ irâ; qui iram non teneat, nec ejus sit potens; qui nullum animo spatium det, sed in præcipiti ferè irâ perseverat. Cujus ira in rabiem ferè degenerat; qui indignationem intra se non premit, non continet; Cupidine ac irâ pessimis consultoribus grassatur. Bilem mihi commovet, etsi nequaquam iracundus homo natura sum. Stomachum mihi facis, me inducis, impellis, incitas ad iram etsi nequaquam iracundus homo natura sum. Facis ut irascar, ut irâ commovear, afficiar, corripiar, ut excandescam, ut irâ flagrem, etsi non proclivis sum ad iram; etsi non pronus, propensus, inclinatus sum ad iram; etsi non iræ deditus sum; etsi non is sum, qui ad iram facilè labar; etsi sum alienus, longè remotus ab ira; quanquam juris in me parum habet ira, quanquam minimè mihi dominatur ira; quamvis non admodum ad iram propendeam, inclinem. Exarsit iracundia vehementi; vehementer commotus, incensus est. Inflammatus est irâ vehementi; vehementer exarsit, excanduit, furere cœpit, stomachari cœpit. Furor illum invasit, animo irato ac percito omnia facit; irâ atque furore percitus est.

Iracundè, zorniglich. *Syn.* per iram, cum iracundia, rabiose.)(*Leniter, quietè.* *Usus.* Vehementer ago, non iracundè. Iracundè & intemperanter facere.

Iracundia, æ, Zornmüthigkeit. *Syn.* Ira, acerbitas quædam naturæ & rabies.)(*Lenitas.* *Epi.* Bellatrix, effervescens, gladiatoria, gravior, inimica, injusta, justa, præsens, vehemens, utilis. *Us.* Peripatetici iracundiam quasi cotem fortitudinis esse dicebant. Aliquem ad iracundiam adducere. Iracundia & stomachô *effervescere*, efferri, inflammari, ardere, furere; iracundiam exercere. Iracundiæ servire, obsequi. Sapientis est iracundiam *reprimere*, remittere, omittere, continere, dimittere, sedare; iracundiæ resistere.

Iracundus, a, um, leichtzornig/ zornsüchtig. *Syn.* qui facilè & citô irascitur, concitus ad rixam, fervens. *Us.* Sunt morosi, anxii, iracundi, & difficiles senes. Iracundns est factus. *Thras.* Quicquid irato animo ages, ages cum tuo dedecore; quidquid animo irâ commoto ages, quidquid animo irâ agitato, irâ affecto ages, ages cum tuâ infamia, tuâ cum ignominiâ. Quidquid agis irâ commotus, adductus, inductus, impulsus, incitatus, actus, incensus, inflammatus, dedecus consequetur, infamiæ turpis nota consequetur; si quid iracundiæ vi compulsus ages, turpi te maculâ inquinabis, turpi te labe inficies.

Irascor, eris, zornig seyn. *Syn.* Incendor, ira incendor, alicui iratus fio, succenseo, animô incitor, excandesco; stomachô & iracundia excandesco, vel effervesco. *Adv.* Admodum, facilè, furenter,

ter, justius, occultè, omninò, temerè. *Us.* Peripathetici Virum negant esse, qui nesciat irasci. *Phras.* Non facilè irascor amicis; etiam in stomacho ridere soleo; non temerè excandesco, commoveor, animo incitor, dolore ardeo; indignor, etsi læsus ab amicis. Non mihi facilè indignatio oboritur; indignatione non accendor, irritor; non facilè erumpo, etiam cum maximè excandesco.

Iratus, a, um, **zornig.** *Syn.* Incensus, irâ incensus; iracundiâ incitatus, inflammatus; in aliquem infestus, infensus, offensus, qui animo alieno & averso est ab aliquo.)(*Propitius. Adv.* Dissimulanter, meritò. *Usus.* Irati proprium est cupere, à quô læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Iratum propriè dicimus exisse de potestate. *Phras.* Illud iratus dixit. Irâ incensus, animô iratô & percitô, incensus odiô, iracundiæ permittens dominatum animi; irâ infensus, flagrans, occæcatus tumens; impotens iræ; præceps ingeniô in iram, in eas contumelias erupit.

Ironia, æ, **Spottrede/ Stichelrede.** *Syn.* Inversio, dissimulatio, dissimulantia. *Usus.* Libenter uti solitus est dissimulatione, quam ironiam Græci vocant.

Irrauceo, ère, **heisser werden.** *Syn.* raucus fio. *Us.* Æsopus, si paulum irraucuerit, ridetur.

Irreparabilis, e, * **unersetzlich.** *Syn.* Tempus irreparabile.

Irrepo, ere, **einschleichen.** *Syn.* Arrepo, influo, illabor. *Usus.* In gratiam, familiaritatem, in sensus alterius, in testamenta irrepere. Credulitas in optimi cujusque mentem facilè irrepit.

Irretio, ire, **bestricken/ verstricken/ ins Netz bringen.** *Syn.* Implico, illaqueo, impedio. *Usus.* Erratis se irretire ætate improvidâ. Disputationum laqueis aliquem irretire. Irretitus odiô bonorum omnium. Adolescentulos illecebris corruptelarum irretire. *Vid. Implico.*

Irretortus, a, um, * **unverwendt.** *Syn.* rectus. *Usus.* Oculo irretorto aliquem spectare.

Irrevocabilis, e, * **unwiederrufflich/ unwiederbringlich.** *Us.* Ætas irrevocabilis.

Irrideo, ere, **verlachen/ auslachen.** *Syn.* derideo, deludo. *Adv.* facetè, turpiter, maximè. *Usus.* Irridens insontes, olim vicissim irridebitur. *Phras.* Irridere aliquem, ludibriô lædere, convicium facere; multa dicere in aliquem, quibus totus explodatur; cum risu cavillari aliquid. Est ejusmodi, quem pueri sectentur, ut omnes, cùm loqui cœperit, irrideant; per risum & jocum contemnant; cui omnes illudant; qui omnium irrisionibus sit subjectus, quem ludificentur; qui in ora hominum pro ludibrio abeat, omnibus civibus spectaculo sit, per civium ora traducatur, deridiculo habeatur; licentissimè eludatur. *Vid. Explodo.*

Irrigatio, onis, **Wässerung/Anfeuchtung.** *Us.* Agrorum irrigationes.

Irrigo, as, **befeuchten/ wässeren.** *Syn.* rigo. *Usus.* Ægyptum Nilus irrigat.

Irriguus, a, um, * **wässerich.** *Syn.* quod facilè irrigari potest. *Usus.* Hortus irriguus.

Irrisio, onis, **Verlachung.** *Syn.* ludibrium. *Usus.* Cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrisor, is, **Spötter.** *Usus.* Irrisores orationis.

Irritabilis, e, **zornmüthig/ leicht zu reitzen.** *Syn.* qui facilè irritatur & accenditur, iracundus.)(*Placabilis. Usus.* Animi bonorum sæpe irritabiles sunt.

Irritamentum, i, * **Reitzung.** *Us.* Certaminum irritamentum.

Irritatio, onis, * **Reitzung.** *Syn.* Accensio. *Usus.* Animorum irritatio.

Irrito, as, **anreitzen.** *Us.* Irritare & lacessere aliquem. *V. Excito.*

Irritus, a, um, **umsonst seyend / vergeblich / nicht gültig.** *Syn.* Vanus, inanis.)(*Ratus. Usus.* Irritum & infectum facere aliquid. Testamentum irritum. *Phras.* Irritus fuit meus omnis labor. Actiones meas omnes radicitùs evellere velle videntur. Quæ gesseram, concidêre omnia; ad nihilum recidêre, in irritum cecidêre, vana atque irrita evasêre. Labor meus omnis in irritum redactus est; cœpta mea omnia inania cecidêre. Acta mea Senatus irrita decla-

clamavit; acta mea rescidit, infirmavit, evertit, convellit; mea decreta sustulit, subvertit, *V. Frustra. Labor inanis.*

Irrogatio, onis, Aufferlegung/ *Syn.* Constitutio, *Usus.* Irrogatio mulctæ.

Irrogo, as, aufferlegen. *Syn.* Legem in aliquem fero, constituo. *Usus.* Irrogare leges, privilegium, pœnas, mulctam.

Irrumpo, ere, einbrechen / *Syn.* invado, irruo,)(*erumpo, adv.* æquabiliter, temere, cursim, derepente, effrenatiùs, extrinsecus, improvisò. *Usus.* Hostis in castra irrupit. Invidi in meas fortunas, in civitatem irrupêre. *V. Impetus.*

Irruo, ere, einfallen / einbrechen/ *Syn.* impetum in aliquem facio, invado, in aliquem me mitto, influo, redundo; *Usus.* in alienas possessiones irruit; impetum pertulit. *V. Impetus.*

Irruptio, nis, Einfall/Angriff/Einbruch. *Syn.* incursio.)(*eruptio, Usus.* Irruptionem facere.

Is, ea, id, derselbe/ dieselbe/ dasselbe/ *Syn.* talis, hic, iste. *Usus.* Is tu vir es, qui. In eo reprehensus est, quòd &c. &c.

Iste, a, ud, derselbe/ dieselbe/ dasselbe/ *Usus.* Hic iste hostis pacis.

Isthic; da / daselbst/ *Usus.* Ubi malis esse quam isthic?

Isthinc, da / *Usus.* Qui isthinc veniunt.

Istiusmodi, dergleichen / *Usus.* delectatur disputationibus istiusmodi.

Isthuc, eben das/ *Syn.* Istud, *Usus.* quid idem isthuc dicunt.

Ita, also/ *Syn.* Sic, ita enimverò, præclarè, certè, sicut dicis, dici aliter non potest, verò quidem, admodum, ut maximè, profectò. 2. *valde*, Simulacra præclara, sed non ita antiqua.

Itaque, derohalben / *Syn.* idcircò, quamobrem. *Usus.* Itaque me quærunt.

Item, ingleichem / *Syn.* similiter, etiam, quoque, non minus. *Usus.* Solis defectiones, itemque lunæ. 2. cur, Tu meas epistolas concerpito, ego item tuas. 3tiò. *Ita, sic.* fecisti item, uti prædones solent. Vel si è meo capite natus sis, item, ut ajunt, Minervam.

Iter, ineris, Weg/ Reise/ *Epit.* alienum, devium, difficillimum, festivum, flexuosum, gloriosum, inceptum, longum, medium, molestum, necessarium, nefarium, reliquum, simplex, solenne, subitum, totum, tritum, tutum, verum. *Usus.* Faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum atque itinerum meorum. Quæ fuit tui itineris summa? Tuorum itinerum tempora scire velim. Iter in Galliam ferrô patefecimus, aperuimus. Iter apparare, componere, gubernare. Iter *suscipere*, petere, ingredi, habere, facere, inire, maturare, convertere aliquò, dirigere; itineri se committere. Iter meum bellè processit. Iter equo, pedibus conficere; Iter *reprimere*, supprimere, impedire, intercludere; itinere desistere. *Phras.* Instat mihi iter sanè molestum ac longinquum. Conficiendum erit iter æstuosâ & pulverulentâ viâ. Italia tota mihi erit percursanda. Longum sanè iter, & via inepta est. Tot loca adire, tot cursus conficere debebo? Itineri terrestri Romam contendam. Ultimæ Italiæ oræ peragrandæ, adeundæ mihi erunt; emetienda mihi Italia erit. Iter ne suscipias, nisi corpore bene firmo; ne te viæ committas, ne te in viam des, ne iter aggrediaris, ne viam ineas; itineris consilium abjice, omitte, demitte, nisi bene vales, nisi optimâ utaris valetudine, nisi confirmatô corpore sis. Peregrinandi consilium, nisi valetudine firmâ utaris, omitte. *Vid. Proficiscor.*

Iteratio, onis Wiederhohlung/ *Syn.* geminatio, repetitio, redintegratio. *Usus.* Verborum iterationes.

Itero, as, wiederholen/ *Syn.* repeto, gemino, duplico. *Usus.* Verba geminare.

Iterum, wiederum / *Syn.* rursum. *Usus.* Iterum aliquem atque iterum rogare, Iterum ac tertiùm Consul, *Thras.* Quæ jam dixeram, iterum dicenda fuêre. Locus ille de integro tractandus fuit; renovare debui & instaurare dictionem; ad priùs dicta redire, eòdem devolvi debui; renata est, quasi decursô spatiô à calce ad carceres revocata est oratio; ad priora reverti; priora recolere debui; *V. Repeto. Rursus.*

Itidem, gleichfals/ *Syn.* similiter, pariter, item. *Usus.* Vinctus itidem à Saturno filius.

Itio, onis, Gang/Reise. *Syn.* Incessus, iter, itus. *Us.* De obviam itione faciam, ùt suades. Illi domum itio concessa est, ac data.

Ito, as, offt gehen. *Syn.* Frequenter eo. *Usus.* ad cœnas itare.

Itus, ûs, Gang/das Gehen. *Syn.* Itio. *Us.* Quis noster itus, incessus, vultus?

Juba, æ, die Möhnen oder lange Haar am Hals der Pferde und Löwen ꝛc. *Syn.* Crines collo equorum & aliarum bestiarum fluentes. *Us.* Equus jubam quatiens.

Jubatus, a, um, Möhnen am Hals habend. *Syn.* Jubâ ornatus.

Jubeo, ere, heissen/ befehlen. *Syn.* hortor, impero.)(*Veto. Adv.* Liberaliter, publicè, valdè, apertè. *Us.* Jubeo te bene sperare, salvere. Populus hanc legem jussit. Senatus decrevit, Populus jussit. *Phras.* Omnia mihi dura imperas s. mandas, mandata das ardua, negotium dedisti difficile. Jubes, ut tua mandata digeram, persequar, conficiam, exequi properem; mandatis paream; verùm id fieri à me vis, quos perficere vix possum. Imperare soles ea mihi, quæ sustinere vix possum; dura, difficilia, gravia nimis mihi imperas; magni negotii est, summæ difficultatis est, operæ non exiguæ est, ad exitum perducere, quæ in mandatis a te habeo; ea mihi imperas, quæ vires meas exuperant, quæque honestatis fines transilire videntur. Ea jubes, ea mihi præcipis, ea fieri à me vis, quæ exequi, efficere, præstare neque debeo, neque possum. Das mihi rem in mandatis parùm honestam, & ejusmodi, quæ vires meas exuperet. *V. Impero. Præscribo.*

Jucundè, freundlich/ lieblich. *Syn.* Suaviter, dulciter. *Usus.* In convivio comiter & jucundè fuimus.

Jucunditas, tis, Belustigung/ Annehmlichkeit. *Syn.* Festivitas, lepor, hilaritas, fructus.)(*Molestia. Epi.* firma, major, multa, summa, tanta. *Usus.* Relaxare animum, & dare se jucunditati. Ex re aliquâ jucunditatem fructumque percipere. Delectatio, tranquillitas, & jucunditas animi. Hoc conducit ad vitæ commoditatem, jucunditatemque. Urbani agri jucunditas.

Jucundus, a, um, lustig/ lieblich. *Syn.* Amœnus, dulcis, suavis, gratus. *Adv.* magnoperè, maximè, summè, vehementer. *Usus.* Est mihi jucunda & grata in malis tua voluntas. Comes alicui charus & jucundus. Verba ad audiendum jucunda; Ager, conspectus, odor jucundus. *Phras.* Tecum omnia mihi erunt jucundiora, hilariora. Dulcissimus erit mihi tuus reditus, omnes amœnitates in te uno habebo; jucundissimâ tuâ consuetudine nunquam animum explebo. Gratiæ omnes tecum remigrabunt. Plurimùm suavitatis habebit tuus reditus; luculentissimus & optatissimus erit tuus reditus.

Judex, icis, Richter. R. à *Iure*; *quia jus dicit. Syn.* Arbiter, disceptator, animadversor, recuperator, cognitor, existimator, æstimator, censor. *Epi.* Acer, æquus, attentus, benevolus, bonus, cupidus, durus, erectus, fortis, gravissimus, satis idoneus, immanis, iniquus, integer, iratus, juratus, misericors, nequam, obscurus, sapiens, severus, tristis, verissimus. *Usus.* Judicem sortiri, legere. Judicem alicui decernere, dare, constituere, ponere. Is mihi obvenit judex, illum judicem accepi, sumpsi, qui litem æstimet, pœnamque constituat. *Phras.* Certò & verò sensu judicas, quod isti ne faciant, malevolentiâ & livore impediuntur. Non tuæ mentis oculos livor obducit, rectum animi sensum in judicando sequeris; tuum judicium ratio dirigit, & moderatur. Quod ratio præscribit & probat, id sequeris, quod istis per malevolentiam non licet. Tuum judicium cum ratione congruit, quam istis facultatem eripuit livor & malevolentia.

Judicatio, onis, Urtheilung. *Syn.* disceptatio, propria judicis, quæstio. *Epi.* Comparativa, dubia, simplex. *Usus.* Quæstio in conjecturali eadem, quæ judicatio.

Judicatum, i, End-Urtheil. *Syn.* Res judicata. *Epi.* difficilius & majus, solitarium aut rarius. *Usus.* Judicatum est, de quo jam ante sententia alicujus aut aliquorum constituta est. *Phras.* Judicatum solvere, facere. Judicato stare. Judicatum solvi negare, rescindere, infirmare, irritum facere.

Judicialis, e, gerichtlich. *Syn.* Spectans s. perti-

pertinens ad judicium, forensis. *Usus.* Judiciali jure & consuetudine; Judiciale dicendi genus.

Judiciarius, a, um, gerichtlich. *Syn.* Judicialis. *Us.* Lex, quæstio, controversia judiciaria.

Judicium, ii, Gericht/ Urtheil. *Syn.* Judicum deliberatio legitima; cognitio, notio, controversia causalis. *Epi.* Acerbum, acre, admirabile, æquum, alienum, amplum, certum, civile, commune, corruptum, damnatorium, divinum, domesticum, exquisitum, gratum, grave, honestum, incertum, inclytum, infinitum, iniquum, insolitum, integrum, invidiosum, leve, liberum, singulare, sociale, stabile, usitatum. *Usus.* Omnia judicia aut distrahendarum controversiarum, aut puniendorum maleficorum causâ reperta sunt. *Phras.* Judicium alicui *intendere*, conflare. Judiciô aliquem circumvenire, perfundere. Judiciô, vel in judicium accersere, vocare, adducere, deducere. In judicium *venire*, Judiciô conflictari, certare. Judicium *exercere*, pronunciare, alicui dare, constituere. Judicium committitur inter aliquos. Calent judicia. Judicia *tollere*, dissolvere, extrahere, sistere, disturbare, comperendinari, rescindere. Judicia frigent, silent, conticescunt, conglaciant. Judicium *corrumpere*, contaminare, construprare. Judiciô *jugulare*, opprimere aliquem. Judiciô *liberari*, evadere, elabi. 2. *Sententia, opinio, existimatio.* Tui judicii est, quid faciendum censeas. Alterius judicium exquirere. Suum judicium interponere, dicere, edere, ferre. Meum judicium semper fuit, oportere nostros &c. Meô judiciô. Alienô judiciô, quam suô stare præstat. Suô cuique judiciô est utendum. Judicium suum mutare, flectere. Judicium facere, habere. Vir judiciô eruditissimô. *Iudicium forense.* Miserum est judiciô conflictari. Pedibus trahi in judicium, litigare, rem deducere in judicium, miseriùs iniqui judicii procellâ everti; iniquissimis judiciis interire; Judicii laqueis stringi, teneri, irretiri; litem amittere, causam perdere. Miserum est in jus rapi, de capite causam dicere, causæ dictionem denunciare alicui; miserrimum iniquè damnari, tristem illam litteram auferre.

Iudicium privatum seu sententia. Utrum is, qui judiciô valet, naturæ debeat, an arti, nescio. Utrum is, qui rectè judicat, qui optimô judiciô utitur, qui judiciô præstat, excellit, qui facultatem habet optimè judicandi, qui judiciô abundat, naturæ debeat, an arti, nescio. Naturæ-ne privilegiô concedatur, an sit ab arte, an disciplinâ petendum judicium, nescio. Judicii præstantia, excellentia, vis, subtilitas utrum à naturâ, an ab arte ac disciplinâ proficiscatur, contingat, manet, nescio. Naturale-ne sit judicium bonum, an potiùs in studiô, arte, disciplinâ, doctrinâ, ratione situm, haud planè scio. An bonum judicium sit ejusmodi, quod doctrina tradatur, à præceptis ducatur, discitur à magistris, haud planè scio. Nondum planè constitui; nondum satis compertum, constitutum, deliberatum, exploratum, explicatum, certum habeo, naturæne an disciplinæ beneficiô judicium contingat.

Iudicii extremi Dies, letztes Gericht/ jüngstes Gericht. *Phras.* Dies extremi judicii, dies extremus, extremum judicium, extremus seculorum dies; dies ille formidolosus, quô universi mortales in judicium vocabuntur, totius vitæ rationem reddituri; dies ille, quô hominum corpora è somno mortis ad lucem alterius vitæ excitabuntur. Dies, quô ad Christi severum judicium omnes sistemur; quando ad vitam revocatis, quotquot unquam nati sunt, DEI filius è cœlo ad Judicium exercendum, sententiamque pronunciandam descendet. Dies ab omni æternitate præstitutus, quô in vitam genus humanum revocabitur, & pro se quisque apud divinum tribunal causam dicet. Dies ille novissimus, quô Christus de cœlo ad judicia exercenda descendet, quô omnium seculorum mortui reviviscent; ille dies de omnibus annis nostris & transacta vita sententiam laturus. Extremus volventium seculorum dies, cùm animæ vitâ functæ rursum corpora induerint; cum DEUS ipse judex in celeberrimo superûm inferumque conventu sententiam feret. Cum supremus dies volventibus annis advenerit.

Judico, as. urtheilen/ richten. *Syn.* Judicium

dicium facio, cognoſco, diſcepto, litem decerno; ſtatuo, conſtituo; ſententiam dico, vel fero; judicium meum interpono, dijudico. *Adv.* Apertè, acriùs, acutiùs, benè, corruptè, diligenter, diſſolutè, exploratè, fortiter, gratis, honeſtè, incorruptè, honeſtè, liberè, longè, malè, optimè, perperam, publicè, rectè, religioſè, ridiculè, ſeverè, temerè, verè, *Uſ.* Judicare de re aliqua inter aliquos ex vero & bono. Serviendum eſt iis judicibus, qui multis poſt ſeculis de nobis judicabunt. Judica & perpende. Tu de re à certo ſenſu judicas. *Phras.* Tu de re tota judices; id omne arbitrium ad te juſtum æſtimatorem defero, confeio; rem tuô ingeniô & conjecturæ committo, tu faciliimè exiſtimabis; propter infirmitatem mei conſilii tuô judiciô ſtabo, tibi rem penſitandam relinquo. E tuo vultu ac nutu pendebo; malô alienis momentis animi circumagi; alienæ prudentiæ confidere, quàm meæ.

Ius adminiſtro. Modò in hoc, modò in illo oppido jus adminiſtrat, agit; modò in hoc, modò in illo oppido jus dicit, diſtribuit, litigantes audit, res judicat, cauſas cognoſcit, judicat de controverſiis, diſceptat controverſias, ſ. de controverſiis.

Jugatus, a, um, zuſammen gejocht / oder geſpannt; aneinander hangend / *Syn.* junctus, *Uſ.* Omnes virtutes inter ſe jugatæ, nexæque ſunt.

Jugerum, ein Juchart / Acker von einem Tagwerck / *Syn.* terræ menſura, quantum unô boum jugô unô die exarari poteſt. *Uſus.* Ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur.

Jugis, e, ſtreng. *Syn.* perennis. *Uſus.* Juges putei; aqua jugis.

Jugiter * ohn Unterlaß / ſtets / *Syn.* continuè.

Juglans, die Nuß / Nußbaum. *Syn.* Nux arbor, & fructus ipſe.

Jugo, are, * ins Joch ſpannen / anjochen / anſpannen. *Uſus.* Virtutes inter ſe jugatæ.

Jugulatio, nis, * Erwürgung / Todtſchlag.

Jugulo, as, erwürgen. *Syn.* jugulum ferio, neco, *Uſus.* Se cauſam ſuam ſuô gladiô, ſuô argumentô & confeſſione jugulare, v. *Interficio.*

Jugulum, i, die Gurgel. *Syn.* Pars colli anterior. *Uſus.* Dare, oſtentare jugulum hoſti. A jugulo crudelitatem hoſtis avertere. Jugulum alicujus petere.

Jugum, i, das Joch. R. à *jungo*, vel ζυγὸς *Syn.* Quô boves junguntur. *Epi.* crudeliſſimum ſervitutis, commune, grave, nefarium, ſervile. *Uſus.* Boum cervices natæ ad jugum. Multis jugis arare. 2. *Dominatio, dominatus.* Hoſtes ſub jugum mittere, victis jugum imponere. Jugum excutere, dejicere. 3. *Montis vertex.* Conſtitit in ſummis jugis.

Jumentum, i, Zug-Vieh / Laſt-Thier, ut equus, mulus, bos. *Uſus.* Agere jumentum, quà velis. Jumenta dorsô onera portantia.

Junctio, onis, Zuſammenfügung. *Syn.* conjunctio. *Uſus.* Partes junctione aliquà tenentur.

Jungo, ere, zuſammen fügen. *Syn.* conjungo, copulo)(disjungo. *Uſus.* Prudentiam jungere cum eloquentiâ. Conſuetudinem cum aliquo & amicitiam jungere. Puellam matrimoniô junxit. Dies noctesque fletibus jungit. *Thraſ.* Libenter me tibi jungam; ad tuas me rationes adjungam. Tecum me & voluntas congregat, & fortuna conjungit; res meas tecum ſ. tuis conſociabo, ad te unum mea omnia conferam, ſocietatem tecum & fœdus inibo, ſummâ conjunctione tecum agam. Omnia membra aptè inter ſe junguntur, inter ſe implicata & connexa ſunt, inter ſe cohærent, mirabiles commiſſuras habent, ipſa ſecum & inter ſe ex commiſſuris junguntur, alia ex aliis nectuntur, arctè inter ſe continentur.

Junior, oris, jünger. *Syn.* Adoleſcentior, ætate poſterior, minor natu, aliquot annis minor. v. *Adoleſcens,*

Jure, mit Recht / mit Fug. *Syn.* rectè, non injuria, meritò.)(*immeritò.* *Uſus.* Jure optimô ridemus. Jure occidi potuit.

Jurgium, ii, Zanck / Hader. *Syn.* contentio, rixa, *Uſus.* Exiſtet ſeu gignetur ex ea re ingens jurgium. Jurgiô contendo. Jurgiis & litibus abſtinere ſe. v. *Lis. contentio.*

Jurgo, as, zancken / haddern. *Syn.* Jurgiô contendo, rixor. *Uſus.* Vicini inter ſe jurgant, non litigant. v. *Contendo.*

Juridicialis, e, zum Rechtgehörig. *Uſus.* Juri-

Juridicialis constitutio vocetur, quamvis molestum hoc nomen sit.

Jurisconsultus, Rechtsgelehrter. *Syn.* Jureconsultus, Interpres juris, Interpres legum, Jurisperitus, prudens in jure civili, qui consulitur & respondet de jure; qui jura interpretari populo, & respondere de iis soliti sunt. *Usus.* Jurisconsulti domus est oraculum civitatis. Jure consultorum ingeniis pleraque corrupta sunt. Legum & consuetudinis, quâ privati utuntur, ad agendum & cavendum peritus.

Jurisdictio, Gebiet/ Herrschafft. *Syn.* Facultas & potestas juris dicendi. *Usus.* Jurisdictionem absolvere. Subigere gentem sub jus, jurisdictionem ac potestatem suam. Venalem jurisdictionem habere; *v. Ditio, Potestas.*

Jurisperitus, i, Rechtsgelehrter. *Syn.* Jurisconsultus. *Usus.* Jurisperitorum eloquentissimus, eloquentium juris peritissimus.

Juro, as, schweeren/ einen Eyd thun. *Syn.* adjuro, jurejurando devincio, jusjurandum do, *Usus.* In certa verba, ex animi sententiâ, non linguâ tantum jurare. Jurare Jovem lapidem, Stein und Bein schweren. *Phras.* Magnâ voce pulcherrimum & verissimum jusjurandum juravi; sacramentô contendi, rem esse meam; sacramentum dixi, jusjurandum interposui, jurejurando me obstrinxi; Juratus ea testabar; conceptis verbis more majorum juravi.

Jurandi formulæ, Ita me Deus amet! ita mihi propitius sit Deus! ita mihi Deus benefaciat, faveat, adsit! ita me Deus respiciat, juvet, tueatur, non deserat! Ita mihi à Deo prospera contingant omnia! Ita mihi optata contingant omnia! Ita, quæ opto, feliciter eveniant! Ita mihi bene sit! Ita meis rebus feliciter eveniat! Ita vivam! Ita diu feliciterque vivam! Ita ad voluntatem cuncta fluant! Ita diuturna lucis usurâ fruar! Ita mihi cùm diuturnus vitæ cursus, tum facilis eriam! Ita meis optatis fortuna respondeat! Ita sim incolumis, felix, beatus, malorum expers, ignarus adversæ fortunæ! Ita nihil adversi videam in vitâ! Ita nunquam adversam fortuna experiar! Ita fortunâ utar perpetnò bonâ! Ita malè mihi Deus faciat! Ita perdat me Deus! Ita moriar! Ne vivam! Ne sim salvus! Dispeream! Deum sentiam iratum! Malè mihi sit! Nihil mihi ex animi sententia succedat! Excludar omni commodo! Adversa mihi sint omnia! Cadat infeliciter, quidquid ago! Infensa, iniqua, adversa omnia experiar!

Jus, ris, das Recht. R. *quasi Iovis os*; *omne enim jus à Deo est*; *vel à* jubendo; *nam quod leges & magistratus jubent, jus est,*)(*injuria. Ep.* Accusatorium, æquum, bellicum, callidum, civile, consulare, equestre, feciale, firmum, hæreditarium, imperatorium, iniquum, patrium, pontificiale, prætorium, regium, tribunitium. *Usus.* Jus & æquitas vincula sunt civitatis. Summè strictô jure cum aliquo agere. Id jus ratumque est. Imperandi jus & potestas. Meô jure hoc dico faciamque. Æquô jure *agere*, decertare cum aliquo. De suo jure aliquid concedere, detrahi sinere, decedere. Jus *postulare*, dare, tribuere, Respondere de jure; certum jus statuere, constituere; jus dicere, judicia exercere. In jus aliquem *vocare*, adducere, educere; in jus adire. Jus suum persequi, exequi. Jus suum tenere, obtinere, adipisci, retinere. A jure abire, *v. Æquum.*

Jusjurandum, i, Eydschwur. *Syn.* Sacramenti fides, vel Religio jurisjurandi, Religio, fides. *Usus.* Religio jurisjurandi est metus Deorum immortalium in testimonio dicendo. Jurejurando devincta authoritas. Jurejurando nullum vinculum ad stringendam fidem arctius esse voluerunt majores. Aliquid jurejurando firmare Diis interpositis. Aliquem ad jusjurandum adigere; jusjurandum dare, conservare, negligere, violare.

Jussum, i, Befehl/Befehlung/Geheiß. *Syn.* mandatum, *Epith.* Ratum atque firmum.)(*vetitum. Usus.* Injusta jussa populis describere. Jussa nostra comprobat populus.

Jussus, ûs, Befehl/Geheiß. *Syn.* Imperium. *Usus.* Meô jussu. *v. Imperium.*

Justa, orum, Begräbniß/ Leich-Begängniß/ Leich-Bestattung. *Syn.* Exequiæ, Inferiæ. *Usus.* Paterno funeri justa solvere, peragere, facere.

Justè, billich/ mit Fug und Recht.

Syn. Jure, recte, legitimè.)(*iniquè.* *Usus.* Juste & legitimè imperare.

Justitia, æ, Gerechtigkeit / Billichkeit. *Syn.* Æquitas, jus, fas, justum. *Epi.* Germana, jucunda, magna, necessaria, optabilis, summa, vera, utilis. *Usus.* Justitia, quæ suum cuique tribuit, societatem humanæ conjunctionis magnificè tuetur. Fundamentum justitiæ est fides. In laude justitiæ sunt fides & æquabilitas. Erga Deos Religio, erga Parentes pietas, in moderatione lenitas bonitasque appellatur. *Phras.* Justitia omnes virtutes complectitur, continet, comprehendit. Omnes insunt in unâ justitiâ virtutes; virtutes omnes justitiâ continentur, comprehenduntur; omnes ad unam justitiam virtutes referuntur; omnes virtutes ab una justitia pendent, in unâ justitiâ includuntur. Qui justitiam tenet, non est, ut virtutem ullam præterea desideret, requirat, expetat. Nulla virtute justus caret; nulla virtus abest à justo; conjunctæ sunt, colligatæ sunt cum justitia virtutes omnes.

Justitium, ii, Gerichts-Anstand / oder Feyer. *Syn.* Jurisdictionis intermissio. *Usus.* Justitium edici, jurisdictionem intermitti, claudi ærarium, judicia tolli, justitiam remittere oportet.

Justus, a, um, gerecht / billich. *Syn.* Æquus, verus, meritus, debitus, legitimus.)(*Iniquus.* *Adv.* verè. *Usus.* Justum id est, debitumque. Justum & jus alere. *Phras.* In administranda republica id solum spectare debemus, quid justitia postulet. In omni publico munere considerandum est, quid sit justitiæ, quid rationi consentaneum; quid cum justitia, quid cum ratione congruat, conveniat, consentiat. In administranda republica habenda justitiæ summa ratio; una spectanda justitia, nihil præterea; de unâ justitiâ laborandum, honestum tuendum est solùm. Nostra consilia nostras actiones ad unam justitiam referre decet; propositam habere justitiam debemus; justitiæ servire, colere s. exercere unam debemus justitiam. Non est in administrandâ republica ne latum quidem unguem à justitiâ recedendum.

Juvenilis, e, jung / der Jugend gemein. *Usus.* Juvenilis libido, redundantia, licentia.

Juveniliter, kindisch / läppisch. *Syn.* more juvenum. *Usus.* Juveniliter exultare.

Juvenis, is, ein Jüngling. *R.* *à juvando.* *Syn.* Adolescens. *Epi.* nobilis. *Usus.* Infirmitas puerorum est, ferocia juvenum.

Juventus, tutis, Jugend. *Syn.* Ætas florens. *Epi.* delicata, formosa, libidinosa. *Usus.* Imberbis juventus; ætas vigens, firma, valida, integra. *Phras.* Si quid insidiarum in vita sit, minùs despicio, minimè miror, cùm adhuc intra juventutis annos tua versetur ætas. Si, quid insidiarum in vita sit, minùs vides, non miror, cùm in ea sis ætate, quæ valet viribus quidem, sed à prudentia infirma est. Cum in ea sis ætate, quæ viribus floret, sed à prudentiæ maturitate procul abest; quæ longè distat à prudentiâ, in quâ prudentia locum non habet; cum ætas juventutis, in qua tu es, usu rerum & experientiâ vacet, careat, vacua sit, non miror &c.

Juvo, as, helffen. *Syn.* adjuvo. *Usus.* Juvare, ornare quempiam, quibuscunque rebus possis. 2. *Delectat.* Juvat me ludere. *V.* *Auxilium.*

Juxta, nach. *Syn.* Non secus, similiter, secundum. *Us.* Juvit me, juxta ac si meus frater esset. 2. *Propè, propter.* Sepultus juxta viam Appiam. 3. *unà.* Juxta cum ignarissimis ignoro. Juxta boni malique, strenui & imbelles obtruncati sunt.

L.

Labefacio, is, fällen / verderben / zerrütten / schwächen. *Syn.* Labefacto, corrumpo, perfringo, dissolvo, conquasso, destruo, concutio, solvo, enervo, frango, debilito, infirmo.)(*Sustento, restituo.* *Usus.* Virum fortem nulla unquam vis, nullæ minæ, nullæ invidiæ labefecerunt. Is pugnis mihi dentes omnes labefecit. *V.* *Labefacto.*

Labefacto, as, *idem.* *Adv.* mediocriter, vehementer. *Usus.* Homo improbus Rempublicam, jura, leges, vitas hominum,

num, probè ab aliis conſtituta, ſocietatem & conſpirationem bonorum, dignitatem, Conſulatum Ciceronis vehementer labefactavit. Ecquid commoda mea, ecquid oratores labefactas, & oppugnas? 2. *Commovere, à propoſito avertere.* Firmns ſum, non me labefactabis. Ne crede, te fidem meam pecuniâ; cogitationem, ſententiam, amicitiam inſidiis labefactare posſe.

Labes, is, Fall / Fleck / Mackel / Gebrechen / Schande. *Epi.* Domeſtica, nefaria & pernicioſa. *Uſus.* Multis locis labes agrorum facta, terræque deſederunt, Einſinckung des Erdreichs. *Macula, ignominia, pernicies, ruina, dedecus, infamia, vitium, nævus, peſtis, lues.* *Uſ.* Num tu hanc conſcientiæ, animiq; labem & vulnera perferre diutius poteris? Vide, ne quæ labes integris, probrum caſtis, infamia bonis inferatur. Hunc hominem reipublicæ, provinciæ labem fore prævideo. Labem ejus dignitati aſperſit, intulit. *V. Macula. Dedecus.*

Labium, ii, Lefftze / Lippe. *Syn.* Labellum.

Labo, as, niederfallen / niedersincken / zu Boden und plötzlich dahin fallen. *Syn.* Ruo, repentè cado, vacillo, nudo, in caſum vergo; caſum, ruinam minor; corruo, cado, ruinæ proclivis ſum. *Uſus.* Refice ædes labantes: *Tranſl.* Vides Conſilium tuum, animos militum labare atque deficere. Sana, confirma Rempublicam, fortunam civitatis labantem magnopere & inclinantem.

Labor, eris, fallen / einfallen. *Syn.* Prolabor, dilabor, inclino. *Adv.* Continenter, longiùs, procliviùs, turpiſſimè, tutò. *Uſus.* Labuntur omnia, fluunt, occidunt. Res cum ſemel labi cœperit, proclivis eſt in perniciem. *Tranſl. Deficio.* Mores civitatis in mollitiem lapſi. Cave, ne ad illos, ad illorum opiniones delabaris. 2. *Erro, fallor, decipior.* Imprudentiâ potius quàm malitiâ, conſiliô, opinione meâ lapſus ſum. Si me audies, nunquam labêris. Ambitione labi. *Phraſ.* Quis in tam lubricâ, tam difficili rerum humanarum via non labitur? quis non offendit? cui non timenda offenſio? quis effugit, vitat omnem offenſionem? quis ab offenſione præſtare ſibi quidquam poſſit? quis eſt, qui nusquam incurrat imprudens?

Labor, oris, Arbeit / Mühe. *Syn.* Afflictio, labor corporis, contentio animi, opus, vigiliæ, ſudor, aſſiduitas. *Epi.* Alienus a noſtrâ ætate & dignitate, aſſiduus & quotidianus, continuatus, certus, clarus & nobilitatus, gravior, medius, vitæ tolerabilis, domeſticus, glorioſus, incredibilis, major, extremus, facilis & jucundus, maximus, forenſis, ſummus, illiberalis, inanis, oratorius; tum infinitus, tum puerilis; injucundus, levis, magnus, parvus, ſuperior induſtriâ, tantus, durus, juſtus atque honeſtus, militaris, minor, multus aut magnus, minimè neceſſarius, plurimus, priſtinus, utilis, ſollicitus, inſomnis. Labores nocturni, officioſi, patibiles, quotidiani, reliqui, tanti, veteres. *Uſus.* Suſcipere, ferre, ſuſtinere, finire laborem. Multùm laboris ac operæ in Latinitatem inſumpſi, impendi; multum operæ in his ſtudiis conſumpſi, exantlavi. *Phraſ. Labor magnus.* Multis oneribus ſuſceptarum rerum premor; multum mihi oneris impoſui, injunxi; laboribus aſſiduis & concurſationibus conficior; multam operam pono; nunquam mihi opus deeſt; multa me deprimit laborum moles. Ea res immenſi operis, multi certaminis eſt.

Labor inanis. Fruſtra laboravi; laborem inanem ſumpſi, ſuſcepi; ſpes meæ laborantibus fundamentis & infirmis nituntur. Spem ſecutus ſum cæcam; arido ſolo, campo infructuoſo, arenæ ſemina mandavi, commiſi; oleum & operam perdidi, inutiliter conſumpſi; inani ſtudiô ductus operam luſi; nulli uſui labor meus eſt; nullus mei laboris fructus extat; inutiliter ſtudium omne conſumpſi, locavi. *V. Conatus.*

Laborioſè, arbeitſam / mühesam. *Syn.* diligenter.

Laboro, as, arbeiten. *Syn.* Elaboro, contendo, laborem ſuſcipio, opus facio, labore me exerceo, laboribus me frango; operam do. *Adv.* Æquè ut, graviter, magnoperè, mediocriter, non ita valde, præcipuè, vehementer, vehementiùs.

Phras. Digna res est, in quâ nervos omnes ætatis industriæque contendas, in quâ omne vitæ tuæ curriculum conficias. Quid est, quod in Musis te conteras, tot curis ac vigiliis angaris; tantum laboris exhaurias, subeas; huic rei tantum operæ tribuas? Viden', ut sudem, ut diligentia omni enitar, quantum certamen mihi exsudandum sit? 2. *Curo, sollicitus sum.* De republicâ magis, quàm de tuis rebus laboras. Nihil de me, de famâ meâ laboro. Nunc in minimis habeo, de quibus antea maximè laborabam. 3. *Afficior, vexor, discrucior; relatum ad morbos corporis.* Ex intestinis, renibus, pedibus, stomacho, fame, re frumentariâ laborare. *Transl. ad animi morbos.* Inscitiâ, ambitione, animô, cerebrô, ex desideriô alicujus laborare. Ex invidiâ laborat; *invisus est.* Alienâ injuriâ laboro, *commoveor, afficior*; Domesticâ crudelitate, intestinis hostibus laborat Respublica. *V. Conor.*

Laboriosus, a, um, arbeitsam / geschäfftig. *Syn.* Industrius, sedulus, sollicitus, assiduus, operosus, studiosus, durus. *Usus.* Laboriosa exercitatio, deambulatio. *Phras.* Quid nobis sollicitum magis ac exercitum fingi potest, quibus nec in communi quidem otio otiosos esse liceat? Næ tu es homo multæ industriæ & magni laboris. Operosus & semper aliquid agens, aliquid moliens. *V. Diligens. Studiosus.*

Labrum, i, Lefftze / Lippe. *Syn.* Labium, labellum. *Epi.* Tremens. *Us.* Oris humani extrema labra sunt. Summis, primoribus labiis gustavit Philosophiam, *leviter attigit.* Versatur mihi in primoribus labiis, es ligt mir auf der Zungen. 2. *Extrema ora fontis, fluvii, lacûs. Vasis genus ad lavandum aptum.*

Lac, ctis, Milch. *Epi.* Lætum, dulce, pingue, primum. *Usus.* Lacte fætum depellere.

Lacer, a, um, * zerrissen / zerfleischet. *Us.* Artus laceri.

Laceratio, nis, Zerreissung / Zerfleischung. *Syn.* Laniatus. *Usus.* Muliebres lacerationes genarum. Tui corporis laceratio mihi dolori fuit.

Lacerna, æ, Kleid. *Syn.* Vestis virilis ac ferè militum.

Lacero, as, zerreissen / zerfleischet. *R.* à λακίζω. *Syn.* Concerpo, dirumpo, conscindo, discindo, carpo, dilacero, dilanio. *Usu.* Laceratum corpus fœdè abjicere. Virgis tergum lacerare. *Transl. graviter lædere.* *Usus.* Meus me mœror, animum ægritudo, patriam s. Rempublicam improbi cives omni scelere ac injuriâ miserè lacerant, exedunt, conficiunt. Verborum contumeliis, oratione virulentâ laceravit illum & cruentavit. Num & vitæ, quæ superest, reliquias lacerabis & distrahes?

Lacertosus, a, um, starckgliederig / starck von Gliedern. *Syn.* Robustus, nervosus. *Us.* Pugnaces & lacertosi centuriones. *V. Robustus.*

Lacertus, i, der Obertheil des Arms. *Syn.* Vires, nervi, robur, torus. *Epi.* Obesior, carnosus. *Usus.* Oratoriis lacertis viribusque argumenta torquere.

Lacesso, is, ere, anreitzen / verbittern. *Syn.* Provoco, irrito, tento. *Adv.* Ultrò, mediocriter.)(*Reprimo, respondeo.* *Usus.* Neque te ferrô, nec maledictis, nec injuriâ, ne verbô quidem unquam lacessivi. Non sum ad lacessendum procax.

Lachryma, æ, Zäher / Thräne. *R.* à δάκρυον. *Epi.* Diuturnæ, gratæ, invidiosæ, multæ & assiduæ, plures, plurimæ, populares, pueriles, quotidianæ. *Us.* Ea commemoratio lachrymas mihi commovit, excivit, lachrymas nolenti excussit, deduxit. Ecquid te lachrymis dedis, tradis; lachrymas effundis, profundis; lamentis te conficis? gravis viri est tenere lachrymas, cohibere, reprimere; imperare dolori, temperare lachrymis. Citò arescit, consumitur lacryma in alienis malis. *V. Gemo.*

Lacrymo, as; or, aris, weinen. *Syn.* Illachrymor, ploro, fleo, lugeo. *Phras.* Has Epistolas lacrymis propè delevi. Lacrymis debilitor & conficior, fletu impedior, oculos miserè corrumpo, lachrymæ vocem mihi & spiritum intercludunt. Lachrymis nunquam abstineo. In lachrymis jaceo; lachrymis nullum finem impono. Luctu consumor, contabesco. Modum lugendi nullum facio; totus in luctu versor. Luctum non intermitto, omitto. Assiduæ, perennes lachrymæ ex oculis defluunt. Lachrymis usque indulgeo. Captâ urbe ingens com-

comploratio ab omni turbâ mulierum exorta. Mulierum ac puerorum ejulantium, lamentantium ploratus. Præ gaudiô effudi lacrymas; lachrymæ mihi manârunt. *V. Gemo. Tristitia. Luctus.*

Lachrymabilis, e, das zu beweinen ist. *Usus.* Lachrymabilis gemitus. *V. Tristu.*

Lachrymabundus, a, um, * weinend.

Lachrymosus, a, um, * weinend/ weinerlich. *Us.* Poëmata lachrymosa.

Lactens, säugling/ saugend. *Syn.* Lac sugens.

Lacteo, es, saugen. *Syn.* Lac sugo. *Usus.* Romulum parvulum lac lactentem.

Lactesco, is, ere, zu Milch werden. *Syn.* In lac convertor, vel lacte impleor.

Lacteus, a, um, milchhafft/milchähnlich. *Us.* Orbis lacteus, circus candens.

Lacto, as, säugen. *Syn.* Lac præbeo.)(*Lacte depello*, entwehnen. *Transl. Per blanditias aliquem circumduco, decipio.* Lactâsti nempe me & falsâ spe produxisti.

Lacuna, æ, Pfütze/ Graben. *Syn.* Fossa. *Item.* Vacuitas, inopia, indigentia. *Epi.* Cæca. *Usus.* Vide, ut illam rei familiaris lacunam expleas, *damnum sarcias.*

Lacunar, is, Bühne/ Balcke/ Träger. *Usus.* Laquearium. *Us.* Gladius è lacunari setâ equinâ pendens.

Lacus, ûs, See/ Sumpff. R. à λάκκος. *Epi.* Plurimi.

Lædo, is, ere, verletzen/ beleydigen. R. à δηλέω, lædo, corrumpo. *Syn.* Offendo, violo, injuriam facio; aliquid mali alicui infero. *Adv.* Apertè, contumeliosè, gravissimè, imprudenter, injustè, liberè. *Usus.* Perjuriô, dictis aut factis, ludibriis aliquem lædere. *Phras.* Tuô, ut dicitur, gladiô rem tuam confecisti, *læsisti*; in tuum mucronem incurristi; multum offensionis, incommodi tibi à temet ipso accidit, oblatum est; Causa tua graviter ab temetipso vulnerata est. Ex illo lapsu crus tibi vitiatum, perstrictum, afflictum est.

Lædere Honorem. Ejus maledicta nominis tui laudi non officient, nocebunt, labem inferent, maculas injicient, tenebras offundent, jacturam afferent, detrimento erunt, non obscurabunt honorem tuum; non splendorem tui Nominis perstringent, obscurum reddent; obscuritatem afferent, tenebras obducent; tuo Nomini lucem eripient. Nihil inde adversi tua dignitas patietur, nihil de tua dignitate detrahetur; non dignitatis damnum facies, dignitas tua nulla labe afficietur, nullam maculam honor tuus contrahet. *V. Offendo.*

Læna, Oberrock/ Regenmantel. *Syn.* Vestis auguralis, amiculum.

Læsio, Beleydigung/ Verletzung. *Quoddam oratorum ornamentum. V. Offensio.*

Lætabilis, e, erfreulich. *Syn.* Lætandum, lætitia dignum; *Usus.* ut ea res lætabilis tibi sit & gloriosa opto. *V. Lætus.*

Lætè, lustig/ freudig. *Syn.* Iucundè, hilariter, hilarè.)(*Severè.*

Lætifico, as, Freud machen / Freud bringen / erfreuen. *Syn.* Lætitiam affero, lætitiâ afficio, hilaro, exhilaro, oblecto, recreo. *Usus.* Solis accessus terram, agros lætificat. *V. Lætitia.*

Lætitia, æ, Freud. *Syn.* Lætitiæ voluptas, gaudium, hilaritas. *Epi.* Ingens, insolens; insolita. *Usus.* 1. *Lætitiam facere.* Is Nuntius magnam mihi lætitiam attulit, dedit, objecit; insolitam in lætitiam me conjecit; magnâ lætitiâ me extulit, affecit. 2. *Lætitiam capere*, percipere; omnibus lætitiis incessi, exilii, exultavi, perfrictus sum. 3. *Lætitiam adimere.* At nuntius alter omnem lætitiam ademit, detraxit, labefactavit penitùs. *V. Gaudium.*

Lætor, aris, sich erfreuen/ frolocken. *Syn.* Exulto, triumpho, lætitiâ efferor, lætitiam apertè fero, lætitiis incedo. *Adv.* Magnoperè, mirabiliter, valdè, vehementer, vehementissimè. *Usus.* De tua fortuna lætor; tuis præclaris operibus, in tuis progressionibus magnopere mihi lætandum est. *Phras.* Tuis rebus valde lætor; lætitiam sumo, haurio, suscipio ex tuis rebus; gaudium mihi tuæ res pariunt, præbent; gaudio me afficiunt res tuæ. Magna mihi inde voluptas, jucunditas, delectatio oritur. Lætitiâ me res tuæ secundæ complent, cumulant, perfundunt. Magnam mihi hilaritatem colligo ex secundis rebus tuis. *V. Gaudeo.*

Lætus, a, um, freudig/ lustig/ muthig. R. λάω, *vel* λαύω, *fruor, video. Syn.* Alacer, hilaris, lætanti animô; bonô alacri,

alacri & erectô animô. *Usus.* Vultus lætus, lætissimi fructus; quô nihil lætius. Vir omnibus lætitiis lætus. *Vid. Hilaris.*

Lævigo, glatt machen / poliren / glätten. *Usus.* Parietes tectoriô lævigantur.

Lævis, e, glatt / schlipfferich / R. à λεῖος. idem. *Syn.* Quod tactu asperum non est, glaber, lubricus.

Lævus, a, um, linck. R. λαιός. *Syn.* Sinister. *Usus.* Læva manus, auris. Lævus homo, *ineptus.* Lævum tonitru, *fausti ominis.*

Lagena, æ, Flasche. *Syn.* Genus vasis. *Epi.* Exsiccatæ, inanes.

Lambo, is, ere, lecken. R. λάπτω. *Us.* bos linguâ se lambit, detergit. Mel mihi lambere s. lingere videor.

Lamentatio, nis, Weheklag. *Ægritudo cum ejulatu. Syn.* Querimonia, questus, lessus, plangor, gemitus, querelæ, *Epi.* Mærens, lugubris. *Usus.* Lamentatione forum complevere, fletus mulierum, & lamentationes fieri solitæ. *Vid. Gemitus. Luctus. Querela.*

Lamentor, aris, weheklagen / wehemüthige Klage. *Syn.* Deploro, lamentationem facio. *Adv.* Flebiliter, modicè, temerè. *Usus.* Lapides ipsi cæcitatem tuam, casus tuos flevissent & lamentati essent. *Vid. Luctus. Gemo. Queror.*

Lamentum, i, Weheklag / wehemüthige Klage. *Syn.* Lamentatio. *Usus.* In lachrymis, sordibus, lamentis muliebribus jacuisti. Num lamentis, querelis te dedes? *V. Lamentatio.*

Lamina, æ, Blech oder klein geschlagen Blatt von Metall. *Syn.* Candentes. *Usus.* Titulus laminæ aureæ inscriptus.

Lampas, dis, Ampel / Lampe. *Syn.* Lychnus, lucerna. *Usus.* Lampadibus multis illustratum templum. Cœli lampades stellæ.

Lana, æ, Wolle. *Epi.* Candidior, alba, tenera. *Phras.* Carpere, ducere, facere lanam s. lanas. Rixari de lana caprina.

Laneus, a, um, wüllen / von Wolle. *Us.* Pallium laneum.

Languefacio, es, matt machen / krafftloß machen. *Syn.* Languorem affero.)(*Incito, commoveo.*

Langueo, es, schwach und matt seyn / erliegen. *Syn.* Flaccesco, languidus fio, torpeo, torpesco, marcesco.)(*Exulto. Adv.* Planè. *Us.* Otiô, senectute, corpore languescit. Ne patere industriam languere tuam. Languet tua oratio, & jacet. *Phras.* Languet juventutis nostræ industria. Ut pulcherrimè calebat, ita ignaviter nunc facit omnia; indormit, restinctô studiorum ardore; ita frigidè agit, ut nolle existimetur. Juventute utimur frigidissimâ. Ardor omnis refrixit penitus & obriguit, fractis animis elanguescit, cessatione torpet. Veternus quidam occupavit, invasit juventutem; tam solutè, tam leviter, tam oscitanter agit. Nisi faces admoveamus, ni calefaciamus, frigore frigescunt s. conglaciant eorum studia. Otiô senescere, hebescere juventutem videmus; Juventus non gloriâ movetur, non utilitate; Juventus elanguit; non jam eadem juventus est, tardè commovetur, rarò incalescit.

Languidè, langsam / träg / saumselig. *Syn.* Cunctanter, negligenter.

Languidus, a, um, schwach und matt / krafftloß. *Syn.* Languens, tardus, debilitatus, mollis, enervatus, remissus.)(*Operosus, semper aliquid agens. Usus.* Senectus, oratio, studia languida. Homo segnis, remissus & frigidus, lentus & penè frigidus. Desides animi & imbelles. Languida studia & evanida. Homo, in quo nihil vigoris, spiritûs, igniculorum.

Languor, is, Mattigkeit / Trägheit. *Syn.* Stupor, desidia, torpor. *Epi.* Gravis, segnis, lentus. *Us.* Expectatio diutina, otium & solitudo manuum affert languorem. 2. Languori se dare, permittere, dedere.

Laniatio, nis, Zerreissung. *Syn.* Laniatus.

Laniena, æ, * Fleischbanck / Schlachthauß / Schirrn. *Syn.* Officina, in qua venduntur carnes.

Lanio, as, zerreissen / zerfleischen. *Syn.* Discindo, dilanio.

Lanista, æ, Fechtmeister. *Syn.* Gladiatorum Magister.

Lanius, ii, Ein Metzger. R. à *laniandis & vendendis carnibus. Syn.* Carnarius.

Lanu-

Lanugo, inis, Gauch-Haar/Milch-Haar/ erste Bart-Haar. R. Prima pilorum eruptio, ita dicta à lanæ similitudine, qualis in Adolescentum genis & pomis quibusdam. *Epi.* Prima.

Lapidicina, æ, Steinbruch. *Syn.* Latomia.

Lapidatio, nis, Steinigung/ das Steinwerffen. *Syn.* Lapidum jactus. *Epi.* Ampla, magna. *Usus.* Inde fit saxis magna lapidatio. Lapidatione & hominum concursu prohibitus est à nostris.

Lapidator, is, Steiniger. *Syn.* Percussor, de homine improbo, seditioso.

Lapideus, a, um, steinern / von Stein seyend. *Us.* Lapideus murus.

Lapido, as, steinigen. *Syn.* Lapidibus cooperire, incessere, obruere; saxa conjicere. Magna vis lapidum grandinis modò in clauem effusa est.

Lapidosus, a, um, steinig / steinächtig. *Usus.* Terra, ager, loca lapidosa.

Lapis, idis, Stein. *Epi.* Redivivus, necessarius. *Us.* Lapidibus aliquem appetere, percutere. Homo de lapide emptus, *è quô præco, venalia mancipia pronunciabat; & de capite vilissimo dicitur.* Ad tertium, quartum lapidem ab urbe, drey oder vier Meilen von der Stadt. *Nam lapidibus per intervalla defixu milliaria designabant veteres.*

Lapsus, ûs, Fall. *Syn.* Prolapsio, lapsio, casus. *Epi.* Certus, multiplex, præceps, vetustus. Multi, populares, variique. *Us.* Lapsus fluminis & cursus. Continere temeritatem in lapsu, arduum est. *V. Error.*

Laquear, ris, * Gewelb. *Us.* Tecti laquearia.

Laqueus, i, ein Strick/ Strang. *Epi.* Aptior, laquei multi. *Us.* 1. *Vinculum aut res quacunque, qua irretiri aut capi possumus*, ut: Disputationum, legum, verborum laqueis imperitum rerum irretire, tenere, constringere. Laqueos alteri tendere, *insidiari.* In laqueum collum inseruit; laqueô vitam finivit. *Declinare*, evitare laqueos judicii solertiâ.

Laqueatus, a, um, vertäfelt / überzogen. *Us.* Laqueatum aurô templum.

Lar, is, Hauß-Götz / Hauß-Gott. *Syn.* Focus, penates; dii patrii, domestici. Ipsæ ædes. *Epi.* Familiaris. *Usus.* Relinquere, redire ad larem suum.

Largè, reichlich/ überflüssig. *Syn.* Largiter, largissimè, liberaliter, effusè, munificè, copiosè. *Us.* Largè dare aliquid, largè parare convivium, largè promittere.

Largior, iris, schencken / freygeben / vergünstigen. *Syn.* Dono, gratificor, largitionem facio. *Us.* Natura tua façultatem insignem & copiam dicendi largitur. Largire hoc amori nostro.)(*Ericpio. Adv.* Apertissimè, inconsultò, liberalissimè. *Thras.* Non tui moris est largiri multa, dona dare, in quemquam conferre, liberalitate uti, liberalitatem exercere; munere afficere quemquam. *V. Liberalis. Munus. Do. Dono.*

Largitas, tis, Freygebigkeit. *Syn.* Liberalitas. *Usus.* Ne liberalitate s. largitate nimius sis, aut parsimoniâ. *V. Liberalitas.*

Largiter, reichlich/ überflüssiglich. *Syn.* Largè.

Largitio, nis, Schenckung / Beschenckung / reichliche Beschenckung. *Syn.* Effusio, corruptela. *Epi.* Agraria, frumentaria, infinita, maxima, modica, intolerabilis, necessaria, perniciosa, popularis, regia, salutaris, singularis, turpis, maxima. *Usus.* Largitio fundum non habet; â liberalitate sejungenda est. Largitione quendam corrumpere, emere, animos conciliare. 2. *Concessio*, in largitione civitatis, civitatis communicatione generosi fuêre Romani. 3. *Expensa ad aucupandum favorem in petitione Magistratûs.* Effusè largitionibus rem perdidit.

Largitor, is, Begaber/ Schencker / Beschencker / der gern schencket. *Syn.* Corruptor. *Epi.* Factiosus, prodigus.

Largus, a, um, freygebig / reichlich. R. à λαυῥος, copiosus. *Us.* Duo genera sunt largorum quorum alteri prodigi, alii liberales. Larga compensatio.

Larva, æ; æ, arum, Gespenst. *Usus.* Num hunc hominem larvæ, intemperiæ, insaniæ, agitant? 2. *Persona.* Mummerey/ Masque/ Larve. *vulg. Mascara.* Non illi larvâ opus est.

Larvatus, verlarvet / vermummet /! masquerirt. *Syn.* Furiosus, mente inmotus, à larvis exterritus, territus. 2. Personatus, verstellet.

Lasci-

Lascivia, æ, Frechheit / Geilheit / Uppigkeit. *Syn.* Petulantia, hilaritas, mollities, procacitas *V. Luxuria.*

Lascivio, is, ire, meisterloß / üppig / frech und außgelassen seyn / gailern. *Usus.* Petulanter agere, lusitare, exultare ut equi indomiti. Longô otiô plebs lascivire cæpit.

Lascivus, a, um, gail / üppig / meisterloß / frech / außgelassen. *Syn.* Petulans, procax, mollis. *V. Petulans.*

Lassitudo, nis, Müdigkeit. *Molestia ex labore.* *Syn.* Defatigatio. *Usus.* Abigere s. eximere membris lassitudinem. Vinô abstergere lassitudinem, aut interpositâ quiete. *V. Fatigo.*

Lassus, a, um, müd / matt / ermüdet / laß und träg. *Syn.* Labore tam animi quàm corporis fatigatus. *V. Fatigo.*

Latè, breit. *Syn.* Latissimè, laxè. *Us.* Bellum longè latèque dispersum, weit und breit sich erstreckend. Latius opinione disseminatum malum, ad multos pertinens, latè diffusum; malum longiùs serpens, quàm credatur. Tua doctrina latè fluxit; latissimè manavit tua industria. Laus tua perlatè diffusa.

Latebra, æ, Höle / Klufft / Schlupffwinckel. *Syn.* Recessus; locus, in quo latere quid possit. *Epi.* Malefica, parva, tanta. *Usus.* Multæ sunt animorum latebræ, multi recessus. Erupit è latebris tenebrisque conspiratio, in quas impulsa abditaque fuerat, in quas se conjecerat. 2. *Transl. excusatio, declinatio rei objecta.* Quære latebram tuo perjurio. Non est latebra danda populo, in qua &c. Suspicionum, obscuritatis latebræ.

Latebrosus, a, um, hölicht / voll Hölen. *Usus.* Via latebrosa, plena latebris.

Latens, verborgen / versteckt. *Syn.* Obscurus, involutus.

Latenter, heimlich. *Syn.* Clàm, occultè.

Lateo, es, verborgen liegen. *Syn.* Latesco, delitesco, clam sum. *Adv.* Abditè, occultè, utiliter. *Usus.* Non latebat me tuum flagitium. Sub nomine pacis bellum latet. Non id abditum aut latebat in tenebris, sed in oculis vobis positum erat. *Phras.* Homo versutus fefellit quæsitorum industriam, occultorum locorum latibulis delituit, latitavit in tenebris abditus & retrusus. Nempe ignaviam tuam tenebrarum ac parietum custodiis teges, condes, occules, occultabis, Latet s. fugit me, *ignoro.*

Laterna, æ, * Latern / Lucern.

Latibulum, i; Höle / Schlupffloch; ferè *est proprium ferarum.* *Us.* Latibula, perfugium quærere, Außflucht suchen. Latibulis se tegere. *V. Latebra.*

Latinè, Lateinisch. *Usus.* Planè ac Latinè loqui. Græca Latinè reddere. Perbene, non pessimè Latinè loqui, gut Latein reden /. Latinè scire, Latein könne.

Latinitas, tis, Latinität. *Syn.* Sermonis Latini puritas. *Us.* Latinitas est, quæ sermonem purum conservat ab omni vitiô remotum. *Phras.* Incorruptâ quâdam Latini sermonis integritate, locutione emendatâ & Latinâ, castè purèque uteris Latinâ linguâ. Tibi verba Latinitate donare non licet; non es idoneus autor Latinitatis, kein guter Lateiner seyn.

Latinus, a, um, Lateinisch. *Usus.* Probè Latinus es; Latinas litteras præclarè calles, tenes, exhausisti.

Latio, nis, Tragung / Bringung. *Us.* Expectabo legis lationem, Gesetzgebung.

Latito, as, verborgen seyn. *Syn.* R. à λήθω, *Dor.* λάθω. *Us.* Non latitabis, nec me ludificaberis diutius.

Latitudo, nis, Breite / Breitung.)(*Angustia.* *Us.* Tuarum latitudinem possessionum tueri non poteris.

Lator, is, Uberbringer / Träger. *Us.* Quis talis latorem legis perferret? Gesetzgeber.

Latratus, ûs, das Bellen.

Latro, as, bellen. *Us.* Latrant hi oratores, non loquuntur. *Transl. vociferari.*

Latro, nis, Mörder / Strassenrauber / Strauchdieb / Buschklopffer. *Syn.* Prædo, sicarius, grassator, excursor, qui in cæde atque ex cæde vivit, qui maleficiô & scelere pascitur, qui per latrocinia & rapinam vitam tolerat. *Epi.* Funestus, demens, paratissimus ad omnia, expeditus, perditus abjectusque, fortis, impurus, maleficus, sceleratus atque egens, sceleratissimus, deterrimus, impunè latrocinans, turpissimus: Latrones armati, consceleratì, fœdissimi, furentes, importunissimi, noti ac insignes, nefarii, perditissimi.

Latrocinium, i, Todtschlägerey / Mörderey / Strassenrauberey. *Syn.* Excursio. *Ep.* Apertum, castrense, civile, domesticum, forense, honestum, impium,

um, intolerabile, intestinum, nefarium, nocturnum, novum ac singulare, sceleratissimum ac deterrimum. Latrocinia frequentia, funesta, magna. *Usus.* Hoc equidem latrocinium est, non judicium. Tueri fines ab excursionibus & latrociniis. Per latrocinium tu hunc hominem despoliâsti, latrociniô oppressisti insontem.

Latrocinor, aris, **rauben / morden.** *Syn.* Prædor, excurro, grassor. *Us.* Duo millia latrocinari dicuntur.

Latumiæ, s. Latomiæ, arum, **Steinbruch / Steingruben.** 2. Carcer Syracusanus.

Latus, a, um, **breit / weit.** *Syn.* Amplus, laxus)(*Angustus.* 2. *particip. à fero.* Nihil de hoc fœdere ad populum latum; nulla rogatio, nulla quæstio lata.

Latus, eris, **Seite.** R. πλατὺς, *idem* *Syn.* Situs ac regio ad dextram, vel sinistram. *Epi.* Bonum, valens. *Usus.* 1. Provincia altero latere mari abluitur. 2. *Dextra vel sinistra pars corporis.* Latus ei condoluit. Lateris dolore consumptus est. Ad Cæsaris latus assedit. Per alicujus latus ferire alterum.

Lavatio, nis, **Bad / Abwaschung.** *Syn.* Balneum. *Usus.* Cura aut, cum venero, lavatio parata sit.

Laudabilis, e, **löblich / rühmlich / lobwürdig.** *Syn.* Laudandus, probatus, prædicabilis, prædicandus, præferendus. *Usus.* Honestum etsi à nullo laudetur, laudabile est naturâ, prædicabile, item ac præferendum. Ingenium probabile, probabilis orator, *laudabilis.*

Laudabiliter, **löblich / rühmlich / preißwürdig.** *Syn.* Rectè, laudatè, honestè, cum laude.

Laudatio, nis, **Belohnung / Preisung / Rühmung / Herausstreichung.** *Syn.* Præconium, commendatio, funebris oratio.)(*Vituperatio.* *Epi.* Gravis & honesta; data alicui laudatio.

Laudator, is, **Lobsprecher / Rühmer / Lobredner.** *Syn.* Testis innocentiæ alicujus, suasor. *Us.* Te mihi laudatorem mearum rerum, testem, authorem cupio. Decem laudatores in judiciis dari soliti. Habebis in me tuæ virtutis præconem, probatorem rerum tuarum, & buccinatorem.

Laudatus, a, um, **belobt / gelobt / gerühmt / bekant.** *Syn.* Spectatus, probatus, laudibus abundans.)(*Nullâ illustri laude celebratus, in obscuro versans, incelebris.* *Usus.* Homo suâ sponte, non alienô testimoniô, omnium consensione laudatus.

Laudo, as, **loben / rühmen / preisen / heraus streichen.** *Syn.* Collaudo, commendo, celebro; laudem tribuo, contribuo, impertio vel impertior; multùm alicui tribuo, eximiâ laude orno, nomen orno; verbis amplissimis, maximis laudibus orno; laudibus afficio, laudibus effero; in cælum laudibus tollo, extollo, fero; Nobilito, laudem alicujus celebro, gloriâ & prædicatione effero, in aliquem omnes laudes confero; aliquem verbis effero, probo, approbo; laudes de aliquo habeo, in gloriâ & laude aliquid pono. *Adv.* Apertè, commodè, copiosè, copiosissimè, egregiè, graviter, honorificentissimè, meritò, mirificè, nimis valdè, nominatim, ornatiùs, planè, privatim, publicè, rectè, valdè, vehementer, verè, verissimè, unicè. *Thras.* Vir dignus est, qui ab omnibus dilaudetur, qui omnium vocibus scriptisque decoretur, cujus laudes nemo consequitur, cujus virtus satis extolli nequit, qui omnium laudibus ornetur s. cumuletur; Cujus fama per omnem terrarum orbem celebretur, æternis laudibus floreat; quem semper omnes in ore animisque habeant. *V. Illustro.*

Lavo, as, **waschen.** *Us.* Ubi nos laverimus, si voles, lavato.

Laurea, æ, **Lorbeerkrantz.** *Syn.* Corona laurea, laureola. *Usus.* quem currum, quam lauream cum laudatione tuâ conferam?

Laureatus, a, um, **mit Lorbeern geziert.** *Us.* Lictores, fasces laureati; laureatæ litteræ.

Laureola, æ, **Lorbeerkräntzlein.**

Laurus, i, **Lorbeer-Baum.** *Usus.* Sed incurrit hæc laurus nostra in oculos malevolorum. Lauri baccæ, **Lorbeeren.**

Laus, dis, **Lob / Ruhm / Preiß.** R. *q.s.* λαῦσις à λαύω, fruor. *Syn.* Præconium, commendatio, gloria, splendor, decus. *Epi.* Summa, divina, domestica, publica, admirabilis, æqua, aliena, amplior, antiquior, bellica, communis, consimilis, immortalis, egregia, eximia, exigua, forensis, gratissima, honesta,

ſta, ſatis idonea, illuſtris, imperatoria, inanis, infinita, jucunda, magna, digna, media, non mediocris, militaris, mira, modica, nova, oratoria, par, perennis, perfecta, popularis, præcipua, præclara, propria, ſempiterna ſingularis, ſolida, ſumma, tenuis, vera, falſa, una, regia.)(*Vitium*. *Uſ.* 1. laudem quærere, petere, venari, ſibi adſciſcere, parere, colligere, comparare, conſequi. In laudem incumbere totis animis; laudem nanciſci, excipere. 2. *Laudem habere.* Brevitas non habet laudem, non eſt in laude. Ille floret laude, abundat, cumulatur laude, laudibus procedit. 3. *Laudem alteri tribuere.* Pulchrum eſt & ingenuum favere, ſuffragari, ſubſervire, ſubvenire, præeſſe amici laudibus. In amicum laudem transfundere, laudes amici diffundere. 4. *Laudem alteri præripere*, de alterius laudibus delibare; laudem alicujus minuere, imminuere, obterere. *V. Gloria. Splendor.*

Lautè, herrlich.

Lautia, orum, Ehren-Geſchencke. *Syn.* munera, quæ præbebant alienis legatis per quæſtores Romani. *Vid. Dona.*

Lautitia, æ, Pracht/ Herrlichkeit. *Epi.* Nova. *Syn.* Munditia, elegantia.

Lautus, a, um, prächtig. *Syn.* Elegans, ſplendidus, dives, mollis, delicatus. *Uſ.* Lautus victus ac elegans. Villa lautius ædificata, in quâ nihil non lautum, exquiſitum, magnopere ſumptuoſum. Patrimonium ſanè lautum, copioſum, ſplendidum luxu diſſipavit. Lautus homo & urbanus.

Laxamentum, i, Erweiterung. *Syn.* Dilatatio. *Transl.* Remiſſio, relaxatio. *Uſus.* Ab curis paulùm laxamenti nactus ſum. Cauſæ tuæ nihil laxamenti datum eſt.

Laxitas, tis, Weite. *Syn.* Dilatatio. *Uſ.* In ædibus adhibenda cura laxitatis.

Laxo, as, erweitern/ erquicken. *Syn.* Dilato, ſolvo.)(*Aſtringo.* *Uſus.* Quàm te à libidinum vinculis laxatum vellem! Animi corpore laxati in cælum evolant. 2. *Remitto.* Facilè laxatur, diffluit, dilabitur, remittit legum ſeveritas. Facilè diſceditur ab acri nimium contentione. Multùm à conſuetudine & diligentiâ meâ diſcedo. Remiſſiſſimô vir ad otium & omnem comitatem animô. Curis & moleſtiis te, animum à contentione laxa; laxamenti aliquid tibi indulge. *Vid. Relaxo.*

Laxus, a, um, weit. *Syn.* Amplus.)(*Adductus.* *Uſus.* Laxæ ædes; laxè habitas & magnificè. Amicitiæ fræna laxiſſima ſint oportet, quæ ex uſu adducas & remittas. 2. *Longus.* Diem tibi ſtatuo ſatis laxum, *tempus ſat longum.* *V. Amplus.*

Lectica, æ, Tragſeſſel/ Sänffte. *Syn.* Lecticula, hexaphorus, octophorus. *Epi.* aperta, operta. *Uſus.* Lecticulâ in curiam illatus, delatus eſt.

Lecticarius, ii, Seſſelträger/ Sänfften-träger. *Syn.* qui lecticam fert.

Lectio, onis, Leſung. *Syn.* Legendi actus. *Item,* electio. *Uſus.* Hâc tali Judicum lectione grande reipublicæ inuſtum eſt dedecus.

Lector, is, Leſer/ Vorleſer. *Syn.* Anagnoſtes, autor, recitator.

Lectus, i, Bett. *Syn.* Lectulus, cubile, torus, ſtratum, grabatus. *Epi.* Ligneus, æratus, genialis, cubicularis. *Uſus.* Laborat in pedibus, in lecto ſe collocavit; in lecto eſt; dolor eum lectulo affixit. In aureo, pellibus hædinis conſtrato pulvino jacet.

Lectus, a, um, erleſen/ auserwählt. *Uſus.* Vir, Adoleſcens lectiſſimus; fœmina lectiſſima & ornatiſſimis moribus.

Legatio, onis, Geſandtſchaft/ Bottſchaft. *Syn.* Actus legandi; & ipſi legati. *Epi.* libera; quæ honoris cauſa, titulô tenùs deferebatur, alioquin ſua negotia agendi in Provinciâ. Votiva, *voti prætextu ſuſcepta.* *Uſus.* *Legationem accipere*, ſuſcipere, gerere, habere, obire, perficere. *Negotia legationis.* In legatione eſſe. 2. Legationem renuntiare, *referre legationis acta.*

Legatus, i, Abgeſandter / Geſandter/ Bottſchaffter. *Syn.* Orator, nuntius Pacis & belli; Curator, interpres bellici Conſilii; autor, miniſter muneris Provincialis. *Epi.* Conſularis; dignus Imperatoribus, clariſſimis exercitibus, ornatiſſimis provinciis; improbiſſimus, quæſtorius, regius, temperatiſſimus. *Uſus.* Legatos adhibuit & deprecatores. Legatio benignè audita.

Legio,

Legio, onis, Regiment Soldaten. R. à legendo & delectu militum dicta. Dividitur in decem cohortes, cohors in 50. manipulos, manipulus in 20. milites; quamquam varietur admodum numerus. *Epi.* Acris aut pugnax, avida, cælestis & divina, digna imperatore, hiberna, luculentissima, martia, veterana, universa, aliena, firma, fortis. Legiones frequentes, inimicissimæ, idoneæ, invictæ, honestæ, paratissimæ ad liberandam patriam. *Usus.* 1. *Legiones conscribere*, improbô delectu quinque legiones conscripsit, scripsit, confecit. Multitudinem omnem in tres legiones distribuit. Supplementa legionibus scripsit, legiones implevit, recroutiren. 2. *Legionibus praeesse*; legiones accipere, habere. *V. Exercitus.*

Legionarius, a, um, zum Regiment gehörig. *Syn.* Miles de legione, aut res alia ad legionem pertinens.

Legislator, is, Gesetzgeber. *Syn.* Lator legis, legis scriptor. Qui legem vivendi dat populis; qui leges fert, jura statuit, jura civibus præscribit.

Legitimè, rechtmäßig. *Syn.* Justè, verè. *Usus.* Nihil legitimè, nihil more majorum, nihil jure, nihil legibus actum. Bellum justum & pium & legitimè gestum.

Legitimus, a, um, rechtmäßig. *Syn.* Justus, verus, æquus, secundùm legem. *Usus.* Justa & legitima potestas, concio, quæstio. Dies habendis comitiis legitimus. Jus legitimum.

Lego, as, Bottschaft oder Gesandtschafft schicken. R. λέγω, *mitto. Syn.* legatum mittere. *Usus.* Siculi Andronem ad Senatum legârunt. 2. *Alteri testamentô vel codicillis aliquid relinquo.* vermachen. Usum-fructum omnium bonorum uxori legavit.

Lego, is, ere, lesen. *Syn.* Recito, cognosco, volvo, evolvo, voluto, pervoluto, volutor, versor, lectionem ad librum aliquem adhibeo.)(*Rejicio. Adv.* Attentè, diligenter, diligentiùs, libentiùs, nihil, studiosè, curiosè atque contentè, cursim, suavissimè & peritissimè, clarè & intentè, de plano. *Usus.* Omnium bonarum artium autores legendi sunt & pervolutandi. 2. *Colligo*; preces, flores, nuces, poma legere. 3. *Seligere*, Senatum, milites legere. Aliquem in demortui locum legere. *Thras.* Libros Ciceronis legendo contrivi, in his acquiesco unicè, hos inexhaustâ aviditate revolvo, in his evolutandis tempus pono s. consumo; hos curiosè, atque contentè, lectione plurimâ evolvo. Cicero mihi assiduè in manibus est; est mihi voluptas plurima in ejus commentariis itendidem regustandis, accuratè lectitandis, assiduè tractandis, in sinu circumferendis s. circumgestandis. Unius Ciceronis lectio animum meum pascit; Unus Cicero placet mihi, delectat me, capit s. tenet me. In uno Cicerone studium omne colloco; uni Ciceroni studium meum omne dicavi; ad unum Ciceronem operam omnem meam contuli; meas uni Ciceroni vigilias dedi, dicavi, tradidi, addixi; ab hoc avelli non possum. Ciceronis lectioni ita affixus sum totis animis, ut &c. Unus sibi horas meas omnes vendicat, rapit Cicero.

Legulejus, ii, Gesetz-Lehrer/ Gesetz-Verständiger. *Syn.* Formularius, cantor formularum, præco actionum, *formularum duntaxat forensium & albi gnarus, peritus. Epi.* Cautus & acutus.

Legumen, inis, Hülsen-Frucht. *Syn.* quod legitur à terra; ùt pisa, fabæ, ciceres, lenticulæ, phaseoli, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum, &c.

Lembus, i, * Schifflein. *Syn.* Navicula brevis & velox.

Lemma, tis, ein unwiedersprechlicher Spruch oder Satz. *Syn.* Assumptum.

Lena, æ, Kupplerin/Hurenwirthin. *Syn.* Conciliatrix. *Usus. Transl.* Vide, ut blanda conciliatrix & veluti lena naturâ sit.

Lenio, is, ire, lindern/ mildern/ sänfftigen/ besänfftigen. *Syn.* placo, mitigo, flecto, sedo.)(*Inflammo. Usus.* Cæsar irritatos muneribus lenivit. Incommoda commodorum compensatione lenienda sunt. Multùm me litteræ tuæ, multâ consolatione leniunt. Desiderium tui litteris accipiendis leniam. *Thras.* Oratione commodissimè temeritas, furor, ira vulgi placatur, sedatur, prohibetur. Plebs per-

permulcendo, trahendoque paulatim mansuescit, ad mansuetudinem traducitur. Quantæ tempestates oratione discutiuntur? Iratum Patrem, quæso, tranquillum mihi fac, & propitium, & placabilem. Lenita tandem est hominis ira. Dedit se ad lenitatem. Relanguit; remisit Spiritus indomitos; compressit animos suos. Ætas, dies intempetiem illam mitigavit. Omnis animi motus, quasi ventus hominem defecit; vehementes illius ac repentini impetus consenuêre. Perturbationes animi sedatæ & restrictæ. Resedit vetus ille impetus & ardor animorum. Nihil illo placidius, aut quietius. Tam placitus quam ovis evasit. Deferbuit adolescentiæ æstus, *V. Injuriam oblivisci, in gratiam redire.*

Lenis, e, gelind/ mild/ sanfft/ geschlacht. *Syn.* facilis, mitis, indulgens, clemens, humanus, mansuetus, comis, placidus, minimè austerus.)(*Acer, fortis, severus, asper, durus. Usus.* Romani in hostes lenissimi. Tractus orationis lenis & æquabilis. *Ph.* Scito, leni me animô natum, auriculâ infimâ molliorem, naturâ lenissimum. Nonnullis ad lenitatem propensior erat. Quibusdam mea lenitas solutior visa est. In fratre meo summa comitas, jucunditas, mollis animus ad accipiendam & deponendam offensionem. Omnibus se placabilem, exorabilem præbet. Summâ placabilitate, atque clementiâ, summâ animi mollitiâ & facilitate, leni & victô animô est, Lenior, tranquillior, quàm mutum mare in alcyoniis.

Lenitas, Sänfftigkeit/ Mildigkeit/ Gelindigkeit/ Milde. *Syn.* Lenitudo, quasi quædam mollitia. *Epi.* æquabilis, grata, nova, perpetua, pristina, soluta, *Usus.* Lenitatem mollitia quædam animi imitatur. Nostrum est mentes ad lenitatem & misericordiam revocare, traducere. Asperitate tuâ hominem de lenitate suâ deduxisti. Profluens oratio æquabili lenitate. *V. mansuetudo.*

Leniter, lind/ mild/ sanfft. *Syn.* lenissimè, molliter, suaviter, molli manu, molli brachiô,)(*asperè, Usus.* leniter sentire ac dicere. Leniter arridere alicui. Sensim ac leniter accendere animos. Remissè ac leniter dicere, procedere, *minimè festinanter.*

Lenitudo, inis, Milde/ Lindigkeit. *Syn.* clementia, suavitas. *Epi.* nimia. *Usus.* lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Leno, onis, Kuppler Hurenwirth/ Hurenführer. *Syn.* Minister libidinis, minister improbissimæ cupiditatis, scortarum productor. *Epith.* Impudentissimus, improbissimus, perjurissimus, turpissimus, impurissimus.

Lenocinium, ii, Kuppleren/ Hurenwirthschafft/ Huren-Herberge/ Schmeichelung/ Lockung. *Syn.* Delinimentum, allectamentum, *Epi.* Domesticum. *Usus.* Nempe vitiorum se illecebris & cupiditatum lenociniis dediderunt. Egestatem lenociniô sustentat; lenocinium facit, *qui lenonem agit.*

Lenocinor, aris, kuppelen / liebkosen / zärtlen/schmeichlen/locken/ *Syn.* blandior, allicio. *Usus.* tibi serviet, tibi lenocinabitur. *V. Assentor, Allicio.*

Lentè, weich/ träg/ langsam/ gemachsam/ *Syn.* remissè. *Us.* lentè aliquid ferre. Lentè respondere.

Lentitudo, inis, Langsamkeit / Trägheit/ *Syn.* tarditas,)(*gravitas. Epith.* semper viridis. *Usus.* quod nos lenitatem dicimus, illi vitiosô lentitudinis vocabulô appellant. Hoc aliàs gravitatis est, alias lentitudinis.

Lentus, a, um, weich / träg / langsam / biegsam. *Syn.* tardus, frigidus, remissus, tener, flexibilis,)(*lacer. Usus.* lentior fuit pugna; lentum negotium; lentus homo, ac propè frigidus. Vincula lentiora; radices lentæ; lentus salix. *V. Tardus.*

Leo, nis, Löw/ *Epith.* Magnus *Usus.* fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Lepidè, holdselig / fein. *Syn.* Venustè, eleganter, festivè. *Usus.* Lepidè hoc tibi effectum tradam.

Lepidus, a, um, holdselig / zierlich/. *Syn.* Festivus, venustus, elegans. *Usus.* Puer lepidus & delicatus, Lepida oratio & concinna. *Phras.* Nemo illô unquam urbanitate, lepóre, suavitate conditior; in quo imaginem antiquæ & vernaculæ suavitatis agnoscas. Amandus homo & in omni

omni genere jucundus. Atticis & urbanis salibus omni venustate & lepôre mirè affluens, summa in illius moribus festivitas, splendor, concinnitudo. *V. Facetus.*

Lepor, óris, Holdseeligkeit / Lieblichkeit. *Syn.* Festivitas, jucunditas, venustas, hilaritas, humanitas, urbanitas. *Epi.* Admirabilis, eximius, inusitatus, magnus, major, multus, oratorius, tantus, vetus. *Usus.* Sunt in oratione tuâ omnes verborum, omnes sententiarum lepóres. Elucet in eâ species humanitatis, salis, suavitatis, lepóris; facetiarum oratorius non scurrilis lepos.

Lepra, æ, * Aussatz. *Syn.* Morbus elephantiacus.

Lepus, oris, Haaß. *Usus.* Lepus es, & pulpamentum quæris. Lepore timidior.

Lessus, i, Traurlied. *Syn.* Lugubris ejulatio. *Usus.* Mulier genas ne carpito; ne lessum funeris ergo habeto.

Lethalis, e, tödtlich. *Syn.* mortifer. *Usus.* Vulnus lethale.

Lethargus, i, Schlaffsucht. *Syn.* Morbus inexpugnabilis à somno, torpor. *Usus.* Gravi lethargô oppressus.

Lethum, i, der Tod. *Syn.* Mors. *Usus.* Vide, quàm turpi lethô pereamus.

Levamen, inis, Hülff / Erleichterung. *Us.* Si quod esset levamen, esset in te uno. *V. Auxilium.*

Levamentum, i, Erquickung / Erholung. *Syn.* Allevamentum, levamen, fomentum, allevatio, levatio. *Usus.* Erit ea res tibi levamento. *V. Foveo.*

Levatio, nis, Erholung. *Syn.* Levamentum, levamen. *Epi.* Magna, summa. *Us.* Id majorem, quàm expectas, tibi levationem afferet. Reperies malis tuis, dolori, ægritudini levationem maximam. *V. Auxilium.*

Levis, e, glatt / leicht. *Syn.* Politus, cujus partes omnes æquabiles,)(*Asper, scaber, gravis, ponderosus.* *Usus.* Democriti corpuscula levia alia, alia rotunda. *Item* levis, de *pondere.* Levis armaturæ milites. 3. *Vanus parvi momenti, tenuis, inanis, futilis.* Hoc minimè grave iis videtur, qui ipsi leves sunt. *Phras.* Homo levissimus, Ventosissimus. De grege nugatorum, ventosi ingenii; summâ mobilitate, vanitate, animi levitate; volatilis & instabilis, inconsideratus; ingeniô infirmô, minimè gravi. Contemplatur, sequitur, amat inania. Colit ea, quæ minimè consistunt; quæ nihil habent firmitatis, nihil gravitatis, nihil ponderis; quæ solidum nihil habent. Qui nec reticere, quæ audierit, neque suamet scelera occultare prorsus, neque dicere neque facere quidquam pensi habeat. *Vid. Inanis. Vanus.*

Levitas, tis, Geringheit / Leichtigkeit. *Syn.* Politura.)(*Asperitas.* *Epi.* Aliena, nimia, perpetua, popularis, propria, sublimis, sui similis, summa, amatoria, comica. *Usus.* In ipso tactu est modus & mollitudinis & levitatis. 2. *Inconstantia, futilitas, mobilitas, vanitas.* Amatoriis levitatibus deditus. Levitate Græcus, crudelitate barbarus. Quid levitate, inconstantiâ, vanitate turpius? *Vid. Inanis. vanus.*

Leviter, leicht / gering. *Syn.* Tenuiter, leniter, molliter, levi manu & brachiô.)(*Graviter.* *Usus.* Leviter ægrotare, lippire; leviter eruditus, ornatus, saucius. Mala mea levissimè fero. E singulis leviter pauca tangam. Leviter succensere. Ut levissimè dicam, *obiter.*

Levo, as, ringeren / leichtern. *Syn.* Allevo, elevo, relevo, sublevo, minuo, lenio, levationem facio vel affero, laborem detraho, levationi sum.)(*Affligo, urgeo, ingravesco.* *Adv.* Magnoperè, mitiùs, multùm, valde, sensim, paulum. *Usus.* Curas animi & angores, laborem, dolorem, calamitatem, sumptum mihi sæpe tuus sermo, tuæ litteræ, tua liberalitas levârunt. Ægritudine me sæpe lævâsti, uti levavit me adventus tuus, ita afflixit discessus. Is sum, qui levari non possum, *consolationem non admitto.* Caritatem annonæ, annonam suppeditatô frumentô levare. Animi levantur exercendo. 2. *Elevo, minuo.* Studuit levare suspicionem, atrocitatem rei. Authoritatem ejus inconstantia levat. *Leviorem facit. V. Auxilium. Tueor. Minuo.*

Lex, gis, Gesetz. *Syn.* Juris & æqui Regula. *Alia privata, & continetur* pactis, conditionibus, jure. *Publica alia, qua Respublica constituitur* rogatione, scitô, senatus consultô, privilegiô, decretô, Judicis sententiâ *Epi.* acerbissima, acerrima, commodata alicui, accusatoria, æqua, agraria, alimentaria, annalis, apta, bona, mala, censoria, certa, civilis, publica, contraria, communis, curiata, consularis, sancta, diligentissima, divina, fecialis, frumentaria, grata populo, gravis, improba, multò impudentior, iniqua, invidiosa, justa, nefaria, naturalis, perfecta, popularis, princeps & ultima, recens, sancta, salva; non scripta, sed nata, sempiterna, tribunitia, viaria, utilis. *Annales*, antiquæ, censoriæ, fatales, necessariæ, honestæ, militares, perniciosæ, præclaræ, proximæ, rariores, sacratæ, salutares, tyrannicæ, usitatæ. *Us.* 1. *Legem ferre*, perferre, rogare. Autorem legis esse, fieri; legem sancire, sciscere, condere, facere, scribere, promulgare, incidere in æs. *Incisa publicis locis ponebantur.* Legem civitati dare, imponere, ponere, constituere, instituere. Tabulas figere. Legibus munire urbem. 2. *legem accipere*, observare, conservare in legem jurare. Legibus teneri, legibus devinctum esse; agere lege. *Iure constituto certare, sua judicia repetere; item:* lege agere. *Iudicis sententiam exequi.* 3. *Legem abrogare*, infirmare, irritam facere, dissolvere, antiquare, convellere, delere, conculcare, perrumpere, perfringere. Fraudem legi facere. Aliquem lege solvere. *Dispensare, vulg.*

Libatio, nis, Opfferung / Kostung. *Syn.* libamentum. *Usus.* Libationes Indorum, sacrificiorum libamenta.

Libella, æ, kleine Waage / eine Art Gewicht / *Syn.* As. *Usus.* quis illi vel libellam unam dedisset. 2. Norma perpendiculum, Richtscheid / Richtschnur / Bleywaage.

Libellus, i, ein Büchlein / kleine Schrifft / *Syn.* Commentarius, codex. parvus liber. Commentarioli, codicilli, chirographi. *item*, Libellus supplex. *item*, litteræ. *Epith.* parvus, exilis, non magnus, pusilli contemptique, Rhetorici. *Usus.* libellum componere, in libellum referre memoriæ causâ.

Libens, tis, willig. *Syn.* lubens, lubentissimus. *Usus.* Non patienti, sed libenti animô hæc tolerabo. Libentissimis omnibus hoc munus consequere. *V. Libenter.*

Libenter, willig / gern. *Syn.* libenti animô, magnâ voluntate, studiosè, ardenti animô, non repugnanter, non gravatè, ne recusans quidem; non modò non recusans, sed ultrò etiam & sponte se offerens; non repugnans, sinè excusatione, summô studiô, summâ voluntate, egregiâ animi alacritate,)(*invitus. Phras.* Reducem te cupidè & libenter videbo, delectabit me tuus reditus; lætabor, acquiescam tuô reditu; est in optatis te coràm amplecti; hilarè & libenter tibi obviam procedam; lætè, comiter te accipiam; lætus te videbo. *libenter tibi gratificabor.* Animô libenti prolixòque, non gravatè, benignè, facilè, facillimè, studiosè ac perlibenter, propensè; animô æquô, imò verò gaudenti; pronis animis, studiô effusô tibi omnia concedam; utrâque manu, alacritate summâ dabo omnia.

Liber, a, um, frey / ledig / ungebunden. *Syn.* non impeditus, expeditus, liberatus, solutus, nullâ re implicatus; nullius dominationi parens, ingenuus, qui sui juris est & mancipii, in sua qui potestate est, suo jure libertateque utitur, Jus suum retinet, nemini mancipatus, vacuus, purus, integer)(*servus, impeditus, implicatus. Usus.* Integrô, solutô, expeditô animô vivere, scribere, agere. Homo à delictis liber; à cupiditatibus animi, perturbationibus solutus. Scelera impunita & libera. *Phras.* gratulor te à multis oneribus liberum, rerum omnium vacatione commodissimâ uti; omnium rerum immunem, nullis legibus alligatum seu constrictum, nullis legibus impeditum libertate uti, ut agere atque vivere possis ut velis; integra tibi esse omnia & libera, operum immunem, legum vinculis exsolutum, tuô arbitriô relictum; nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis, quò minùs omnia ita geras & administres, ut tua tem-

tempora postulabunt; in nullius, ne fortunæ quidem, jure & ditione te, tuæ duntaxat authoritatis esse.

Liber, i, Buch / R. λίπος vel λεπυρὸν, *Cortex*. *Syn*. Cortex, opus, opusculum, libellus, commentarii, monumenta, volumen, scripta, chartæ, lucubratio. *Epith*. auguralis, extremus, gravissimus, improbus, magnus, notior, optimus, plenus, refertus sententiis, suavissimus, superior. *Usus*. *Evolvere librum*, percurrere, pervolutare; devorare, *assiduè legere*. 2. *librum scribere*, contexere, componere, absolvere, perpolire. 3. *Edere librum*, foras dare, emittere, in lucem emittere. Exiit me invitô liber ille; imprudenti mihi excidit, evulgatus est.

Liberalis, e, freygebig / *Syn*. largus, munificus, beneficus, prolixus,)(*avarus, sordidus, avidus*. *Usus*. Est hoc illiberale officium, serere beneficium, ut metere possis fructum. Quid te liberale magis, regium, honorificum? *Phras*. Erga omnes æquè liberalis es; totum te in alios profundis; est in te benignitas incredibilis, benignè facis omnibus, prolixior ferè quàm res patitur; nemo non a te liberalissimè tractatur; liberalitatem nemo in te desiderat; naturâ ad beneficentiam propensus, sic ut nihil magis. Fructus liberalitatis tuæ uberrimi ad multos pervenerunt, pertinuerunt. *V. Beneficium, dona*.

Liberalis, e, ehrbar / freygebig / *Syn*. ingenuus.)(*illiberalis*. *Usus*. Artes, quæstus, artificia liberalia & ingenua, *V. Ingenuus*.

Liberalitas, tis, Freygebigkeit / *Syn*. benignitas, beneficentia, largitas, bonitas, benefica voluntas, voluntas bene merendi de aliquo, clementia. *Epit*. Cautior, dissolutior, moderata, divina, præstans, commemoranda.)(*avaritia*. *Usus*. liberalitate uti, alios sibi devincire beneficiô. Liberalitatem exercere maximus est divitiarum fructus. *V. Beneficentia*.

Liberaliter, freygebiglich. *Syn*. Ingenuè. *Usus*. Homo liberaliter educatus. 2. largè, benignè, liberaliter dedit.

Liberario, nis, Erlassung / Erledigung / Befreyung / Errettung / *Syn*. Absolutio, *Usus*. Liberationem culpæ simul & errati veniam impetravi. liberatio & vacuitas omnis molestiæ.

Liberator, ris, Erlediger / Erlöser / Erretter / Heyland. *Syn*. Vindex libertatis. *Usus*. Qui egregiô factô jugum servile à cervicibus civitatis dejecerat.

Liberè, frey / ledig / *Syn*. solutè.)(*strictè*. *Usus*. liberè peccat & licenter. Constanter se gerit & liberè. *Phras*. Liberè illum reprehendam; libertate animôque maximô erumpit aliquando ex me vox; dicam sine cunctatione, quod sentio; liberè exprobrabo & fidenter.

Liberi, orum, Kinder / *Syn*. filii, nati, proles, soboles, *Epith*. Suavissimi, charissimi. *Usus*. suscipere, tollere ex uxore liberos. Liberis operam dare, re honestum est, nomine obscœnum.

Libero, as, erlösen / erledigen / erretten / befreyen / *Syn*. Vindico, libertatem do; in libertatem vindico, restituo; in integrum restituo, recupero, expedio, solvo, laxo, relaxo, levo. *Usus*. aliquem sollicitudine, metu, crimine, suspicione cupiditatis, molestiis animum liberare. Aliquem ære alienô levare, liberare. *Phras*. Metum vobis omnem dejiciam; ex cæde, vinculis eripiam; jugum à vestris cervicibus depellam, amovebo. Ex improborum faucibus ac manibus rempublicam eripiam, à formidinum terrore vindicabo; laqueos servitutis abrumpam; faciam, ut ex illo metu reviviscat, ut cura omni relevetur, ut emergat, ut metu defungatur respublica; servos ad pileum vocabo. *V. Levo*.

Libertas, tis, Freyheit. *Syn*. licentia.)(*Servitus*. *Epith*. Carissima, dulcissima, non infesta acerbitate suppliciorum, jucundior, licita, præclara, sancta, summa, otiosa, tacita, tranquilla, equestris. *Usus*. 1. *Libertatem dare*, largiri, concedere, constituere, donare. 2. *Libertatem habere*, accipere, recipere,

tenere. 3. *Libertatem adimere*, præcidere, occludere, amittere. Se libertate abdicare. 4. *Libertatem recuperare*, vindicare; urbem in libertatem restituere. 4. *Effrenis animi licentia*, Freyheit / Meisterlosigkeit. *Syn.* Licentia. *Usus.* Libertate immoderatâ & concionum licentiâ concidit Roma.

Libertinus, i, der von einem Freygelassenen her ist. *Syn.* E servitute manumissus.)(*Ingenuus*, *Usus.* Patre libertinô natus.

Libertus, i, Ein Freygelassener. Justâ servitute manumissus. *Epi.* Gratiosus, paternus & probatissimus, nequam, improbus.

Libet, es beliebet oder gefällt. *Syn.* Collibet, placet, delectat, non displicet, sum contentus, volo. *Usus.* Alterum non licebat, non libebat alterum. *Thras.* Si libet tibi, si collibitum s. placitum est; si juvat, si commodum tibi est, si cordi est; si ita tua lubido fert, cras me invise. *V. Placeo.*

Libidinosè, geil / üppig / muthwillig. *Syn.* Intemperanter, luxuriosè. *Usus.* Cave, ne quid per libidinem, libidinosè, crudeliter, nefariè dicas, aut cogites.

Libidinosus, a, um, üppig / muthwillig / geil. *Syn.* Intemperans, mulierosus, lascivus, impudicus, procax, salax, voluptarius, voluptuosus.)(*Temperans.* *Phras.* Homo turpissimâ libidine incensus, volutabundus in voluptatibus, qui parum honestè pudicitiam habeat; qui vitam immoderatè, incontinenter, intemperanter, dissolutè, nequiter, sine modo, luxuriosè traducat. Voluptatibus deditus, mollitiâ & luxu diffluens; omnia ad libidinem, voluptatem referens; in voluptate omnia ponens.

Libido, inis, Geilheit / Uppigkeit / Muthwill Lüsterkeit. *Syn.* Furor, impetus non rectus, effrenata cupiditas. *Epi.* Effusa, nefaria, non mediocris, profana, indomita. *Usus.* *Concipere libidinem.* Exoritur, nascitur ex rerum affluentia libido. 2. *Libidinem habere.* Parere libidini & indulgere; abripi cupiditate. Quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus, quod flagitium a toto côrpore unquam abfuit? 3. *Libidinem reprimere*, cohibere, domitam habere; ratione, non libidine vivere; coërcere cupiditatem. 4. Voluntas, desiderium, arbitrium, eigen Gefallen / Belieben / eigener Willen. *Us.* Judicat, loquitur, fingit ad libidinem. Quæ in mentem aut libidinem venerint, exequitur. Ad arbitrium libidinemque vivit.

Libo, as, verkosten / versuchen. *Syn.* Delibo, carpo, decerpo. *Adv.* publicè. *Usus.* Libanda sunt ex omnibus, quæ veritatis specie maximè moveant. Libavimus ex maximis ingeniis excellentissima quæque, & excerpsimus optima. 2. *Sacrificare.* Sacerdotes fruges libant. *V. Gusto.*

Libra, æ, eine Wage. *Syn.* Statera, trutina, id est, *instrumentum, quô respondetantur.* *Epi.* anceps. *Usus.* In altera libræ lance ponere.

Libramentum, i, das instehende Gewicht. * *Usus.* Libramenta plumbi.

Libraria, æ, * Bücherey / Buchladen. *Syn.* Bibliotheca, taberna libraria.

Librarius, ii, Abschreiber der Bücher. *Epi.* librarii plurimi, accurati. *Syn.* Scriba, qui exscribit, describit libros. *Usus.* Legem illam per plures librarios scribi feci.

Libro, as, wägen. *Syn.* Pondero, trutino, æstimo ex animo. *Usus.* Terra suis librata ponderibus.

Libenter, frech / außgelassen. *Syn.* Immoderatè, nimis liberè, familiariter. *V. Liberè.*

Licentia, æ, Freyheit / Erlaubnuß. *Syn.* Libertas, impunitas, venia, libertas immoderata, intemperantia, procacitas, improbitas, scelerum libertas. *Epith.* Infinita, intoleranda. *Us.* *Licentiam dare.* Magistratus improbus his sceleribus licentiam dat, permittit, concedit, largitur. 2. *Licentiam habere.* Arrogant sibi licentiam, quidlibet faciendi. Possident, nacti sunt, potiti s. adepti sunt summam licentiam. Patet illis peccatorum omnium licentia. Redundant, superfluunt licentiâ & impunitate. 3. *Licentiam morum demere*, severis edictis tollere, præcidere, comprimere. *V. Impunitas.*

Liceo, es, schätzen. *Syn.* Liceor, æstimo.

Liceor, eris, feilschen / darauff bieten.

Syn.

Syn. In licitationem pono, pretium defero, præconi publico subjicio; sub præcone, voci acerbissimæ præconis bona alicujus subjicio. *Usus.* Miseri hæredes liceri cogitant.

Licet, es ist erlaubt oder vergönnt es ziemet / oder gebühret sich. R. λύσις, *solutio.* *Syn.* Licitum est, jus est, integrum est, jus habeo, fas est, licentiam habeo, decet, convenit, datur, potest, legibus conceditur. *Usus.* Hoc tibi per leges non licet, non est tibi hoc integrum, inconcessum est; dictu, auditu nefas. *Adv.* Impunè, rectè, tutò, omnino. *Us.* Id facere laus est, non quod licet, sed quod decet.

Licèt, wiewohl. *Syn.* Quamquam, quantumvis, etsi, quamvis.

Licitatio, nis, Feilschung Gebott auff die Waare. *Syn.* Auctio, hasta. *Us.* Licitationem facere.

Licitator, is, Steigerer der auf ein Ding mehr bietet. *Syn.* Qui rei sub hasta positæ pretium auget.)(*Emptor.*

Lictor, is, ein Scherg / Büttel Stadtknecht. *Syn.* Apparitor, summotor, vindex rerum capitalium. *Duodecim horum virgas, fascesque praferebant Consuli Thras.* Lictor, colliga manus, *Formula vetus.*

Lien, is, * das Miltz. *Syn.* Splen; unum ex visceribus.

Lignatio, nis, das Holtzmachen. *Syn.* Lignorum desectio, vel deportatio. *Usus.* Lignationis causâ Cæsaris milites egressi sunt.

Lignator, is, * Holtzhacker / Holtzhauer. *Usus.* Oppressis subitò lignatoribus.

Ligneus, a, um, von Holtz hültzern. *Syn.* Quod est ex ligno. *Usus.* Signum ligneum.

Lignor, aris, Holtz hauen / machen.* *Syn.* Ad ferenda ligna eo. *Usus.* Pars cohortem lignatum ac pabulatum missa est.

Lignum; Holtz. *Syn.* Materia, lignea materia, robur. *Epi.* infelicissima, humida, viridia. *Us.* Struem lignorum ingentem faciunt. Lignatum, lignationis causâ exeunt legiones. Materiari, *ligna colligere.*

Ligo, as, binden / zusammen knüpffen. *Syn.* Vincio, constringo.)(*Dissolvo. Thras.* Catenis ligare.

Ligo, nis, Haue / Hacke / Karst. Instrumentum rusticum ad culturam hortorum, agrorum, arborum.

Ligurio, is, prassen / schlemmen / durch die Gurgel jagen. *Syn.* Helluor. *Usus.* Non liguriunt furta, sed devorant; avidè consumunt, hauriunt bona aliena, his se ingurgitant. *V. Haurio.*

Liguritio, nis, Schlemmung / Prassung. *Syn.* Helluatio.

Limatus, a, um, abgefeilet. *Syn.* Limatulus, perpolitus, elimatus, limatior. *Usus.* Transl. Judicium limatum; vir urbanitate multâ, oratione subtili & pressâ limatus.

Limbus, i, Saum Schweiff am Rock. *Syn.* Pars vestis extrema, quæ instita dicitur.

Limen, inis, Thürschwelle. *R.* λιμὴν, *aditus.* *Syn.* Introitus, janua, ostium, superior inferiorque januæ pars. *Epi.* Sanctissimum. *Usus.* Limine aliquem, aditu, & vestibulo prohibere. Pedem limine, extra limen, efferre; pro limine adstare.

Limes, tis, Schrancken / Grentzsteine *Us.* Limes ægro positus.

Limo, as, ausfeilen. *R.* λείωμα, *lavigamentum.* *Syn.* Elimo, polio, detraho. *Usus.* Animi acumen arte limandum est. Limare se ad causas dicendas. Limatur in disputatione veritas, & elicitur. Stylus omnia polit ac limat.

Limosus, a, um, * leimicht / schlammicht / kothig. *Syn.* Limô plenus, cænosus,

Limus, a, um, * scheel / überzwerch. *Syn.* transversus, obliquus. *Usus.* Limis oculis aliquem intueri. *Torvè, obliquè.*

Limus, i, Leime / Lette / Schleim / Koth. *Syn.* Lutum.

Linea, æ, eine Lini / Richtschnur / Strich. *Filum, quô fabri materiarii utuntur ad signandam materiam.* *Epi.* recta. *Usus.* *Transl.* In dicendo, agendo lineam teneto, *non exerrato.* *Us.* Peccare est tanquam lineas transire.

Lineamentum, i, Strich / Zeichnung / Zug / Gestalt. *Syn.* Linea, figura, forma, quæ linearum ductu constat. *Epi.* extremum, pulchrum. *Usus.* Pulchriora sunt lineamenta animi, quàm corporis. Compositio membrorum, conformatio lineamentorum, lineamenta oris, pulchritudo hospitæ mirè rapit hominem.

minem. Numerus orationi velut extrema lineamenta affert. *Vide Norma.*

Lingo, is, ere, * lecken/ schlecken/ R. λειχω. *Usus.* mel mihi videor lingere.

Linio, is, ire; seu potius

Lino, is, ere, salben / bestreichen / überschmieren/ überziehen. *Usus.* Liniuntur cede sagittæ, carmina linenda cedrô.

Lingua, æ, die Zung / Sprache. R. à *lingendo dicta.* *Epi.* hæsitans, titubans, volubilis, celer, impigra, exercitata. *Usus.* 1. *lingua* adhuc dum illi *constitit*; lingua fuit primùm solutâ. 2. *linguâ hæsitavit*, titubavit. 3. linguam comprimere, adstringere, compescere oportet. Favete linguis, *silete.*

Lingua, æ, Sprach/ *Syn.* Sermo. *Usus.* lingua Latina inops quidem, sed uberior Græca. Cura ut Latinam linguam luculenter calleas, scias, teneas, benè Latinè fari noveris, ne ab optimè loquentibus degeneres. Hujus commerciô linguæ ad discendi aviditatem exciteris, *V. Latinitas.*

Lineus, a, um, leinen/ flächsen/ *Usus.* pannus lineus.

Linter, Fischer-kahn/ Nache / * *Syn.* Navicula è cavâ arbore facta.

Linteatus, a, um, mit Leinwad angethan/ überzogen/ * *Syn.* linteô indutus, *Usus.* Ea regio linteata dicta est.

Linteum, leinen Tuch / Leinwad. *Epi.* purum, tenuissimum. *Us.* Linteis indutus.

Linum, i, Flachs / Leinwerck/ *Usus.* Semen lini, Leinsaame.

Lippio, is, ire, triessende Augen haben. *Usus.* cum leviter lippirem, has literas dedi.

Lippitudo, nis, triessende Augen / *Epith.* diuturna, molesta, odiosa, perodiosa. *Usus.* Non occupatione, sed parvulâ lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam.

Liquefio, is, zerrinnen zerfliessen/ weich werden. *Syn.* liquesco, tabesco. *Usus. transl.* Cave, ne voluptates liquefaciant animum; ne voluptate fluas, liquescas.

Liquesco, is, idem quod liquefio. *Syn.* liquidus fio, mollesco. *Usus.* liquescere voluptate.

Liquet, es ist offenbahr / und am Tag. *Syn.* constat. *Usus.* Dicebant Judices: non liquere.

Liquidè; klärlich/ offenbahr / unleugbar. *Syn.* liquidò.

Liquidò, idem quod liquidè. *Syn.* certò. *Usus.* Probare, confirmare hoc liquidò possum.

Liquidus, a, um, flüssig/ fliessend / weich.)(*siccus, aridus, confusus.* *Usus.* Liquida voluptas; genus orationis liquidum, profusum, purum, profluens.

Liquo, as, schmeltzen / fliessend machen/ zerlassen. *Syn.* Liquidum facio. *Usus.* guttæ solis ardore liquatæ.

Liquor, ris, Safft/ flüssig Ding. R. *à verbo hebr.* Leach, *humiditas.* *Syn.* humor.)(*concretio.* *Epi.* Vivens, inamœnus, jucundus, purus.

Lis, tis, Zanck / Streithandel / Hader/ *Syn.* Controversia, concertatio, causa, res, judicium, disceptatio, *Epi.* intestata, insolita, nova, privata, tota; lites privatæ, reliquæ. *Usus.* *litem alicui creare*, intendere, inferre, habere cum aliquo, serere lites ex litibus. Litem contestari, *ante Iudicem litis capita enarrare, exponere.* Litem dare secundum tabulas alicujus. *Iudicare secundum instrumenta.* Litem æstimare, litis æstimationem facere, *expensarum in litem factarum, ad quas reus* item *condemnatur.* Litem suam facere, *tanquam suam suscipere*, vel *in rem suam vertere.* 2. *litem perdere*, amittere, causâ cadere. *V. Controversia. Causa.*

Litania, æ, demüthige Kirchen-Bitte/ Litaney. *Syn.* Divinæ, religiosæ supplicationes, modulatum litaniarum carmen, quibus Sanctorum suffragationes exposcimus.

Litatio, nis, Opfferung. * *Usus.* Hostiæ sine litatione cæsæ.

Litatò, mit GOtt versöhnt. *Syn.* auspicatò.

Litigator, ris, Zäncker-Haderer/ der gern rechtet / *Usus.* Rusticus illiteratusque litigator.

Litigiosus, a, um, zancksüchtig/ zanckhaft/ haderhafft. *Syn.* Litium cupidus, calumniator, controversus. *Us.* Litigiosus homo, prædium litigiosum.

Litigium, ii, Gezänck / Streithandel. *Syn.* Lis. *Us.* Num quid ego litigii inter vos contrahere cupio? *V. Lis.*

Litigo, as, zancken / hadern. *Syn.* Discepto, contendo, altercor. *Usus.* litigare cum aliquo; Judiciis confflictari. *V. Contendo.*

Lito,

Lito, as. opffern / *Syn.* sacrifico. Deos placo, votum impetro. *Usus.* Mola salsa litant, qui thura non habent.

Litor, aris, idem quod lito, vertrösten. *Syn.* bene ominata promitto, *Usus.* Qui evenit, ut litetur uni, alteri non litetur.

Littoreus, a, um, zum Gestad oder Ufer gehörig. *Usus.* Arbores, aves littoreæ. *V. Litus.*

Littera, æ, Buchstab / *Syn.* Nota, literæ, scriptura. *Ep.* brevis, longa, forensis, insuavissima, nulla, prima, salutaris, vastior, tristior. *Usus.* Una & viginti sunt formæ litterarum. Accepi epistolam tuam vacillantibus literis, quas aliàs formas clarissimas & compositissimas. Homo trium literarum, *fur.* 2. Literæ. Wissenschafft. *Syn.* Eruditio, doctrina, peritia, *Ep.* Non vulgares, reconditæ, interiores exquisitæ, disertæ. *Usus.* 1. Totum se ille ad literas abdidit, litteris involvit. Sunt in eo multæ litteræ; litteris est egregiè politus, doctus, eruditus, instructus. *Thras.* Studiis humanioribus admodum delector, in litterarum studio versor; in studiis humanitatis, tanquam in mercatura bonarum artium, versor. Ingenuas artes ita colam, ut excellam. Cum mansuetioribus Musis me delectare seu rationem habere cogito. Eloquendi elegantiam, litterarum scientiam, totis animis persequar; in his ætatem omnem ponam, agam. 3. Litteræ, Schrifften Urkunden *Syn.* Memoria seu monumenta, tabellæ, libelli. *Usus.* Mandare litteris, memoriæ posterorum cogitationes suas. Literis artes omnes & voluminibus continentur, custodiuntur. 4. Literæ, Brieff / schreiben sendschreiben. *Syn.* Epistola, tabulæ, codicilli. *Epi.* Quotidianæ, recentes, proximæ, veteres, antiquæ, humanæ, humanitatis sale sparsæ, suaves, facetæ, amabiles, commendatitiæ, officiô refertæ, officii & amoris plenæ. Aculeatæ, stomachatæ, atroces, odiosæ, ardentes, minaces, acerbæ, disertæ, rerum plenæ, inanes, languidæ, somnum afferentes, frigidæ. *Usus.* 1. *litteras scribere*, exarare, conficere. Appellas me toties, obstrepis mihi tuis litteris, nempe ut & à me elicias, ut adeò per litteras colloquamur. 2. *litteras mittere*, Dare alicui, *latori*; ad aliquem, *cui scribimus*; committere fido homini litteras, i. e. sensus suos, & cogitationes litteris committere, 3. *Litteras perferre.* Ait se tibi retulisse, ad te attulisse, dedisse, reddidisse meas (literas.) 4. *litteras accipere*, commeârunt ad me celeriter, volârunt tuæ; crebræ mihi ab amicis veniunt litteræ. 5. *litteras intermittere.* Ecquid oblanguit, conquievit tuus scribendi ardor? 6. *litteras expectare.* Diu tuas (litteras) requiro, desidero; multum jam temporis ab his litteris mutum esse doleo. 7. *litteras intercipere*, resignare, aperire, recitare. In alienas manus incidere literæ. 8. *litteris rescribere*, respondere; litteras persolvere. 9. Litteras consignare, versiegelen / verpitschieren.

Litteratè, weißlich. *Syn.* scitè, eleganter. *Us.* Litteratiùs cæteris, bellè Latinè loquitur.

Litterator, ris, ein Seichtgelehrter / *Syn.* qui literas novit, non perfectus, sed imbutus iis.

Litteratura, æ, Geschrifft / das gelehrte Thun / Gelehrsamkeit. *Syn.* Ipsa scriptura. *Usus.* Memoria litteraturæ velut germana soror est. 2. *Varia eruditio.* Erat in Cæsare ingenium, ratio, litteratura, cogitatio.

Litteratus, a, um, gelehrt. *Syn.* Liberaliter eruditus, doctus & sciens, plenus litteratâ prudentiâ. Litterarum otium; senectus litterata. *V. Doctus.*

Litura, æ, Auslöschung / Durchstrich / Durchstreichung. *Syn.* Linea inducta ad aliquid delendum. *Epi.* Flagitiosa. *Usus.* Menda lituris corriguntur; hoc nomen in liturâ est.

Litus, oris, Gestad / Ufer. *Syn.* Ora, terminus terræ ad mare *Epi.* Delicatissimum, desertum. *Usus.* Oblectat me orarum & littorum amœnitas, riparum vestitus viridissimi, quà fluctus alludunt.

Lituus, i, Bischoffs-Stab / Feld- und Heerhorn / Trompete / Schalmay. *Syn.* Bacillus à litando dictus, clarissimum auguratûs insigne. *Epi.* auguralis, insignis, clarissimus. *Usus.* Lituus auguralis, ab ejus litui, quô canitur, similitudine nomen accepit.

Liveo, es, vel Livesco, is, ere, * schwartz-blau werden. Usus. Digiti in pedibus livescunt. 2. Invidum fieri, neydig/ abgünstig werden. Livescere fas non est.

Lividus, a, um, blau-gelb/ neydig. Syn. Invidus, malevolus.

Lixa, æ, Sudel-Koch/ Schmutz-Koch/ Feld-Koch. Syn. Militum servus. Us. Impedimenta subsequi jussit, & calones, lixasque & invalidos milites.

Locatio, nis, Setzung/ Miethung/ Verdingung. Syn. Conductio. Epi. scelerata, falsa, inanis. Usus. Porticus, quæ ex locatione reficiebatur. Postularunt ut induceretur locatio.

Loco, as, setzen/ an ein Ort/ stellen/ ordnen. Adv. publicè. Syn. Repono, colloco. Usus. Locare aliquem in amplissimo dignitatis gradu; civitatem in fide alicujus locare. Membra suô locata locô, gerade Glieder. 2. Eloco, conducenti trado; da faciendum, curandum mercede constitutâ. Fundum locavi; statuam, opus, viam sternendam conductori locavi.)(Conducere. (Conductor dicitur, qui rem faciendam, curandamve mercede suscipit.)

Locuples, tis, reich/ begütert/ haabselig. Syn. Dives, abundans, copiosus.)(Egens. Adv. maximè, parum, quidem, certè, sanè. Us. Locuples domus, oratio locuplés, Cicero locuples testis & author. V. Dives.

Locupleto, as, bereichern. Syn. Dito, Divitiis augeo, orno, fortunis locupleto, augeo. Usus. Orationem locupletasti graviorum artium instrumentô. Villam picturis, civitates fortunis locupletasti, exaggerâsti.

Locus, i, ein Orth/ Stelle. Syn. λόχος vel λέχος cubile. Usus. 1. Locus bonus; opacus, frigidus, amænus, remotus, ab arbitris, opportunus, commodus, saluber. Usus. Summa est hujus loci amœnitas. Quæ regio orave terrarum hâc nostrâ lætior? O loca ab omni turba intetpellantium vacua, venusta, abdita certè, &, si quid scribere velis, ab arbitris libera. Locus naturâ & arte munitus, opportunissimus & fructuosissimus, ædificiis frequens, uberrimô agrô, mitissimô cœlo, clementibus accolarum ingeniis. 2. Locus malus. Nihil illis terris asperius, oppidis incultius, nationibus immanius. Locus latronum receptator & furiarum quoddam castrum. Locus septus densis sentibus, virgultis obsitus, arduus, iniquus, in una parte præceps, aditu difficilis; confragosa loca; implicatæ vallium flexibus viæ; angusta, ac difficilis exitus Loca aspera, montosa; locorum squalor & solitudines inviæ; loca tetra, inculta, horrida. Locus superior. E superiore loco dicere, agere; è superiore loco dicit orator, qui pro rostris dicit; ex æquo, qui in senatu; ex inferiore, qui ad Judices. Item, priore locô causam dicere, antè defendere, quam reus sit accusatus. Posteriore loco dicere, esse defensorem. 1. Status, conditio. Usus. In eum locum res rediit, venit, ut pejore esse non posset. Quæris, quô loco res sit, in quem locum res deductæ sint? Perbonô certè, difficili, pessimô locô res nostræ ac fortunæ sunt; locô optimô stat respublica. 2. Pretium, æstimatio, amor, gratia. Est magnô locô apud Cæsarem. Tenet primum, principem locum; Nostris monitionibus locum nullum reliquit. Ascendit in locum civitatis summum; locum summum obtinet, tenet. Nullus rationi s. precibus locus relictus; nullus est bonitati, virtuti locus. Locô motus, deturbatus, dejectus, exclusus est. 3. Occasio, tempus. Nullum habeo docendi, proferendi in alios beneficii locum; severitatem res postulat; lenitati loci nihil est; nihil loci dubitationi. Locus jurandi nullus est. 4. Genus. Homo honestô, summô, clarissimô, equestri, honestissimô, vel ignobili, obscurô, infirmô locô natus. 5. Loci Rhetorici proprii, communes; sedes & domicilia argumentorum. 6. Locus, quem passum barbari vocant, Schrifft-Stelle. Nunc Platonis locum tangendum non putavi, integrum reliqui. Eum locum fusè persequitur in suis libris Carneades.

Locô, an statt. Syn. Vice. Usus. Locô parentis te colo; Parentis mihi numerô es; curam fidemque parentis mihi præstas. Duco, habeo, numero te in parentis loco. Tui loco negotium agam, tuis vicibus fungar, vicariam operam tibi præstabo. Tuis curis, tuo muneri

neri quasi vicarius succedam. Velut in tui locum suffectus, tibi substitutus rem curabo. Sollicitudinem tuam in negotio præstabo. *V. Vice.*

Locutio, nis, die Rede. *Syn.* Sermo.)(*Reticentia.* *Epi.* emendata & Latina. *Usus.* Sermo est oratio remissa, & finitima quotidianæ locutioni.

Logica, æ; e, es, Disputir-Kunst. *Syn.* Dialectica, quærendi ars & disserendi.

Logodædalus, i, Wohlredner. *Syn.* Verborum artifex & auceps. *Epi.* Exaltantes.

Logi, orum, lächerliche Reden/ Possen. *Syn.* Sermones vel dictum ridiculum.

Lolium, ii, * Unkraut/ Lulch/ Trespe. *Syn.* Herbæ genus longè inimicissimum segetibus.

Longanimitas, tis, Langmüthigkeit. *Syn.* Animus fortis & amplus, amplissimus, fortis & magnus, excelsus & patiens, stabilis patientia, patiens & lentus.

Longè, fern/ weit. *Syn.* Procul, longinquè.)(*Prope.* *Usus.* 1. Longè, *loci*: Longè hinc Romam est, longè a nobis, à domo abes. *Phras.* Magnô locorum intervallô disjuncti sumus; longâ locorum longinquitate disjungimur. In iis locis sum, quò propter longinquitatem tardè omnia perferuntur. Maria, montes, regionum magnitudines inter nos intersunt. Devectus es in ultimas maris terrarumque oras; ablegatus eò, unde ad nos nec nomen nec fama tui accedere possit; Regiones colis, quas natura, longè, summovit. 2. Longè, *temporis*; *diu.* Tempus muneris dandi longè abest. 3. Longè, pro *multum.* Longè falleris opinione; longè processisti ad virtutem; longè omnes superas; longè prospicis, provides in futurum; à vitio longissimè abhorres; longè ab improborum societate disjunctus es. 4. *Cum superlativo.* Longè optimus. 5. Longè rem petere; ab ultimis, ex alto rei series repetenda est. *V. Procul.*

Longinquitas, atis, Entfernung / Weite. *Syn.* Diuturnitas.)(*Propinquitas.* *Us.* Dolor longinquitate productus vehementiùs torquet. Nihil est, quod longinquitas temporis non efficiat. 2. *Loci.* Nil audio de te ob locorum longinquitatem. *Phras.* Dolorem mollit & minuit temporis longinquitas, temporis longinqui vetustas; dies denique minuit dolorem, cum tempore languescit morbus.

Longævus, a, um, langlebig / langwierig. *Usus.* Longæva senectus.

Longinquus, a, um, weit entfernet. *Syn.* Diuturnus, longus.)(*Propinquus*; *brevis.* *Usus.* Nec propinquis beneficus, nec exteris, alienis & longinquis. Longinquus locus & reconditus. Longinqui temporis usu multa discuntur. Rem differre in longinquum.

Longitudo, nis, Länge. *Syn.* Diuturnitas, longinquitas; proceritas. *Usus.* Longitudo itineris, orationis me retardavit.

Longus, a, um, lang. *Syn.* Longinquus, diuturnus, procerus, productus; temporibus, longinquitate productus.)(*Præcisus, brevis.* *Usus.* Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honestèque vivendum. Nihil mihi longius fuit, ac te videre. Nihil illi longius, ac argento illo potiri, die Zeit wird ihm lang und bang. *Phras.* Longus homo, præcipuæ staturæ vir; ita magnus ut ad limina ei ferè caput demittendum sit. Est in eo proceritas enormis; prælongis cruribus est.

Loquacitas, tis, Gewäschigkeit/Geschwätzigkeit. *Epi.* Insolita, perennis & profluens, quotidiana, rudis & indiserta. *Usus.* Facit non loquacitas mea, sed benevolentia, longiores epistolas.

Loquaciter, plauderhafft / geschwätzig/ wäschig; *Us.* Homo loquaciter litigiosus.

Loquax, cis, geschwätzig / plauderhafft. *Syn.* Multus in loquendo, garrulus.)(*Mutus.* *Usus.* Malo indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem.

Loquor, eris, reden. R. λόγος, *sermo.* *Syn.* Sermonem habeo, commemoro, dico, ajo, verbum facio, vocem mitto, voces habeo, sermonem confero, mihi oratio est cum aliquo. *Adv.* Abundanter, accuratiùs, accusatoriè, acutè, amicissimè, amplè, asperè, asseveranter, bellè,

bellè, commodè, confusè, copiosè, desperanter, dilucidè, gloriosè, Græcè, graviter, hiulcè, honorificè, humanè, improbè, indulgenter, inquinatè, imprudenter, Latinè eleganter, liberè, liberalissimè, magnificè, obscurè, ornatè, placidè, planè, populariter, propediem, pulchrè, splendidè, sincerè, suaviter, verè, verecundè, usitatè, vulgò. *Usus.* Inter nos locuti sumus. Tu quidem hæc ex ore alterius, tuô tamen sensu & dolore loqueris. *Phras.* De tuis rebus multùm inter nos locuti sumus; diu collocuti sumus, disputavimus, disseruimus, inter nos communicavimus, commentati sumus, quâ ratione potissimùm &c. Res tuæ multùm nobis sermonis dant, sæpe in sermonem veniunt, de iis sermocinamur. Cùm eam orationem ingrederemur, multæque jam essent emissæ ejusmodi voces, amicus tuus intervenit. De rebus tuis nunquam nos oratio deficiet; in iis nec infacundi sumus, nec inprompti. Res tuæ nobis in ore sunt semper. Suavitate mirâ de te sermones conserimus, de te confabulamur; non aliud prope verbum excidit nobis, aut elabitur. Laudes tuas crebris sermonibus usurpamus. Nunquam conticescet nostra de te oratio, aut obmutescet. Dum sermones cædimus, verba inter nos commutamus multa de te. Ut puer hic *bellè loquitur* & commodè! ut mulsa loquitur! ut pudicè, cogitatè, commodè, modestè fabulatur, sermonem serit, sermonem exequitur! quàm inconsideratè effutit omnia; *stultè loquitur*! quantâ effertur immoderatione verborum! ut temerè effutit omnia! Dum cautè & expeditè loqui vult, infantissimum se præbet. Ut incondita quæque ebullit! quoties vox ejus perniciosa intonuit! quoties vox ejus solida ac propè vecors in concione audita est! ut balbutit! nullos tempori aptos sermones serere novit.

Lorica, æ, **Brust-Harnisch.** *Syn.* Corporis contra tela munimentum, è laminulis, catenulis, aut alia materiâ. *Epi.* Firmissima, ferrea, insignis, ænea. *Usus.* Cùm loricâ ambulat, metuit enim.

Loricatus, a, um, **geharnischt.** *Usus.* Loricati milites, quos cataphractos vocant.

Loripes, dis, **krummfüssig.** *Syn.* Distortis pedibus in modum loripedis.

Lorum, i, **Rieme.** *Syn.* Corrigia. *Usus.* loris aliquem cædere.

Lubens, tis, **willig.** *Syn.* Libens. *Usus.* Non me lubente hoc facies. *V. Libenter.*

Lubenter, **willig / gern.** *Syn.* Libenter.

Lubet, **es beliebet.** *Syn.* Libet. *V. Libet.*

Lubido, nis, **Begierde.** *Syn.* Libido. *V. Libido.*

Lubricus, a, um, **schlipfferig.** *Syn.* Præceps, periculosus, quod incitatum in proclive labitur.)(*Planus, stabilis.* *Us.* Ætas puerilis maximè lubrica est & incerta. Natura oculos fecit lubricos, incertos & mobiles. Viæ adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquô aut prolapsione vix potest.

Lucellum, i, **kleiner Gewinn.** *Syn.* Quæsticulus.

Luceo, es, **leuchten.** *Syn.* Splendeo.)(*Obscuror.* *Adv.* Ferè jam, nihilo minus. *Usus.* Imperii nostri splendor illis gentibus lucet. Æquitas, virtus ipsa per se lucet. Ornamenta in virtute & industriâ posita lucent.

Lucerna, æ, **Leuchte.** *Syn.* Lumen, lychnus. *Usus.* In sole lucernam adhibere.

Lucescit, **Tag werden.** *Syn.* Dilucescit, lucere incipit.)(*Advesperascit.*

Lucet, **es taget.** *vulg. dies est.* *Us.* Exivi, antequam luceret. Nondum satis lucebat, ut legere possemus.

Lucidè, **liecht/ klar.** *Syn.* Dilucidè & breviter definire.

Lucifer, i, *Syn.* Stella Veneris.

Lucifugus, a, um, **liechtscheu.** *Us.* Ecce autem, alii minuti & angusti, & omnia semper desperantes; & malevoli, & invidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi.

Lucrifacio, is, ere, **Gewinn machen Vortheil bekommen.** *Syn.* Lucror. *V. Lucrum.* *Quæstus.*

Lucror, aris, **gewinnen.** *Syn.* Lucrifacio, lucrum facio, quæstum facio, compendium facio, quæro, mereo, quæstum consequor, in lucro pono. *Adv.*

Adv. Impunè.)(*Perdo. Usus.* Auri pondo decem lucrari. *Phras.* In forum multi veniunt, ut lucri plurimum faciant; in forum multi veniunt, ut lucrentur plurimùm, ut quæstus maximos faciant; lucri spe & cupiditate adducti, lucelli dulcedine illecti; lucrum spectantes, secuti; lucro commoti. Multos in forum lucri cupiditas ad agendas causas impellit. Facit augendæ rei cupiditas s. ditescendi spes, ut multi in forum se conferant. Facit spes cogendarum opum, comparandarum divitiarum, pecuniæ colligendæ, ut multi vocem in quæstum conferant, ut multi agendis causis se dent, ut multi industriam suam in agendis causis exerceant.

Lucrum, i, Gewinn. R. *à luo, quod luitur, id est, solvitur ex re accessionis vice. Syn.* Quæstus, compendium, fœneratio. *Epi.* Immensum atque infinitum, invitum, non magnum, præclarum, præsens. *Usus.* Plerique quæstu ducuntur & lucrô. De lucro vivere. Omnia ad lucrum revocare. Hoc in lucro, in lucris ponendum. *Phras.* Homo est uni lucro intentus, planè mercenarius, omnia ad quæstnm & nundinationem traducit; ut lacunam rei familiaris expleat, audet agitque omnia. Rem quærit omnibus modis. Dum quæstum ex quâvis re faciat, omnia honesta atque inhonesta perinde habet. Quôvis lucellô & quæsticulô ducitur. Quæstus maximos, sed turpissimos fecit. Rem fecit turpissimè: Divitias artibus quæsivit quidem, sed inhonestè, sordidè, parum laudabiliter, cum dedecore lucratus est. Cum infamia lucrum consecutus est. Tanti lucrum fecit, ut expetendum sibi vel cum dedecore existimaverit. Eâ cupiditate ad lucrum incubuit, ut expetendum sibi turpi etiam infamiâ duxerit.

Luctatio, nis, Streit. *Syn.* Concertatio. *Epi.* Incerta, magna. *Usus* Sine adversario nulla est luctatio. *Vid. Certatio.*

Luctator, is, * Kämpffer.

Luctificus, a, um, traurig/ trübselig. *Syn.* Clades luctificæ.

Luctor, aris, ringen. R. λυγίζω, *Torqueo. Syn.* Concerto, contendo, altercor. *Adv.* Amplius. *Usus.* Luctari cum aliquô, & congredi. *Vid. Contendo.*

Luctuosus, a, um, traurig. *Syn.* Luctu præditus, funestus, quod habet luctum. *Usus.* Afflicta & prostrata virtus maximè luctuosa est. Misera, luctuosa, gravia, acerba tempora. Dies populo acerbus & luctuosus. *V. Tristu.*

Luctus, ûs, Trauer. *Syn.* Mæstitia, mœror, squalor, sordes, lachrymæ, fletus, sordes lugubres, desiderium. *Epi.* Acerbissimus, continuatus, domesticus, gravissimus, impudens, magnus, publicus, summus, tantus, tristis. *Usus.* Luctus est ægritndo, ex ejus, qui charus fuerat, acerbo interitu. Habet ea res luctum. Nolo te in eundem luctum vocare. *Incidere* in maximos luctûs. Erat in maximis luctibus civitas; squalebat, in squalore erat senatus; in sordibus, lamentis luctuque jacebant, manebant; luctu conficiebantur; maximum luctum percipiebant, hauriebant omnes. Luctum *levare*, tollere, deponere, sedare. *Phras.* Luges Reipubl. tempora, calamitas publica te ad fletum impellit. Publica mala te ad fletum impellunt. Miseriæ tibi publicæ lacrymas excutiunt. Lugendi causam adfert adversa fortuna Reipublicæ. Tuus fletus exoritur, existit, manat, proficiscitur à publicis malis. *V. Gemo. Mæror. Lachrymo. Lugeo.*

Lucubratio, nis, Arbeit/ oder Studieren bey Liecht. *Syn.* Vigiliæ nocturnæ, commentatio.

Lucubro, as, zu Nacht studieren. *Syn.* Excudo, elaboro, elucubro. *Usus.* Accipe opusculum his contractioribus noctibus lucubratum. *Vide Compono.*

Luculentè, hell/ deutlich. *Syn.* Copiosè, splendidè. *Usus.* Luculentè scribere, dicere.

Luculenter, hell. *Syn.* Luculentè, egregiè.

Luculentus, a, um, verständlich. *Syn.* Elegans, præstans, insignis, grandis. *Us.* Luculentus scriptor. Luculentam plagam mihi inflixit. Est homo luculentus.

Lucus,

Lucus, i, Wald. *Syn.* Nemus sacrum. *Epi.* Sanctus.

Ludibrium, ii, Verspottung. *Syn.* Irrisio. *Usus.* Ludibrio & despectui alicui esse, haberi. Ludibria fortunæ expertus. *Vid. Contemptus, Irrideo.*

Ludibundus, a, um, spielend/munter. *Syn.* Alacer. *Usus.* Omnia ludibundus perficies.

Ludicrus, a, um, kurtzweilig. *Syn.* Jocularis. *Usu.* Sermo ludicrus. Armorum exercitatio ludicra.

Ludifico, as, verlachen. *Syn.* Illudo. *Usus* Si quis latere diutius & ludificare velit. *V. Decipio.*

Ludificatio, nis, betrügen. *Usus.* Omni mora, ludificatione, calumnia Senatum remoratur.

Ludius, ii, Gauckler. *Syn.* Histrio.

Ludo, is, ere, spielen. *Syn.* Ludo utor, delectationis causâ exerceor. *Adv.* Iocosè satis, familiariter, lautissimè, lepidè, studiosè, multùm ac diu. *Usus.* Pilâ ludere. 2. *Deludo:* Lusit in me, ùt solet. 3. *Iocor.* Ludens id dixeram. Ludere operam in re aliquâ. *Thras.* Ludo non delector; non libenter ludo; non libenter me ludendo exerceo, non multum reperio in ludendo voluptatis; magnam ex ludo non accipio voluptatem; exiguam ex ludo voluptatem haurio; non soleo libenter ludo indulgere, ludis operam dare; non capior ludis.

Ludus, i, Spiel. *Syn.* Munus spectaculum. *Epi.* Campestris, compitalitius; gladiatorius, jucundus, novus, talaris. Ædiles, amplissimi, antiquissimi, apparatissimi, magnificentissimi, casti, solennes, castissimi, lætiores, magni, grati, maximi, mediocres, plebei, primi, publici, Romani, sanctissimi, scenici, summi, sumptuosi, votivi. *Usus.* Ludos apparare publicos, curare, facere, edere, committere. Ludos instaurare, intermittere. Ludos spectare, iisque delectari cum imperitis. 2. *Exercitatio.* Detur aliquis ludus illi ætati; Exercitatione ludôque campestri uti. 3. *Iocus* per jocum & ludum aliquem evertere. Ista perdiscere ludus est. 4. *Schola,* Schul. Ludum aperire. Ex eo ludo ac pueritiæ disciplinâ multi clari viri profecti sunt. Ludus & officina discendi. *Ph.* Ludi dati magnificentissimi; omnia solemnia & justa ludorum observata summâ cum cærimoniâ. Ludi more institutisque maximè casti, solemnes, religiosi habiti; maxima fuit ludorum celebritas, apparatus, splendor; maxima munerum magnificentia, spectacula præbita sunt jucundissima; ludi opulentiùs instructiùsque, quam antehac, celebrati.

Lues, is, Seuch. *Syn.* Pestis. *Epi.* Impura. *V. Pestis.*

Lugeo, es, trauren. *R.* λοιγὸς, *pernicies.* *Syn.* In luctu sum, squaleo, mœreo.)(*Lætor.* *Adv.* Apertè, graviter, quam honestissimè. *Usus.* Lugere mortem filii, fortunam Reipubl. *Phras.* Mortuum meritò omnes lugebant; flebant de morte tanti viri; lugubri lamentatione & fletu prosequebantur mortuum. Ejus mortem æquô animâ nemo tulit; mœrebat senatus, tota civitas confecta seniô, squalebant municipia, afflictabantur coloniæ, agri denique tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderabant. Propter unum hic tot civium squalor; hic luctus, hæ sordes susceptæ sunt. Eluxêre eum graviùs ac diutiùs, quàm ulla mater unicum filium. Tanti fletus gemitusque fiebant, ut acerbissimus tota urbe luctus versari videretur. Omnes boni abditi & inclusi mœrebant; etsi non viderentur detestabilia genera lugendi, pedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminis, capitis percussionis, collachrymavêre tamen plerique, lachrymis se dedêre. Comploratio omnium vocesque flebiles exaudiebantur. Urbs impleta lamentis, crinibus passis scissaque veste concursârunt nonnulli, concentum in omnem formam luctûs, in questus se flebiles profudere. Lamentis, ploratu urbs tota resonabat. *Vid. Luctus. Mœror.*

Lugubris, e, traurig. *Syn.* Funebris. *Us.* Fratris mei lachrymæ sordesque lugubres. *V. Tristis.*

Lumbus, i, Hüfft. *Usus.* Lumborum tenus.

Lumen, inis, Licht. *Syn.* Lux.)(*Tenebræ.* *Epi.* Æternum, altum, autumnale, bonum,

bonum, clarum, commune, crebrum, dilucidum, breve, probabile, illustre, suave, divinum, gravissimum, honestum, lætum, magnum, mediocre, obscurum, perpetuum, plenum, rutilum, summum, superum, tenue, tenuissimum, varium, vernum, certum, fervidum, illustre, lætum, vitale, volitans. *Usus.* Lumen alicui in tenebris præferre; tabulæ pictæ in bono lumine. Animi, consilii, ingenii lumen civibus tendere atque porrigere. Luminibus alienis obstruere. 2. *Fenestra.* Credebat ab ædium venditore mutata lumina. 3. *Oculi.* Amissis luminibus.

Luminare, is, **Licht.** *Syn.* Lumen. *Usus.* Incolumi senatu, nondum tot luminaribus Reipubl. extinctis.

Luminosus, a, um, **hell/liecht.** *Syn.* Clarus. *Us.* Partes vitæ maxime luminosæ, & quasi actuosæ.

Luna, æ, **Mond.** *Epi.* major, nova. *Us.* Summâ humilitate fertur, terram prope contingens. Accessu suô & recessu solis lumen accipit. Solis annuos cursus spatiis consequitur. Solis annuam lustrationem menstruô spatiô complet. Ortus nascentium moderatur; maritimorum motuum accessus & recessus motibus suis gubernat; accretione & diminutione luminis quasi fastorum dies notat & significat. Nascentis hebetiora, alias acutiora sunt cornua. Crescit luna, senescit, laborat, deficit. Defectione suâ vanum multis terrorem incutit.

Lunaris, e, **dem Mond eigen.** *Usus.* Lunaris & infimus cursus.

Luo, is, ere, **büssen.** R. λύω *solvo, vel* λύω *lavo.* *Syn.* Persolvo, abstergo, expio. *Usus.* Peccati mei pœnas luo. Collegæ sui temeritatem morte suâ luit. Stuprum oblatum Lucretia voluntariâ morte luit. Innocentium sanguis justis suppliciis luendus.

Lupa, æ, **Erzhure.** *Syn.* Meretrix, scortum.

Lupinus, a, um, **vom Wolff seyend.** *Us.* Folliculus lupinus.

Lupus, i, **Wolff.** R. λύκος. *Usus.* Lupus in fabulâ.

Lurco, nis, **Prasser.** *Usus.* Lurco tribunus plebis.

Luridus, a, um, **bleyfarbig.** *Syn.* Supra modum pallidus. *Usus.* Corpus luridis maculis maculatum.

Luscus, a, um, **halb blind.** *Syn.* Unô captus oculô.

Lusio, nis, **Kurtzweil.** *Epi.* Laboriosæ, multæ. *Usus.* Pueri lusionibus vel laboriosis delectantur; senibus ex tot lusionibus tali demum & tesseræ relinquuntur.

Lusor, is, **Spieler/ Betrieger.** *Syn.* Qui ludit aut decipit. *Us.* Lusorem suum deludere.

Lustralis, e, **zur Reinigung/Versöhnung gehörig.** *Syn.* Quod ad lustrum seu sacrificium pertinet.

Lustro, as, **besichtigen.** *Syn.* Peragro.)(*Obscuro.* *Usus.* Licet animis, ut oculis, totam lustrare terram; exercitum, populum lustrare. *Thras.* Exercitum meum lustravi, copias recognovi, legiones meas recensui.

Lustrum, i, **Zeit von fünff Jahren.** *Syn.* Quinquennale spatium, Græcis Olympias. *Epi.* Infelix, superius. *Us.* Lustrum condere. Superioris lustri nomina extinguere. 2. *Ganea, popina.* Emensus e tenebris lustrorum; popinis, aleâ, vinô, in lustris, tempus ætatis omne consumpsit.

Luteus, a, um, **kothig.** *Syn.* Nullius ponderis aut pretii, levis, ineptus, hebes. *Usus.* Luteum negotium est, nec dignum quod &c. Homo luteus.

Lutulentus, a, um, **kothig.** *Syn.* Luto plenus & impurus. *Usus.* Persona illa lutulenta, impura, invisa; ut lutulentus sus cum quâlibet volutatur.

Lutum, i, **Koth.** *Syn.* Terra humore soluta & putris. *Usus.* Homulus ex luto & argillâ factus. O lutum, o sordes!

Lux, cis, **Liecht.** R. λύξ, λύχνη. *Syn.* Lumen.)(*Tenebræ.* *Epi.* Aliena, centesima, clara, communis, dulcis, forensis, illustris, insolita, larga, suavissima, supera, tenuis, varia, verissima. *Usus.* Communem lucem accipere; in lucem proferre, luce privari. 5. *Perspicuitas.* Authoris sententiæ lucem desiderant. 6. *Dignitas, honor.* Lucem rebus Reipublicæ afferre. In clarissimâ luce versari. *Item:* mea lux, meum desiderium! In Asiæ luce degit. Lucem fugere. 4. *Dies.* Luce palam in foro saltare. Ad eum

eum bene ante lucem veni. §. *Vita*, Lucis usuram alicui eripere.

Luxuria, æ; es, ei, **Unmässigkeit.** *Syn.* Luxus, libido. *Epi.* Agrestis, nova & inaudita, privata, profusa, singularis, vitiosa. *Usus.* In urbe luxuries creatur, è luxuria avaritia, ex avaritia erumpit audacia. Turpe est diffluere luxuria; per luxuriam sua bona profundere, consumere, effundere. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. §. *Inutilis absque fructu lascivia, redundantia.* Herbarum, styli luxuries. *Phras.* Turpe est luxuriâ solvi, vitiô ventris & corporis indulgere; delicatè, molliter vivere; otiosam vitam, plenam & confertam voluptatibus luxuriosè vivere. Per luxum & lasciviam in Venerem effundi; fortunæ indulgentiâ & felicitate ad lasciviam abuti. *Vid. Libidinosus.*

Luxurio, as, **geilen/überflüssig außschlagen/ wollüstig seyn.** *Syn.* Abundo, profundo; lascivio. *Usus.* Depositô periculorum metu luxuriaverunt animi.

Luxuriosè, **unmässig.**

Luxuriosus, a, um, **unmässig.** *Syn.* Asotus, intemperans.)(*Temperans. Vid. Luxuria.*

Luxus, ûs, **Verschwendung.** R. λύσις. *Solutio*; *Syn.* Intemperantia profusioque in victu & cultu corporis. *V. Consumo. Nepos.*

Lyceum, i, *Syn.* Schola Aristotelis.

Lychnuchus, i, **Liechtstock.** *Syn.* Quidquid lucernam sustinet. Est enim candelabrum candelæ, lychnuchus lucernæ fulcrum. *Us.* Ad lychnuchum ligneolum scripsi.

Lychnus, i, **Lampe.** *Syn.* Lucerna. *Us.* Alia solis lux est, & lychni.

Lymphaticus, a, um, **unsinnig.** *Syn.* Furiosus, insaniens. *Usus.* Pavor lymphaticus.

Lymphatus, a, um, **unsinnig.** *Syn.* Furens, insanus. *Usus.* Velut lymphati & attoniti munimentis se continebant. *V. Furens.*

Lynceus, a, um, **scharffsichtig.** *Syn.* Perspicax. *Usus.* Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Lyra, æ, **Geigen/Leyer.** *Syn.* Fides. *Usus.* Lyrâ canere.

Lyricus, a, um, *Syn.* Poëta Lyricus.

M.

Macellum, i, **Speiß-Marckt.** *Syn.* Locus, in quo venduntur omnia, quæ in urbem vescendi causâ afferuntur.

Macer, a, um, **mager.**)(*Pinguis. Usus.* Solum exile & macrum.

Maceria, æ, **leimerne Wand oder Mauer/ Zaun.** *Syn.* Murus in agrô & villa.

Macero, as, **außhungeren.** R. μακρὸς. *Syn.* Attenuo, contero. *Usus.* Aliquem sollicitudine, fame macerare. Se sollicitudine, curis, invidiâ conficere & macerare.

Machina, æ, **Gebäue/Gerüst.** *Syn.* Machinatio. *Us.* Hæc tota lex ad te evertendum quasi machina comparatur. §. *Astutia, dolus, ars.* Adhibere, comparare, commoliri dolum, machinam, fallacias, præstigias.

Machinamentum, i, **Gerüst.** *Syn.* Machina. *Us.* Varia quatiendis muris machinamenta.

Machinatio, nis, **Erbauung.** *Syn.* Artificium. *Usus.* Iudex velut machinatione quâdam & solertiâ in rei partes est flectendus.

Machinator, is, **Erfinder.** *Syn.* Architectus, fabricator.

Machinor, aris, **außsinnen.** *Syn.* *Transl.* Struo, molior, excogito. *Usus.* sibi ipsi pestem, aliis necem vel calamitatem machinari. *Adv.* Iamdiu, scelestissimè.

Macesco, is, ere, **mager werden.** *Syn.* Macer fio, tabesco, consenesco. *Usus.* Mœrore macesco.

Macilentus, a, um, **mager.** *Syn.* Macie attenuatus.

Macies, ei, **Magerheit.** *Syn.* Corporis tenuitas, siccitas, gracilitas. *Epi.* Grandis. *Usus.* Homo grandi macie torridus, contemptus, abjectus. Corpus imbecillitate, sollicitudine, macie contabuit, extabuit. Equi macie corrupti.

Macrocollum, i, eine Art von Papier. *Syn.* Charta, membranula.

Macte, wolan! frisch auf! *Syn.* Vox hortantis. *Usus.* Mactè virtute juvenes! Mactè virtute milites estote: Mactè animo!

Macto, as, umbringen. *Syn.* Interficio. *Usus.* Æternis suppliciis mactabuntur impii, improbi. Quam Lentulo victimam gratiorem mactabis? *Vid.* *Hostia.*

Maculà, æ, Mackel. R. â Græco *μιάνος*, macula. *Syn.* Labes.)(*Splendor.* *Syn.* insignis, magna, minuta, maculæ æternæ. *Usus.* Est autem corporis macula nævus. Maculam & notam alicui inurere. Est hujus sæculi labes quædam & macula virtuti invidere. Maculâ aliquem aspergere, afficere. Maculam ê re aliquâ concipere, suscipere. Macula illa eluenda tibi & delenda est. *V.* *Labes.*

Maculo, as, bemacklen. *Syn.* Maculâ afficio, contamino, commaculo, inquino, oblino, polluo, fædo, labem infero, maculis aspergo, maculæ sum. *Us.* Omni dedecore maculare splendorem alicujus.

Maculosus, a, um, befleckt. *Syn.* Maculis aspersus. *Usus.* Maculosi Senatores. Vestis maculosa.

Madefio, is, naß werden. *Syn.* Perfundor, respergor.

Madeo, es, naß seyn. *Syn.* Madefio.

Madidus, a, um, naß. *Syn.* Perfectus. *Usus.* Fasciculus ille totus madidus redditus est.

Magicus, a, um, zauberisch. *Usus.* Carmen magicum.

Magis, mehr. *Syn.* Plus, plus plusque, magè.)(*Minus.* *Us.* Semper magis magisque suspicor. Annos natus sum magis quadraginta. Magis est, quod lugeat, quam quod &c.

Magister, i, Lehrmeister. *Syn.* Præceptor, Doctor; auctor.)(*Discipulus.* *Epi.* Bonus & eruditus, familiaris, gratissimus, imbecillis, magnus & sapiens, molestus, novus, præstantissimus, perfectior, senior, summns. Exquisitus, germanus, ineptus, Rhetoricus. *Usus.* Magistrum habere, aliquô Magistrô uti; apud Magistrum pueri exercentur. Dux & magister ad faciendum aliquid. Plato author & magister intelligendi; virtutis, animi; stylus perfector dicendi & magister. Vestri præceprores & virtutis magistri. Sub haud pœnitendo Magistro eam rem didicit.

Magisterium, ii, Meisterschafft. *Syn.* Magistri dignitas & officium, cura. *Epi.* Novum, nequissimum. *Us.* Magisterium morum. Magisteria à majoribus instituta me delectant.

Magistra, æ, Lehrmeisterin. *Usus.* Legis æternæ vis, quasi dux & magistra vitæ & officiorum.

Magistratus, ûs, Obrigkeit. *Syn.* Dignitas, honor, potestas, fasces, procuratio negotii & muneris publici, qui cum potestate est, qui potestatem gerit.)(*Privatus.* *Epi.* Æquus, amplus, annuus, certus, furibundus, levissimus & divulgatus, mutus, lex loquens, Patricius, Provincialis, sanctissimus, summus. Amentes, annui, avariores, egregii, improbi & rapaces, inepti, liberi, maximi, Ministri, minores. Novi, patricii, præsentes, proximi. *Usus.* Munus est Magistratûs, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejusdem decus & dignitatem sustinere, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. Magisttatum petere; Magistrarum *creare*, ordinare, constituere, facere. Magistratum alicui mandare, committere, dare. Aliquem Magistratum *assequi*, adipisci, accipere, inire. In Magistratum venire. Magistratum ingredi, gerere, habere, peragere; in Magistratu esse. Magistratum *deponere*, Magistratu abire, se abdicare. Alicujus Magistratum imminuere. *Phras.* Non dubito, quin summum atque altissimum gradum civitatis obtineas. Nulla me dubitatio tenet, quin ea consequâris, quæ in Republicâ putantur esse amplissima. Nihil mihi dubitationis relinquitur, quin futurus in civitate sis honestissimus, amplissimus, maximè eximius. Non est cur dubitem, quin honestissimô locô, summô locô, singulari locô futurus in civitate sis. Non est, cur dubitem, quin Magistratum sis consecutus. Pater tuus eximiam ex hoc

Magi-

Magiſtratu laudem coegit. Pater tuus eximiam ex hoc magiſtratu laudem tulit, cœpit, adeptus eſt, conſecutus eſt. Egregiè ſe Pater tuus in hoc munere tractavit, geſſit. Frater tuus hunc Magiſtratum pro ſuâ reique publicæ dignitate adminiſtravit. Præclarè Pater tuus hunc honorem geſſit. *Vid. Officium. Dignitas.*

Magnanimitas, tis, Großmüthigkeit. *Syn.* Magnitudo animi, celſitas, amplitudo, præſtantia, altitudo & quaſi exaggeratio quàm altiſſima animi, maximè eminens contemnendis & deſpiciendis doloribus. Magnus animus & excelſus. *Phraſ.* Novi animi tui magnitudinem. Novi animi tui firmitatem, conſtantiam, vim, fortitudinem, excellentiam, præſtantiam, altitudinem, ſublimitatem, Novi, quam forti, quàm conſtanti ac firmô, non demiſsô, non imbecilli, non humili, non fractô animô ſis. Novi, quàm ad omnem eventum, ad omnes caſus ferendos, ad omnem fortunam, ad omnes temporum motus viciſſitudinesque ſtabili ac paratô ſis animô. *V. Altus. Splendor.*

Magnanimus, a, um, großmüthig. *Syn.* Vir magni animi; vir fortis, altus & excellens. *Phraſ.* Majorem aut virtutis, aut præſtantis animi opinionem apud homines conſecutus eſt nemo. Plus famæ conſecutus eſt nemo. Tuâ virtute & magnitudine animi nihil eſt nobilius. Singularis in te laus ob tuam virtutem atque animi præſtantiam confertur. *Vid. Altus.*

Magnes, tis, Magnetſtein. *Syn.* Lapis ferrum ad ſe alliciens.

Magnifacio, is, hoch ſchätzen. *Syn.* Magni æſtimo. *Phraſ.* Tui libri paſſim magni fiunt; apud omnes in honore ſunt. Libri tui omnibus vigent. Egregia de tuis libris opinio, exiſtimatio eſt. Præclarè de tuis libris omnes exiſtimant, ſentiunt, judicant. Tui libri omnium judiciô probantur; omnium laudibus ac teſtimoniis probantur, ornantur; omnium in manibus habentur, omnium manibus teruntur; omnium ſinu voventur, circumgeſtantur, circumferuntur, aſſiduè tractantur, accuratè lectitantur. *V. Æſtimo.*

Magnificè, herrlich. *Syn.* Splendidè. *Uſ.* Magnificè ac ſplendidè convivium ornare, laudari ab aliquo. Amplè, laxè, magnificè habitare, loqui, ſe jactare, aliquem diligere.

Magnificentia, æ, Herrlichkeit.)(*Inertia, deſpicientia, luxuria.* *Epi.* Laudanda, publica. *Uſus.* Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & excelſa propoſitione agitatio & adminiſtratio, in qua gravitas eſt & authoritas. Magnificentia, apparatio, & ſumptus epularum. In omnibus rebus magnificentiam adhibere. *V. Splendor.*

Magnificè, herrlich. *Uſus.* Gloriosè ſe jactare ac magnificè.

Magnifico, as, hoch rühmen. *Syn.* Te unum ex omnibus magnificare voluit. *V. Laudo.*

Magnificus, a, um, ſtattlich. *Syn.* Lautus, ſplendidus, amplus, glorioſus, ſummô ſplendore præditus, delicatus. *Uſ.* Magnificus ornatus, munera, cænæ, venatio, oratio, animus, villa, vectigal. *V. Splendidus.*

Magniloquentia, æ, Wort-Pracht. *Uſus.* Homeri magniloquentia.

Magnitudo, nis, Grösse. *Syn.* Amplitudo, granditas, moles, ubertas. *Epi.* Admirabilis, ſingularis, excellens, eximia, immenſa, incredibilis, interminabilis, inſignis, inuſitata, mirabilis, multa, nova, par, paterna, præſens, ſubita, ſumma, tanta, tenuis, vera & ſapiens. *Uſ.* Magnitudinem animi tui ne inflecti ſinas. Amotis, odii, frigorum magnitudo. *Phraſ.* Magnitudinis immenſæ ſunt gigantes; extraordinariâ, inuſitatâ, immensâ magnitudine ſunt gigantes; maximi inter cæteros homines feruntur eſſe gigantes; vaſtiſſima ſunt gigantum corpora; non ſunt gigantes cum cæteris hominibus corporis magnitudine conferendi. Nemo noſtrûm eſt, qui gigantum magnitudinem æquet; qui gigantes magnitudine adæquet, aſſequatur, quaſi gigantibus par ſit; excellunt gigantes magnitudine inter reliquos homines; gigantes magnitudine cæteris hominibus præſtant, antecellunt. Gigantum magnitudo caret exemplô, extra ordinem eſt, præter naturæ morem eſt; validior eſt, quàm mos naturæ ferat.

Magni eſſe, facere, habere &c. hoch ſchätzen. *Uſ.* magni erunt mihi tuæ litteræ.

Magnô, theur. *Syn.* Magnô preciô.)(*Parvô.* *Usus.* Agros illos magnô emit.

Magnoperè, sehr. *Syn.* Nimiô opere. *Usus.* Magnô hic te opere rogat. Magnopere tibi author sum. *Phras.* Summè, etiam atque etiam, vehementer, maximè, mirè, valdè, mirificè, incredibiliter, singulariter, insigniter, præcipuè, unicè, egregiè, apprimè, admodùm, oppidò, eximiè, magnopere, cumprimis, inprimis, majorem in modum, mirum in modum, mirandum in modum, supra modum, extra modum, non vulgariter, non mediocriter, non parum, non minimè, non ad aliorum exemplum, non ex communi consuetudine, non ùt solet, non ùt mos est, extra morem, non more, non ordine, non aliorum exemplô, præter exemplum, extra ordinem, sic ùt nihil magis, sic ùt nihil tale, sic ùt nihil supra, sic ùt nihil ultra, sic ùt nihil ad illud, sic ùt conferri nihil possit; sic ùt nihil simile, par, æquale; sic ùt ejusmodi nihil sit. *V. Valde.*

Magnus, a, um, groß. R. μέγας. *Syn.* Amplus, grandis, non mediocris, non parvus, uberior, bonus, latè patens, immanis, infinitus, vastus, insanus, longè latèque patens. *Epi.* Æquè, plenè, planè, hercle, ita, mirificè, sanè, valde. *Usus.* Hâc arte tu magnus es. Vir inprimis magnus. Magnus es veterator. Magnum ac honestum te esse volo. *Phras. Res magna.* Res magnas, magnitudine præstabiles, novitate primas, genere singulares, non nisi magna suscipere ac profiteri videtur. Nihil medium, nec spem, nec curam, sed immensa omnia & amplô animô volvit; non nisi magna, magnæ molis negotia molitur.

Magnus corpore. Corpus magnitudine inusitatâ; eximia species corporis, ampla & magnifica; homines immani corporum magnitudine; ingentes corporum vastorum moles. Humanæ magnitudinis formam propemodùm excedens; vel inter barbaros corporis specie eminens.

Magnus opibus. Vir summus, potentissimus, florentissimus; ornamentum ac lumen Reipublicæ; omnium gentium, omnium sæculorum, omnis memoriæ facilè princeps; amplissimus vir & clarissimus.

Magus, i, ein Weiser/ Zauberer. *Usus.* In Persis magi augurantur & divinant, sapientes & docti habentur. *Phras.* Est magicæ artis professione celebris; magicis carminibus, veneficiis & incantationibus utitur; inaudita & nefaria sacra exercet, cùm inferorum animos elicere, cùm puerorum extis Deos manes placare soleat, venena coquat, diris carminibus & incantationibus utatur.

Majalis, e, Bork/verschnitten Schwein. *Syn.* Verres castratus.

Majestas, tis, Herrlichkeit/ Hoheit/ Majestät. *Syn.* Imperium, summa amplitudo & dignitas civitatis; suprema dignitas, gravitas. *Usus.* Majestas est amplitudo ac dignitas civitatis, quam qui minuit, imminuit, solvit, capitis pænâ afficiendus est. Magnum nomen est, magnum decus, majestas Consulis. Majestatem conservare, recipere. *V. Dignitas. Amplitudo.*

Major, is, grösser. *Usus.* Majora omnia re quam famâ videbantur.

Majores, um, Eltern/ Vorfahren/ Voreltern. *Syn.* Patres. Avi, superiores.)(*Posteri, posteriores. Epi.* Nostri, obscuri. *Us.* Patres majoresque nostri, optimi & probatissimi.

Malacia, æ, Meerstille. *Syn.* Maris tranquillitas. *Usus.* Tanta repente malacia extitit, ut se loco movere non possent.

Majus, ji, Maymonat. *Syn.* Mensis Majus, rosarum ferax.

Mala, æ, Wange. *Syn.* Maxilla.

Malè, übel. *Syn.* Propè, nequiter incommodè, vitiosè, improbè, malâ ratione.)(*Bene.* *Usus.* O factum malè! malè agere, audire, loqui.

Maledicè, schmählich / anzüglich. *Us.* De absentibus maledicè contumelioseque loqui.

Maledico, is, ere, übel reden / verfluchen. *Syn.* Maledictis figo, carpo, rodo, vellico, obtrecto, detraho, morbo procacitatis utor, petulanti linguâ aliquem consector, malis onero, maledicta in aliquem confero, convicium facio; probris & maledictis vexo, lacero; maledictis lacesso, maledictorum notis aliquem inuro; laudibus obtrecto.

)(Bene-

)(*Benedico.* *Adv.* Contumeliosissimè, petulanter, turpissimè. *Us.* Si quis alteri maledicit, petulans videtur. *V. Maledictum.*

Maledictio, nis, Schmähwort. *Syn.* Maledictum.

Maledictum, i, Schmähung / Verfluchung. *Syn.* Convicium, probrum, contumelia. *Epi.* Pervulgatum, commune, volucre.)(*Laus.* *Usus.* Maledictum arripere de trivio. In maledicti loco àliquid objicere. Maledictis opprimere, lacessere, appetere, figere, vexare, obruere aliquem. Maledicta in aliquem conferre, conjicere. Omne maledictum effugere, extinguere. *Phras.* Omnes acerbissimè de te loquuntur. Pessimè tibi omnes dicunt. Omnes tibi gravissimè obtrectant. Omnes turpia quædam atque inhonesta in te conferunt, de tuâ existimatione multùm detrahere conantur, liberrimè invehuntur in te, maledictis te onerant gravissimis. Omnes maledicta in te conferunt, congerunt, conjiciunt. Te valde omnes exagitant, jactant, insectantur, vituperant, accusant, carpunt, vellicant. Omnes nefaria quædam de te dissipant, jactant; ita de te loquuntur, ut honorem tuum turpi labe insiciant. *V. Convicium.*

Maledicus, a, um, schmähsüchtig. *Subst.* Lästerer/ Geifferer. *Syn.* Obtrectator, mordax, petulans, procax, habens aculeos, momus. *Usus.* Conviciator maledicus – Quis in maledicentissima civitate crimen omne effugiat?

Malefacio, is, übel thun. *Syn.* Malè mereor, perniciosè mereor.)(*Benefacio.* *Usus.* Dii homini huic malefaciant! *Phras.* Non est meum cuiquam malefacere. Nolo cum quoquam improbitare certare; petulanter me gerere; ferri cæcum & præcipitem, turpiter aut nequiter facere nemo me insimulaverit. Quod unquam magnum scelus concepi? quod in me facinus? quid dedecoris admisi? Hòc me consolor, quod nihil à me delictum putem, nihil peccaverim; sceleratè, perperam fecerim; nulli unquam aut dictò potervò, aut factò nocuerim; ab omni injuriâ & maleficiò temperaverim.

Malefactum, i, Ubelthat.)(*Benefactum.* *Usus.* Beneficia malè locata, malefacta arbitror.

Maleficentia, æ, Beleydigung. *Us.* Iter per provinciam sine ulla maleficentiâ facere.

Maleficiosè, boßhafftig. *Syn.* Malitiosè, nefarie.

Maleficium, ii, Ubelhat. *Syn.* Malefactum, damnum. *Epi.* Cogitatum, levius, majus, manifestum, minimum, præsens, recens, simile, tantum, tam atrox, tam singulare, vehementissimum, voluntarium, vulgare. *Usu.* Sine ullô maleficiô iter per provinciam facere. Committere, admittere, suscipere, facere maleficium. Contaminare se maleficiô. A maleficio temperare; prohibere maleficium.

Maleficus, a, um, schädlich. *Syn.* Reus, male meritus.)(*Beneficus.* *Us.* Vir maleficus naturâ & injustus.

Malemeritus, a, um, übel verdient. *Us.* Ulcisci oportet malemeritos.

Malemateriatus, übel zugerichtet und erbauet. *Syn.* E mala materia factus, *Usus.* Ædes malè materiatæ.

Malevolentia, æ, Ungunst. *Syn.* Mala gratia, livor. *Epi.* Abscondita, non infuscata, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificiò simulationis. *Usus.* Malevolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Novi animum tuum malevolentiâ in omnes suffusum, infuscatum. Occurrendum est malevolentiæ improborum. *V. Invidia.*

Malevolus, a, um, ungünstig / abhold. *Syn.* Malevolentia in aliquem suffusus.)(*Benevolus.* *Adv.* Turpiter. *Usus.* Homo naturâ maledicus, malevolus, lividus; sermones malevoli. *Vid. Invidus.*

Malignè, boßhafftig/ bößlich. *Syn.* Perversè. *Usus.* Ager malignè divisus.

Malignitas, tis, * Boßheit. *Syn.* Parcitas, perversum, & depravatum ingenium.

Malignus, a, um, * boßhafftig. *Syn.* Invidus, difficilis, avarus, parvus. *Us.* Mente malignâ aliquid facere.

Malitia, æ, Boßheit. *Syn.* Fraus, ars, calliditas. *Epi.* Summa, vetus, usitata. *Usus.* Malitia est versuta & fallax nocendi ratio, fraus, improbitas, persi-

perfidia, levitas. Malitia vult se videri prudentiam, à qua longissimè abest. Discedere à perfidiâ, & insidiosâ malitiâ.

Malitiosè, **boßhafftig.** *Syn.* Callidè, subdolè, versute, vafrè, dolosè.

Malitiosus, a, um, **boßhafftig.** *Syn.* Versutus, callidus, astutus, fallax, tectus, obscurus, veterator, perfidus, dolosus, artificiosus, vafer. *Usus.* Nimis callida, & malitiosa juris interpretatio. Rem malitiosè gerere. Num malitiosum te negas & fraudulentum? *V. Nequam. Malus. Improbus.*

Malleus, i, * **Hammer.** *Syn.* Fabrile instrumentum.

Malleolus, i, **ein Rebschoß.** Surculus utrinque capitatus, præsertim vitis. *Usus.* Malleoli plantæ, sarmenta. 2. *Manipulus sparteus pice confectus.* Malleolorum plena omnia ad urbem incendendam.

Malo, malle, **lieber wollen.** *Syn.* Magis volo.)(*Nolo. Adv.* Omninò, planè. *Us.* Multis partibus id malo, quàm &c. Malo cum Pompejô vinci, quàm cum Cæsare vincere. *Phras.* Domi manere multò malo, nec quidquam habeo tolerabilius, quàm solitudinem. Solitudo mihi quâvis provinciâ optatior, potior. Solitudinem cuivis frequentiæ anteposuero. Animus mihi magis in solitudinem inclinat; hanc præ omni celebritate præopto; latêre mihi satius est, quam in urbis luce versari. Forum libens cum solitudine commutavero. Non mihi tantæ voluptati est forum, quàm solitudo. Citiùs, æquiùs forô quam solitudine caruero. Nullô pretio solitudinem dimisero.

Malum, i, **Apffel.** *Syn.* Pomum.

Malum, i, **das Ubel.** *Syn.* Damnum, incommodum, pestis mala, detrimentum. *Epi.* Æternum & infinitum, alienum, appropinquans, civile ac domesticum, commune, duplex, extremum, infinitum, sempiternum, intestinum, ingens, intolerabile, inveteratum, occultum, odiosum, parvum, triste, turpe. Mala civilia, aliena, exigua, externa, imminentia, improvisa, præsentia, pauciora, majora, leviora, orbiculata. *Usus.* Omne malum nascens facilè opprimitur, non item inveteratum. Malum magnum *imminet*, impendet. Erumpet malum ac latè manabit. Serpit, crescit, ingravescit malum indies. Magnum alicui malum afferre, dare, inurere. Malis onerare aliquem & urgere. Malum contrahere, facere. Malum *sustinere.* Esse, jacere in maximis malis. Mala invictô animô exhaurire, subire. Malum *cavere*, depellere, sedare, sanare. E malis emergere, malis liberari: *Phras.* Magna ab hoc homine mala nobis imminent; magnam mali molem meditatur. Nihil ab eô nisi pravum & perversum produci potest. Ad veteres nostras ruinas multùm acerbitatis addet. Insanabilis est hominis pernicies. Inclusum domi intestinum ac domesticum malum habemus.

Malum! **pfuy!** *Syn.* Vox indignantis. *Usus.* Quæ, malum! ista est amentia?

Malus, a, um, **böß / übel.** *Usus.* Philosophi, non illi mali quidem, sed parum acuti. Malô dolô agere. *Phras.* Homo est insigniter malus, insigniter improbus, omni diritate & immanitate teterrimus; non modò nequam & improbus, sed fatuus & amens; portentum hominis audacissimi & perditissimi; impotens, iracundus, contumeliosus, superbus, semper poscens, semper ebrius; capitalis homo, perniciosus civis, sceleratus, libidinosus, impius, audax, facinorosus, præposterus semper & perversus. Impurus helluo; ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus; fortunâ egens, vitâ turpis, existimatione damnatus, imprudentiâ atque audaciâ fretus; labes ac flamma reipublicæ. Jam pridem ad pœnam exitiumque præceps, unus omnium nequissimus, semissis homo; magnus nebulo, reus, audax, pecuniosus, profusus, perditus, nequam, turpis, multis flagitiis contaminatus. Nihil illô levius, egentius, inquinatius; Patrimoniô naufragus, inimicus atque bonorum hostis, effusè petulans, furibundus, furiosus, sordidus; singulari cupiditate, audacia, scelere præditus. Homo singulari luxuriâ & inertiâ; cui nihil divini, aut humani sanctum. Homo post hominum memoriam turpissimus, deterrimus. *V. Nequam.*

Malus, i, **Segelbaum / Mastbaum.** *Syn.* Navis,

Navis arbor. *Epi.* Celsi, alti. *Usus.* Malum erigere, scandere, incidere. Malus ventô quassatur.

Malus, i, Apffelbaum. *Syn.* Pomus, arbor pomifera.

Mamma, æ, Brust/ Zitze/ Dutte. *Syn.* Uber. *Usus.* Puer lactens mammam appetens. Lupa submissis infantibus adeò mitis præbuit mammas.

Manceps, is, Zöllner/ Vorkauffer. R. q. *Manu capiens, qui aliquid publicum redimit.* *Syn.* Qui conducit vel emit aliquid publicum. *Usus.* Mancipes à civitatibus pro frumento pecunias exegêre.

Mancipi, eigenthümlich Gut. *Syn.* Res omnis, quæ alienari potest. *Usus.* Abalienatio est rei omnis, quæ est mancipi, in jure cessio, aut traditio alteri facta.

Mancipium, ii, Leibeigener. *Syn.* Servitus, res mancipi. *Epi.* Aliena, honestissima, pauca, plurima, pretiosissima, sordidata, frequentia. *Usus.* Ager ille meus est mancipiô & nexu, tuus autem usu & fructu. Sui jam juris & mancipii est Respublica. Eum agrum Crasso mancipio des, velim, eâ summâ, quam constitui. Quidquid in mancipiô fuerit vitii, venditor nisi dixerit, præstato. Mancipio aliquid accipere. 2. *Servus, captivus.* Italia à mancipiis conculcatur. *V. Servitus.*

Mancipo, as, zueignen / leibeigen machen. *Syn.* Subjicio, in alterius potestatem trado. *Usus.* Senectus honesta est, si nemini mancipata. Venditum ac mancipatum tribunatum plebi addixit.

Mancus, a, um, presthafft / schadhafft / mangelhafft. *Syn.* Curtus, debilis. *Usus.* Mancus, membris omnibus captus, debilis. Cognitio naturæ sine omni actione manca est.

Mandatum, i, Gebott/ Befehl. *Syn.* Res mandata, imperium, voluntas, jussio. *Us.* Mandata alicui *dare*; quendam ad aliquem cum mandatis mittere; mandatis onerare. Mandata *accipere* ab aliquo, recipere, habere. Mandata alicujus data *perferre* ad aliquem, deferre, afferre, exponere. Mandata *exequi*, curare, agere, digerere, efficere, conficere, exhaurire, persequi, mandatis satisfacere.

Mando, as, befehlen/ befehlichen. R. *quasi in manus dare, vel manu do.* *Syn.* Jubeo, impero, impono, præscribo.)(*Mandatum accipio.* *Adv.* Accuratissimè litteris, diligenter, nominatim, penitus, planè, privatim, probè, publicè. *Usus.* Mandavi filio, quæ fieri velim. 2. *Commendo, committo, trado, concedo, consigno.* Honores alicui, magistratum, sacerdotium mandare. Res gestas scriptis, litteris, monumentis, historiis, versibus mandare. Rem posteris, annalium monumentis mandare. Vitam suam solitudini & tenebris, se fugæ mandare, mortuum humo mandare. 3. *Dimitto.* Aliquem in ultimas terras mandaré. *Vid. Iubeo, Impero.*

Mando, is, ere, keuen. *Syn.* Dentibus conficio. *Usus.* Alia animalia sugunt, alia vorant, alia mandunt. Dentibus manditur, extenuatur, mollitur cibus.

Manè, frühe. R. à μανὸς, *rarus; quia tunc tenebræ raræ sunt.* *Syn.* Diluculô, primô diluculô, primâ luce, cum primâ luce, simul atque luceret, antelucanô tempore, matutinô tempore, cum nondum luceret, ad primam auroram, sub noctis extremum, luce apperente, sole oriente, ortâ luce, ante ortum solis, sub lucem, albente cælô, sub diei ipsum ortum, ubi dies cœpit, ubi lux adventabat, pariter cum ortu solis, dubiô adhuc die.

Maneo, es, ére, bleiben. R. μένω. *Syn.* Remaneo, commoror, resto, sto, sum, hæreo.)(*Abeo, discedo.* *Adv.* Constanter, diutiùs, firmiùs, in perpetuum, perpetuò, propemodum, rectè, bene. *Us.* In vitâ, in voluntate, in officio, in conditione, in factô, in sententiâ pristinâ manere. Id animô fixum manet. Manet mihi vetus cum eo contentio. Illud maneat & fixum sit, rem esse nullam &c. Multa diutiùs commemoratione manent, quam stare naturâ possint. Idem te fatum manet. *Phras.* Ego mihi domi manendum censeo; Domestica statio, mansio placet. In arcanô domûs me sustineo. Domi mihi habitandum, commorandum, residendum, consistendum existimo. Tectis ac tenebris me contineo. Parietum præsidiô me à tumultu tueor.

Domi

Domi me teneo, domi inclusum me contineo, hæreo domi, parietum umbris me occulo. Commoratio, permansio domestica, me oblectat. Domi lubens sedeo, consideo. Portâ pedem non effero. Publicô me arceo, atque intra meum limen me contineo.

Manes, ium, Abgestorbene. *Syn.* Inferorum animæ, dii manes. *Usus.* Mortuorum manes re aliquâ expiare.

Manica, æ, Ermel. *Usu.* Antonius solet accipere manicas.

Manicatus, a, um, das Ermel hat. *Usus.* Manicatæ ac tritæ & talares tunicæ.

Manifestè, offenbahr. *Syn.* Manifestò, palàm, apertè. Perspicuè, clarè, non obscurè. *Usus.* Aliquid manifestè deprehensum.

Manifestò, offenbahrlich. *Syn.* Manifestè.

Manifestus, a, um, offenbahr. *Syn.* Clarus, perspicuus, apertus, non obscurus, insignis, illustris, palàm, promptus, propositus, vulgatus, testatus, contestatus, de quo constat, de quo liquet, luce solis clarius, quod in promptu est, quod patet & notum est omnibus, quod tenetur, res ipsa certa & majoribus quasi theatris proposita, ante omnium oculos positum, quod ante oculos est, in medio positum. *Usus.* Scelus manifestum & deprehensum. *Phras.* Res manifesta est; manifestò comperio & manu teneo; sic id vidi, ùt, quæ oculis cernuntur; minimè latet; res est ita perspicua, ut oculis judicare possitis; nec obscurum est, nec absconditum; res non conjecturâ, sed oculis tenetur; res patefacta & in forum prolata est. In clara res luce est; signa extant clariora omni luce. Illustrata, patefacta, comperta sunt omnia. Res confessa est & manifesta; haud per ambages rem teneo.

Manipularis, e, zur Rotte gehörig. *Syn.* qui de manipulo seu parvâ militum manu est. *Usus.* Doleo, me Pompejum ut manipularem quendam secutum.

Manipulatim, * von Rotte zu Rotte. *Syn.* Per manipulos. *Us.* Acies manipulatim structa.

Manipulus, i, eine Handvoll. *Syn.* Fasciculus, quem quis metendo manu apprehendit. 2. *Exigua militum manus pars centuriæ.* Armatos manipulos ad signa convocat.

Mano, as, fliessen. *Syn.* Fluo, redundo, fundo, dissеminor, dispergor, latiùs dissipor, serpo, percrebesco. *Adv.* Latè, communiter, longè. *Us.* Serpit malum, rumor, sermo, & manat latiùs, per omne corpus funditur & in omnes partes. Multa è lunâ fluunt manantque. Non patiar eam rem ad urbis perniciem manare. Manavit & disseminatum est malum per Italiam, transcendit Alpes, obscurè serpens occupavit multas provincias. Omnis honestas è quatuor fontibus manat. Hoc consilium è tuo capite manat. Rem à capite arcessere; videre, unde cætera manent.

Mansio, nis, Herberg.)(*Decessio.* *Epi.* Cautior. *Us.* Mansio in vitâ.

Mansuefactus, a, um, zahm gemacht. *Syn.* Domitus, *Us.* Mansuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

Mansuefacio, is, mild/oder zahm machen. *Syn.* Mansuetum reddo. *Us.* Plebs mansuefacta & exculta.

Mansuetè, sanfft. *Usus.* Mansuetè facere aliquid.

Mansuetudo, inis, Sänfftigkeit/Sanfftmuth. *Syn.* Lenitas, humanitas, facilitas.)(*Atrocitas.* *Epi.* Incredibilis. *Us.* Omnia plena clementiæ, mansuetudinis, liberalitatis.

Mansuetus, a, um, zahm/sanfftmüthig. R. q. *manu assuetus.* *Syn.* Mitis, lenis, facilis.)(*Ferus, immanis.* *Us.* Oratio placida, submissa, lenis, mansueta. Nihil vidi tam mite, tam pacatum, tam mitis ingenii, quàm te hominem naturâ, consuetudine, disciplinâ lenissimum, mansuetissimum. *Vid. Lenis.*

Mantica, æ, * Felleisen/Ranțe. *Syn.* Pera viatoria. *Us.* Non videmus, manticæ quod in tergo est.

Manubiæ, arum, Raub. R. q. *manu habiæ.* *Syn.* Præda, spoliaque ex hostibus capta. *Epith.* Imperatoriæ, tantæ. *Usus.* Manubias Marti conservare, in monumenta Deorum conferre. *Vid. Præda.*

Manubrium, ii, Handhabe. *Syn.* Capulus. *Epi.* Aureum.

Manufactus, a, um, mit der Hand gemacht und gearbeitet.)(*Naturalis.* *Us.* Portus, opera manufacta.

Manumissio, nis, Freylassung / Loßsprechung. *Syn.* Libertatis datio.

Manumitto, is, ere, frey lassen. *Syn.* Libertatem do.

Manus, ûs, Hand. *Epi.* Adversa, antiqua, apta, arguta, confracta, contaminata & cruenta, dextra, facinorosissima, firma, hostilis, impia, importuna, sancta, sinistta, tremebunda, victrix. *Usus.* Sumere in manus aliquid; in manu tenere; de manibus extorquere. Platonem è manibus non dimitto, non depono. Disciplina per manus tradita *vulg. de manu in manum.* 2. *Facultas, potestas* Est hoc in manu tua. Manibus excidit victoria. 3. In *promptu est, suppetit.* Res est in manu, sub manu, sub manus. In manu tenemus, habemus victoriam. Præ manibus habere aliquid. 4. *Vis, arma, ferrum.* Ad manus ventum est. Manus sibi afferre, manus dare; manus conserere, conferre. Abstinere, continere manus. 5. *Copia.* Militarem manum cogere, facere, habere.

Mappa, æ, * Tischtuch.

Mapale, is, * Häußlein / Hüttlein. *Syn.* Casa agrestis.

Mare, is, Meer. R. ab Hebr. *Mara*, amarum. *Syn.* Altum, salsum, profundum, pelagus, pontus, ponti gurges, æquor. *Epi.* Portuosum, scopulosum, infestum, inflatum, murmurans, purpureum, refertum, præclarum, tempestivum, tranquillum, tutum, vastissimum, universum. *Usus.* Turbatum, agitatum mare. Mare cælo miscere. Terra marique conquirere aliquid. *Phras.* Erat mare sanè tempestuosum, fremitus murmurantis maris nos exterruit; cœpit subitò horrescere mare, crebros & altos fluctus in littus evolvere, exæstuare, vix ut in altum evehi possemus.

Marcesco, is, ere; eo, ere, * verwelcken. *Syn.* Torpesco, marcesco, putresco. *Usus.* Luxuriâ, vinôque marcere.

Margarita, æ, Edelgestein / Perle. *Syn.* Unio. *Us.* Ornatus insignis quasi margarita.

Maria, die Mutter GOttes / die hochgebenedeyte Jungfrau Maria. *Phras.* Totius humani generis advocata; hortus voluptatis, virtutum omnium fructibus & charismatum floribus abundantissimus.

Marinus, a, um, vom Meer seyend. *Syn.* Maritimus.

Maritimus, a, um, vom Meer seyend. *Syn.* Marinus. *Usus.* Loci, homines maritimi. In maritimis sum.

Maritus, i, Ehemann. *Syn.* Vir. *Epi.* Charior. *Usus.* Ut maritus quàm optimæ mulieri, & hæc optimo viro nupta sit.

Margino, as, * einen Rand machen. *Usus.* Censores vias sternendas marginando locaverunt.

Marmor, is, Marmorstein. *Us.* Simulacrum è marmore, signum marmoreum.

Marmoreus, a, um, marmorsteinern. *Us.* Columnæ, tecta marmorea.

Mars, tis, Kriegsgott bey den Poeten. R. *mas*, vel ἀνὴρ. *Usus.* Mars belli communis, & incerti casus; incertus pugnarum exitus & Mars communis. Suô rem Marte gerit. *V. Bellum.*

Marsupium, ii, Beutel / Seckel. *Syn.* Sacculus nummarius.

Martyr, Blut-Zeuge. Qui sanguinis sui pignore Christum testatus, pro veritate evangelica supplicium mortis subiit; propter Christum carnifici collum non invitus exporrexit; qui pro Christi confessione strenuè dimicârunt, & summâ alacritate variô lethi genere animas liquerunt; ad cruciatus veluti ad convivia læti & alacres iverunt, spernentes facultates, tyrannorum minas ac promissa nihili facientes s. pendentes; qui vitâ, sanguine fidem commendârunt, confirmârunt; signis & portentis divinâ vi factis coruscârunt; suis laboribus nocentissimas idololatriæ stirpes evulserunt; christianam fidem plantârunt, suisque sudoribus & lacrymis, imò etiam sanguine rigârunt & consignârunt; per vulnera & mortes regi suo præclarum testimonium dederunt; qui Dei causâ quæcunque cruciamenta ipsamque mortem, cujus imaginem oculis fugimus, mentionem auribus respuimus, quam animis aversamur & sola recordatione perhorrescimus, constantissimè oppetiverunt; qui tormentis immanissimis excarnificati, dirissimos Christi causâ cruciatus exhauserunt,

runt, se seque in mortem acerbissimam obtulerunt. Gladio desectis cervicibus ad mortem dati; quos nulla, quamvis acerbissimorum cruciamentorum vis, vel ad mutandam sententiam adigere, vel extortô spiritu ad mortuos aggregare potuit; proscriptis, ereptis ac direptis facultatibus exiliô sunt affecti, fustibus ad mortem contusi, sagittis confixi, compressis laqueô faucibus elisi, quibus prætruncatæ manus &c.

Mas, ris, Manns-Bild.)(*Fœmina.* *Usus.* Et Deos mares & fæminas esse dicitis.

Masculus, a, um, starck / mannlich. *Syn.* Fortis.

Massa, æ, * Teig. *Syn.* Farina ad pinsendum aquâ subacta, & quidquid densum est vel spissum ad similitudinem farinæ subactæ. *Usus.* Auri, ferri, picis massa.

Mater, tris, Mutter. R. Μήτηρ. *Syn.* Parens, educatrix, genitrix, procreatrix. *Epi.* Cæca, conscelerata, egregia, gravida, præclara, infesta, libera, magna; misera, lamentansque & abjecta; plena pietatis, victrix, optima. *Usus.* Sapientia Mater omnium bonarum artium. Matris terræ sinus & gremium.

Matercula, æ, Mütterlein. *Usus.* Materculæ suæ festivus filius.

Materfamilias, æ, Haußmutter.)(*Paterfamilias.* *Usus.* Matremfamilias secùs, quàm Matronarum sanctitas postulat, nominamus.

Materia, æ, Materie / Zeug. *Syn.* Substantia, ex quâ fit aliquid. *Usus.* Plato ex materiâ in se omnia recipiente esse mundum factum censet. 2. *Lignorum apparatus, sylva.* Nulla materia nisi admotô igne ignem concipit. Materiam comportare milites jubentur. Ex insula materiam, calcem &c. advexêre. Permista & confusa sylva & materia omnium argumentationum. 3. *Id, de quô sunt facultatum tractationes, leges, materia subjecta.* Materia artis est, in qua ars versatur. Crescit mihi materies scribendi. Quid illum odisset, segetem & materiem suæ gloriæ? 4. *Facultas.* Deformitas corporum apta ad jocandum materies. Opes libidini materiam dant, præbent. Moderatio subtrahit, adimit materiam furori *Thras.* Materies scribendi mihi non deest. Semper est aliquod epistolæ argumentum. Copiâ rerum, quas scribam, impedior potiùs quàm inopiâ. Nec res, nec voluntas ad scribendum mihi deest. *V. Occasio.*

Materiarius, ii, * Zimmermann / Werckmeister. *Syn.* Faber lignarius.

Materiatus, a, um, von Holtzwerck seyend. *Syn.* Quod ex materia constat. *Usus.* Domus malè materiata.

Materior, aris, * Holtz zuführen. *Syn.* Ligno. *Usus.* Eôdem tempore & materiari & frumentari necesse erat.

Maternus, a, um, mütterlich. *Usus.* Nomen maternum amantius & indulgentius.

Matertera, æ, der Mutter Schwester / Muhme. *Syn.* Matris soror.

Mathematicus, a, um, zur Mathesi gehörig / darinn erfahren. *Epi.* Magnus, sapiens, sempiternus. *Usus.* Mathematicæ artes, scientiæ. Pulvis mathematicorum eruditus. Mathematici magnâ in obscuritate rerum, & reconditâ in arte, & multiplici subtilique versantur.

Matricida, æ, Mutter-Mörder. *Syn.* Qui matrem occidit, parricida. *Epi.* Certissimus, crudelissimus, impius.

Matricidium, ii, Mutter-Mord. *Us.* Matricidii accusatur Orestes.

Matrimus, i, der noch die Mutter bey Leben hat. *Syn.* Cujus mater adhuc vivit.

Matrimonium, ii, Ehestand. *Syn.* Conjugium. Viri & mulieris legitima conjugatio. *Epi.* Dotale, stabile & certum. *Us.* Collocare aliquam in matrimonium. Aliquam in matrimonium ducere, habere.

Matrimonium ineo. Contrahere, inire matrimonium, nuptias, connubium, societatem vitæ perpetuam ac mortis tantùm vi dirimendam, onerosam & ærumnosam; ad rem uxoriam animum adjungere; domum ducere uxorem; thalamum alicujus ambire. Thori consortem accipere; in sanctum connubii fœdus & indissolubilem vitæ thorique societatem convenire,

In matrimonio habere uxorem; habere conjugem, matrimonii fœdere junctam, copulatam, vinculis socialibus sibi junctam;

junctam ; vivere cum aliqua in conjugio, matrimonio ; ducere, sibi adsciscere uxorem ; in matrimonium accipere uxorem ; conjungere matrimonio, suscipere aliquem conjugem ; accipere aliquem in matrimonium; nuptiis sibi jungere, copulare aliquam.

Matrimonium copulo. Matrimonio nubentes conjungere, fœdere indissolubili copulare, conjugio alicui copulare aliquam.

Matrimonium secundum. *Phras.* Ad secundos, tertios thalamos procedere; post virum suum primum alterum nescire ; conjugio secundo devinctus; conjugii expers, ad secundas nuptias pergere.

Matrona, æ, Haußfrau / ehrbare Frau. *Syn.* Marita, mulier, uxor, materfamiliâs. *Epi.* Opulentæ, optimates. *Usus.* Matronarum dignitas & sanctitas.

Matronalis, e, ehrbar und den Frauen anständig. *Us.* Matronalis gravitas, pudicitia, decus.

Maturatio, nis, Eilung. *Syn.* Festinatio, properatio.

Maturè, frühzeitig / ungesäumt. *Syn.* Citò, celeriter, tempori, sine morâ, celeriter, tempestivè. *Usus.* Eò, quò intendit, maturè perveniet.

Maturesco, is, ere, zeitigen / zeitig oder reiff werden. *Syn.* Perficior, absolvor.

Maturitas, tis, Zeitigung/ Reiffung. *Syn.* Tempestivitas, tempus maturum.)(*Immaturitas.* *Epi.* Prima dicendi, tanta, tempestiva. *Usus.* Hæc studia in adolescentiâ tanquam in herbâ significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Canescit jam tua eloquentia, & quandam maturitatem habet, s. assecuta est. Ejus rei maturitas nondum venit. Videtur id jam perfectum, & maturitatem habebere suam. Usus maturitatem dat, affert.

Maturo, as, eilen/ befördern. *Syn.* Maturitatem affero, accelero, propero. *Us.* Maturare mortem alicui. Quæso, matures venire.

Maturus, a, um, reiff / zeitig. R. *à matutâ & uro, qs. tempestivè coctus.* *Syn.* Coctus, tempestivus, mitis.)(*Præcox, immaturus.* *Us.* Poma matura & cocta decidunt. Maturus & mitis orator. Ætas maturissima. Vitæ satietas maturum mortis adfert tempus,

Matutinus, a, um, morgendlich.)(*Vespertinus.* *Usus.* Matutina tempora lectione consumo.

Maxilla, æ, Wauge. *Syn.* Mala.

Maximè, meistens / zum meisten. *Syn.* Summè, nec minimè, potissimùm, immortaliter, magnoperè. *Usus.* Ut quisque maximè indigus, ita ope dignissimus. Tam sum amicus Reipubl. quàm qui maximè. Domus celebratur ùt cùm maximè. 2. *Præsertim, cumprimis.* Eos amo maximè, qui &c. Eò maximè te amo, quòd &c.

Maximopere, sehr/ über die Maaß/ hefftiglich. *Syn.* Summopere, maximè, præsertim, præcipuè, potissimùm. *Usus.* A te maximopere peto & quæso.

Maximus, a, um, grössester. *Syn.* Amplissimus, summus, immanis, singularis, incredibilis, ingens, unicus, divinus, immortalis, maximè rarus.

Meatus, ûs, * Gang/ Lauff. *Usus.* Solis cursus & meatus.

Mecum, mit mir. *Usus.* Tecum ipse meditare : mecum sum, mecum vivo. Tecum habita, & nôris, quàm sit tibi curta supellex, kehr für deiner Thür.

Medeor, eris, eri, heilen. *Syn.* Sano, curo ; medicinam adhibeo, affero, facio ; curationem adhibeo ; remedium adhibeo, facio, procuro. *Adv.* Facilè. *Usus.* Afflictæ Reipubl. capiti, oculis mederi. Laborantibus succurrere, mederi ægris, afflictos excitare. *Thras.* Dolorem minuit ac mollit temporis longinquitas, vetustas. Quæ nobis à fortuna infliguntur vulnera, sanantur vetustate. Vis doloris cum tempore languescit ; detrahit de dolore dies, atque adeò extinguit omnem planèque tollit. Quôvis dolore affectis medetur tempus ; quôvis malô laborantibus medicinam dies affert. Vetustas fert opem ; vetustas opitulatur, subvenit, auxilio est, subsidio est; finem doloris dies affert. Habet hoc tempus, ut quemvis dolorem, quamvis acriter in animo insitum, evellat atque abjiciat. Est hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem adversæ fortun

tun

tunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoveat.

Mediastinus, i, Haußknecht. *Syn.* Mancipium vilissimum. *V. Servus.*

Medicamen, inis, Artzney/ Hülff-Mittel. *Syn.* Medicamentum.)(*Venenum. Epi.* Violentum. *V. Remedium.*

Medicamentum, i, Artzney. *Syn.* Medicamen, medicina, remedium. *Epi.* Multa, salutaria, violenta. *Usus.* Medicamentis delibutus; medicamentis partum abigere. Fucata candoris medicamenta. Medicamentum dare ad aquam intercutem. *V. Remedium.*

Medicina, æ, Artzney. *Syn.* Medicamentum, remedium, valetudinis ratio, ars medendi. *Epi.* Consularis, animi, grata & multis probata, pluribus suspecta & invisa, imbecillior, major, perpetua; tarda, sed magna; tempestiva. *Usus.* Facere, afferre medicinam alicui: Nulla tot incommodis medicina reperietur. Medicinam exercere, facere, adhibere, afferre. E re ægroti est in tempore accipere medicinam. *V. Remedium. Medicus,*

Medicus, i, Artzt/ Leib-Artzt. *Epi.* Callidus, jam incognitus & sæpe victor, diligens, ignobilis, index, nobilissimus, optimus, studiosior, suavis, summus. *Usus.* Ad morbos difficillimos nobilissimus medicus quæritur. Medicum adhibere, medicô uti. Medico honos habendus est. Medici causâ morbi inventi, curationem esse inventam putant. Medico non solum morbus, sed consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda. Medici ex quibusdam rebus & advenientes & crescentes morbos intelligunt.

Medicor, aris, * heilen. *Syn.* Medeor.

Medietas, tis, halbes Theil/ Helffte/ das Mittelste. *Syn.* Media pars, medium. *Us.* Bina media; vix audeo dicere medietates.

Medimnum, i, ein Maaß. *Syn.* Genus mensuræ senûm modiorum.

Mediocris, e, mittelmässig. *Syn.* Nonnullus, modicus.)(*Maximus. Usus.* Ingeniô, prudentiâ est mediocri. Mediocris est in dicendo.

Mediocritas, tis, Mittelmässigkeit. *Syn.* Modus; nec nimiùm, nec parum. *Epi.* Inhabilis. *Usus.* Omnis virtus est mediocritas. Virtutes omnes mediocritate quâdam esse moderatas constat. Certus est villarum modus & ad mediocritatem revocandus. Mediocritas, dicendi.

Mediocriter, mässig. *Syn.* Modicè.)(*Valde, maximè. Us.* Injurias mediocriter ferre. Possem mediocriter lacessitus leviter repungere. Mediocriter à naturâ instructus, angustiùs etiam à labore & disciplinâ.

Mediterraneus, a, um, vom Meer weit abgelegen/ mitten auff dem vesten Land belegen. *Syn.* A mari remotus. *Us.* ita mediterranei non esse putant.

Meditatè, bedächtlich. *Us.* Illorum rem perquam meditatè tenes.

Meditatio, nis, Betrachtung. *Syn.* Commentatio, exercitatio. *Epi.* Multa, stulta, quotidiana, pia. *Us.* Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt.

Meditor, aris, bedencken / betrachten. *Syn.* Attente cogito, commentor. *Adv.* Maximè, multò antè. *Usus.* Tu ea meditare, para, cogita, ne imparatum te offendam. Forum, curiam, accusationem meditatur. Quæ in forô agenda sunt, exercitatione quasi ludicrâ perdisco, & meditor. Nihil fecit non diu ante consideratum, præparatum, meditatum. Meditatus ad dicendum accessi. *Phras.* Nunquam non aliquid meditaris, in aliquâ meditatione, in perpetuâ cogitatione versaris, aliquid contemplatione dignum mente cogitas, animum intendis, animô longè latèque peregrinaris; semper aliquid attentiùs cogitas. Multâ commentatione & meditatione dicendi locos omnes paratos & expeditos habes; tempus omne in acerrimâ atque attentissimâ cogitatione ponis, contemplaris aliquid salubre, consideras rerum superarum atque cælestium causas. Spectator ac contemplator diligens, consideratione ac contemplatione pulcherrimarum rerum animum pascis, oblectas, latè circumducis. *Vid. Cogito.*

Medius, a, um, der Mittlere / Mittelste. R. μέσος. *Syn.* Intermedius, interjectus, inter aliquos interjectus, dimidiatus.

diatus.)(*Ultimus*, *extremus*. *Usus*. Oratio vel oriens, vel media, vel cadens. In mediô jure civili versari. Qui se medium, *neutralem*, esse vult, in patriâ manet; qui proficiscitur, aliquid de alterutrâ parte vindicat. In mediam turbam se injecit. Interjectus mediusque duas inter partes, ætates. Inter bellum & pacem nihil est medium. In mediam dimicationem se offerre. Mediis consiliis standum. Mediâ viâ consilium capiendum. De medio tollere, removere, recedere. In medio positum.)(*Obscurum*. Res de medio sumptæ, *omnibus notæ*.

Medius fidius. Jurandi formula vetus.

Medulla, æ, das Marck. R. & *Syn*. Ossium medium replens pingue. *Transl*. *intimus animus*. *Usus*. In medullis mihi & visceribus hæret. Venis & medullis insidet malum.

Mel, lis, Hönig. R. μέλι. *Us*. Villa abundat lacte, caseô, melle. Sermo melle dulcior.

Melancholia, æ, Melancholey / Traurigkeit. *Syn*. Atra bilis. *Us*. Quem nos furorem, Græci melancholiam vocant, quasi atrâ solum bile mens moveatur. Naturâ tristi & reconditâ sunt melancholici.

Melancholicus, a, um, melancholisch / traurig. *Usus*. Qui valetudinis vitiô furunt, & melancholici dicuntur, habent aliquid in animis præsagiens & divinum.

Melior, is, besser. *Syn*. Potior, commodior, præstabilior, lectior.)(*Deterior*. *Us*. Res meliore in loco est. Incipit res melius ire, quàm putâram. *Phras*. Nemo doctus quemquam se meliorem arbitratur; neminem se potiorem ducit; aliis se præfert omnibus; superiorem & præstabiliorem cæteris, nemini inferiorem existimat. Præcipuam putat suam esse doctrinam, nec communem ulli. Doctrinâ se omnes præcedere, antecellere, anteire, excellere, præstare certissimum habet. *V*. *Potior*.

Melius, besser. *Syn*. Commodius, satius potiùs, præstabiliùs. *Us*. Millies perire est melius quàm &c. Meliore locô, jure, conditione sunt, quàm, &c. *Phr*. *Meliorare*, *vulg*. Ejus operâ melius jam habet civitas. Correxit urbem, & singulis medicinam consilii sui, quam potuit, attulit; medebatur incommodis; Rempubl. velut in sedes ac statum suum revocavit; urbis partem corruptam correxit; in veterem dignitatem vindicavit; in antiquum statum restituit; urbem recreavit, perditam & afflictam erexit. Rem prolapsam restituit, sanavit, superiora incommoda sarcivit; species est adeò reviviscentis Reipublicæ. Surrexit ejus operâ ex intolerabili statu respublica; consistit Respublica, convalescit & sanatur civitas. Fieri quædam ad meliorem spem inclinatio videtur. Emersêre cives, & se ad frugem bonam recepêre. Ad sanitatem revertitur civitas; lux quædam affulgere visa est civitati.

Mellarium, ii, mellaria cella, Bienen-oder Immenstock.

Mellitus, a, um, süß / Hönig-süß. *Syn*. Suavis, jucundus. *Usus*. Mellitus puer.

Melos, Gesang. *Syn*. Cantus. *Us*. Dulce melos. Repercussô dulcior aura melô.

Membrana, æ, Pergament. *Epi*. Tenuissima, pellucida. *Usus*. Natura oculos membranis tenuissimis sepsit.

Membrum, i, Glied. Pars corporis, *Transl*. aliarum quoque rerum. *Syn*. Articuli, artus. *Epi*. Proximum, turbidum, turgidum, tumidum. *Membra* commutabilia, humana, imbecilla, minutiora, reliqua, tenuissima. *Usus*. Comparatio membrorum. Aptæ & integræ partes corporis. Partes & membra Philosophiæ.

Memini, gedencken. *Syn*. Memoriâ teneo, memoriâ repeto, commemini, commemoro.)(*Obliviscor*. *Adv*. Diligentissimè, gratè, jucundè, meliùs, omninò, probè, rectè, suaviter. *Usus*. Memini, nec unquam obliviscar noctis illius. Memini tua mandata. *Phras*. Semper tui meminero; nunquam ex animo meo discedet tui memoria; anni consequentes excipient tui memoriam. In memoriâ meâ penitus insedisti. Semper in meâ memoriâ hærebis; erit infixa menti meæ tui imago: complectar absentem te cogitatione. Suavis mihi semper erit tui recordatio, ita visceri-

visceribus hæres. Virtutes tuas gratâ semper memoriâ persequor.

Memor, is, eingedenck. *Syn.* Qui non obliviscitur, memoriam alicui præstat.)(*Obliviosus.* *Usus.* Diligens, sobrius, memor, ingeniosus, acutus orator. *V. Memoria.*

Memorabilis, e, gedenckwürdig. *Syn.* Memorandus, memoriâ dignus, commemorabilis. *Adv.* Maximè. *Usus.* Memorabilis ejus & divina virtus. Res à te gesta memorabilis & penè cælestis. Vir commemorabili pietate ac virtute; multa fecit digna memoratu, ad memoriam insignia.

Memoria, æ, Gedächtnüß. R. *μνάομαι, recordor.* *Syn.* Facultas animæ, rerum perceptarum custos. *Epi.* Acris, acerba, æqualis, æterna, altior, bona, brevis, clara, custos rerum, digna, divina, diuturna, excellens, fidelis, grata, germana, hebes, immortalis, infinita, non ingrata, insignis, mira, jucunda, naturalis, nimia, præsens, immortalis, publica, recens, singularis, suavis, superior, tanta, thesaurus omnium, vetus, viva, ingratissima, ultima pueritiæ. *Us.* Memoria est thesaurus rerum inventarum & custos. Hortensius tantâ fuit memoriâ, ut &c. Homo post hominum memoriam optimus, pessimus. Bella nostrâ & patrum memoriâ gesta. 2. *Recordatio.* Memoriâ comprehendere aliquid & complecti; gesta aliqua memoriæ *tradere*, prodere, consecrare, mandare; ad memoriam propagare. Memoriam sui relinquere. In memoriâ *habere*, memoriam alicujus summâ cum benevolentiâ tenere; in memoria retinere aliquid; memoriam rei alicujus servare, conservare, usurpare. Superiora tempora memoriâ repetere. Ea res penitus mihi in memoriâ insidet, hæret. Memoriâ *vacillare*, hujus beneficii memoriam nulla dies obscurabit, delebit, absterget, extinguet, tollet, adimet, expellet, evellet. Memoriam alicujus rei *deponere*, abjicere. Memoriâ aliquid deponere. Non dilabetur id è memoria; non morietur ejus apud me memoria. Memoriam *refricare*, renovare, redintegrare, referre. In memoriam reducere, revocare, redigere. In memoriam rei redire. 2. *Monumentum, nomen, fama.* Fortium virorum memoriam honore prosequi; ex annalium monumentis colligere, accipere, recipere; amplissimis monumentis consecrare. *Phras.* Juvat hæc subinde in memoriam revocare, rem commemorando renovare, vetera recognoscere, excitare antiquitatis memoriam, mentem ad antiqua revocare, jucundâ recordatione in antiquis versari; animum ad vetera illa referre, antiquitatis speciem repræsentare animis.

Memoriâ es optimâ; memoriâ es insigni, egregiâ, præsenti, singulari, incredibili, tenacissimâ, non vulgari, minimè labili; fideli es memoriâ; memoriâ multùm vales; memoria præstas, excellis; memoria minimè falleris; memoriâ minimè vacillas; non tibi labat memoria; tibi maximè viget memoria. Quæcunque legis aut audis, memoriâ tenes, memoriæ mandas, tibi in memoriâ penitus insident; nihil tibi memoriâ excidit, labitur, effluit.

Memoriter, durch Hülffe des Gedächtnisses/ außwendig. *Syn.* E memoriâ, sine scripto. *Usus.* Memoriter recitare, enumerare, narrare, respondere. Rem memoriter complecti, ex memoria exponere.

Memoro, as, gedencken / sich erinnern. *Syn.* Commemoro, prosequor. *Adv.* Nimis obscurè. *Usus.* Clarorum virorum laudes memorare. *V. Loquor. Mentio.*

Mendacium, ii, Lügen/ Unwarheit. *Syn.* Falsitas, vanitas, orationis vanitas.)(*Veritas.* *Epi.* Magnum atque impudens; modestum, & non infacetum; honestum ac misericors. Crassum, perniciosum, officiosum, jocosum, turpissimum, infestum, splendidum, triumphale. *Us.* Homo ex fraude & mendaciô compositus. Improbi hominis est mendaciô fallere, mendacium dicere. Aliquid aspergere mendaciis. Probi viri à mendacio temperant. *Phras.* Homo è mendaciis conflatus; qui, ut placeat, cuilibet suum mendacium accommodat; qui omnia mendaciunculis aspergit; qui improbè, impudentissimè mentitur; qui veritatem mendaciis contaminare nihil veretur, qui ubivis insignem

insignem orationis vanitatem adhibet; qui mendacia struit, fundit; qui non infeliciter, compositis mendaciis semper est instructus.

Mendax, cis, Lügner. R. à *mente*. *Syn.* Vanus, totus ex fraude & mendacio compositus, futilis.)(*Verax*. *Usus.* Mendaci homini verum quidem credere solemus. Nihil interest inter perjurum & mendacem; nam qui mentitur, pejerare consuevit. Vanus, perfidiosus, fraudulentus, impius, ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. *V. Mendacium.*

Mendicitas, tis, Betteley / höchste Armuth. *Syn.* Paupertas, inopia, *Epi.* Aviditati conjuncta, summa. *Usus.* Mendicitatem perpeti; è mendicitate emergere; ad mendicitatem redigi. Hic in summa mendicitate est, vivit. *V. Paupertas. Inopia.*

Mendico, as, bettlen / vor den Thüren heischen / heischen gehen. *Syn.* Vitæ alimenta ostiatim postulat.

Mendiculus, i, ein geringer Bettler. *Us.* Exercitus è mendiculis rusticis collectus.

Mendicus, a, um, bettlerisch. *Subst.* Bettler, Bettlerin. *Syn.* Pauper, qui pedem in suo ponere non potest, der nichts eigenes hat. *Epi.* Beatus, dives, sapiens. *Us.* Si paupertas malum est, nemo mendicus beatus. Hoc genus forense exiguum est, & mendicum. *Vid. Pauper.*

Mendosè, voller Fehler / falsch. *Us.* Libri mendosè & vitiosè scripti.

Mendosus, a, um, voll Fehler. *Syn.* Vitiosus. *Us.* Historia mendosa, in quâ pars aliqua deest & superat.

Mendum, i, Fehler / Schnitzer / Irrthum. R. μινύθω, *minuo*. *Syn.* Vitium, erratum. *Epi.* Magnum. *Usus.* Mendum liturâ corrigere; menda tollere.

Mens, tis, Gemüth. R. μένος, Animus; qs. eminens. *Syn.* Ratio, princeps animi pars, intelligentia. *Epi.* Acrior, humilis, conscelerata, constans, divina, domestica & civilis, effrenata & præceps, firma, fons sensuum, humana, impia, imbecilla, incredibilis, infinita, integra, intenta, liberalis, provida, sagax, præstans, tranquilla, vegeta, demens, ignara, improvida, nefaria, singularis, sancta, tarda. *Usus.* Mentis errore affici, à mente discedere, mente captum esse, mente emotâ esse. De mente deturbari, dejici; à mente deseri. *Mentis suæ esse*, mentis compotem esse; mente constare s. consistere. 2. *Memoria.* Venit mihi in mentem illius temporis. 3. *Consilium, sententia, propositum voluptas, sensus:* Dii tibi illam mentem dederunt, indiderunt, injecerunt; in eam te mentem impulêre. Dii fecêre, ut ad illud mentem appelleres; ut mentem in eâ re locares, figeres; ut eam mentem susciperes. Nihil me ab hâc mente deducet, avocabit; nihil mentem meam flectet, mutabit; nullô pactô ab hâc mente deflectam, desistam. Mente totâ & omni animi cogitatione in rem aliquam incumbere.

Mensa, æ, Tisch. *Epi.* Argentea, extructa, hospitalis, maxima, publica, sancta, sana, secunda, extrema, solemnis. *Usus.* Mensam exquisitissimis cibis construere, apponere. Mensæ accumbere, discumbere. De mensa aliquid alicui mittere. Mensam removere, tollere. Manum in mensam porrigere. Mensarum assecla, Schmarotzer. Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinent. *V. Convivium.*

Mensarius, ii, Wechsler. *Syn.* Trapezita, argentarius,

Mensio, nis, Maaß / Messung. *Syn.* Dimensio.

Mensis, is, Monath. R. μὴν, μηνὸς. Aliis *à metiendo*. *Usus.* Mensis, quando luna lustrato suo cursu solem consecuta est. Lunæ cursus, quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur.

Menstruus, monatlich.)(*Æternus*. *Syn.* Quod ad mensem durat & singulis mensibus fit. *Usus.* Tabulæ menstruæ. Solis annuam lustrationem luna menstruô spatiô conficit.

Mensura, æ, Maaß. *Syn.* Modus. *Epi.* Cumulatior, evidens, major. *Usus.* Quæ acceperis utenda, majore mensurâ, si modo possis, reddito. Cumulatiore mensurâ uti.

Mentha, æ, Garten-Müntz. Nota herba.

Mentio,

Mentio, nis, Meldung. *Syn.* Sermo, commemoratio, usurpatio. *Epi.* Fatua, honorifica, indigna. *Usus.* Casu in eam mentionem incidi. Mentionem facere Cæsaris, de Cæsare. Mentionem rei intermittere. *Phras.* Sæpe de te siletur; non in oblivione jaces, sed in assiduâ commemoratione; sæpe meminimus & commemoramus de te. Mentionem de te ferimus, agitamus, inferimus.

Mentior, iris, lügen. *Syn.* Ementior, mendacium dico, orationis vanitatem adhibeo, temporis causâ fingo. *Usus.* Mentiri in aliquâ re, de re aliquâ. *Phras.* Quidquid tu dicis, falsum est. Quidquid tu dicis, minimè est verum; alienum, sejunctum à veritate est; abest à vero; adversatur veritati; mendacium est. Falsa est omnis oratio tua. Quidquid loqueris, falsò loqueris. *V. Mendacium.*

Mentum, i, das Kien. R. q. *moventum, quia movetur inter edendum*: Pars subjecta ori. *Epi.* Paulò attritius. *Us.* Mentum in dicendo intorquere. Sinistrâ mentum sublevare.

Meracus, a, um, ungemengt/ lauter. *Syn.* Merus. *Usus.* Vinum meracius sumere.

Mercator, is, Handelsmann / Kauffmann/Einkauffer. *Syn.* Negotiator, venalitius, mercaturam faciens, venditor & emptor. *Epi.* Callidus, peritus. *Usus.* Sordidi putandi sunt, qui mercantur à mercatoribus, ut statim vendant. *Phras.* Mercator est diligens, in multis regionibus negotiatur, quæstus causâ latè proficiscitur ad mercatum, multa negotia gerit, magnam contrahit mercem, multa est ejus negotiatio.

Mercatura, æ, Handelschafft / Kauffmannschafft / Gewerb. *Syn.* Negotiatio, nundinatio. *Epi.* Æqua, certa, iniqua, magna, parva, pauca, publica, fucosa, fallax. *Usus.* Mercaturam facere, & exercere. Mercaturis faciendis honestè rem quærere. Ad gymnasium tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus.

Mercatus, ûs, ein Kauff. *Syn.* Nundinæ, emporium, conventus, Panegyris. *Epi.* Domesticus, tantus, turpissimus. *Usus.* Domi suæ turpissimô mercatu omnia habet venalia. Mercatum instituere, edicere.

Mercenarius, a, um, taglöhnerisch/*Subst.* Taglöhner. *Syn.* Operarius, conductus cum mercede.)(*Gratuitus.* *Usus.* Liberalitas mercenaria non est. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum, quorum opera, non artes, emuntur. *V. Merces.*

Merces, dis, Lohn. R. à *merendo aere.* *Syn.* Pensio, præmium, pretium, fructus. *Epi.* Æqua, iniqua, magna, parva, pauca, publica. *Usus.* Mercedem laborum *constituere*, promittere, proponere, exigere. Mercedem *dare*, tribuere, solvere, persolvere. Mercedem *accipere*, recipere. In loco mercedis numerare. Mercede docere. Merces ac pretium pietatis. *Phras.* Nihil sine pretio & mercede agit; Est illi merces auctoramentum servitutis. Nonnisi mercedulâ adductus, evocatus, quidquam officii præstat. Magna laboris præmia petit, exigit. Magnum suæ operæ pretium esse vult. Manuum mercede inopiam tolerat. Magnum suæ arti pretium statuit.

Mercimonium, ii, Gewerb. *Syn.* Merx.

Mercor, aris, kauffen. *Syn.* Mercor, nundinor, emo. *Usus.* Pretio aliquid mercari de aliquô. *V. Mercator.*

Mereo, es; mereor, eris, verdienen. R. μείρομαι. *Syn.* Commereo, promereo, lucror. *Adv.* Malè, meliùs. *Usus.* Diurnâ operâ decem nummos meretur. Bene de aliquo, malè, perniciosè merere. Pro eô ac quisque meretur, gratiam referre. 2. *Milito*; equô, pedibus merere; stipendia in bello merere. *Phras.* Non tantum mereor; non tantum mereo, promereo; tantum me non mereri, ingenuè fateor. Hoc non est pro merito meo. Fit hoc immerenti. *V. Meritum,*

Meretricius, a, um, hürisch. *Us.* Meretricia vita, quæstus, mores, disciplina, mos, amores.

Meretrix, cis, Hure. *Syn.* Scortum, lupa, mulier vulgata omnibus; quæ se omnibus pervulgat, prostituit; quæ domum suam patefacit omnium cupiditati; quæ corpore quæstum facit. *Epi.* Publica.

Mergo, is, ere, versencken. R. q. *mari ager.*

ago.)(*Emergo,* *Usus.* Aves, quæ se in mari mergunt & emergunt. Mergere in aquam. Voraginibus mersus. Mersa navis omnes destituit. In præruptum gurgitem hausti sunt duo &c.

Meridianus, a, um, mittäglich. *Us.* Tempus meridianum.

Meridiatio, nis, Schlaff nach dem Essen/ Mittags-Schlaff. *Syn.* Meridianus somnus. *Usus.* Nunc valetudinis causâ, quod non solebam, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi.

Meridies, ei, Mittag. *Syn.* Media diei pars, tempus meridianum, medius dies, medium diei. *Usus.* Ante meridiem; post meridiem. Ambulatio antemeridiana, sessio pomeridiana. 3. *Australis mundi regio*: Sol ad meridiem devexus.

Meritò, billich. *Syn.* Jure, optimô jure, non injuriâ.)(*Immeritò.* *V. Iure.*

Meritorius, a, um, einträglich / Gewinn bringend / unzüchtig. *Syn.* Impudicus.)(Ingenuus. *Usus.* Meritoria taberna, Garküchen. Meritorium vehiculum, ein Mietwagen. Meritorius puer, Schand-Bube.

Meritum, i, Verdienst. *Syn.* Promeritum, beneficium. *Epi.* Amplissimum, Divinum, egregium, immortale, innumerabile, magnum, perpetuum, præcipuum, singulare, summum, præstantissimum. *Usus.* Nullam tuorum meritorum partem non modò referendâ, sed ne cogitandâ quidem gratiâ consequi possum. Pro tantis eorum meritis honores illis gratiæque habeantur. Tot tua extant, constant in me merita. Dare & accipere merita. Id si feceris, omnia tua priora merita ad nihilum venient. Nullis suffragantibus meritis consulatum est consecutus. Hôc meô meritô peto. Ejus meritô Pisonem amo.

Meritus, a, um, billig / verdient. *Adv.* Omnino, populariter, rectè. *Usus.* Justa, debita, merita iracundia.

Merula, æ, Amsel / it. Meer-Schleyen. *Usus.* Merula fusca, sylvatica, novalium.

Merus, a, um, lauter. *Syn.* Solus, purus, liquidus. *Usus.* Mera monstra nuntiat. Merum bellum loquitur. Meræ nugæ. Purus putus hic sycophanta est.

Merx, cis, Waar. R. *μέρος, pars*; quia per partes venditur. *Syn.* Res vænales. *Usus.* In eam insulam omnes cum mercibus & oneribus commeant. Proba merx facilè emptorem reperit.

Messis, is, Erndte. *Usus.* Messis eô annô nulla fuit. Messem facere.

Messor, is, Schnitter / Erndter. *Usus.* Messores videris imitari.

Messorius, a, um, zur Erndte gehörig. *Us.* Corbis, falx messoria.

Meta, æ, Ziel. *Syn.* Conus, terminus. *Usus.* Umbra terræ, quæ est meta noctis. Certos fines terminosque constituam. Fama ejus paulùm ad metas hæsit.

Metallum, i, * Ertz. R. à *μεταλλᾶν, inquirere, scrutari.* *Epi.* perfectum, Cyprium, Kupffer. *Thras.* Metallum gignitur, invenitur, torretur, uritur.

Metator, is, Feldmesser / Furier. *Epi.* Callidus, peritus. *Us.* Castrorum ante metator, nunc urbis, quam decempedâ divisit.

Metior, iris, messen. R. *μετρέω.* *Syn.* Dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, describo norma, s. regula. *Us.* Sua omnia voluptate metiri. Pecuniæ fructum utilitate metiri. Summum bonum honestate metiendum est. Ex suâ naturâ cæteros fingere & metiri. Non brevitate orationis, sed rerum magnitudine orator metiendus est. *V. Dirigo.*

Methodus, i, * Weise/ Lehr-Art. *Syn.* Via, ars, ratio.

Meto, is, ere, erndten. R. *ἀμητὸς, messis tempus.* *Syn.* Demeto. *Usus.* Ut sementem feceris, ita metes. Serito beneficium, ut metere possis fructum.

Metor, aris, außmessen. *Usus.* Castra metari, Läger schlagen.

Metuo, is, ere, förchten. R. *μόθων, terrens, turbans,* vel qs. a *motu cordis.* *Syn.* Timeo, horreo. In metu sum, in metum ponor, metum habeo.)(*Spero.* *Adv.* Diligentiùs, magnopere, planè, valde. *Us.* Non tam de tuâ vitâ quam Republica metuit. *V. Timeo.*

Metus, ûs, Forcht. *Syn.* Timor, formido, suspi-

suspicio, terror, pavor, exanimatio. *Epi.* Amplior, communis, consularis, diurnus ac nocturnus, falsus atque inanis, finitimus, instinctus furore, magnus, non mediocris, novus, parvus, permanens, præcipuus, præsens, quotidianus, reliquus, subsequens, summus, tantus, temerarius, inanis. *Usus.* Metus est mali expectatio, futuræ ægritudinis sollicita recordatio. Metum alicui *afferre*, offerre, injicere, objicere, incutere. In metum adducere, metu afficere aliquem. Metum *habere*, in metu esse, metu frangi, debilitari, exanimari, suspendi. A metu *respirare*, metu liberari; aliquem metu levare; metum alicui levare, demere, adimere; metum amovere, ex metu aliquem eximere. Metum *depellere*, abjicere, abstergere; metu vacuum esse. *V. Timor, Terror.*

Meus, a, um, mein. *Usus.* Nihil addo de meo. *V. Proprius.*

Mico, as, scheinen / leuchten. *Syn.* Vibro. *Usus.* Venæ & arteriæ micant. 2. *Digitis jactu ludo.* Dignus est, qui cum in tenebris mices.

Migratio, nis, Wanderung. *Syn.* Loci mutatio, discessus. *Epi.* Multæ, in alienum solum. *Usus.* Mors est quasi migratio commutatioque vitæ.

Migro, as, wandern. R. *meo, qs. meo agros.* *Syn.* Alio ad habitandum eo; solum verto, vel muto.)(*Maneo.* *Usus.* Sedem omnium fortunarum suarum & rerum alicubi collocare. Migrare de vitâ. 2. *Negligo, transgredior, infringo.* Qui jus conservat, justus; qui migrat, injustus est. *Phras.* Hospitium ei renunciat; domo ejus emigrat; in alia loca demigrat; hujus civitatis solum mutatione vertit, in aliam civitatem nomen dat; sublatis rebus Romam commigrat; aliud domicilium, alias sedes petit, fortunam, quæcunque accidat, experturus. *V. Abeo, Discedo.*

Miles, itis, Soldat. R. μῶλος, *Bellum.* *Syn.* Bellator. *Epi.* Ignavus, timidus, inexercitatus, prudens, veteranus; non legionarius, sed ne auxiliarius quidem; fortissimus, gloriosus, horridus, nocturnus. Milites acres, boni, crudelissimi, sanctissimi, firmi ad tuendum aliquid, optimi, paratissimi, fame & egestate perditi, egentes, permulti, veteres. *Usus.* Miles tyro, veteranus, auxiliarius, legionarius. Milites imperare, conquirere, contrahere, facere, scribere, deligere. Milites à signis dimittere, dilabi sinere, amittere.

Militariter, kriegerisch / zum Krieg gehörig. *Syn.* More militari. *Usus.* Oratio militariter gravis.

Militaris, e, kriegerisch / zum Krieg gehörig. *Syn.* Bellicus, Castrensis. *Usus.* Rei militaris virtus præstat cæteris omnibus. Militaris labor.

Militia, æ, Kriegs-Wesen. *Syn.* Res militaris, bellum. *Epi.* Communis, muliebris, plena solicitudinis, prima, vetus, urbana. *Usus.* Juvenis in militiæ disciplinam profectus. Obligare aliquem militiæ sacramentô. Militiam subterfugere.

Milito, as, kriegen / Krieg führen. *Syn.* Mereo, stipendia mereor, stipendia in bello mereor. *Usus.* In Catonis exercitu juvenis militârat.

Mille, tausend. *Usus.* Quid illa fortissimorum virorum millia?

Millesimus, a, um, der tausende. *Usus.* Millesima pars.

Milliare, is; milliarium, ii, Meile. *Syn.* Millium, mille passus. *Us.* Ad quintum milliare tibi occurram.

Millium, ii, Meile. *Syn.* Milliarium. *Us.* Quot millia tuus fundus abest ab urbe?

Millies, tausendmahl. *Usus.* Mori millies præstat, quam hæc pati.

Milvinus, a, um, dem Weyhen eigen. *Us.* Pullus milvinus.

Milvus, i, Weyhe / Geyer. *Syn.* Avis rapax, gallinis infesta.

Mima, æ, Gauckleriṅ. *Epi.* Comis. *Us.* Omnia mimæ condonavit.

Mimicus, a, um, gaucklerisch. *Us.* Scurrilis jocus & mimicus.

Mimus, Gauckler. *Syn.* Qui dicta aliorum & gesta gestu quôdam cum lasciviâ & obscænitate imitatur. *Epi.* Communes, Ethologi. *Usus.* Alter mimos commentatur, tragœdias agit alter. *V. Histrio.*

Mina, æ, eine Summe Müntz. *Syn.* Libra æris, & Pondo apud Romanos. *Usus.* Aquæ sextarium minâ emere.

Minaciter, bedrohlich. *Syn.* Minis, asperè.

Minæ,

Minæ, arum, Drohungen. R. ἀμύνω, *propello*. *Syn.* Minatio, comminatio, terror, terrores, terror verborum.)(*Blanditia*. *Epi.* Facetæ atque inanes. magnæ, *Usus.* Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Alicujus minis & terrore commoveri. Minas jactare, pericula intendere, formidines opponere. Clamore & minis aliquem insectari. *V. Minor*.

Minatio, nis, Drohung. *Syn.* Comminatio.

Minax, cis, droherisch / trotzig. *Syn.* Horrificus. *Us.* Minaces & acerbæ litteræ. Homo minax & arrogans.

Miniatus, a, um, mit Mennig bestrichen/oder gemacht. *Syn.* Ruber, miniatulus.

Minimè, wenigst / mit nichten. Minimùm, minimè omnium, nequaquam, nullô pactô, nullis conditionibus, nullâ ex parte.

Minimùm, wenigstens.)(*Plurimùm*. *Usus.* Præmia apud me minimùm valent. *Phras.* Minimùm res meas curas; in minimis res meas ponis, in extremis habes, ne digitô quidem res meas attingis.

Minimus, a, um, der kleinste/ geringste. *Syn.* Tantulus, tenuissimus. *Usus.* Omnia minima, maxima, ad me scribas, velim.

Minister, i, Diener / Auffwärter. *Syn.* Administer, administrator.)(*Rex*. *Epi.* Impurissimus, publicus. *Us.* Minister ac satelles cupiditatum. Manus multarum artium ministræ. Omnium rerum transactor & administrator. Magistratus legum Ministri. Ministrum se præbere ad aliquid.

Ministrator, is, Diener/ Auffwärter. *Syn.* Minister.

Ministratrix, cis, Dienerin/ *Syn.* Ministra. *Epi.* Acerbissima.

Ministro, as, dienen / auffwarten. *Syn.* Servio. *Epi.* Diligenter, commodiùs. *Usus.* Ministrare pocula alicui. Formosi pueri ministrabant. Quò commodius tibi ministretur &c.

Minitabundus, a, um, dreuend / bedrohend. *Syn.* Minitans.

Minitor, aris, drohen. *Syn.* Minor. *Adv.* Atrociter. *Usus.* Horribilia nobis omnia, ferrô igneque minitatur.

Minor, aris, drohen. *Syn.* Minitor, minas jacto, terreo, clamore & minis aliquem insequor; verbis terreo, terrorem alicui infero, denuntiatione periculi terreo, periculum capitis alicui ostento, vim denuntio, periculum judicii alicui intendo, periculum vel judicium alicui denuntio. Belli & vastitatis metum infero, terrorem injicio, terrorem jacto & oppono, metum cædis injicio.)(*Benepromitto*. *Adv.* Acerrimè, crudeliter, graviùs, mediocriter, vehementer, quotidiè. *Usus.* Hostis teterrimus omnibus bonis tormenta & cruces minitatur. *Phras.* Minari cœpit accerrimè, capitis periculum ostentabat, & certè ultra minas procedebat; minis territabat, cædem prædicebat & denunciabat.

Minuo, is, ere, mindern/ verringern. *Syn.* Diminuo, detraho, derogo, delibo, exhaurio, extenuo, levo, elevo, debilito, remitto, decessionem de summa facio. *Usus.* Minuere vectigalia, sumptus. *Phras.* Homo improbus gloriam meam remque minuit; pennas mihi facultatesque meas incidit; de laudibus meis cumulum diruit; de meâ amplitudine multùm detraxit, de opibus meis multùm deripuit, de præsidiis meis multum se diminuturum speravit; deformandi mei causâ, detrahendæ spoliandæque dignitatis gratiâ multa molitur; non modò ad salutem meam extinguendam, sed & gloriam infringendam contendit; invidia laudem virtutis meæ obtritum ivit.

Oratio tua mirificè mihi dolorem minuit, omnes molestias extenuat, luctum levat, sollicitudines elevat, dolorem lenit; extenuationem, levationem doloris affert. Magna oratione tuâ de dolore diminutio facta est; decrevit dolor, evanuit, deferbuit, attenuatus est & imminutus; sublata ac sepulta est omnis tristitia. Tuæ orationis fomentis mitigatus est dolor; doloris ille æstus subsedit, consenuit, infractus est & debilitatus.

Res tua in dies imminuitur. Res tua indies deterior fit, deficit, consumitur, minor evadit, minor fit, in deterius ruit; ad interitum ruit, tendit; corroditur, delabitur; non solum non augetur, verùm etiam aliquid deperdit.

Rei

Rei tuæ indies detrahitur. Fortunæ tuæ indies aliquod detrimenti capiunt, comminuuntur, diminuuntur, dilacerantur.

Minùs, **weniger**. R. *μινυὸς*, *pro μικρὸς*, *parvus*.)(*Plus*. Præstitimus Patriæ non minus quam debuimus. Quatuor mensibus, sex diebus minùs navigavimus. Sæpe quæ prædicta sunt, minùs eveniunt.

Minutatim, **stückweise**. *Syn.* Gradatim, perexiguè, tenuiter, parcè, molliter. *Usus.* *Minutatim* interrogare.

Minutè, **fast klein**. *Syn.* Exiliter, angustè, jejunè, tenuiter, subtiliter. *Usus.* Grandia minutè dicere.

Minutus, a, um, **klein**. *Syn.* Angustus, parvus.)(*Grandis*. *Adv.* Sanè. *Usus.* Genus orationis minutum, exile, aridum, concisum, fractum. Animus minutus & angustus. Orator præstat minutis Imperatoribus. *Minutâ* diligentiâ utitur & anxiâ.

Mirabilis, e, **wunderbarlich**. *Syn.* Admirabilis, mirus, mirificus, mirandus. *Usus.* Hæc non modò mirabilia sunt, sed prodigiis simillima. Re & dictu inopinatum & mirabile. *Mirabilis* copia dicendi.

Mirabilitas, tis, **Wunderbahrlichkeit / Verwunderung**. *Syn.* Admiratio. *Usus.* Hæc tanta rerum despicientia mirabilitatem magnam habet.

Mirabiliter, **wunderlich**. *Syn.* Admirabiliter, mirandum in modum, mirè, mirificè, quod mirandum sit. *Usus.* Omnes mirabiliter de te loquuntur & sentiunt.

Miraculum, i, **Wunderwerck**. *Syn.* Prodigium, portentum. *Usus.* Miracula edere, patrare.

Mirandus, a, um, **verwunderlich / wunderswerth / wunderbahr**. *Syn.* *Mirabilis*, admirabilis, habens aliquid admirationis. *Usus.* Opus mirandam in altitudinem extructum. *Phras.* Erat res miranda; obstupuêre; admiratione obstupefacti s. affecti sunt omnes; nulli non admirationem movit res inopinata. Vehementer mirabamur, ut etiam manus sæpe tolleremus; admirabilitatem magnam ea res fecit, habuit; exhorruimus profectò ad novitatem rei; admiraculo nobis fuit; stupor omnes admiratione rei tam peregrinæ defixit. Pavor cum admiratione, stupor ac silentium omnes defixit; silentio defixi stetimus.

Miratio, nis, **Verwunderung**. *Syn.* Admiratio.

Mirè, **wundersahm / wunderbahr**. *Syn.* Mirabiliter. *Us.* Omnes tibi mirè favent.

Mirificè, **wunderlich**. *Syn.* *Mirè*, admirabiliter. *Us.* Mirificè me delectat hoc.

Mirificus, a, um, **wunderlich**. *Syn.* *Mirus*, admirandus, admirabilis. *Usus.* mirificam cœpi voluptatem.

Mirmillo, nis, **Kämpffer / Fechter auffs Leben**. *Syn.* Gladiator.

Miror, aris, **sich wundern**. *Syn.* Admiror, demiror; mihi mirum, mirabile, admirandum videtur; stupesco, obstupesco; *Epi.* Admodum, magnopere, vehementer, maximè. *Usus.* Non dubito, quin mirêris & stomacheris etiam. *Miror*, quid causæ sit de eâ re. Id vehementer miror. *Phras.* De hâc re valde miror. *Magna* me tenet admiratio hujus rei. *Magnâ* rei hujus capior admiratione, magnam hæc res habet admirationem; admirationem facit. Magna mihi de hoc negotio incidit, s. me incessit admiratio. *Maximè* miror exitum hujus rei, negotii. *Mihi* mirabilis s. admirabilis est, me maximâ afficit admiratione exitus hujus negotii. Hujus negotii eventu obstupesco, stupesco. *V. Obstupefacio.*

Mirus, a, um, **wunderbahr**. *Adv.* Privatim, publicè. *Usus.* *Mirum*, ni videas. Mirum me desiderium tenet. Sales in dicendo mirum quantùm valent. Nec mirum, si &c. *Phras.* *Mira* sunt, quæ narras; portento similia narras. Quid tam novum, tam præter consuetudinem, tam inauditum, tam insitatum, tam singulare, tam incredibile? *Mera* monstra nuncias. Portento simile illud & miraculo est. Nimis mira memoras.

Misceo, es, ere, **mischen / mengen**. *Syn.* Permisceo, turbo, confundo, perturbo. *Usus.* *Miscere* venenum, potionem medicatam. Rempublicam turbare & miscere. *Phras.* *Miscentur* & turbantur omnia, confusa sunt omnia. Quanta inde perturbatio rerum omnium, quanta confusio consequetur? *V. Turbo.*

Misellus, a, um, elend / erbarmenswürdig. *Syn.* Miser.

Miser, a, um, elend / erbarmenswürdig. *Syn.* Calamitosus, ærumnosus, infelix, afflictus, prostratus jacens, qui in miseria est.)(*Beatus,* *Adv.* Omnino, certè, valde, summè. *Usus.* Nihil tam miserabile, quàm ê beato miser. *Phras.* In magnâ calamitate versor. In summâ versor infelicitate; Premor, circumventus sum, conflictor, afficior maximâ calamitate. Jaceo in calamitate. Duco, fero, ago, exigo, vivo vitam calamitosam. Miserrimâ sum conditione. Eâ videor conditione natus, nihil ut boni videam in vitâ; nihil ut mali non subeam, sustineam, perferam. Nemo omnium, qui vivunt, me unô infelicior aut infortunatior est. Meas miserias nulla æquat infelicitas. Mea est miserrima conditio. Omnibus vexor, perturbor, exagitor infortunii calamitatibus, miseriis, malis. Omnes me premunt miseriæ. Infesta, infensa, adversa, iniqua mihi sunt omnia. Nulla est tam misera fortuna, quam mea fortuna non superet; quæ sit cum meâ fortunâ conferenda; quæ non infra meam fortunam sit. Miserrimô sum fatô; singulari sum fatô. Deteriore fatô sum, quàm quivis omnium, qui in terris degunt. Meum est singulare fatum. Singulari utor fatô. Singulari fatô natus sum. Fatum hoc meum est, ut miserrima quæque sustineam. Hæc mihi nascenti dicta lex est, ut amarissimam fortunam in omni vitâ degustarem; nunquam ut secundâ fortuna uterer; nunquam ut miser non essem; perpetuis ut vexarer miseriis; perpetuis ut angerer, cruciarer, torquerer, afficeret malis. Infaustô nimium adversôque sydere natus sum. Mecum agitur infeliciter. Prorsus infeliciter ago. Suas in me vires nunquam fortuna non exercet. Omnibus me fortuna machinis, omni me fortuna telorum genere, suis me fortuna quantascunque habet opibus ac viribus oppugnat. Non adversa tantùm, sed eversa penitus est mea fortuna. Quis est mortalium iniquiore conditione, quam ego? quis deteriore loco, quam ego? Eò te redactum video, ut actum sit prorsus de salute tua. Eò te redactum video, ut actum prorsus de te sit; ut actum prorsus de fortunis tuis; ut spem habere melioris fortunæ nullam possis; ut spes melioris eventus nulla relinquatur; ut ope humanâ servari non possis; ut ipsa te Salus servare non possit.

Miserabilis, e, erbärmlich / Erbarmenswürdig / elend. *Syn.* Miserandus.)(*Irridendus.* *Adv.* Mirè. *Usus.* Casus fortunæ miserabilis. *Phras.* Videre licet multos, qui se credunt, quia laborant inopiâ, in summâ infelicitate versari s. constitutos esse; pessimè fortunatos esse, afflictâ penitus fortunâ esse, miserrimæ conditionis esse, omnibus malis affligi, omnibus miseriis opprimi, omnibus Infortuniis vexari, redactos esse ad summam infelicitatem; prorsus infeliciter, miserrimè, pessimè secum agi; fortunâ se nequissimâ, adversâ, gravi, infensâ inprimis uti. Videre licet multos, qui credunt, quia egestate premuntur, suas rationes s. suas fortunas pessimô locô esse; afflictas, eversas, perditas esse.

Miserabiliter, erbärmlich/elendig. *Syn.* Miserandum in modum. *Us.* Epistola miserabiliter scripta. Miserabiliter mortuus.

Miserandus, a, um, erbärmlich / Erbarmens-würdig. *Syn.* Miserabilis.)(*Irridendus.* *Usus.* Oratio tua omnibus miseranda est visa. *Phras.* Si, quæ tui similibus viris in omni ætate acciderint, illô tuô tristissimô tempore in memoriam revocabis, admodum juvari te senties, non leve solatium capies. Si, quæ tui similibus viris in omni ætate acciderint, tecum in animô volves, hæc te valde cogitatio sustentabit in hac tuâ tam gravi fortunâ; in hac tua tam adversa, tam misera & planè desperata, fortuna; in tantis miseriis, in tam misero rerum statu, tam miseris temporibus; in ista, qualem nemo unquam sensit, infelicitate; nunc, dum res tuæ pessimè se habent, pessimô locô sunt; nunc, cum tuæ fortunæ planè perditæ ac nullæ sunt; nunc, cum te premit infensa fortuna; nunc, dum te modis omnibus fortuna vexat, tibi negotium exhibet, molesta est, gravis est; nunc, dum te fortuna suis viribus oppugnat; nunc, dum fortuna omnes ad te oppugnandum machinas adhibet atque admovet.

Mise-

Miseratio, nis, Erbarmnuß / Mitleiden. Syn. Commiseratio, misericordia.)(*Odium*. *Epi*. Multa, flebilis. *Usus*. Miseratione, ad miserationem permovere judices. Odia incitantur, & miseratio nascitur.

Miserè, elendiglich / erbärmlich. *Usus* An pace turpiter, an bello miserè vivendum esset?

Misereor, eris, sich erbarmen. *Syn*. Me miseret; misericordiam alicui tribuo vel impertior; misericordia alicujus me tenet; alicujus miseriis, misericordiâ commoveor.)(Invideo. *Us.* Supplicum tandem miserere. *Phras.* Frangor sæpe misericordiâ egenorum. Misericordiam capio, fortunam illorum miserot. Propensus sum ad misericordiam, facilè ad misericordiam adducor.

Miseret, es erbarmet. *Usus*. Miseret me tui. *V*. *Misericordia*.

Miseria, æ, Elend. *Syn*. Calamitas, ærumna.)(*Felicitas*. *Epi*. Diuturna, insignis, perennis, præsens, sempiterna, summa, summô dedecore conjuncta, voluntaria, afflicta, aliena, communis, maxima, summa, tanta. *Usus*. In maximam miseriam *incidere*; in miseriis versari, esse. Miseriis cooperiri, premi. Miseriam *levare*, lenire; è miseriis eripere, à miseria vindicare. Tantisper à miseriâ aberrare. *Phras*. In summis miseriis versatur Respublica. Res asperæ, turbidæ. Durissima sunt Reipublicæ tempora; undique urbium vulnera, querimoniæ, calamitates personant; in discrimen extremum venimus. Nihil est, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resurgamus. In fortunâ miserrimâ & luctuosissimâ destituti sumus. Quanta hæc caligo temporum! Quanta vis illa, pestis, flamma quassatæ Reipublicæ! Maxima passim civium & miserrima naufragia fiunt. In his asperitatibus rerum, acerbitatibus temporum, in hac orbis terrarum perturbatione, in tanta rerum omnium amissione ac desperatione recuperandi; in fortunis adeo afflictis; in his, quibus jactamur fluctibus; in tantis Reipubl. tenebris quis lachrymas teneat? In hac iniquissima conditione vitæ, quis non in lachrymis jaceat ac sordibus? Ita sunt jam debilitata omnia & prope extincta, tanta malorum impendet ilias; adeò nihil consilio, nihil ordine, nihil ratione agitur, ut nihil possit esse miserius, perditius, fædius. Tantis incommodis conflictamur, in tot miserias projecti sumus & præcipitati; in his angustiis res est, tantis difficultatibus premimur, ut &c. Maximis undique miseriis obsideor; gravissimô perculsus vulnere mihi omnia intolerabilia sunt ad dolorem; fingi nihil potest mali, quô non urgear. Circumventus morbô, inopiâ, exiliô; afflictus & omni spe salutis orbatus; prorsùs nihil abest, quin sim miserrimus; tantis difficultatibus afflictus, eversus, debilitatus, prostratus, afflictus mœrore sum, & miseriis perditus, ut &c.

Misericordia, æ, Erbarmnuß / Barmhertzigkeit. *Syn*. Miseratio, clementia.)(*Invidia*, *invidentia*. *Epi*. Aliena, grata, jucunda, magna, maxima, mira, pristina, similis, singularis. *Usus*. Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, invidiâ laborantis suscepta. Misericordiam aliorum *exposcere*, requirere, captare, implorare, movere, commovere, concitare, allicere; ad misericordiam vocare, revocare, adducere; misericordiâ moveri, commoveri, capi, teneri; misericordiam alicui *tribuere*, impertiri, adhibere.

Misericors, dis, barmhertzig. *Syn*. Clemens, cujus animus alienô incommodô commoveatur.)(*Severus*, *crudelis*, *ferus*. *Usus*. Misericordem se vir bonus mitisque præbuit.

Miseror, aris, sich erbarmen. *Syn*. Commiseror.)(*Invideo*, *irrideo*. *Usus*. Non queo fortunam & eventum satis miserari.

Missa, die Meß / Meß-Opffer. *Syn*. Sacrificium Missæ. Piaculare sacrum. Sacrificium eucharisticum. *Epi*. Sacrosancta, celebrata pro defunctis. *Usus*. *Et Formul*. Ite, missa est.

Missam audio, Meß hören. Interesse Divinis, sacris, divino sacrificio, rem divinam obire.

Missam facio, Meß lesen. Sacrificare; sacrificium, sacrum, res sacras, sacra, rem divinam facere, conficere, peragere; sacris operari, sacra perpetrare, cælestem hostiam immolare, rem divinam apparatissimâ pompâ confi-

conficere; solemnia missarum inire.

Ad missam ministro, zur Messe dienen. Sacerdoti sacris operanti ministrare; sacra peragenti scitè, civilemque in modum inservire.

Missilis, e, * zum Wurff bequem oder dienlich. *Us.* Lapides, saxa, tela missilia.

Missio, nis, Sendung / Schickung. *Us.* De litterarum rariore missione frustra accusor. 2. *Dimissio.* Missione militem donare.

Missus, ûs, Schickung/ein Wurff. *Syn.* Missio. *Usus.* Missio Cæsaris noctu ad me venit. Missus telorum, lapidum.

Mitesco, is, ere, mild werden. *Syn.* Mitior fio. *Usus.* Uvæ à sole mitescunt.

Mitigatio, nis, Milderung. *Syn.* Delenitio, excusatio. *Usus.* Licentiam multis mitigationibus lenire.

Mitigo, as, versöhnen / begütigen. *Syn.* Mitiorem facio, lenio, placo, sedo, flecto. *Adv.* Facilè. *Usus.* Eum ordinem tibi reconcilies, multisque humanitatis condimentis mitiges. Dolor vetustate mitigatur. Ætas omnia & dies mitigabit. Ex agresti vita ad humanitatem mitigatus.

Mitis, e, mild. *Syn.* Moderatus, placatus, lenis, mansuetus.)(*Asper*, *durus*, *ferus*, *immanis.* *Usus.* Homo mitissimus & lenissimus. *V. Lenis.*

Mitra, æ, Hauptzierde / Hauptschmuck. *Syn.* Redimiculum, muliebre capitis ornamentum, quasi corona quædam.

Mitto, is, ere, schicken / senden. R. *A meatu; est enim mitto, meare facio.* Syn. Ablego.)(*Accipio.* *Usus.* Nullam pro Republica vocem misit. Misi filio, ut veniret. 2. *Omitto.* Certamen, iram, lachrymas mittere. Mitto deperditâ exercitûs parte. *Phras.* Hominem, si nondum profectus est, statim mittas; quamprimùm fac, extrudas; in Græciam amandes, releges, rejicias; statim eum ad nos ableges.

Mixtus, a, um, vermischt. *Syn.* Concretus, confusus. *Usus.* Voluptate & molestiâ mixtus amor. *V. Misceo.*

Mobilis, e, beweglich. *Syn.* Volaticus, volubilis, argutus, quod modò huc modò illuc transfertur.)(*Constans*, *stabilis.* *Usus.* Oculus mobilis & lubricus. 2. *Varius*, *fluxus*, *levis*, *inconstans*, *caducus.* Te tamen mobili adeò in me animô fore non credebam. *Vid. Varius.*

Mobilitas, tis, Beweglichkeit. *Syn.* Motus inconstantia.)(*Constantia.* *Epi.* Celeberrima. *Us.* Quid inconstantiâ, mobilitate, levitate turpius? *Vid. Inconstantia.*

Mobiliter, beweglich. *Usus.* Animus mobiliter agitatus.

Moderatè, mässig/ bescheidentlich. *Syn.* Modestè, modicè. *Usus.* Adversam fortunam moderatè ferre & placatè. *Phras.* Moderatè se gessit in Prætura; modestè & abstinenter, modicè & scienter honore est usus; egit temperatè; parçè, & molliter imperavit; in jubendo verecundus & parcus; modicè, parcè, ac restrictè negotia tractabat.

Moderatio, nis, Mässigung/ Bescheidenheit. *Syn.* Modestia, modus, temperantia, mediocritas, temperatio, gravitas.)(*Superbia*, *libido*, *incitatio.* *Epi.* Certa, continens, divina, facilis, magna, singularis, summa. *Us.* Etiam in jocando adhibenda, tenenda, servanda est moderatio. Cognoscite meam in dicendo modestiam & temperantiam. Ad usum nostrum est definita moderatio rei familiaris. Ordo, constantia, moderatio in omnibus rebus. Præscriptionem & moderationem tenere.

Moderator, is, Verwalter / Verweser/ Auffseher. *Syn.* Rector, gubernator. *Usus.* Tu eris moderator omnium Consiliorum meorum. Divina Providentia fictrix & moderatrix naturæ.

Moderatus, a, um, bescheiden. *Syn.* Temperatus, æquabilis, constans.)(*Asper*, *durus.* *Usus.* Vir castus, moderatus, sanctus. Temperati mores & moderati. Nihil in eo ingenuum, moderatum, pudens, pudicum. Otium, convivium moderatum & honestum. *Phras.* Vir est moribus sanè moderatis, quô nullum justiorem habuimus hominem; summâ æquitate, temperantiâ & bonitate naturæ; qui in omnibus rebus mediocritatem sectatur; in quo summa verecundia & qui-

quidam quasi ornatus vitæ temperantiâ & modestiâ; modô quôdam temperans impetus suos; moderationis expertæ, medii & moderati consilii vir, & qui severitatem comitate misceret.

Moderos, aris, meistern/Aufsicht über etwas haben. *Syn.* Modum adhibeo, rego, tempero, guberno, metior, moderationem adhibeo. *Adv.* Diligenter, vehementer, magnopere. *Us.* Te hortor, ut omnia gubernes, & modereris prudentiâ tuâ. Sententiam suam non suâ, sed Reipubl. utilitate moderari. Auditorum aures moderantur oratori.

Modestè, bescheiden / ehrbar. *Syn.* Moderatè. *Usus.* Modestè, temperanter, & graviter se gessit. *V. Moderatè.*

Modestia, æ, Bescheidenheit / Eingezogenheit. *Syn.* Modus, moderatio, pudor, frugalitas.)(*Inertia.* *Epi.* Singularis, summa, virginalis. *Usus.* Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum omnium; quæ fiunt, quæque dicuntur ordo & motus; per quam pudor honestus claram & stabilem comparat authoritatem; Scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, locô suô collocandarum. *Vid. Moderatio.*

Modestus, a, um, bescheiden/sittsam. *Syn.* Commodus, sui cognoscens.)(*Immodestus.* *Usus.* Modestus & frugi vir; modestus, probus, integer. *Phras.* Homo modestissimis moribus, minimè ambitiosus, minimè in rogitando molestus; prudens, a cupiditate omni remotissimus, modestus & sedatus; summô pudore ac temperantiâ moderatus. *V. Moderatus.*

Modicè, ziemlich/ mässiglich. *Syn.* Moderatè, mediocriter, modestè. *Usus.* Modicè & scienter re aliquâ uti. Modicè illum laudabo, & etiam intra modum.

Modicus, a, um, wenig / mässig. *Syn.* Paucus, parvus.)(*Innumerabilis.* *Adv.* Valde. *Usus.* Pecunia est mihi ad luxum modica. 2. *Mediocris, temperatus.* Genus dicendi modicum. Corporis jactatio modica decet. Escâ modica uti. *Vide. Paucus. Parvus.*

Modificatus, a, um, auff Gesangs Weise gerichtet. *Syn.* A propriâ naturâ ad aliquem modum traductus, & immutatus. *Usus.* Verba ab oratore modificata & inflexa quodammodo.

Modius, ii, Kornmaaß. *Syn.* Sexta pars medimni. *Epi.* Multi, pleni.

Modò, bald/ nur. *Syn.* Paulò ante, memoriâ nostrâ. *Usus.* Modò unô tempore tot viri clari interiere. 2. *Saltem, tamen.* Qui hæc mediocriter modò considerat. A studiis ante solatium, modô nunc etiam salutem petimus. 3. *Nunc, aliquando:* Academia volatica modo huc, modo illuc. 4. *Solummodò, tantummodò.* Hæc omnibus, qui ea mediocriter modò considerarint, pertractata esse possunt.

Modulatè, nach dem Tact eingerichtet. *Syn.* Concinnè, numerosè, compositè. *Usus.* Fidibus modulatè canere.

Modulor, aris, in den Schlag/ oder nach dem Tact singen. *Syn.* Metior, moderor. *Usus.* Ipsa natura modulatur avium cantum, hominum orationem. *Vid. Cano.*

Modulus, i, Maaß / Leist. *Syn.* Parvus modus. *Us.* Metiri se quemque suô modulô ac pede, par est.

Modus, i, Weise / Art. R. *ex Hebr. mad, vel maadon, mensura.* *Epi.* Amabilissimus, antiquus, aptus, austerus, bonus, certissimus, florentior, gravis, humanus, magnus, bonus, naturalis, novus, bonus, simplex, varius. Hostilis, incredibilis, major, mirandus, miserandus, saliaris, servilis; multi, pressi & flebiles, tardiores, toti. *Us.* Id more & modô fecit. Tristitiæ modum res ipsæ temperabunt. Omnibus in rebus modus *tenendus*, faciendus, retinendus, servandus est. Modum transire, prætergredi non licet. Unicuique rei modum certum statuere, constituere, finire, definire, terminare. In omni vitâ modum adhibentes & ordinem, honestatem & decus retinebimus. Magnum agri modum possidet. Extra, præter, supra modum sumptu prodire. Homo mirum in modum, mirandum s. admirabilem in modum, sagax. Servilem in modum patiens. 2. *Finis.* Modum tandem orationis faciamus. Quare faciam modum lugendi? 3. *Conditio.* Homines cujusque modi. Ejusdem modi. Totum

tum jus prætorium uniusmodi & simplex. *Phras.* Perge, quô cœpisti modô. Quam hactenus viam, quam rationem rerum gerendarum secutus es; genus institutorum & rationum, quod suscepisti, persequere. Quô artificiô, quibus artibus, quibus pactis cæpisti; quam rationem rerum tuarum inivisti; quô tenore res tuæ fluere cœpere; quam rationem viamque tentâsti; quam instituisti, quam es ingressus, perge tenere viam. Quibus consiliis sensibusque, quâ multimodâ arte cœpisti, iisdem persequere.

Mœchus, i, **Ehebrecher.** *Syn.* Adulter. *V. Adulterium.*

Mœnia, orum, **Stadtmaur.** *Syn.* Muri urbis. *Epi.* Extrema. *Usus.* Tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt, circumdederunt, cinxerunt, vallârunt.

Mœreo, es, ere, **trauren.** *Syn.* Doleo, lugeo, gemo; in mœstitia sum, jaceo; voce & querelis dolorem indico. *Usus.* Graviter filii mortem, de filii morte, mœrebat, inclusus & abditus, gemens & sordidatus luctu. *Vid. Lugeo, Gemo.*

Mœror, is, **Traurigkeit/ Betrübniß.** *Syn.* Ægritudo flebilis. *Epi.* Assiduus, communis, dignus, domesticus, incredibilis, infinitus, luctuosus, magnus, major, novus, patrius, quotidianus, summus, tantus. *Usus.* Mœrorem minui, dolorem non potui. Alieno bono mœrere. *Mœrorem suscipere*, se mœrori dare; mærore lacerari, urgeri, affligi, confici; in mœrore esse, versari, jacere. *Mœrorem minuere*, diminuere, deponere; à mœrore recreari. *Vid. Luctus. Tristitia, Lachryma.*

Mœstè, **traurig.** *Syn.* Cum mœrore.

Mœstitia, æ, **Betrübnis/ Traurigkeit.** *Syn.* Mœror, tristitia, luctus, squalor.)(*Hilaritas.* *Epi.* Præsens, tanta. *Usus.* Severitas & quasi mœstitia orationis. Graves modi mœstitiam inferunt; in mœstitiâ esse; resistere mœstitiæ. *Vid. Mœror.*

Mœstus, a, um, **traurig/ betrübt.** *Syn.* Tristis, mœrens, sordidatus, incultus, horridus, capillatus, squalidus.)(*Hilaris.* *Usus.* Vultu mæstô & conturbatô. Mœstum senem excitavi, in spem aliquam adduxi. *V. Tristis.*

Mola, æ, **Mühl.** *Syn.* Far tostum, sale respersum, libatio. *Us.* Extis molam simul & vinum inspergunt. 2. *Lapis, quô frumentum frangitur.* Rhodi molis potius quam Moloni operam dedit.

Moles, is, **Last.** R. μῶλος, *pondus.* *Epi.* Tanta, major, insana, mirifica. *Usus.* Moles oppositæ fluctibus. Molitione ac mole lapidum munitus fons. Ad utrumque portûs cornu moles jecimus. Molem injuriæ vix sustineo. Molem mali à cervicibus Reipubl. depellere. Quas aras ille cæsis lucis substructionum insanis molibus oppresserat. Gallus supernè velut moles imminens. Moles superba, magnifica.

Molestè, **beschwerlich/ mit Verdruß.** *Syn.* Graviter. *Usus.* Rem molestè tulit. *Phras.* Nonnullorum stultitiam non facilè fero. Nonnullorum stultitiam ægrè sustineo, haud satis æquô animô fero. Adduci non possum, à me ipso non queo impetrare, dementias nonnullorum ut animô non iniquô feram. *V. Ægrè.*

Molestia, æ, **Verdruß/ Beschwerlichkeit.** *Syn.* Cura, sollicitudo, angor, negotium, ægritudo permanens.)(*Iucunditas.* *Epi.* Consequens, honestissima, incredibilis, ingens, judicialis, magna, minor, par, propria, provincians, vetus. Undique confusæ, diuturniores, maximæ, inultæ ac magnæ, variæ, tantæ. *Usus.* Molestiam alicui *afferre*, exhibere, gignere, aspergere; molestiæ causam dare; molestiâ afficere. *Molestiam capere*, suscipere, habere, contrahere, anticipare ex re aliquâ. Molestiis conflictari, fungi, perfungi; in magnâ molestiâ esse. Tua epistola omnem mihi *delevit* mœstitiam, & molestiam lenivit, levavit, mitigavit, minuit, diluit, extenuavit, laxavit, sedavit, dimovit, depulit, dempsit; molestiâ omni me liberavit, expedivit; animum meum à molestia abduxit; me à molestia vindicavit. Molestiam omnem *deposui*, à molestiis absum, molestias omnes devoravi, molestiis vacuus sum, à molestiis aberrationem aliquam & vacuitatem habeo. Molestiam *renovare*, refricare, augere. *Phras.*

Nole

Nolo te molestiâ aliquâ afficere. Nolo, ex meâ opportunitate molestiam capias, meis rebus angaris, otiô tuô non gaudeas. Non ita creber ero epistolis, ut pertimescas. Animum tuum ab omni sollicitudine abducere malim, adeò nihil oneris tibi imponere vel audeo, vel debeo. Domesticarum sollicitudinum aculeos & scrupulos occultare malo, quàm tibi molestiam afferre. Non obtundam te pluribus epistolis, nec negotium tibi conflabo s. facessam. Non obstrepam sæpiùs litteris.

Molestus, a, um, **überlegen/beschwerlich.** *Syn.* Gravis, intempestivus, odiosus, negotiosus, laboriosus. *Adv.* Omninò, valde, magnoperè, sanè, diuturnè. *Usus.* Nihil negotiosius aut molestius hâc provinciâ. Amicitia nunquam molesta est. *Phras.* Curabo, ne unquam tibi sim molestus, ne molestus tibi interveniam, ne molestiam exhibeam, ne tibi gravis sim, ne te offendam; ne labori tibi sim, oneri aut sumptui; ne ineptè, odiosè, putidè dicam; ne quid in me jucunditatis habeat tua mecum consuetudo; ne importunitatem animi mei accusare possis; ne aliquid incommoditatis importunô tempore afferam; ne te sermonis insolentiâ offendam; ne fastidio sim & odiosus; ne tibi ægrè faciam. *V. Odiosus.*

Molimen, inis, * **das Unterstehen / Unterwindung / Beginnen / Vorhaben.** *Syn.* Molitio. *Us.* Res suô ipsa molimine gravis.

Molior, iris, **etwas vorhaben / sich unterfangen / unterstehen.** *Syn.* Ago, struo; conor, & quodammodo machinor; paro, comparo. *Adv.* Aliquandò, ampliùs, maximè, nefariè, occultè, obscurè, palàm. *Usus.* Moliri alicui calamitatem, bellum, periculum, insidias, pestem, corruptelam judicii. Moliri aliquid semper & agere. Naves è terrâ moliri. *V. Conor.*

Molitio, nis, **Unterwindung / das Fürnehmen / Unterstehen / Unterfangen.** *Syn.* Machinatio, fabricatio. *Epi.* Nova, tanta. *Usus,* Quanta molitio, qui vectes, ferramenta!

Molitor, is, **Urheber / Werckmeister / Schöpfer.** *Syn.* Machinator, fabricator, architectus. *Usus.* Effector mundi & molitor Deus.

Mollio, is, ire, **weich und gelind machen.** *Syn.* Mitigo, moderor.)(*Durum facio.* *Usus.* Poëtæ molliunt animos nostros. Miles otiô languescet, mollietur, effæminabitur.

Mollis, e, **weich / gelind / gediegen.** *Syn.* Tener, tractabilis, flexibilis, effæminatus.)(*Durus.* *Adv.* Nimis. *Us.* Philosophus mollis, enervatus, languidus, omnia ad voluptatem corporis referens, delicatus, voluptuarius; infimâ auriculâ mollior. Oratio mollior. Modestior & ad præcepta capienda mollior adolescens. *Phras.* Homo est nimiùm mollis, qui unguentis niteat, purpurâ fulgeat; lepidus ac delicatus, unguentis oblitus, vinô vigiliisque languidus, comâ calamistratâ; cujus domus crotalis ac cymbalis personat; cui capilli compti, madentes cincinnorum fimbriæ, fluentes cerussatæque buccæ. Cogitationibus mollissimis effæminatus; enervatô animô ac muliebri; mollitiâ liquescens ac fluens, quæ umbris, deliciis, otiô, languore, desidiâ animos dudum infecit; infirmus mollisque naturâ; cultu mollissimô.

Molliter, **weich / zart / gelind.** *Syn.* Cum luxu.)(*Duriter.* *Usus.* Molliter ac delicatè vivere, recubare. 2. *Leniter.* Id sapienti ferendum est molliter.

Mollitia, æ; es, ei. **Lindigkeit / Weichlichkeit.** *Syn.* Mollitudo, teneritas, lentitudo.)(*Duritia.* *Us.* Civitatis mores lapsi ad mollitiem.

Mollitudo, inis, **Weichlichkeit / Zärtlichkeit / Lindigkeit.** *Epi.* Spongiæ similis. *Usus.* Mollitudo corporis, vocis, pulmonum.

Momentum, i, **Augenblick / Zeit-Punct.** *Epi.* Magnum, parvum, par, perleve. *Syn.* Punctum temporis, pondus, vis, motus; item & loci vestigium & temporis. *Usus.* Observare momenta omnia temporis. Minimis momentis maximæ sunt temporis inclinationes. Res æstimare, suisque momentis ponderare. Ea res magnum affert, s. habet momentum; magnô momentô est ad beatè vivendum. Si quid

quid habet momenti commendatio mea &c. Nihil in his est momenti.

Monachus, i, Mönch / Closter-Bruder. *Phras.* In religiosorum domicilium se includere, & eorum instituta profiteri; capite raso cucullum induere; omnia vitæ hujus blandimenta deserere, despicere, conculcare; rebus humanis & caducis, hujus vitæ comodis & voluptatibus nuntium remittere, & totum jam in cælis animo & cogitatione consistere; rebus mortalibus valere jussis, mancipare se cœnobiis; addicere se religioni; adscribi in societatem Jesu; inter Franciscanos admitti. Adscitus s. adscriptus in familiam s. ordinem Benedictinorum; in commilitium nostrum adscripti, ut in religiosorum familiis humanarum rerum curâ soluti Deo liberiùs operentur. Ad Christi vexilla confugere; concludere, includere se in cœnobia; Deo se devovere in religione; in religiosam se dicare familiam; religionis arctissimô se sacramentô obligare; monasticæ vitæ se addicere; religiosorum instituta profiteri; Christianæ militiæ, Capucinorum ordini nomen dare; ad religiosorum ordinem appellere animum; religiosorum vitam inire; religiosorum castra sequi; in cœnobium se causa religionis conferre; in monachum est tonsus. In familia Deo dicata vivere, nec amplius sæculi fluctibus involvi.

Monedula, æ, Dole / Thole. *Syn.* Graculus, auri argentique cupida, dicta qs. Monetam quæ abstulit & surripiat.

Moneo, es, ere, warnen / erinnern / ermahnen / anrathen. R. μνάω. *Syn.* Admoneo, suadeo, hortor, præcipio, prædico, author sum vel fio.)(*Objurgo.* *Adv.* Acriùs, accuratissimè, amicè, diligenter, itentidem, magnopere, prudenter, rectè, sapienter, sero, temerè, variè. *Usus.* Authoritate aliquid de aliqua re monere. Non decero, monebo, prædicabo, denunciabo, testabor Deos & hnmines, quid sentiam. *Phras.* Monere non desistam, & commonefacere te officii; Monitis, consiliis, scriptis perurgebo; benevolentissimô animô præmonebo; admonitu & invitatu meô, precibus & admonitionibus urgeberis; officii te commonere non desinam. *V. Hortor. Excito. Impello.*

Moneta, æ, Müntz / Geld-Müntz. *Usus.* Juno moneta.

Monetalis, e, zur Müntz gehörig. *Syn.* Qui monetam cudit.

Monialis, Kloster-Jungfrau / Nonne. *Phras.* Virgo Christo consecrata, Deo addicta; quæ perpetuæ religioni & castitati se consecravit; quæ Virginitatis sponsione se se obligavit; quæ in cænobium Virginum se devovit. Deo se in religiosarum familiis dedicare; Virginitatem suam in perpetuum Domino consecrare.

Monile, is, Halsband. *Usus.* Monile ex auro & gemmis.

Monimentum, i, monumentum, i, Merckmahl / Denckzeichen. *Syn.* Memoria, litteræ, commentarii, extructio, ornamentum, publicum opus, trophæum, moles, sepulchrum. *Us.* Cupio res meas monumentis litterarum commendari s. mandari. Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis. Monumentis proditum testatumque reperimus. Publicis monumentis rerum gestarum, annalium monumentis celebrare. Monumentum statuere, relinquere. Testimonium & monumentum virtutis.

Monitio, onis, Ermahnung / Erinnerung / Anrathung. *Syn.* Admonitio, monitum. *Usus.* Monitio acerbitate, objurgatio contumelia vacare debet.

Monitor, is, Warner / Vermahner. *Syn.* Admonitor, magister. *Epi.* Fatuus. *Usus.* Cæsar author & monitor hujus sententiæ.

Monitum, i, Warnung / Vermahnung / Einrathung, Erinnerung. *Syn.* Præceptum, monitio. *Usus.* Meæ aures tuis monitis semper patuere; monitis tuis semper auscultavi; tuis monitis ac præceptis ducendum me semper præbui. Semper tuis monitionibus ac consiliis nitar. *V. Consilium.*

Monitus, ûs, Warnung / Vermahnung. *Syn.* Monitio. *Usus.* Divinô monitu.

Monogrammus, i, mager / schwach / armselig / von schlechtem Mahlwerck. *Syn.* Pictus, tenuis, otiosus. *Usus*: Epicurus

curus monogrammos Deos nihil agentes commentus eit.

Mons, tis, Berg. R. *tumor terræ altus, qs. mineus, id est, eminens.* *Syn.* Alpes. *Epi.* Communis, altus, apricus, sacer; altiſſimi, impendentes, patrii, ſylveſtres, veſtiti. *Uſus.* Genus hominum in montibus & ſylvis diſſipatum. *Phraſ.* Regio noſtra præaltis montibus diſtinguitur. Alpium murô hoſtes abſterreri poſſunt. Impendentes montium altitudines nos cingunt. Altiſſima juga nobis imminent. Montes cacuminis in altitudinem ingentem editi. Montes ab natura & humano cultu vaſti. Perpetuum montium jugum regionem hanc interſecat. Montes parturiunt. Montes promittere. Mons cum monte non miſcetur. Duo montes non facilè junguntur. Montes frumenti.

Monſtro, as, zeigen. *Syn.* Demonſtro, commonſtro, oſtendo, doceo, patefacio, digitum ad rem intendo. *Adv.* Benignè, comiter, non gravatè. *Uſ.* Viam erranti comiter monſtrare. Monſtrabis, quæ non intelligo. Digitô vult monſtrari & dici: hic eſt. *Vid. Oſtendo.*

Monſtroſus, a, um, abſcheulich/ wunderlich. *Syn.* Portentoſus. *Uſus.* Monſtroſa beſtia. Monſtroſus partus. Vita ſcriptisque monſtroſus.

Monſtrosè, wunderlich/ abſcheulich. *Uſ.* Nihil tam inconditè, tam præpoſterè, tam monſtrosè cogitari poteſt.

Monſtrum, Wunderding/ Mißgeburt/ Ungeheuer. *Syn.* Portentum, oſtentum, prodigium. *Uſus.* Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum; fœda omnia & deformia errantisque in alienos fœtus naturæ viſa.

Montanus, a, um, bergicht/ gebirgig. *Uſus.* Ligures montani, duri & agreſtes.

Montoſus, a, um; montuoſus, a, um, bergächtig.)(*Planus.* *Uſus.* Aſpera & montuoſa Regio.

Monumentum, i, Ehrengedächtniß/ Grabmahl/ Denckmahl. *Syn.* Monimentum. *Epi* Adverſum, æternum, ampliſſimum, celeberrimum, clarum, glorioſum, gratum, illuſtriſſimum, immortale, marmoreum, antiquiſſimum, Atticum, certum, graviſſimum; pauca, plena, præclara, publica, pulcherrima, religioſa, ſempiterna, ſumma, tecta, vetera. *Uſus.* Honoris, virtutis, laudis, gloriæ, rerum geſtarum monumenta.

Mora, æ, Weile/ Verzug. R. *μόρος.* *Syn.* Cunctatio, dilatio, prolatio, tarditas, retardatio, procraſtinatio, tergiverſatio, ſuſtentatio.)(*Celeritas.* *Epi.* Juſta, longa, minima, multa, parva, utilior, probabilis. *Uſ.* Iſta legatio bello moram afferet, faciet, inferet, injiciet; non modò non effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi ſ. acquirere potuit. Nullam moram interponendam ſ. injungendam putavi. Mora in me nulla erit, quin &c. Moram nullam faciam, producam; ſine mora & abjecta cunctatione adero. *Phraſ.* Moram nullam faciam, non retardabo; non extraham quemquam, nec morabor diutius; non faciam longiùs; manum non injiciam, nec conſiſtere pauliſper & commorari cogam; neminem per altercationem ducam, nam res cunctationem non recipit.

Moralis, e, ſittlich/ ehrbar/ ziemend/ anſtändig. *Uſus.* Decet augentem Latinam linguam, Philoſophiam moralem appellare, quæ de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis & malis quærit.

Morator, is, * Zauderer/ Verhinderer. *Uſ.* Adverſus unum moratorem publici commodi &c.

Moratus, a, um, geſittet/ ehrbar. *Syn.* Moribus præditus & perpolitus, conſtitutus, inſtitutus. *Adv.* Bene, mirabiliter. *Uſus.* Bene morata & conſtituta civitas. Inſtitutus ac bene moratus adoleſcens. *Vid. Mores boni.*

Morbidus, a, um, * ungeſund/ kräncklich. *Syn.* Morboſus. *Uſus.* Morbida pecus, morbidum corpus. Apes morbidæ.

Morboſus, a, um, idem. *Syn.* Morbis obnoxius. *Uſus.* Majores noſtri iracundos ſolos morboſos nominàrunt.

Morbus, i, Kranckheit/ Siechthum. *Syn.* Ægrotatio, invaletudo, malum.

Epi. Difficillimus, gravis, perniciosus, diuturnus, ingravescens, miser, mortifer, novus, perpetuus, relevatus, senescens, tantus, vetus; alieni, insanabiles, odiosi, opinabiles & voluntarii. *Usu.* Homines morbo ægri cum febri æstu jactantur. In gravem *morbum incidere*, cadere, delabi. Morbi ægrotationesque cùm nascuntur, tùm adsunt. In *morbo esse*; mortifero morbo implicari, impediri, affici. Gravi morbô urgeri, confici, affligi, opprimi, teneri, intabescere. Crescit morbus & ingravescit indies, aggravescit. Morbô vires & corpus amisi. Ex morbo *convalescere*, ex longinquitate gravissimi morbi recreari, levari; morbam medicamentis depellere, removere. Senescit morbus; morbô defunctus sum; è morbo evasi. *Phras.* E morbo, in quem incideram, nondum planè convalui. Quô confectus fueram languore, nunc liberatus sum; quibus totius corporis doloribus oppressus fueram, de ii nunc triumpho. Etsi contra vim gravitatemque veteris morbi contendam, nondum tamen eô me potui liberare. Qui morbus debilitate me subitâ adortus est, eô adhuc tam gravi ac periculosô decumbo; necdum laxata est vis morbi; redeunt subinde commotiunculæ aliquæ, ut sanum me, aut omnino confirmatum, dicere nequeam.

Mordax, cis, beissig. *Syn.* Aculeatus, dentatus. *Usus.* Mordax homo, solicitudo, verum.

Mordeo, es, ere, beissen. *Syn.* Pungo, carpo, perstringo. *Usus.* Valde me momordit epistola tua. Si paupertas momordit, si ignominia pupugit, par pari referam, quod te mordeat.

Mordicus, mit Beissen/ beissig. *Syn.* Arctè, constanter, tenaciter. *Usus.* Perspicuitas, quam mordicus tenere debemus. Auriculam tibi mordicùs abstulit.

Moribundus, a, um, sterbend / dem Tod nahe. *Syn.* Moriens. *Usus.* Moribundum vidistis illum.

Morigeror, ari, folgen / gehorsamen. *Syn.* Morem gero, obsequor, satisfacio, placeo. *Usus.* Voluptati aurium morigerari debet oratio. *Vid.* *Obedio.*

Morior, eris, sterben. *Syn.* Emorior, occido, intereo, decedo, animam ago, naturæ satisfacio, vitam pono, mortem obeo, mortem oppeto, de vita decedo; è vita, ex vita, a vita discedo, recedo, migro, emigro, demigro, excedo; vitam amitto, efflo, ago; vitam dimitto, reddo; extremum vitæ spiritum edo; vitam pro patria profundo, desero; ab hominibus demigro, eripior; ago supremum vitæ diem; conficio extremum vitæ diem morte; discedo è vita; vitam naturæ reddo; lucis usuram reddo; intereo, dissipor, dissolvor; vitam cum morte commuto; mortem occumbo; diem obeo; extinguor; extremum spiritum effundo; ex corporis vinculis tanquam e carcere evolo; mortem capio; de vitâ exeo; Naturæ concedo; anima naturæ cedit; morbô naturæ debitum reddo; fato cedo, perfungor; lethum oppeto; animus se corporis vinculis relaxat; Deus me corporis custodiis liberat; ex his tenebris in illam lucem excedo; vitam edo; extremum vitæ diem morte conficio; è vita tanquam è theatro exeo; humanitùs aliquid mihi accidit; morbô consumor; Mihi spiritus aufertur, vita adimitur; e corpore excedo, demigro; è corporis ergastulo solvor. *Usus.* Mori & agere animam. Sapientissimus quisque æquissimô animô moritur, stultissimus iniquissimô. *Phras.* Paterni obitûs dolorem omnibus hæc ratio depellat, quòd mors impendet; quòd hâc omnia lege creata sint, ut morte deleantur, ut morte extinguantur s. tollantur; quòd nemo tela mortis effugiet, effugere queat; quòd nulli vim mortis repellere & defendere homines possint; quòd clypeus nullus tela mortis retundere s. propulsare valeat. *V. Mors.*

Moror, aris, sich weilen/ auffhalten/ verweilen/ verziehen. *Syn.* Commoror, maneo, cunctor, in mora sum. *Adv.* Diutius, parum, valdè. *Usus.* Brutus valde moratur, non tergiversans, sed expectans. 2. *Impedio, retardo; moram affero, injicio; moram & impedimentum infero.* Non morabor te, quin mox conscendas. *Phras.* Nescio, quantum Venetiis temporis ponam. Nescio, quot dierum erit mea Venetiis commoratio. Nescio, quam diu Vene-

Venetiis morabor, immorabor, ero, versabor, detinebor, futurus sim, moram faciam. Incertus sum, quamdiu me Venetiæ habebunt, tenebunt. *V.* *Differo.*

Morosè, feindselig/ mürrisch/ unfreundlich. *Syn.* Fastidiose, importune. *Usus.* Piso iracundius respuebat ineptias hominum, sive morose, sive ingenuô liberoque fastidiô.

Morositas, tis, Feindseligkeit / Unfreundlichkeit. *Syn.* Difficultas. *Epi.* Inutilis, odiosa.)(*Comitas*, *humanitas.* *Usus.* Ne irascamur importunè petentibus, ne in morositatem inutilem & odiosam incidamus. *V.* *Asper.* *Durus.*

Morosus, a, um, feindselig/ mürrisch/ unfreundlich. *Syn.* Difficilis, inhumanus, importunus.)(*Facilis*, *comis.* *Us.* Senes anxii sunt, morosi, iracundi, difficiles. Ridicula, stomachosa & submorosa fæmina. *Vid.* *Inhumanus.* *Asper.* *Durus.*

Mors, tis, der Tod. R. *μόρος*, *fatum*; *vel à morsu primi hominis, quò fatum meruit.* *Syn.* Interitus, occasus, fatum, lethum, exitus, discessus, supremus alicujus dies, discessus, excessus é vita, extremus vitæ dies, excessus, fatum mortis; fatum extremum, supremum; dissolutio, finis naturæ. *Epi.* Acerba, atrocior, beata, bellica, peregrina, bona, certa, communis, consentanea vitæ, crudelis, miserabilis, divinior, dubia, extrema, fatalis, fæda, gloriosa, fortunata, faterna, matura, honesta, indigna, immatura, levior, media, melior, misera, nefaria, paterna, perniciosa, propinqua, repentina, teterrima, stabilis, subita, turpis, voluntaria, vulgaris. *Usus.* Putant aliqui mortem non esse interitum omnia delentem atque tollentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ. Mortem rerum omnium, extremum omnibus natura proposuit. Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter vitæ brevitatem nunquam longè potest abesse. Mortem, qui leviorem faciunt, somno simillimam volunt. Mortem alicui *afferre*, offerre, minitari. Mors impendet, imminet omnibus. Ad mortem mittere, dare aliquem. Morte afficere, multare. Mortem sibi *consciscere.* Mortem petere, oppetere, capere, obire, cum vitâ commutare. Morte deleri. Mortem sibi accelerare.

Morsus, ûs, Biß. *Syn.* Dentium ictus vel rostri. *Epith.* Acer, immanis, viperinus, ulceratus. *Usus.* Acer morsus doloris; ægritudo quasi morsum aliquem doloris enicit.

Mortalia peccata, Todtsünden. Capitale crimen, facinus mortiferum; lethale peccatum s. crimen; pestiferæ maculæ animorum; lethalis noxæ piaculo obstrictus.

Mortalis, e, sterblich. *Syn.* Dissolubilis, morti opportunus.)(*Immortalis*, *Divinus*, *æternus.* *Usus.* Mens soluta & libera, segregata ab omni concretione mortali. Pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. Sciebam me genuisse mortalem. *Vid.* *Homo.*

Mortalitas, tis, Sterblichkeit. *Syn.* Mortalis vitæ conditio, naturæ communis fragilitas. *Usus.* Omne, quod ortum est, mortalitas consequitur. Multa illi supra mortalitatem sunt attributa.

Mortarium, ii, * Pflaster-Pfanne/ Kalch-trog / Mörser. *Usus.* Contundere in mortario.

Mortifer, a, um, tödtlich. *Syn.* Pestifer, perniciosus, lethalis, mortem afferens.)(*Salutaris.* *Us.* Morbus, plaga, vulnus, mortifera.

Mortuus, a, um, gestorben/ todt. *Syn.* Morte deletus, sensu ac vitâ carens, qui nusquam est, qui ex hâc vitâ migravit, é vitâ excessit, morte consumptus, perfunctus fatô, exangue corpus. *Adv.* Brevi, intestatò, omninò, proximè, repentinò, acerbè. *Us.* A mortuis excitare, à morte ad vitam evocare, ab inferis excitare. Infra mortuos amandandus; ex numero vivorum amandandus.

Mos, ris, Weiß / Sitten / Gewonheit. R. *νόμος*, *lex.* *Syn.* Consuetudo, institutum, ritus, disciplina, usus, modus. *Epi.* Accusatorius, antiquus, austerus, civilis, communis, conscius, perversus, usitatus, vetus, novus, patrius,

trius, domesticus, regius, Rhetoricus. Amabiles, boni, modesti, commodi, corrupti, dispares, domestici, extremi, faciles, feri, grati, immanes, improbi, imperiti, barbari, justi, integri, religiosi, timidi, mali, molesti, perditi, rustici, suaves, severi, temperati, feri, perditi. *Usus.* Moribus id factum est. Hoc factum est more & modô. Omnia sunt hic ex optimo more & sanctissimâ disciplinâ. In more majorum id non fuit. Virtus naturâ vel more perfecta. Meô, non tuô more agam. Non patiar novum morem induci; non patiar id in morem perduci, induci, transferri; hoc in more positum est; more comparatum, confirmatum est. Morem suum tenere, servare, retinere, revocare. *Phras.* *Mores boni.* Juvenis est optimis moribus, gratissimus & humanissimus naturâ; sanctus & religiosus, moribus commodis, summâ facilitate ac comitate; moribus bonis & ad præcepta capienda mollioribus, & modestioribus; ingenti facilitate ac jucunditate naturæ adolescens. Summa illi comitas, & ad omnia naturalis ingenii dexteritas. Mitis ingenii juvenis; moribus placidis, liberalibus, summâ suavitate temperatis s. conditis.

Mores mali. Homo barbaris & immanibus moribus, petulans, protervus, intemperans, ignavus, animô minutô & angustô, desperans omnia, malevolus, maledicus, morosus; summâ ingenii duritate & asperitate; quem vereantur omnes, ferre nemo possit; Natura difficillimâ & intractabili. *V. Consuetudo.*

Motio, nis, Bewegung. *Syn.* Commotio, motus. *Epi.* Continuata, perennis, transversa, dispar, suavis. *Us.* Orbium cælestium motio. 2. *Affectus*: motiones animæ atque rationes.

Motus, ûs, Bewegung. *Syn.* Motio, monumentum, agitatio, impulsus, pulsus.)(*Status.* *Epi.* Acerrimus, alienus, asper, celer, certus, necessarius, constans, deformis, divinus, dulcis, externus, igneus, inanis, incertus, incredibilis, interior, jucundus, magnificus, minimus, naturalis, novus, opinabilis, oratorius, pronus, obliquus, supinus, repentinus, sempiternus, solutus, temerarius, turbidus, venustus, voluntarius. Accommodati, admirabiles, aversi, uberes, acuti, constantes & rati, dispares, dissimiles, finiti, æquabiles, inimici, non temperantes, liberi, magni, odiosi, palæstrici, mediocres, soluti, vagi, turbulenti, volucres. *Usus.* Deus motum dedit cælo. Animalia motu cientur internô. In maximis motibus & mutationibus cæli. 2. *Affectus, perturbatio, commotio.* Magnos animorum motus efficere. Motus animi rationi obtemperantes. Motus cogitationis celeriter agitatus. Nunquam animus agitatione & motu vacuus est. 3. *Concursus, turba, tumultus, impetus.* In quo motu temporum, quanta in conversione rerum & perturbatione versamur ↓ Catilinæ insanos motus cohibuit, compressit. Motum concitare, moliri. Motus Reipubl. afferre. Magno res in motu est.

Moveo, es, ere, bewegen. *Syn.* Cieo, agito, impello, pello, verso, agito, ago.)(Sto. *Adv.* Conjunctè, leviter, longiùs, magnoperè, mirabiliter, necessariò, permultùm, valdè, vehementiùs, acutè, constanter, dulciter, facilè, fortuitò, immoderatè, inaniter, jucundè, liberè, mediocriter, non ita placidè, solutè, peracutè, tardiùs, vehementer, velociter, verè. *Usus.* Urſere illi, ut nos locô moverent. 2. *Abduco.* Movere aliquem de sententiâ. Senatu movere. 3. *Muto.* Tot annorum possessiones movere intutum. 4. *Discedo; cum pronomine.* Ne te Româ moveris. Movere castra. 5. *Vexo, sollicito, ango.* Multa me movent in discessu. 6. *Invito, allicio, hortor.* Illa me causa movet. 7. *Efficio, excito.* Clamores, risus, lachrymas, hominum studia movere. Movit ea res suspicionem. *Phras.* Movit me tua oratio; animum meum flexit, ut sequi constituerim, quòcunque torqueas. Priorem voluntatem meam sanavit, sustulitque oratio tua. Fingis tuâ eloquentiâ hominum voluntates, nullôque negotiô flectis s. ducis. Animos omnium sensim ac leniter incendis. Dulcem motum animis affers; mentes allicis, s. voluntates impellis, quò vis. Ad motus inflammandos vel extinguendos

dos plurimùm vales. Animorum motus dicendo miſces; & agitas. Ita peragras hominum animos, ac ita ſenſus mentesque pertractas, ut nemo reſiſtat. Nihil non flexile ad bonitatem; nihil quod non, quò velis, unô ſermone poſſis perducere. Ad commutandos hominum animos, atque omni ratione flectendos, perappoſita eſt oratio tua. Percellis animos; aculeos in audientium animis relinquis; quæ ad ſtimulandos hominum animos aculeum habent, affers; concitatos flectis; languentis populi incitationem, effrænati moderationem in manu habes; animorum impetus impellis aut reflectis, excitas, incendis, lenis, componis pro arbitrio; gravitatem ſenatûs in tuam ſententiam convertis. *V. Perſuadeo.*

Mox, bald. *Syn.* Quàm mox, ocyus, ſtatim. *Uſus.* Mox revertar. *Vide. Statim.*

Mucro, nis, Spitze an einer Klinge / Schreibfeder 2c. Schwerd / Degen. *Epi.* Cruentus, tribunicius. *Uſus.* Hic eſt mucro defenſionis meæ. Cenſorii ſtyli mucro. Mucrones jam in civium jugulis fixos rejecimus.

Muginor, aris, ſchläfferig verrichten / zaudern. *Syn.* Cunctor, moror. *verb. antiq.*

Mugio, is, ire, brüllen wie ein Ochs. *Syn.* Boare. *Uſ. Transl.* Terram mugire videbis.

Mugitus, ûs, das Brüllen. *Uſus.* Terræ mugitus & fremitus. Mugitus ciere, edere. Mugitibus implere viciniam. Mugitus nemorum.

Mula, æ, Mauleſelin. *Uſus.* Mulæ partus mirabilis, quia rarus.

Mulceo, es, ſanfft machen / ſchlichten / ſtreichlen / begütigen. R. *q. molliceo, à molli.* *Syn.* Permulceo, lenio. *Uſus.* Carmina mulcent mentes. Cervix mulcetur dextra. Cervi mulcentur fiſtulâ paſtorali, & cantu.

Mulcta, æ, ſ. Multa, æ, Geldbuſſe / Geldſtraffe. *Syn.* Pæna. *Uſ.* Mulctam alicui *dicere*, irrogare, ab aliquo petere. Mulctam *remittere*, condonare. Mulctæ gratiam facere; Mulctam alicui depellere. *V. Pœna.*

Mulctatio, nis, Aufflegung einer Geldſtraff. *Syn.* Direptio. *Uſus.* Miſera mulctatio bonorum, exilium civium.

Mulctatitius, a, um, * ſtraffmäſſig / zur Geldbuß gehörig. *Uſ.* Mulctatitia pecunia.

Mulcto, as, ſtraffen / um Geld ſtraffen. *Syn.* Mulctâ afficio, punio. *Adv.* Crudeliſſimè, malè. *Uſ.* Morte mulctare reos, corpus exiliô. 2. *Malè accipio ſ. tracto.* Diſceſſit ab oppugnatione, malè mulctatus. Clavis & fuſtibus mulctatus. Virgis, morte mulctare aliquem. *V. Punio.*

Mulgeo, es, * melcken. *Syn.* Lac è Mammis exprimo. *Uſus.* Mulgere oves. *Mulgere hircos*, de re palam abſurda.

Muliebris, e, weibiſch. *Syn.* Quod eſt mulieris, mollis. *Uſ.* Mundus muliebris. Enervata & muliebris ſententia. Excellens muliebris formæ pulchritudo.

Muliebriter, weibiſch. *Syn.* Effæminatè. *Uſ.* Lamentis ſe & lachrymis muliebriter dedere. Ne quid muliebriter & ſerviliter faciamus.

Mulier, eris, Weib / Frau. *Syn.* Fœmina. *Epi.* Ægra, ærumnoſa, aliena, amens, avara, audax, beata, nobilis, conſularis, copioſa, locuples, crudelis, importuna, deterrima, digna, dives, felix, furioſa, gravida, ignota, immoderata, imperita, importuna, ingenioſa, inſana, libera, libidinoſa, locuples, miſella, miſera, moleſta, nefaria, nobilis, nota, optima, pecunioſa, dives, propinqua, proterva, ſeditioſa, ſuavis, temeraria, procax, irata, timida. Beatiſſimæ, caſtiores, miſeræ, formoſæ, inornatæ. *Uſ.* Mulierum famam ut multorum oculis lux clara cuſtodiat, diligenter ſanciendum eſt. Mulier abundat audaciâ, conſiliô & ratione deficitur. Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluère. *Phraſ.* Cornelia fœminarum præſtantiſſima, primaria, ſpectatiſſima, prudentiſſima lectiſſimaque matrona; non, ut fœminarum reliquæ, parvis rebus ſæpe mobilis, nec, quæ impotenti naturæ frænos daret, nullumque licentiæ modum faceret, indomita & animi impos ferretur.

Mulierarius, a, um, feig / verzagt / weiberſüchtig. *Uſus.* Manus mulieraria.

Mulier-

Muliercula, æ, Weiblein. *Epi.* Impura, deterrima, publica. *Usus.* Bellum cum mulierculis gestum. Ista quidem pueris, mulierculis, servulis grata sunt.

Mulierositas, tis, Weibersucht. *Syn.* Cupiditas fœmineæ voluptatis, seu viri in mulieres amor.

Mulierosus, a, um, weibisch / weibersüchtig. *Syn.* Mulierum appetitor. *Usus.* Homo & ebriosus & mulierosus.

Mulio, nis, Eseltreiber. *Syn.* Qui mulos agit, agaso. *Usus.* Mulionem agere.

Mulionius, a, um, eseltreiberisch. *Usus.* Penula mulionia.

Mullus, i, Barmen / Barben. Genus piscis. *Epi.* Barbati. *Us.* Ne mullum cupias, si sit tibi gobio tantùm in loculis.

Mulsum, i, Wein-Meth. *Syn.* Potio è melle vinoque confecta. *Us.* Demus scutellam dulciculæ potionis, calicem mulsi ei impingamus, ut plorare desinat.

Multifariàm, vielfältig. *Syn.* Multis locis. *Usus.* Aurum multifariàm defossum.

Multiformis, e, vielerley gestalt / mancherley. *Syn.* Varius, diversus. *Us.* Principes qualitates variæ sunt, & diversæ, & multiformes.

Multijugis, e; multijugus, a, um, mancherley / vielerley. *Syn.* Multus & varius, multiplex, plures. *Usus.* Multijugas Epistolas simul accepi.

Multimodis, mancherley. *Syn.* Multis modis. *Usus.* Multimodis sum excoriatus.

Multimodus, a, um, * vielerley / mancherley. *Usus.* Multimoda ars.

Multiplex, cis, vielfältig. *Syn.* Multus, varius, copiosus. *Usus.* Varia multiplexque natura; genus orationis vagum, multiplex. Tortuosum ingenium. Anceps & multiplex verbi potestas.

Multiplicabilis, e, das zu vermehren tüchtig. *Syn.* Multiplex.

Multiplico, as, vermehren. *Syn.* Augeo. *Usus.* Auctô exercitu, multiplicatis auxiliis, multiplicatâ cum gloriâ redii.

Multitudo, inis, Menge / Vielheit. *Syn.* Frequentia, celebritas, turba, cætus, caterva, chorus, populus, vulgus, corona, manus, colluvies. *Epi.* Armata, concitata, congregata, Domestica, egens, imperita, incredibilis, indocta, infima, infinita, innumerabilis, magna, miranda, repentina, splendidior, tanta, turpis, urbana, universa. *Usus.* Homo multitudinis fugiens, vitans; solitudinis amantior. Hominum multitudinem congregare, cogere. Quanta multitudo, quanta vis hominum. 2. *Copia, vis.* Magnitudo, varietas, multitudo causarum.

Multò, viel. *Syn.* Longè, multis vel omnibus partibus, non paulò, haud paulò, impendiò, longò intervallò. *Usus.* Meô judiciô multo stare malo, quam aliorum. Multô doctior.

Multùm, viel. *Syn.* Valdè, bene, sanè; sanè quam, ita non parum, non paulùm, nescio quid.)(*Parum.* *Usus.* Res diu multumque agitata. Multum ad salutem alicujus conferre.

Multus, a, um, viel. R. *ad Hebr. malach, plenum esse.* *Syn.* Multiplex. *Adv.* Ita, ut, non ita, non parum, quàm minimè, nimis, fortasse, valde, minus. *Usus.* Multi, plures, complures, frequentes. 2. *Præclarus.* Tuum nomen multum est in his locis. 3. *Prolixus, longus, nimius.* Qui in aliquo inconcinnus est, vel multus, ineptus dicitur. Multus in laudando. Multus sermo, ad multum diem extractus. *Thras.* Multi convenêre; innumerabiles, conferti aderant; frequentes multitudines ei affuêre. Multitudo horum campos inundârat. Mille, sexcenta indies nova consilia.

Mulus, i, Maulthier / Maulesel. R. *μόλος, labor.* *Us.* Mulus clitellarius. Mutuùm muli scabunt. *Prov.*

Mundanus, a, um, weltlich. *Usus.* Socrates rogatus, cujas esset? mundanum se dixit, nempe mundi civem & incolam.

Munditia, æ, Reinigkeit / Sauberkeit. *Syn.* Elegantia, lautitia. *Epi.* Non odiosa. *Usus.* Adhibenda est munditia non odiosa, nec exquisita nimis.

Mundus, a, um, rein / sauber. *Syn.* Elegans, lautus.)(*Sordidus.* *Us.* Elegans, non

non magnificus, splendidus, non sumptuosus, omni diligentiâ munditiem non affluentem affectabat.

Mundus, i, die Welt. R. *ab unda, quâ mundamur.* *Syn.* Universitas mundi, seu universitatis corpus; omnis natura, rerum natura, quod in naturâ rerum omne est, universa natura, hoc templum orbis terrarum, civitas communis Deorum atque hominum. *Epi.* Æternus, amans & sapiens. Aptus, beatus, bonus, pulcher, salutaris, ornatus aspectu, constans, communis; disertus quidem & mathematicus, & musicus, omnium doctrinarum erudirus, postremo Philosophus; expers consilii, globosus, immensus, immundus, parum mundus, levis undique, æquabilis, & à medio ad summum par, & perfectus & absolutus. Literatus, melior, mortalis, sempiternus, præditus animô & sensibus, rotundus, ardens, pulcher, quietus, similis, singularis atque unigenus; omnium rerum, quæ naturæ administrantur, seminator, & sapiens, & parens, ut ita dicam, & educator atque auctor; universus, stabilis, volubilis. *Usus.* Naturam mundi & pulchritudinem contemplari. Mundum censent regi numine Deorum. Democritus ait, innumerabiles esse mundos. Mundus nunquam fit mundus. Mundi ætates, partes.

Munero, as; or, aris, beschencken. *Syn.* Largior. *Adv.* Oppiparè. *Usus.* Oppiparè me muneratus est. *Vid. Remunerer.*

Munia, orum, Ambt/ Verwaltung. *Syn.* Munera, onera. *Usus.* Suis cervicibus publica munia sustinere, obire. *V. Officium, munus.*

Municeps, icis, Landsgenoß. *Syn.* Civis, popularis, qui è municipio est. *Epi.* Honestissimus, ornatissimus. *Usus.* Municipes sunt cives Romani, ex municipiis suô jure & legibus suis utentes; muneris tantùm cum Populo Rom. honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur.

Municipalis, e, bürgerlich. *Syn.* Ex municipio. *Usus.* Homines municipales, & rustícani.

Municipium, ii, Bürgerschafft/ Mitgenossenschafft/ Stadt-Flecken. *Syn.* Conventus, Præfectura, Colonia. *Epi.* Antiquissimum, clarissimum, fidelissimum, & frequentissimum, frequens mæstumque, gratum, grave, firmum, honestum, illustre, immune, integerrimum, rusticanum totum; reliqua, rusticana, vetera. *Usus.* Scis, cujus municipii sim.

Munificè, freygebig. *Syn.* Liberaliter, largè, prolixè. *Usus.* Munificè & largè dare aliquid.

Munificus, a, um, freygebig. *Syn.* Liberalis, largus. *V. Liberalis.*

Munimen, inis; Munimentum, i, Schantze/ Bevestigung/ Bollwerck. *Usus.* Illa quoque fossa haud parvum urbis munimentum.

Munio, is, ire, bevestigen/ umschantzen. R. *à mania q.s. murica.* *Syn.* Paro, adorno, firmo, confirmo, obvallo, corroboro, sepio, obsepio. *Adv.* Præclarè. *Usus.* Viam sibi ad honores muniebat. Munire communem arcem bonorum; tuemini vos oppidum, atque præsidiis, custodiis, vigiliisque munite; Obstruite perfugia improborum. *Phras.* Urbem contra hostem munire; firmissimis præsidiis munimentisque adornare, firmare; quasi sepimento aliquo vallare; oppidum, vallô, fossâ augere, cingere; fossam & alia munimenta urbi circumjicere; aditus atque itinera præsepire. Ita munivimus nos, ut nihil tam clausum ad exitus, tam septum undique, nihil tam tutum ad custodiam nec fieri nec excogitari possit. Oppidum ex omni parte præmunitum, præsidiis militum tectum, probè obvallatum; munitionibus validum habemus. Oppidum vallô, vallum congestis arboribus sepsimus, ne quà intrare in munimenta hostis possit. 2. *Sternere, substernere, facere.* Munire viam. 3. *Reficere, reparare.* Munire alveum, ripam, aditum. 4. *Transl.* Viam & aditum ad aliquem sibi munire. Tueri & munire se adversus incumbentia discrimina; benevolentiâ multorum se munire.

Munitio, nis, Schantz/ Bollwerck/ Bevestigung. *Usus.* Operibus & munitionibus sepire urbem. Operis munitione, & concursu militum, & telorum repulsu submotus hostis.

Munitor,

Munitor, is, * Schantzgräber.

Munitus, a, um, bevestiget/ umschantzet. *Syn.* Septus, vallatus, stipatus, armatus.)(*Obsessus.* *Usus.* Regulus suarum virtutum præsidiô & comitatu stipatus. Amicitiis & opibus fretus, & munitus firmissimâ hominum benevolentiâ. Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. Urbs natura & locô munita, succincta portubus, armata muris. 2. *Transl.* sapientiâ munitum pectus gerere.

Munus, eris, Geschenck / Gabe. R. *ab Hebr. minchah, oblatio.* *Syn.* Donum, beneficium, largitio. *Epi.* Ædilicium, amplum, gratum, annuum, candidatorium, consulare, dignum, expletum, divinum, exiguum, extraordinarium, latum, magnificum, mediocre, perfectum, præclarum, provinciale, proprium, publicum, servile, sordidum, pristinum, senatorium, certum. *Usus.* Munera homines Deosque placant. *Phras.* Muneribus, epulis, congiariis populum delinire s. corrumpere. Dare, largiri, præbere, mittere, afferre munus alicui. Munera sua apud aliquem bene collocare. Munus concinnare, verbis ornare. 2. *Officium*, *Provincia*, Ampt/ Dienst/ Pflicht. Hoc præstare tuum munus est; tu ad idem munus revocandus es; tuum hoc munus, tuæ partes, tuum opus est. Muneri amplissimo aliquem *præficere*, præponere; munus deferre, assignare; ad munus gerendum instruere. Munus *sustinere*, obire, suscipere, exequi, efficere, præstare, explere, conficere, tueri, tenere, colere. Muneri succedere. Muneribus ac Reipubl. oneribus fungi, perfungi. Munus mihi obvenit gravissimum. Munus *defugere*, eripere; muneribus omnibus orbare aliquem & exuere. Munerum Reipubl. immunitatem dare alicui. *V. Donum, Officium.*

Munusculum, i, ein klein Geschenck. *Syn.* Parvum munus. *Epi.* Tenue. *Us.* Munuscula non ingrata misit.

Muralis, e, zur Maur gehörig. *Usus.* Tormentum murale; muralis corona.

Muria, æ, Sultzbrühe / Saltzlacke oder Wasser. Aqua multô sale condita. *Us.* caro muriâ condita.

Murmur, is, Getöß / Geräusch / Gemurmel / Getümmel. *Syn.* Mugitus, fremitus maris, strepitus. *Phras.* Rodere secum murmura. Cæca murmura.

Murmuro, as, rauschen / Gethön geben. *Us.* Vagire, mugire, murmurare. Fremitus murmurantis maris.

Murus, i, Maur. *Syn.* Mœnia, propugnaculum. *Epi.* Firmissimus. *Usus.* Leges propugnacula & muri sunt tranquillitatis & otii. Murô urbem sepire, cingere, circumdare. Murum altitudinis ingentis perduximus, duximus. Faciliè subruitur ab imo murus, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita lutô, structuræ antiquæ genere. Detergere murorum pinnas. Murus humilior & scalis facilè superabilis.

Mus, ris, eine Mauß. *Usus.* Platonis Politiam nuper apud me mures corroserunt.

Musa, æ, Gesang. Musæ, arum, Göttinnen des Studierens. *Epi.* Agrestiores, mansuetiores, proximæ, pulchellæ, superiores. Usus. Cum omnibus Musis rationem habere cogito. Quis tam aversus à Musis? Quis cum Musis, id est, cum humanitate ac doctrinâ, non habet commercium? Cum Musis commercium haber unicè. Mansuetiores Musæ. A Musis aversus. Delectare se cum Musis.

Musca, æ, eine Fliege/ Mücke. *Syn.* Puer, abige muscas. Depellere muscas. Ne musca quidem.

Muscosus, a, um, mausicht. *Syn.* Humore sordidus, squalidus, absolutus.

Muscus, ci, * Mooß. *Usus.* Saxum sæpius volutum non obducitur muscô.

Musica, æ, Music / Singkunst. *Syn.* Cantus, symphonia. *Usus.* Leges musicæ. In musicis numeri, voces, modi. *Phras.* Musica valde delector; studiô sonorum capior. Uti Græci summam eruditionem sitam censebant in nervorum vocumque cantibus; ita me in vocis, tibiarum, nervorum cantibus varietas sonorum, mollissimæ & delicatissimæ in cantu flexiones mirificè delectant; quibus namque oblectatio magnâ ex parte inventa est & temperatâ varietate & naturâ sonorum. Fidibus scienter pulsis, fidiculis numerosè sonantibus, modulatè canentibus tibiis,

tibiis, delector. Vocum gravitate & cantibus, symphoniâ compelluntur, incitantur animi vehementissimè. Ipsis Deorum pulvinaribus fides præcinunt.

Musicus, i, Singer / Sänger. *Usus.* In Græciâ Musici floruerunt; musicis eruditi; symphoniaci servi musici, qui quondam erant Poëtæ. Musici, psaltriæ sambucistriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.

Mustaceum, ii, Kuche/ Flade. *Syn.* Cibi genus. *Usus.* Laureolam in mustaceo quærere.

Mustela, æ, Wiesel. *Usus.* Mustela catulos suos quotidie transfert.

Mustum, i, Wein-Most. *Epi.* Novum, dulce. *Usus.* Nova ista quasi de musto fervida oratio.

Mutabilis, e, veränderlich. *Syn.* Habens mutationem. *Us.* Omne corpus mutabile est. Mutabile vulgus. Varium & mutabile animal mulier. Polypo mutabilior. *Vid. Varius. Inconstans.*

Mutabilitas, tis, Veränderlichkeit / Unbeständigkeit. *Usus.* Inconstantia & mutabilitas mentis.

Mutatio, nis, Veränderung / Abwechselung. *Syn.* Permutatio, motus, conversio, inclinatio. *Epi.* Crebra, magna, manifesta, misera, suspiciola, imbecillis, minuta, varia. *Usus.* Optimus est portus pænitenti mutatio consilii. Coloris, morum, officiorum mutatio. Mutationes quatuor temporum. Mutationem moliri, facere, subire. Omnis mutatio periculosa est.

Mutilo, as, stümmlen. *Syn.* Diminuo. *Us.* Mutilatum exercitum in Galliam duxit. Nasô, auribus, membrorum parte mutilati.

Mutilus, a, um, gestümmelt. *Syn.* Diminutus, mutilatus.)(*Integer.* *Us.* Mutila quædam & hiantia loqui. Cornibus mutilus.

Muto, as, veränderen. R. q. *Moto, quia nulla fit mutatio absque motu.* *Syn.* Mutationem facio, permuto, inverto, converto, immuto, commuto, vario. *Adv.* Turpissimè, leviter, paulatim, repentè, valdè. *Usus.* Pactiones, consilium, genus dicendi, mores, vestem, sententiam mutare. Civitatem, solum mutare. *Phras.* Locum mutavit, non ingenium; non correxit mores; nihil de institutis suis immutavit; novum ingenium non induit; mores antiquos non exuit, nec in diversa animum mutavit; nihil eum ab actionum suarum cursu deflectit. Credebam eum loci mutatione aversum à priori cogitatione, ad alia se consilia collaturum, sed commutatio loci quidem facta est, ab ingenio suo tamen nihil variat. In alios ritus, mores leges non abibit facile.

Mutuatio, nis, das Borgen / Borgung / Entlehnung. *Us.* Multos minutis mutuationibus defraudavit.

Mutuè, gegeneinander / wechselsweiß / hinwieder. *Syn.* Vicissim, mutuò. *Usus.* Officiis mutuè respondere. Dienst mit Gegendienst vergelten.

Mutuò, wechselsweise / hinwieder. *Syn.* Mutuùm. *Usus.* Fac valeas, meque mutuò diligas.

Mutuor, aris, entlehnen/ borgen. *Syn.* Quod non habeo, aliunde sumo; mutuum aliquid sumo, utendum accipio. *Adv.* Aliunde. *Usus.* Orator subtilitatem à Philosophia mutuatur, & vicissim reddit ubertatem orationis & ornamenta dicendi.

Mutus, a, um, stumm. *Syn.* Elinguis, tacitus.)(*Loquens, eloquens.* *Us.* Civitas fracta malis, muta, debilitata, fracta metu; curia elinguis; mutum forum. Tempus mutum à litteris.

Mutuùm, wechselsweiß / hinw[illegible]um. *Syn.* Mutuò. *Us.* Pecuniam mutuùm dare, sumere.

Mutuus, a, um, geborgt/ geliehen; eins ums ander. *Syn.* Par, pariter atque, æqualiter respondens. *Us.* Pecuniam mutuam dare. Beneficientia mutua debet esse & grata. Voluntas mutua, Officia mea erga te, tua erga me mutua. In amici mutua benevolentia conquiescere.

Myoparo, nis, Raubschiff. *Syn.* Navis pyratica. *Epi.* Pauci, perennes, inopes relicti. Egregius, pulcherrimus, pyraticus.

Mysterium, ii, Geheimnuß. *Syn.* Initia, sacra, res occulta. *Epi.* Augustum, tantum. *Usus.* Hoc tacitum tanquam mysterium teneas. Mysteria aperire s. enunciare nefas. E-

pistola tua multum habet mysteriorum.

Mystagogus, i, Obrister Priester. *Syn.* Rex sacrorum & minister.

N.

Næ, Fürwahr / allerdings. *Syn.* Profectò, valde. *Usus.* Næ, illi vehementer errant.

Nænia, æ, Traurgesang / Klaglied. *Us.* Næniæ nomine Græci lugubres cantu appellant.

Nævus, i, Mangel / Gebrechen / Flecken / Mackel. *Syn.* Corporis macula. *Usus.* Farina decocta in aceto nævos tollit.

Nam, denn. *Syn.* Enim, namque, etenim, siquidem, atqui, quoniam, quippe, nimirum, videlicet, sanè.

Namque, sintemahl. *Syn.* Siquidem.

Nanciscor, eris, erlangen / habhafft werden / überkommen. *Syn.* Invenio, adipiscor, consequor, assequor, mihi obvenit. *Usus.* Si quid firmitatis, virium, laxamenti nactus fuero.

Naris, is; nares, ium, Naßloch. *Syn.* Nasi foramen geminum. *Usus.* Nares semper patent. Fasciculum ad nares admovere.

Narratio, nis, Erzehlung. *Epi.* Aperta, brevis, probabilis, dilucida, ficta, jucunda, longa, obscura, perspicua, probabilis, suavis, verisimilis; breves, incredibiles, indoctæ, molestæ. *Syn.* Rerum gestarum expositio. *Usus.* Narrationes credibiles non historicô modô, sed propè quotidianô sermone exponere s. explicare.

Narrator, is, Erzehler. *Usus.* Imitator & narrator facetus.

Narro, as, erzehlen. R. *à gnarus, qu. gnaro,* sive à γνωρίζω, notum facio. *Syn.* Rem gestam narratione expono, rem demonstro, dico. *Adv.* Bene hercule, breviter, diligenter, dilucidè, enodatè, graviter sanè & probè, jucundè, malè, memoriter, multùm, novissimè, probabiliter, sanè, venustè, interruptè, jucundè, ornatè, palàm, perversè. *Usus.* Plurima de tuis narrantem multâ voluptate audivi. *Phras.* Tibi rem omnem ordine narrabo; tibi dicam, eloquar, aperiam, significabo, exponam, explicabo rem omnem, ut gesta est. Scies, cognosces, audies ex me, quæ facta sunt.

Narthecium, ii, Apothecker-Schachtel / Artzney-Büchse / Würtzlade. *Syn.* Myrothecium. *Usus.* Medicamenta illa tanquam de narthecio promebat.

Nascor, eris, gebohren werden. R. γεννάω. *Us.* Orior; in vitam venio, introeo, ingredior; ortum habeo; in lucem edor, suscipior; alicujus satu edor, patefio, procedo; primam lucem aspicio, lucem accipio, cælesti spiritu augeor.)(*Morior.* *Adv.* De integro, improvisò, similiter. *Usus.* A se oriri & suapte sponte nasci. Nascitur homini ab homine pestis. *Vid. Orior.*

Nassa, æ, Fischer-Reusse. *Syn.* Vas vimineum ad capiendos pisces. *Usus.* Ex hac nassâ exire cupio, non ad fugam, sed in spem mortis melioris.

Nasturtium, ii, Garten-Kressig / Kressen. R. *à narium tormento dictum quasi nasitortium.* Herbæ genus, acri odore & sapore. *Usus. Transl.* Nasturtium sermonis tui.

Nasus, i, die Nase. *Us.* Nasus ita locatus, ut quasi murus oculis interjectus videatur. Nasô suspendere aliquem, *illudere alicui.*

Nasutulus, nasenweiß / spötterisch. *Us.* Uxor dicacula & nasulula.

Nasutus, i, * großnäsig. Homo nasutus, Spötter / nasenweiß.

Natalis, is, Geburtstag. *Usus.* Agere diem natalem suum quotannis. Scripsi hæc natali meô. Natalitia in hortis dedit. Non minùs jucundi & illustres sunt dies, quibus conservamur, quàm quibus nascimur.

Natalis, e, zur Geburt gehörig. Natale solum, *patria*; natalis dies.

Natalitius, a, um, zur Geburt gehörig. *Syn.* Ad natalem diem pertinens. *Usus.* Natalitia prædicta, sidera, omina.

Natatio, nis, Schwimmung das Schwimmen. *Syn.* Natandi actus.

Natio, nis, Geschlecht / Nation. *Syn.* Genus, gens. *Epi.* Eruditissima, levissima, magna, officiosissima, religiosa, tota;

tota; acerrimæ & maximæ, bellicosissimæ, cæteræ, communes, deditæ scientiis, exteræ; externæ, conquassatæ, immanes, inimicissimæ, miseræ, multæ, sociæ, ultimæ. *Usus.* Cæsar natione Romanus. Deum non curare singulos homines, nec nationes, civitates, gentes, putas? 2. *Ordo.* Totâ Natio Candidatorum.

Nativitas Domini, **Christi Geburtstag.** *Phras.* Augustissimus, & omnium, qui post homines natos mundo illuxerunt, faustissimus dies, quo rerum universarum adeoque hominum rector atque opifex humanis se membris cooperuit, & salvis utriusque naturæ discriminibus tam conjuncta inter eas est instituta consociatio, verbumque & caro tam indissolubili & arctô nexu in unam personam coierunt, ut quidquid ibi Dei est, non sit ab humanitate distinctum, quidquid autem hominis, non sit à Deitate divisum. Dies, quo sponsus ex ornatissimo & pudicissimo Virginis thalamo processit.

Natalitia, orum, **Geburts-Tag / Geburts-Fest.** *Usus.* Natalitia celebrare, dare.

Nativus, a, um, **natürlich.** *Syn.* Ortum habens.)(*Delectus*, *repertus.* *Usus.* Ajunt Nativos esse Deos. 2. *Germanus*, *apud nos ortus*, Hujus gentis domesticus ille, & nativus sensus est. Malum nativum. Verba nativa & simplicia.

Nato, as, **schwimmen.** *Syn.* Trano, transno. *Usus.* Natabant pavimenta vinô. *Phras.* Flumen natando trajecit; incolumis ad suos tranavit; in littus alterum natatu, natatione evasit; incubans cortici secundô flumine ad urbem deferebatur; inflati utres eum transvexêre; subivit aquam & occultô lapsu ad urbem usque penetravit; nando in tutum pervenit.

Natrix, cis, **Wasserschlange.** Serpentis genus.

Natu, **der Geburt nach / von Geburt:** *Syn.* Ætate aut major aut minor. *Usus.* Grandis natu matrona. Minor, minimus, major, maximus natu.

Natura, æ, **Natur.** *Epi.* Paulo acrior, admirabilis, angusta, animalis, antiqua, apta, aspera, beata, mortalis, sempiterna, blanda, cælestis, communis, commutabilis, conservatrix, congrua, continuata; depravata, deterrima, eximia, expers rationis, fera, immanis, fervida, generata, humida, idonea, ignea, ignota, imbecilla, importuna, impurissima, inanima, infensa, intelligens sapiensque, invicta, locupletior, quasi lena sui; mira, mitis clemensque; mortalis, multiplex, firmior, obscura, præstans, parens, patibilis, perfecta, obscura, perpetua, plenior, præpotens, prolixa, benefica, propria, provida, solers, pulcherrima, recta, simplex, singularis, socors, spirabilis, superior, tacita, terrena, tristis, recondita, vana, varia, vitiosa, universa; Dissimiles, divinæ, multæ, optimæ. *Syn.* Communis hominum parens, Deus ipse. Natura Provida solersque mater rerum omnium. Ad majora nos genuit, & conformavit natura. Natura est, quæ mundum omnem continet ac tuetur. 2. *Vis ingenita*, *causa entima in rebus universis.* Natura ipsa nos admonet. Naturæ speculator, ita naturâ comparatum. Natura non artificiosa, solum, sed planè artifex, rerum omnium Princeps, ad quam leges omnes diriguntur. 3. *Mundi moles*, *rerum universitas.* Naturæ fabrica incredibilis. In Rerum natura duo quærenda sunt: quæ natura, quæ forma. 4. *Essentia.* Cujus rei ea vis est, ea natura, ut &c. Naturâ patibile est omne animal. Vis & natura justitiæ. 5. *Ingenium*, *mores.* Victoria naturâ insolens. Natura in pueris, ut in spectaculis, cernitur. Homo optimâ, tristi, reconditâ naturâ. Naturæ asperitas. Ad naturam eximia quoque ars accedit. 6. *Animus, mens*, *consilium*, *judicium*, *ratio.* Naturâ duce errari non potest. 7. *Temperatio.* A medico corporis natura in ægroto cognoscenda est. 8. *Initium*, *origo*, *ortus*, *principium.*)(*Ars*, *institutum.* Hoc non naturâ fit, sed institutô quôdam. Naturâ ita erat factus, ut &c. Hæc vitia à natura habes. 9. *Status*, *conditio*, *cursus.* Ea erat natura temporum, is cursus &c. *Phras.* Natura parum in te benigna ac liberalis fuit. Naturam expertus es parum liberalem.

Parcè tibi ſua bona eſt elargita natura; ſatis anguſtè natura te ſuis copiis inſtruxit. Natura tibi de ſuis muneribus non, quantum opus erat, impertivit. Suis te bonis abundare natura noluit. Tibi non contigit, ut naturæ bonis excelleres. Inops es à naturæ bonis. Eſt, cur deſideres naturæ bona. Naturæ adjumenta, opes, divitiæ, ſubſidia tibi deſunt, te deficiunt, in te deſiderantur, in te requiruntur, in te non agnoſcuntur. Natura ſic tecum egit, ut noverca potius, quàm mater fuiſſe videatur. Non optimè de te merita eſt natura. Non multum naturæ debes. Non eſt, cur naturæ gratias agas. Poſſum in te quidvis potius, quam naturam laudare.

Naturalis, e, natürlich. *Syn.* Phyſicus, innatus, inſitus, naturæ conjunctus vel copulatus, à naturâ profectus vel orbus, ſecundùm naturam, quod à natura eſt, naturæ congruens.)(*Fucatus, artificioſus. Adv.* Maximè. *Uſus.* Naturalis, non fucatus nitor. Milvo naturale bellum eſt cum corvo. Quæſtiones, res naturales.

Naturaliter, natürlich/ von Natur. *Syn.* A naturâ, ſecundùm naturam, ipſius naturæ habitu, naturâ. *Uſus.* Quod homini naturaliter inſitum eſt, eô uti decet.

Natus, i, Sohn/ Kind. *Syn.* Procreatus, filius.)(*Parens, procreator. Uſus.* Naturaliter à procreatoribus nati diliguntur.

Natus, a, um, Gebohrner / gebohren/ erzeuget. *Syn.* Editus, ortus, procreatus, factus, progenitus, prognatus, alicujus in ſatu vel partu editus. *Adv.* Fortuitò, neceſſariè, optimè, ex improviſo. *Uſus.* Honeſtô, obſcurô, amplô locô natus. Honeſtè, patriciô ſanguine natus. Scipio ad excidium Carthaginis natus. Aptus factus, natus aptus natus ad omnem eloquentiam. Quidam ita habiles, ut non nati, ſed à Deo quodam ficti videantur. Natus ſervituti, abdomini; pecuniæ perdendæ ortus, in lucem editus ſuſceptusque.

Navale, is; Navalia, ium, Meer-Haven/ Schifsleude. *Syn.* Armamentarium; locus, in quo naves ac opera navalia fiunt, & ſervantur. *Uſus.* Muri, navalia, portus.

Navalis, e, zum Schiff gehörig.)(*Pedeſtris. Uſus.* Pugna, diſciplina navalis. Bellum navale.

Navarchus, i, Schiffherr. *Syn.* Gubemator & Magiſter navis, navicularius.

Nauci, nichtswerth. *Syn.* Juglandis putamen, res nihili. *Uſus.* Nauci habeo; facio nauci.

Naufragium, ii, Schiffbruch. q. navifragium. *Syn.* Jactura, quæ fit in mari, nave fractâ. *Ep.* Æterna, maxima, miſſa, extrema. *Uſus.* Naufragium facere. Naufragium reficere, colligere. Naufragiô projici, expelli. 2. *Transl. Calamitas.* In naufragiô Reipublicæ, fortunarum, rerum, rei familiaris, patrimonii. Hæc una è naufragio mihi tabula ſupereſt. Tot clariſſimorum Regum Ducumque naufragia conſidera.

Naufragus, a, um, ſ. navifragus, ſchiffbrüchig/ der Schiffbruch leidet. *Syn.* Ejectus, qui naufragium facit, mari hauſtus. *Epi.* Natans, ſapiens. *Uſus.* Corpora, ſaxa naufraga, fretum naufragum.

Navicula, æ, Schifflein. *Syn.* Parva navis.

Navicularia, æ, Schiffkunſt. *Syn.* Ars nautica. *Uſus.* Naviculariam facere.

Navicularius, ii, Schiffmann. *Syn.* Naviculator, navis gubernator, navarchus.

Naviculator, is, Schiffmann. *Syn.* Navicularius.

Navigabilis, e, ſchiffreich/ ſchiffbar. *Uſus.* Flumen navigabile.

Navigatio, nis, Schiffahrt. *Syn.* Curſus maritimus, navigationis curſus. *Epi.* Bona, hiberna & odioſa, longa, hyemalis, portuoſa, perdifficilis, vehementior. *Uſ.* Tandem è diutinâ navigatione in portum veni. *V. Navigo.*

Navigium, ii, Schiff. *Syn.* Navis. *Uſus.* Proficiſci probô navigiô, bonô gubernatore ac tranquillitate.

Navigo, as, ſchiffen. *Syn.* Navem ago; navi, ſ. in navi vehor. *Adv.* Belliſſimè, bene, cautè, commodè, conſideratè, diligenter, expeditius, exploratè, feliciter, incommodè, omnino, periculosè, proſperè, quam cautiſſimè, rectè, ſtrenuè, tardè, tardiùs, temerè, tutò, ultrò citròque. *Phraſ.* Tempus eſt navigandi. Non ſolum nauta, ſed favonius ipſe inſuſurrat, navigandi tempus eſſe. Mare transmittendi tempus eſt; malum erigi,

vel,

vela fieri, anchoras præcidi volo, ut quamprimum bonâ ac certâ tempestate conscendamus, contentô cursu mare trajiciamus, in Græciam transportemur. Dyrrachium navibus accedamus; & spero fore, ut cursum teneamus, bellissimè decurramus s. navigemus, in continentem descensionem faciamus. Cùm anni tempus navigabile jam præbeat mare, vela faciamus; nacti idoneum tempus etventum è portu exeamus, ad Græciæ littora cursum dirigamus, atque eò naves ejiciamus, res nostras transportemus, Dyrrachium naves advertamus.

Navis, is, Schiff. R. ναῦς. *Syn.* Navigium. *Epi.* Bona, constrata & magna, idonea, inanis, instructa & ornata, longa, maxima, oneraria, onusta, optima, parva, plena, postrema, pulcherrima, referta, recta, rostrata, salva, tuta ac fidelis. *Usus.* Navim *ædificare*, comparare, instruere, fabricare, sumere, armare, conscendere; in navem ascendere, se collocare. *Navem gubernare*, tenere, ex portu educere; Navim ad terram detrahere, subducere, deducere; constituere navim & ad littus appellere. E Navi *egredi*, desilire, se projicere. Navem *frangere*, in ipso portu evertere, è maximis turbinibus ereptam in portu amittere; Navis interit. Navis tormentis hostium bellicis depressa interiit. Navem *reficere* laceratam, colligere de integro, & ornare. Navim retrò, remos in hibere

Navita, æ, Schiffmann. *Syn.* Nauta, *quod vide.*

Navitas, tis, Emsigkeit/Fleiß. *Syn.* Industria, opera.)(*Ignavia.* *Usus.* Navitas tua & animus in rempublicam est admirationi. *V. Diligentia.*

Naviter, fleissig/emsig. *Syn.* Strenuè.)(*Ignavè.* *Us.* Naviter dicere, pugnare, amare aliquem. *V. Diligenter.*

Navo, as, befleissigen. *Syn.* Præsto, exhibeo. *Usus.* Operam alicui & studium navare. Utinam pro tuis amplissimis erga me studiis benevolentiam quoque meam tibi & suffragia navare possim. Navare atque venditare suam operam alicui.

Nausea, æ, Eckel. *Syn.* Stomachi fastidium, vomitusque cupiditas. *Usus.* Navigavimus sine timore & nausea. Ne nauseæ molestiam susciperes æger.

Nauseo, as, einen Eckel oder Grausen haben. *Syn.* Stomachi fastidiò laboro, abhorreo. *Usus.* Sudat, pallet; quidlibet, modò ne nauseet, faciat.

Nauta, æ, Schiffmann. *Syn.* Navicula-tor, navicularius, remex. *Epi.* Inviti, timidi. *Usus.* Nautarum alius malos scandit, sentinam exhauriunt alii, alter clavum tenens ad puppim sedet quietus. Homines in maritimis rebus exercitatissimi; nautica ministeria impedire.

Nauticus, a, um, zum Schiff gehörig. *Usus.* Nauticarum rerum scientia. *Inhibere* verbum est totum nauticum.

Navus, a, um, emsig/fleissig. *Syn.* Strenuus, impiger, industrius.)(*Ignavus.*

Ne, nicht/damit nicht. *Syn.* Utne, quò ne, ne minus. *Usus.* Quidvis age, dum ne abieris. 2. *Non.* Illud ne quis admiretur. Operam dant, ut ne judicia fiant. 3. *Neque.* Ne istius quidem laudis sum cupidus. Nullas à te litteras habeo, ne famam quidem. 4. *An, utrum.* Humíne an sublimè putrescat, perinde habet.

Nebulo, onis, Lotterbub/Böswicht. *Syn.* Qui mendaciis & dolis nebulas offundit & tenebras, nugator, nequam. *Epi.* Certior, magnus. *V. Nequam.*

Nebulosus, a, um, nebelich. *Usus.* Turbulentum, caliginosum, nebulosum cælum.

Nec, nicht; weder/noch. *Syn.* Non, neque. *Usus.* Nec bona, nec mala. Neve in hoc, neve in aliis.

Necdum, noch nicht. *Syn.* Nondum.

Necessariè & necessariò, nothwendig. *Syn.* Necessitate, ex necessitate, necessariis & maximis causis.)(*Libenter.*

Necessarius, ii, Gefreundeter. *Syn.* Conjunctus, intimus, familiaris, necessitudine conjunctus, non alienus, aliquem necessitudine attingens. *Epi.* Cari, honesti, paterni, communis, conjunctus, inferior. *Usus.* Inter necessarios mihi conjunctissimus. Eos necessarios habere oportet, quos ineunte ætate dileximus. Necessarius & propinquus meus. *V. Familiaris.*

Necessarius, a, um. nothwendig. *Syn.* Opus, habens aliquam necessitatem, fatalis.)(*Voluntarius.* *Adv.* Æquè, maxi-

maximè, eò magis, vehementissimè, summè. *Usus.* Necessarium est, quod imperatur; voluntarium quod permittitur. Leges fatales ac necessariæ. Necessaria consequentia, consecutio. *V. Necessitas.*

Necesse, nothwendig. R. q. *quod nec esse aliter potest.* *Syn.* Necessum, necessarium, necessitas. *Adv.* Planè, quodammodò, valde. *Us.* Hoc mihi facere necesse est. Necesse autem est id, sine quo salvi & liberi esse non possumus. Comitas omnibus est necesse. *Phras.* Necesse erat id facere. Casus erat fatalis & necessarius. Imposita mihi fuit necessitas ita agendi. Necessitas ultimum ac maximum telum huc me adduxit. Parendum erat necessitati, quam ne dii quidem superant. Omnia experiri necessitas subigebat. Necessitudo, quæ etiam timidos fortes reddit, me eò coëgit. Opus erat ita agere. *V. Opus est. Decet.*

Necessitas, tis, Nothwendigkeit. *Syn.* Necessitudo, fatum, vis.)(*Cupiditas.* *Epi.* Crudelis, divina, fatalis, honesta, magna, multa, nimia, nova, probabilis, summa, tanta. *Usus.* Fatalis necessitas. Alicui necessitatem imponere, afferre. Invitus hoc feci & necessitate *coactus.* pressus, astrictus. Ea mihi necessitas obvenit. Sic tempus & necessitas flagitant. *Necessitati parere,* servire. Necessitatem effugere. 2. *Vinculum, conjunctio amoris.* Necessitatem, amicitiamque violare.

Necessitudo, inis, Nothwendigkeit / freundschafftliche Vereinigung. *Syn.* Necessitas. *E.* Absoluta, certissima, communis, conjuncta, fraterna, jucunda, justa, levissima, magna, paterna, privata, recens, sanctior, simplex, singularis, summa, tanta, vetus, magna, nova; simplices & absolutæ. *Usus.* Necessitudo est, cui vi nullâ obsisti potest. Simplex & absoluta necessitudo est. 2. *Conjunctio in amore.* Conjungere necessitudinem cum aliquo. Quos natura aut voluntas necessitudine aut benevolentia conjunxit. Bonos viros ad suam necessitudinem adjungere, cum aliquo necessitudinem constituere, habere, facere, efficere. Aliquem in necessitudinem recipere. Vetus mihi cum illo necessitudo intercessit. Necessitudine me attingit. Necessitudinem colere, constituere, conservare. *V. Familiaritas.*

Nec ne, oder nicht. *Syn.* An non? *Usus.* Sit minum nec ne, nescio.

Neco, as, umbringen. *Syn.* Necem afferio, occido. *Adv.* Manifestò, rectè, acerbè, crudelissimè. *Usus.* Fame, verberibus aliquem necare, excruciatum suppliciis trucidare. *V. Interficio.*

Nectar, is, Honig-süsser Tranck / Götter-Tranck. *Syn.* Deorum immortalium potio.

Necto, is, ere, flechten / knüpffen. *Syn.* Connecto, colligo. *Usus.* Videtis, quanta sit rerum series, ut aliæ ex aliis nectantur.

Nedum, nicht allein / zu geschweigen. *Syn.* Non modò, non minus. *Us.* Optimis temporibus non potuere, nedum istis miseris

Nefandus, a, um, schändlich zu sagen. *Syn.* Nefarius, detestabilis.

Nefariè, lästerlich. *Syn.* Sceleratè. *Usus* Nefariè, libidinosè, crudeliter, egit.

Nefarius, a, um, lasterhafft. *Syn.* Sceleratus, consceleratus, scelestus, impius. *Adv.* Maximè. *Usus.* Scelus nefarium facere. *V. Sceleratus.*

Nefas, Schand Ungebühr. *Syn.* Non fas, detestandum scelus.)(*Licet.* *Usus.* Nefas dictu. Ajebat id sibi nefas esse. Tu nihil mihi nefas censes.

Nefastus, a, um, unziemlich. *Syn.* Nefarius, impius, religiosus, infelix. *Usus.* Quæ augur injusta, nefasta, dira, vitiosa dixerit, irrita infectaque sunto. *V. Impius.*

Negantia, æ, Läugnung. *Usus.* Deinde addunt conjunctionum negantiam.

Negatio, nis, Abschätzung / Verneinung. *Syn.* Inficiatio, negantia. *Usus.* Negatio & inficiatio facti.

Neglectio, nis, Versaumung / Vernachlässigung. *Syn.* Neglectus.)(*Curatio.*

Neglectus, ûs, * Verachtung / Hindansetzung / Vernachlässigung. *Usus.* Rem neglectui habere.

Negligens, tis, nachlässig. *Syn.* Socors, indormiens, dissolutus.)(*Sedulus diligens.* *Us.* Eum socors & negligens natura tardavit. *Phras.* Vulgò negligens homo audit & oscitans. Rebus suis planè indormiens; segnis ad imperata; dormitans; solutè, leniter, oscitanter agens omnia.

Cùm

Cùm maxima ipsum negotia circumstant, sedet & oscitatur. Negligentiâ, pigritiâ, inertiâ diffluit. Segniter, otiosè, contumaciter agit omnia. Multùm à veteri industriâ remisit. Indies fit indiligentior, animô remissiore, socordior. Nec collectam ante famam conservat, neque, ut reliqui temporis spem confirmet, laborat.

Negligenter, liederlich / nachlässig. *Syn.* Indiligenter, oscitanter.

Negligentia, æ, Nachlässigkeit / Faulheit. *Syn.* Indiligentia, incuria, pigritia, socordia, inertia.)(*Diligentia.* *Epi.* Agrestis & inhumana, diligens, diserta, non ingrata, mira, plena, summa, turpis. *Usus.* Diligentia comparat divitias; negligentia corrumpit animum. Fugere agrestem & inhumanam negligentiam. Negligentiæ se dedere. Negligentiâ languere, obtorpescere.

Negligo, is, ere, versäumen / hindansetzen. *Syn.* Mitto, non curo, curare omitto, desero, prætermitto, omitto, leviter fero, dissimulandum puto, excludo, contemno.)(*Curo.* *Adv.* Omnino, maximè, necesse, planè, crudeliter. *Usus.* Omnia exempla majorum, leges, authoritatem Senatus, religiones, publica jura neglexisti. *Phras.* Litteras olim diligenter cultas nunc planè negligit. Nihil ad se pertinere arbitratur. Non laborat de paranda sciendi famâ, nec profectûs sui rationem ullam ducit. Nulla illum de litteris cura jam tangit, nulla cogitatio. Obduruit planè ad litteras. Famam ingenii planè abjecit; solutô & quietô agit animô. Nihil de studiis litterarum sollicitus est. Non abhorret à socordis hominis famâ. Litteras nil pensi habet, viles habet. Jacet miser, refrixit ille discendi ardor. Oblivio litterarum eum cœpit. Summa apud eum rei maximè necessariæ incuria.

Nego, as, leugnen / absprechen / verneinen. *Syn.* Denego, inficior, recuso, abnuo, dissimulo.)(*Fateor, dico, affirmo.* *Adv.* Ad extremum, bellè, jucundè, liquidò, omnino, molestiùs, palam, planè, præcisè, prorsus, rectè, valdè, verius, usquam, vulgo. *Usus.* Præcisè negare alicui aliquid. *Phras.* Negat se à te quidquam accepisse. Id pernegat, renuit, abnuit, sine ullâ excusatione præcidit, inficias it, denegat, perjurat.

Negotialis, e, zum Geschäffte gehörig. *Syn.* Negotialis constitutio.

Negotiatio, nis, Handlung / Gewerbschafft / Geschäfft. *Syn.* Mercatura. *Epi.* Vetus.

Negotiator, is, Handelsmann / Kauffmann. *Syn.* Mercator. *Epi.* Germanus, obscurus, improbus. *V. Mercator.*

Negotior, aris, handlen / Gewerb treiben. *Syn.* Negotium gero, negotiationem facio vel exerceo.

Negotiosus, a, um, geschäfftig. *Syn* Plenus negotiorum. *Usus.* Provincia est molesta & negotiosa.

Negotium, ii, Geschäfft / Gewerb. *Syn.* Res, munus, cura, labor, provincia.)(*Otium.* *Epi.* Audax, certum & jucundum, dignum, facetissimum, impudens, ineptum & Græculum, fortunatum, lautum, lentum, luteum, odiosum, otiosum, salubre & honestum, suspiciosissimum, turbulentum, vulgare & notum, molestum & operosum, invidiosum, plenum laboris & periculorum, assiduitate molestum, à dignitate alienum, expeditum, forense. *Usus.* Nullô negotiô rem efficiam. Id non magni negotii est. Certum negotium *mandare*, imponere, dare, deferre alicui. Negotio præficere aliquem & præponere. In negotium mittere. Negotium contrahere. Negotium *suscipere*, sustinere, administrare, obire, agere, gerere, expedire, explicare, conficere, transigere cum aliquo. Negotium attingere. Multis negotiis impediri, implicari, detineri, obrui, distineri. Negotia curare, tractare, tueri. In negotio versari. Negotio præesse. Est mihi tecum aliquid negotii. Tument ut cùm maximè negotia. E negotiis *emergere*; negotia fugere, deponere; se à negotiis removere. Totum negotium invertere. 2. *Molestia.* Alicui negotium facessere, præbere, exhibere. Negotium alicui, efficere. *Phras.* Multa me circumstant negotia; multæ curationes, procurationes ad me deferuntur. Res mihi multæ tractandæ sunt & curandæ. Maxima onera in Republ. sustineo. Summè distineor

neor. *Magnitudine* negotii hujus ut fluctu obruor. Illa procuratio multis officiis implicatum me tenet, & constrictum. Sum occupatissimus. *Maximis* curis sum adstrictus. Res suscepi plurimas & maximas. Valde sum commotus, cùm eos audivi negotium tibi facessere, qui summa tibi beneficia debent. Valde sum commotus, cum eos audivi molestiam tibi exhibere, molestos s. infensos tibi esse, solicitudinem inferre, quos maximis beneficiis ornâsti. Valde sum commotus, cum audivi te vexari, injurias accipere, affici molestiâ ab iis, de quibus bene meritus es maximè.

Nemo, inis, Niemand. *Syn.* Ne quis omnium, non ullus, nemo omnium; quis omnium?)(*Aliquis adv.* omnino. *Usus.* Nemo de Senatoribus affuit. Te amo, ut neminem. Magis te idoneum scio neminem.

Nempe, nemlich. *Syn.* Scilicet, videlicet, nimirum, quippe, certè. *Usus.* Quibus autem hostibus? nempe qui &c. Nempe igitur ea restant.

Nemus, oris, Lustwald. *Usus.* Agros & nemora peragrare.

Nemorosus, a, um. * waldig/ büschig/ gebüschig. *Usus.* Insula nemorosa.

Neo, es. * nehen. *Syn.* filum torqueo.

Nepos, tis, Enckel. *Syn.* qui ex filio vel filia natus. 2. *Patrimonii dissipator.* Perditus, luxuriosus ac profusus in rebus suis ac patrimonio, nepos. *Phras.* Luxu omnia dissipavit. In vino ac luxu jacet, gurges atque helluo. Natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Patrimonium ejus profundæ libidines devorant. Edit bibit, ludit, vomit. Ganeo manu, ventre bona patria lacerat. In cauponâ delitescit; ad vesperum perpotat, pergræcatur, voluptati obsequitur. *V. Consumo. Luxuria.*

Neptis, is, Enckelin. *Usus.* Ex filio vel filiâ nata.

Neptunus, i, Meers-Gott. *Syn.* Maris Deus.

Nequam, Schalck/Bube/Lotter-Bube. Bößwicht. *Syn.* Homo nihili, improbus, impurus.)(Frugi. *Us.* Homo flagitiosissimus, libidinosissimus, nequissimus. *Phras.* Homo improbus & nequam, quo inertior s. ignavior proferri non potest. Nemo est unquam inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non solùm honestate, sed honestatis simulatione remotus, relictus. Quæ nota domesticæ turpitudinis non est inusta vitæ ejus? Inter omnes mortales pessimus, nihili, incontinens, negligens, nequissimus omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt; officina nequitiæ, diversorium flagitiorum omnium. *V. Malus.*

Nequaquam, gar nicht/ keines wegs/ mit nichten. *Syn.* Nullô pactô, nulla ex parte, minimè, haud quaquam, neutiquam. *Usus.* Illud nequaquam præterire possum, quod &c.

Neque, weder/ noch. *Syn.* Nec. *Usus.* Neque tum peccavi, neque modò.

Nequeo, is, ire, nicht vermögen/ nicht können. *Syn.* Non queo, non possum; non habeo, quemadmodum; mihi liberum s. integrum non est. *Usus.* Illud præterire nequeo. *V. Possum.*

Necquidquam, vergeblich / umsonst/ durchaus nicht. *Syn.* Frustra. *Us.* Ea res nequidquam mihi angorem attulit.

Nequiter, boßlich/ boßhafftiger Weise. *Usus.* Ille pravè, turpiter, malè, nequiter fecit.

Nequitia, æ, Schalckheit/ Muthwillen/ Boßheit. *Syn.* Flagitium, malitia, inertia.)(*Frugalitas.* *Epi.* Insignis, perdita, singularis, summa, victrix. *Us.* Homo singulari nequitiâ præditus; summâ nequitiâ, libidinum infamiâ præditus. Officinâ nequitiæ, diversorium flagitiorum omnium. *V. Flagitium.*

Nervosè, kräfftiglich / nachdrücklich. *Syn.* Enixè, fortiter, callidè, firmiter. *Usus.* Nervosè disserere.

Nervosus, a, um, kräfftig/ nachdrücklich. *Syn.* Fortis, robustus.)(*Dissolutus.* *Usus.* Quis Aristotele nervosior?

Nervus, i, Spann-Ader/ Flachs-Ader/ Nerve/ Sän-Ader/ *Syn.* Torus vis, vires, robur. Vinculum & firmamentum nervorum. *Epi.* forenses, honesti. *Usus.* Nec enim Dii venis, nervis, ossibus continentur. Nervorum implicatio totô corpore pertinens. Nervi in omne corpus ducuntur. 2. *Musici nervuli*, Saiten. Nervi in fidibus ita sonant, ut a digitis sunt pulsi. 3. *Virtus, vis, robur. Transl.* Quantum in tuo animo roboris

est

est & nervorum! Contendere, intendere, adhibere omnes nervos in re aliquâ. Incidere nervos virtutis, Reipubl. Pecunia belli nervus. Pecunia nervus rerum, die Seel vom Handel und Wandel.

Nescio, is, ire, nicht wissen / einem verborgen seyn; *Syn.* Ignoro, sum ignorans, inscius sum & rudis, id scientiam meam fugit; id latet me. Juxta cum ignarissimis ignoro. *Us.* Fateor, me nescire, l. quod nescio. Nemo in eo, quod nescit, disertus esse potest. Homo, nescio quis. Nescio quid, timere videtur. *Phras.* Quis verò id nescit? quis in eâ re adeò hospes? cujus aures ita peregrinantur? Quis omnium tam est rerum ignarus, tam rudis in republica, tam nihil de se cogitans? Quem præterit s. fugit? quem id fallere potest? Quis in sua patria tam peregrinus est & advena; ut rem adeo vulgatam ignoret? Quis in tanta ignoratione rerum omnium versatur? Quis tantâ laborat inscientiâ? Cui id incompertum esse possit? *V. Ignoro.*

Nescius, a, um, unwissend / unkundig. *Syn.* Inscius. *Usus.* Non eram nescius, quantùm is, &c. ich wußts wohl. *V. Ignorans.*

Neuter, a, um, keiner aus beyden. *Syn.* Indifferens, nullarum partium, qui in neutram partem movetur, qui medius manet, qui medium quendam cursum tenet, qui ancipitem se & medium gerit, qui nihil magnopere ad ullam partem inclinatur, qui ex ancipiti temporum mutatione pendet.)(*Alter, uterque. Vulg. Neutralis.* *Us.* In neutram partem commoveri. Neuter vestrûm mihi carior est, Neuter angvis, *neque mas neque fæmina.*

Neutiquam, mit nichten / gar nicht. *Syn.* nequaquam.

Neutrò, auf keinen Theil / auf keiner Seite. *Syn.* In neutram partem. *Us.* tempus teritur neutrò inclinatâ spe.

Nex, cis, der Tod. *Syn.* Mors violenta. *Epi.* crudelis. *Us.* Necem sibi consciscere, sich selbst ermorden / Hand an sich selbst legen / sich leibeigenen. Necem alicui afferre.

Nexum, i; us, ûs, das Gebände / Binden / Band. *Syn.* Obligatio quædam civilis, Verbundenheit. *Usu.* Nexorum & mancipiorum multa sunt jura. Nexu obligari alicui. Nexum inire, *Se & corpore & bonis devincire creditori.* Nexu solutus, *post dissolutum æs alienum.*

Nî, wo nicht. *Syn.* Nisi. *Us.* Mirum, nî domi est.

Nidor, is, Geschmack / Geruch von etwas. *Syn.* Odor præsertim rerum assarum. *Us.* In illo nidore ganearum tuarum.

Nidus, i, Nest. *Us.* Aves cubilia nidosque fingunt, construunt, eosque, quàm possunt, mollissimè substernunt.

Niger, a, um, schwartz. *Syn.* Ater, atratus, fuscus.)(Albus. *Us.* Quæ alba sunt, nigra dicere, aus recht lincks / aus weiß schwartz machen. Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto.

Nigror, is, Schwärtze. *Usu.* Noctis excæcat nigror.

Nihili, nichts. *Syn.* Nihilum, nequidquam, nihil quidquam, non quidquam, nulla pars, ne pilus quidem. *Usu.* Nihil potest fieri nec commodius, nec &c. Si nihil habebis, tamen, &c. Eum nihil hominis esse aiunt. Nihil tibi obligor, nihil tibi cedo. *Phras.* Nihil penitùs reliquit. Ne vestigium quidem ullum rei illius est reliquum. Tegulam in Italia nullam reliquit. Ne minimam quidem rem fecit reliquam; nec argenti scrupulum, nec umbram quidem; non modò granum nullum, sed ne paleam quidem; non glebam ulli reliquit; ne imago quidem veteris opulentiæ nobis relicta est; nihilô minus habemus.

Nihildum, noch nicht. *Syn.* Nihil adhuc, non adhuc, nondum quidquam.

Nihili, nichts / nichtswürdig. *Syn.* Nequam. *Usu.* Nihili facere. Nihili homo.

Nihilominus, nihilo minus, nichts destoweniger.

Nihilum; Nichts. R. *ex* ne *&* hilum. *Syn.* Nihil. *Usus.* Uti ex nihilo orta, nata sunt omniâ, ita in nihilum recident, in nihilum occident, interibunt. Res tota ad nihilum veniet. Contemnere alios; pro nihilo ducere, pendere, putare, habere. Nihilo majori in discrimine es, ac ego. Nihilò magis, quam tu, ego possum. Pro

nihilo condemnare innocentem. In nihilum redigere aliquid.

Nil, nichts. *Syn.* Nihil; *quod vide.*

Nimbosus, a, um, regnerisch / zum Regen-Wetter geneigt. *Syn.* Pluviosus, ventosus. *Usus.* Montes, ventus, bruma, astra nimbosa.

Nimbus, i, Platz-Regen / Wolcken-bruch. *Syn.* Imber, pluvia. *Us.* Nimbi nives, grandines. *V. Imber.*

Nimirum, nemlich. *Syn.* Nempe, scilicet, videlicet, nam. *Usus.* Hoc nimirum est illud.

Nimiopere, gar viel / gar sehr. *Syn.* Maximopere. *Usus.* Nimiopere me ædificia delectant.

Nimiò, gar viel/ gar sehr. *Usus.* Nimiò, plus te diligo.

Nimis, Nimium, zu viel. *Syn.* Immoderatè, extra modum, præter modum, ultra quam satis est, ultra justum, nimis valde, plus æquô, nimiopere, nimiô plus.)(*Parum.* *Us.* Homo non nimis modestus. Magis offendit nimium, quàm parùm. Sed hæc nimis requiro. Ne quid nimis, *Prov.* *Phras.* Nimis in dicendo longus est; præter modum, nimis dicendo progrederis; Satietate audientes enecas; est quædam in tê dicendi exuberantia; immoderatione verborum efferris; immoderata, immensa, infinita tua est oratio; nimia resecces, oportet; modum excedis, egrederis; profusum nimis & immodestum dicendi genus sequeris; Depasce tuam styli luxuriem.

Nimius, a, um, gar zu viel/ übermäßig. *Syn.* Immoderata, intemperans, plus æquô, quod supersit, nimis magnus, nimis multus, acer.)(*Modicus.* *Usus.* omne nimium vertitur in vitium. Nullam ego in re tanta diligentiam nimium arbitror. Nimius animi, imperii. Nimius in decernendis premiis, & quasi prodigus.

Ningo, is. * schneyen. Ningit, es schneyet. *Us.* Totô ningit æthere.

Nisi, wo nicht. *Syn.* Ni, si non, nisi quod, præter, præterquam. *Usus.* Veniam, nisi impeditus fuero. Nihil video, nisi quod nihil videam.

Nisus, ûs, Bemühung/ Vorhaben/ Unterwindung. *Syn.* Conatus, gressus, incessus. *Usus.* Pedetentim ico, & sedatô nisu. Insoliti nisus. Pedum nisus. *V. Conor.*

Nitedula, æ, Feldmaus. Muris genus agreste.

Niteo, es, ere, glänzen / schimmern. *Epi. Quasi niviteo, nivis instar splendeo.* *Syn.* Nitesco. splendeo, floreo.)(*Squaleo, obsolesco.* *Adv.* Valde. *Us.* Nitet oratio; unguentum nitet; cœlum nitescit.

Nitidè * schön/ sonderlich. *Syn.* Splendidè clarè.

Nitidus, a, um, schön/ sauber / glänzend. *Syn.* Nitens, cultus.)(*Incultus, horridus, agrestis.* *Us.* Nitida oratio, verba, dictio. Nitidi campi, colles.

Nitor, is, Zierde/ Glantz. *Syn.* Cultus, mundities.)(*Squalor.* *Epit.* Naturalis, non fucatus, nimius, parilis. *Us.* Inest in eo naturalis nitor, non fucatus. Ejus nitor urbis Italiam illustrat, intuens ejus purpuram, & nitorem corporis.

Nitor, eris, sich unterstehen/ unterfangen / unterwinden. *Syn.* Enitor, connitor, adnitor, fulcior, confido, pendeo. *Usus.* Ad immortalitatem nomiuis niti. Divinatio conjecturâ nititur. Ubi nitar, non habeo. Consiliô, studiô, labore, gratiâ omni nitebar. Sustentabimus nos, & omni, spe nitemur. Egone hujus pecudis consiliô aut præsidiô niterer? *V. Conor. Laboro. Innitor.*

Nivalis, e, schneyicht. *Syn.* Nive plenus. *Usus.* Nivalia loca, nivalis dies.

Niveus, a, um, schneeweiß. *Usus.* Candor niveus. Massa nivea Schneeballen. Nivea manus virginis.

Nivosus, a, um, * voll Schnee/ schneeicht. *Usus.* Nivosa grando.

Nix, vis, Schnee. *Usus.* Risi nivem atram. Nives jam omnia oppleverant. Nix cumulata ingredientes impediebat, fatigabat. Iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu, adstrinxit. *V. Hyems.*

Nixûs, ûs, Bemühung/ Beginnen. *Syn.* Nisus. *Usus.* Magno nixu aggredi aliquem.

No, as, schwimmen. *Syn.* Nato. *Usus.* Natura bestias nantes aquarum incolas voluit. *V. Naso.*

Nobi-

Nobilis, e, edel. *Syn.* Clarus, insignis; genere nobili natus; summô, honestô locô natus, bonô locô natus, clarissimô patre satus & natus, non ignobili; inclytis avis s. majoribus, equestri locô, regali sanguine creatus; nobilissimâ familiâ natus; stirpe antiquissimâ ortus; in summâ familia ortus; natus in antiquissima familia amplissimaque; bonis parentibus atque honestô, locô, equestri, amplâ & honestâ familiâ editus; civili, generosâ stirpe profectus; honestissimi & nobilissimi generis vir; generosus, quasi majorum; gentium; non ignobilis, non obscurus; in veteri dignitate fortunaque natus. Genere insignis. Vir honestissimæ imaginis veteris prosapiæ, multarum imaginum, de summô locô, prognatus genere summô & summis divitiis.)(*Obscurus, ignotus, ignobilis.* *Usus.* Vir inter suos illustris ac nobilis; ex pietate nobilis ac clarus; inter suos excellens. *Adv.* Admodum, sanè, facilè.

Nobilitas, tis, der Adel. *Syn.* Claritas, antiquitas s. dignitas generis, amplitudo nominis, vetustas familiæ.)(*Ignobilitas, novitas generis.* *Epi.* Excellens, clarissima, gloriosa, inimica, integra, innocens, major, notior, par, præclara, præstans, summa, tanta, vera, insignis, præclara, princeps, illustris, antiqua, nulli secunda, ingenua, obscurior. *Us.* Nobilitate florere, præcellere. Ad memoriam laudum domesticarum & illustrandam nobilitatem tuam. Nobilitas nihil est aliud, quám cognita virtus. *Vid. Genus.*

Nobilito, as, adlen / in Adel-Stand erheben. *Syn.* Illustro, orno, celebro. *Us.* Poëtæ, opifices, post mortem nobilitari volunt. Nobilitatus multitudine rerum gestarum. Spectatâ & nobilitatâ virtute vir. *V. Illustro.*

Nocens, tis, schädlich / schadend / schuldig. *Syn.* Noxius,)(*Innocens.* *Usus.* Libido hominum pestiferorum & nocentissimorum, naturâ improborum ac turpium. Reus, nocens. *V. Reus.*

Noceo, es, schaden / schädlich seyn. *R. A nece; qua nocent, q. necant.* *Syn.* Officio, obsto, fraudi sum. *Adv.* Ineptè, leviter, mediocriter, quàm minimum. *Usus.* Non licet sui commodi causa nocere alteri. Nihil nocuerit, si cum balbo fueris locutus, *V. Malefacio. Damnum. Detrimentum.*

Noctua, æ, Nacht-Eule. *Us.* Noctuam Athenas mittere. *Prov.* Noctua inter cornices *Prov.*

Noctu, nächtlicher Weile / bey Nacht-Zeit. *Syn.* Nocturnô tempore, in tenebris, nocte. *Usus.* noctu, an interdiu.

Noctuabundus, a, um, zu Nacht herum wandernd. *Syn.* De multâ nocte ambulans.

Nocturnus, a, um, nächtlich.)(*Diurnus.* *Usus.* Nocturni diurnique labores. Fur nocturnus.

Nocuus, a, um, schädlich. *Usus.* Nocuum civem vinculis coerceto. *V. Malefacio.*

Nodosus, a, um, * knorricht / knodicht. *Syn.* Multos habens nodos.

Nodus, i, ein Knode / Knopff. *Syn.* Colligatio, vinculum. *Epi.* Æternus, Difficilis, magnus, cælestis. *Usus.* Amabilissimus nodus amicitiæ. *Thras.* Nectere nodos, nodum solvere, explicare, tollere; adstrictum plurimis nodis, in semetipsos implicatis, & celantibus nexus. Unde nexus inciperet quove se conderet, nec ratione nec visu percipi poterat. Quasi nodum vinculumque desiderant. 2. *Difficilis ad explicandum locus, res, quæstio.* Incideramus in nodum difficilem. Inopia rei frumentariæ magnus in republicâ nodus.

Nolo, lle, nicht wollen. *Syn.* Non volo, non libet, pœnitet, negligo. *Adv.* Minimè, omnino, planè, prorsus, valdè. *Usus.* Noli putare. Is dixit se nolle. *Thras.* Nolo ultra in negotio progredi; totum simul consilium abjeci; non faciam, non committam, ut magis implicere; ab illo consilio penitùs absum; Studeo effugere quod cœpi; parcam ulteriori labori; non recipit meæ vitæ conditio tales molitiones, aspernatur, repellit. Animum posthac talibus curis vacuum & integrum servabo. Non me illis negotiis ultra dabo; repudiavi simul omnia; Non laboro, non angor, ut res eveniat; alii sibi eam provinciam habeant; omnia, quàm

quàm illam provinciam malo;non inducam in animum; permoveri non potero, ut pergam. Averſatur planè animus, detrectat, abnuit, faſtidit illam procurationem. Nego me ultrà progreſſurum, atque in hoc perſeverabo, neque reſtitantem me & tergiverſantem quisquam ad aliud conſilium traduxerit. Tædet me illorum laborum, & pænitet. *V. Invitus.*

Nomen, inis, Namen/ Ruhm. *Epi.* Æternum, alienum, ambiguum, amantius, ampliſſimum, anile, aureum, carum, certum. clarum, bonum, commune, conſulare, contrarium, divinum, divulgatum, dulce, durius, falſum, fatale, finitimum, frumentarium, geminum, gratiſſimum, gravans, grave, honeſtum, hoſtile, illuſtre, inane, inauditum, incolume, infimum, inimicum, invidioſum, inviſum leve, magnum, miſerum, molle, moleſtum, nobile, notum, novum, obſcurum, paternum, patrium, perditum, plenum, populare, pulchrum, recens, regale, regium, ſanctum, ſplendidum, triſte, tutum, vitioſum, uſitatum, vulgare; aptiora, læta. *Syn.* Verbum, vocabulum, appellatio. *Uſus.* Nomina nova rebus novis *ponenda*, imponenda, danda. Res novæ, novô nomine appellandæ, ſignandæ, notandæ ſunt. Nomine aliquem appellare. Hôc, puto, nomine eſt; hoc illi nomen eſt. Africanus à ſua victoria nomen traxit, invenit, reperit, adeptus eſt, induxit; nomen ab Africa habet. Meô illum nomine roges, ſalutes. 2. *Cauſa, prætextus, titulus.* Græci multis nominibus reprehendendi. Fautor multis nominibus mihi colendus, ſ. ſuſpiciendus. Nomine Reip. nullum laborem defugere. Voluptatis nomine omnia facere. Honeſtis nominibus conſilium aliquod ſuſcipere. Eô nomine nihil de fortuna queri poſſum. Ejus nomen barbaris tuis moribus prætendis. 3. *Debitum, creditum.* Nomina facere, nomina exigere. Nomina ſolvere, expedire, explicare, expungere, de tabulâ tollere. Decem millia in nominibus habeo, in numerato nihil. 4. *Fama, exiſtimatio, authoritas, gravitas, dignitas.* Dignus celebratiſſimâ & ampliſſimâ nominis gloria. Clarum nomen capiare, adipiſci, conſequi, obtinere, habere. Viget, floret invictum ejus nomen. Nemo ejus nomini officiet. Ejus nomen nulla vetuſtas delebit, debilitabit, extinguet, obſcurabit. 5. *Ad rem bellicam pertinens.* Milites nullâ recuſatione, ſummô ſtudiô nomina dant. Ad nomen reſpondere; nomen alicujus accipere. *Phraſ.* Nomen ſine re. Honorum vocabula habent, non dignitatis inſignia. In ampliſſimis honorum nominibus non modò dignitas nulla eſt, ſed & ſumma deformitas. Inania honorum nomina proponuntur. Nomina illa caſſum quid ſunt, & inanis vocis ſonô declarata; ejus tamen honoris vaſtum vanumque titulum multi appetunt. Honorem id appellant, non tam ſolidô, quàm ſpecioſô nomine. Virgilius libros ſuos de agrorum cultu Georgica nominavit, nuncupavit. Virgilius libros ſuos de agrorum cultu Georgica inſcripſit, nuncupari voluit; Georgicorum titulum ferre, habere voluit; Georgicorum titulum, appellationem illis dedit, indidit.

Nomenclatio, nis, Benahmſung / Nahmens-Gebung / Benennung. *Syn.* Appellatio, nominatio.

Nomenclator, is, Nenner / Benenner. *Syn.* Monitor, qui civium & ſervorum nomina noverat.

Nominatim, nahmentlich / mit Namen.)(*Generatim ſine nomine.* *Uſus.* Nominatim honore aliquô excludi.

Nominatio, nis, Benamſung / Benennung. *Uſus.* Meâ nominatione eum cooptabo.

Nomino, as, nennen/ benahmſen. *Syn.* Appello, nuncupo, voco; nomen pono, imponos; nomine appello, nomen appello, verbô noto, propriô nomine ſigno; nomine noto, uſurpo, compello. *Adv.* Acerrimè, bene, brevi, imperitè, iterum, melius, præclarè, verè. *Uſus.* Rem aliquam ſuô certô ac propriô nomine nominare. Brutus, quem ego honoris causâ nomino. *Phraſ.* Filium ſuum Aſcanium nominari voluit; parens Aſcanio filio nomen dixit, edidit; Aſcanio nomen dedit ſ. indidit; filio Aſcanium nomen impoſuit; Aſcanii nomine prædicari & nomina-

nominari voluit ; ab Aſcanio illo nomen mutuatus eſt ; Aſcanii nomine nuncupatus ; Aſcanio illi nomen eſt.

Non, nicht / nein / mit nichten. *Syn.* Haud, haut parum, minus, nihil, neutiquam, haudquaquam.)(*Etiam.* *Uſus.* Non enim, ſi mundus non erat, ſæcula non erant. Non ita valde cupio. *Phras.* Non eſt tibi monitore opus ; nihil admonendus es ; nihil eſt, quod te horter ; nefas eſt te hortari ; quis eſt tam demens, qui non ſentiat tibi monitore non eſſe opus ? Facies, etſi nullus moneam.

Nonageſimus, a, um, der Neuntzigſte.

Nonæ, arum, der fünffte oder ſiebende Tag im Monat.

Nonagies, neuntzigmahl.

Nonaginta, neuntzig.

Nondum, noch nicht. *Syn.* Necdum, neque dum, nihil dum, etiam nunc non, non adhuc. *Uſus.* Nondum, neque etiam dum ſcit rem pater.

Nongenti, orum, neunhundert.

Nonne? ob nicht? *Syn.* An non? *Uſ.* Nonne ita eſt? iſt dem nicht alſo? Nonne oportuit præſciſſe me ante?

Nonnihil, in etwas/ etlicher maſſen/ zum Theil. *Syn.* Aliquantum. *Uſus.* Nonnihil commoveor.

Nonnullus, a, um, etlicher. *Uſ.* Nonnullus honos, nonnullum officium. Nonnulli dicunt.

Nonnunquam, bißweilen. *Syn.* Aliquando, interdum ; eſt, cùm &c.

Nonus, a, um, der Neundte.

Norma, æ, Richtſchnur / Regel / Winckelmaß. R. *q. ſ. gnoma*, γνώμων. *Syn.* Lex quædam, regula, præſcriptio. *Epi.* Acerrima, certa, naturalis. *Uſ.* Non hæc ſunt Philoſophorum acerrimâ regulâ ac normâ dirigenda. Natura eſt norma legis. Non eſt Epicurus ad iſtam normam ſapiens. Plura homines judicant odiô aut amore, quàm veritate, aut præſcriptô, aut rationis normâ aliquâ.

Noſco, is, ere, erkennen. R. γινώσκω. *Syn.* Cognoſco, notum & cognitum habeo. Notitiam alicujus rei habeo, percipio & comprehendo.)(*Ignoro.* *Adv.* Bene, funditus, omninò, paululum, modò, planè, penitùs, probè, pulchrè, rectè, ſatis. *Uſus.* Jubet nos Pythius Apollo, noſcere nos ipſos. Non leges civitatis, non jura novit. Noſcamus bona noſtra. Si Cæſarem bene novi, is eſt, qui &c. *Phraſ.* Noſco perbene adoleſcentem illum. Ita mihi notus eſt, ut ſenſum ejus & naturam planè perſpexerim ; pertractatas penitùs, perceptasque res illius habeo ; percalleo ejuſdem perfectiones ; pulchrè novi adoleſcentem ; rerum ſuarum nihil ignoro ; ſenſus ejus omnes habeo cognitos ; ingenium ejus & mores optimè teneo ; animorum ejus ignarus non ſum. *Vid. Intelligo.* *Notus.*

Noſter, a, um, unſer. *Uſus.* Noſter eſt. Noſter ſocer, video, venit.

Noſtras, tis, unſerig. *Syn.* Noſter ; noſtræ gentis, conſuetudinis, artis, ſectæ. *Uſus.* Capior facetiis maximè noſtratibus. Noſtrates ; noſtratia verba.

Nota, æ, ein Zeichen/ Anmerckung. *Syn.* Signum, inſigne, veſtigium. *Epi.* Certa, falſa, inſignis, juſta, melior, quaſi naturalis, propria, ſempiterna, turpis, certæ, inſcriptæ, inſignitæ, optimæ, tenues, obſcuræ, veriſimiles, veriſſimæ. *Uſus.* Nomina ſunt tanquam rerum notæ. Notam opponere ad malum verſum. Ego illum de meliori notâ commendavi. Optimæ notæ homo. 2. *Infamia, dedecus, ignominia.* Quæ nota domeſticæ turpitudinis non eſt inuſta vitæ tuæ? quod dedecus non hæret infamiæ? Notam inurere alicui. Cenſoriæ ſeveritatis notâ inuſtus. 3. Quod *vulgus* cifras appellat. Reliquis Epiſtolis notam apponam, quæ mihi tecum convenit. *V. Signum.*

Notabilis, e, merckwürdig / merckenswerth. *Syn.* Inſignis, conſpiciendus, ſuſpiciendus, notandus, animadvertendus, conſpicuus. *Uſus.* Si exitu notabili concluduntur &c.

Notatio, nis, Bezeichnuß/ Gemerck. *Syn.* Etymologia, interpretatio. 2. *Obſervatio, animadverſio, deſcriptio.* Notatio naturæ peperit artem Chaldæis in notatione & prædictione vitæ. Diligens notatio imaginum. 3. *Caſtigatio.* Notatio cenſoria. Straff/ Buß.

Notitia, æ, Wiſſenſchafft/ Kundſchafft. *Syn.*

Syn. Notio, cognitio, prudentia. *Epi.* Dura, nova. *Usus.* Nullum animal præter hominem Dei notitiam habet; hæc homini soli ab ipsâ naturâ facta, aperta, ingenita est.

Notio, nis, das Wissen / Kenntschafft / Kundschafft. *Syn.* Cognitio, intelligentia, notitia, judicium, significatio. *Epi.* Certa, complicata, naturalis atque insita. Communes, informatæ, consignatæ. *Usus.* Unde postea notiones rerum animis imprimuntur, è quibus non principia solùm, sed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ aperiuntur. Natura nobis sine doctrina ingenuit notiones seu notitias parvas rerum maximarum; informata, impressa est in animo Dei notio. Insitæ & quasi consignatæ in animis notiones. Rerum omnium quasi adumbratas intelligentias mente concipimus. Huic verbo, *beatus*, subjecta est notio gravissima.

Noto, as, mercken / bezeichnen. *Syn.* Animadverto, observo, distinguo. *Adv.* Asperè, insigniter, maximè, scienter, turpiter, serò, separatim. *Usus.* Hæc vulgus ipsum notat. Demonstrare & notare locum. Conservare & notare tempora. Multa diutinus usus notavit. 2. *Designo, describo, signo, indico.* Notare res novis nominibus. Quis guttarum cadentium numerum notet? Id præcipuè notavi, & descriptum tibi misi. 3. *Reprehendo, ignominiâ afficio.* Aliquem dedecore, maculâ, ignominiâ, notare. Eum censores furti nomine notârunt.

Notus, a, um, bekant. *Syn.* Cognitus, omnium sermone celebratus, patens omnibus, quod tenetur, pervulgatus, manifestus, testatus, non ignotus.)(*Ignotus.* *Adv.* Maturiùs, penitus, sanè. *Us.* Res notæ, testatæ, manifestæ. Notus est tractatus & locus. *Phras.* Nihil nisi notum afferam. Quæ minimè sunt obscuræ, quæ pervulgata ac toti populo testata, quæ planè perspecta, cognita, indicataque habeo, afferam. Id, quod alioquin jam palàm factum, quæ jam decantata est fabula, quæ in medio posita, quæ intér omnes constant, commemorabo; Res dudum clara totâ regione celeberrima atque notissima, quæ in sermone omnium versatur, à me narrabitur. Res est tam illustris, tam non ignota, quasi majoribus theatris proposita ac nobilis, ut ne recensenda quidem videatur.

Novacula, æ, Scheermesser. *Syn.* Culter tonsorius. *Us.* Præstat super novacula, quam super fastu ingredi. Versari in acie novaculæ, *in præsentissimo periculo.*

Novè, neun. *Usus.* Ne quid ambiguè, ne quid novè dicamus.

Novellus, a, um, neulich.)(*Vetulus.* *Us.* Novellæ arbores.

Novem, neun.

Novendialis, e, neuntägig. *Usus.* Feriæ, sacrum novendiale.

Noverca, æ, Stieffmutter. *Usus.* Noverca filii. Flere ad novercæ tumulum, *simulare dolorem.* Fortuna noverca.

Novissimè, unlängst / letzthin / neulichst / jüngsthin. *Syn.* Nuperrimè, postremò. *Usus.* Primùm, deinde novissimè. *V. Nuper.*

Novissimus, a, um, der Letzte / Neulichste. *Syn.* Postremus.)(*Primus.* *Usus.* Novissimus ego in castra veni.

Novitas, tis, Neuheit / Neuigkeit. *Syn.* Novæ rei ratio, conditio.)(*Vetustas.* *Usus.* Magnam cupiditatem hominibus injicit novitas. Novitate delectamur. Nominis, generis novitas. Novitate ad causas inquirendas excitamur. Commovit me ea novitas. *Thras.* Cupidus es rerum novarum. Res novas quæris. Novitatem amas. Novis rebus studes. Novitati faves, studes. Status hic novus te minimè delectat. Novitatis studiosus.

Novitius, a, um, Neuling / Anfängling. *Syn.* Tiro, novus. *Us.* Syrus nescio quis, de genere novitiorum factus Consul.

Novo, as, erneuern. *Syn.* Innovo, novum facio. *Usus.* Verba novamus & facimus ipsi. Multa novare volebant.

Novus, a, um, neu. R. qs. *neus*, à νέος, *novus.* *Syn.* Recens, inauditus, inusitatus, per se cognitus, à se ortus, præter consuetudinem, monstri similis, peregrinus, inopinatus, nuperus.)(*Vetus.* *Adv.* planè, omnino. *Usus.* Novum id & admirabile. Hoc mihi planè novum accidit ac præter opinionem. Rerum novarum cupidus, novis rebus studere. Novi nil novi.

Nox, ctis, die Nacht. R. *à nocendo vel à Græco,*

Graeco, νὺξ, νυκτὸς, *quod ab Hebr. nuach, requies.* *Syn.* Tenebræ. *Epi.* Accerbissima, cæca, prope extremâ, hyberna, obscura, atra, serena, fausta, funesta, ac luctuosa, intempesta, præceps, longa, proxima, media, multa, sempiterna, locia, stellans; noctes contractiores, kurtze Nächte. *Usus.* Ipsa terræ umbra Soli officiens noctem efficit. Nocte, de nocte, nocte intempestâ & concubiâ ad me venit. In multam noctem, in serum noctis sermo extractus. Noctem aliquam rebus etiam claris offundere. *Phras.* Mediâ nocte ad me venit; mediô noctis silentiô, quod tempus mortales altissimô somnô premit; ubi plerumque noctis processit, cum terras nox opacâsset. Multâ, provectâ nocte ad me accessit.

Noxa, æ, Schuld / Schade. *Syn.* Culpa, noxia. *Epi.* Minima. *Usus.* In noxa esse; extra noxam esse. Noxæ aliquem eximere, veniam criminis facere; noxæ dedere aliquem, *pœnæ dare.* Sine noxa esse. *V. Culpa. Crimen.*

Noxia, æ, Mißhandlung / Unthat. *Syn.* Noxa, culpa, crimen. *Usus.* Castigare aliquem pro commeritâ noxa, ob meritam noxiam. Noxiam inferre, *damnum creare.*

Noxius, a, um, schädlich. *Syn.* Malus, perniciosus. *Us.* Nec obediens nec noxius civis coërcetur. *V. Malefacio.*

Nubes, ium, Wolcken. R. à νέφος, νεφέλη, *nubes; vel ab Hebr. nef, stillavit.* *Syn.* Concretus in aëre vapor. *Epi.* Opacæ, atræ, acres, cæcæ, densæ, cælestes, ceruleæ. *Us.* Aër concretus in nubem, humoremque colligens terram auget imbribus. Cum illi anhelitus se in nubem induerent. Nubium magnitudo, vis ventorum. Conflictu nubium ardor exprimitur. In illis Reipubl. tenebris, cæcis nubibus & procellis. Nubes testium, militum, *multitudo.* Nubes belli. Objicere nubem fraudibus.

Nubilis, e, mannbar / erwachsen. *Syn.* Apta viro. *Us.* Grandis & nubilis filia.

Nubo, is, ere, einen Mann nehmen / heurathen / feminis proprium. *Syn.* Elocor, in matrimonium collocor, conjungor cum aliquô. *Us.* Venerem Adonidi nuptam tradunt. Nubere in amplissimam familiam. *V. Matrimonium.*

Nudius tertius, vorgestern / ehegestern. *Syn.* Nunc est tertius dies.

Nudo, as, blössen / entblössen. *Syn.* Spolio.)(*Vestio, tego.* *Usus.* Aliquem omnibus præsidiis nudare & exuere, flagitii principium est nudare inter cives corpora.

Nudus, a, um, nackend / bloß.)(*Indutus, vestitus.* *Usus.* Urbs nuda præsidiô, ab omnibus rebus vacua. Decore nuda mulier. Nudus à propinquis, ab amicis.

Nugax, cis, schwätzhafftig / geschwätzig. *Syn.* Nugator.

Nugæ, arum, Possen / Mährlein. *Syn.* Tricæ, ineptiæ.)(*Res graves, seria.* *Epi.* Meræ, tantæ. *Us.* Meras nugas loquitur. Delectari nugis. *V. Facetiæ. Ineptiæ.*

Nugator, is, Schwätzer. *Syn.* Nugax.

Nugatoriè, unnütz. *Syn.* Inaniter, ineptè.

Nugatorius, a, um, geschwätzig. *Syn.* Ineptus, levis, futilis. *Usus.* Nugatoria argumentatio.

Nugor, aris, schwätzen / plaudern. *Syn.* Ludo, jocor. *Adv.* Inscitè omnino. *Usus.* Democritus non inscitè nugatur. *Phras.* Tui similes nugæ minimè decent. Tui similem sectari nugas, nugacem s. loquacem & futilem esse, perpetuas nugas agere, perpetuò fabulari, garrulum esse, semper garrire, tinnire, obgannire, nunquam tacere, silere nunquam, nullum dicendi finem facere, plus loqui quàm sat sit, tot verba fundere, alios obtundere minimè decet.

Nullus, a, um, keiner. R. *non ullus.* *Syn.* Non ullus, non aliquis, ne ullus quidem, unus nullus, nemo.)(*Omnis.* *Adv.* Omnino. *Usus.* Res quæ nullius usus s. nulli usui sunt. 2. *Levis; irritus.* Homo nullâ memoriâ. Argumentum hoc nullum est. 3. *Non.* Exinde vir ille summus nullus fuit. Nullus dubito.

Num, ob es nicht? *Syn.* An, ecquid, numne, nunquid. *Usus.* Num quod vestigium? numquæ trepidatio? mihi stipendium dent, an non decernant?

Numen, inis, göttliche Macht und Herrlichkeit. R. *à nuo vel Gr.* νεῦμα, *nutus divinus, quia omnipotens peragit omnia.* *Syn.* Divina vis, potestas, providentia. *Epi.* Divinum, grave, sanctum, ingens, lætum, magnum, summum, vetustum. *Us.* Omnes naturæ divino numini parent. Vos, qui apud me vim & numen Deorum

tenetis. Numen horrere, precibus placare. Summi rectoris at domini numen. Accidit id non sine numine. Numen Senatûs, *autoritas & potestas.*

Numero, as, zehlen. *Syn.* Adnumero, dinumero, numerando percenseo, commetior, numerum ineo. *Adv.* Rectè, adstrictè, numerosiùs. *Usus.* Exponere & numerare alicui pecuniam de suo. 2. *Censeo, judico, existimo.* Voluptatem nullô locô numerant. Numerare aliquid in bonis, in onere, in loco mercedis vel beneficii. Propè alter Cicero numeratur. Hostem te numero, non amicum. Prodigii id simile numeratur. Munera ne numera, Deus numerat & munerat. *Phras.* Si subduxeris rationes tuas, rei tuæ familiaris jacturam deprehendes. Si subductis rationibus summam facies, conficies, colliges, in unum coges, aperies damna rerum tuarum. Si putaveris supputaveris, duxeris rationem rerum tuarum detrimenta patefacies, intelliges, senties. Ut rationem ineo, quò die prælium est commissum, eôdem naves profectæ sunt. Ut ratione colligo, ùt ex ratione conjicio, ùt mea ratio est, ùt mihi ostendit ratio, ùt mihi ex ratione liquet, liquidò patet f. facilè constat, quô die pugnatum est, eôdem etiam naves solverunt.

Numeratò. * baar bezahlt. *Usu* Placet conditio, sed numeratò malim, quàm æstimationem.

Numerosè, nach dem Tacte/ zahlreich. *Us.* Fundere orationem numerosè, volubiliter, aptè, circumscriptè. Numerosè cadit sententia.

Numerosus, a, um, nach Zahlen Weise/ zahlreich. *Syn.* Aptus numeris, similis numerorum. *Usus.* Numerosum est in omnibus sonis ac vocibus, quod metiri possumus intervallis æqualibus. Oratio numerosa; quæstus numerosior, exercitus numerosus.

Numerus, i, Zahl. *R.* à μείρω, divido. *Syn.* Multitudo, vis, summa, copia. *Epi.* Absolutus, perfectus, accommodatior, magniloquentior, adstrictus, solutus, æquus, aptus, certus, difficilis, exiguus, frequens, grandior, jambicus & dactilicus, impar, incolumis, ingens, innumerabilis, integer, invidiosus, legitimus, longior, magnus, bonus, mollis, musicus, novus, oratorius, par, plenus, poëticus, procerior, proprius, repentinus, simillimus, tantus, verus, vitiosus. *Us.* Frumenti, mellis, vini maximus numerus. Classis mille numerô navium. Homo nùllô numerô, *nihili.* Nos numerus sumus, fruges consumere nati, Maximus vini f. frumenti numerus. Ex numero dilectorum. Aliquem in dilectorum numerum adscribere, referre; in amicorum numero ponere, existimare, putare. In sapientûm numero colere, habere aliquem. Is aliquem numerum obtinebit, aliquo numero erit. Quod perfectum & absolutum est, omnes numeros habet; omnibus suis partibus & numeris expletum & perfectum est. Omnibus numeris absolutus. Ex numero amicorum sejungere, eximere, tollere, ejicere. 2. *Musica & oratoria mensura, & modus.* Numerus in cantu. Modus & numerus in solutâ oratione. Attici maximè numero serviunt. Oratio adstricta certâ quâdam numerorum ratione & pedum.

Nummarius, a, um, zum Geld gehörig. *Syn.* quod ad nummos pertinet. *Usus.* Esse in summa difficultate nummariâ. Rem nummariam bene constituere.

Nummatus, a, um, reich an Geld/ bemittelt. *Us.* Homo bene nummatus.

Nummus, i; numus, i, Müntz/ Geld-Müntz/ Pfennig. *Syn.* Denarius, sestertius, pecunia. *Us.* Adventus noster ne nummô quidem sumptui fuit. Nummos cudere, Geld schlagen/ müntzen/ prägen. Ad nummos pervenire. Quid in nummis habeam, ipse ignoro. Assident, subducunt ad nummum. Nummos adulterinos pro veris dare, spargere. Nummos corrogare. *V. Pecunia.*

Nunc jetzt. *Syn.* Hoc tempore, in præsentiâ, hodie, per hæc tempora.)(*Tunc.* *Us.* Erat tunc excusatio, nunc nulla est. Nunc autem, f. nunc verò ea vis est in homine, ut &c. Si non nunc, tamen tunc.

Nunquam, niemahlen. *Syn.* Nullô tempore, nullâ ætate, non post hominum memoriam, non ex omnium sæculorum

rum memoria, contra omnia vetustatis exempla. *Us.* Frigidum, ùt nunquam antea.

Nunquis, æ, od? ist einer? Nunquis fundus venalis est?

Nunquid? ob denn? *Syn.* Anne, num, ecquid. *Us.* Nunquid duas patrias habes?

Nunciatio, nis, Verkündigung. *Syn.* Renunciatio.

Nuncio, as, verkündigen / aussagen / vermelden. *Syn.* Affero, renuncio, ab aliquo alicui nuncium persero. *Adv.* pertumultuosè, quamprimùm, verè, longè, non dubiè, obscurè, vesperi. *Us.* Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quò faciant id, quod nunciant, lætius. *Phras.* Nunciatum est nobis; perlatum est ad nos; citatis equis nuncius ad nos perlatus est; certos nuncios accepimus; ordine res omnis nobis renunciata est; lætus nobis nuncius allatus est; latus nobis nuncius apportatus est.

Nuncius, ii, Bott / Bottschaffter. *R. ex* νέος, *novus*, & ἐνέγκων, fetens, qs. *nova ferens.* *Syn.* Author, missus; is, cui litteræ dantur; tabellarius, cursor, internuncius, *Epi.* Acerbus, certior, domesticus, exoptatus, verus, falsus, gravis, jucundus, malus, optatissimus, superior, volucer. Adversi, boni, fallaces, proximi, quotidiani, tristes, varii, universi. *Usus.* Per litteras ac nuncium me rei certiorem fecit. Hanc epistolam multi nuncii, fama ipsa celeritate superabunt. Legatorum nuncio parendum erit. Nuncios in omnem partem dimittere. 2. *Rumor, auditio, res allata, narrata,* Gerücht / Zeitung. Optatissimi nuncii nobis venêre; ad nos allati, delati, perlati sunt. Nuntios accepimus lætissimos. 3. *Divortii ratione ac repudii.* Superiori uxori nuncium remisit. Virtuti dudum nuncium remisisti. *Phras.* Adversa quadam de illo erant allata. Rumores de illo duriores erant. De illo nuncii venerant tristes, adversi, infausti, parum commodi, minimè læti, parum secundi. Gravior de illo fama pervenerat; dissipata, disseminata, dispersa, divulgata erat. Duriora quædam & graviora erant significata, sermonibus dissipabantur.

Nuncupo, as, nennen. *Syn.* Appello, nomino. *Adv.* Plenius. *Usus.* nuncupare aliquem suô nomine. Vota nuncupare pro Republ.

Nundinæ, arum, Jahrmarckt. *Syn.* Mercatus. *Epi.* Domesticæ, flagitiosissimæ, mutæ. *Usus.* Caput nundinæ rusticorum. In hujus ædibus totius Reipubl. nundinæ.

Nundinatio, nis, Gewerb / Krämerey / das Marcken / Kauffschlagen. *Syn.* Quasi mercatura. *Epi.* Plena, referta, nova. *Usus.* Nundinatio juris.

Nundinor, aris, kramen / kauffschlagen / handeln. *Syn.* Mercor, emo, cauponor. *Usus.* Ordinem senatorium pretio nundinatus est.

Nuper, neulich / jüngst. *Syn.* Paucis antè diebus, sæculis, annis, horis; novissimè, memoriâ nostrâ. *Usus.* Nuper, quid dico nuper? imò verò modò, ac paulò ante.

Nuptiæ, arum, Hochzeit / Heyrath. *Syn.* Matrimonium, nuptiarum & matrimonii dies. *Epi.* Diuturnæ, innuptæ, legitimæ, maritimæ, multæ, nefariæ, terrenæ. *Usus.* Nuptiæ plenæ dignitatis & concordiæ. Nuptiæ non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. Nuptiis junguntur. Earum nuptiarum conciliator fuisti. Nuptias ornare, parare, conficere, facere, apparare. Nuptias res improvisa disturbavit. Nuptias fugere, effugere. *V. Matrimonium.*

Nuptialis, e, hochzeitlich. *Syn.* Faces nuptiales. Dona nuptialia.

Nurus, Schnur. *Syn.* Filii uxor.

Nusquam, nirgend. *Syn.* Nullô in locô.)(*Usquam, uspiam.* *Us.* Nullus delectus, nusquam noster dux. 2. *Nunquam.* Ut nusquam ventum aut abitum putetur.

Nuto, as, wincken / nicken mit dem Haupt / sich seitwärts sencken / wancken. *Syn.* Vacillo, *Us.* Democritus nutare videtur in natura Deorum. Statua nutabat.

Nutricius, ii, * Ernehrer / Pfleger. *Usus.* Nutritius ejus pueri.

Nutricor, aris, nehren / pflegen. *Syn.* Nutrio. *Usus.* Mundus omnia nutricatur & continet. *V. Alo.*

Nutricula, æ, Ernehrerin / Pflegerin / Säugerin. *Usus.* Nutricula seditiosorum.

Nutrimentum, Nahrung. *Syn.* Cibus, alimentum. *Us.* Educata suis nutrimentis eloquentia. *V. Cibus.*

Nutrio, is, ire, nehren/ ernehren. R. q. νέον τρέφω. *Syn.* Alo, educo. *Vid. Alo.*

Nutrix, cis, Ernehrerin/ Säugamme/ Pflegerin. *Syn.* Alumna. *Usus.* Cum lacte nutricis errorem suxisse videntur.

Nutus, ûs, das Wincken/ der Winck. *Syn.* Vis, nixus. *Epi.* Regius. *Usus.* Gravia suô nutu ac pondere deorsum feruntur. 2. *Gravior significatio, voluntas.* Ejus nutu atque arbitriô omnia gubernantur, reguntur, fiunt; ad ejus nutum præstò sunt omnes. Ad alterius se nutum fingere & accommodare. Ad alicujus se voluntatem totum convertere. Ad nutum illius geruntur omnia. Ejus nutus observant, intuentur omnes. Nutu aliquid ab aliquo consequi.

Nux, cis, eine Nuß. R. ἀ νύσσω, *Fut.* νύξω, *fodio, percutio.* *Usus.* Nucem frangere.

O.

O! O! dolentis, gaudentis, vocantis *Adverb.* *Usus.* O Cæsar! O rem odiosam! O litteras lætas!

Ob, wegen/ um willen. *Syn.* Propter, ratione finis. Ob eam causam, derhalben. 2. Ratione *efficientiæ.* Dii pænas ob delictum à te repetent. 3. *Ante*, für. Mors mihi semper ob oculos versatur. *V. Propter.*

Obæratus, * mit Schulden beladen. *Syn.* Ære alienô obligatus s. obstrictus; debitor. *Usus.* Ex omni colluvie exules obærati. *V. Æs alienum.*

Obambulatio, nis, das Spatzieren auf und ab. *Syn.* Inambulatio. *V. Ambulatio.*

Obambulo, as, * hin und her spatzieren/ auf und abgehen. *Us.* Urbem, portas obambulare.

Obcæco, as, verblenden. *Syn.* Occæco, excæco, obscuro. *Us.* Stultitiâ occæcatus.

Obdo, is, ere. * fürstossen/ fürlegen. *Usus.* Obdere pessulum ostio.

Obdormio, is; isco, ere, entschlaffen/ entschlummern. *Syn.* Dormio. *Us.* Quid meliùs, ac in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somnô consopiri sempiterno? *Vid. Dormio.*

Obduco, is, ere, fürziehen/ zudecken. *Syn.* Obnubo, obstruo, obtego, oppono.) (*detego.* *Us.* Rebus clarissimis tenebras obducere. Labor callum dolori obduxit. Frontem obducere, *contrahere*, die Stirn rümpffen. Aliquem alicui obducere, *competitorem excitare.* *Us.* Obducta jam Reipubl. cicatrix. *V. Tego.*

Obductio, nis, Uberzug. *Usus.* Obductio capitis absit a cive Romano.

Obduro, as, ertragen/ ausstehen/ überstehen. *Syn.* Constanter, æquô animô perfero, tolero, fero. *Adv.* Vehementer. *Usus.* Obduretur hoc triduum.

Obduresco, is, ere, hart werden/ erharten. *Syn.* Callum obduco. *Usus.* Jam ad illa obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Usu ac consuetudine obduruit ac percalluit incredibilis nostra patientia, eines Dinges gewohnen / drinn verharten. Desperatione animus ad dolorem, contra dolorem obduruit. *V. Durus.*

Obedienter * gehorsamlich. *Us.* Spondent se sub imperio obedienter fideliterque futuros. Id obedienter est curatum.

Obedientia, æ, Gehorsam/ Folge. *Syn.* Obtemperatio. *Usus.* Appetitus relinquunt & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ. Servitus & obedientia fracti animi sunt, & abjecti, & arbitriô carentis suô.

Obedio, is, ire, gehorsamen/ folgen. R. *Ex ob & audio.* *Syn.* Pareo, audio, ausculto, obtempero, obsecundo, assentio, ad nutum paratus sum, imperium non recuso, monita sequor, obediens sum, dicto pareo, audiens sum, mandata exequor, alienæ voluntati pareo, morem gero, obsequor, sequor; meam voluntatem ad alienam aggrego; cum alienâ voluntate meam conjungo. *Usus.* Ad verbum obedire alicui. Non solum obtemperandum magistratui; sed colendus etiam ille est & diligendus. *Thras.* Obedire oportet DEI voluntati. In DEI authoritate, in DEI potestate sumus. Intentissimâ

tissimi ad DEO parendum simus. Antiquissima nobis DEO parendi causa sit, oportet. DEO nos obedientissimos esse decet. Legitima DEI imperia haud quaquam abjectô animô aut invitô exequamur. Morigeros nos DEO esse, ejus studio servire decet.

Obeo, is, ire, um etwas herum gehen. *Syn.* Peragro, lustro. *Adv.* audacius, diligenter, flagitiosè. *Us.* Urbem totam, regionem, Provinciam pedibus obire. 2, *Perago, ago, tracto.* Munus suum diligenter, facinus, rem privatam & publicam, sacra obire. Diem edicti, vadimonium obire neglexit. Obire diem s. mortem, mori. *V. Fungor. Administro.*

Obequito, as, *um etwas herum reiten. *Us.* Castris vel castra obequitare.

Obesus, a, um, feist/ fleischig. *Syn.* Pinguis. *Usus.* Naris obesæ juvenis, dumm und grob/ ungeschlieffen.)(Naris emunctæ homo. *V. Pinguis.*

Obex, icis, * Riegel. *Syn.* Obstaculum. *Us.* Rupti obices. *V. Impedimentum.*

Obfirmo, as, * wiedersetzen / dargegen sich auflehnen und sträuben. *Us.* Animum obfirmare.

Obfirmatus, a, um, beständig. *Us.* Pertinax & obfirmatus in iracundia. *V. Pertinax.*

Objectatio, nis, Verweiß/ Vorwurff. *Usus.* Exprobratio.

Objecto, as, vorwerffen/ Verweiß geben. *Syn.* Objicio. *Us.* Objectare probrum, falsum crimen alicui. *V. Objicio.*

Objectus, ûs, Fürwurff. *Us.* Objectu lateris aliquem defendere.

Objectus, a, um, fürgeworffen. *Syn.* Oppositus. *Usus.* Objecta species voluptatis. Objectus fortunæ. Ad omnes casus subitorum periculorum objectus & oppositus.

Objicio, is, ere, fürwerffen / fürrupffen. *Syn.* Oppono, objecto, exprobro, aliquid in aliquem dico, maledicti & contumeliæ locô pono, crimini do, jacio, conjicio, offero. *Adv.* Falsò, verè, variè. *Us.* Objeci meum caput in tot ac tantas dimicationes atque in hos impetus Civium furori ac ferro pro salute reipublicæ. Alicui religionem objicere, spem metum, sollicitudinem, moram, laborem, molestiam. Aliquid alteri in *criminis loco*, aut crimini, objicere.

Obiter, obenhin/ nicht gründlich. R. ab *Ob & iter*, q. *in transitu*, præter propositum. *Syn.* Leviter, tenuiter, mediocriter;)(perfectè, funditus, ex asse. *Thras.* Scientias obiter & primoribus duntaxat labris gustavit; extremis, ut ajunt, digitis attigit. Serò ac leviter litteras attigit, quasi per transennam præteriens strictim literas aspexit; molli brachiô, levi brachiô tractavit; leviter transiit; quasi præteriens, quasi per nebulam, tenuiter, cursim literas decurrit.

Obitus, ûs, der Tod/ das Absterben. *Syn.* Occasus. *Usus.* Siderum orrus & obitus, Auf- und Niedergang. 2. *Interitus.* Obitus consulum.

Objurgatio, nis, Ausscheltung. *Syn.* Castigatio. *Epi.* Longior, lenis, necessaria, plena, mediocris, utilis. *Usus.* Objurgatio habens multùm asperitatis. Monitio acerbitate, objurgatio contumeliâ vacare debet. In objurgationibus utendum subinde vocis contentione majori & verborum gravitate acriori.

Objurgator, is, Bestraffer/ Ausschelter. *Syn.* Severus admonitor. *Epi.* Benevolus. *Usus.* Non est ferendus objurgator, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.

Objurgo, as, bestraffen/ verweisen/ Verweiß geben / schelten. *Syn.* Castigo, asperiùs admoneo, asperius appello. *Adv.* Vehementer, mediocriter. *Us.* Cæsar meam in rogando verecundiam, de meâ me verecundiâ, objurgavit. *V. Reprehendo.*

Oblanguesco, is, ere, erliegen/ müd werden. *Usus.* Refrigesco, defervesco. *Us.* Litterulæ meæ tui desideriô oblanguerunt. *V. Langueo.*

Oblectamentum, i, Ergötzlichkeit. *Syn.* delectatio, oblectatio, delectamentum. *Epi.* Longius. *Usus.* Oblectamenta & solatia senectutis. *V. Delectatio.*

Oblectatio, nis, Ergötzlichkeit. *Epi.* Oblectamentum. *Epi.* Honesta, libera, ingenua. *Us.* Interdum oblectatio quæritur animi, requiesque curarum. *V. Delectatio.*

Oblecto, as, belustigen/ ergötzen. *Syn.* Delecto. *Us.* In libris, in hortulis se oblectare. *V. Delecto.*

Oblector, aris, sich erlustigen / ergötzen. *Syn.* Delector, ducor, oblector. *Adv.* Commodè. *Usus.* ludis oblectamur & ducimur. *V. Delecto.*

Obligatio, nis, Verpflichtung / Verbindung. *Syn.* Authoramentum, servitus quædam & quasi vinculum. *Epi.* Gravis & difficilis. *Usus.* Difficilior est animi pro altero ac sententiæ, quàm pecuniæ obligatio.

Obligatus, a, um, verbunden / verpflichtet. *Syn.* Obstrictus, devinctus, gratiam alicui debens, alligatus. *Usus.* Tenere aliquem beneficiis obligatum. *Thras.* Tantum tibi sum obligatus, tantum tibi teneor, quantum vix aut ne vix quidem solvendo sum. Tantum tibi debere existimo, quantum persolvere difficile est. Magna tibi debeo beneficia, nec solvo. Cui re ipsâ referre gratias possum, ei verbis non patitur res satisfieri. Pro te mori possum. Vitam tibi debeo. Videre te scio, quantum officii sustineam. Incredibilem tibi amorem quendam, & omnia in te summa ac singularia studia debeo. Magna sunt tua in me non dico officia, sed merita. Magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accessit. *V. Obnoxius.*

Obligo, as, verbinden / verpflichten. *Syn.* Obstringo, in perpetuum obligo, devincio, astringo, religo, comprehendo, alligo. *Adv.* In perpetuum, nusquam, valdè. *Usus.* Obligare aliquem militiæ sacramentô, pactionibus. Sibi aliquem summô beneficiô obligare in perpetuum. Studebo obligare fidem meam apud te pro illo. Domum alicujus religione, populum scelere obligare. Legum & judiciorum pœnis obligatur. Obligare vulnus. *Phras.* Maximis me beneficiis tibi obligâsti. Omnia tibi debeo, maximis me beneficiorum vinculis astrictum tenes. Mancipiô & nexu quodam tui proprius sum, non usu tantum & fructu. Multis beneficiis velut pignoribus authoratum me habes. Agere mecum potes velut è syngrapha, ita me tibi devinctum tenes. *V. Beneficium. Officium.*

Obligurio, is, verprassen / durch die Gurgel jagen / verschlemmen. *Syn.* Ligurio, devoro. *Usus.* Fortunas suas obligurire, patrimonia profundere. *V. Consumo.*

Oblimatus, a, um, mit Leimen und Koth besudelt. *Syn.* Limô pinguis. *Usus.* Nilus oblimatos agros relinquit.

Oblino, is, ere, bestreichen / überstreichen / beschmieren. *Us.* Eloquentia Asiæ moribus oblita. Vita hominis libidine oblita. Unguentis, cænô oblitus.

Obliquè, schepp / schlimm / seitlings / zwerch / krumm.)(*Rectè, per rectum cursum.* *Us.* Rectè, obliquè ferri.

Obliquus, a, um, krumm / schlimm / zwerch. *Syn.* Transversus.)(*Rectus.* *Us.* Motu corporis obliquô. In obliqua & transversa hostium latera invectus.

Oblittero, as, abtilgen / ausleschen / durchstreichen / in Vergessenheit bringen. *Usus.* Beneficii memoriam oblitterare. *V. Obliviscor.*

Oblivio, nis, Vergessenheit. *Syn.* Oblitteratio, memoriæ lapsus.)(*Memoria.* *Epith.* Exigua, perpetua, sempiterna, voluntaria. *Us.* Omnem memoriam injuriarum sempiternâ oblivione delendam, obruendam, extinguendam, conterendam existimavi. Tuas laudes nulla unquam obscurabit oblivio. Nunquam me tui capiet oblivio. Nunquam in oblivionem venient tuæ laudes, nulla vetustas obruet. Erunt semper, qui laudes tuas ab oblivione & silentio hominum vindicant. *Phras.* Jucundior tibi vita esset, si tuos casus obliviscereris. Lætior f. tranquillior tibi vita esset, tranquillius ageres, si tuos casus ex animo tuo, mente tuâ, memoriâ tuâ, deleres, evelleres; si memoriam tuorum temporum omitteres, deponeres, abjiceres; si tua pristina mala, tuos casus, malorum tuorum temporum anxietates oblivione voluntariâ deponeres, contereres; si temporum miserias apud de deleret oblivio.

Obliviosus, a, um, vergeßlich / vergessen. *Syn. Immemor.*)(*Memor.*

Obliviscor, eris, vergessen / aus der Acht lassen. R. *Ab oblivi, delevi.* *Syn.* Me fugit, mihi excidit; ex animo meo excidit, effluit; oblivio me capit, ex animo amitto, ex memoriâ depono, memoriam amitto, alicujus rei memoriam depono, in oblivionem venio, oblivione perpetuâ deleo. Oblitero, ex animo meo discedit alicujus rei memoria. Aliquid è memoriâ labitur, aliquid meâ memoriâ dilabitur. *Us.* Obliviscor injurias, injuriarum; depono memoriam doloris mei. *Phras.* Nunquam tui obliviscar; è memoriâ mea nunquam

nunquam evelleris. Ita mihi tua memoria s. imago tui insedit, ut excidere non possit; nunquam ex animo meo effluës. Tua beneficia nulla diuturnitate apud me in oblivionem adducentur. Nullâ vetustate tui memoria abibit; nunquam memoriâ meâ cedes; nunquam è memoria mea tua beneficia excedent; nulla ætas tui memoriam expellet, obscurabit, obliterabit,

Oblongus, a, um, * länglicht. *Usu.* Figura oblonga.

Obloquor, eris, i, wiedersprechen. *Syn.* Obtrepo. *Usus.* Tu me appelles licet, & interpelles, & obloquaris. *Phras.* Totus ei Senatus oblocutus est, magnum ei ab omnibus convicium factum, reclamatum à toto Senatu; fremitus universi Senatûs obortus; obstrepebat, carpebat tuam sententiam Senatus universus.

Obluctor, aris, * wiederstehen. *Usu.* Hosti obluctari.

Obmolior, iris, bey seit schaffen / aus dem Weg thun. *Usu.* Omnes ad obmoliendа, quæ ruinis strata erant, concurrerunt.

Obmutesco, is, ere, verstummen. *Syn.* Conticeo, reticeo. *Adv.* Planè. *Us.* Nulla unquam vetustas de te obmutescet. Homo disertus ac loquacissimus repentè obmutuit.

Obnitor, eris, i, wiederstehen / wiederstreben. *Syn.* Obsisto, occurro.

Obnoxius, a, um, unterworffen / schuldig. *Syn.* Subjectus. *Us.* Vivat, qui obnoxius & subjectus vivere velit. *V. Obligatus.*

Obnubo, is, ere, verbergen / verhüllen. *Syn.* Obtego.

Obnunciatio, nis, Anzeigung / Verkündigung. *Syn.* Auguris significatio de periculo imminente. *Usus.* Dirarum obnunciatio neglecta.

Obnuncio, as, böse Zeitung bringen / wiederfechten / Wiederpart halten. *Syn.* Nuntio, prænuncio. *Us.* Legem tulit, ne obnunciare consilio aut comitiis liceret.

Oborior, eris, entstehen. *Syn.* Exorior. *Usus.* Quanta mihi libertatis tuæ lux oboritur! *V. Orior.*

Obrepo, is, ere, herbey schleichen. *Syn.* Irrepo. *Adv.* Extrinsecus. *Us.* Sensim sine sensu senescimus, & obrepit senectus non intelligentibus. Obrepere ad honores, in animos hominum. In animos dormientium multæ imagines obrepunt.

Obrigeo, es, erstarren. *Us.* Nive & pruina, obriguêre.

Obrogo, as, abschaffen. *Syn.* Aliam legem rogare, ut prior ab alio lata infirmetur. *Us.* Per legem Clodiam promulgare, derogare, obrogare, abrogare non licet.

Obruo, is, ere, bedecken. *Syn.* Operio, sepelio,)(*Eruo.* *Us.* Magnitudine negotii tanquam fluctu obruor. Homo ære alienô obrutus. Criminibus & testibus aliquem obruere.

Obscœnè, unflätig. *Syn.* Turpiter.

Obscœnitas, tis, Wust / Unflat. *Syn.* Turpitudo, deformitas. *Epi.* Non digna. *Us.* Verborum rerumque obscoenitas vitanda.

Obscœnus, a, um, unflätig. R. *Ex ob & cœnum.* *Syn.* Turpis, teter. *Us.* Genus jocandi illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum. *V. Petulans. Libido. Turpis.*

Obscuratio, nis, Verfinsterung. *Syn.* Obscuritas. *Epi.* Magna, tanta. *Us.* Obscuratio solis. Inde mentis obscuratio consequitur.

Obscurè, dunckel / düster. *Syn.* Clam, per caliginem.)(*apertè, palam.* *Us.* Non agam obscurè. Malum serpit non obscurè.

Obscuritas, tis, Dunckelheit / Finsterniß. *Syn.* Obscuratio, tenebræ, caligo, ænigma. *Epi.* Diuturna, maxima, involuta,)(*Lux.* *Us.* Causa latet obscuritate naturæ involuta. Habet ea res magnam obscuritatem & dubitationem. Oratio quæ lumen rebus adhibere debet, sæpe obscuritatem & tenebras affert.

Obscuro, as, verdunckeln / finster machen. *Syn.* Lucem eripio, noctem rebus vel tenebras offundo, obscuritatem affero, tenebras obduco, obcæco, inobscuro, officio, obstruo, perstringo.)(*Illustro.* *Adv.* negligenter, sensim, planè. *Us.* Lumen lucernæ obscuratur, & offunditur luce solis. Obscurata & evanescens memoria.

Obscurus, a, um, dunckel / finster. R. *Ex ob & cura, quia obscuris cognoscendis singulari opus est curâ; vel ex ob & σκιερὸς, σκιαρὸς, umbrosus.* *Syn.* Habens obscuritatem, tenebricosus, tortuosus, involutus, à naturâ involutus, latens, opertus, flexiloquus, spissus, cæcus.)(*Apertus, illustris.* *Us.* Multa erant obscura, ambigua, involuta, ut explanationes interpretum essent adhibendæ. Homo obscuris natalibus. *Phras.* Homo obscurus & ignotus hæc ausus est;

 cujus

cujus fama in obscuro; re nullâ nobilis; quem nemo è suis tenebris & sordibus extrahat. Homo intolerandus, ex cæno nescio quo atque ex tenebris. Liber est nimis obscurus, difficiles explicatus habens; liber totus summâ obscuritate circumfusus; abstrusa multa continet, omnia crassis occultata & circumfusa tenebris, longissimè ab imperitorum intelligentiâ sensuque disjuncta. Narratio tota obcæcata, & oraculis similior; ita loquitur, ut nihil intelligatur. Cujus orationi oedipo conjectore opus est. *V. Vilis. Tenuis.*

Obsecratio, nis, Bitte. *Syn.* Preces, Deprecatio, obtestatio. *Epi.* Gravis, humilis ac superba. *Usus.* Obsecratione uti, obsecrationem repudiare.

Obsecro, as, bitten. *Syn.* Amabo te. *Adv.* Amantissimè, magnopere, verè. *Usus.* Ille pro salute meâ populum obsecravit. Non hortabor solùm, sed & obsecrabo, neque solum consilium dabo. Obsecro te per fratris mortui cinerem, per nomen propinquitatis. *V. Rogo.*

Obsecundo, as, folgen / gehorsamen / zu Gebot stehen. *Usus.* Cui cives assenserint, hostes obedierint, venti obsecundarint. *V. Pareo.*

Obsepio, is, ire, verzäunen / umzäunen. *Syn.* Sepio, intercludo. *Usus.* Viam ad honores alicui obsepire. *V. Munio.*

Obsequentia, æ, * Gehorsam / Bewilligung / Vergünstigung. *Syn.* Morigeratio. *V. Obedio.*

Obsequiosus, a, um, * folgsam / gefolgig / Gehorsam. *Syn.* Qui facilè obsequitur.

Obsequium, ii, Willfahrung. *Syn.* Indulgentia, patientia. *Epi.* Molestum. *Usus.* Obsequiô suô mitigare aliquem. Multa in homines obsequia. Animus ab indulgentia & obsequio corporis discedat. Obsequium amicos, veritas odium parit. *V. Officium.*

Obsequor, eris, gehorsamen / folgen / willfahren. *Syn.* Morem gero, indulgeo, morigeror, satisfacio, gratificor, placeo.)(*Repugno.* *Usus.* Tempestati navigantes obsequuntur. De ea re tibi obsequor. Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. *V. Indulgeo. gratificor.*

Obsero, as, * verrieglen / zuschliessen. *Syn.* Serâ impositâ occludo. *Us.* Ædes, aures obseratæ. *V. Claudo.*

Obsero, is, ere, besäen. *Syn.* Sero, circumsero. *Usus.* Terra frugibus obserebatur. Loca tenebris, virgultis obsita.

Observans, tis, in Obacht nehmend / ehrerbietig / der beobwachtet. *Syn.* Studiosus, cupidus, diligens. *Usus.* Homo mei observantissimus. *V. Studiosus.*

Observantia, æ, Ehrerbietung. *Syn.* Reverentia, veneratio. *Epi.* Diligens, perpetua, præsens, summa. *Usus.* Observantia est, per quam aut ætate, aut sapientiâ, honore, dignitate antecedentes colimus & veneramur. Mea tibi observantia nunquam defuit. Amicos observantiâ retinere. *V. Officium. Revereor.*

Observatio, nis, Beobachtung / Anmerckung. *Syn.* Animadversio. *Epi.* Diuturna, constans, longinqua, summa, supina. *Usus.* Observatio diuturna peperit artem.

Observo, as, beobachten / in Acht nehmen / anmercken. *Syn.* Animadverto, noto, speculor, aucupor, quasi insidior, servo, pertracto, in speculâ sum. *Adv.* Æquè, assiduè, diligentius, peramanter, perofficiosè, sanctissimè, strictè, valde, vehementer. *Usus.* Motus stellarum observare. Observa, quæso, hominis consilia. 2. *Amo, colo, veneror.* Observare & colere aliquem ut alterum parentem. Quasi devincti meis veteribus magnis officiis vehementer & peramanter me observant. *Phras.* Omnia mea diligenter observat, notat. Ejus oculi assiduè in me conjecti, intentique sunt; aures ejus & oculi speculantur me & custodiunt; undique subauscultat, quid loquar. Ex invidiis clanculùm sermones meos captat; hinc & illinc, quid agam, observat. Velut è speculâ custos mea omnia prospicit. *Vid. Colo. Veneror.*

Obses, idis, Pfandmann / Geissel. *Syn.* Pignus, fiducia. *Epi.* præcipuus; incolumes, multi. *Us.* Obsides victis imperare; dare obsides, habere, accipere, mittere.

Obsessio, nis, Belägerung. *Syn.* Obsidio, obsidium. *Usus.* Obsessio fori, occupatio templorum, oppressio curiæ.

Obsessor, is, Belägerer. *Syn.* Oppressor, Depopulator.

Obsideo, es, ere, umgeben / belägern. *Syn.* Circumsideo, obsessum teneo, occupo, fossâ & vallô septum teneo, oppugno. *Adv.* omnino. *Us.* Obsidere, oppugnare,

gnare, labefactare urbem. Obsidere tempus alicujus, *observare.* *Phras.* Romani diu Numantiam obsedêre; obsidione munitionibusque pressêre, coronâ circumdedêre, cinxêre; vallô, aggere, operibus oppugnavêre; ab omni parte mœnia aggressi sunt. Omni vi circumsessa Numantia, capta tandem & direpta est. Tormentis Numantiam verberârunt; ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit, totius belli instrumentis & apparatu actum; muri arietibus percussi; non solùm missa tormenta, sed etiam, quæ pondere suô provoluta graviter in hostem inciderent; machinis muros quatiebant, feriebant; magna murorum pars tormentis decussa; quatiendo magna murorum pars nudata, viæ omnes aditusque insessi. Omnes aditus armati obsident. Armis obsidet Senatum.

Obsidio, nis, Belagerung. *Usus.* Urbem aliquam in obsidione habere; obsidionem continuare. In obsidione esse. Obsidionem *solvere*, relinquere; obsidione urbem *liberare*, eximere; obsidionis periculis liberare. *Phras.* Camillus urbem Romanam obsidione Gallorum liberavit, ab obsidione Gallorum vindicavit, ex obsidione Gallornm eripuit. Camillus urbem Romam obsessam, septam copiis Gallorum, copiis Gallorum undique cinctam s. oppressam liberavit, in libertatem restituit, libertate donavit, liberam reddidit, servavit incolumem, salvam incolumemque reddidit, salute atque incolumitate donavit. Camillus Gallos urbem obsidentes, urbem obsidione prementes, urbem obsidionis coronâ cingentes & circumsidentes, castris positis ad urbem sedentes, urbis liberati castris circà collocatis imminentes expulit, ejecit, in fugam convertit, disjecit, fugavit, dissipavit, summovit, fudit fugavitque.

Obsidionalis, e, * zur Belagerung gehörig. *Usus.* Corona obsidionalis.

Obsignator, is, Versiegler / der unterzeichnet. *Usus.* Litterarum obsignatores & testes.

Obsigno, as, versieglen / unterzeichnen. *Syn.* Signo, consigno)(*resigno.* *Usus.* Epistolam, decretum, tabulas obsignare. Judicum signis testamentum obsignatum est.

Obsisto, is, ere, widerstehen. *Syn.* resisto, repugno, occurro. *Adv.* Audacter, malitiosè, perniciosè, vehementer. *Usus.* Multorum odiis nullæ opes obsistere possunt. Audacter alicui, dolori, vitiis obsistere. *V. Resisto.*

Obsolesco, is, ere; eo, ere, veralten / in Abgang kommen / nicht mehr in Ubung seyn. *Syn.* Tenebris vetustatis opprimor.)(*Splendeo.* *Usus.* Vetustate ista, vel propter vetustatem jam obsoleverant.

Obsoletè, * altvätterisch. *Usus.* Homo obsoletissimè vestitus.

Obsoletus, a, um, altvätterisch / abgegangen. *Syn.* Insolens, antiquus, inusitatus, sordidus. *Usus.* Vestibus obsoletior; corpus incultum, & horridum. Hæc vulgaria, abjecta sunt & obsoleta. *Vid. Antiquus.*

Obsonium, ii, Kost / Zugemüß. *R.* ὀψώνιον. *Syn.* Quidquid cibi ad panem vinumque adjicitur. *V. Cibus.*

Obsono, as, Speiß einkauffen. *Syn.* Obsonium comparo. *Usus.* Famem ambulando obsonabat Socrates, *excitabat, acuebat.*

Obstaculum, i, * Wiederstand / Hinternuß. *Syn.* Impedimentum. *Us.* Opposita obstacula perrumpere.

Obstetrix, icis, * Hebamme / Kinder-Mutter. *Syn.* Quæ opem fert parienti. *Ep.* Fida, peritissima, felix.

Obstinatè, * hartnäckig / halßstarrig. *Usus.* Nefariè, obstinatè negavit omnia.

Obstinatio, onis, Hartnäckigkeit / Halsstarrigkeit. *Usus.* Ille omnia obstinatione quâdam sententiæ repudiavit.

Obstinatus, a, um, hartnäckig / halsstarrig. *Syn.* Pertinax, pugnax, durus. *Usus.* Illius voluntas obstinatior est. *Phras.* Nimis es obstinatus. Nimis es pugnax, pertinax, pervicax, capitosus cerebrosus. Duræ cervicis es; cervicosus, inexorabilis, durus, difficilis, obfirmatus, immutabilis es. Ad tuam Voluntatem acriter recumbis. Non animi judicio uteris, sed constantiâ. Nimia in te perseverantia est. Nimiùm tui juris sententiæque tenax es. Nimis

mis præfractè voluntatem tuam tueris; peritas in voluntate; tua voluntas obstinatior est. Te de susceptâ voluntate nulla vis, nullum periculum potest dejicere s. depellere. Quod temerè constituisti, tueri fortissimè perseveras. Tu es opinionis pertinax. *Vid. Pertinax. Durus.*

Obsto, as, entgegen stehen/ widerstehen. *Syn.* Obsisto, officio, impedio. *Adv.* Vehementer. *Usus.* Quid obstat, quin facias? Officere & obstare commodis alterius. *V. Resisto. Impedio.*

Obstrepo, is, ere, wiederstreben. *Syn.* Obloquor, objicio. *Usus.* Litteris tibi obstrepere ausus non sum.

Obstringo, is, ere, verbinden / verknüpffen. *Syn.* Devincio, obligo. *Adv.* In perpetuum.)(*Libero, solvo.* *Usus.* Ære alienô obstrictus. Obstrictus voluptatibus tenetur. Maximis beneficiorum vinculis obstrictus. Religione civitatem obstrinxit. *V. Obligo.*

Obstructio, nis, Verstopffung. *Syn.* Interclusio. *Epi.* Diuturna. *Usus.* Obstructionibus ventris obnoxius.

Obstruo, is, ere, verstopffen/ vermachen. *Syn.* Obsero, obtrudo, oppilo.)(*Aperio.* *Usus.* Luminibus alicujus obstruere. Vias omnes & perfugia obstruere. *Phras.* Aditus omnes hosti obstruximus, obturavimus; dejectu arborum, saxorumque ingentium nos munivimus. Vias omnes firmô obice armisque clausas septasque inveniet hostis. Quæ ruinis patefacta erant, obstruximus; arborum truncos saxaque, quà via patet, admoliti sumus.

Obstupefacio, is, erschrecken/ Schrecken einjagen. *Syn.* Stupefacio. *Usus.* Catilina perterritus & admiratione obstupefactus. *Phras.* Malorum consuetudine sensus amittitur. Malorum consuetudo sensus adimit, sentiendi vim aufert; stuporem inducit, injicit, infert; sensus obstupefacit; sensus obstupefit, *adimitur*, aufertur usu diuturnô calamitatum. Adversas res minimè sentiunt, s. non percipiunt ii, quorum occalluit animus, quorum animis callum obduxit diuturna consuetudo, qui secundis rebus usi perquam rarò sunt, qui secundas res haud sæpè noverunt. Adversas res minimè sentiunt ii, quorum animis tantùm abest, ut recentes ad infortunia sint, ut insolentes ad injurias fortunæ sint, ut malorum usu & consuetudine potius prorsus obduruerint, s. callum contraxerint. *V. Miror. Stupor.*

Obstupesco, is, ere, erstaunen / erschrecken. *Syn.* Stupeo, stupesco. *Usus.* Sic ille obstupuerant, sic terram intuebantur. Obstupescent posteri gestorum tuorum magnitudinem. *V. Obstupefacio, Stupor.*

Obsum, esse, schaden / schädlich seyn. *Syn.* Officio, noceo.)(*Prosum.* *Usus.* Non modo non oberat, sed suâ commendatione plurimùm proderat. *V. Adversor.*

Obsurdesco, is, ere, Gehör-los/oder taub werden; das Gehör verliehren. *Syn.* Sensum audiendi amitto. *Usus.* Hôc sonitu completæ aures obsurdescunt, nec ea, quæ monemur, audiunt.

Obtego, is, ere, verdecken / zudecken. *Syn.* Contego, obduco.)(*Detego.* *Us.* Fingere, dissimulare, obtegere. Sordibus obtectus. Vita multis virtutibus obtecta. *V. Tego.*

Obtemperatio, nis, Folgung / Gehorsamung. *Usus.* Justitia est obtemperatio legibus.

Obtempero, as, folgen / gehorsamen. *Syn.* Obedio, pareo. *Adv.* Diligenter, multùm. *Usus.* Cupiditati alicujus obtemperare. *V. Obedio.*

Obtendo, is, ere, fürziehen/ fürspannen. *Syn.* Obduco, prætendo. *Usus.* Cujusque natura obtegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur. *V. Prætendo.*

Obtero, is, ere, zertretten / zerreiben. *Syn.* Contundo. *Adv.* Apertè. *Usus.* Veteres majorum laudes obterere. Senescentem populi majestatem obtrivit planè & contudit. Posternere & obterere obtrectationes malevolorum.

Obtestatio, nis, angelegentliche Bitte. *Syn.* Imploratio, obsecratio, deprecatio.

Obtestor, aris, ernstlich bitten/ beschweren. *Syn.* Testor, appello, imploro. *Us.* Deos omnes imploro, & obtestor. Obtestor vos Judices, ut misericordiam huic tribuatis. Flens flentem te obtestor, salutem viri tibi commendo. Quæso, oro, obtestor, ne me perditum omninò velitis. *V. Rogo.*

Obticeo, es, ere, *schweigen / verstummen.

men. *Syn.* Conticeo. *Usus.* Turpiter obticuit chorus.

Obtineo, es, ere, erlangen / erhalten. *Syn.* Teneo, adipiscor, vinco.)(*Amitto.* *Adv.* Diutiùs, in perpetuum. *Usus.* Obtinere Provinciam cum Imperio. Altissimum honoris gradum, jus suum, causam obtinere. 2. *Custodio, conservo, retineo.* Morem suum, veterem consuetudinem obtinere. 3. *Habeo.* Alterius parentis locum apud me obtinet. Quem apud me locum obtinuisti? quô numerô fuisti? 4. *Sustineo.* Obtinere partes accusatoris. *Phras.* Obtinui tandem, quod dudum volui; teneo, consecutus sum tandem, quæ cupiebam; perfeci denique, quæ volebam. Perpuli, evici instando, extudi, effeci, obtinui, quæ volebam, *V. Acquiro. Assequor.*

Obtingo, is, ere, begegnen / wiederfahren anstossen. *Syn.* Obvenio. *Usus.* Clara mihi provincia obtigit. Quidquid obtigerit, æquô animô feram. *V. Evenio.*

Obtorpesco, is, ere, erstarren. *Syn.* Torpeo, obstupesco. *Usus.* Miror, ei non & linguam obmutuisse, & manum obtorpuisse.

Obtorqueo, es, * umschlingen/umwinden/umdrehen. *Usus.* Obtortâ gulâ in carcerem abripere quempiam.

Obtrectatio, nis, Verleumbdung/ Bescheltung/Beschimpffung. *Syn.* Calumnia, reprehensio, vituperatio. *Epi.* Domestica, occulta, communis. *Usus.* Obtrectatio invidiæ solet lacerare plerosque; Hæc res habet obtrectationem. *V. Maledictum.*

Obtrectator, is, Ehrendieb / Verleumbder / Lästerer. *Syn.* Invidus, maledicus, iniquus, calumniator. *Usus.* Adversarius & obtrectator laudum mearum. Quid sperem potentissimô inimicô, infidelibus amicis, pluribus invidis, nullô sociô & consorte laboris, omnibus obtrectatoribus. *V. Maledicus.*

Obtrecto, as, verleumbden / schmähen / verunglimpffen/ lästern. *Syn.* Maledico, vitupero, calumnior. *Usus.* Obtrectare, vel vitiosâ æmulatione, quæ rivalitatis similis est, æmulari, quid habet utilitatis? Cum æmulans angatur alienô bonô, quod ipse non habeat, obtrectans, quod idem etiam alius habeat. *V. Detraho. Maledico. Vitupero. Calumnior.*

Obtrunco, as, are, enthaupten / den Kopff abschlagen. *Usus.* Puerorum obtruncat membra, articulatim dividit.

Obtrudo, is, fürstopffen/ zustopffen/ aufdringen. *Syn.* Detrudo, deturbo. *Usus.* Ea quia nemini obtrudi potest, itur ad me.

Obtundo, is, ere, stumpff machen. *Syn.* Retundo, perstringo, onero.)(*Acuo, exacuo, corroboro.* *Usus.* Multa, quæ mentem obtundant. Non obtundam aures tuas sermonibus, non epistolis longioribus. Homo ad omnia hebes, & obtusus. Aures obtusæ. *Vid. Molestus.*

Obturbo, as, Unruhe stifften / Verwirrung anrichten. *Usus.* Obturbare solitudinem alicujus. *V. Impedio.*

Obtu us, ûs, das Anschauen. *Syn.* Aspectus, conjectus oculorum.)(*Reflexus.* *Usus.* Figere obtutum oculorum aliquò.

Obvallo, as, verschantzen / umschantzen / bevestigen. *Syn.* Munio, circumvallo, firmo. *V. Munio.*

Obvenio, ire, begegnen / auffstossen / wiederfahren/zu handen stossen. *Syn.* Obtingo. *Usus.* Hæreditas ei opulenta obtigit, obvenit. *V. Evenio.*

Obversatio, nis, das Hin- und Hergehen/ das Auff- und Abwandeln. *Syn.* Obambulatio.

Obversor, aris, vorschweben / vor Augen schweben. *Syn.* Versor, occurro, *Us.* Obversatur mihi ante oculos Reipublicæ dignitas. *V. Versor.*

Obverto, is, ere, entgegen halten / kehren und wenden. *Us.* Os alicui, navem aliquò obvertere. *V. Verto.*

Obviàm, entgegen. *Usus.* Obviam mittere, egredi, proficisci, ire, properare, procedere, prodire, venire. Obviàm fieri alicui, einem auffstossen / begegnen. Obviàm se ferre, offerre alicui, obviàm effundi. 2. *Contrà.* Obviàm ire conatibus improborum.

Obvius, a, um, begegnend / ungefehr auffstossend. *Syn.* Occurrens. *Usus.* Fac, ut litteræ tuæ mihi veniant obviæ; obviæ mihi fiant.

Obumbro, as, * überschatten / beschatten.

ten. *Usus.* Arbor vestibulum obumbrat.

Obvolvo, is, ere, verwicklen/ verdecken/ umwicklen/ verhüllen / vertuschen. *Syn.* Tego, obduco, *Us.* Obvolutus & obligatus coriô.

Occæco, as, verblenden. *Syn.* Cæco. *Usus.* Cupiditate occæcatus.

Occallesco, is, ere, erharten. *Syn.* Percallesco, obduresco. *Adv.* Prorsus, non dubitanter, planè. *Usus.* Jam prorsus ad omnem dolorem occallui.

Occasio, nis, Gelegenheit. *Syn.* Locus, tempus, opportunitas, facultas, ansa, campus, causa, diverticulum, tempestas, tempus oblatum, opportunitas. *Epi.* Tanta, ampla, amissa, bona, mirifica, oblata; quantæ, præclaræ. *Usus.* Teneo, quam captavi occasionem. Ea res illi occasionem maximæ laudis dedit, peperit, obtulit. Habeo, nactus sum occasionem egregiam ad agendum aliquid. Occasionem amittere, omittere. Occasione privari. Si occasio tulerit. Occasione uti, occasioni occurrere. *Phras.* Occasionem egregiam habes rem bene gerendi. Nisi urges, occasionem istam & facultatem non aliàs æqualem adipiscêris. Magnum theatrum tibi gloriæ panditur; locus aperitur rei strenuè agendæ; multæ tibi facultates dantur; tenes ansam; munita tibi est via ad ingentem laudem; patefactus cursus virtutis; materia crescendi per summam gloriam tibi suppeditatur; non deest tibi materia crescendi; offerentibus se rebus, non omitte ê manibus ea, quæ mox repeti non possunt; ne fastidias, quod ultrò offertur; quid dubitas uti temporis opportunitate? Quem ad magna conanda nactus es aditum, quam rei bene gerendæ facultatem habes, ne amitte; cura, ne tempori desis; ne pereat hæc tibi occasio, quæ ùt in bello, sic cæteris rebus plurimùm valet. *V. Opportunus, Materia. Facultas.*

Occasus, ûs, Abgang / Niedergang/ Untergang. *Syn.* Obitus, interitus.)(*Ortus, exortus.* *Usus.* Sol ab ortu ad occasum commeans. Senectus est quasi occasus vitæ. Reipubl. interitus & occasus imminet.

Occatio, nis, das Egen. Agricolarum verbum.

Occo, as, egen. *Syn.* Crate occulto & deprimo jacta in agrum semina.

Occidens, tis, Niedergang / Untergang. untergehend. *Syn.* Occasus, obiens.)(*Oriens.* *Usus.* In orientis aut occidentis solis partibus. Vitæ alicujus occidenti opem ferre.

Occido, is, ere, tödten / umbringen/ schlachten / metzeln. *Syn.* Interficio, interimo, cædo, neco, macto, jugulo, trucido, perimo, vitam eripio, de medio tollo, luce communi privo, vitam aufero, necem affero, mortem affero, cædem facio, vitâ privo; morte mulcto, afficio; vitam adimo, exhaurio; mortem consciscço, alicujus cædem efficio, interitum alicui affero; vitâ expello, occisione occído, conficio; vitam violo. *Adv.* Vulgò, nefariò, palam. *Usus.* Hostium copias occisione occidit Pansa. *V. Interficio.*

Occidio, onis, * das Umbringen/ das Todtschlagen/ Niedermetzelung. *Us.* Occidione occidere, *ad internecionem delere.* Occidione occumbere.

Occino, is, ere, * entgegen oder zusingen/ ansingen. *Usus.* Si avis occinuerit.

Occipio, is, ere, * anheben / anfangen. *Syn.* Incipio. *V. Incipio.*

Occisio, onis, Todtschlag/ Mord. *Syn.* Cædes, occidio. *Usus.* Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta sit?

Occludo, is, zuschliessen/ verschliessen. *Syn.* Claudo. *V. Claudo.*

Occulo, is, ere, verbergen / verstecken / vertuckeln/ verheelen. R. *ab antiq.* gulo, *idem quod* celo, *vel ab* ἐγκυλίω, *involvo.* *Syn.* Occulto, abscondo. *Us.* Parietum se umbris occulit. *Vid. Occulto, Tego.*

Occultatio, nis, Verbergung / Versteckung/ Verheelung. *Usus.* Aliæ feræ fugâ, morsu aliæ, aliæ occultatione se tuentur. Turpis occultatio sui.

Occultator, is, Verberger/ Heeler. *Syn.* Receptor. *Usus.* Occultator & exceptor latronum locus.

Occultè, heimlich / verborgener Weiß. *Syn.* Abditè, ex occulto, ex insidiis per ambages, circuitione, tectè.)(*Rectè, apertè.*

apertè. *Uſ.* Quæ res apertè petebatur, ea nunc cuniculis oppugnatur. Conditum eſſe, & abditè latere.

Occulto, as, verſtecken/ hinterhalten/ verhalten/ verbergen. *Syn.* Tego, obtego, contego, celo, recondo, ſupprimo, involvo, tenebris obſcuro, ab oculis removeo, diſſimulo, obſcurè fero. *Uſus.* Occultare ſententiam ſuam, animi ſenſus. Multæ ſunt in animis hominum latebræ & receſſus, queis ſe occultant.

Occultus, a, um, verborgen/ verſteckt/ heimlich/ geheim. *Syn.* Latens, abditus, abſconditus, reconditus, involutus, abſtruſus, tectus, obſcurus, tacitus, penetralis, clandeſtinus, furtivus.)(*promptus, apertus, manifeſtus.* *Adv.* Conſultò, mirabiliter. *Uſus.* Occultum, inteſtinum & domeſticum malum. *Phraſ.* Me uteris aſſiduè, verumtamen non omnino mei tibi ſenſus patent. Aſſiduus tibi mecum intercedit uſus, verumtamen planè non tenes animum meum; prorſus non calles conſilia mea; non penitus, non perfectè, non usque quaque tibi pateo; me ignoras; me intus & in cute non nôſti. Conſuetudo inter nos aſſidua eſt, me uteris aſſiduè, verumtamen meum morem, ingenium, meam voluntatem, mentem, conſuetudinem, mea ſtudia, meas rationes non cumulatè, non ſatis, non affatim, non exactè, non adamuſſim, non undiquaque, non ex omnibus partibus, non ex omni parte explorata, comperta, cognita, perſpecta, percepta, certa, nota habes.

Occumbo, is, ere, erliegen/ umkommen. *Syn.* Obeo, oppeto. *Adv.* Honeſtè. *Uſus.* Pro patria mortem non dubitavit occumbere. *V. Morior.*

Occupatio, nis, Geſchäfft/ Beſchäfftigung. *Syn.* Impedimentum, negotium. *Epi.* Aſſidua, magna, ſumma, tanta, vetus, magna, recondita & exquiſita, moleſta, ſumma, tanta. *Uſus.* Summis occupationibus impediebar, implicabat, diſtinebar. Moleſtiſsimis occupationibus vix me relaxare, minùs exolvere, expedire, explicare poteram. Vix mihi tempus erat ad hanc epiſtolam ſcribendam, idque ſummis occupationibus ereptum. *Phras.* Permultis iisque gravibus occupationibus ſum implicatus. Gravisſimus rerum ſuſceptarum oneribus premor. Occupatisſimus ſum. Multis in rebus maximi ponderis ſum occupatus. Diſtentiſſimus ſum. Graviſſimarum rerum cura meum animum occupat, detinet. Plurimis occupationibus impedior, detineor, diſtineor.

Occupatus, a, um, beſchäfftiget. *Syn.* Diſtentus, diſtrictus, impeditus, diſtractus, implicatus. *Adv.* Æquè, honeſtè. *Uſus.* Quamvis occupatus ſis, otii tamen plùs habes. Habere animum occupatum in re aliquâ. Id me occupatum habet. *Phraſ.* Occupatiſſimus ſum, nunquam diſtrictior fui. Noctes & dies in eo opere urgeor. Sum distentisſimus; plenus ſum negotii; ſummis occupationibus ſum deditus, ſum alligatus.

Occupo, as, einnehmen/ erobern/ bemeiſtern/ innhaben/ beſitzen. R. *ab Ob & capio.* *Syn.* Obſideo, teneo, uſurpo, poſſideo, præſidiis interclusum teneo, præſidiis, devinctum habeo. *Uſus.* Cæſar præſidiis Italiam totam occupat. Regnum, tyrannidem occupare. Tanta religio eorum mentes occupavit. 2. *Prævenio, occurro:* Ortum ſolis, ſermonem alicujus, aliquem occupare. *Phraſ.* Aliena bona vi occupavit, in meos fundos armatos immiſit; armatis catervis rem meam poſſidet, patrimonium meum injuriâ circumplexus, quaſi theſaurum. Draco agri mei poſſeſſiones occupavit; conſedit in fundis meis; tenuit, obſedit mea.

Occurro, is, ere, entgegen gehen/ begegnen/ auffſtoſſen. *Syn.* Repugno, obſto, reſiſto. *Adv.* Abundantiùs, anguſtiùs. *Uſus.* Malevolentiæ hominum, conſiliis improborum occurrere & obſtare. 2. In *mentem venio.* Nihil te effugiet, atque omni acie contemplanti, quidquid in re fuerit, oſtendet ſe & offeret, occurret animo & incidet. Occurrunt mihi aliqua, ſed hæc coràm. 3. *Obviam fio:* Miſericordia tua occurrit ſupplicibus nullis precibus evocata. Scripſi illi, ut mihi occurrat. *Phras.* Nihil mihi tum occurrit; diu cogitandi ſuccurrit nihil; nihil in mentem venit, quod aptè dicerem; quidquid in buccam venit, tum reſpondi; quidquid

ſuppe-

suppeteret, quidquid in oculis animoque versaretur, in mentem incideret, sine delectu respondi. *V. Obviam.*

Occursatio, nis, Begrüssung / Begegnung. *Syn.* Obviam itio; studium illud occurrendi, salutandique ac prensandi eos, à quibus honorum suffragia expectamus. *Epi.* Facilis. *Usus.* Vestras occursationes, studia, blanditias populares secum ablata esse ait.

Oceanus, i, das grosse Welt-Meer. Gr. ὠκεανός. *Usus.* Oceanus orientalis, occidentalis, australis, hyperboreus s. septentrionalis; Atlanticus; Gaditanus, Persicus, Indicus, Germanicus. Oceani freta. Terra circumfusa illo mari, quod magnum, quod oceanum appellatis. Oceano fervor constantissimus. Oceano fines terminarunt Romani, qui orbem terrarum amplexu finit. *V. Mare.*

Ocellus, i, Aeuglein / kleines Aug. *Syn.* Parvus oculus. *Us. Transl.* Ocelle mi. Ocelli radicis.

Ocrea, æ, * Stieffel. *Usus.* Sinistrum crus ocreâ tectum,

Ocreatus, a, um, * gestieffelt / mit Stieffeln angethan.

Octo, acht. Octavus, der achte. Octies acht mahl. Octingenti achthundert. Octingentissimus der achthunderte. Octogesimus, der achtzigste. Octogies achtzig mahl. Octonus acht / der achte / Octoginta, achtzig. Octuplus, achtfach.

Octophorus, a, um, Sänffte / Tragsessel. *Syn.* Lectica, quæ ab octo servis gestatur.

Oculatus, a, um, * scharffsichtig. *Usus.* Testis oculatus, der was mit Augen gesehen.

Oculus, i, Aug. *Syn.* Lumina. *Epi.* Abstinentes, perspicaces, acres atque acuti, aperti, integri, nimis arguti, cæci, cærulei, perversi: non solum curiosi, sed etiam errantes, licentiores, eminentes, lubrici & mobiles, venusti, tenebricosi, in cernendo subtiles, emissitii & exploratores; Cassii quidam, sed vigiles & in aspectu micantes, variantes; testes & indices animi, humanitatis ac benevolentiæ plenissimi, ampli, protuberantes, tumidi, blandientes, lucidi, albicantes, læti & quasi gaudiô toti, dolisque circumsepti, parvi, ampli, concavi, subnigri, maculosi, cæsii, sanguinei, truces, ignei, flavescentes, tenebricosi. *Usus.* Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quorum tum intentione, tum remissione, tum conjectu, tum hilaritate motus animorum significamus. *Oculos* in aliquem *conjicere*, die Augen auf einen werffen. Cupiditatis oculos ad aliquid adjicere. Alicui rei vel ad rem aliquam oculos adjicere. Scelus alicujus *ante oculos ponere*, statuere; in oculis atque auribus omnium gentium proponere, constituere. Ea res oberrat oculis, versatur ante oculos. Oculos ab aliquo nunquam *dejicere*. In oculis aliquem gerere, in oculis ferre. In oculis alicujus habitare. Oculos alicujus conspectu pascere. *Amoris plenæ sunt locutiones.* Res palam est omnium oculis. Oculos effodere, eripere, Oculis capi.

Ocyus, geschwind. *Syn.* Citiùs.)(*Tardius.*

Odeum, ei, Sing-Orth. *Syn.* Locus ædium musicis cantibus destinatus.

Odi, isti, hassen. *Syn.* Odio habeo, odium in aliquem habeo, magnô in aliquem summôque odiô feror; Invideo, alienum animum habeo, odium alicujus rei habeo. *Adv.* Acerbè, apertè, clam, impendiò magis, libenter, malè, palàm, pejùs, penitùs. *Usus.* Quem metuunt, oderunt. *V. Odium.*

Odiosus, a, um, häßlich / gehäßig. *Syn.* Molestus, fastidiosus, odio dignus. *Us.* Omnis arrogantia odiosa. In fragili corpore odiosa est omnis offensio. *Phras.* Nimiùm in consuetudine acerbus es. Nimiùm in consuetudine difficilis, durus, asper es. Tua consuetudo difficilior est. Abest consuetudo tua ab omni suavitate. Non ea consuetudo est tua, quæ propter suavitatem expetatur; minimè jucunda est, amara potiùs atque odiosa tua consuetudo. Asperitatis ac perversitatis tantum habet natura tua, quantum in consuetudine ferri vix potest. Usus tibi nullo cum homine diuturnus intercedet, ita difficilis ac durus es; iis moribus, s. eô prædirus ingeniô es. Hic vitæ tuæ cursus offendit omnes. Hâc tuâ vitâ, hâc tuâ vivendi ratione fit, ut nemo te diligat, ut nemo tibi optimè cupiat. Quis naturæ tuæ perversitatem in consuetudine ferat? Quis te possit uti homine omni-

omnium difficilimô, aſperrimô? Quis tuam conſuetudinem expetat carentem omni ſolariô, omni ſuavitate, nulla re jucundam. *V. Moleſtus.*

Odium, ii, der Haß Feindſchafft/ Groll. R. ὀδύσσω, *iraſcor. Syn.* Invidia, offenſa, offenſio. *Epi.* Acerbum, acre, apertum, capitale, diuturnum, inveteratum, civile, grave, hoſtile, immane, incredibile, infeſtum, infinitum, injuſtum, ine fimum, inſigne, penitus inſitum, intimum, juſtum, leve, magnum, majus, mediocre, mirificum nefarium, obſcurum, populare, priſtinum, privatum, proprium, publicum, ſingulare. Venenum amicitiæ, totum, vetus, univerſum, utile. *Uſus.* Odium eſt ira inveterata. In aliquem magnum *odium concitare*, ſtruere, excitare, conflare, ignere, creare. Alicui grave odium conciliare. In odium vocare aliquem. Neſcio, quomodo omnibus in *odium venerim*; In omnium odia offenſionesque incurrerem; omnium odia ſubierim, in me converterim; odia populi in me ardeant; communibus odiis premar; odio ſim ſ. in odio ſim omnibus, apud omnes; atrox in me odium omnes ſuſceperint. *Odium concipere*; in aliquem capere, habere, profiteri, indicare, expromere, ſaturare, explere. Odio diſſidere ab aliquo; odium me hominis tenet; odium juſtum in illum habeo; odiô mihi eſt. *Odium lenire*; precibus mitigare, ſedare, placare, reſtinguere, ſublevare. Odium concoquere, ſorbere. Odium ab aliquo depellere, propulſare. Odium deponere. *Odium renovare*, incendere; ad odium revocare judices. *Phras.* Omnes te ſummô odiô habent, infeſti tibi & offenſi ſunt omnes; atroci in te odiô ſunt incenſi; â te penitus averſi ſunt; capitali â te odiô diſſident; inexpiabili odiô deteſtantur te & execrantur; omnibus tecum maximæ ſimultates ſunt & diffidia; in invidiam omnium vocaris; omnium odiô conflagras; publicum es populi odium; nomen tuum gentibus omnibus odio eſt, & acerbitati. *V. Inimicitia. Invidia.*

Odor, is, Geruch/ das Riechen. R. ὀδωδή. *Syn.* Afflata ſuavitas, odoratione percepta. *Epi.* Suavis, jucundus, teterrimus, nonnullus. *Uſus.* Suavitates odorum afflantur à floribus. Odores incendere. Odoribus capi. Odorem non ferre.

Odoratus, ûs, Geruch/ das Riechen. *Syn.* Odoratio. *Uſus.* Tractationum, & odorationum voluptates.

Odoratus, a, um, mit Geruch angefüllt. *Uſ.* Lauri nemus odoratum.

Odoror, aris; o, as, riechen/ Geruch empfinden. *Syn.* Olfacio. *Adv.* Coram, diligentiùs, feſtivè, ſagaciùs. *Uſ.* Canes venatici optimè odorantur omnia, & pervestigant. 2. *Transl. Animadverto, quæro, tento, experior, agnoſcere curo, odore quôdam ſuſpicionis aliquid ſentio.* Diligenter, ſagaciſſimè, acutiſſimè odorabor, quid ſentiant judices. *V. Conjectura.*

Oeconomia, æ, Haußweſen/ Haußhaltung.

Oeconomicus, a, um, haußhälteriſch/ zum Haußhalt gehörig. *Uſus.* Liber, qui œconomicus inſcribitur, de tuenda re familiari.

Oeconomus, i, Haußhalter/ Schaffner. *Syn.* Pater familias, Herus.

Oenophorum, i, Wein-Gefäß. *Syn.* Vas vinarium.

Offa, æ, Brey/ Biſſen. *Syn.* Globoſus, orbiculatus cibus. *Uſ.* In offam pultis invadere.

Offendo, is, ere, verletzen/ beleidigen. *Syn.* Offenſionem affero, injuriam facio. *Adv.* Graviter, vehementer, paulùm, tantulùm. *Uſus.* Neminem unquam non re, non verbo, non vultu denique offendit. Pergraviter mihi videris offenſus. Exiſtimationem meam graviſſimè id dictum offendit. 2. *Impingo, incurro, irruo.* Quis tam lynceus, ut in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? In arrogantiam offendere. 3. *Pecco, delinquo.* In quo ipſe offendis, ne alium reprehenderis. 4. *Invenio.* Non offendes eundem, qui olim fuit. Offendes vaſtata tecta, laceratam Italiam. 5. *Lædo.* Brachium is lapſus offendit. *Phraſ.* Non id egi, ut eum graviùs offenderem. Dedi operam, ut eum parcè & molliter læderem. Nihil paulò graviùs in illum cogitavi. Commovere illum leviter volui, non acerbè vexare. *V. Lædo.*

Offenſa, æ, Beleydigung/ Verletzung. *Epi* Magna. *Uſ.* Magna in offenſâ ſum. Magnam offenſam ſubiit apud Pompejum.

Offenſio,

Offensio, nis, Beleydigung/ Verletzung. *Syn.* Incommodum, detrimentum, damnum, molestia, calamitas.)(*Benevolentia*, *delectatio*. *Epi.* Acerba, non dissimilis, gravis, magna, odiosa, periculosa, popularis, privata, vitiosa, contraria. *Usus.* Graves solent esse offensiones è gravibus morbis. Corporum offensiones sine culpâ accidere possunt, animorum nonitem. Præstabo, te nihil inde offensionis habiturum. 2. *Odium, simultas, dissidium*, *inimicitia*. Ea res illi magnam *offensionem concitavit*, fecit, attulit; offensioni fuit. Justa inde *offensio nata* est & exorta. Id offensionem populi incurrit, in offensionem populi cecidit. *Offensionem sublevare*, lenire, omittere, deponere, oblitterare omnes pristinas offensiones. Quis offensionem omnem vitet, effugiat? *V. Odium.*

Offensiuncula, æ, Beleidigung/ Verletzung. *Syn.* Offensa.

Offensum, Beleydigung/ Verletzung/ Anstoß. *Syn.* Offensio. *Usus.* Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluptatem lædit.

Offero, ers, erre, antragen/ anbieten. *Syn.* Polliceor, profiteor, defero.)(*Recuso.* *Usus.* Operam navare, testimonium polliceri. Offerre se in discrimen pro salute alterius. Quod sors obtulit, hoc agam. Ultrò se offerre alicui & projicere sese. Morti se pro patriâ, ad mortem offerre. 2. *Præbeo*, *affero:* Alicui spem, metum, luctum, mœrorem, gaudium, religionem, mendicitatem, incendium, injuriam, offerre. 3. *Oppono, resisto.* Sceleri ejus & dementiæ me obtuli.

Officina, æ, Werckstatt. *Syn.* Locus sellæ atque operis & quæstûs quotidiani. *Us.* Nihil ingenuum potest habere officina. Officinas armorum instituere, instruere. Hæc domus officina nequitiæ. Philosophi ludos instituêre, velut officinas sapientiæ.

Officio, is, ere, schaden/ schädlich seyn. *Syn.* Noceo, obsum, obsto, obsisto, obscuro. *Usus.* Cur meis commodis, fortunis, officis atque obstas? Nec mentis luminibus officit altitudo fortunæ. Umbra terræ soli officit.

Officiosè, dienstwillig/dienstfertig. *Syn.* Amanter, amicè.

Officiosus, a, um, bereitwillig/ geflissen/ dienstfertig. *Syn.* Plenus officii, in quo inest liberalis gratificandi voluntas.)(*Inofficiosus.* *Adv.* Summè. *Usus.* Homo summè in omnes officiosus. Homo officiosissimus, liberalissimus, humanissimus. *Phras. Officia sua deferentis formulæ.* Nihil non agam in tua causa. Subibo omnia tui causâ. Nullum pro te laborem, nullum onus aut officium recusabo. Tuis in rebus totô pectore, cunctis viribus contendam. Nervos omnes, ubi res tuæ postulabunt, intendam. Omnia mihi pro te suscepta, nec difficilia, nec injucunda erunt. Mea tibi studia atque officia præstò erunt. Omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tuis rebus consumam, ponam. Officium meum nunquam, nusquam requires. Mea studia non desiderabis. Omnia tibi studia, omnia prorsus officia debeo tuis beneficiis. Præstare cogor tua causâ, quidquid possum; quantum valeo, quantùm viribus consequi possum, quantum in me situm est. Omnia mea in te studia conferre debeo. Tua in me beneficia meum omne studium, omne officium, omnes â me curas, omnem industriam, omnia denique, quæ in me sunt, non solum postulant, verùm etiam exigunt. Obsequi tuæ voluntati, morem gerere, parere, inservire tuæ voluntati prorsus in omni re debeo. Omnia tibi studia præstare debeo. Quæcunque tibi commodare potero, omni curâ ac diligentiâ complectar. Quæ tibi intelligam esse accommodata, omni studiô persequar, diligenter præstabo. Meum in te studium iis maximè declarabo, quibus plurimùm significare protuero. Tuam mihi existimationem & dignitatem esse charissimam, studium meum dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam amplificandæ & augendæ summum omnes intelligent. Nihil tibi erit tam promptum aut paratum, quàm in omnibus, quæ ad voluntatem, ad commodum, ad amplitudinem tuam pertineant, operâ, curâ, diligentiâ mea uti. Profiteor atque polliceor eximium & singulare meum studium in omni genere officii, quod ad honestatem, ad gloriam, ad rem tuam pertinet. Nulla tibi in re neque studium, neque benevolentia mea deerit, præstò non erit. Qui an-

tea

tea fui, idem inposterum futurus sum in te amando & amplificando. Quæcunque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil prætermittam, quod positum sit aut in ipsa re, aut in honore verborum. Nunquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas deerit. Polliceor tibi studium meum, operam meam sine ullâ exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Quidquid valeo, universum studium meum & benevolentiam, ad te defero. Vincam meis officiis cogitationes tuas. Ea tuâ causâ præstabo, quæ vix credas, quæ â me præstari nunquam credidisses. Dabo operam, ut intelligas, me neminem esse majoris officii, officii studiosiorem, in officio studiosiorem s. diligentiorem, in quo plus officii sit s. resideat. Velim, utâris meâ operâ. Quid est, quod tuâ causâ non debeam?

Officium, ii, **Ampt / Pflicht / Dienst.** *Syn.* Partes, munus, muneris officium, opus. *Epi.* Antiquum, civile, commune, consulare, debitum, diuturnum, domesticum, egregium, fictum, gratum, humanum, inchoatum, integrum, interruptum, justum, pium, liberale, necessarium, magnum, maximum, mediocre, medium, melius, mirificum, multum, novum, obscurum, perpetuum, perfectum, pristinum, privatum, proprium, provinciale, publicum, quæstorium, quotidianum, recens, rectum, salvum, sanctum, simplex, singulare, summum. *Usus.* Offiicium suscipere, exequi, facere. Officiô fungi, officiô præesse. Officium oratoris est, persadere. De officio decedere; aliquid ab officii dignitate, & functione alienum admittere. 2. *Beneficiorum promeritum*, officium suum polliceri alicui. Officiis aliquem prosequi, devincire, comprehendere, amplecti, complecti, vincere. Officia præstare, tribuere alicui. Munus officii exequi. Conferre in aliquem officia. Multa à te officia in me collata sunt, profecta sunt; multa mihi tecum officia intercedunt. Fungi officiô; in officio manere, esse. Officium amici explere, tueri, retinere. Multa extant, constant ejus in me officia. *Officium* receptum *reddere*, cumulatè solvere, persolvere. Officiis mutuò respondere. Vincere studiis amicorum officia. Officium *negligere*, interrumpere, intermittere, prætermittere. Tibi nullum â me amoris, studii, pietatis officium defuit; nunquam officio amici defui; nunquam ab officio boni viri recessi, discessi, cessavi, declinavi, abduci me passus sum; non comittam, ut meum officium desideres, requiras. *Thras.* Consulis officium suscepit, cœpit. Postquam ad Rempublicam accessit, consularis procuratio s. honor ei mandatus est. Consulatûs munia suis cervicibus atque rempublicam sustinet. Officia Consulis & partes suscepit. Consulatum magnificentissimè atque optime gerit, obit. *V. Magistratus. Dignitas. Honor.*

Offundo, is, ere, **entgegen giessen / aufgiessen.** *Syn.* Objicio, offero. *Usus.* Tu Majoribus tuis magnas offudisti tenebras. Errorem alicui offundere & noctem.

Olea, æ, **Oelbaum.** *Epi.* Sempiterna. *Usus.* Agricola, cùm florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat.

Olearius, a, um, **zum Oel gehörig.** *Usus.* Cella olearia.

Oleaster, ri, **wilder Oelbaum.**

Oleo, es, ere, **riechen / Geruch geben.** R. ὀλερὸς, *fœtidus.* *Syn.* Redoleo, odorem spargo s. spiro. *Transl.* Indico. *Adv.* Bene, malè. *Us.* Mulieres benè olent, quæ nihil olent. In tuâ oratione multa peregrinum quid sonant & olent.

Oleum, ii, **Oel.** *Usus.* Ignis gliscit oleo. Aristæus inventor olei. Oleum & operam perdere, **Hopffen und Maltz verlieren.**

Olfacio, is, ere, **riechen / den Geruch empfinden.** *Syn.* Odoror, odorem percipio. *Usus.* Olfacere aliquid, fasciculum ad nares admovere.

Olim, **vorzeiten / weiland.** *Syn.* Quondam, quôdam tempore, aliquando, antiquitùs, jam diu.)(*Nunc.* *Usus.* Sic olim loqnebantur.

Olidus, a, um, * **wohl oder übel riechend.** *Syn.* Bonum vel malum odorem habens.

Olitor, is, **Gärtner.** *Usus.* Olitorem pro horto conducere.

Olitorius, a, um, * **zum Kraut gehörig.**

rig. *Usus.* Forum olitorium, Kraut-marckt.

Oliva, æ, Oelbaum / Oelbeer / Oliven. *Syn.* Olea.

Olivetum, i, Oelgarten. *Syn.* Collis olivis consitus.

Olla, æ, ein Hafen / Topff. *Syn.* Denariorum implere ollam.

Olusculum, Kräutlein/Salat. *Syn.* Minutum olus.

Olus, eris, * Kraut / Küchsel- und Garten-Gekräute/ Kräuterwerck. *Syn.* Herba sativa, quæ est in usu cibario. *Us.* Oler a fastidire.

Omen, inis, Vorzeichen / Anzeichen. *Syn.* Dictum, aut factum casu exceptum, quo rei cujuspiam eventus portendi posse videatur. *Epi.* Clarum, detestabile, prærogativum, paganum, bonum, funestum, triste, malum. *Usus.* Ominibus bonis vel tristibus abeuntem prosequi. Capio, accipio omen. Quod Dii omen avertant, obruant, prohibeant! Nullis auspiciis, funestis ominibus & execrationibus rem aggressus, territis omnibus, velut fœdô omine incipiendæ rei. Id â plerisque in magni terroris omen acceptum est. Nomen & omen habere, den Namen mit der That haben.

Ominator, is, * Wahrsager Zeichendeuter. *Syn.* Qui omina capit.

Ominor, aris, prophezeyhen / weissagen / wahrsagen/ muthmassen. *Syn.* Auguror. *V. Augurium.*

Omitto, is, ere, unterlassen. *Syn.* Mitto, prætermitto, relinquo, dimitto, missum facio, prætereo, non exequor. *Adv.* Omnino, planè.)(*Adipiscor.* *Usus.* Omitte timorem, iram, solicitudinem, timorem, spem &c. inanem. Omisit pietatem & humanitatem. *Phras.* Omitte, quæso, cœptum illud negotium; officium illud melius repudiabis, prætermittes; non existimo utendum tibi eâ curâ; transibis meliùs taciteque præteribis, quæ cœpisti; tutò relinques, negliges, abrumpes cœpta; meliùs supersedebis eo negotio. *V. Relinquo,*

Omnino, gäntzlich / allerdings / allzumahl. *Syn.* Utique, usquequaque, Planè, prorsus, funditus. *Usus.* Vix aut omnino non potest fieri. *Phras.* Malum illud vix omnino sanabitur; vix radicitùs, ab ipsâ stirpe, funditùs auferetur, extrahetur; rami fortasse amputabuntur, non item omnes radicum fibræ evellentur; malum id planè vitari non poterit; malum illud omnino, in omnes partes, per omnia molestum, vix removebitur ex integro, sic ut nihil supersit.

Omnipotens, tis, allmächtig. *Verbum Poeticum.*

Omnis, e, all/ aller. R. ὁμῶς, *simul unà.* *Syn.* Totus, cunctus, universus, quicunque, quivis, quis omnium non? Privati, summi, infimi, omnes ad unum. *Adv.* Omnino.)(*Nullus.* *Usus.* Totâ mente atque omni animô. Omnia minima, maxima per se agit. Nemo omnium. *Phras.* Omnes te amant, quidquid est hominum in urbe; omnes certatim, alius ardentiùs aliô te diligunt. Omnium generum, ætatum, ordinum homines; omnes viri ac mulieres; omnis fortunæ ac loci homines; omnes populi cunctæque gentes; Dii, cives, peregrini; omnes te viri, mulieres, liberi, servi; quantum est civium, ad unum omnes, singuli & universi, te in amoribus habent.

Omnivagus, a, um, hin und her schweiffend. *Usus.* Diana omnivaga dicitur.

Onager, ri, Waldesel. *Syn.* Asinus ferus, & sylvestris.

Onerarius, a, um, mit Last beladen/ lastbar. *Usus.* Oneraria navis, Last-Schiff.

Onero, as, beladen / beschweren. *Usus.* Aures alicujus onerare mendaciô. *Vid. Onus.*

Onerosus, a, um, beladen / schwehr. *Syn.* Gravis, ponderosus. *V. Gravis.*

Onus, eris, Last / Beschwerde / Bürde. R. ab ὄνος, *asinus.* *Syn.* Pondus, partes, munus. *Epi.* Commune, grave, leve, magnum, tantum. *Usus.* Grave alicui onus imponere, addere. Onus laboris maximum in me recepi, suscepi. Onus sustuli, sustineo, habeo gravissimum. Onere premi, opprimi. Onere levare; onus allevare; onus deponere. Honos onus, Würde / Bürde; Ehre / Beschwerde. *Phras.* Hoc onus, si tu ex parte aliquâ allevabis, feram, ut potero, studiô & industriâ; si

à te

à te deserat, tamen animô non defici-am; quod si perferre non potero, opprimi me onere officii, malo, quam id, quod mihi semel cum fide impositum est, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi detrectare. Non impones equidem cervicibus meis onus, quô concidam; non injunges, quibus succumbam; si omnia tamen in me inclinata fuerint onera, feram, ut potero.

Onustus, a, um, beladen / beschwert. *Usus.* Asellus onustus auro.

Opaco, as, dunckel machen / schatticht machen / verdunckeln. *Syn.* Obscuro. *Usus.* Terras nox oppacat. Platanus patulis diffusa ramis ad opacandum locum aliquem. *V. Obscuro.*

Opacus, a, um, schattecht / dunckel. *Syn.* Obscurus, ater, frigidus, umbrosus.)(*Apricus.* *Usus.* Opaca nubes, locus opacus & frigidus in sylvis.

Opera, æ, Arbeit / Mühe / Fleiß. *Syn.* Administratio, munus, studium, actio, opus, procuratio, cura. *Epi.* Egregia, forensis, fortis fidelisque, gratior, insignis, non mediocris, melior, militaris, mirifica, multa, magis opportuna, par, patria, publica, singularis, summa, tenuis. Annuæ, gratiosissimæ, mercenariæ, pulcherrimæ, successivæ, urbanæ, *Usus.* Operam suam profiteri. Græcis litteris multum operæ dedi; in Græcis multum laboris & operæ consumpsi; posui. Majorem operam suscepi, quam eæ litteræ exigerent. Multam curam operamque in Græca, ad Græca contuli; multam Græcis operam dedi, navavi; multum operæ amicis tribuo, loco, dico. Operâ illi meâ diligenter utuntur. In eorum rebus omni operâ ac diligentiâ enitor. Operam dedi Platoni, *auditor sum Platonis.* Operam dare rebus divinis, libris, sapientiæ. *Operæ parcere*, de priore operâ multum detraxi, operam à Græcis litteris removi; operam omnem perdidi, lusi. Opera mihi omnis periit. In eo instruendo oleum & operam perdes. Datâ deditâ operâ id fecit. Vix erit operæ pretium, es verlohnet sich kaum der Mühe 2. *Mercenarius, homo ad operas conductus, operarius*, Arbeitsleuthe / Taglöhner / Handlanger. Operæ mercenariæ, multitudo conducta. Venditat se operis.

Operarius, a, um, was zum Arbeiten gehörig.

Operarius, ii, Arbeiter / Taglöhner. *Syn.* Bajulus. *Usus.* Operarii, qui in tabernis sunt amantissimi otii; operæ publicæ, tabernarii. Operarius homo, Handwercker / Handwercksmann. Lapides operarii, Werckstück. *V. Mercenarius, merces*

Operatio, nis, Werck / Wirckung / das Arbeiten. *Syn.* Opera.

Operculum, i, Deckel / Stürtze. *Usus.* Arteria tegitur quôdam quasi operculô. Dignum patellâ operculum; *Prov.* auff solchen Topff gehört eine solche Stürtze.

Operimentum, i, Decke / Uberzug / Futteral. *Syn.* Integumentum, operculum.

Operio, is, ire, bedecken / überziehen. *Syn.* Tegô, obvolvo. *Usus.* Capite est fere opertô.

Operosè, mühesam. *Syn.* Laboriosè, nimiâ curâ & operâ. *Usus.* Ne fiat operosè, esset enim nimius labor.

Operor, aris, beschäfftigt seyn / arbeiten. *Syn.* In opere aliquo faciundo laborô.

Operosus, a, um, arbeitsam / mühesam. *Syn.* Laboriosus, actuosus.)(*Iners, languidus.* *Usus.* Scribebam spissum sanè opus & operosum, Senectus non modò languida & iners non est, verùm operosa, semper agens aliquid & moliens cum labore molesto & operoso. *Thras.* Hæc magni negotii res est; res admodum operosa; res occupationis non exiguæ. Res ejusmodi, ut curam ac diligentiam non mediocrem postulet; ut non leviter curanda sit; ut non frigidè, aut languidè agenda, si tractanda videatur. *V. Difficilis.*

Opes, um, Reichthum / Haabseligkeit / Vermögen / Güter. *Syn.* Potentia, divitiæ, facultates, copiæ. *Epi.* Alienæ, divinæ, exiguæ, firmiores, incredibiles, invidiosæ, magnæ, mediocres, nimiæ, novæ, præstantes, pristinæ, regiæ, tantæ, tenues, violentæ, urbanæ, utiles. *Usus.* Opibus *affluere*, abundare, præditum esse. Augere, consectari opes. Opes *evertere*, frangere. Omnibus opibus ac viribus repugnare alicui

Fundatæ ac bene constitutæ opes. *Vid. Divitiæ. Copia. Fortuna.*

Opifex, cis, Handwercksmann / Werckmeister / Handreicher / Handlanger. *Syn.* Artifex. *Usus.* Opifex & ædificator mundi Deus. Opifices & tabernarii, fex illa civitatum. Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentiâ sustinetur, alitur otiô.

Opimus, a, um, feist / mastig / fett. *Syn.* Pinguis, amplus, magnificus.)(*Gracilis, tenuis, strigosus, subtilis.* *Usus.* Spolia, præda opima. Terra opima & fertilis. Oratio opima & adipale dicendi genus.

Opinabilis, e, glaublich / vermuthlich / muthmaßlich. *Syn.* Quod in opinione positum est. *Usus.* Artes, quæ conjecturâ continentur, sunt opinabiles.

Opinatio, nis, Meinung / Vermuthung / Muthmassung. *Syn.* Opinio. *Epi.* Vehemens.

Opinatò, vermeintlich / muthmaßlich / vermuthlich.)(*Præter opinionem, præter spem, improvisò.* *Usus.* Nec opinatò eum offendi.

Opinator, is, Wähner / Muthmasser / Zweiffeler.)(*Sapiens.* *Usus.* Magnus opinator sum, non enim sum Sapiens.

Opinio, nis, Meinung / Vermuthung / Muthmassung. R. *à Græc.* πινύω, *intelligo.* *Syn.* Sententia, sensus, existimatio, conjectura. *Epi.* Adversaria, æterna, bona, censoria, certa, communis, conciliatrix amicitiæ, dubia, effrenata, errans, ementita, falsa, firma, gravis, stabilis, honesta, imbecilla, improba, incommoda, incorrupta, penitus insita, jucunda, longior, magna, mala, necessaria, obscura, perniciosa, popularis, publica, recens, tacita, tanta, varia, vehemens, vera, vetus, vulgaris, vitiosa, brevis, depravata, gloriosa, humana, laudabilis. *Usus.* Opinio est imbecillis assensio. Hæc opinio est populi Rom. Ita fert opinio. In eam opinionem adductus est populus, eâ opinione imbutus. Ea opinio urbem pervasit, implevit; edita est in vulgus ea opinio; eam opinionem imbibêre; eam de te opinionem accepêre; in eam opinionem venêre, discessêre, incidêre omnes; eam opinionem habent, tenent; in eâ opinione sunt cives; inveteravit hæc opinio; multa erant, quæ eam opinionem confirmârunt; opinionem eam nemo deponet; nihil homines ex eâ opinione movebit. 2. *Sententia*: Inserere, tradere novas opiniones; evellere, convellere, excutere antiquas. 3. *Fama, existimatio.* Conceptæ de se opinioni respondere; opinionem de se præbitam superare & vincere; opinione meliorem se ostendere. *Phras.* Unus omnium bonorum est sensus; eadem est omnium sine ullâ varietate opinio; eòdem concurrunt omnium sententiæ; idem omnes spectant, probant, opinione tuentur; sequuntur idem omnes; opinionum nulla est varietas.

Opiniosus, a, um, wahnsüchtig / voll Einbildung / einbildisch. *Syn.* Magnus opinator. *Usus.* Homo omnium opiniosissimus. *V. Pertinax.*

Opinor, aris, meynen / vermeynen / wähnen / muthmassen. *Syn.* Opinionem habeo; opinio mea est, fert; puto, in opinione sum, existimo. *Adv.* Falsò, temerè. *Usus.* Homines multa in vita falsò opinantur. *V. Indico. Puto.*

Opiparè, herrlich / stattlich. *Syn.* Lautè, apparatè, splendidè, jucundè epulari.

Opiparus, a, um, * stattlich / herrlich. *Syn.* Magnarum opum.

Opis, is, Hülff / Vorschub / Beystand. *Syn.* Auxilium. *Usus.* Opis indigere; in calamitatibus opem petere, implorare, expectare. Salutem indigentibus & opem ferre, afferre, porrigere, tendere. Quâcunque ope potero, te juvabo. *V. Auxilium. Faveo.*

Opitulor, aris, helffen / beyspringen / beystehen. *Syn.* Opem fero, subvenio. *Usus.* Homini oppresso jam & desperato opitulatus sum. Ut quisque opis maximè indiget, ita opitulari decet. *Phras.* Laborantibus amicis opem ferre debemus; laborantibus amicis opitulari, præstò esse, auxilium ferre, auxiliò esse, subvenire, subsidio esse, adesse, minimè abesse; amicos miseriis oppressos levare æquum est, jus est, decet, convenit; si quod in malum ceciderit amicus, occurrere & erigere jacentem debemus. Fer opem occidenti patriæ;

excipe

excipe cadentem patriam; medere patriæ gravissimè laboranti; eripe è summis miseriis patriam; auxiliare patriæ; adjuva patriam; noli deesse patriæ; noli committere, ut auxilium tuum patria desideret, in tam adversâ fortunâ, in tantis malis, calamitatibus, infortuniis, miseriis, tam duris ac tristibus s. perditis temporibus. *V. Auxilium. Faveo.*

Oportet, es ist vonnöthen/ es muß. R. *q. opus est, vel opus portat.* *Syn.* Convenit, attinet, decet, necesse est, *Adv.* Omnino, contrà, jam pridem. *Usus.* Contra, ac oporteret, egisti. Ex rerum cognitione efflorescat necesse est, oportet, oratio.

Operio, ire, bedecken/ zudecken. R. *ex ob & pario.* *Syn.* Tego, contego, obvelo. *Usus.* Operire caput, das Haupt bedecken.)(Aperire caput, das Haupt entblössen/ den Hut abnehmen/ abziehen. Operire ostium, luctum.

Opperior, iri, warten. *Syn.* Expecto. *Usus.* Ibidem te opperiar. *Vid. Expecto.*

Oppessulo, as, *verrieglen. *Usus.* Fores oppessulatæ. *V. Ianua.*

Oppeto, is, ere, sterben. *Syn.* Morior, occumbo, obeo. *Adv.* Millies. *Usus.* Mortem pro republica oppetere.

Oppidanus, a, um, städtisch. *Usus.* Oppidanum dicendi genus.

Oppidò, sehr/ fast viel/ über die Maaß. *Syn.* Sanè. *Usus.* Homo oppidò ridiculus.

Oppidum, i, Stadt/ Marckflecken. R. ab ope petenda. *Syn.* Urbs. *Epi.* Antiquum, celebre, clarum; frequens, volckreich; nobile, ornatum, devium, lautissimum, locuples, honestum, munitum, non maximum, vetus, sanum, tenue, vacuum à bello, florentissimum, miserrimum, prostratum ac dirutum. *Phras.* Constituere oppidum, anrichten.

Oppignoro, as, verpfänden/ versetzen. *Syn.* Do pignori, relinquo pignori.

Oppilo, as, verstopffen/ zustopffen. *Syn.* Obstruo, claudo. *V. Obstruo.*

Oppleo, ere, zufüllen/ voll füllen. *Syn.* Impleo.

Oploro, as, vor einem weinen/ in eines Angesicht weinen. *Syn.* Ploro. *Usus.* Non auribus meis opplorare desines.

Oppono, is, ere, widersetzen. *Syn.* Objicio, contra statuo. *Adv.* Falsò, formidolosè. *Usus.* Sed quid oppones tandem? authoritatem suam invidiæ opponere. *V. Resisto.*

Opportunè, zu rechter und gelegener Zeit. *Syn.* Non incommodè, locô, in loco, tempore, in tempore.)(*Iniquô locô, alienô tempore.* *Usus.* Opportunè adest.

Opportunitas, atis, Gelegenheit/ Bequemlichkeit. *Syn.* Occasio, tempus actionis opportunum, utilitas.)(*Importunitas.* *Epi.* Divina, idonea, major, maritima, melior, magna, maxima, plurima. *Us.* Opportunitas idoneorum ad agendum temporum. Tenendam hanc horam puto, urgendam opportunitatem; Loci opportunitatem, credo, secutus est. 2. *Usus* Magnæ sunt fluminum opportunitates. Natura provida utilitatum opportunitatumque omnium.

Opportunus, a, um, wohl gelegen/ bequem. *Syn.* Commodus,)(*Importunus.* *Adv.* Maximè. *Usus.* Opportunum actionis tempus. Nihil post hominum memoriam opportunius accidere vidi. Opportunum diversorium. *Phras.* Opportunus sanè fuit adventus tuus; commodùm advenisti; maximâ opportunitate; planè per tempus, scitè satis & commodè, tempestivis sanè temporibus nobis advenisti. *Vid. Commodus, aptus.*

Oppositio, nis, Gegensatz/ Gegenstand. *Syn.* Oppositio Negationis.

Oppositus, ûs, Gegensatz/ Gegenstand. *Usus.* Non modò excubias, sed oppositûs nostrorum corporum tibi pollicemur.

Oppositus, a, um, widergesetzt/ entgegen gestellt. *Syn.* Diversus, adversus, contrarius, è regione situs. *Usus.* Propugnaculum hostibus oppositum & objectum. Moles oppositæ fluctibus, fluminibus.

Oppressio, nis, Unterdruckung. *Syn.* Obsessio, oppugnatio, occupatio. *Epi.* Tetra, detestabilis. *Usus.* Oppressio curiæ, legum, libertatis.

Oppressor, is, Unterdrücker. *Us.* Vindex & oppressor conjurationis.

Opprimo, is, ere, unterdrücken. *Syn.*

 Servi-

Servitute oppressum teneo, subigo, abscondo, obruo. *Adv.* Maximè, miserè, improvisò, studiosiùs, funditùs, indignissimè, planè, jam pridem. *Usus.* Onere, dolore opprimi. Circumveniri te dicis & opprimi. Conficere & imparatos opprimere hostes. Contumeliis opertus, & oppressus. Captus, obrutus, oppressus malis. *V. Vexo. Affligo.*

Opprobrium, ii, **Schmachred / Beschimpffung.** *Syn.* Dedecus, ignominia, *V. Ignominia.*

Opprobro, as, **fürwerffen/schmähen/beschimpffen.** *Syn.* Exprobro probrô afficio, probrum objicio. *Vid. Exprobro.*

Oppugnatio, nis, **Bestürmung / Anfall zum Sturm.**)(*Defensio. Epi.* Publica. *Usus.* Oppugnationem inferre, sustinere.

Oppugnator, is, **Stürmer / Bestürmer.** *Syn.* Qui contra pugnat, qui fert arma contra.)(*Defensor. Usus.* Patriæ, salutis meæ oppugnator. *Vid. Adversarius.*

Oppugno, as, **stürmen / bestürmen / bekriegen.** *Syn.* Impugno, arma contra fero, oppugnationem infero, prodo.)(*Propugno, defendo. Usus.* Obsidere, oppugnare, labefactare aliquam urbem. Clandestinis insidiis, cuniculis caput alicujus oppugnare. *V. Adversarius. Inimicus.*

Optabilis, e, **Wünschens werth.** *Syn.* Optatus, optandus, expetendus, potior. *Usus.* Quæ vulgò expetenda & optabilia videntur.

Optabiliter, **nach allem Wunsch.** *Syn.* Desideriô, optatò.

Optatio, nis, **Wunsch / Wahl.** *Syn.* Optio, optatum. *Usus.* Cum ei tres optationes dedisset, optavit ptim...

Optatò, **nach Wunsch und Verlangen.** *Syn.* Optabiliter. *Usus.* Optatò veneris.

Optatum, i, **Wunsch.** *Syn.* Somnium, desiderium, votum. *Usus.* Furiosorum optata. Fortuna respondens optatis. Illud præter optatum meum accidit. Est mihi in optatis proficisci.

Optimas, tis, **der Fürnehmste.** *Syn.* Senator ex summis civitatis viris, primarius, princeps, nobilis. *Epi.* Gravissimi, nocentes. *Usus.* Contra voluntatem omnium optimatum. Optimates matronæ. *V. Summus. Princeps.*

Optimè, **sehr gut.** *Syn.* Præclarè.

Optimus, a, um, **der Beste.** *Syn.* Lectissimus, beneficentissimus, præstantissimus. *Usus.* In omnibus rebus difficilis est optimi perfectio, & absolutio. *Phras.* Vir est omnium optimus, longè commodissimus, flos civitatis, ornamentum & firmamentum Reipublicæ nostræ; in quo omnia summa; columen rerum nostrarum. *V. Præstantia. Egregius.*

Optio, nis, **Wahl.** *Syn.* Potestas, electio. *Epi.* Misera. *Usus.* Utrò frui malis, tua sit optio. Optionem eligendi alicui dare, deferre, facere.

Opto, as, **wünschen.** R. ὄπτομαι, *dispicio.* *Syn.* Cupio, desidero, exopto, expeto, vota facio, eligo. *Adv.* Valde, falsè, amicè, suavissimè, maximè. *Usus.* Tibi favemus, tibi omnia bona cupimus; tibi optamus ea, quæ &c. *Vid. Desidero. Cupio.*

Opulentia, æ, **Reichthum / Vermögen.** *Syn.* Opes.)(*Inopia. Usus.* Opulentiam parâsti ex sanguine civium. *Vid. Divitiæ.*

Opulentus, a, um, **reich / vermögend / bemittelt.** R. *q. opibus oppletus. Syn.* Dives.)(*Inops. Usus.* Opulentissima & beatissima civitas. *V. Dives.*

Opus, eris, **ein Werck.** R. *ab* ἕπω, *facio, vel* ἄπος *labor. Syn.* Munus, opera, artificium. *Epi.* Antiquum, artificiosum, bonum, censorium, declamatorium, egregium, grave, inchoatum, ingens, magnificum, magnum, arduum, difficile, menstruum, mirabile, multum, nimium, operosum, optimum, oratorium, perfectum, elegans, elaboratum, singulare, spissum, summum, supervacaneum, totum, vitiosum, urbanum; annua, divina, florentissima, grata multis, humana, inculta, rustica, sacra, tanta. *Usus.* Magnum opus est, & fortè de humanis maximum. Homo unius operis. Vas antiquô, præclarô opere, summô artificiô. Arcem magnis operibus sepsit. Opus magnum & arduum perfecisti, confecisti, concinnâsti, absolvisti. Galeæ opere Corinthiô celatæ. Opera manufacta. Opus vel in hac urbis magnitudine conspiciendum.

Opu-

r

Opusculum, i, Wercklein. *Epi.* Lucubratum, parvum, minutum. *Syn.* Minutorum opusculorum fabricator.

Opus est, es ist vonnöthen. *Syn.* Convenit, tempus fert, res fert, si usus est, si ita commodum vestrum fert, necesse est. *Adv.* Multùm, planè, valde, vehementer. *Usus.* Opus quidem est, minùs tamen necessarium; factô nunc opus est. Omnia mihi pollicitus est, quæ mihi opus forent. Acutô & expeditô homine nobis opus est. *Phras.* Si ita factô opus erit, per me facies. Si ita res cogit, rerum ordo postulabit, res desiderabit s. flagitabit, si ita rationes tuæ postulabunt, si rei necessitatem tibi impositam videbis; si causa postulabit, aut ipsa necessitas coget; si operæ pretium fuerit; si ita res feret, ac postulabit; si fuerit, cur rem aggrediare; si attinuerit, si res celeritatis indiguerit, si oportuerit, si necesse fuerit, si operæ fuerit, si satis causæ fuerit, si ita res comparatæ, si usus fuerit, transiges, ùt videbitur. *V. Oportet. Interest.*

Ora, æ, Bort/ Gräntze/ Marckung. *Syn.* Regio, pars terrarum, extremitas. *Epi.* Altissima, australis, externa, latior, maritima, prima. *Usus.* Æther extrema ora, & determinatio mundi. Ora maritima.

Oraculum, i, Weissagung / Göttliche Antwort. *Syn.* Deorum responsio, vaticinium. *Epi.* Celebre, gratum, proprium, verax, verum. *Usus.* Ab Apolline oraculum petebant. Oracula afflatu divino funduntur, dantur, eduntur. Jussum & oraculum. Discordia responsa velut ex ancipiti oraculô dare.

Oratio, nis, eine Rede/Gebät. *Syn.* Locutio, sermo, concio. *Usus. Oratio laudata.* Oratio scripta elegantissimè, perelegans & subtilis, copiosissima, ornatissima, bonis artibus instituta, curis & vigiliis elaborata. Diu & multis elucubrationibus commentata, puris & electis verbis composita, sapientissimis sententiis & gravibus verbis ornata atque perpolita, composita, ornata, & artificiô quôdam & perpolitione distincta; fortis, lenis, placida, submissa, plena, docta, erudita, admirabilis, polita, conspersa sententiarum & verborum floribus, luminibus verborum & sententiarum frequentata, altiùs exaggerata, incitata, volubilis, æquabilis, vibrans, accurata, tracta & fluens, contorta, acris, plena, litteratæ senectutis, fervidior, pugnax, pacata, sedata, lenis, sententiis arguta, verbis sonans, adipalis, opima, perpetua, cohærens, concinna, festiva, juncta, pura, splendida.

Oratio vitiosa, oratio diffluens, dissoluta, turgens, inflata, jejuna; priscis, novis, & duriter translatis verbis composita; arida, exanguis, spinosa, exilis, jejuna, abhorrens ab auribus vulgi, inanis, obstricta, contracta, numeris dissipata, inculta, diffluens, dissoluta, angusta, rapida, celeritate cæcata, aspera, horrida, tristis, neque perfecta, neque conclusa. *Orationis flos*, Copia, facultas, lumen. *Orationis severitas*, tristitia, ariditas, exilitas, jejunitas, paupertas, duritas. *Orationem dicere*, habere, instituere, informare, efflorescere, consistere. Oratio canescit; orationis facultas exarescit.

Oratio blanda: Compta ista oratio mihi non arridet, composita hæc blandaque & aulica verba minime desidero. Facessat, valeat hæc officiis plena oratio. Supervacanea sunt apud me officiosa hæc verba. Non opus est verborum circuitione. Translatitia hæc verba, quæso, prætermitte. Majorum more sine fuco mecum agas, oportet.

Oratio brevis. Ut rem paucis complectar. Ut rem paucis perstringam, comprehendam. Ut summatim exponam. Ut brevitate utar. Ut paucis concludam. Ut in pauca multa conferam. Ut satietatem longæ orationis effugiam. Ne multa: ne multis: ne plura: ne pluribus: ne te multis morer, teneam: ne longam orationem suscipiam: ne longam ac odiosam orationem contexam: ne longâ oratione caput, aures obtundam: ne orationis longitudine importunus videar, fastidium pariam, molestiâ te afficiam, pluribus tecum agere non debeo. Longiorem orationem tua non expectat, non patitur, non fert, non sustinet, rejicit, recusat, renuit, respuit humanitas. Amicitia nostra minimè patitur, ut te pluribus rogem. Quid quæris? quid plura? quid pluribus? quid multa?

 ta?

ta ? quid multis ? quid opus multis ?

Oratio longa : Si verborum in copiâ sita sit eloquentia, tu omnium, qui vivunt, eloquentissimus es. Si, cujus est longior, s. uberior oratio; si, qui diutiùs loquitur; si, qui longiorem sermonem habet; si, qui plura verba facit, is eloquentiam possidet, tu omnes mortales eloquentiâ anteis. Si ei, qui verbosior est; si, qui plura effundit verba, ei laus eloquentiæ debetur, tu omnium, qui vivunt, eloquentissimus es. Hâc de re cum tuo fratre multa verba feci. Hac de re cum fratre tuo satis diu locutus sum, longum habui sermonem, longam habui orationem, multis verbis egi; oratio mihi cum fratre tuo fuit uberrima.

Oratio ornata : Orationem dixit sanè ornatam, lepidam, claris coloribus pictam, quasi stellis quibusdam notatam & illuminatam. Reconditas exquisitasque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio; in qua omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepôres; quam multa variant & distinguunt verborum & sententiarum insignia. In dicendo est perornatus; distinctè, explicatè, abundanter, illuminatè & rebus & verbis dicit; & in ipsa oratione quasi numerum quendam versumque conficit; omnes undique flosculos carpit & delibat.

Oratiuncula, æ, eine kleine Rede / kurtze Rede. *Syn* Orario. *Epi.* Aureola.

Orator, is, Redner / Wohlredner. *Syn.* Eloquens, legatus. *Epi.* Accommodus ad probandum, mediocris, bonus, præstans, simplex & gravis, acer, acerbus, incensus, canorus, acutus, ornatus, amplus, copiosus, argutus, verbis dulcis, volubilis, vehemens, perfacetus, industrius, clarus, compositus, mollis, teterrimus, magnificus, suavis, exercitatus, politus, sapiens, intermedius, quasi temperatus, magnus, mirabilis, uber, fæcundus, aptus ad erudiendum, fortis, grandis, tragicus, ardens, subtilis, miserabilis, callidus, jejunus, illustris, modicus, pressus, levis, remissus, sanus, singularis, statarius & sermonis plenus, tardus, humilis, elegans, audax, infacundus, verecundus in transferendis verbis, parcus, demissus, tardus, immemor, tenuis, non vulgaris, disertus, operarius, perfectus, inurbanus, inops urbanitatis, locuples oratione, dignus, otiosus, tolerabilis, vitiosus, minùs retundans, concinnus, grandiloquus. *Usus.* Orator plenus & perfectus, canorus, volubilis, compositus, inconditus. *Phras.* Orator est inprimis elegans, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. In dicendo copiosus, hominum disertissimus; si causa oranda esset, eloquentissimus; qui declamando primùm in notitiam populi, denique ad honorem pervenit.

Oratoriè, rednerisch. *Syn.* Ornatè, copiosè, splendidè.

Oratorius, a, um, rednerisch. *Usus.* Vim illam oratoriam inanis quædam profluentia imitatur. Stoicè nullis adhibitis ornamentis oratoriis dicere. Oratoria ars, Redkunst.

Oratus, ûs, Bitte. *Usus.* Oratu tuo scripsi.

Orbiculatus, a, um, rund wie ein Teller / Kugel-rund. *Usus.* Malis orbiculatis pastus.

Orbis, is, ein Kreiß / Circkel / Ring / Welt. R. *ab* ὁρίζω, *definio.* *Syn.* Circus, circulus, ambitus, rotundus ambitus, mundus. *Epi.* Angustus, brevis, brumalis, cælestis, certus, conversus, expers, exterior, immobilis & constans, immutatus, rectus, inferior, insitus, latus, magnus, parvus, perpetuus, proximus, saltatorius, signifer, solstitialis, summus, tardior, superus, totus, dispares, finientes. *Usus.* Circuitus & quasi orbis verborum. Vir princeps orbis terræ. Citiùs quàm putâram, conversus est orbis hic Reipublicæ.

Orbita, æ, Kreiß / Wagengeleiß. *Syn.* Rotæ currentis vestigium.

Orbitas, tis, Waysenstand / Mangel. *Syn.* Liberorum solitudo. *Epi.* Maxima, misera. *Usus.* Filiorum orbitati egregium tutorem instituit.

Orbo, as, berauben / (inpr. der Eltern.) *Syn.* Privo, spolio, nudo. *Usus.* Omni spe salutis, auxiliô orbata Respublica. Hæc Philosophia spoliat nos judicio, orbat sensibus. *V. Privo.*

Orbus, a, um, beraubet / verwaiset / Vater-

Mutter-loß. *Syn.* privatus, desertus. *Usus.* Orba ab optimatibus civitas. Orbus rebus omnibus.

Orchestra, æ, Sitz im Schauplatz. *Syn.* Locus in theatro vel scena, ubi sedebant Senatores.

Orcus, i, Hölle. *Syn.* Dis Pater, Pluto. *Epi.* Niger, formidabilis. *Usus.* Verres ut alter Orcus venit Ennam.

Ordinatè, ordentlich. *Syn.* Ordinatim, ordine, compositè, distinctè, ex ordine, distributè. *Usus.* Ille passim, ego ordinatè.

Ordinarius, a, um, ordentlich. *Usus.* Ordinaria consilia.

Ordinatim, ordentlicher Weise.)(*Passim.* *Syn.* Ordinatè.

Ordino, as, ordnen. *Syn.* Compono, constituo, decerno, designo, digero, ratione dispono, in ordinem adduco vel redigo. *Usus.* Cum omnia ordinarentur, instituerentur, pararentur. *Phras.* Sapientis Imperatoris est, aciem bene constituere, collocare, componere, optimè dirigere; in ordinem omnia redigere, ordinare; in certum ordinem milites omnes cogere, in certas partes distribuere, milites in certos numeros distribuere, ac suô quemque locô statuere. Rempublicam habemus pulcherrimè ordinatam, omnia suis ordinibus moderata. Ex inordinatâ Rempubl. in optimum ordinem adduximus; artificiosè digestam, suis momentis atque summô judiciô dispensatam ac dispositam habemus.

Ordior, iris, anfangen/ anheben/ beginnen. R. q. *ortum rei dare.* *Syn.* Incipio.)(*Finio.* *Usus.* Unde orta est, in eodem terminetur oratio; ordiri à facillimis.

Ordo, inis, Ordnung. R. ὀρθὸς, *rectus.* *Syn.* Ratio, dispositio, collocatio, societas. *Epi.* Accommodatus, admirabilis, alienus, amplus, magnus, pergratus, singularis; florentes, directi. *Usus.* Ordo est compositio rerum aptis & accommodatis locis. Præcepta suum habent ordinem. Domestica ordine administrantur. In omnibus rebus ordinem *adhibere*, tenere, sequi, servare, conservare; ad ordinem se referre; in ordinem redigere, adducere; Ordinem immutare, perturbare. Hoc rectè atque ordine & è re publ. eum fecisse, videtur. Ex ordine rogare sententiam. Extra ordinem; præter ordinem. 2. *Hominum classis, cætus, gradus, natio.* Ordo senatorius, equestris. Ordo pecuariorum, mercatorum, oratorum. Omnium Ordinum consensus. Ordines ducere, *Præfectorum militarium est.* Altiorem ordinem assignare, adipisci. In ordinem cogere, redigere. *Phras.* Nihil in omni vitæ ratione pulchrius dispositione atque ordine; ut nihil agas confusè, nihil perturbatè, non perturbatô ordine, temporibus præposteris, rebus permixtis ac perturbatis, sed omnibus in rebus agendarum rerum ordinem sequaris, nec rerum tenorem abrumpas. Milites sine ordine hostem aggressi, effusi, inordinatè, contemptim, incompositô agmine, sparsi & inconditi, dispersi & palantes obstrepunt portis; acrior adeò animis quàm ordine compositior pugna fuit.

Orichalcum, i, Messing. *Syn.* Æris genus auri colore.

Oriens, tis, entstehend / auffgehend / der Auffgang/Orient. *Syn.* Ortus.)(*Occidens.* *Usus.* Qui terras ab oriente ad occidentem colunt, vom Auffgang biß zum Niedergang.

Origo, inis, Ursprung / Beginn. *Syn.* Principium, initium, causa, ortus, stirps, semen, fores, caput, author. *Usus.* Originem rei alicujus quærere, persequi, reperire. Verborum delectus origo est eloquentiæ. *Phras.* Fuit illa malorum omnium origo; quædam quasi stirps & fons omnium calamitatum. Nisi illas malorum fibras persequimur & elidimus, vigebit malum. Ille unus fons miseriarum & caput. His denique vestigiis ad caput mali perveniemus; hinc enim omnium malorum principium natum reperietis; inde malum omne profluit, dimanat, oritur, se diffundit; inde ducta est illa malorum catena; inde ortum, exortum, enatum est, quid quid est mali; ab illâ scintillâ tot ignes exarsêre; is casus tot mala nobis peperit, progenuit; inde tot tristia nobis creata sunt, provenêre, redundârunt, profecta sunt; inde tot mala extitêre, pro-

provenêre, erupêre, manavêre. *Vid. Causa.*

Orior, iris, **entstehen/entspringen/ auffgehen.** R. *ab ὄρομαι, excitor, surgo.* *Syn.* Nascor, exorior; in vitam introëo, proficiscor, mano.)(*Occido.* *Usus.* A se oritur illa herba, & sua sponte nascitur. Hoc solum, in quo tu ortus & procreatus es. Ortu nobili satus; satu nobili ortus.

Oriundus, a, um, **entsprungen/ entstanden/ gebürtig.** *Syn.* Ortus. *Usus.* Ab ingenuis ortus, oriundus.

Ornamentum, i, **Zierde/ Schmuck.** *Syn.* Honor, dignitas, decus, insigne, lumen. *Usus.* In animis vestris ego omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi volo. Cato decus & ornamentum civitatis. Plurima in aliquem ornamenta conferre, congerere; ornamentis afficere. Multa a me in illum ornamenta profecta sunt. Aliquem ornamentis spoliare. Tollere alicui vetera ornamenta & minuere. Recuperare dignitatis ornamenta. *Phras.* Multis ornamentis superbus incedit; multis honoris insignibus, imperii infulis, insigni margaritarum ornatu, naturali & non fucatô nitore sublimis incedit. Est in eô venustas minimè quæsita, nec elaborata concinnitas, egregia species & nativa. *Vid. Honor. Dignitas.*

Ornatè, **zierlich / geschmückt / auffgebutzt.** *Syn.* Non inornatè, eleganter, politè, non incultè, splendidè, luculenter, compositè.

Ornatus, ûs, **Zierde/ Schmuck.** *Syn.* Lux Verborum, flos orationis. *Epi.* Acerbus & lugubris, admirabilis, amplus, aptus, non dignus, elegans, insignis, magnificus, magnus, militaris, mirabilis, muliebris, novus, oratorius, perpetuus, Persicus, regalis, rarus, pulcherrimus. *Usus.* Ornatus orationis tanquam vestis. Removere, negligere omnem ornatum. Hæc quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi. 2. *Vestitus.* Non incessu solùm, sed ornatu & comitatu. Pulcherrimô vestitu, ornatu regali. Statua ornatu militari.

Orno, as, **zieren/ butzen/ schmücken.** R, ὡραῖος, *venustus.* *Syn.* Exorno, distinguo, illustro, illumino, noto, pingo, vario, ornatum affero, ornamenta congero, ornamento sum, ornamentô officio, honoro, decoro, honesto, augeo, amplifico, locupleto, commodis augeo, laudo, adorno, paro, instruo.)(*Spolio.* *Adv.* Magnificè, mirabiliùs, rhetoricè, tragicè, splendidè, vehementer, justissimè, meritò, copiosè, leviter, probè, maximè, amplissimè. *Usus.* Classem convivium ornare & apparare. Beneficiis aliquem veris & divinis laudibus, honorum insignibus ornare. Oppidum exercitu instructum. Locus ad dicendum ornatus. Domicilium signis, picturis, rebus omnibus necessariis ornatum. Authoritate, præsidiis aliquem, & studiis ornare. *Phras.* In te ornando omnes conspirant. Ut decoris tibi aliquid afferant, te condecorent, te honestent, decoris aliquid tibi addant s. adjiciant, visendum te efficiant, omnia honestamenta pacis & belli præmia in te conferant, omnes allaborant. Maximum hominibus accedit ornamentum ex litteris; maximum homines ex litteris suscipiunt ornamentum; literæ maximè homines ornant, exornant, illustrant; litteræ maximum homini afferunt s. conferunt ornamentum; maximo sunt hominibus ornatui; non vulgari sunt hominibus ornamento; homines maximè honestant, adornant; homines maximè ornatos, honestos reddunt, efficiunt.

Oro, as, **bitten/ bittlich ersuchen.** *Syn.* Rogo, obsecro, obtestor. *Adv.* Etiam, meliùs, planè, vehementer. *Usus.* Multis atque supplicibus verbis te etiam atque etiam orat. 2. *Orationem habeo.* Nemo capitis causam melius oravit.

Oro, as, **bäten / sein Gebät thun oder verrichten.** *Syn. & Phras.* Precari, preces fundere, precibus solicitare, votis supplicibus fatigare Deum; Deum, sine quo conatus & studia hominum parum sunt efficacia, precibus colere quàm religiosissimè; piè pronuntiare solitas preces; solemnem precationem edere; consulere per preces ac sacrificia suppli-

citer:

citer Dominum; effundere se totum in precationem ardentissimam; ad preces, precibus se dare crebrò; precibus & contemplationibus divinis vacare; continenter ad Deum confugere, perfugere, profugere; divinum auxilium s. præsidium, divinam opem implorare; sibi præsidium in Deo statuere. Cum quis ærumnis premitur, ad Deum se vertat, convertat necesse est. Junctas manus cælo attollere, & animum suum ad Deum transferre; conjunctis manibus & in cælum suspiciendo statas precationes distinctè, citra festinationem, cum ardentissimâ cogitatione ac pietate pronuntiare. Solidas noctes in votis ponere, Deo adhibere preces. In divinas precationes sese effundere, precationes inire.

Ortus, ûs, Uhrsprung/ Beginn/ Aufgang. *Syn.* Exortus)(*Occasus.* *Epi.* Gravior & verior; moderatus & constans, præclarus, similis & minimè generosus; clari, nitidi. *Us.* Multæ à Socrate ortæ & proseminatæ familiæ. Multæ sectæ à Socrate ortum habeant ac genitæ sunt. Siderum ortus & obitus, seu occasus. Cato ortu Tusculanus, der Geburt nach. Ortus omnium artium rudis fuit & exilis.

Os, ris, der Mund/ das Maul. *Syn.* Pars animantis, in quam cibus ingeritur. *Epi.* Alacre & promptum, aptissimum, ardens, coruscum, durissimum, ferreum, ferum, foetidum, importunissimum, impurissimum, incolume, infame, infestum, intimum, plenius, pristinum, pulcherrimum, superius, supinum, tacitum. *Us.* Inserere cibum in os alicui. 3. *Coràm, palàm, conspectus, præsentia, facies.* Frequens in foro, in ore, in oculis. In ore vulgi omnium versabatur. Tu, cujus os mihi ante oculos solet versari. 3. *Sermo.* Id tibi valde solet in ore esse. Brutus in ore & desiderio omnium est. 4. *Introitus, aditus.* In ore portus, in ore & angustiis ponti. 5. *Impudentia.* Nostis os hominis & audaciam. Os tuum ferreum senatum convitiô verberavit. Dudum os perfricuisti. Ore plenô, in os laudare aliquem.

Os, sis, Bein. *Usus.* Quid dicam de ossibus, quæ subjecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad ortus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Cineri & ossibus mortui illudere, inurere maculam.

Oscen, inis Sing-Vogel. *Syn.* Avis ore vel cantu auspicium faciens. *Usus.* Aves, & alites, & oscines.

Oscitans, tis, gähnend/ giehnend. *Syn.* Negligens, ignavus, segnis. *Prov.* Oscitante unô, oscitat & alter. *V.* Piger.

Oscitanter, hinläßig/ nachläßig/ saumselig. *Syn.* Negligenter; indiligenter. *Usus.* Tam solutè, tam leniter, tam oscitanter.

Oscitatio, nis, * das Gähnen/ Giehnen.

Oscitor, aris, gähnen/ giehnen. *Syn.* Dormito, otior. *Usus.* In tanta calamitate tu oscitaris adhuc dum?

Osculatio, nis, das Küssen/ Hertzen.

Osculor, aris, hertzen/ küssen. *Syn.* Suavior, suavium do, disuavior. *Usus.* Inimicum meum sic amplexabatur, sic in manibus habebat, sic fovebat, sic osculabatur. *Phras.* Quin te deosculer, nequeo. Ita me dii amant, ùt ego vix reprimo labia, quin te deosculer; quin aliquod suavium, osculum, basium tibi dem; quin te deosculer, suavier, dissuavier.

Osculum, i, Kuß. *Syn.* Suavium. *Usus.* Osculum dare s. ferre matri.

Ostendo, is, ere, zeigen/ weisen. R. qs. Ex *Ob* & *tendo*, id est, *ob oculos tendo.* *Syn.* Demonstro, doceo, propono, planum facio, declaro, significationem habeo. *Adv.* Apertè, contra, insidiosè, neque, opinatò, optimè, palàm, paulùm, probabiliter, quàm brevissimè, ultrò, vulgò. *Usus.* Os tuum non modò ostendis, sed offers. Illi se nobis ostendunt, videntur amicissimi. Ostendere in aliquâ re generositatem suam. *Phras.* Demonstravi hoc, simul illud ostendi; viam commonstravi, digitum intendi, clarè exposui, planum feci; rationes, demonstrationes, quæ vim afferrent, quæ cogerent, congessi; clarè exhibui, repræsentavi, explicui. Ut se res haberet.

Ostentatio, nis, Pracht/ Hoffart/ Prahlen/ Brüstung/ Aufgeblasenheit. *Syn.* Venditatio, simulatio, vanitas, gloria. *Epi.* Gloriosa, inanis, insolens, magnifica, popularis, puerilis. *Usus.* Vitanda est ingenii ostentationisque suspicio.

Qui simulatione & inani ostentatione, vultu & sermone ficto, stabilem se gloriam consequi posse arbitrantur, vehementer errant. *V. Glorior.*

Ostentator, is, **Pranger/ Prahler/ Auffgeblasener/ Ruhmräthiger.** *Syn.* Gloriosus. *Epi.* Pecuniosus. *V. Superbus.*

Ostento, as, **sich brüsten/ prangen/ prahlen/ auffgeblasen seyn.** *Syn.* Vendito. *Adv.* Apertè. *Usus.* Ostentare prudentiam, venditare ingenium. 2. *Transfero, expono, praebeo.* Bellum ex alterâ parte ostentat, ex altera caedem. Aliud moliri, aliud specie simulationis Ostentare. *V. Glorior.*

Ostentum, i, **Wunderzeichen/ Ebentheuer.** *Syn.* Portentum. *Epi.* Grave, triste. *Usus.* Magnorum periculorum metus ex ostentis portenditur. Appius ostenta facit de signis & tabulis. *V Omen.*

Ostentus, ûs, * **Zeigung / Weisung.** *Usus.* Egone Jugurthae ostentui essem?

Ostiatim, **von Thür zu Thür / von Hauß zu Hauß.** *Usus.* Non agam hoc crimen ostiatim. Ostiatim panem quaerere, **vor den Thüren betteln.**

Ostium, ii, **Haußthür.** *Syn.* Janua. *Us.* Portûs ostium & aditus. Fluminis ostium.

Ostiarium, ii, * **ein gewisser Tribut von Häusern.** *Syn.* Tributum in singula domorum ostia imperatum. *Usus.* Frumentum, ostiaria, arma, vecturae imperabantur.

Ostrea, ae, **Meerschnecke.** *Usus.* Ostreis & conchylibus abstinere.

Otior, aris, **müssiggehen / faullentzen.** *Syn.* Nihil ago, cesso, vaco, otiô perfruor.)(*Negotior.* *Usus.* Otiandi, non negotiandi causâ, Syraeusas abest. *Phras.* Non cupio otiari, non me in otium referam; non ero feriatus â meis studiis, nactus pusillum laxamenti; non ita complectar otium, ut avelli non possim. Etsi sit justa causa cessandi, in otio considendi, ad otii portum confugiendi; etsi vacare possim & totos dies sedere, non committam tamen, ut hebescam, & langulam. Non mihi vacationem laborum appeto; non gerendis negotiis orbari penitus, neque ut delicati pueri nihil cessatione melius existimabo; non torpebo cessatione; si nihil agam, mihi omnino non esse viderer; etsi animô sim vacuô, non inde otiô diffluo; etsi rebus prolatis, non tamen indormiam; non committam, ut, quod solet, animus otio luxuriet, senescat, lasciviat; certè nihil agenti mihi scientiae nequaquam in sinum devolabunt. Turpe est compressis, ùt ajunt, manibus sedere; otiô, situ, desidia marcescere; otiô, segnitie demittere animos; otio se tradere. *V. Pigritia.*

Otiosè, **hinläßig, müßig / faul.** *Syn.* per otium, vacuô animô.

Otiosus, a, um, **müßig/ hinläßig/ nachläßig / faul.** *Syn.* Cessans, nihil agens, feriatus, vacuus, laxatus curis, otiô nimiô affluens; qui animô vacuô est, solutus corpore, qui curâ vacat & negotiô; qui secum est, secúmque, ùt dicitur, vivit; vacans animô, iners, languidus.)(*Operosus, semper aliquid agens.* *Adv.* Nimium, nunquam. *Us.* Cessatio libera & otiosa. Nihil otiosâ vitâ jucundius, si quoddam doctrinae atque studiorum pabulum habeat. Alienae calamitatis otiosus spectator. *V. Piger.*

Otium, ii, **Nachläßigkeit Faulheit/ gute Tage.** R. *ab ὄκνος, piger, tardus.* *Syn.* Tempus, spatium, vacuum tempus, laxamentum, cessatio libera atque otiosa, remissio, quies, vacatio aetatis, tranquillitas vitae, facultas vacui & liberi temporis. *Epi.* Commune, domesticum, forense, honestum, inertissimum & desidiosissimum, jucundum, litteratum, luxuriosum, majus, moderatnm, multum, nimium, nimis otiosum, praeparatum, primum & summum, tantum, urbanum. *Us.* Rarò mihi otium datur; rarò otium nanciscor, & id, quod datur, ferè in philosophiâ consumo. Otiô languere, tabescere, diffluere, abundare, affluere, hebescere. Otium & tempus conterere in re aliquâ; Per otium aliquid facere. Si otium fuerit & solitudo, ad scribendum me conferam. Otium & solitudo languorem afferunt hominibus. Inertissimô & desidiosissimô otio frui & perfrui. Otium perturbare. *Phras.* Si quid otii nactus fuero, litteras ad te dabo. Si otium erit, si vacabo, si negotiis vacabo, si per occupationes licebit, si permittent curae, si quid habebo vacui temporis, si quid erit spatii, si quod surripere spatium licebit. Si quid ab occupationibus impetrare temporis licebit, nisi occupationes urgebunt, si quâ horâ meô arbitratu licebit,

cebit, si mei juris fuero, si liber â negotiis ero; si me iis rebus, quibus nunc teneor implicatus, explicavero; si dabitur otium, si quiescere licebit à curis, â negotiis, ab occupationibus, à molestiis, a me quam primùm litteras accipies. Si vinculum illud occupationum, quô & assiduè adstringor, & arctissimè, non dico, prorsus exolvetur, sed paululum modò, paulisper, aliquantulùm, aliquantisper, non nihil, aliquâ ex parte laxabitur, litteras â me quam primùm accipies.

Ovans, tis, erfreut / freuend / jauchzend. *Syn.* Propè triumphans. *Usus.* Ovanti urbem ingredi, capitolium conscendere concessum est.

Ovis, is, ein Schaaf. R. ὀΐς. *Syn.* Pecus. *Usus.* Ovium villis atque contextis homines vestiuntur. O præclarum custodem ovium, quod ajunt, lupum! Ovium usus nullus, ubi pastor deest. Ovem lupo committere. *Prov.* den Bock zum Gärtner machen.

Ovum, i, ein Ey. R. ὠόν. *Epi.* Recens hypenemium, zephyrium s. irritum, durum, molle, tremulum s. sorbile, geminum, frixum. *Usus.* Anatum ova gallinis supponimus. Pisces ova cùm genuerint &c. Integram famem ad ovum afferre. Ova gignere, parere, Eyer legen. Ovis incubare, brüten. Ex ovis pullos excludere, ausbrüten. Ovi album s. albumen. Ovi vitellus. Putamen s. testa ovi. Ovum ovo tam simile s. similius non est, *Prov.* de rebus invicem simillimis.

P.

Pabulum, i, Futter / Weid. R. *q. pavulum, à pascendo*, *Syn.* Pastio. *Epi.* Naturale, pingue. *Usus.* Consideratio pabulum animi. Pabuli â terra procreati ubertas vel tenuitas. Magna est hôc annô pabuli copia. Frumenta in pabulum missa.

Pabulatio, nis, Sammlung des Futters. *Usus.* Hostes pabulatione prohibere.

Pabulator, oris, Futtersammler. *Usus.* Missi pabulatores.

Pabulor, āris, weyden / füttern / auf die Fütterung ausgehen. *Syn.* Pabulum quæro. *Usus.* Pabulandi causa; Pabulatum missa cohors.

Pacatus, a, um, ruhig / gestillet. *Syn.* Quietus, tranquillus.

Pacificatio, nis, Befriedigung. *Us.* Ne te in hanc pacificationem interposueris.

Pacificator, oris, Friedmacher / Friedensstiffter. *Syn.* Qui pacem facit.

Pacificatorius, a, um, der Frieden sucht. *Usus.* Legatio pacificatoria.

Pacificus, a, um friedsam. *Syn.* Quietus.

Paciscor, ci, übereins kommen / Fried machen / sich vergleichen / sich vertragen. R. *à pace.* *Syn.* Pago, *antiq.* pacem pango, depaciscor, spondeo, despondeo, promitto, constituo, pactum vel pactionem facio, pactionem cum aliquo conflo, fœdus cum aliquo ferio, cum aliquo pactionem vel foedus facio. *Adv.* Iniquè. *Us.* Pacisci sibi præmium, mercedem ab aliquo. *V. Pactum.*

Paco, are, befriedigen / versöhnen. *Syn.* Placo, mitigo, lenio. *Usus.* Civitates pacatæ. *V. Concilio, gratiam redintegro.*

Pactio, nis, Vertrag / Vergleich. *Syn.* pactum, conditio, foedus, promissio, decisio, *Epi.* Nefariæ, bellicæ & hostiles, iniquæ; non modo publicæ, verùm etiam privatæ oratorum. *Us.* Ad pactionem venire, adire, accedere. Pactionem conflare cum aliquo, facere, conficere. Pactione præmiorum aliquem sibi obstringere, obligare. Manere in pactione; à pactione recedere.

Pactor, is, Schiedsmann / Friedstiffter. *Usus.* Societatis pactores recitantur.

Pactum, i, Vortrag / Vergleich. *Syn.* Pactio, conventum, conventio, conditio. *Usus.* Pacta, conventa, stipulationes. Pacta & promissa, nec vi, nec malo dolo facta, præstanda & servanda sunt. Pactô manere. Nescio, quô pactô fiat. *Thras.* Quæ è pacto tibi debeo, fideliter præstabo; de quibus inter nos convenit, quâ pactione obstrictus teneor, quâ conditione tecum pepigi, decidi; quod inter nos pactum confectum, transactum, decisum est, præstabo; stabo conventis, pactis; Qui inter nos compositus est rei gerendæ modus, quem lege firmavimus, a me summâ fide servabitur; â pacto & constituto pretio non recedam.

Pædagogus, i, Zuchtmeister / Lehrmeister. R. παῖς & ἀγωγός, Pueri dux. *Syn.* Pueri Custos.

Paganus, a, um, dorffhafftig/ der auf einem Dorff ist. *Usus.* Nullum est hac in urbe collegium, nulli pagani, nulli montani,

Pagella, æ, ein Blätlein im Buch. *Usus.* Extrema pagellæ pupugit me.

Pagina, æ, ein Blat im Buch. R. *q. Pangina à pangendo.* *Syn.* Altera folii pars. *Epi.* Extrema, postrema, prior. *Usus.* Quasi in extremâ paginâ. Meam parsimoniam hujus paginæ contractio significat. Pagina tua me perturbavit, magnæ molestiæ fuit.

Pago, *antiq.* melius Pango, ere, einen Vertrag oder Vergleich machen. *Syn.* Paciscor. *Us.* Si quid inter se pepigerunt.

Pagus, i, ein Dorff. R. *à pango, id est, conjungo; aliis à πηγὴ, fons, quod ad fontes ædificabantur ad aquanda pecora.* *Syn.* Villa, curia.)(*Urbs.* *Us.* Pagorum & vicinitatum omnium collegium.

Pala, æ, das Kästlein an einem Ringe. *Syn.* Annuli pars latior, cui gemma & signum insculpitur.

Palæstra, æ, Fechtschul/ Fechtboden/ Ringplatz/ Kampffplatz. *R. à πάλη, Lucta.* *Syn.* Gymnasium. *Us.* Palæstræ dare operam. Istuc palæstræ multum habet & olei. *V. Schola.*

Palæstricè, ringmäßig/fechterisch. *Syn.* Palæstritarum more spatiari in xysto.

Palæstrita, æ, Fechter/ Ringer.

Palam, öffentlich. R. *à φαλὸν splendidum.* *Syn.* Manifestè, apertè, in conspectu, in oculis omnium, in ore atque oculis omnium.)(*Clam, per præstigias, ex occulto, & insidiis, obscurè.* *Us.* Luce & palàm, apertè, in foro. Nondum palam factum erat scelus. *V. Conspectus, præsens.*

Palatium, ii, Fürstlich Hauß/ Pallast. R. *à φαλὸς, splendidus.* *Syn.* Mons Romæ, urbis locus pulcherrimus.

Palatus, i, der Rachen/ Gaume. *Syn.* pars oris interior, in quâ sensus est gustatûs. *Epi.* Extremus & infimus, varius. *Us.* Voluptas, quæ palatò percipitur. (Ad palatum hoc non est.)

Palla, æ, Spreu / Sprener. *Usus.* Palearum navem evertit.

Palinodia, æ, Wiederruff. *Syn.* Contraria cautio, retractatio. *Us.* Canenda tibi erit palinodia; repetenda, revocanda nuper dicta; jurandum nolle dicta, quæ in insoniem protulisti; receptum habes nimis pertinacis sententiæ. Palinodiam canere. *Prov.*

Palimpsestum, i, Schreibtäfelein. *Us.* Laudo quod in palimpsesto scripseris, in chartulâ mallem.

Palla, æ, Frauen-Mantel. Vestis muliebris genus.

Palladium, ii, Bildnis der Pallas. *Syn.* Palladis signum. *Us.* Libros ex medio incendio velut Palladium sustulit.

Palleo, ere, bleich werden / erbleichen/ erblassen. *Syn.* Expallesco, exalbesco *Usus.* Sudat, pallet, erubescit, titubat. *V. Pallor.*

Palliatus, a, um, mit einem Mantel angethan. *Usus.* Græcus judex modò palliatus, modò togatus.

Pallidus, a, um, * bleich/blaß. *Us.* Pallidô cortice arbor.

Palliolum, i, ein Mäntelein. *Epi.* Sordidum. *Us.* Sæpe est sub palliolô sordidô sapientia.

Pallium, ii, ein Mantel. *Syn.* Amiculum, quod Græcorum proprium fuit, ut toga Romanorum. *Epi.* Aptum ad omne tempus, laneum, purpureum. *Usus.* Iste cum pallio purpureo. Pallium collo injicere. Palliô tegere. Pallium alicui detrahere. Onerare humerum palliô.

Pallor, oris, blasse Farbe/ Bleichheit/ bleiche Farb R. *à πελὸς, s. πελλὸς, lividus.* *Usus.* Terrorem pallor & dentium crepitus consequitur. Magnô cum tremore & pallore aliquid dicere. Pallor deinde suffusus est, & totum corpus color vitalis reliquit. Exanguis ille & æstuans, & pallore deformis,

Palma, æ, die flache Hand. R. *à παλάμη,* vola explicata. *Syn.* Manus pars interior. *Epi.* Dextra, difficilis. *Us.* Rhetorica palmæ. Dialectica pugno similis. 2. Arbor, Palm/Palmbaum. *Epi.* Lemniscata, procera & tenera, urbana, Palmæ agrestes, infames, multæ, plurimæ. *Us.* Palma nobilissima illa arbor, nullo cedit ponderi, sed contra assurgit & reluctatur. Palmarum agrestium multitudo in Sicilia. 3. *Transl. Victoria, laus, principatus alicujus rei.* Eloquentiæ palmam dare, deferre. Ille de omnibus palmam tulit, retulit, accepit. Plurimarum palmarum vetus & nobilis gladia-

gladiator. Palmum alicui dubiam facere, præripere alicui.

Palmaris, e, zur Gedächtnus eines Siegs gehörig. *Syn.* Palma victoriaque dignus. *Usus.* Statua palmaris. Palmaris illa Philosophorum sententia.

Palmarius, a, um, *idem.* *Usus.* Id est, quod mihi puto me palmarium reperisse. das beste und fürnehmiste/ Ehr einzulegen.

Palmus, i, * einer Hand oder Spannen breit. *Syn.* Mensuræ genus.

Palatio, onis, * Einschlagung der Pfähle. *Syn.* Fundamenti genus in aquis aut uliginosis locis, à palis, qui in terram depanguntur, dictum; fistucatio. *Usus.* In palustribus locis, infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrè fixa alnus permaneat immortalis.

Palor, aris, * umher schweiffen und streiffen. *Syn.* Vagor, dispergor. *Usus.* Vagi per agros palantur milites. Exercitus per sylvas fugâ palatus. *Vid. Vagor.*

Palpor, aris, vel o, as, streichlen / tätschlen / heuchlen. *Syn.* Adulor, blandior, assentor. *Adv.* Planè. *Usus.* Palpari aliquem.

Palpebræ, arum, Augbram. *Syn.* Tegumenta oculorum mollissima tactu, ne cæderent aciem, munitæ tanquam vallô pilorum. *Epi.* Mollissimæ, resectæ.

Palpito, are, zittern und klopffen. *Syn.* Est moveri & exilire, sed motu frequenti & leni. *Usus.* Cor animantis evulsum ita mobiliter palpitabat. *V. Trepido.*

Palpum, i, * das Schmeichlen/ Streichlen/ Heuchlen. *Syn.* Blanditiæ. *Usus.* Palpum alicui obtrudere. Aliquem palpô percutere.

Paludamentum, i, * Leibrock unter dem Harnisch. R. *quasi belli indumentum.* *Syn.* Insigne ac ornamentum militare, præcipue Imperatorum.

Paludatus, a, um, mit einem Leibrock angethan. *Syn.* Paludamentô ornatus.

Palus, i, ein Pfahl. *Syn.* Lignum in terrâ infixum, & patibuli genus. *Usus.* Damnati producuntur, ad palum alligantur.

Palus, udis, eine Pfütze / Sumpff/ Pful/ Morast. R. ἀπηλὸς, *lutum.* *Usus.* Paludes siccare. Tandem ereptus è paludibus emersit.

Paluster, re, * mosächtig / sumpffig/ pfützig. *Usus.* Locus palustris.

Pampinus, i, Räb-Blat. *Syn.* Folium vitis. *Usus.* Uva vestita pampinis nimios solis defendit ardores.

Panchrestus, a, um, zu allen Kranckheiten heilsam. *Syn.* Optimum, præstantissimum, panchrestum medicamentum.

Pandiculor, ari, * sich recken / strecken / dehnen. *Syn.* Oscito. *Usus.* Ut pandiculans oscitatur.

Pando, ere, auffthun / öffnen / ausbreiten. R. *à* πετάννυω. *Syn.* Aperio. *Adv.* Longè se, latè se. *Usus.* Oratione vela pandere. Passis velis provehi.

Panegyricus, i, Ehren- und Lob-Rede. Lobgedächtnuß. R. à πᾶν & ἀγείρω. *Syn.* Laudatio, sive oratio & concio in conventu habita.

Panegyris, is, eine feyerliche Versammlung oder Zusammenkunfft. *Syn.* Nundinæ, solennis & publicus conventus seu celebritas. *Usus.* Erat illô ipsô die nundinarum panegyris.

Pango, ere, einschlagen/ einhefften/ einstecken/ einsetzen / einpflantzen. *Syn.* Figo, jungo. Compono, condo, scribo. *Usus.* Carmen, societatem, pacem pangere. *V. Pago.*

Panis, is, Brodt. R. *à* πάω. *vescor, vel à* πᾶν, *omnis; quòd cum omni cibô apponatur; vel potius à pascendo.* *Usus.* Pistor domi nullus, panis cibarius nullus, nulla cella.

Pannosus, a, um, übel bekleidet / hudelicht zerlumpt. *Syn.* Malè vestitus, sordidatus.

Pannus, i, ein Tuch. *Usus.* Pannis annisque obsitus. Pannis lacer, *homo vilis & rejectus.*

Panthera, æ, Leopard / Pantherthier. *Syn.* Bestia maculosa.

Papaver, eris, * Magsaamen / Mohnsaamen.

Par, ris, ein paar / gleich. *Syn.* Parilis, æqualis, æquus, similis, socius alicujus rei.)(*Superius, dispar, princeps, impar.* *Epi.* Conjunctius, geminum in scelere, usitatum, inauditum, ferum & barbarum,

rum, nobilissimum gladiatorum, simile. *Adv.* Planè, omninò, nequaquam, propè, pares absolutè, æquè inter se, perfectè. *Usus.* Hoc mihi par tecum est. Par est, quod inter omnes æquale est. Æquô & pari jure vivere. Neminem in dicendo habuit parem. Par pari referre. Tot hostibus pares non sumus. 2. *Par est, æquum est, decet.* Dubito, quid me facere par sit. *Phras.* Omnibus ferè rebus pares sumus; ejusdem fortunæ consortes; in eâdem æquatione gratiæ, dignitatis; in communi fortunâ sumus, æquamus, adæquamus inter nos; factis nos æquiparamus, æquabiles sumus; maxima est inter nos æqualitas & similitudo; institutis animisque nihil inter nos dissidemus, summè congruimus; maxima inter nos est rerum omnium exæquatio; nos juxtà gerimus, juxtà existimamus, æquâ fortunâ utimur.

Par pari referre, dare, reddere; idem reponere, gleiches mit gleichem vergelten. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem; ùt meruerit, habebit. *V. Similis.*

Parabilis, e, das zu bekommen ist. *Syn.* Facilis inventu & paratu. *Usus.* Parabilis victus, convivium, divitiæ.

Paradoxa, orum, unerhörte seltzame Ding. *Usus.* Paradoxa Græci, nos admirabilia dicamus, & contra opinionem omnium.

Paralysis, is, der Schlag / der halbe Schlag. *Syn.* Resolutio nervorum. *Usus.* Paralysi laborat, vom Schlag gerührt.

Parasceves dies, Charfreytag / Rüsttag / stiller Freytag. Dies, quo se pro nobis Christus in cruce tradidit; soteria; dies dicatus redempto orbi; solennes feriæ, quibus cælestes iras in omne genus humanum intentas olim suo potissimum capite Christus excepit.

Parasitus, i, Tellerschlecker / Schmarotzer. *Syn.* Mensarum assecla.

Paratè, bereit / geflissen. *Usus.* Sumptô spatiô ad cogitandum paratè, accuratèque dicere.

Paratus, a, um, fertig / bereit / willig. Instructus, armatus, promptus, expeditus, qui præstò est.)(*Imparatus.* *Ad.* Bene, bene ad fortitudinem, jam pridem ad cædem, omninò, est armatus contra fortunam, præclarè. *Usus.* Paratus ab exercitu, ab rebus necessariis; ad omne facinus paratissimus. Paratus ac bene meditatus in forum venit. Omnibus naturæ & artis præsidiis ad dicendum paratus. *Phras.* Diligenter, præclarè paratus, atque instructus adero. Nemo me paratior, vigilantior, compositior, expeditior. Ita exercitatus, erectus, armatus animis adero; ita dimicationi instructus intentúsque, ita paratis compositisque rebus, ita alacri animô adero, ut nihil in me moræ sit, ut per me non stet, quin res tota extemplò conficiatur. Non est, ut currentem incites, ita ad omnia præstò sum. *V. Expeditus.*

Parcè, sparsam / genau. *Syn.* Restrictè, sobriè, parum, continenter.

Parco, ere, verschonen. *Syn.* Ignosco, concedo, remitto, condono, veniam do, tempero, impunitatem do, impunitum scelus fero.)(*Perdo, spolio.* *Adv.* Gratis alicui, omninò alicui, omninò non, parum valetudini. *Usus.* Non parcam operæ. Mihi, quæso, parcas ac dignitati meæ, prædia mea ne attingas. Hic nec suæ unquam, nec alienæ pudicitiæ pepercit. *Phras.* Dignus es, ut tibi parcatur; dignus es, ut tibi condonetur, remittatur, ignoscatur, venia detur, indulgeatur; mereris veniam, impunitatem; dignus es veniâ, impunitate dignus es, ut ad hanc culpam conniveatur; mereris, ut impunè habeas, abeas, feras, facias. *V. Venia.*

Parcus, a, um, sparsam. *Syn.* Parvô contentus, frugalis.)(*Prodigus, luxuriosus.* 2. *Avarus, tenax, cupidus.* *Usus.* Parcus pater & tenax. *Phras.* Homo naturâ parcus es; ad largiendum restrictior, rusticanâ quâdam parsimoniâ; in parsimoniâ maximum vectigal reponis: Homo summâ malignitate & sordibus. Parcè nimiùm sumptus facis; nimiùm ad rem attentus, durus, difficilis, tenax. Parcus es in conferendis muneribus, quia copiæ tibi non suppetunt. Angusta est tua liberalitas, pro tenuitate copiarum; ideo benignus & liberalis valde non es, quia non valde abundas s. copiosus es. Largiris tenuiter; largiris infra modum, potiùs,

potiùs, quàm supra modum, quia non satis à copiis paratus es. Ideo largè non das, quia, quod des, non habes. *V. Illiberalis.*

Parens, tis, Vatter oder Mutter. R. *quasi pariens, à pariendo.* *Syn.* Pater & Mater, procreatores, *Epi.* Antiquior, antiquissima & sanctissima, bonus & liberalis, communis omnium, grandis natu, iners, impurus atque improbus, justus, optimè meritus, miserrimus & optimus, mitissimus. *Parentes* chari, clarissimi, humiles, miseri, multi, perpetui. *Usus.* Parentes non alere nefarium est. Parentes, propter quos suavissimam hanc lucem aspeximus, charissimos habere debemus, quòd ab iis vita, patrimonium, libertas, civitas, disciplina tradita est. Me sicut alterum parentem diligit & observat. Horum ego operum parens & effector sum.

Parentalia, um. Todtenmahl. *Syn.* Justa & convivia funebria.

Parentes, die Eltern. *V Parens.*

Parento, are, den todten Eltern/einem Verstorbenen das Jahr-Gedächtnus begehen. *Syn.* Justa solvo, funus duco, funus indico. *Usus.* Alicui parentare.

Pareo, ère, erscheinen/gehorchen. R. *à παρέω, πάρειμι, adsum.* *Syn.* Obedio, obtempero, dicto audiens sum, morem gero.)(*Impero.* *Adv.* Diligentissimè, molestè, occultissimè, proximè legi. *Usus.* Dolori, iracundiæ parére. Necessitati, tempori parére & servire. Alicujus consiliis, cupiditati suæ parere. *V. Obedio.*

Paries, tis, Mauer / Wand. *Syn.* Maceries, privatus murus. *Usus.* Nihil mihi intra parietes meos tutum, nihil insidiis vacuum video. Parietem ducere, vestire, dealbare. Parietem perfodere, disturbare. Duos linire parietes, *Prov.* auff beyden Achseln tragen.

Parietinæ, arum, baufällige Wand. *Syn.* Parietum reliquiæ, rudera.

Parilis, gleichförmig. *Syn.* Par, similis. *Usus.* Parilis ætas, vox, honor.

Pario, ere, gebähren. *R. ab Hebr. Parah. fœtificare.* *Syn.* Gigno, procreo, profero, partum edo, acquiro, fœtum fundo, partum enitor. *Adv.* Aliquando. *Usus.* Factis sibi maximam gloriam, pecuniis voluptatem peperit. Perfugium sibi pedibus parere. Ægritudinem ea res mihi maximam peperit.

Pariter, gleichfalls/ ebenmäßig/ ebenfalls. *Syn.* Simul, similiter, æqualiter, æquè, vicissim. *Us.* Crescunt pariter & decrescunt cum Luna pisces. Pariter cum vitâ sensus abit. Pariter æqualiterque inter se amare. Ille mecum pariter molestè fert.

Parma, æ, * runder und kleiner Schild. *Syn.* Breve scutum peditum.

Paro, are, bereiten/zurüsten/überkommen/zuwegen bringen/ erwerben. *Syn.* Comparo, apparo, orno, adorno, instituo, instruo, molior, munio, viam munio. *Adv.* Bene; repentè hortos; sensim omnia, turpissimè eloquentiam, utrobique hospitium. Acerrimè bellum; diligenter, meliùs, publicè, convivia. *Usus.* Instruere & parare convivium. Huc te para, huc cogita. *Thras.* Parat se ad iter, accingitur, accingit se itineri; itineris apparatu distinetur; diligenter se comparat; præmeditatur omnia, quæ paratô opus sunt; iter magnâ diligentiâ adornat. *V. Instituo. Instruo. Comparo.*

Parochus, i, Kostfreyhaltender/gastfreyer Wirth. *Syn.* Publicus minister curatorque, qui peregrinis publicô nomine necessaria procurabat. *Epi.* Publicus.

Parricida, æ, Vatter- oder Mutter-Mörder / Verräther des Vatterlands. *Syn.* Patrius interfector. *Epi.* Certissimus patriæ, importunus atque impius, impurissimus, teterrimus, audacissimus. *Usus.* Parricidas insui voluerunt in culeum atque in flumen dejici.

Parricidiosè, * Vatter-mörderischer Weise. *Usus.* Parricidiosè vituperare parentem.

Parricidium, ii, Vatter- oder Mutter-Mord / Verrath des Vatterlands. *Epi.* Familiare, fœdissimum & teterrimum, fraternum, manifestum, nefarium. *Usus.* Nefariô se patriæ parricidiô obstrinxit.

Pars, tis, Theil/ Stück. *Syn.* 1. *Forma, species.* *Epi.* Absoluta & assumptiva & negotialis, alicujus viæ, adversa, æqua, æqualis aut alterô tantô major, dimidia, diversa & dissimilis, exigua, extrema, gravior, honestior, inchoata, in-

ferior, interior, interna, & vehemens, intima urbis, læva.)(*Dextra.* Laudabilis orationis, leniſſima animi, leviſſima, libera, logica philoſophiæ, magna bonorum, urbis, noctis; magna & maximè ægra, & propè depoſita Reipublicæ, maritima provinciæ, neceſſaria, optima, princeps rationis & intelligentiæ, turpis calamitoſaque vitæ, tenuiſſima, contraria. *Partes* certæ, ceteræ, communes, generales conſtitutionis, honeſtiores corporis, præcipuæ, primæ, poſteriores, priores, ſimiles principio, ſui ſimiles, ſingulæ, ſiniſtræ, ſuperæ, ſuperiores, ultimæ, utiles. *Uſ.* Genus eſt, quod plures amplectitur partes. 2. *Membrum*, *portio*, Portion/ Antheil. In partem prædæ vocare, venire; Patrimonii partem legare, dare; Partem prædæ exigere, condonare, remittere. 3. *Regio*, *locus.* Ab orientis partibus advenit. Multas in his partibus copias cenſemus. 4. *Officium*, *munus.* Videntur etiam hic aliquæ meæ partes. Perſonam aliquam & partes ſibi depoſcere. Alicui imponere, dare partes, mittere in negotium. Has ego partes, hoc officium volens ſuſcepi, ſumpſi, volens ſuſtineo, ago, habeo, obtineo. 5. *Magnam partem*, die meiſte Zeit über/ meiſtens / meiſtentheils. Magnam partem tui conſulatus abfui. Majorem diei partem deſideo. Magnam partem tuis rebus occupor. Noctis magnam partem vigilavi. 6. *In utramque partem*, *& aliæ formulæ.* Multa mihi in utramque partem occurrunt. Magna vis eſt fortunæ in utramque partem. Hæc ſcripſi in eam partem, ne offenſum me credas. In eam partem decretum factum eſt. Hæc accipias in optimam partem. In eam partem potius peccant, quæ cautior eſt. Pro parte meâ te audivi. Pro civili parte. Pro illâ tenui infirmâque parte Remp. defendi. Ex magnâ parte tibi aſſentior. Hæc iſta aliquâ ex parte habebat. Ex quadam parte mortalis, non ex altera. 7. *Primas & ſecundas, tertias partes alicui dare, id eſt; primum &c. locum, gradum, laudem.* Hortenſius facilè primas tenebat, ferebat. Primas alicui dare, cedere, tribuere, concedere (ſcil. partes.) 8. *Factio*, *ſecta.* Pompeji partes ſequi, fovere. Pompeji partibus inſici; ſtudere, favere; Pompejanarum partium eſſe. Cæſaris partes deſerere, oppugnare. Nullius partis eſſe, ab omnibus diſſentire.

Parſimonia, æ, Sparſamkeit. *Syn.* Frugalitas, moderatio, mediocritas ſumptuum. *Epi.* Ruſtica atque inculta, ſumma, vectigal magnum, apta. *Uſ.* Summa parſimonia eſt ſumma diligentia, quâ res familiaris conſervatur, retinetur, augetur. Parſimoniâ rem tueri. *Vid.* *Parcus.*

Particeps, cipis, theilhafftig. *Syn.* Conſors, ſocius, non expers, compos.)(*Expers, carens.* *Adv.* Maximè. *Uſ.* Socius ac particeps ſceleris. Homo mentis & rationis particeps. Hujus conſilii ego & particeps & adjutor & ſocius eſſe cogor. *Phras.* Fac me tuarum laudum participem; in ſocietatem me tuam laudum venire patere; communices mecum tuas laudes; ne me expertem tuorum decorum ſinas; partem aliquam tuæ gloriæ in me deriva; aliquid mihi tuæ laudis impertire; in partem me tuorum decorum voces; conſocia mecum tuas delicias.

Participo, are, theilhafftig machen/ mittheilen. *Syn.* Impertior, communico, partem capio. *Uſ.* Parem peſtem participabit. *Phraſ.* Tu velim amoris me tui participem imprimis facias. Cupio amoris tui, ſingulari quâdam ratione particeps eſſe. Ne patiaris me partem amoris tui minimam ferre. Effice, quæſo, tuum ut amorem participem; effice, quæſo, de tuô ut amore cumprimis participem. Noli committere, ut partem amoris tui minimam capiam; ut exiguum ab amore tuô fructum feram, colligam, ſumam, percipiam; fructum amoris tui velim non eſſe exiguum, vulgarem, mediocrem. *V. Communico.*

Particula, æ, kleiner Theil/ Stücklein/ Particul. *Syn.* Articulus, appendicula. *Epi.* Parva urbis, breviores.)(*Longiores*; imminutæ, impares, æquales, minimæ, ſimiles inter ſe, tenuiſſimæ. *Uſus.* Omne animal quaſi mundi particula eſt. Particulam tuarum literarum legi. Hæc particula tantùm eſt ſcelerum tuorum.

Particulatim, Stückweiß/ von Stück zu Stück/ in Theile getheilet. *Syn.* articu-

articulatim, membratim, singillatim. *Usus.* Si summatim, non particulatim narrabimus.

Partim, theils. *Syn.* Quæ pars, ex parte quâdam. *Usus.* Eorum partim in pompa, partim bellô illustres fuerunt. Partim temerè effutita. Ex quibus partim tecum sentiebant, partim adversabantur.

Partior, iris, theilen / zertheilen. *Syn.* Divido, partio, partitionem facio, communico. *Adv.* Æqualiter, breviter, commodè, paulò secus. *Usus.* Bona sua cum sociis partiri. *V. Divido.*

Partitè, getheilt/ausgetheilt. *Syn.* Distributè, ordinatè, distinctè.

Partitio, nis, Theilung / Zertheilnng/ Eintheilung. *Syn.* Divisio. *Epi.* Æquabilis, commodior, generalis, iniqua, utilis in aliquô genere, utilior & aptior ad bene beatèque vivendum. *Usus.* Partitio bonotum, urbis, Italiæ, ærarii. Mihi pecunia è partitione debetur.

Partitor, oris, Theiler/ Zertheiler. *Usus.* Non te custodem ad continendas, sed partitorem ad partiendas merces missum putato.

Parturio, íre, in Kindsnöthen liegen/ kreisten/ gebähren wollen. *Syn.* Pariendô laboro, enitor. *Adv.* Jam diu. *Usus.* Utinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jam diu parturit.

Partus, ûs, Geburt. *Us.* Luna sole illuminata graviditates & partus affert, facit. Jam appropinquat, instar partus. 2. *Fœtus.* Partum herbis & medicamentis abigere, partu levari. Aureus matris suæ partus.

Parvitas, tis, Kleinheit/ Kleinigkeit. *Usus.* Cerni non possunt propter parvitatem.

Parum, wenig. *Syn.* Paulùm, modicùm, paululum, leviter, ad exiguum tempus, minimùm, minùs.)(*Multùm.* *Usus.* Sunt hæc parum firma, *Phras.* Est homo parum diligens; parcè, timidè, & molliter laborem contingit; breviter, malignè, modicè, restrictè, leviter, perleviter se labori indulget. Si perparum, si tantulùm, si paulillùm, si punctum temporis allaboret, emori se autumat. Tenui diligentiâ homo, ac propè nullâ. *Parum abest,* quin &c. *Tantum abest, ut &c, ut potius &c.*

Parumper, auf wenig Zeit/ auf eine kleine Weile. *Syn.* Paulisper, aliquantum, ad breve tempus, ad punctum temporis paulùm, perpaulùm, tantulùm. *Usus.* Abduco parumper animum à molestiis.

Parvulus, a, um, sehr klein. R. ἀπαῦρος, *paucus.* *Adv.* Admodum. *Syn.* Pusillus, exiguus, modicus, brevis, angustus, tenuis, minutus, modicâ magnitudine.)(*Magnus.* *Usus.* Parva exigui temporis usura. *Phras.* Parvum est hoc tuum beneficium; exile, minimum, tenuissimum; leve & contemptum munus; munus perexiguum, pertenue, minutum; propter suam exiguitatem & parvitatem vix memoratu dignum.

Pascha, tis, Oster-Fest/ Ostern. R. Πάσχα, ex *Hebr. Pesach, transitus.* *Syn.* Tempus maximis gaudiôque effertissimis opimitatibus refertissimum ac prorsus aureum, quâ memoria triumphi illius omnium post homines natos illustrissimi, splendidissimique per orbem terrarum recolitur, ac celebratur.

Pasco, ere, weiden. R. à βόσκω, *pasco.* *Adv.* Bene satis. *Usus.* Pascere equos, sues. Cruciatu pascere oculos, animum picturis; pasci, delectari, perfrui pacis fructibus.

Pascua, orum, Weide. *Epit.* Læta, herbosa.

Passer, Spatz/ Sperling. *Us.* Ex passeribus augurari.

Passim, hin und her / hin und wieder. *Syn.* Dispersè, ubique, undique, sine ordine. *Us.* Passim per forum volitare; aves huc illuc passim vagantes.

Passio Domini. *Phras.* Multæ quoque res & sensibus orbatæ interitum creatoris sui luxerunt; Dies in noctem concessit, elementa turbata sunt, saxa quasi doloris vim non ferentia crepuerunt, tumulis apertis cadavera redeuntibus animis jam olim efflatis prodierunt; tantô Rege ac Dominô sic agitatô, concussô, raptatô tota tellus cohorruit atque contremuit, petræ dissiluerunt, tenebræ terris incubuerunt, sol tenebris obtectus, velum templi disruptum, &c. Acerbissima Christi nox, mors, excessus, cruciatus; tormenta pro humano genere obita; asperi cruciatus Christi.

Passus, ûs, Schritt. *Syn.* Gradus, *Epi.* Per-

Perpauculi. *Uſ.* Disjunctas terras paſſibus peragrare. Urbe aberat mille paſſus.

Paſtio, onis, Wendung des Viehes. *Syn.* Pabulum, paſtus. *Uſus.* Alia Regio fertilior eſt magnitudine paſtionis.

Paſtor, oris, Hirt/Viehhirt. *Syn.* Pecoris Magiſter, ut Bubulcus, aſinarius, ſubulcus, opilio. *Epi.* Cupidi literarum,

Paſtoralis, e, einem Hirten ziemend/ gehörig. *Syn.* Paſtoritius.

Paſtoritius, a, um, idem. *Uſ.* Paſtoralis fiſtula. Paſtoralis habitus, cantus.

Paſtus, ûs, Weide. *Syn.* Paſtio, cibus, locus paſcuus. *Epi.* Aptus, ferus, immoderatus, præſens, ſuaviſſimus. Diverſi, novi oratorum, tetri, varii & abundantes, veteres oratorum. *Uſus.* Paſtum animantibus largè natura comparavit, paravit. Animalia, quæ ad vivendum ſunt neceſſaria, inquirunt paſtum & latibula. Partes corporis, ad paſtum capeſſendum & conficiendum. Oblectatio induſtrio ſuaviſſimus animorum paſtus.

Patefacio, ere, Aufthun/ einlaſſen/ eröffnen/ offenbaren. *Syn.* In lucem profero, divulgo. *Uſus.* Hoſtibus portam patefacere. Is & ſcelerum indicia oſtendit, & periculorum ſigna indagavit, patefecit, protulit. Ea res feneſtram ad omnem nequitiam, latam avaritiæ viam patefaciet. Patefacere & illuſtrare veritatem. Iter hoſtium internecione patefacere. *V. Manifeſtus. Prodo.*

Patefactio, onis, Offenbahrung. *Syn.* Evolutio, explicatio rerum apertarum.

Patella, æ, ein Pfanne/ Topf/ Schüſſel. *Syn.* Vas picatum vel fictile, ſacrificiis faciendis aptum. *Epi.* Argentea, grandis.

Patenter, öffentlich. *Syn.* Apertè)(*Abs-conditè.*

Pateo, ere, offen ſtehen/ kund und offenbar ſeyn. R. ἀ πετάω, *Aperio.* *Syn.* Apertus ſum.)(*Clauſus ſum.* *Uſus.* Patet janua. Huc tibi aditus patere non poteſt. Patent hæc & in promptu ſunt omnibus. Non omnibus idem curſus in cælum patet. 2. *Concedo, non nego, facilis ſum.* Velim, ut mihi tui libri, ut gratiæ reditus, ut tua omnia mihi pateant. Putant peccatorum omnium licentiam ſibi patere. 3. *Vim habeo magnam, amplam naturam.* Hæc ars latiſſimè patet, & ad plurimos pertinet. Ejus beneficia latè patent.

Patet, es iſt klar/ es iſt am Tage. *Syn.* Conſtat. *Uſus.* Diſcuſſa eſt caligo, diluxit, patet, videmus omnia.

Pater, tris, Vatter. R. ἀ πατὴρ, *quaſi* παῖδας τηρῶν, *conſervans liberos.* *Syn.* Parens, genitor, procreator, generator, ſator, educator, altor. *Epi.* Ærumnoſus, Altitonans, (*Deus*) amens, amiciſſimus, beatior quàm &c. blandus, certus, clariſſimus, conſularis, decus dulcis, durus vehemensque, facilis & liberalis, felix, ferox & arrogans, infeſtus, fortisſimus, grandis natu, inprimis honeſtus, humanisſimus & charisſimus, humilis, imberbis, importunus & crudelis, improbus, innocentisſimus, levis, mendax & avarus, amans ſuorum, miſer, naturalis, negligens & diſſolutus, nobilisſimus, parcus ac tenax, paratus, ſeverus, parum ſplendidus, turpisſimus, fidelisſimus. *Uſus.* Parente natus eſt ſapiente, ſanctô, ſeverô. Vehemens pater, durus, ferreus; qui ſine cauſa oderit, quem procreârat. 2. *Senator, ſenior, majores,* Patrum noſtrorum ætate. Patres conſcripti, patriæ pater.

Paterfamiliâs, Haußvatter/ Haußherr. *Uſus.* Rei familiari tantum operæ dabat, quantum attentus & non indiligens paterfamilias.

Patera, æ, eine Taß/ Trinckſchale/ Becher. *Syn.* Poculi genus latum ac patens. *Epi.* Aurea, gravis, moleſta. *Uſus.* Excipere ſanguinem paterâ.

Paternus, a, um, väterlich. *Syn.* Patrius. *Uſus.* Paterna necesſitudo bona hæreditas.

Pateſco, ere, weit werden/ ſich weitern/ öffnen/ aufthun. *Syn.* Pateo.

Patheticus, a, um, beweglich. *Syn.* Genus dicendi, quô perturbantur animi & commoventur.

Patibilis, e, leidentlich/ leidlich. *Uſus.* Omne animal patibilem habet naturam. Dolor non patibilis me invaſit.

Patibulum, i, Galgen. *Syn.* Crux. *Uſus.* Patibulô affigi.

Patiens, tis, leidend/ gedultig. *Uſus.* Nimiùm patiens, lenis lentusque ſum. Non modò patiens, ſed & libenti animô parebo. *Phras.* Patiens eſt admodùm, facilis

facilis & lenis, perferens injuriarum, ultima omnia fortiter ferens; qui hilari animô dura omnia devorat; cujus patientiam, moderationem; in injuria tranquillitatem omnes demirantur.

Patienter, gedultiglich / mit Gedult. *Syn.* Toleranter, placidè, sedatè, moderatè, tranquillè, patiente animô, lente, leniter, leviter, tolerabiliter, non repugnanter, fortitèr, constanter. *Us.* Placidè, patienter ferre dolorem.

Patientia, æ, Gedult. *Syn.* Tolerantia. *Epi.* Expetenda, incredibilis, mira ac singularis, præclara famis ac frigoris. *Us.* Patientia est honestatis causâ rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Ostendere suam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium. Patientia & obsequiô mitigare aliquem. Nescio, quomodo usu obduruerit, & percelluerit tua patientia. Tentare alicujus patientiam, eâque abuti. Brutus usus est incredibili patientiâ.

Patina, æ, eine Schüssel. *Syn.* Quâ dapes in mensam inferuntur. Lanx. *Usus.* Animus est in patina. *Prov.*

Patior, i, leiden / dulten / erdulten / ertragen / vertragen. R. *Ex* ἔπαθον, *verbi* πάσχω. *Syn.* Fero, persero, suffero, tolero, perpetior, sustineo, haurio, subeo, capio, permitto, sino, quiesco. *Adv.* Ægrè, demissè, difficillimè aculeum, diutiùs, graviter, & iniquo animô, indignè, molestè, tolerabiliùs dolores, toleranter dolorem, turbulentè humana. *Usus.* Non feram, non patiar, non sinam. Non modò facilè patior, sed etiam gaudeo te abire. Quantum meus pudor & dignitas patiebatur. *Non* patitur se illigari negotiô. *Phras.* Quis porrò ista patiatur? quis ultrà perpeti & sufferre possit? quis non stomachetur, acerbè ferat? quis in tanta perpessione dolorum tot plagas silentiô ferat; tot labores exantlet, tot molestias tacitus s[.] silens devoret, concoquat? Quis animis ista æquis pertoleret, sileat ac dissimulet? Quis patientiam in tanta insolentia non abrumpat? quis animô sit tam obfirmatô, ut ita fortiter, animo remissô, fronte & vultu nihil variato, perpetiatur? *V. Fero.*

Patria, æ, Vatterland. *Syn.* Sedes natales; Dii penates, patrii; terra parens, altrix; patriæ solum. *Epi.* Antiquissima & sanctissima parens, afflicta, chara, multo charior, communis, deformis, germana, ingrata, media. *Usus.* Hæc germana mea, atria esset; Et quid domestica sede jucundius, dulcius? Deleres hanc terram, quæ te genuit & aluit, quam matrem appellas? Hoc cælum, sub quo natus es, & educatus, patrium hoc solum relinques?

Patrie, vätterlich. *Syn.* Paternô affectu. *Usus.* Non inimicè corripere, sed patriè monere.

Patricius, a, um, Geschlechter / aus einem Edlen Raths-Geschlecht deren Römern entsprossen. *Syn.* Ex Patrum & Senatorum ordine.)(*Plebejus. Usus.* Tu ais, nisi qui Patricius sit, neminem bonô genere esse natum. Progenies Senatorum patricii sunt appellati. Patricii minorum gentium.

Patrimonium, ii, vätterliches Erb R. *q. Patris munus. Epi.* Satis amplum, lautum, copiosum, luculentum, magnum, ornatissimum, publicum, tantum. *Syn.* Bona hæreditas. *Usus.* Filio meo satis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei. Patrimonium amplum constituere, *obtinere.* Patrimonium per scelus & luxum *comedere*, devorare, effundere, conficere, dissipare, dilapidare, consumere. Alicui patrimonium eripere; è patrimoniô expellere; spoliare, dejicere patrimoniô.

Patrimus, i, der noch den Vatter im Leben hat. *Syn.* Cujus Pater vivit adhuc.

Patrius, a, um, vätterlich. *Syn.* Paternus. *Usus.* Patrius animus in literas. Res patriæ atque avitæ. 2. *Antiquus.* Est hic mos patrius.

Patro, are, begehen / verüben. *Syn.* Committo, perficio. *Usus.* Quæ non Verres in Asia patravit?

Patrocinium, ii, Schutz und Schirm. *Syn.* Defensio, advocatio. *Epi.* Nec opinatum, repentinum. *Usus.* Deserti alicujus patrocinium suscipere, arripere. Patrocinium repudiare, recusare: itaque illud patrocinium orbis terrarum verius, quam imperium nominari poterat. *V. Defensio, Tueor.*

Patrocinor, ari, * schirmen / schützen / vertheydigen *Syn.* Imbecilliorum pro-

protego. *Vide Defendo*, *Tueor*, *Faveo*.

Patrona, æ, Beschützerin. *Syn*. Defensatrix.

Patronus, i. Vorsprecher/ Vertheidiger/ Schirmer/ Schützer/ Förderer. *Syn*. Defensor, custos, tutor, propugnator. in cujus fide & clientela aliquis est,)(*Cliens*. *Epi* Deterrimus obscurissimusque, dignus, indignus consulatu, minimè diligens in causis cognoscendis exponendisque, diligentissimus, disertissimus; fervidior paulò totô genere atque commotior, diligentiâ tamen, virtute animi atque vitæ bonis auctior in senatu. Maximè incautus, luculentus, asper, maledicus, malus, mercenarius, optimus, quidam perillustris, tolerabilis, nec rudis in jure civili & virtute & genere orationis liberæ. *Patroni* æquales & consulares, amplissimi, antiquissimi, certissimi, iidemque acerrimi, ingeniosi, magni, multi, novi, pertinaces, principes, veteres. *Usus*. Aliqnem sibi, suæ causæ patronum adoptare, cooptare, asciscere, adhibere; patronum alicui dare & constituere. *Phras*. In agendis causis Cicero omnibus antecelluit. In agendis causis Cicero omnibus præstitit, vicit omnes, excelluit inter omnes, anteivit f. antecessit omnes. Causidicorum coryphæus Cicero fuit. Patronus Ciceroni conferendus nemo fuit, neque eloquentiâ, neque studiô, neque fide. Ad judices, ad tribunalia, ad causas tantum eloquentiæ, studii, fidei, quantum Cicero, nemo attulit. In judiciis. in foro, in forensibus causis, in forensi munere, in tractandis causis, in causarum patrociniis, in defendendo & accusando par Ciceroni nemo fuit. *V. Patrocinia*.

Patruelis, is, des Bruders Sohn. Patrueles, Kinder von zweyen Brüdern. *Syn*. Fratrum inter se filii. *Us*. Cognatione patruelis, amore germanus.

Patruus, ii, des Vatters Bruder/ Vetter. *Syn*. Mei patris frater. *Epi*. Amplissimus, clarissimus, pertristis.

Patulus, a, um, allezeit offen. *Syn*. Patens. *Usus*. Patulis ramis diffusa platanus.

Paucitas, atis, Wenigkeit/ Mangel. *Syn*. Exigua quantitas, parvus numerus, inopia. *Epi*. Mira, summa, magna. *Usus*. Magna semper fuit oratorum paucitas.

Paucus, a, um, wenig/ nicht viel/ in geringer Anzahl. R. *à* παῦρος. *Syn*. Rarus, modicus, exiguus, minus multi. perpauci.)(*Innumerabilis, multi*. *Adv*. Admodum, oppidò, valdè, quàm. *Us*. Modica & pauca dicere. Paucis te volo. Paucis absolvam; ad pauca redigere. *Thras*. Paucos nunc viros egregios numerat Resp. Magna est penuria in omni gradu; virorum talium maxima est orbitas, sie sind dünne gesäet; minimè multi sunt, parum multi, perpauti, nequaquam satis multi præstantes; tenui præsidiô, exiguâ manu, paucis atque admodum paucis egregiis civibus instructa est civitas; quotus quisque enim est, qui emineat? Summa est infrequentia, mira paucitas, exiguus numerus, minima copia præstantium virorum; infrequentes, rari sunt & perpauculi egregii viri; haud quisquam ferè est excellentium virorum.

Paveo, ere, schüchtern oder erschrocken seyn/ zittern und beben/ sich fürchten/ erschrecken. *Syn*. Timeo. *Usus*. Pavet animus ad memoriam rei. *Vid. Timeo*.

Pavidè, * erschrecklich/ furchtsamlich. *Syn*. Timidè, meticulosè.

Pavidus, a, um, * erschrocken/ furchtsam/ schüchtern. *Usus*. Urbs formidine pavida. *V. Timidus*.

Pavimentatus, a, um, gepflastert. *Usus*. Porticus pavimentata.

Pavimentum, i, Boden/ Estrich/ Pflaster. *Syn*. Solum arte factum, stratum aliquâ materiâ in ædibus. *Epi*. Marmoreum. *Usus*. Natabant pavimenta vinô. Facere pavimentum, ein Estrich schlagen.

Pavio, ire, ebnen/ eben machen/ gleich schlagen. *Syn*. Ferio, peto, tundo. *Us*. Pulli terram paviunt.

Paulatim, langsam/ allgemach. *Syn*. Sensim, minutatim, leniter.

Paulisper, eine wenige/ kleine oder kurtze Zeitlang. *Syn*. Aliquantùm, paulùm, ad breve tempus, ad punctum temporis.)(*In perpetuum*. *Us*. Abesse ab domo paulisper. Expecta paulisper.

Paulò, wenig/ nicht viel/ ein klein wenig/ nur

nur in etwas. *Syn.* Haud multum. *Usus.* Paulò liberius, fast / schier / beynahe. Paulò plùs, paulò ampliùs. Paulò antè, kurtz vorher / ein wenig vorher. Imo proximè. Paulò magis illud placet, etwas / in etwas gefälliger. Paulò post adero, bald / alsbald / stracks. Si paulo rideas extra decorum.

Paululùm, etwas / in etwas / ein wenig. *Syn.* Pusillùm. *Usus.* Nihil ferè, aut admodum paululùm. Sol paululùm à meridie devexus.

Paulùm, ein wenig / in etwas / fast in etwas. *Adv.* Admodum. *Usus.* Respice paulùm. Ista me paulùm recreant.

Pavo, onis, ein Pfau. *Usus.* Cauda pavoni à natura ad ornatum additur.

Pavor, oris, grosser Schrecken und Furcht. *Syn.* Pavor metus est mentem locô movens. *Phras.* Pavor me cepit. *V. Timor.*

Pauper, ris, arm / dürfftig. *Syn.* Inops, egens, qui eget, tenuis, tenuior, humilis, parvis opibus ac facultatibus præditus, inanissimus, cui egestas imperat, cui parva est res familiaris, qui in paupertate est. *Usus.* Hic non modò non copiosus & dives, sed etiam inops & pauper est censendus. *Phras.* Maximè inops est. Egentissimus, tenuissimus, inanissimus, miserrimus, pauperrimus est. Summâ egestate est. Nimiùm rerum egenus est. Tenuissimis ac ferè nullis opibus est. Nihil habet præter miseram animam. In eum locum deductus est, in eas redactus est angustias, eò redactæ sunt fortunæ ejus; eò est à fortuna dejectus, detrusus, deturbatus; eò cecidit, ut, unde viveret, non haberet; ut ei ad victum necessaria minimè suppeterent; ut inopiâ premeretur earum rerum, sine quibus vix, aut ne vix quidem hominum vita sustentatur; ut ea desideraret, ea requireret, quæ vivendi necessitas postulat atque exigit. Eò redactus est miseriarum, eò devenit, ut iis rebus destitueretur s. careret; ut ab iis rebus esset imparatus, inops, egens; ut earum rerum esset inops; ut ea illum deficerent, ea illi deessent; ut earum inopiâ laboraret, sine quibus ægrè vivitur, vel potiùs nullô modô vivitur. *Vid.* Egeo,

Pauperies, ei, Armuth / Dürfftigkeit. *Syn.* Paupertas.

Paupertas, tis, Armuth. *Syn.* Tenuitas, angustia rei familiaris, inopia, penuria, egestas, mendicitas, domestica difficultas. *Epi.* Summa, tolerabilis. *Usus.* Paupertas, ignobilitas, humilitas, cujus onus disputando levamus, docentes, quàm parva & pauca sint, quæ natura desideret. Homo patientiâ paupertatis ornatus. *Phras.* Bonus vir in summâ paupertate versatur. Nihil illô spoliatius, nihil egentius; tanta est hominis tenuitas, tanta implicatio rei familiaris, copiis familiaribus est adeò exiguis, ita domesticis malis impeditur, ad ultimam egestatem redactus tantâ vexatur inopiâ, ut inter miserrimos & desertissimos numerari possit. *V. Inopia. Tenuis. Humilis.*

Pax, cis, Friede / Einigkeit / Ruhe. *Syn.* Concordia, otium, tranquillitas, compositio.)(*Bellum.* *Epi.* Certa, civilis, communis, diuturna, explorata, externa, fraterna, nondum satis firma, honesta, iniqua, injusta, magna, maritima, opinabilis, optatissima, periculosa, perpetua, pestifera, piâ & æterna, placidissima, præsens, sempiterna, stabilis, summa, turpis, tuta tranquillaque, vera, utilis. *Usus.* Pax vel injusta utilior est, quàm justissimum bellum in civibus. Nomen pacis dulce, res ipsa salutaris. Pacem *petere*, orare, exposcere, tentare, de pace agere. Pacem *impetrare*, redimere jacturâ aliquâ; Pacem *facere*, conficere, dare, jungere, pacisci. Pacem recuperare, reducere, conciliare, parere, gignere, coagmentare, ponere, ad conditiones pacis adducere. Pax inter partes convenit. Pacem *accipere*, servare, confirmare, habere. Pace uti, pax est. Pacem turbare; irritam, infectam facere; pacem obruere, imminuere, excludere, eripere. 2. *Formula.* Tuâ pace dixerim. Quod dicam, in bonam partem accipies. Pace Magistri dictum sit. *V. Tranquillitas.*

Paxillus, i, Pfahl / Pflock.

Peccatum, i, Sünde / Missethat / Ubertrettung / Ubelthat / Verbrechen. *Syn.* Delictum, erratum, crimen, culpa, error,

error, vitium, noxa, noxia, maleficium, pravus actus, animi labes.)(*Recte factum.* *Epi.* Commune, levius, majus, manifestum, non mediocre, par. *Usus.* Præter culpam & peccatum nihil homini accidere potest pertimescendum. Multis nostris peccatis in has ærumnas incidimus. Vitæ totius peccata recordari, confiteri. Hoc tui peccati est, non mei errati. Peccato indulgere; peccatum corrigere; carere peccato. *Phras.* Omnes in omni scelerum flagitiorumque genere volutantur. Omnes in omnem culpam prolabuntur. Omnem improbitatem omnes amant. Incurrunt homines in omnem improbitatem, iniquitatem. Nulla culpa est, quæ hodie non subeatur. Nullum hodie flagitium ignoratur, prætermittitur, committitur. *Si culpam commiseris non mediocre damnum consequetur.* Si quid offendes, errabis, secùs efficis, committes, admittes, peccabis. Si laberis, si quam in culpam incideris, si te minùs honestè tractaveris, sive minùs sapienter te gesseris; si te, quem non decet, eum præbueris, magno tibi constabit; non levis jactura, non leve detrimentum consequetur; tuam culpam gravi damnò solves, tuam culpam magna mercede redimes, gravissimè lues. Offensionem imprimis esse periculosam, offensionem magnô tibi futuram damnô, tibi affirmo. *V. Error. Crimen. Scelus. Vitium.*

Peccatum originale, Erb-Sünde/ angebohrne Schuld. *Syn.* Nativa labes, insitum naturæ crimen, peccati inhærentis contagio, peccatum originis, malum hæreditarium; primi hominis crimen, in posteros homines lethali contagione transfusum.

Peccatus, ûs, * das Sündigen Vergreiffen/ Ubertretten. *Usus.* Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur.

Pecco, are, sündigen/ frevlen/ übertretten mißhandlen R. *a* pecus; *peccatum enim hominem pecori reddit similem. vel ab Hebr.* Pak, *titubavit.* *Syn.* Delinquo, aliquid admitto, committo, scelus admitto, scelere me astringo, obstringo, devincio, rem nefariam committo, facinus edo, scelus in aliquem edo, flagitium committo, scelera facio; culpam suscipio, contraho, committo; vitium, scelus concipio.)(*Recte facio.* *Adv.* Consultò, impunè, vehementiùs. *Usus.* Semper est turpe peccare. Si quid in te peccavi, ignosce. In hoc eodem, in eandem partem & tu peccâsti. Multa peccare solemus indies. Peccare est tanquam transilire lineas. *Phras.* Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus ullis elui potest, si quod nefas contractum. Si quid adversus DEum facias, delinquas; si quid maleficii, flagitii committas; si aliquid culpæ suscipias, admittas; si quod in te peccatum hæreat, ignosci quidem, non item infectum fieri potest. *Gravissimè peccas.* Scelerate agis, summum dedecus admittis; immane scelus, facinus, flagitium, maleficium admittis; nefarium scelus facis, committis; detestabile scelus suscipis, edis; infestum ac immane scelus perficis; sceleste, impiè agis; scelestum facinus patras, perpetras; Piaculum committis; iniquissimè facis; Maximô te celere astringis, obstringis; culpam gravem committis. *Hanc nunquam subivi culpam*; hanc ego nunquam attigi culpam; hoc me crimine nunquam contaminavi, inquinavi, infeci, pollui; hæc me nunquam culpa polluit, labefecit; hujus criminis, flagitii, sceleris, vitii labe, maculâ infectus nunquam sum; vacavi semper istâ culpâ; nunquam hac in re peccavi. *V. Error. Crimen. Scelus. Vitium.*

Pecten, inis, * Weberblat / Hechel / Kamm. *R. à* πεκτέω, *pecto.*

Pecto, ere, kämmen / strälen / schlichten. *Usus.* Pexô capillô nitidus.

Pectus, oris, Brust. *R. quasi* pactus, *à compactis costis.* *Syn.* Anterior pars à gulâ usque ad ventrem. 2. Animus, nervi, vires. *Epi.* Apertum, avidum, clarum, jucundum, latum, scabrum, sordidum, validum. *Us.* Totô aliquem pectore amare; totô pectore in aliquid, in laudem incumbere; totô pectore de re aliquâ cogitare. Onerare, complere pectus rerum plurimarum copiâ.

Pecuaria, orum, eine Heerde Viehes. *Syn.* Pecorum greges & armenta. *Usus.* Cui præsidio pecuaria nostra credemus?

Pecuarius, a, um, zu der Heerd und Vieh-

Vieh-Zucht gehörig. *Syn.* Quod ad pecora pertinet. *Usus.* Pecuaria res ampla, res rustica satis culta.

Pecuarius, ii, ein Viehe-Hirt. *Syn.* Magister pecoris. *Usus.* Aratores, pecuarii, coloni.

Peculator, oris, ein Dieb des gemeinen Guts. *Syn.* Ærarii violator, fur publicus.

Peculatus, ûs, Diebstahl des gemeinen Guts. *Syn.* Crimen ejus, qui publicam pecuniam avertit; pecuniæ publicæ furtum. *Epi.* Certissimus. *Usus.* Peculatûs (scil. *crimine*) accusari, damnari.

Peculiaris, e, eigen/eigenthümlich/sonderlich. *Syn.* Præcipuus. *Usus.* Hoc illis peculiare est. Edictum peculiare.

Peculiatus, a, um, reich am Geld/wohlbemittelt. *Syn.* Nummatus, pecuniosus. *Adv.* Planè, benè. *Usus.* Balbus planè benè peculiatus.

Peculium, ii, Eigenthum an Vieh/eigen-erworben und errungen Gut. *Syn.* Proprium lucrum præsertim servorum. *Usus.* Cupiditate peculii nullam servitutem recusant.

Pecunia, æ, Geld. R. à pecus; *olim enim signô bovis, ovis &c. signabatur*, & ap. antiquos omnes in pecudibus litæ erant divitiæ. *Syn.* Fortunæ, nummi, argentum, patrimonium, divitiæ, opes. *Epi.* Abundans, adventitia, aliena, amplissima, antiquior & suavior aliquâ re, certa, cruenta, dux ad rem aliquam, effectrix multarum & magnarum voluptatum, expeditissima, extraordinaria, grandis, satis grandis & satis impudens, hæreditaria, immanis, patula, honesta, sordida, munda, acerba, propriâ in causâ & in judiciô collocata, inanis, incerta, infinita, ingens, innumerabilis, invidiosa, jucunda.)(*Acerba*, levissima, magna, mediocris ad opinionem vulgi, non mediocris, sed etiam tenuis, minor, modica ad opinionem alicujus, multa, necessaria, parva, patria, pergrandis; permagna, tam plena, tam præclara, præsens propria in causâ & judiciô, publica & maxima, publica & privata, summa, sordida, tanta, nulla & sordida, tenuis, vectigalis, universa. *Pecuniæ* alienæ, desperatæ, funestæ, ingentes, innumerabiles, insperatæ repentinæque, magnæ, multæ, publicæ, residuæ, tantæ, tam infinitæ. *Usus.* Pecuniam civitatibus imperare; Exigere à civitatibus multam pecuniam; pecuniam *corrogare*, conficere, conflare, facere, conciliare, parare, cnrare, redigere. Pecuniam *solvere*, dissolvere, numerare, dare, perdere, erogare. Pecuniam alicui decernere, assignare, ascribere, perscribere, attribuere, legare, credere. Pecuniâ *abundare*, affluere; ad magnam pecuniam venire. Magna mihi pecunia venit, ad me pervenit, mihi obvenit. Suppetit mihi abundè pecunia. Ingentem pecuniam construere, coacervare, cogere, congerere, parare. Alienam pecuniam *auferre*, corripere, avertere, depeculari; in alienas fortunas invadere. Pecuniam, summam pergrandem per luxum dissipare, effundere, dilapidare, devorare, comedere, adedere, exhaurire, profundere. *Thras.* Incredibiles angustiæ sunt pecuniæ publicæ. Ex illâ immoderatâ effusione, erogatione, dissipatione consecuta est maxima æris egestas. Summa est difficultas nummaria, pecuniaria; vix ullum in numeratô argentum habemus. Si qui sumptus faciendi, de vivô aliquid erit resecandum. *V. Divitiæ.*

Pecuniarius, a, um, zum Geld gehörig. *Usus.* Inopia rei pecuniariæ.

Pecuniosus, a, um, reich am Geld/geldreich. *Syn.* Bene nummatus, peculiatus. *Usus.* Vir copiis rei familiaris locuples & pecuniosus. *Thras.* Magnam vim auri argentique possidet, pecuniæ multum possidet; bene nummatus, bene peculiatus est, abundat nummis, copiosus est pecuniâ, mimè pecuniam desiderat, multum habet in arca, refertus est pecuniis, pecuniæ illi multum est, in numeratô multum habet.

Pecus, oris, & udis, Vieh. R. à πέκος, *pellis.* *Syn.* Armentum.)(*Homo.* *Epi.* Apta hominibus ad vescendum, impurissima & intemperatissima, languida & tarda, reliquum. *Pecora* æqualia, aliena, magis crebra & jam propè quotidiana, innumerabilia, leviora, magna,

magna, minora, multa, parva, propria, reliqua, summa, tanta, tolerabilia. *Pecudes* expertes rationis, mutæ, reliquæ, multæ. *Usus.* Multitudo pecorum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad corpora vestienda. Agri depascuntur à pecoribus. Hæc impurissima & intemperantissima pecus; *de homine improbo.*

Pedalis, e, Eines Schuhes lang / oder breit. *Syn.* Pedis unius mensuram habens. *Usus.* Sol pedalis videtur.

Pedarius, a, um, zu Fuß in Rath gehend. *Syn.* Qui in Senatu sententiam ipsi non dicunt, sed in aliorum pedibus eunt, Jaherren. *Us.* Pedarii in eam sententiam summa voluntate iverunt, cucurrerunt.

Pedes, itis, Fußgånger. *Usus.* Peditum equitumque copiæ.

Pedester, re, zu Fuß gehend. *Us.* Statuæ, pugna; copiæ pedestres; die zu Fuß dienen/ Fußvolck.

Pedetentim, Fuß für Fuß / Schritt für Schrit / Tritt für Tritt/ allgemach/ nach und nach. *Syn.* Sensim, gradatim. *Usus.* Sensim erit & pedetentim mutatio facienda.

Pedisequa, æ, junge Magd / Nachtretterin / Zofe. *Syn.* Famula, ancilla. *Us.* Divitiæ virtutis pedisequæ.

Pedisequus, i, Diener/ Laquay/ Nachtreter. *Syn.* Famulus.

Peditatus, ûs, Fußvolck. *Syn.* Pedestres copiæ. *Usus.* Equitatu, peditatu, & pecuniâ paratus & instructus.

Pedor, oris, Unflath am Menschen/ übeler Gestanck / Bauch-Wind. *Syn.* Fætor. *Us.* Situ nidoris, barba pedore horrida.

Pegma, atis; Pegmata, um, hölzern Gerüst; hölzerne Rüstung / die leicht fortzurücken. *Syn.* Ornamenta & machinæ quædam ligneæ.

Pejero, are, falsch schwören. *Syn.* Fidem & jurisjurandi religionem violo, negligo, relinquo. *Us.* Conceptis verbis pejerare. Qui semel pejeret, ei credi postea vel per plures Deos juranti non oportet. *V. Iuro.*

Pejor, ris, ärger/ böser/ schlimmer. *Syn.* Deterior. *Usus.* Turpitudo pejor est quam dolor.

Pelagus, i, die Tieffe des Meers / das Meer. *Syn.* Mare.

Pellex, icis, Kebs- oder Neben-Weib/ Beyschläfferin. *Syn.* Concubina, quæ cum alienô maritô corpus miscet.

Pellicatus, ûs, Huren- und Buben-Leben/ Schand-Leben/ Betrügerey. *Syn.* Pellicis flagitium. *Epi.* Nefarius matris. *Usus.* Uxor pellicatûs dolore concitata; pellicatum non ferens.

Pellicio, ere, mit betrüglichen und falschen Worten anlocken. *Syn.* Allicio, induco, capio, delinio. *Usus.* Adolescentis animum pellexit omnibus irritamentis, quibus illa ætas capi & deliniri solet. *Vid. Allicio.*

Pellis, is, Haut/ Fell. *Epi.* Caprina. *Usus.* Pellis arietis inaurata; sub pellibus hyemare.

Pellitus, a, um, bepelzet/mit Pelz gefüttert oder überzogen. *Us.* Pelliti Patres.

Pello, ere, treiben / vertreiben / außtreiben / verjagen / verstossen. R. *à* πάλλω, *moveo, vel* βάλλω, *jacio. Syn.* Moveo, agito, depello, *Adv.* Acriter, privatim, vehementiùs. *Us.* Species utilitatis ejus animum pepulit. Nulla me insignis injuria pepulit. Id animos auresque hominum pepulit. *Phras.* Dignus est, quem ex urbe pellamus, exterminemus, ejiciamus, extrudamus; quem tanquam pestem civitas evomat, ac foras projiciat; qui è civium numero tollatur, nudus urbe atque præceps expellatur; de statione demoveatnr, ac à penatibus funditùs exterminetur; aras & focos relinquere cogatur, vi urbe detrudatur. Pellere in exilium. Hostes locô pulsi sunt; dejecti ex murô, è campô armati; periculum audacia discussum est. Vim oblatam vi fregimus & refutavimus, ferrô dejecimus hostes, præcipites campô exegimus, impetum ruentium retudimus; trepidos ex præsidiis deturbavimus; hostem primum in ruinam muri expulimus, dein impeditum & trepidantem deturbavimus, denique fusum & fugatum in castra redegimus. Pellere mœstitiam ex animo.

Pellucens, tis, durchsichtig / durchscheinend / durchschimmernd/ glänzend. *Syn.* Pellucidus.

Pena-

Penarius f. Penuarius, a, um, zu Küchen und Keller/Speiß und Tranck gehörig. *Usus.* Cella penuaria, Speißkammer, Vorrath-Speicher.

Penates, ium, Hauß-Götter. *Syn.* Dii patrii, lares, foci. *Epi.* Patrii familiaresque, penetrales, incurvi. *Usus.* Dii penates ac familiares mei, patrii; exterminare aliquem à Diis suis penatibus.

Pendeo, ere, hangen. *Syn.* Suspensus sum, orior, proficiscor. *Adv.* Aliunde, diutiùs, vehementer, animi, valdè, promissis. *Usus.* Qui ex imperitorum sermone pendet, in magnis viris non est habendus. Salus nostra spe exiguâ pendet. Ex unius tui vitâ vita pendet omnium. E Brutô pendet Resp. Ex alienô consiliô, nutu, levitate, ex fortuna pendere. Suspensum & incertum obscurâ spe & cæca expectatione pendere. 2. *Hæreo, dubito* vehementer animi pendeo de te & me. Expectandô & desiderandô vehementer animis pendemus, cruciamur, angimur.

Pendo, ere, wägen. *Syn.* Æstimo. *Usus.* Rem vobis proponam, vos eam suis ponderibus penditote. 2. *Solvo, do.* Pendere usuram, pecuniam alicui; pendere vectigal. 3. *Patior.* Maximas pœnas meæ temeritati pendo.

Pendulus, a, um, * Hangend / abhangend. *Syn.* Pensilis.

Penè, schier / fast. *Syn.* Propè nihil propiùs est factum, quàm ut; parum abesat, quin, &c. *Usus.* In hoc oratori Poëta penè par.

Penes, bey. *Syn.* In manu, in potestate. *Usus.* Rerum omnium potestas penes Cæsarem est. Penes illum est summa laus Eloquentiæ.

Penetrabilis, e, * durchdringend. *Syn.* Quod facilè penetrat. *Usus.* Penetrabile Boreæ frigus, grimmige Kält.

Penetrales, ium, alles was inwendig im Hauß ist. *Syn.* Loca interiora & secretiora domûs vel templi. *Us.* Abditi & penetrales foci.

Penetro, are, hineindringen / durchdringen. *Syn.* Pervado, pertingo, permano, serpo. *Usus.* Ad urbes sedesque barbarorum penetravimus. Per angustias navis penetravit. Nullâ est tanta ingenii acies, quæ in cœlum penetret. Nulla res magis penetrat in animos. *Phras.* Gloria nostra quòvis gentium penetravit; per animos hominum, per agros, urbem, oras omnes pervasit. Per omnem mundum quasi incendium pervasit, penetrat, pertigit, permeat, ad omnes gentes permanavit.

Penicillus, i, Pinsel. *Usus.* Pingam rem coloribus & penicillô meô.

Peninsula, æ, Halb-Insul oder Eyland.

Penitùs, gäntzlich / gantz und gar. *Syn.* Prorsus, omnino. *Usus.* Me tibi totum penitus commendo atque trado. Penitus rem intelligo. 2. *Interius.* Aurum penitus abditum. Ea penitùs animis vestris mandate. Periculum inclusum penitùs in medulla & visceribus Reipublicæ. Penitus reconditum, defixum, defossum. *V. Omnino.*

Penna, æ, Feder. *Syn.* Pinna. *Epi.* Levissima, geminæ, tremebundæ. *Us.* Aves pullos pennis fovent.

Pennatus, a, um, gefiedert / geflügelt. *Syn.* Pinnalus,

Pensilis, e. * hoch auffgehenckt / abhangend. *Syn.* Pendulus.

Pensio, onis, gangbahre Zinß. *Syn.* Merces, vectigal. *Epi.* Exigua. *Usus.* Erat ea pecunia tribus pensionibus solvenda. Pensio prima est Calendis Jan. Pensio exsoluta est ante diem. Pensionem debere, exigere.

Pensito, are, offt und reifflich erwegen / fleissig betrachten. *Syn.* Pendo.)(*Exigo.* *Usus.* Vectigalia nobis pensitant.

Penso, are, vergelten / wiedergelten / erwiedern / wett machen. *Us.* Pensare officiis & operis id, quod violatum est. *V. Compenso.*

Pensum, i, das man beobachtet hat / Arbeit / Tagwerck. *Us.* Pensum exigere, conficere, absolvere. Meæ diligentiæ pensum magis est exigendum. 2. Pensi nihil esse, nihil pensi habere, *nihil curare.*

Penula, æ, ein Reyse-Mantel. *Syn.* Pallium pro itinere.

Penulatus, a, um, mit einem Reyse-Mantel bedeckt. *Syn.* Penulâ indutus, amictus.

Penuria, æ, Abgang / Mangel.)(*Copia.* *Usus.*

Usus. Penuria magna est doctorum virorum.

Penus, i, allerley Vorrath / Proviant. *Us.* Penates à peno ductô nomine; est enim omne, quô vescuntur homines, penus.

Per, durch. *Usus.* 1. *Ratione operæ, vel auxilii.* Per scelus, vim, metum, amicitiam, simulationem aliquid agere. Per malitiam, fraudem, impudentiam venire in necessitatem. Per ludum & negligentiam; per risum & jocum contemnere. Per se, per amicos aliquid efficere. Per litteras colloqui, supplicare. 2. *Ratione loci & spatii.* Quasi per caliginem ea videbam. Per tuum latus me petebant. 3. *Ratione concessionis.* Hoc neque per leges, neque per naturam fas est, per me quidem licebit. 4. *Culpâ, vel gratiâ.* Si per valetudinem potes, naviga. Per auspicia non licebit. Per gratiam, per beneficium aliquid contendere ab aliquo. 5. *Prætextu.* Per fidem, simulationem aliquem fallere. 6. *Iurandi modô.* Per omnes Deos, per conjugem tuam; per fortunam populi Romani jurare. 7. *Temporis ratione.* Per idem tempus, per hyemem iter facere. Per ætatem nondum sat validus es. Per somnium curis vacuus animus.

Per se, durch sich / an und vor sich selbst. *Syn.* Ex se, vi suâ, propter se, suô nomine, suis viribus, suâ sponte, â naturâ, naturâ & specie suâ, separatus. *Usus.* Per se, nullô adjuvante rem confecit. Amicitia per se, propter se est expetenda.

Peractio, onis, Vollendung. *Syn.* Finis, extremum. *Usus.* Senectus peractio ætatis est, tanquam fabulæ.

Perago, ere, vollenden / vollbringen / endigen. *Syn.* Perficio. *Usus.* Consulatum, fabulam peragere. *V. Perficio.*

Peragratio, onis, Durchreisung. *Syn.* Percursitatio, perlustratio. *Us.* Peragratio itinerum.

Peragro, are, durchwandern / durchreysen. *Syn.* Pedibus obeo, lustro, concurso. *Usus.* Infinitas regiones, quarum nulla esset ora, nulla extremitas, mente peragrare. Peragrare orbem terrarum, lustrare, pedibus obire. *Vid. Iter. Proficiscor.*

Perambulo, are, * durchgehen / durchwanderen. *Usus.* Rura perambulare.

Peramo, are, sehr lieben. *Usus.* Homo nostri peramans. Perofficiosè & peramanter me observat.

Perbacchor, ari, toll und voll sich sauffen / im Luder liegen und zechen. *Syn.* Bacchor. *Adv.* Turpissimè in villâ.

Percalleo, ere; esco, ere, sehr erharten / durchaus hart werden. *Syn.* Obduresco.

Percelebro, are, allenthalben außbreiten kund machen / sehr rühmen. *Syn.* Maximè divulgo. *Usus.* Audita & pervulgata & celebrata sermonibus res est.

Percello, ere, zu Boden schlagen / niederstossen / hefftig erschrecken. *Adv.* Vehementer perculsa jam diu & afflicta Græcia. *Usus.* Hæc te vox non perculit, non perturbavit? Quos repentina aliqua vis ac tempestas perculit, afflixit, avertit exultantes. *Vid. Terreo.*

Percenseo, ere, fleissig erzehlen. *Syn.* Recenseo, percurro. *Usus.* Quis tua merita numerandô percenseat?

Perceptio, onis, Empfahung / Nutzung / Genuß / Einsammlung. *Syn.* Collectio, comprehensio. *Epi.* Firma animi ad aliquid, inchoata. *Us.* Fructuum perceptio.

Percipio, ere, genau fassen und begreiffen. *Syn.* Capio. *Adv.* Bene, celeriter, diligenter, expeditè, extrinsecus, planè, rectè, summatim, tardè percepi; perceptum explorate penitùs. Necessariò, assiduè. *Usus.* Capere voluptatem; percipere luctum. Omnia nomina percipere. Disciplinas omnes percipere. 2. *Assequor, intelligo.* Aliquid animô percipere, memoriâ custodire. Artis præcepta, consilium cognoscere atque percipere. *V. Intelligo. Capio.*

Percitus, a, um, sehr bewegt und auffgebracht. *Usus.* Animô iratô, percitô, concitatô, incitatô aliquid facere.

percrebresco, ere, bekant werden / überall kund werden. *Syn.* Increbresco, divulgor. *Adv.* omnino. *Usus.* Ea opinio sermone omnium percrebuit. In ore & sermone omnium cœpit esse. Multa de tuis laudibus fama percrebrescit.

Percunctatio, onis, Außforschung / Nachfrage / Ausfrage. *Syn.* Interrogatio, rogatio. *Epi.* Finitima alicui, servilis. *Usus.* Aliquid non percunctatione quæsitum, sed dolore expressum.

Percunctor, aris, erforschen / fragen / aushohlen. *Syn.* Quæro, sciscitor. *Usus.* Quæso, nobis explica, quæ ex te de republ. percunctati fuerimus. *Vid.* *Quæro.*

Percupio, ere, * inständig begehren. *Syn.* Valdè cupio. *V. Cupio.*

Percurro, ere, durchhin lauffen. *Syn.* Percenseo, abeo, strictim attingo, breviter decurro. *Adv.* Brevi, valdè breviter. *Usus.* Oratione aliquid percurrere. Multa animô, plura legendô percurrit. *V. Proficisci.*

Percursatio, onis, Durchwanderung. *Syn.* Peragratio. *Epith.* Præclara.

Percursio, onis, Durchmarsch / Durchzug. *Usus.* Propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Percussio, onis, Zerschlagung. *Usus.* Digitorum percussione hæres fieri possum. Aptæ numerorum percussiones.

Percussor, oris, Mörder / Bandit / Todtschläger. *Syn.* Interfector. *Usus.* Percussorem immittere in aliquem.

Percutio, ere, schlagen / wohl zerschlagen. *Syn.* Ferio, cædo. *Usus.* Aliquem lapide, gladiô, securi percutere. Fulmine percussus interiit, vom Donner erschlagen. 2. *Transl.* Percussit animum excogitatio. Percutere fœdus cum aliquo, einen Bund machen. *V. Fustis. Ictus.*

Pèrdisco, ere, fertig lernen / außwendig lernen. *Adv* Diligenter, necessariò res controversas, omnino nunquam. *Usus.* Hic locus totus est perdiscendus. *V. Disco.*

Perditè, verderblich. *Syn.* Flagitiosè nequiter. *Usus.* Perditè se gerere.

Perditor, oris, Verderber / Verwüster / Zerstörer. *Usus.* Perditor, & vexator Reipubl. qui servator & custos esse debuerat.

Perditus, a, um, verdorben / verlohren. *Syn.* Profligatus. *Usus.* Nihil potest fieri miserius, perditius, fœdius. Homo profligatissimus, perditissimus, dissolutissimus. Obrutis, adversis, amissis ac perditis rebus omnibus. Lacrymis scelere & egestate perditus. *V. Sceleratus.*

Perdo, ere, verderben / verliehren. *Syn.* Amitto, deperdo, offensionem accipio, jacturam alicujus rei facio, damnum facio, detrimentum facio vel accipio, aliquid damni contraho.)(*Lucror, sustineo, recipio, recupero.* *Usus.* Operam perdidi omnem. Filium, caussam, oculos, tempus perdere. 2. Disperdo, affligo, prosterno, profligo. *Vulg. Destruo.* Jupiter urbes delevit, fruges perdidit. Patriam, cives suos perdere. *Phras.* Patriam ipse suam perdidit, se suosque funditus evertit, remp. profligavit, possessiones Majorum dissipavit ac disperdidit. Pernicies & pestis reip. vastitati omnia addixit. Labes ac pernicies civitatis, pestisque opportunissima; ad excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem patriæ sua consilia omnia dirigit; exitium patriæ comparat; ad disperditionem urbis se accingit. *V. Evanesco. Amitto.*

Perdoceo, ere, gründlich lehren. *Syn.* Edoceo. *V. Doceo.*

Perduco, ere, durchführen. *Usus.* Vallum, murum in certam altitudinem perducere. Aliquem ad suam sententiam, ad conditiones certas perducere. Vitam ad centesimum annum perduxit. Hæc vitæ ratio facilè ad honores perducit. Ajacem contemptus ad furorem & mortem perduxit. *Vid. Duco.*

Perductor, oris, Durchführer. *Syn.* Qui vel invitum ducit. *Usus.* Lenones perductores.

Perduellio, onis, eine Verletzung oder Beleydigung der Obrigkeit. *Syn.* Crimen imminutæ Majestatis, *Usus.* Actio-

Actionem, judicium perduellionis alicui intentare.

Perduellis, is, ein Verletzer oder Beleydiger der Obrigkeit. *Syn.* Hostis patriæ, qui Majestatem minuit. *Vid. Hostis.*

Perduro, are, * außdauren. *Syn.* Usque ad finem duro. *V. Duro.*

Peredo, ere, durchfressen / durchbeissen. *Usus.* Lachrymæ genas peredunt.

Peregrè, über Land / in der Frembde. *Syn.* In peregrinatione, foris.

Peregrinabundus, a, um, * herumb wanderend / oder reisend. *Usus.* Nec peregrinabundum, neque circa amænas oras vagantem ducem.

Peregrinatio, onis, Wanderung / Wanderschafft / das Reisen. *Usus.* Omne tempus in peregrinatione consumsit.

Peregrinator, oris, Wanderer / Wandersmann. *Syn.* Peregrinabundus.

Peregrinitas, tis, Auffhaltung / oder Wohnung an einem frembden Ort / das Leben in der Frembde / Frembdlingschafft. *Usus.* Infusa in urbem morum, linguæ, vestium, verborum peregrinitas. *V. Novitas.*

Peregrinor, aris, wanderen / wallfahrten / in die Frembde reisen. *Syn.* Peregrinator, peregrinus sum. *Adv.* Delicatè, ineptè, latè, longè. *Usus.* Tu solus ignoras? tu solus hospes in hac urbe versaris? an aures tuæ & oculi peregrinantur in hoc tam pervagatô civitatis sermone? Longè latéque Asiâ totâ peregrinari.

Peregrinus, a, um, frembd / außheimisch. *Syn.* Advena, hospes alienus, externus.)(*Civis, incola.* *Usus.* Homo peregrinus, ex ultimis terris deductus, peregrè adveniens. Orator in nullâ facultate rudis, tiro, peregrinus & hospes esse debet. Ista verba aliquid peregrinum olent, redolent, sonant. *Phras.* Oportet benignè excipere atque amplecti hospites, peregrinos, extraneos, exteros, advenas extraneos, externos; eos, qui absunt â patriâ, domô, suis regionibus; eos, qui sunt in exteris locis; eos, qui sunt procul ab amicis & affinibus; eos, qui non sunt nostri populares, cives; eos, qui non sunt ejusdem linguæ, nationis, gentis.

Perendie, übermorgen. *Syn.* Perendinô die. *Usus.* Hodie, cras, perendie.

Perendinus, a, um, übermorgentlich. *Usus.* Statuere non possumus, utrum diem tertium, an perendinum dici oporteat.

Perennis, e, stätig / langwährend / immerwährend / fortdaurend. *Syn.* Perpetuus, continuus, jugis, continuatus. *Usus.* Idem pristinus ac perennis meus erga te est animus. Perennis ac profluens loquacitas. Sermo nullus unquam de ullo perennis fuit. Fons perennis.

Perennitas, tis, Langwierigkeit / Stätigkeit. *Syn.* Perpetuitas. *Usus.* Fontium gelidæ perennitates.

Pereo, ire, verderben / verlohren werden / zu Grund gehen. *Syn.* Intereo. *Adv.* Certè, crudelissimè, fædè, funditùs, necessariò, planè, præclarè, prorsùs, tacitè, occultèque, turpiter. Ad summum quatriduô periturus, brevi peritura Troja. *Usus.* Tuô vitiô peribis. Tanta pecunia, oleum & opera nobis periit. *Vid. Intereo.*

Pererro, are, * umher schweiffen / durchschweiffen / in der Irre gleichsam herum gehen. *Usus.* Omnem locum pererrat.

Perfectè, vollkömmlich / völliglich. *Syn.* Absolutè, plenè, cumulatè, ex totô. *Usus.* Oratio perfectè erudita & diserta. Nihil nisi perfectè, nisi cum summâ venustate agebat Roscius.

Perfectio, onis, Vollkommenheit. *Syn.* Expletio, absolutio.)(*Inchoatio, adumbratio, susceptio, fundamentum.* *Usus.* Tantum abes à perfectione magnorum operum, ut fundamenta nondum jeceris. Hanc ego absolutionem perfectionémque ab oratore desidero. Virtus â susceptione primò, non ab ipsa perfectione judicanda.

Perfector, oris, Vollender / Vollbringer. *Usus.* Stylus perfector dicendi & Magister.

Per-

Perfectus, a, um, vollendet/vollkommen. *Syn.* Absolutus, perfectè absolutus, planus, summus, completus, expletus, cumulatus, elaboratus, perpolitus, maturus, verus, expletus omnibus suis partibus; quod, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet; quod omnes habet, in se numeros veritatis; rectè facta, quæ Græci appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.)(*Inchoatus, imperfectus, adumbratus, conatus.* *Usus.* Perfecta virtus & cumulata; expleta & perfecta forma honestatis. Homo in Philosophia perfectus. Opere mirabili perfectum candelabrum. Non vivitur cum perfectis hominibus. Perfectus orator, cui nihil deest, quod in suô genere expletum atque cumulatum est. Præclarè inchoata multa, nondum perfecta, & maturitatem adepta. Illud, cui addi nihil possit, summum & perfectissimum judico.

Perfero, erre, überbringen/übertragen/erdulten/außstehen. *Syn.* Perpetior, tolero, obduro. *Adv.* Diligentius, attentiùs, tacidissimè omnia. *Us.* Ruinas, nives, impetum & crudelitatem hostium, molestias amicorum perferre & perpeti. 2. Legem aliquam perferre. 3. Litteras, jussa, nuncium, mandata alicujus ad aliquem perferre. *V. Patior.*

Perficio, ere, vollbringen/vollenden/außführen. *Syn.* Absolvo, conficio, transfigo, efficio, perago, extrema persequor, absolutionem alicujus rei perficio, perpolio, munus susceptum expleo.)(*Attingo, inchoo.* *Adv.* Callidè, castè nihil, perspicuè & protinùs benevolum, omnino nihil, ritè nihil, aliundè, commodiùs rem, planè. *Perfectum* cumulatè, facilè, Græcè, plenè. *Usus.* Cogitata, instituta, inchoata, Poëma perficere. *Phras.* Librum illum nondum perfeci; nondum operi ultima manus accessit; affectum habeo librum, nondum perfectum; Nondum exædificavi, quod institui; nondum pertexui, quod exorsus sum; nondum ad exitum deduxi mea cogitata, nec ultimam manum admovi; nondum perpolivi, elaboravi, quæ cœperam. *V. Absolvo. Finio.*

Perfidia, æ, Untreue/Meineyd/Betrug. *Syn.* Fraus, destitutio. *Epi.* Similis, summa, tanta. *Usus.* Illius perfidiâ deceptus, circumventus sum. Perfidiæ suspicionem & iniquitatis fugere. Illud non ejus imprudentiæ, sed perfidiæ assignandum est. *V. Infidelitas.*

Perfidiosè, treuloser Weise. *Syn.* Fallaciter.

Perfidiosus, a, um, treuloß/untreu/eydbrüchig/maineydig. *Syn.* Perfidus, insidiosus, fallax, improbus. *Adv.* Æquè & nefarius.

Perfidus, a, um, verrätherisch/treulos/ *Syn.* Perfidiosus. *Usus.* Si fide societas colitur, perfidus est, qui socium prodit. Aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. *V. Decipio. Infidelis.*

Perflabilis, e, lüfftig. *Syn.* Per quod flatus penetrare potest, tenue. *Usus.* Locus perflabilis.

Perflo, are, * durchblasen/durchwehen. *Usus.* Venti terras perflant.

Perfluo, ere, durchrinnen/durchfliessen. *Usus.* Charta perfluit, schlägt durch. Plenus sum rimarum, hàc illac perfluo, kan nichts verschweigen.

Perfodio, ere, durchbohren/außhöhlen/durchlöchern/durchgraben. *Syn.* Perforo, perfringo. *Adv.* Impunè parietes.

Perforo, are, durchbohren/durchlöchern. *Syn.* Perfodio, patefacio. *Usus.* Navem, murum perforare.

Perfrico, are, sehr zerkratzen/zerreiben. *Usus.* Frontem perfricare, pudorem ponere. Perfrictæ frontis homo. Impudens.

Perfringo, ere, zerbrechen/zerstücken/zertrümmern. *Syn.* Infringo, effringo, labefacto. *Usus.* Leges devincere & perfringere. Adversa vi & virtute perfringere. Perfringere & labefactare bonorum conspirationem. *Vid. Frango.*

Perfruor, i, gäntzlich und wohl geniessen. *Syn.* Utor, potior. *Adv.* Mirificè fructu otii. *Usus.* Otiô, lætitiâ, sapientiæ laude perfrui, pasci, delectari. *V. Fruor. Delector.*

Perfuga, æ, Abtrünniger/Überläuffer. *Syn.* Transfuga, proditor.

Perfugio, ere, irgend hinfliehen/sich auff die Seite/und aus dem Staub

be machen/überlauffen. *Syn.* Transfugio ad hostes.

Perfugium, ii, Zuflucht in der Noth. *Syn.* Portus, præsidium, arx, asylum. *Epi.* Commune, desperatissimum, honestum, melius aut paratius, paratum, postremum, præsens, sanctum, tutum oratorum, unum. *Usus.* Fortunæ alicujus miseræ, jactatæ & naufragæ perfugium præbere. Hoc unum nobis perfugium, hæc spes, hoc solatium omnium laborum & sollicitudinum nobis superest. Perfugiô uti. Improbis omnia perfugia obstruere. Omni perfugiô malos excludere. *Vid. Præsidium.*

Perfunctio, onis, Verwaltung / Verwesung. *Usus.* Laborum, honorum perfunctio.

Perfundo, ere, begiessen/ über und über begiessen. *Syn.* Respergo. *Usus.* Hæc res animum meum summâ suavitate, voluptate, horrore, religione perfudit. Quis me horror perfudit?

Perfungor, i, verrichten / vollbringen / vollenden / vollstrecken. *Syn.* Exantlo, utor.)(*Ingredior.* *Usus.* Laboribus, bellô, magistratu, muneribus, periculis perfungi.

Pergo, ere, fortfahren/ eylen/ anhalten. *Syn.* Eo, iter facio, tendo, peto, contendo, sequor, continuo, insisto. *Adv.* Cursim, longiùs, porrò, potinus, rectà. *Usus.* Perge conficere iter reliquum. Pergam & insequar longiùs. Perge porrò; perge reliqua. Perrexit illi obviam.

Pergræcor, ari, * prassen / schlemmen / schmausen / im Sauß und Schmauß leben. *Syn.* Epulis & potationibus inservio.

Perhibeo, ere, vorgeben / vorwenden. *Syn.* Dico, ajo, volo. *Adv.* Vulgò. *Usus.* Summâ, ut vos quidem perhibetis, injuria affecti estis. Plato Socratis Auditor fuisse perhibetur.

Perhorresco, ere, erschrecken / in Schrecken gerathen. *Syn.* Exhorresco, pertimesco. *Adv.* Valde. *Usus.* Nemo est, qui hos non oculis fugiat, auribus respuat, animô aspernetur, recordatione ipsâ non perhorrescat. Non solum animô commoveor, sed perhorresco. *V. Horreo.*

Periclitatio, onis, Versuch/ Probe. *Syn.* Experientia. *Usus.* Multarum herbarum utilitates longinq. temporis usu & periclitatione percepimus.

Periclitor, aris, in Noth und Gefahr seyn / einen Versuch thun / wagen. *Syn.* Periculum facio, experior, tento, cum periculo experior.)(*Cautus sum.* *Usus.* Belli fortunam tentare & periclitari. Omnia circumspicere, vires suas periclitari. 2. *Discrimen, periculum habeo.* Non est in uno homine periclitanda salus Reip. Periclitantur jura & vita omnium. *Phras.* Eodem in discrimine versaris. Idem tibi periculum impendet; æquè tua salus agitur; æquè tuæ fortunæ periclitantur; æquè periclitaris; eadem tibi imminet calamitas; eôdem loci res tuæ sunt; versaris in eodem periculo, in eadem fortunâ; eadem te fortuna manet, urget; eadem tibi fortuna impendet, imminet. Pari es conditione; par, similis, eadem, non dissimilis, non dispar, non alia tua conditio est; non minùs de te agitur; tua res æquè agitur; de tua re itidem agitur; eadem tibi instant mala; haud meliùs tecum agetur; haud meliore locô res & fortunæ tuæ erunt; tua res periclitatur; tua res periculum subit; in periculum tua res adducitur, venit. Nolo salutem Reip. in discrimen adducere. Nolo summam Reipublicæ, s. publicam rem in dubiam fortunam adducere, in discrimen deducere. Non committam, ut incertam fortunam respublica subeat. Non committam, ut periclitetur, ut in dubium vocetur, ut in periculum vocetur, ut in discrimen veniat Reipubl. salus.

Periculosè, gefährlich / mißlich. *Syn.* Cum periculô. *Usus.* Periculosè ægrotare, navigare.

Periculosus, a, um, gefährlich / mißlich. *Syn.* Lubricus, anceps, præceps, non procul â periculô. *Usus.* Periculosa, turbulenta, temeraria & callida consilia. Ejus animi magnitudini tempestas est oblata formidolosissimi temporis. Ancipiti, dubiô, infestô tempore.

Periculum, i, Gefahr. R. ἀ πεῖρα, *tentamen rei.* *Syn.* Discrimen, dimicatio. *Epi.* Alienum, certum, commune, com-

commune incertúmque, domesticum, extremum, gravius, honestissimum, incertum vitæ, non legitimum, magnum, minimum, perspicuum, præsens, proprium, publicum, perpetuum, simile, sordidissimum, summum, tantum, *Pericula* asperrima, domestica, dubia, vitæ gravissima, integerrima & maxima, levia, magna & imprudentia, minora, multa & magna, plura, plurima, præcipua, propria, quotidiana, recentia, repentina, subita, summa, tanta támque improvisa. *Usus.* Maximum ab universo naufragio periculum est; periculum dudum denunciatum. Aliquem in capitis periculum *vocare*, adducere, arcessere. Periculum alicui comparare, creare, moliri, struere, conflare, intendere, curare, procreare, facessere, injicere, afferre, inferre. Periculis maximis cingimur, includimur. Magna instant, impendent, imminent pericula. Periculum *adire*, subire; in media se pericula immittere, mittere, committere, inferre. Periculum suscipere, in periculum venire. Periculô defungi, negligere suum periculum. Periculum *depellere*, propulsare, declinare, refugere, subterfugere. A periculô prohibere, è periculô eripere, extrahere, periculis liberare. *Extra periculum esse*; â periculô abesse, vacuum esse â periculô, periculi expertem esse. 2. *meô, tuô, suô, alicujus periculô*; sumptu, periculôque meô, rem exequar. Meô semper periculô, respublica vivit. 3. *Experimentum*, Versuch / Probe / Wagung. Facere, sumere periculum innocentiæ alicujus. *Thras.* Vir est in periculis quàm intrepidus; pericula adit non dubitanter; in extremô discrimine & dimicatione fortunæ, in quotidianis capitis insidiis, in maximis difficultatibus sui perinde similis, in locum quemvis præcipitem non dubitat se committere. De vita & ornamentis suis fortissimè decernit, in quemcunque casum tendit alacer; omnem periculi procellam in se unum avertit. Non equidem cæcus ruit in certamina, nec rerum summam in periculum fructu nullô revocat, aut in unius aleæ casum commitit, quidquid tamen urget periculi, quidquid scopuli minatur, minimè exhorrescit, trepidat, movetur. *Vid. Discrimen.*

Perimo, ere, tödten / fällen / zernichten / zu Grund richten. *Syn.* Interimo, deleo. *Usus.* Si quæ vis meum reditum, honorem peremisset: Alicujus consilium, curas perimere. *Vid. Interficio.*

Perinde, also / gleichviel / eben als / gerade als. *Syn.* Proinde, quasi, similiter, juxta, eô locô. *Usus.* Perinde est, ùt putas. Perinde, ac si jam vicerint, triumphant; quod ego perinde rebar, ac si, s. quasi jam peractum. *V. similiter.*

Periocha, æ, kurtzer Begriff. *Syn.* Argumentum, complexio totius rei brevis.

Periodus, i, eine vollkommene Rede / Umbgang. *Syn.* Ambitus, circuitus. *Usus.* Circuitus orationis, quem Græci periodum nos ambitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem dicimus.

Peripatheticus, a, um, der Peripathetischen Secte eigen / zugethan. *Syn.* Lycéi studiosus.

Peripetasma, tis, Umbhang / Fürhang. *Syn.* Peristroma, stragulum, stragula vestis, Aulæum.

Peristroma, tis, Fürhang / Umbhang. *Epi.* Conchyliata.

Peristylium, ii, ein mit Säulen umbgebener Ort. *Syn.* Locus columnis undique clausus & ornatus. *Epi.* Amplissimum.

Peritè, verständiglich / weißlich / klüglich / listiglich / künstlich meisterlich. *Syn.* Scienter, callidè.

Peritus, a, um, erfahren / gelehrt / verständig. *Syn.* Sciens, gnarus, exercitatus, intelligens, in aliqua re artifex.)(*Imperitus.* *Adv.* Bene juris, antiquitatis, literarum, literatè, scriptorum veterum, sanè juris, valde juris. *Usus.* Peritus ad usum & disciplinam belli. Juris, legum, antiquitatis, belli gerendi peritissimus. Doctus & usu peritus. *Thras.* Vir fortis, rei militaris peritus; â natura usuque callidus, in bellicis rebus summô studiô & intelligentiâ; vetus bellator; in suô artificiô callidus & acutus; magnam habet rei bellicæ prudentiam; militiæ scientissimus. Cui nihil novum, peregrinum, improvisum accidere possit, nihil,

hil, quod non usu diu ac multâ periclitatione didicisset. *Vid. Scio, Intelligo.*

Perjurium, ii, Meineyd/ Eydbruch. *Syn.* Perfidia. *Epi.* Illustre atque insigne, manifestum, nimium. *Usus.* Perjurii pœna Divina exitium, humana dedecus. In perjuriô fides & jusjurandum negligitur.

Perjurus, a, um, meineydig/ eydbrüchig. *Syn.* Qui fidem & jusjurandum violat, negligit. *Usus.* Nihil interest inter perjurum & mendacem. *Vid. Infidelis.*

Perlabor, i, durchfallen. *Usus.* Perlapsus est ad nos Hercules.

Perlego, ere, durchlesen. *Usus.* Perlegi tuum librum. *V. Lego.*

Perluceo, ere, durchscheinen / hindurchleuchten / durchstrahlen. *Syn.* Eluceo.

Perlucidus, a, um, durchsichtig / hell / durchscheinend. *Syn.* Pellucidus, illustris. *Adv.* Maxime. *Usus.* Membranæ oculorum perlucidæ.

Perlustro, are, durchsehen / durchsuchen. *Syn.* Diligenter & attentè lustro. *Usus.* Oculis, animô perlustrare omnia. *Vid. Lustro.*

Permaneo, ere, beharren / verbleiben/ im Stande und unverändert bleiben. *Syn.* Consto. *Adv.* Constanter, parum in causâ. *Usus.* In meâ erga te voluntate, in meâ sententiâ pristina stabilis & firmus permaneo. Opto, ut tua fortuna semper florentissima permaneat. *V. Maneo.*

Permano, are, durchfliessen/ hindurchrinnen. *Syn.* Mano, pervenio, penetro, permeo. *Adv.* Latentius in venam, usque eò in animum. *Usus.* Permanârunt hi sermones ad aures nostras. dicta tua ad animos, ad permovendas mentes non permanant. Venenum potum permanat in venas. *Vid. Mano. Penetro.*

Permansio, onis, Beharrung / Verbleibung. *Epi.* Perpetua, stabilis. *Usus.* Permansio perpetua in eadem sententiâ.

Permeo, are, durchgehen / hindurchwandern. *Syn.* Penetro, permano. *Usus.* Intelligentia per omnia permeat & transit.

Permetior, iri, messen/ abmessen. *Syn.* Dimetior. *Usus.* Solis magnitudinem quasi decempeda permensus est.

Permisceo, ere, vermischen / durcheinander mengen. *Syn.* Commisceo. *Us.* Ne tuas sordes cum clarissimorum virorum laudibus permisceas. Non modò illa permiscuit, sed et in his turbavit. Implicata & permista oratio. *V. Misceo.*

Permissio, onis, Bewilligung/ Erlaubnus/ Zulassung/ Vergünstigung. *Syn.* Remissus, concessus. *Epi.* Grata. *Usus.* Quod tibi mea permissio tuæ mansionis grata sit, gaudeo. *V. Venia.*

Permissus, ûs, Gestattung / Verwilligung/ Erlaubnuß / Zulassung/ Vergünstigung. *Syn.* Permissio. *Usus.* Meô permissu abiit.

Permistè, vermischt / durch einander gemengt. *Syn.* Confusè.)(*Separatim.*

Permissio, onis, Vermischung /Vermengung. *Syn.* Admistio, confusio. *Epi.* Superior.

Permitto, ere, zulassen/ verwilligen/ gestatten/ erlauben vergünstigen. *Syn.* Dimitto, concedo, sino, patior, potestatem facio vel concedo, do, dedo.)(*Veto, cogo.* *Adv.* In posterum potestatem. *Usus.* Totum ei negotium permisi, meque in ejus potestate dixi fore. Committere se alicujus fidei; judicis permittere potestati aliquid. Permitto aliquid iracundiæ tuæ. Hostibus se, vitam rei judicum sententiis permittere. *V. Concedo.*

Permotio, onis, Bewegung. *Syn.* Motus, perturbatio. *Epi.* Divina, intima. *Usus.* Permotio animi. Quæ permotione mentis maximè sentimus. *V. Perturbatio.*

Permoveo, ere, sehr und durchaus bewegen. *Syn.* Commoveo, perturbo, perpello. *Adv.* Quàm maximè mentes, vehementer. *Usus.* Si quem hæ calamitates permovent. *V. Moveo.*

Permulceo, ere, liebkosen / streichlen und schmeichlen. *Syn.* Mulceo, delinio, mitigo. *Usus.* Animum voluptate, aures leni sonô, senectutis tædia consolatione aliquâ permulcere.

Permunio, ire, * wohl bewahren/ starck bevestigen. *Usus.* Absolvo, quod munire cœperam. *V. Munio.*

Permutatio, onis, Aenderung/ Wechsel/ Tausch/

Tausch / Verwandelung. *Syn.* Mutatio. *Epi.* Magna, publica, quadrantaria. *Usus.* Virtus nec temporum nec tempestatum permutatione permutatur.

Permuto, are, änderen / verändern / verwechseln / vertauschen / verwandeln. *Usus.* Sententiam permutare. Permutatum solvere cum quæstu. Permutare pecuniam, mutuari. *Vid.* *Muto.*

Perna, æ, * Schincke / Hamme. *Epi.* Fumosa.

Pernego, are, durchaus oder beständig leugnen. *Syn.* Prorsus nego. *V. Nego.*

Pernicies, ei, Verderbnuß / das Verderben / Schade / Untergang. *Syn.* Exitium, labes, pestis, calamitas.)(*Salus.* *Epi.* Aperta, communis, conjuncta cum magna calamitate reip. intestina, major. *Usus.* Reip. perniciem moliri, comparare; in perniciem alicujus incumbere; in perniciem ipse suam incurrit; Communi pernicie oppressus est. Perniciem à capitibus omnium depellere. *V. Ruina. Calamitas.*

Perniciosè, verderblicher Weise / schädlich / höchst-nachtheilig. *Syn.* Pestiferè. *Usus.* Quam dissolutè, quam turpiter, & perniciosè.

Perniciosus, a, um, schädlich / verderblich / höchst-nachtheilig. *Syn.* Exitiosus, capitalis, pestifer, infelix, noxius. *Usus.* Consilium non modò inutile, sed etiam perniciosum reip. *Vid.* *Noxius.*

Pernicitas, tis, Geschwindigkeit / Schnelligkeit / Behendigkeit. *Syn.* Magna celeritas, velocitas.

Pernix, cis, * schnell / geschwind / behend. *Usus.* Canis pernix. *V. Celer.*

Pernocto, are, über Nacht seyn / übernachten. *Syn.* Noctem ago, traduco. *Usus.* Pernoctant venatores in nive. Amæniora studia pernoctant nobiscum & rusticantur.

Pernosco, ere, eigentlich und gründlich erkennen. *Usus.* Mores hominum pernoscere, penitus. *V. Nosco.*

Pernox, ctis, * durchnächtig / die gantze Nacht wachend / oder während. *Syn.* Noctem totam vigilans. *Usus.* Pernox luna erat.

Peroro, are, außreden / die Rede zu End bringen. *Syn.* Oro, perorationem habeo. 2. Concludo. *Adv.* Brevi, vehementiùs, graviter & ornatè. *Usus.* Odiô & strepitu Senatûs coactus est tandem perorare. *V. Oro.*

Perosus, a, um, * sehr hassend / sehr auffsätzig und feind seyend. *Usus.* Plebs consulum nomen perosa. *Vid. Odiosus. Odium.*

Perpello, ere, antreiben / anstrengen / zu etwas vermögen. *Syn.* Impello, permoveo. Vultus hujus te oculique perpulerunt. *V. Excitus. Impello.*

Perpendiculum, i, Bley-Waag / Senckel / Bleyschnur / Richtschnur. *Usus.* Si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non regulis, non normis. Columnas exigere ad perpendiculum. Ferri suô pondere deorsum ad lineam.

Perpendo, ere, wohl betrachten / fleißig erwegen und überlegen. *Syn.* Expendo, dirigo, cogito, examino. *Adv.* Diligentissimè momenta officiorum. *Usus.* Hæc si ad utilitatem dirigas recta sunt; si ad honestatem perpendas, pravissima. Amicitia veritate perpenditur. *V. Considero.*

Perperàm, unrecht / fälschlich. *Syn.* Malè, pravè, perversè, præposterè, nequiter. *Usus.* Seu rectè, seu perperam agas.

Perpessio, onis, das Erleiden / Außstehen / das Erdulten / Erdultung / Vertragung. *Syn.* Perpessus. *Epi.* Considerata laborum, facilior, indigna homine liberô, voluntaria & diuturna. *Usus.* Dolorum, laborum perpessio.

Perpetior, i, erleiden / erdulten / außstehen / ertragen. *Syn.* Suffero, patior, fero. *Usus.* Dolorem fortiter perpeti. *V. Patior.*

Perpetro, are, * vollbringen / verüben / begehen *Syn.* Perficio. *Usus.* Perpetrare cædem. Bellô, pugnâ, sacrificiô perpetratô. *V. Perficio.*

Perpetuitas, tis, Ewigkeit / Stätigkeit / Immerwährigkeit / Beharrung. *Syn.* Perennitas, continuatio, diuturnitas. *Usus.* Amicitia ad perpetuitatem fidelis est & constans. Sibi ipsi in vitæ perpetuitate constare. Perpetuitas sermonis, orationis.

Perpetuò, stets / immerdar / unauffhörlich /

lich/ ohn unterlaß. *Syn.* In perpetuum. *V. Semper.*

Perpetuo, are, ohne Unterlaß beharren/ immer anhalten. *Syn.* Continuo.)(*Mitigo.* *Usus.* Magiſtratuum poteſtas perpetuanda videtur.

Perpetuus, a, um, immerwährend / ſtätig / beharrlich. *Syn.* Perennis, conſtans, æternus, ſempiternus, univerſus, continens. *Usus.* Hilaritatem illam in perpetuum amiſi. Perpetuis & contextis voluptatibus fruitur. Oratio, hiſtoria, diſputatio perpetua. Firma, ſtabilis, conſtans, perennis, ſempiterna amicitia. Agmen perpetuum, nusquam interruptum.

Perplaceo, ere, ſehr wohl gefallen. *Usus.* Ea lex mihi perplacet. *V. Placeo.*

Perplexè, * undeutlich/verworren. *Usus.* Perplexè agere, reſpondere.

Perplexus, a, um, * verwirret / zweiffelhafftig / undeutlich. *Syn.* Intricatus. *Usus.* Reſponſum perplexum. Dubii, ambigui, perplexi ſermones. *Vid. implico.*

Perpluo, ere, * durchregnen. *Syn.* Pluviam transmitto. *Usus.* Amor in pectus perpluit meum.

Perpolio, ire, wohl außpoliren / wohl glätten / auffbutzen. *Syn.* Expolio. *Usus.* Imperfectum aliquid expolire, & abſolvere. Extremum perpoliendi operis laborem adhibere.

Perpolitio, onis, Außbutzung / Außſchmückung / Glättung / Außpolirung. *Syn.* Expolitio.

Perpotatio, onis, ſtätiges Sauffen und Schmauſen Luder-Leben. *Epi.* Intemperantiſſima. *Usus.* Quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperantiſſimas compotationes commemorem? *V. Bibo.*

Perpoto, are, allezeit ſauffen und zechen. *Adv.* Similiter. *Usus.* Totos dies perpotare, Tag aus Tag ein ſauffen und zechen. *V. Bibo.*

Perpurgo, are, erſäubern / außfegen / wohl reinigen. *Usus.* Nunc illud crimen mihi perpurgandum eſt. *Vid. Purgo.*

Perquam, ſehr / gar / faſt / aus der Maſſen. *Syn.* Valdè. *Usus.* Illud perquàm puerile, ridiculum, ineptum. *Vid. Valdè.*

Perquiro, ere, fleißig ſuchen und nachforſchen / genau erkundigen. *Syn.* Exquiro, inquiro. *Usus.* Res occultas perquirere ab aliquo. *Vid: Quæro. Indago.*

Perquiſitè, genau unterſucht / mit fleiſſiger Nachforſchung. *Syn.* Exquiſitè, diligenter.

Perquiſitor, oris, * Durchſucher / Erkundiger / Nachforſcher. *Usus.* Malevoli actionum perquiſitores.

Perrumpo, ere, durchbrechen. *Syn.* Diſrumpo, perfringo, vi aperio, perſeco. *Usus.* Inſidias, legum pænam perrumpere. *Phraſ.* Ipſas alpes perrupit Hannibal; cupiditate ac furore invadendæ Italiæ perfregit ac proſtravit; omnia clauſtra alpium refregit; objectas montium altitudines, omnes difficultates & obices vi ac virtute perfregit; corporibus armisque nixi Pœni cuneo viam rupêre; ferrô atque audaciâ per ipſas alpes iter ſibi fecit; cùm tot tam difficiles viæ eluctandæ eſſent, ſeſe eripuit; per invias alpes audaciſſimè penetravit, perrupit.

Perſalutatio, onis, fleiſſige Begrüſſung. *Syn.* Salutatio.

Perſaluto, are, fleißig und offt grüſſen. *Syn.* Saluto, *quod vide.*

Perſcindo, ere, * durchſchneiden. *Usus.* Omnia perſcindente ventô.

Perſcribo, ere, überſchreiben / überbrieffen. *Syn.* Refero, datum alicui refero, in tabulas publicas refero. *Adv.* Accuratè omnia; apertè, quid cogites; brevi, cautè, diligentiſſimè, enucleatè, infrà, nominatim furta exportata, parciùs, planè, quàm diligentiſſimè omnia, ſpurciſſimè, ſummatim, variè & copioſè ſermones, verè, ſeparatim, honorificentiùs triumphum, divinitùs, literatè literas, ſcitè rationes, ſanctiſſimè. *Usus.* Pecuniam ſe ad ædem ſacram reficiendam perſcripſiſſe ait. Falſum nomen perſcribere. Judicum dicta perſcribere. Tu ad me explorata omnia perſcribas. *Vid. Scribo.*

Perſcriptio, onis, das Auffſchreiben. *Epi.* Falſa. *Usus.* Suarum perſcriptionum adverſaria proferre. Controverſia de tabulis & perſcriptionibus.

Perſcriptor, oris, Schreiber. *Usus.* Perſcriptor fœnerationis.

Perſcrutor, ari, ergründen / ergrübeln / erfor-

erforschen. *Syn.* Exquiro, inquiro, indago, exploro. *Adv.* Penitus, naturam rationémque. *Usus.* Speculari, investigare, perscrutari omnia. *V. Indago. Inquiro. Quæro.*

Perseco, are, zerspalten / zerschneiden / von einander schneiden oder spalten. *Usus.* Naturas rerum ecquid persecare, aperire, dividere possumus.

Persecutio, onis, Nachsuchung / Verfolgung / Nachstellung. *Syn.* Extraordinaria juris actio. *Usus.* Persecutionum cautionúmque præceptio in jure civili.

Persentisco, ere, *befinden empfinden / prüfen / mercken. *Usus.* Nisi essem lapis, hæc persentiscere debui. *Vid. Sentio.*

Persequor, i, nachstellen / nacheilen / nachjagen / verfolgen. *Syn.* sequor, colo, imitor. *Adv.* Acriter, commodissimè res aliquas, crudelissimè, cupidissimè laudem, deinceps reliqua, dignè injuriam, diligenter mandata, diligentissimè omnia, gravissimè versibus, nominatim, publicè bellô, sapienter extrema, severè dedecus, studiosissimè utilia, subtiliter, subtilissimè membra locorum, vehementissimè injurias, usque eò ducem. *Usus.* Sectam Academicam, mores Patris persequitur. Eò pervenisti, quò ego ægrè persequi potero. Diverticula, solitudines, flexiones persequi. 2. *Tucor.* Persequi jus suum, rem suam. Bona sua lite & judiciô repetere, persequi. 3. *Exequor.* Tua mandata persequor diligenter. 4. *Ulciscor.* Inimicitias suas, injurias ulcisci & persequi. Aliquem bellô persequi. 5. *Complector, comprehendo.* Rém totam publicis jam literis sum persecutus. Pharsaliam versibus est persecutus Lucanus. Nec reliquorum ætates scrupulosiùs persequamur. *Phras.* Hostem fugientem persequi, insectari, in tergis fugientium hærere, fusos agere hostes; extremos agminis carpere & morari; novissimos carpere & premere; vestigiis abeuntium insistere. *V. Sequor.*

Perseveranter, *beständig / unablässig / beharrlich / fort und fort. *Syn.* Constanter.

Perseverantia, æ, Standhafftigkeit / Beharrung / Beständigkeit. *Syn.* Assiduitas; constantia. *Epi.* Grata alicui & jucunda, nimia, stabilis; & perpetua permansio. *Usus.* Retinenda igitur vobis est constantia, gravitas, perseverantia. *V. Constantia.*

Persevero, are, beständig und unermüdet verharren / standhafft bleiben. *Syn.* Persisto, permaneo, persto. *Adv.* fortissimè, stultè, & diu in parum cognito. *Usus.* In vetere sententiâ, in vitiis perseverare. Cujusvis est errare, nonnisi insipientis perseverare in errore. Quod turpiter susceperas, perseverare & transigere non debuisti. *Vid. Maneo.*

Persisto, ere, stehen bleiben. *Syn.* Persto, persevero. *Usus.* In eo persitisti.

Persolvo, ere, bezahlen / abstatten. *Syn.* Solvo. *Adv.* Cumulatè promissa. *Usus.* Persolvi, quod debui. 2. *Præsto.* Persolvere officium, gratiam, rationem officii sui. Persolvere pænas judicio. *V. Solvo.*

Persona, æ, eines Menschen Gestalt. *R. qs. per se una.* *Syn.* Proprietates, queis homo ab homine differt, quas Rhetores *attributa* vocant; ut: Pater, filius; &c. Judex, Imperator, &c. 2. *Munus partes, officium.* *Epi.* Aliena, apta ad aliquam rationem, aptior, certa, communis, extrema, fæda, gravis, magnifica, præstans, tam gravis, tam severa, gravissima, idonea, improba, impurissima, levis, luculenta, mera, muta, pacifica, quæstoria, stultissima, tanta, turpissima, vehemens & acris. *Personæ* antiquæ, confusæ, difficillimæ, dissimillimæ, fictæ, graves heroicæ, innumerabiles, obscuræ, propriæ. *Usus.* Personam Principis, civis egregiè sustinuit, gessit, tenuit, tuitus est. Alicui personam Magistratûs imponere vel detrahere. Magistratus gerit personam civitatis. Non capiunt angustiæ pectoris tui personam consulis tam gravem tam severam. Hominum innumerabiles personæ. 3. *Facies ficta, histrionica,* Larve / Vermummung der Comödianten in Schau-Spielen. Ardere mihi ex persona oculi histrionis videbantur.

Personatus, a, um, vermasquirt / vermummet / verstellt. *Usus.* Ne Roscium quidem personatum laudant se-

nes nostri. Cur personatus ambulem?

Persono, are, erklingen/ erschallen/lauten Schall von sich geben. *Syn.* Percrepo. *Adv.* Acerbissimè. *Usus.* Tota vicinia cantibus personabat. Aures nostræ vocibus adhuc dum illis personant.

Perspectus, a, um, wohl betrachtet/wohl erkundiget. *Syn.* Certus, cognitus, exploratus, pertractatus. *Usus.* Quorum vita perspecta est in magnis rebus; perspectæ virtutis; Tua in me perspecta benevolentia. *Vid, Notus. Cognitus.*

Perspergo, ere, besprützen. *Syn.* Respergo, profundo.

Perspicacia, æ, Scharffsinnigkeit. *Syn.* Consideratio, acumen. *Vid. Ingenium. Acies.*

Perspicacitas, tis. *Idem. Syn.* Solertia, acumen. *Usus.* Quâ es perspicacitate, hæc facile intelliges. *V. Acies. Acumen. Ingenium.*

Perspicax, cis, verständig / scharffsinnig. *Syn.* Solers, acutus, ingeniosus. *Usus.* Homo naturâ perspicax & acutus, prudens. *V. Ingeniosus.*

Perspicientia, æ, genaue Betrachtung oder Nachsinnung. *Syn.* Consideratio, contemplatio, cognitio, intelligentia. *Usus.* Quod honestum est, in perspicientiâ & solertiâ veri versatur.

Perspicio, ere, eigentlich erkennen/ wohl betrachten. *Syn.* Animadverto. *Adv.* Acutissimè, altiùs, dilucidè, etiam atque etiam, optimè, planè, penitus, præclarè, solertissimè lineamenta operum, studiosè, maximè, planè, facilè. *Usus.* Rem cum consiliô & curâ perspicere non potui. Perspicite etiam atque etiam, penitus introspicite istorum mentes. Perspicere, quid in quâque re verum sit; rerum naturam. *V. Adverto.*

Perspicuè, klar / verständlich / deutlich. *Syn.* Manifestè, apertè, dilucidè. *Usus.* Res perspicuè falsa, turpis.

Perspicuitas, tis, Klarheit/Deutlichkeit. *Syn.* Evidentia.

Perspicuus, a, um, durchsichtig / klar/ hell. *Syn.* Clarus, evidens, apertus, manifestus, minimè dubius. *Usus.* Hoc perspicuum est, constatque inter omnes. Rem suspiciosam, perspicuam facere. Ivit ad perspicuam mortem. *V. Evidens.*

Persto, are, beständig bleiben / beharren. *Syn.* Persisto, persevero. *Usus.* Perstat in sententiâ, in consilio.

Perstrepo, ere, * ein groß Geräusch machen.

Perstringo, ere, hart oder vest binden. *Syn.* Percurro, leviter tango, strictim attingo, breviter strictimque dico, non longiùs persequor, delibo. *Adv.* Breviter locum, celeriter cursum, leviter aliquem, impunè voluntatem facetiis, perquàm breviter attingere. *Usus.* In animo est, transire celeriter, breviter perstringere rem unamquamque. 2. *Carpo, pungo, reprehendo.* Summa libertate, verbis asperioribus, nec sine contumeliâ aliquem perstringere. 3. *Obcæco.* Voluntas rationi inimica mentis oculos perstringit. Dignitas mea & splendor perstringit aciem oculorum tuorum. 4. *Effodio.* Terram aratrô perstringere. *V. Reprehendo.*

Persuadeo, ere, überreden/ bereden. *Adv.* Penitus sibi, prorsus, planè, temerè quidquam. *Syn.* Probo, ad credendum duco, fidem facio. *Usus.* Hoc persuasum sit omnibus. De paupertate vix persuadebis. *Thras.* Philosophiæ studium mihi persuasisti; tuô suasu & instinctu ad Philosophiam me conferam; Ab hoc studio deduci me non patiar; in tuam me sententiam adduxisti, perduxisti; in Academiam me totum compulisti; Animum meum ab omni aliâ cogitatione ad hanc unam traduxisti; vi orationis ex intimis meis animis illum Philosophiæ honorem evellisti, s. evulsisti. Ut sermonem cum illo habeam, persuadere nunquam poteris. Ut illum adeam; ut ad illum ad eam, accedam, me conferam; ut illius vultum subeam; ut illum alloquar, ipse mihi persuadere non potero, animum inducere non potero, animo vim inferre non potero, adduci nunquam potero; neque adduci meâ spontè, neque ullâ impelli ratione potero; imperare mihi non potero, impetrare â me non potero. Nihil mihi difficilius, laboriosius, molestius; nihil mihi majoris negotii, quàm ut cum illo sermonem jungam; quam ut illi sermonem

monem edam; quàm, ut loquar cum illo. *V. Moveo. Induco.*

Persuasio, onis, eine gefassete Meinung/ Uberredung. *Syn.* Persuasus. *Usus.* Dicere apposite ad persuasionem.

Persuasus, ûs, gefaßte Einbildung. *Syn.* Persuasio.

Persulto, are, * in die Höhe hüpffen/ vor Freuden auffspringen. *Usus.* Memores, quoties hostis agrum ipsorum persultâsset.

Pertendo, ere, außstrecken / außdehnen. *Syn.* Contendo, confero. *Vid. Contendo.*

Pertento, are, unterstehen / unterwinden. *Syn.* Attendo, tento, exploro. *V. Tento.*

Perterebro, are, durchbohren. *Syn.* Exterebro, perforo.

Perterrefacio, ere, sehr erschrecken/schüchtern machen/ in grosses Schrecken setzen. *Syn.* Perterreo. *V. Terreo.*

Perterreo, ere, sehr erschrecken / Furcht und Schrecken einjagen. *Syn.* Terreo, conterreo, exterreo, metum affero, perterrefacio, exanimo, obstupefacio. *Adv.* Vehementiùs, subitò vultu alicujus perterreri. *V. Terreo.*

Pertexo, ere, ein Geweb außweben. *Syn.* Detexo, perficio. *Adv.* Graviter, valde graviter. *Usus.* Pertexe modò, quod exorsus es.

Pertimesco, ere, sich befahren / das ungewisse Glück fürchten/ stutzig werden. *Syn.* Perhorresco. *Adv.* Graviter, magnoperè, non mediocriter, vehementius invidiam, incredibiliter. *Usus.* Pertimescere de honore & famâ. *V. Timeo.*

Pertinacia, æ, hartnäckigkeit/ halsstarrigkeit. *Syn.* Pervicacia, obstinatio.)(*Moderatio.* *Epi.* Nefaria, perseverantiæ finitima. *Usus.* Nec cum pertinaciâ, nec cum iracundiâ disputari rectè potest. Pertinaciæ studium vincendi aliis constantia videri posset. Libertas non in pertinaciâ, sed moderatione posita est.

Pertinaciter, mit Standhafftigkeit / halsstarriger Weise. *Syn.* Cum pertinaciâ. *Usus.* Pertinaciter illi infensus est.

Pertinax, cis, hartnäckig / wiedersinnisch. R. â pertineo, *tenax sui sensus.* *Syn.* Obstinatus, obfirmatus, pervicax.)(*Demissus.* *Adv.* Valdè. *Usus.* Deminius, non acer, non pertinax, non litigiosus, non acerbus, cupidus, iratus. Sermo levis, non pertinax. *Phras.* Pertinax est in sententia; perstat in imprudentia; nimiùm sui juris & sententiæ est; obstinatis animis resistit; pervicacis ad omnia, quæ agitat, animi; non interritus modò, sed contumax, ad repugnandum obstinatus.

Pertineo, ere, an etwas reichen und anstossen. *Syn.* Permano, permeo, penetro. *Adv.* Eò orationem, magnoperè ad dicendum, omnino nihil ad se, nunc certè, publicè ad civitatem, valde ad rem, vehementer. *Usus.* Vis cælestium corporum ad plantas pertinet. Vis per totum corpus pertinens. Nervi totô corpore pertinentes. Deus pertinens per omnes naturas, per terras, per mare. Romani Imperii ditio ad Rhenum pertinet.

Pertinet, es gehöret zu etwas. *Syn.* Attinet, spectat, attingit, valet, partes meæ præcipuè sunt, hoc officium præcipuè est.)(*Alienum est.* *Usus.* Intelligere, quò quidvis pertineat. Hoc te non attingit, ad me pertinet. Summa illuc pertinet, ut sciatis. *Vid. Attinet. Oportet.*

Pertractatio, onis, Abhandlung / das Durchlesen. *Syn.* Usus, evolutio, explicatio. *Epi.* Multa rerum publicarum. *Usus.* Multarum rerum pertractatione multa discimus. Diligens Poëtarum pertractatio.

Pertracto, are, offt anrühren / unter den Händen haben. *Syn.* Tracto, explico, verso, pervolvo. *Adv.* Diligenter narrationem, molliùs, penitus. *Usus.* Orator sensus mentesque hominum pertractare debet. Gesti negotii rationem diligenter & sæpe pertractare. *V. Tracto.*

Pertundo, ere, * zerstossen. *Usus.* Cave, ne quisquam crumenam pertundat.

Perturbatè, unordentlich. *Syn.* Confusè.

Perturbatio, onis, Betrübnuß / Bestürtzung. *Syn.* Affectio animi, motus animi turbidus, dolor, confusio.)(*Cognitio, serenitas, consilium & judicium, constantia.* *Epi.* Brevis animi, diuturna, fœda, gravis ægritudinis, magna animi,

animi, opinabilis, tanta, vehementior, vitiosa, universa, voluntaria. *Perturbationes* cœlestes & maritimæ & terrenæ, hilariores, magnæ animi, moderatæ, naturales, naturales & rationis expertes, novæ, pestiferæ, tabificæ mentis, vitiosæ, voluntariæ. *Usus.* Perturbationes sunt turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione, rationi non obtemperantes, inimici mentis vitæque tranquillæ. Nulli perturbationi animi aut fortunæ succumbere oportet. Cavendum, ne in perturbationes exanimationesque incidamus. Magna sum perturbatione commotus, exanimatus. In maxima perturbatione sum, versor, jaceo. Impetu quodam animi & perturbatione potiùs quam consiliô regi, incitari. Sapiens omni perturbatione vacat. 2. *Confusio.* Quid est tumultus nisi perturbatio Reipublicæ? In quantô motu temporum, conversione rerum, quantâ confusione & perturbatione versamur! *Phras.* Ratione componendæ sunt animi perturbationes; opera danda, ut mens turbidô animi motu semper vacet, & animi ægrotatione; ne condolescat, concupiscat, extimescat, efferatur lætitiâ; ne voluptate, libidine, metu, ægrotatione jactetur & permisceatur; absint fervidæ, tabificæ mentis concitationes, motus turbulenti, jactationesque animorum incitatæ, & impetu inconsideratô elatæ, rationem omnem expellentes; sit animus vacuus, liber, solutus â gravibus illis concitationibus tam inter se dissentientibus, atque distractis. *Vid.* *Turbidus.*

Perturbatrix, cis, Betrüberin.

Perturbo, are, sehr unruhig und unlustig oder unmuthig machen / sehr verstören. *Syn.* Turbo, perturbationem affero, concito. *Adv.* Valde, vehementiùs. *Usus.* Non me clamor tuus perturbat. Civitas seditionibus perturbata. Perturbatô ordine, discerptis sententiis, confusis personis, præposteris temporibus. *Vid.* *Turbo.*

Pervado, ere, durchgehen. *Syn.* Pervenio, permano. *Usus.* Ne quid in aures, quod noceat, possit pervadere. Rumor, fama, clamor, urbem, per urbem pervasit, penetravit. Incendium per fata, tempestas per vineta pervasit. Ea opinio, is pavor omnium animos pervadit. Quaquà iter faceret, calamitas quædam pervadere videbatur.

Pervagatus, a, um, der alles durchwanderet. *Syn.* Divulgatus, pervulgatus, vulgaris. *Usus.* In re tam clara, tam testata, tam illustri, tam pervagata. Vulgare, quotidianum, pervagatum. Res est notissima & pervagata. *Vid.* *Notus.*

Pervagor, ari, durchwanderen. *Syn.* Erro. *Adv.* Similiter, longè & latè. *Usus.* Molestiæ, lætitia, timores animos hominum pervagantur.

Perveho, ere, fortführen. *Syn.* Eveho, perduco. *V.* *Veho.*

Pervello, ere, berupffen. *Syn.* Vello, vellico.

Pervenio, ire, an ein Ort kommen oder gelangen. *Syn.* Devenio, pertineo, mano, permano, perducor, accedo. *Adv.* Commodiùs ad exitum; gradatim, maturè, occultè ad; ocyùs ad suum, penitùs in disputationem, procliviùs in laudem; spissè, tutò, tardiùs ad fructum laborum; volubiliter ad extremum. *Usus.* Non potui, quò contendebam, pervenire. Jacta illa injuria ad me, ad animum meum nunquam pervenit. Ad paucos licentia, pæna, pecunia, infamia, culpa pervenit. Virtus sine fortunæ præsidiis, labore & constantiâ, quò vult, pervenit. *Vid.* *Venire.*

Perversè, verkehrt/ boßhafftig. *Syn.* Præposterè, perperam. *Usus.* Perversè beneficiô, re aliqua abuti.

Perversitas, tis, Boßheit / Verkehrtheit. *Syn.* Pravitas. *Epi.* Incredibilis hominum, magna, summa opinionum, tanta. *Usus.* Est incredibilis hominum perversitas, improbitas, pravitas, amentia.

Perversus, a, um, verkehrt / boßhafftig / *Syn.* Parvus, improbus, præposterus. *Usus.* Strabonum perversi oculi. Perversa sapientia. Ludi contaminati, perversi, deformati, inquinati, conturbati. *V.* *Malus.* *Improbus.*

Perverto, ere, verkehren / umkehren / umwenden. *Syn.* Inverto, subverto. *Usus.* Jura omnia Divina & humana labefactare & pervertere, Omnia rapi-

nis,

nis, incendiis, sacra inexpiabili scelere pervertere. Nunquam ille me opprimet consiliô, nunquam artificiô perpervertet.
Pervestigatio, onis, Nachfrag / Nachspührung / Nachforschung Syn. Inquisitio. Epi. Diligentissima Orationis.
Pervestigo, are, nachfragen / durchsuchen / nachforschen nachspüren. Syn. Invenio, reperio V. *Quaro.*
Pervicacia, æ, Hartnäckigkeit / Halßstarrigkeit. Syn. Pertinacia. *Vid. Pertinacia.*
Pervicax, cis, * hartnäckig / halßstarrig. Syn. Durus, contentiosus, nulli cædens. *V. Pertinax. Obstinatus.*
Pervideo, ere, durchsuchen. Syn. Video. *Adv* Penitus.
Pervigilatio, onis, das lange Wachen. Syn. Vigilia. *Epi* Nocturna.
Pervigilo, are, immer wachen. Syn. Pernocto. *V. Vigilo.*
Pervinco, ere, überwinden. Syn. Vinco.
Pervius, a, um, durchgängig. Syn. Apertus.
Perungo, ere, beschmieren / übersalben. Syn. Ungo.
Pervolo, are, durchfliegen. *Adv.* Velociùs. *Usus.* Unâ horâ sex passuum millia pervolavit.
Pervolvo, ere, fort weltzen. Syn. Verso. *V. Lego.*
Pervoluto, are, sehr offt weltzen. Syn. Pertracto, evolvo, voluto. *V. Lego.*
Peruro, ere, durchbrennen. *Usus.* Hominem perustum etiamnum gloriâ volunt incendere.
Pervulgatus, a, um, sehr gemein. Syn. Jactatus, pervagatus, vulgaris. *Usus.* Clarum, notum apud omnes, testatum, pervulgatum est. *V. Notus.*
Pervulgo, are, gemein / ruchtbar oder bekannt machen Syn. Divulgo. *Usus.* Librum pervulgare, edere. Mulier, quæ se omnibus pervulgat.
Pes, dis, Fuß. R. ἀπὺς, ποδὸς. *Epi.* Dexter, sinister, extremus. *Pedes* contaminati, durissimi, extremi, heroi, liberiores, medii, minuti, rudes, posteriores, primi & postremi. *Usus.* Pede terram percussit. Pedis offensio, pedis supplosio. Ex pedibus laborare. *Pedibus proficisci,* iter facere, ire, reverti. Pedibus ingredi, flumen transmittere. Pedem in alienô solô ponere, vestigium imprimere, pedem conferre ac propiùs accedere; pedem referre. Trahantur per me pedibus rei omnes. Negotium istud, oratio ista nec pedes, nec caput habet. *Pedibus mereri*, stipendia facere; ad pedes desilire, se dare. *Ad pedes alicujus se abjicere,* sternere, projicere; ad pedes alicujus jacere, volutari, supplicem accidere.
Pessundo, are, mit Füssen tretten. Syn. Concutio, protero. *Vid. Perdo. Destruo.*
Pestifer, a, um, tödtlich / schädlich. Syn. Perniciosus.)(*Salutaris.* *Usus.* A pestiferis, nocentibus, funestis rebus refugere.
Pestiferè, tödtlich / schädlich. Syn. Perniciosè.
Pestilens, tis, höchst schädlich / tödtlich. Syn. Pestifer.)(*Salubris.* *Usus.* Locus pestilens, cælô calamitosus. Annus pestilentissimus.
Pestilentia, æ, Pestilentz / gifftige Seuche.)(*Salubritas.* *Usus.* Abiit de loco pestilentia, nec me attigit. Causæ eluvionis, vastitatis, pestilentiæ, belluarum repentinæ multitudines. *Phras.* Præter ita pestis insignis fuit. Pestilentia, pestis, contagio, pestiferum illud tempus, pestilentiæ vis maximè sæviit. Pestilentia gravis incidit; pestilentia maximè nos attrivit, laceravit. Peste insigni laboravimus. Maximè pestifer annus fuit. Pestilentiâ multa juventus amissa; contagio ipsa vulgabat morbos; fædus erat annus cæli intemperie, urbem agrósque urente pestilentiâ, urbe totâ gravi pestilentiâ conflictante.
Pestis, is, Pest / Seuche. R. ἀπὸ τοῦ πίπτειν *cadere,* vel *παῖσις, læsio.* *Aliis quasi* pastis *à* pascendo, *quod homines catervatim quasi incendium depascat.* Syn. Pernicies. *Epi.* Adulta, calamitosa, capitalis, communis, detestabilis, funesta reip. immanis, importuna, magna, mala, miserrima, nefaria, perniciosa, præsens, tetra & horribilis & infesta, *Pestes* anxiæ, naturales, nefariæ, publicæ sociorum, reliquæ. *Usus.* Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini

mini ab homine nascatur. Furia ac pestis Reip. Pestem alicui ac perniciem *machinari*, afferre, importare: Pestem à rep. *depellere* avertere; pestem comprimere, reprimere, exsecare, extinguere.

Petasatus, a, um, mit einem Schatten-Hut bedecket. *Syn.* Petasô, id est, lato pileo tectus.

Petasus, i, * breiter Schaub-Hut. *Syn.* Capitis tegme , galerus.

Petitio, onis, Bitte / Werbung. *Syn.* Actio privata, rogatio, ambitus. *Epi.* Aliena, angusta, apta, extraordinaria, integra, plena pompæ, illustris, splendida, popularis, tota. *Usus.* Petitionem Consulatûs adornare. Petitioni se dare. Petitionem alicujus oppugnare. 2. *Percussio, invasio, ictus, conjectio.* Has petitiones conjectas, ego parva corporis declinatione effugi, vitavi, elusi, declinavi.

Petitor, oris, der Ansprecher vor Gericht. *Syn.* Actor, ambiens.)(*Reus. Epi.* Bonus. *Usus.* Personam petitoris suscipere, accusatoris deponere.

Peto, ere, begehren / verlangen / bitten / ersuchen. R. *a* ποθέω, *desidero. Syn.* Posco, postulo, quæso, contendo, exposco, flagito, imploro.)(*Vito. Adv.* Æquè, aliunde copiam dicendi, altè proœmium, altiùs initium rei, amantissimè, apertè exercitum, assiduè ac diligenter, arroganter, audacter, blandiùs, breviter, contra, deinceps magistratum, diligentiùs quid, etiam atque etiam, etiam atque etiam majorem in modum peto & contendo. Jam pridem, imprudenter, magnoperè, majorem in modum, maximô opere etiam atque etiam, necessario, negligenter ædilitatem, nominatim tribunatum alicui, ordinatim honores, paulò quidem pôst, perspicuè pacem, proximè consilium, prudentissimè, similiter quid, summoperè sapientiam, tamdiu nihil, valde, vehementer etiam atque etiam. *Usus.* Singulari studiô, majorem in modum à me petebat; cupidissimè instabat, summô studiô requisivit. A philosophia consolationem peto, veniam, honorem petere. 2. *Appeto, invado, quæro.* Contumeliis, lapidibus, fraude, insidiis petere. Jugulum, sanguinem, vitam alicujus petere. Fugam petere, fugâ salutem petere. 3. *Eo, vado.* Romam petere contendi. Loca calidiora petere.

Petra, æ * Felsen. R. Gr. πέτρα, *a* πέτρος, *saxum. Syn.* Rupes.

Petulans, tis, muthwillig / frech / ausgelassen. *Syn.* Protervus, procax, audax. *Adv.* Effusè. *Usus.* Fervidum, petulans & furiosum dicendi genus. Jocus illiberalis, petulans, obscænus, flagitiosus. Homo petulans & planè insanus. *Phras.* Nihil illo juvene petulantius; nihil immodestius aut minùs ingenuum. Temerarii & procacis adolescentis furor & protervitas, intemperantiâ, licentiâ, procacitas effrænata frangi satis non potest. Ad officium se redigi non minis, non blanditiis patietur. *V. Audax.*

Petulanter, muthwillig / frech. *Syn.* Licenter. *Usus.* Petulanter in aliquem invehi.

Petulantia, æ, Muthwilligkeit / Frechheit / Außgelassenheit. *Syn.* Procacitas, protervitas.)(*Modestia, pudor. Epi.* Aperta, tolerabilis, inimicissima. *Usus.* Hinc pudor pugnat, inde petulantia, & furor. In petulantiam incidere; petulantiam alicujus frangere.

Petulcus, a, um, stössig / muthwillig / geil. *Syn.* Lascivus.

Phalanx, gis, * ein Kriegsheer von 8000. Fußknechten. *Syn.* Agmen militare Macedonum.

Phaleræ, arum, Roß-Zierden / Pferd-Schmuck. *Syn.* Equorum ornamenta. *Epi.* Nobiles.

Phaleratus, a, um, * geschmückt. *Syn.* Phaleris ornatus.

Phantasia, æ, Erscheinung / Gesicht / Einbildung. *Usus.* Ex impulsione extrinsecùs oblatâ, quam Phantasiam vocamus.

Pharetra, æ, * Köcher Pfeil-Gestecke.

Pharmacopola, æ, Apothecker. *Syn.* Unguentarius. *Epi.* Circumforaneus.

Phaselus, i, Faseln welsche Bohne. *Syn.* Myoparo. *Epi.* Episcopius.

Philologia, æ, Liebe der freyen Künsten / sonderlich der Sprachen. *Syn.* Studium vel amor sermonis.

Philologus, i, Liebhaber der Künsten oder

der der Sprachen. *Us.* Homines nobiles, sed nullò modô Philologi.

Philosophia, æ, Welt-Weißheit / Liebe zur Weißheit. *Syn.* Studium, vel amor sapientiæ. *Epi.* Acutior, antiqua, antiquissima nobilissimaque ars vitæ, commentatio mortis, cultura animi, frugifera & fructuosa, intima, magna, media, medicina animi, molesta, orba, patria & avita, referta, quædam procreatrix & quasi parens laudatorum artium, præpotens & gloriosa, similis alicujus. tota, vera, vera & antiqua, vera elegansque, verissima, vetus, universa. *Usus.* Triplex Philosophia Platonis: Moralis, Physica, Dialectica. Exponere Philosophiam. Philosophia omnium mater artium, donum & inventum Deorum, laudandarum artium omnium parens & procreatrix, ars vitæ, mater omnium bene factorum & bene dictorum; animi medicina, cultura animi; quæ vitia extrahit radicitùs; officii & bene vivendi disciplina; Commentatio mortis, miseriarum portus; in tres partes distributa: in naturæ obscuritatem, disserendi subtilitatem, vitam & mores; quò bonô nullum optabilius, neque præstantius datum est hominibus Deorum munere & concessu. *Phras.* Velim ad Philosophiam tuum studium applices. Velim te ad Philosophiam conferas; velim Philosophiam complectaris; velim Philosophiæ te dedas, ei operam tradas, ei tuum studium dices; velim rerum humanarum atque etiam Divinarum cognitionem studiosè colas; velim te ad ejus studium scientiæ adjungas, unde nascitur atque alitur moderatio vitæ, unde rectè vivendi ratio atque omnis ordo manat. Tu velim generis humani parentem Philosophiam, quantô poteris studio, complectare. Tu velim omnes animi tui vires ad sapientiæ studium conferas.

Philosophicus, a, um, zur Welt-Weißheit gehörig.

Philosophor, ari, der Welt-Weißheit beflissen und ergeben seyn. *Syn.* Philosophiam colo. *Adv.* Ad extremum omninò. *Usus.* Admirabili quôdam ad Philosophandum studiô concitatus.

Philosophus, i, Welt-Weiser. *Syn.* Naturæ interpres. Physicus, Magister virtutis, qui rerum cognitione & doctrina delectatur. *Epi.* Elegantissimus omnium & eruditissimus, gravissimus, non ignobilis, imperiosus, magnus, mollis & languidus, enervatus, nobilissimus & clarissimus, nobilissimus & prudentissimus, optimus & gravissimus, politissimus & acutissimus omnium, præstantissimus, severus & gravis, summus. *Philosophi* Absoluti & perfecti, antiqui; auctores rerum, non fabularum; non contemptissimi, sed clari & acuti; minimè contemnendi, discrepantes, vulgo imperiti & similes imperitorum, non inepti, innumerabiles; minimè mali, sed satis acuti; minuti, multi & magni, nobilissimi longè atque principes, perfecti, plebeji, præstantissimi, superstitiosi & penè fanatici, veteres, voluptuarii. *Usus.* Inventa Philosophorum. Philosophus omnium rerum Divinarum & humanarum causam naturamque noscit, omnem bene vivendi rationem tenet ac persequitur.

Physica, æ, Natur-Kündigung. *Syn.* Explicatio naturæ.

Physica, orum, Bücher / so von natürlichen Dingen handlen. *Syn.* Res Physicæ vel naturales.

Physicè, natürlicher Weise. *Syn.* Acutè Physicorum more.

Physicus, i, Naturkündiger. *Syn.* Speculator venatorque naturæ. *Epi.* Obscurus, politior.

Physiognomus, i, Natur-Deuter. *Usus.* Physiognomus profitetur se hominum mores naturasque, è corpore, oculis, fronte, vultu pernoscere.

Physiologia, æ, Kunst und Gespräch von natürlichen Dingen. *Syn.* Naturæ ratio. *Epi.* Tota.

Piacularis, e, * zum versöhnen dienlich. *Syn.* Quod ad satisfactionem peccati pertinet. *Usus.* Sacrificia peculiaria. Egone ob tuam stultitiam piacularis fiam?

Piaculum, i, Sühn-Opffer / Buß. *Usus.* Porcô piaculum pati.

Pictor, oris, Mahler. *Epi.* Summus, malus. *Usus.* Perfectus pictor.

Pictura, æ, Gemählde / Mahlwerck. *Syn.* Tabula.)(*Res*, *veritas*. *Epi.* Antiquissima; non egregia, sed etiam evanescens

nescens vetustate; nobilis, placidissima, textilis & in tabulis, vetus. *Pictura* egregiæ, novæ, veteres. *Usus*. In picturis alios horrida, inculta, abdita, opaca; alios nitida, læta, collustrata delectant.

Piè, gottsfürchtig/fromm. *Syn.* Religiosè, sanctè.)(*Sceleratè.* *Usus.* Memoriam mei piè inviolatèque servato.

Pietas, tis, Gottesfurcht/Frömmigkeit *Epi.* Clara & in omnibus grata, commemorabilis, divina, eximia, immunis, incredibilis, insignis, jucunda, magna, mira, nimia, par, præsens, singularis, summa, tacita. *Usus.* Pietas est, per quam sanguine conjunctis officium & diligens tribuitur cultus. Pietas est justitia erga DEOS & parentes; fundamentum omnium virtutum; vultu sæpè læditur, DEUM placatum efficit. Pietas & charitas & bonitas quasi idem valere videntur. Pietas, Sanctitas, Religio. Vir summâ pietate. Pietatem præstare alicui. Eâ pietate pectora omnium imbuit. Gravissimum ac sanctissimum pietatis nomen.

Piger, ri, faul/träg/nachläßig. R. *ex Hebr.* Pigger, *piger vel defectus viribus fuit.* *Syn.* Segnis ad aliquid agendum. *Usus.* Ad literas scribendas pigerrimus. *Phras.* Nihil hoc homine pigrius vidi & remissius; inertissimæ segnitiei homo est. Somni plenus, imperitus, cessator, naturâ socors & negligens, ventri deditus & somno, incultus indoctusque vitam transigit; bonum otium socordiâ atque desidiâ conterit; mollitiâ diffluit & inertia; otiô hebescit & languet; cessator ignavissimus, metu laboris obtorpescit, languori deditus & desidiæ.

Piget, verdrossen seyn / es verdreußt. *Syn.* Tædet, pænitet. *Usus.* Me non solùm piget stultitiæ tuæ, sed etiam pudet. Inductus ad pigendum. *V. Pænitet. Tædet.*

Pigmentarius, ii, ein Farbenbereiter / oder Verkauffer.

Pigmentum, i, angestrichene Farb / Schminck. R. *q.* pinguentum, *à* pingendo. *Syn.* Fucus, color, ornatus. *Usus.* Sententiæ sine fuco & pigmento puerili; pigmentum aspergere. *Vid. Fucus.*

Pignerator, oris, der Pfand nimmet.

Pigneror, ari, pfänden. *Syn.* Pignus aufero, fiduciam accipio. *Usus.* Mars fortissimum quemque ex acie pignerari solet.

Pignus, oris, Pfand. R. *ἀπηγνύω, confirmo, pr. quod* pugno *datur.* *Syn.* Fiducia, obses, hypotheca.)(*Gratia.* *Epi.* Magna & multa. *Usus.* Pignus dare, pro pignore aliquid tradere. Pignus capere; magnis multisque pignoribus me sibi obligatum tenet.

Pigritia, æ, Faulheit/Trägheit/Verdrossenheit. *Syn.* Negligentia, ignavia, inertia. *Usus.* Pigritia metus est consequentis laboris. Pigritiæ se dedere. Tabescere pigritia.

Pigror, aris, faul und verdrossen seyn. *Syn.* Gravo. *Usus.* Scribere ne pigreris.

Pila, æ, Ball. *Usus.* Pila, tali, tesseræ. Pila ludere. Pilam retorquere.

Pilentum, i, * Gutsche. *Syn.* Vehiculi genus.

Pileus, i, * Filtz-Hut. R. *ἀ πῖλος.* *Syn.* Tegmen capitis. *Usus.* Servi ad pileum vocati.

Pilosus, a, um, rauch/haaricht.

Pilum, i, Wurff-Spießlein. *Syn.* Genus teli. *Usus.* Sparorum pilorumque multitudo.

Pilus, i, Haar. *Usus.* Vallô pilorum munitæ palpebræ.

Pingo, ere, mahlen. *Syn.* Picturâ exprimo. *Adv.* Bene, egregiè, variè locum, præclarè, pulcherrimè. *Usus.* Britanniam pingam tuis coloribus, meô penicillô. *Phras.* Apelles Veneris caput à summo pectoris singulari expressit atque exornavit artificiô: Sed hoc mirum esse minimè debet; res enim omnes coloribus adeò perfectè pingebat, ut naturam ipsam non modò adæquare, sed etiam superare videatur. Apelles Veneris caput politissima arte perfecit; mirè, egregiè pinxit; egregiis picturæ coloribus illustravit; perfecit ac perpolivit egregiè; sic pinxit, ut nemo melius; sed hoc mirum esse minimè debet, erat enim pictor egregius, erat enim pingendi arte præstantissimus, penicillô namque nihil non imitabatur; nam in pingenda hominis specie

specie nemini secundus, omnium primus fuit.

Pinguis, e, fett / feist. R. à πίων. *Syn.* Opimus, crassus, rudis. *Usus.* Thebis crassum cælum, itaque Thebani pingues & vacantes, pingui Minervâ. *Phras.* Pinguedine diffluit extra modum, quod ingenii tarditatem arguit. Pinguis est, obesus est; quod hebetis, tardi, stupidi ingenii signum est. Ex illa pinguedine, ex illo abdomine, ex illo sumine nobiles, elegantes, præclaræ cogitationes minimè excitantur. Qui potest in tam vasta corporis mole ingenio aut menti locus esse? Qui potest in tanto abdomine spiritus locum habere. *Nisi cibò parcus utare, pinguior evades, quàm satis est.* Nisi cibo parcas, nisi â cibo abstineas, nisi cibum minuas, nisi de cibo detrahas, nisi tibi temperes s. modereris in cibis, nimiùm pinguesces, nimiam pinguedinem induas, plenior s. obesior fies, nimiâ pinguedine laborabis.

Pinna, æ, Flügel / Feder. *Syn.* Penna. *Epi.* Patula.

Pinnatus, a, um, geflüglet / gefiedert. *Syn.* Pennatus, penniger.

Pinso, ere, * backen.

Pio, are, versühnen / stillen / zu frieden stellen. *Syn.* Expio. *Usus.* Ostenta piare.

Pirata, æ, See-Rauber. *Syn.* Prædo. *Epi.* Barbarus, consceleratus, nefarius, nobilissimus. *Usus.* Pirata non est ex perduellium numerô definitus, sed communis hostis humani generis.

Piratica, æ, See-Rauberey. *Usus.* Necessitate coactus piraticam facit.

Piraticus, a, um, zum See-Raub gehörig / seerauberisch.

Piscator, oris, Fischer. *Prov.* Piscator ictus sapit.

Piscatorius, a, um, zum Fischen gehörig. *Usus.* Navis piscatoria.

Piscatus, ûs, Fischfang / das Fischen / Fischerey.

Piscaria, æ, Fisch-Teich / Fisch-Marck. *Epi.* Publica.

Piscinarius, a, um, der viel Fischweyer hat / der Lust zum Fischwerck hat. *Syn.* Qui piscinis delectatur.

Piscis, is, Fisch. R. à πίσκω, s. πίνω, bibo. *Epi.* Squamosi. *Us.* Pisces hamô capiuntur. Quot genera, quàm disparia piscium, partim submersorum, partim fluitantium!

Piscor, aris, fischen / Fisch fangen. *Syn.* Piscatione me obiecto.

Pisculentus, a, um, * fischreich. *Usus.* Fluvius pisculentus.

Pistor, oris, Becker / Pfister. *Syn.* Qui panem conficit.

Pistrinum, i, Stampff-Mühle. *Syn.* Locus, ubi frumentum tundebatur molâ versatili. *Usus.* Aliquem in pistrinum contrudere, compingere, dare, dedere, tradere.

Pituita, æ, das schleimige Wasser im Geblüt / Rotz. *Syn.* Aqueus corporis humor. *Usus.* Cum pituita, aut bilis redundat in corpore.

Pituitosus, a, um, rotzig / voll wässeriges und schleimigen Geblüts.)(*Exsiccatus, aridus.* *Usus.* In aliis locis sunt homines pituitosi & quasi redundantes, in aliis aridi atque exsiccati.

Pius, a, um, fromm / gottsfürchtig. R. ab ἤπιος, *mitis.* *Syn.* Qui pietatem colit.)(*Impius.* *Usus.* Pia, æterna pax. Pius dolor. *V. Pietas. Religiosus.*

Pix, cis, * Bech. *Epi.* Liquida.

Placabilis, e, versöhnlich. *Syn.* Exorabilis. *Usus.* Placabilem se præbere & mansuetum & æquum.

Placabilitas, tis, Versöhnlichkeit. *Syn.* Clementia, lenitas, mansuetudo. *Usus.* Nihil magnô virô dignius placabilitate.

Placatè, sänfftlich, gütlich. *Syn.* Sedatè, placidè, patienter, humaniter, remissè. *Usus.* Omnia placatè & moderatè feramus.

Placatio, onis, Außsöhnung / Versöhnung. *Syn.* Pax, venia, moderatio, tranquillitas. *Epi.* Tanta Deorum. *Usus.* Perturbatio animorum placatione abluatur. Placatione Deorum pestis avertenda erit.

Placatus, a, um, versöhnet / gestillet / befriediget. *Syn.* Placabilis, placatus, tranquillus, quietus.)(*Iratus, irâ incensus, turbulentus.* *Usus.* Sunt mihi res minimè turbulentæ; pacata, quieta omnia. Homo in aliquem mitis & placatus.

Placeo, ere, gefallen / gefällig seyn. R. à πλάζω pro πελάζω *appropinquo, accedo.* *Syn.* Non displiceo, satisfacio, arrideo, jucundus sum, videtur, probatur, cor-

di

di est.)(*Displiceo.* *Adv.* Admodùm, constanter, egregiè, perpetuò, planè, prorsus, rectè, valdè, vehementer. *Usus.* Scribe, quid tibi de eâ re placet. Meum mihi placet, illi suum. Senatui placuit Cæsarem proficisci. Nunquam mihi minùs ac herì placui. *Thras.* Literæ tuæ mihi admodum placuerunt, mihi perjucundæ fuere, maximopere me oblectarunt, maximè jucundæ acciderunt mihi, vehementer probantur; magnam, mirificam ex iis voluptatem cæpi; planè mei stomachi fuere, ut perfectæ epistolæ speciem adamavi, devoravi tuam epistolam; ita arrisit, tam grata fuit, quam quæ gratissima; multùm te amo, quod ita scripseris.

Placet, es gefället / es ist gefällig. *Syn.* Scitum est. *Usus.* Non placet Stoicis. De Provinciis ita placitum est, ut Pompejus mitteretur.

Placidè, gedultig. *Syn.* Leniter, pacatè. *Usus.* Placidè & sedatè dolorem ferre.

Placidus, a, um, sanfft. *Syn.* Pacatus, tranquillus. *Usus.* Semper in animo sapientis placidissimam esse pacem &c. Oratione placidâ, submissâ, leni; ex irato placidum, placidum & mollem quem reddere. *Vid. Lenio. Tranquillus.*

Placo, are, stillen / versöhnen / befriedigen. *Syn.* Lenio, mitigo, placatum efficio, reconcilio, expio, procuro.)(*Ulciscor.* *Adv.* Aliquando. *Usus.* Animos concordiâ quâdam placare & lenire; odia improborum, iras judicum placare. Divinum Numen sceleribus violatum precibus placare. *Vid. In gratiam redeo. Lenio.*

Plaga, æ, Jäger-Garn / Netz; Wunde / Striemen. *Syn.* Rete, laquei, vulnus, percussio. *Epi.* Gravissimæ, majores. *Usus.* Plagam alicui imponere, injicere, infligere, facere. Plagam accipere. 2. *Regio.* Cæli plagas scrutari. 3. *Retia.* Si ex his laqueis te explicueris, in illas plagas incides. Stoici contra se plagas texunt. Tendere plagas. Conjicere aliquem in alicujus plagas. *V. Vulnus.*

Plagiarius, a, um, Menschen-Dieb.

Plagosus, a, um, * voll Wunden / voll Striemen. *Syn.* Plagis plenus.

Planè, gäntzlich / gantz und gar. *Syn.* Clarè, apertè, perspicuè, lucidè. 2. *Omnino, prorsus.* *Usus.* Perfectè planèque eruditus. Res penitùs perspectæ planèque cognitæ.

Planeta, æ, Planet / Irr-Stern. *R. Gr.* πλανήτης à πλάνη, *error.* *Syn.* Stellæ errantes.

Plango, ere, * schlagen. *Syn.* Tundo, percutio, *Usus,* Procellæ littora plangunt. 2. *Ploro, defleo.*

Plangor, oris, Streich / Schlag. *Syn.* Ejulatus, ploratus.)(*Plausus.* *Usus.* Plangore & lamentatione opplevère forum. *V. Lamentatio.*

Planities, ei, ein eben Feld / die Ebene. *Syn.* Æquor, campus. *Usus.* Quo in summo est æquata agri planities. Ubi ventum ad hanc urbem est, repentè velut maris vasti, sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas.

Planta, æ, Zweig / Pflantze. *Syn.* Surculus, stirps. *Usus.* Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines.

Planus, a, um, eben / gleich / flach. *Syn.* Æquus, æquabilis.)(*Montosus, præceps, lubricus.* *Usus.* Capua planissimo in loco explicata. Quid tam planum, quàm mare? 2. *Apertus.* Id objicis, quod planum facere non possis. Oratio planâ & evidens.

Platanus, i, Maßholder-Baum / Baum mit breiten Blättern. *Syn.* Arboris genus umbriferum, patulis diffusa ramis. *Epi.* Umbrifera.

Platea, æ, * Gasse. *Epi.* Ampla, frequens. *Usus.* In hac platea habitat.

Plaudo, ere, frolocken / klatschen mit Händen. R. *antiq.* plodo, *à sono.* *Syn.* Assentior, approbo, plausum alicui do, vel tribuo. *Adv.* valdè, effusè. *Usus.* Omnes ei effusè plausere.

Plaustrum, i, Lastwagen. *Syn.* Carrus.

Plausus, ûs, das Klatschen oder Klopffen mit den Händen / das Frolocken. *Syn.* Applausus, admurmuratio, vox, clamor, judicium, testimonium, studium populi s. spectatorum.)(*Plangor.* *Epi.* Æquabilis, facetus, incredibilis, infinitus, magnus & æquabilis, mortuus, multiplex, perpetuus, popularis, similis. Effrenati, exiles & rari, infiniti, maximi, tanti. *Usus.* Plausum quærere, captare. Plausum dare, impertiri, tribuere. Emoritur, refrigescit

ſcit priſtinus ille plauſus. *Phraſ.* Magnô plauſu accepta eſt ejus oratio. Conſecutus eſt ſtrepitus & gratia concionis admurmuratio, omnes orationem plauſu proſecuti ſunt.

Plebecula, æ, Völcklein. *Epi.* Miſera & jejuna, urbana.

Plebejus, a, um, dem gemeinem Volck eigen.)(*Patritius.* *Epi.* Importunus. *Uſus.* Plebejô ſermone uti. De plebeja fæce ſellulariorum. *Vid.* *Vilis.* *Ignobilis.*

Plebicola, æ, dem gemeinen Volck günſtig. *Syn.* Qui plebem colit, qui plebi ſervit. *Uſus.* Pro truci inſectatore plebis repente plebicolæ atque omnis auræ popularis captator evaſit.

Plebiſcitum, i, Satzung / die vom gemeinen Volck gemacht. *Syn.* Populi ſcitum, tribunitia rogatio, *Uſus.* Plebiſcito vetare fieri aliquid. Hoc plebiſcitum eſt? hæc lex? hæc rogatio?

Plebs, bis, das gar gemeine Volck / Pöbel. R. *Ex πλῆθος, multitudo.* *Syn.* Plebes, vulgus, turba, infima multitudo, obſcura atque humilis multitudo, infima fæx populi, miſera & jejuna plebecula.)(*Optimates.* *Epi.* Aliena, infima, optima atque modeſtiſſima, orba tribunis, ſuſpenſa & incerta, urbana & perdita.

Plecto, ere, ſtraffen. *Syn.* Punio. *Uſus.* In ſuo quisque vitio plectatur. Vis capite, avaritiæ mulctâ, honoris cupiditas ignominia ſauciatur, culpa plectatur ſine invidia. *V. Punio.*

Plectrum, i, ein Fiedelbogen / Fiedelbaum / der unten an die Saiten-Spiel ſchläget. Item. Harpff-Eiſen oder Hämmerlein. *Syn.* Inſtrumentum, quô citharœdi chordas lyræ plectunt, ſeu percutiunt.

Plenè, völliglich. *Syn.* Planè, perfectè, cumulatè. *Uſus.* Homo non plenè ſapiens & perfectè.

Plenitudo, inis, Völle / Fülle. *Syn.* Magnitudo.

Plenus, a, um, voll. R. *à πλέος refertus.* *Syn.* Refertus, confertus, completus, repletus, oppletus, frequens, frequentatus, redundans, affluens, cumulatus, integer, perfectus.)(*Iejunus, exilis, imminutus, enectus.* *Uſus.* Homo ſtupri, vini plenus. Confertum & plenum ornamentis dicendi genus. Ratio belli gerendi plena fidei & pietatis. Plenô ore laudare aliquem. *Phraſ.* Militum plena ſunt omnia. Urbes militibus complentur, ſtipantur. Villæ referciuntur, onerantur, complentur, replentur copiis; omnia referta, inundata militibus; nulla regionis pars â militibus vacua.

Plerique, der mehrere Theil / die meiſten. *Syn.* Major pars, plerique omnes.

Plerumque, mehrentheils. *Syn.* Magnâ vel majori ex parte, majore parte, majorem partem, maximam ſ. magnam partem, perſæpè, ferè.)(*Nonnunquam ſemper.* *Uſus.* Fortuita ſunt, quæ plerumque, non ſemper eveniunt.

Ploratus, ûs, Beweinung. *Syn.* Planctus, ejulatus. *Epi.* Virginalis, turpiſſimus. *Uſus.* Ploratum edere. *V. Gemo.*

Ploro, are, kreinen / flennen / weinen. *R. q. πολὺ ὠρύω multum rugio.* *Syn.* Ploratum edo. *Uſus.* Senatum plorare & ſupplicare prohibuerunt. *Vid.* *Gemo.* *Lachrymo.*

Pluit, es regnet. *R. à πλύνω, antiq. πλύω, lavo.* *Syn.* Imber effluit. *Adv.* Pluens aqua bellè, ſanè. *Vid.* *Pluvia.*

Pluma, æ, eine zarte Feder / Pflaum-Feder. *Epi.* Rutila, verſicolor. *Uſus.* Plumâ aut foliô faciliùs movetur.

Plumatus, a, um, befederet / gefiederet. *Syn.* Pinnatus.

Plumbeus, a, um, bleyern. *Uſus.* Homo in Phyſicis planè plumbeus. Illum plumbeô gladiô jugulavit.

Plumbum, i, * Bley. *Syn.* Notum metalli genus.

Plumeus, a, um, von oder aus Federn. *Syn.* Plumis refertus.

Plurimùm, ſehr viel / am meiſten. *Syn.* Multùm, nimiùm.

Plus, ris, mehr / mehr als viel. *Syn.* Magis, ampliùs, præter, ultra, ante. *Uſus.* Plus, plusque te indies diligo. Nunquam Romæ plus triduô fui. Tantundem & plus etiam nunc vales gratia. Quæſo, ne plus ſit annua provincia. *Phraſ.* Nolo te pluribus fatigare. Non progrediar longiùs, non plus negotii tibi faceſſam. Non contexam orationem,

nem longiùs. Non rem exequar uberiùs, alias de tota re agam abundantiùs. Non excedam modum, non fatigabo te ſuprà, quàm velis, nimio jam multò plùs te detineo. Plus etiam faciam, quam expectes. Expectationem tuam mea diligentia vincet. Plùs etiam, quàm pars virilis poſtulat, oneris ac muneris ſuſcipiam. Paulò etiam longiùs, quam finis officii poſtulat, progrediar Plùs quam pro virili parte annitar. Supra virès ſe extendet mea induſtria.

Pluſquàm, mehr als / mehr denn. *Syn.* Ultra quàm ampliùs, antè.

Pluteus, i, * ein Sturm-Dach. *Syn.* Machinæ bellicæ genus.

Pluvia, æ, der Regen. R. *quaſi* fluvia, *quia fluit guttatim, vel* a pluo. *Syn.* Imber. *Phraſ.* Maximô imbre Capuam veni. Magnos & aſſiduos imbres habebamus; aër concretus in nubes cogebatur, humoremque colligens terram augebat imbribus; repentè ingentibus procellis effuſus eſt imber, cum Capuam inirem. Ingenti fragore cœli procella effuſa imbres continui campis omnibus inundantes iter prope intercluſerant, nimbus eum fragore cœli decidens obſtrepebat; pluvia, imber ingens grandine miſtus ita turbaverat, tanta vis aquæ dejecta fuerat, tanta erat continuatio imbrium; largum imbrem excuſſerant procellæ, procella ingens imbrem vix ſub tectis tolerabilem effudit; obrùti nimbô campi, imber violentiùs quàm aliàs fuſus campos lubricos fecerat; tanta repentè cœlo miſſa aquæ vis, ut iter pergere vix poſſem.

Pluvialis, e, * vom Regen / regenicht. *Uſus.* Venti pluviales.

Pluvius, a, um, vom Regen/regenicht. *Uſus.* Aqua pluvia nocens.

Poculentus, a, um, was gut zu trincken iſt. *Syn.* Quod in potum ſumi poteſt. *Uſus.* Ea pars oris, quam eſculentis & poculentis patefecit natura.

Poculum, i, Trinck-Geſchirr / Becher. R. *quaſi* potulum *à* potus. *Syn.* Sciphus. *Epi.* Exhauſtum, mortiferum, aureum, frequens, immane, magnum, minutum atque rorans non pauca. *Uſus.* Poculorum magnitudine & bibendo cunctos Græci ſuperant. Poſcunt majoribus poculis.

Podagra, æ, das Podagra / Zipperlein an Füſſen. *Syn.* Dolor arduum, dolores pedum. *Uſus.* Podagræ doloribus maximis ardet, cruciatur, nec remittunt pedum dolores.

Poëma, tis, Gedicht Reim-Gedicht. *Syn.* Poëtæ opus. *Epi.* Electum, recens. *Uſus.* Poëma facere, componere, condere.

Pœna, æ, Straff. R. *à* ποινή. *Varroni à* puniendo. *Syn.* Supplicium, animadverſio, damnum, incommodum, multa.)(*Beneficium, commodum.* *Epi.* Acerbiſſima, certa edicti, communis, crudelis, digna ſcelere alicujus, divina)(humana, dulcior, gravis, iniqua, injuſta, inſignis, juſta, legitima atque maxima, levior, nimis magna, minor, nova, par, præſens, recens, ſempiterna, ſingularis, tanta, tardior, triſtis. *Pœnæ* certiſſimæ, diſpares, juſtæ & graves, patriæ, præpetes; ſeræ, ſed juſtæ tamen ac debitæ. *Uſus.* Sceleri multæ ſunt à Diis pœnæ *conſtitutæ*, ſtatutæ, comparatæ. Graves perjurii pœnas Dii à ſceleratis petent, repetent; pœnis afficient perjuros; graves ad perjuros pœnæ pervenient, in perjuros convertentur; Dii pœnam perſequentur à ſceleratis. Flagitii ſui pœnam *ſubire*, ſuſtinere, ferre, ſuſcipere, capere; erroris ſui pœnam pendere, dependere, dare, dedere, dependere, ſolvere; pœnas ſtultitiæ ſuæ luere; in pœna eſſe; in pœnis hærere; pœnâ teneri. Judiciorum pœnis obligari. Pœnam *effugere*, è pœna elabi, pœnâ liberari.

Pœnitens, tis, den etwas gereuet. *Uſus.* Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii.

Pœnitentia, æ, * Reue / Buſſe. R. *qſ.* punientia, *eò quod homo ſe ipſum puniat.* *Syn.* Dolor ob admiſſa peccata. *Uſus.* Celer quidem pœnitentia, ſed inutilis ſecuta eſt. *Phraſ.* Pœnitentiâ duci, tangi; pœnitere admiſ-

admissi peccati ; ad sanam mentem redire, ad pœnitentiam se dare, à malis partibus ad bonas partes animum adducere. Rebus duris, quæ ad incommoda & macerationem corporis pertinent, numini propitiando operam dare. Labem aliquo piaculo diluere ; Voluntatis pœnas ultrò suscipere; præteritæ vitæ peccata quàm acerrimè vindicare ; in suum corpus sævire & debita vitæ licentiùs actæ supplicia à semetipso exigere ; corpora crebris & voluntariis afflictata suppliciis & nocturnis ægra pervigilationibus.

Pœnitet, es gereuet / sich etwas gereuen lassen. *Syn.* Tædet, piget, dolore affici. *Adv.* Vehementer intemperantiæ, vitæ valdè. *Usus.* Suæ quemque fortunæ pœnitet. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. Si liceret, ut iis, qui in itinere deerrârunt, sic vitam deviam secutos corrigere errorem pœnitendo, felicior esset emendatio temeritatis. Non me consilii mei pœnitet.

Poësis, is, Dichtung / Dicht-oder Reimen-Kunst. *Syn.* Poëtica, Poëma. *Epi.* Amatoria, tota. *Usus.* Claris coloribus picta vel Poësis est vel Oratio.

Poëta, æ, ein Poet / Dichter. *Syn.* Poëticè peritus. *Epi.* Astrictior versu orator, bonus ; non bonus, sed tamen non inutilis, clarissimus, disertissimus, Divinus, durissimus, egregius. Epicus, summus, facetissimus, familiaris. Finitimus oratori ; numeris adstrictior paulò, verborum autem licentiâ liberior; multis generibus ornandi socius, ac penè par ; Gravis & ingeniosus, iners, ineptus, non inutilis, liber, magnus, malus, obscurus, prudens, rudis, sapiens, suavis, summus, tragicus. *Poëtæ* veterrimi, æquales, comici, frequentiores & liberiores in re aliqua, nobiles, novi, sancti, veteres, veri. *Usus.* Poëtam ajunt neminem bonum esse posse, sine inflammatione animorum, & sine quodam afflatu velut furoris. Poëta virtutes oratoris persequitur, cùm sit numeris astrictior, cæterarum rerum studia & doctrinâ & præceptis & arte constant; Poëta naturâ ipsâ valet, & mentis viribus excitatur, & quasi divinò quôdam spiritu afflatur, quare sancti appellantur Ennio, quasi Deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videantur.

Poëtica, æ, Reimen-Kunst oder Dicht-Kunst / Vers-Kunst. *Syn.* Ars & ratio faciendorum carminum. *Usus.* O præclaram emendatricem vitæ Poëticam.

Poëticè, Poetischer weiß / Reimen-weise / Vers-weise. *Syn.* Poëtarum more & modô.

Poëticus, a, um, Poetisch / dichterisch / reimmässig / dichtermässig. *Usus.* Numerus, verbum Poëticum.

Pol, fürwahr! *Syn.* Vox jurandi.

Polio, ire, glätten / glatt machen / poliren / ausbutzen / ausschmücken. *Usus.* Polire, expolire orationem. Absolvere & perpolire aliquid imperfectum. Sculpere, polire, lævigare gemmas.

Politè, zierlich / glatt / polirt / geschmückt. *Syn.* Ornatè, eleganter, splendidè, aptè, subtiliter dicere, scribere.

Politia, æ, Policey / gemein Wesen oder gemein Regiment. *Syn.* Respublica. *Usus.* In Platonis Politica.

Politicus, a, um, städtisch / bürgerlich / politisch. *Usus.* Politici Philosophi, libri.

Politus, a, um, schön außgebutzt / polirt / glatt gemacht / geschliffen.)(*Impolitus.* *Usus.* Vir omni liberali doctrinâ politissimus. Homo ad persuadendum concinnus, perfectus, scitus, politus è schola. Veneris caput politissimâ arte perfecit. Oratio ornata & artificiô quôdam, & expolitione distincta. Politè scribit & luculenter. Politus, urbanus, elegans.

Polleo, ere, vermöglich seyn / vermögen / gelten. *Syn.* Possum, valeo. *Usus.* Filius plùs pollet, potiorque est patre. Pollere scientiâ & virtute. Ejus judicium & voluntas plurimùm apud eum pollet. *V. Valeo.*

Pollex, cis, Daume. *R. Digitis cæteris præpollens.*

Polliceor, eri, verheissen / zusagen / versprechen. *Syn.* Promitto, profiteor, profero, offero. *Adv.* Cumulatissimè omnia, benignè, celeriter, gratis frumentum in cellam, liberaliter, liberalissimè omnia, prolixè, studiosè, ultrò. *Usus.* Ego tibi profiteor, ac polliceor eximium ac singulare meum studium.

Qua

Quæ polliceris, expectabo ego, nec exigam, ſed grata erunt, ſi ſolveris. Ultrò, benigne, liberaliter mihi pollicetur, imò recipit. Græcia dextram tendit Italiæ, eique ſuum præſidium pollicetur. *Thraſ.* Polliceor tibi hoc bona fide. Pro certo hoc tibi polliceor, & confirmo, me eam rem perfecturum. Hoc promitto & ſpondeo, nec conſtantia fidesque deerit promiſſis. Promiſsô hôc teneri volo, & ſummam promiſſi mei certò complebo, nec fruſtra ſpe & promiſſis te tenebo; ſtabo promiſſis; implebo ſponſionem, quâ me obſtrinxi, quô me ſponſionis vinculo obligavi, ſtabo; fidem tibi do, me tuâ cauſâ facturum omnia, nec te, pluribus promiſſis ac pollicitationibus onerabo, quam quæ ſolvere ſit animus. *V. Promitto.*

Pollicitatio, onis, Verheiſſung/ Zuſage/ Verſprechung. *Syn.* Promiſſio. *Epi.* Infinitæ. *V. Promiſſum.*

Pollicitor, ari, * offt verheiſſen/ heilig verſprechen / theuer zuſagen. *Uſus.* Sollicitando & pollicitando eorum animos lactas.

Pollinctor, oris, * Todten-Salber. *Syn.* Curator funerum, unctor cadaverum.

Pollinctura, æ, * Salbung der Todten / das Todten-Salben. *Syn.* Curatio funeris.

Polluo, ere, beflecken/ beſudlen/ verunreinigen. *Syn.* Violo, maculâ afficio, inquino, contamino, maculo, fædo, perverto, conturbo. *Uſus.* Omnia Divina & humana jura inexpiabili ſcelere, omni flagitiô polluit labes illa impura.

Polus, i, der Angel / oder Spitze und Gipffel des Himmels. *R. à* πολέω, *verto; circa polos enim cœlum vertitur.* *Syn.* Vertex.

Pomarium, ii, Baum-Garten. *Syn.* Hortus arboribus conſitus.

Pomeridianus, a, um, nachmittägig. *Syn.* Poſtmeridianus. *Uſus.* Tempus, ſomnus, deambulatio pomeridiana.

Pomœrium, ii, Zwinger / eine Weite inn- und auſſer den Stadt-Mauren herum. *R. quaſi* ponè mœnia. *Syn.* Locus circùm mœnia vacuus. *Uſus.* Jura pomœriorum.

Pompa, æ, Pracht / Gepräng / Pomp. *Syn.* Spectaculum apparatusque ſolennis cum oſtentatione & magnificentia quadam, qualis fieri ſolet in publicis ſupplicationibus & triumphis. *Epi.* Acerba, moleſta, tota. *Uſus.* In dicendo ſpeciem & pompam adhibere. Cadaver exequiis, pompâ, laudatione ſpoliatum. Tota petitio illuſtris, ſplendida, pompæ plena, ſummam ſpeciem ac dignitatem habens.

Pomum, i, Apffel. *R. à* πῶμα, *ſ.* πόμα, *potio; antiquitus enim ex pomis fiebat potio.* *Epi.* Crudum.)(*Maturum & coctum.* *Uſ.* Pomorum jucundus non guſtatus ſolùm: ſed odoratus etiam & aſpectus.

Pondero, are, wägen / erwägen. *Syn.* Pendo, appendo, expendo, examino, æſtimo. *Uſus.* Cauſæ ratione, non vocibus ponderari debent. Quô animô fecerit, inprimis ponderandum eſt. Judiciô certô aliquid ponderate. Fides ex fortuna non eſt ponderanda; rem non ſuis ponderibus, ſed populari quadam trutinâ examinare. *Vid. Examino.*

Ponderoſus, a, um, wichtig/ ſchwerwichtig. *Uſus.* Ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modò actorum, ſed etiam opinionum tuarum.

Pondo, Pfund. *R. â pendo.* *Syn.* Mina, quod alii libram vocant.

Pondus, eris, Gewicht / Schwere/ Schwerigkeit. *Syn.* Gravitas, momentum. *Epi.* Contrarium, dignum æſtimatione, inæſtimabile, grande, grave, infinitum, innumerabile, magnum auri, majus argenti, permagnum argenti, naturale, par. *Uſus.* In terram feruntur omnia ſuô pondere. Grande auri pondus. Suis rem ponderibus examinare. 2. *Vis, autoritas, gravitas, momentum.* Tuæ litteræ maximi ſunt apud me ponderis. Verborum pondera. Singula verba, ſingula pondera.

Ponè, nahend/ nahe dabey. *Syn.* Poſt. *Uſus.* Ante, ponè; ad dextram, ad lævam; ſurſum, deorſum.

Pono, ere, ſetzen/ legen / ſtellen. *R. à* πονέω *tolero, ſuſtineo.* *Syn.* Propono. *Uſus.* Rem in medio conſpectu ponere.

Ponere

ponere alicui quæstionem. 2. *Depono* tunicam, arma, bellum, inimicitias. 3 *Adhibeo, adjicio.* In re aliquamultum, operæ, curæ, totum animum, curam, diligentiam ponere. 4. *Consumo* diem, multum temporis in aliquo negotio ponere; ponere longam orationem in re aliqua. 5. *Figo, statuo, repono, censeo, reputo, colloco, judico, puto.* Ponere mortem in malis; aliquid in laude vel vitio, in beneficii loco, in minimis, in lucro ponere. Multum in alicujus fide & prudentia ponere. Beatam vitam multi in voluptate ponunt. Ponere beneficium apud ingratum. Se extra culpam ponere. *Ponamus ita esse.* Fingerem ita habere. Fac ita esse. Ponere ante oculos.

Pons, tis, Brücke / Steg. *R. à* ponendo. *Epi.* Angustus, aureus. *Usus.* Pontem *facere*, efficere, fabricare, struere. Flumen ponte jungere; pontem imponere flumini. Pontem *rescindere*, disturbare, interrumpere, à tergo interscindere. Pontem *reficere*, instaurare. Pars oppidi angustô ponte adjungitur & continetur.

Pontifex, cis, Priester / Ober-Priester. *R. quasi* Potifex *a* potis, *&* facio, *qui potest facere, cui licet sacrificare. Syn.* Antistes ceremoniarum & sacrorum, author & magister publicæ religionis; qui publicis sacerdotiis præest, qui sacris præest; Antistes Deorum immortalium. *Epi.* Magnus, maximus, peritissimus; veteres, minores. *Usus.* Metellus Pontifex diu ei sacerdotio præfuit. Amplitudo sacerdotii. Pontificis partes, munia sustinere, agere, gerere. *V. Sacerdos.*

Pontificalis, e, das zum Priester gehöret. *Usus.* Autoritas, jus pontificale.

Pontificatus, ûs, Priesterthum. *Syn.* Sacerdotium. *Usus.* Statæ cærimoniæ Pontificatu continentur.

Pontificius, a, um, das den Priestern zugehöret. *Syn.* Pontificalis. *Usus.* Jus pontificium.

Pontus, i, das Meer. *Syn.* Mare.

Popina, æ, eine Gar-Küche / Zehr-Hauß. *Syn.* Ganea, culina. *Epi.* Teterrima, tenebricosa. *Usus.* In lustris, popinis, aleâ, vinô tempus ætatis omne consumere.

Poples, itis, Knie-Scheiben. *Syn.* Pars posterior genu.

Populabundus, a, um, * alles raubend und verwüstend. *Usus.* Populabundi magis in fines excurrerunt, quam justi more belli.

Popularis, e, gemein / des gemeinen Volcks eigen. *Syn.* Vulgaris. *Adv.* Maximè, verè, fallaciter, ficte, sapienter, vehementer. *Usus.* Verba popularia, ad popularem modum sensumque accommodata. 2. *Populi studiosus.* A gravitate patrum desciscere; popularem fieri. Qui ea faciunt, dicuntque, quæ multitudini jucunda, populares dicuntur. Causa plausibilis & popularis. Rumusculos populares aucupari; auræ popularis captator evasit. 3 *Civis conterraneus*, Landsmann. Socrates non popularis alicujus loci, sed civis mundi. Solon popularis meus.

Populatio, onis, * Beraubung / Verödung / Plünderung / Verheerung / Verwüstung. *Usus.* Illa gens populationibus incursionibusque melior est, quàm justâ pugnâ. Latè populationem facere. Hostem populatione prohibere.

Populor, aris, verwüsten / öd machen / verheeren / plündern. *V. Vasto.*

Populus, i, das Volck / gemeiner Hauff. *R. à* πολὺς, *multus, per reduplicationem. Syn.* Multitudo, civium multitudo, vulgus, plebecula urbana. *Epi.* Absens, amicissimus, appetens omnium bonorum, concionarius, desipiens, diversus, exorabilis, facilis, fidelis & illustris, fœderatus, fortis & bonus, frequens, gratus, ingratus, inictus, invictus, languens & effrænatus, languens labensque, liber, levissimus, orbus, peculiaris, præclarus, princeps, omnium gentium dominus atque rector, sollicitus, terribilior; virtute, justitia charior; vacuus metuum, vanus, verus, universus, urbanus. *Populi* procerissimi, boni firmique, externi, florentes atque integri, fœderati atque liberi, immensi, immunes, imperiosi, integri & parati, liberi, opulenti, potentes, privati, universi, non solum conscii libidinis, sed etiam injusti. *Usus.* Populus Roma-

Romanus victor omnium gentium. Populus, non omnes cœtus multitudinis, communione sociatur. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, sapiens non est. Populus ferè regenti similis est; ex incertissimo animos sumit.

Porcus, i, ein Schwein / eine Sau. *Syn.* Sus, notum animal. *Epi.* Fœmina. *Usus.* Porci, sues glande pascuntur. Porco anima pro sale indita est, ne putresceret.

Porrectio, onis, das Ausstrecken / Darreichung. *Syn.* Projectio. *Epi.* Facilis. *Usus.* Brachiorum, digitorum projectio, seu contractio.

Porrigo, ere, ausstrecken / darreichen. *R. quasi* porro rego, *vel ex Gr.* ὀρέγομαι. *Syn.* Tendo, admoveo, intendo, projicio, extendo.)(*Contraho. Adv.* Aliquando. *Usus.* Porrigere suam fidem, dextram, supplici, jacenti, afflicto. Spem salutis porrigere, ostendere. Urbs in longum porrecta. Manus in mensam porrigere.

Porrígo, inis, * Erb-Grind. *Syn.* Genus morbi inter pilos. *Usus.* Impexâ porrigine fœdum caput.

Porrò, gewißlich / weiter / ferner / forthin. *Syn.* Sed, igitur. *Usus.* Vide porrò cætera. 2. *Sanè.* Ea nos male dicimus, sed porrò exigua.

Porta, æ, Thor / Pforte. *R. à* porto. *Quia hàc onera importantur. Epi.* Triumphalis. *Usus.* Bibulus pedem portâ non extulit. Moliri obices portarum. Refringere portas, & seras, & claustra revellere. Ad opertæ portæ fores. Porta, cataractâ dejectâ, clausa erat, eam partim vectibus levant, partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire possent.

Portendo, ere, zuvor andeuten / vorbedeuten / Anzeichen geben. *R. Ex* porro *&* tendo. *Syn.* Præmonstro, prænuncio, prædico. *Usus.* Significationes rerum futurarum, quæ tum vigilantibus, tum dormientibus portenduntur. Magnorum periculorum metus ex ostentis portenditur. Quod ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur.

Portentosus, a, um, seltzam / wunderlich / vorbedeutlich. *Syn.* Monstrosus, prodigiosus.

Portentum, i, ein Anzeichen / Wunder-Zeichen / Vorbedeutungs-Zeichen / so etwas vorbedeutet. *Syn.* Monstrum, prodigium. *Epi.* Certissimum, fatale, maximum. Tarda & sera nimis. *Usus.* Clodius fatale portentum prodigiumq; reip. *V. Prodigium.*

Porticus, i, Schwibbogen / ein bedeckter Gang. *Syn.* Ambulatio, exedra, xystus. *Epi.* Excelsa, inferior, minùs operosa, & multò quidem facilior, pulcherrima. *Usus.* Pavimenta porticus, in qua inambulabimus. Porticu ædes cingere.

Portio, onis, Antheil / Portion. *R. q.* partio, *à* parte. *Syn.* Pars. *Epi.* Rara. *Usus.* Omnes Asiæ civitates pro portione in provincias descripsit. Nunquam emptum in Sicilia frumentum, quia pro portione Mamertinis imperaretur.

Portitor, oris, ein Mautner / Zöllner / Färcher. *Syn.* Publicanus exigendis portoriis præfectus. *Usus.* Portitorum quæstus in omnium odium incurrit. Nolo eundem populum & imperatorem & portitorem terrarum.

Porto, are, tragen. *R. à* φόρτος, *onus, quod à* φέρω, *fero. Syn.* Fero, comporto, defero. *Adv.* Undique furta. *Usus.* Magna vis frumenti ad Antonium portatur. *Phras.* Omnia mea mecum porto. Aliò deporto, mecum inveho, pro me gero, mecum conveho.

Portorium, ii, allerley Zoll / Fahrgeld / Frachtlohn / Fuhrlohn / Schifflohn. *Syn.* Vectigal, quod in portu exigitur, pro rerum portatione. *Epi.* Certum. *Usus.* Portorium *imponere*, locare alteri, aut conducere. Portorii nomine aliquid exigere. Portorium *dare.* Omnia Italiæ portoria sublata sunt. *V. Vectigal.*

Portuosus, a, um, voll Schifflenden / oder Anfurten. *Usus.* Navigatio, mare, minimè portuosa.

Portus, ûs, ein Port / Schifflände / See-Haven / Anfurt. *Syn.* Locus in littore tutus, ab omni tempestate perfugium. *Epi.* Celeberrimus & plenissimus navium, optimus, propior, tranquillus & tutus, tutus & clausus, ultimus.

mus. Manufacti, munitissimi. *Usus.* Fugæ portus erat in tuis castris, & subsidium salutis. Ex portu *prodire*, progredi; hostiles naves in portum cogere, conjicere, compellere. In *portu* ac in tuto *esse*, in portum invehi, deferri, venire, se recipere; portum capere, portum tenere, in portu navigare, extra periculum esse. *Thras.* Portum reflante ventô tenere non potuimus; rejecti sumus â portu reflante ventô; portum ventus eripuit; summovit nos ventus â portu; ne portum obtinere licuerit, cùm omni studio conaremur, ventus effecit. Portum reflante ventô ingredi, inire, obtinere, assequi non licuit. Venti vis adversi portu nos exclusit, prohibuit, arcuit, amovit. Portum inire conantes repulit ac rejecit ventus; repulit, rejecit adversa venti vis.

Posco, ere, **fordern / ernstlich begehren.** *R. Ex Hebr.* Bikesch, *poposcit.* *Syn.* Pero, flagito, requiro. *Usus.* Non desinit â me literas poscere, postulare, efflagitare. *V. Peto.*

Positio, onis, **Gelegenheit / Lager und Gegend eines Orts.** *Usus.* Urbis positio pulcherrima.

Possessio, onis, **eine Besitzung / Innhabung.** *Syn.* Jus possidendi, bona, prædia fundi. *Epi.* Caduca & vacua, certa & stabilis, flagitiosa, incerta, infinita, libera & immanis, major, perpetua, privata, propria, pulcherrima, tota, vetus. *Possessiones* alienæ, diuturnæ, ineptæ, atque in casu positæ, innumerabiles, invidiosæ, paternæ atque avitæ, reliquæ, relictæ, sacrosanctæ, vacuæ, variæ & multæ, venales & proscriptæ, voluptariæ, urbanæ, rusticæ. *Usus. Dare possessionem* secundùm tabulas; in possessionem ex edicto mittere. Possessionem *occupare*; irruere, proficisci, venire in possessionem bonorum. In possessionem quasi vacuam & caducam involare. Pedem in possessionem ponere. Possessionem *habere*, tenere, in possessione aliquid retinere, in possessione manere; in possessione esse, consistere. Possessione aliquem *pellere*, depellere, deturbare, exturbare, movere, dimovere, dejicere. Possessione *cedere*, decedere. Possessionem *recuperare*, restituere.

Possessor, oris, **ein Besitzer / Innhaber.** *Epi.* Acerrimus, turpissimus. *Usus.* Omnium virtutum possessores num pauperes nominabimus? Possessores suis ædibus pelluntur.

Possideo, ere, **besitzen / innhaben.** *R. quasi* possum sedere, *vel* potenter insidere. *Syn.* Teneo. *Adv.* Communiter, honestiùs, longè aliter, precariò, propriè, verè, imprudentissimè, publicè, rectè. *Usus.* Plus fidei quàm artis in se possidet. Magnam vim & religionem possidet paternus sanguis. Forum armatis possidet.

Possum, sse, **können / mögen / vermögen.** *R. ex* potis sum. *Syn.* Licet, queo, valeo, polleo, potestas est, potestatem habeo, potestate valeo, facultas est, facultatem s. vim habeo, potis sum; facultas, potestas datur; optio & potestas mea est, mihi liberum est, nulla est recusatio, facultas fert. *Adv.* Ampliùs nihil, amplius quid, commodissimè, contra fortasse, cumulatissimè facere, facillimè, meliùs; multum autoritate, in suffragiis; juvare multùm apud aliquem laude; non facile esse, nusquam omnino nihil, parum usu, multum ingeniô, perridiculè, planè non, planè nullô modô, plurimum apud aliquem, plurimùm in dicendo; multum mari, opibus, pecuniâ; per scelus plurimum perficere, plurimum viribus, pulchrè, non curare, rectè, quàm maximè, quôquô modô, supra nihil, tutò non. *Usus.* Ego usu parum, nec ingeniô satis possum; quod fieri poterit, non negligam. Quantùm valeo, quantumque possum. Non possum, quin exclamem. *Thras.* Si ferre possem, non detrectarem onus. Si meorum nervorum esset, si tantam rem efficiendi facultatem haberem, si res mihi integra foret & libera, si solutissima mihi essent omnia, si oneri ferendo essem, si copia foret; si haberem, quod pollicerer; si liceret, onus lubens subirem. Non potui me ultrà defendere; non reperiebam, quemadmodum me defenderem; nihil erat, quô me tuerer; jam me omnis defensio defecerat; erepta mihi fuit, & adempta omnis potestas me tuendi; nequibam porrò mihi consulere. Rerum mearum planè eram impotens, nec fugæ nec pu-

gnæ satis potens deprehensus sum in medio; nec enim pugna mihi constare potuit. Eò processeram, unde receptum ad pœnitendum non haberem. Ad ulteriorem defensionem loci & virium infirmitas me impediebat; non jam copia erat, non facultas ultrà hosti obsistendi. *DEUS omnia potest.* Deus arbitratu suô cuncta moderatur ac regit; DEus orbem tenet universum, tenet omnia, regnat, dominatur, imperat. Penes Deum est potestas & dominatus rerum omnium; penes Deum omnia sunt; penes Deum est imperandi jus, est in omnes imperium. In manu Dei sunt omnia; ita DEI potestas latè patet, ut omnia complectatur. Ad DEUM omnia sunt delata. DEI voluntas pro legibus; à DEI voluntate ac nutu pendent omnia; omnia posita sunt in unius DEI voluntate.

Pro posse, nach äusserstem Vermögen. *Vulg.* Defendam te pro virili parte; agam, quoad feret facultas, quoad ejus facere potuero; quoad ejus fieri poterit. Si quô pactô potero, te strenuè defendam.

Post, nach/ hinterwärts. *R. ex* ὄπισθεν, *post anum.* *Syn.* Postea, posthàc, vel post id tempus, sub, posterius, secundum.)(*Ante*, *à fronte*, *initiò*, *primò.* *Usus.* Aliquot post menses. Posterius ista videbimus. Consul post urbem conditam felicissimus. Paucis post diebus; paucos post dies. *Thras.* Paucos post illud prælium annos; paucis annis, quàm pugnatum est; secundùm decretorium illud certamen; paucis ab illo prælio annis.

Posteà, darnach/ hernach/ deme nach/ nach diesem. *Syn.* Post, posthac, præterea, posterius, deinceps, tum inde, secundùm ea, reliquô tempore. *Usus.* Cedò, quid postea? quid tum inde?

Posteaquam, nachdem/ als. *Syn.* Postquam. *Usus.* Posteaquam ego veni. Postea verò, quàm ego veni.

Posteri, orum, die Nachfahren/ Nachkommen/ Nachkömmlinge. *Syn.* Posteritas, qui inferioris sunt ætatis. *Usus.* Horum posteri degenerârunt, ut esset ad posteros miraculi ejus monumentum, Maxima pars ejus gloriæ in posterorum memoriam promineat.

Posterior, oris, der Folgende/ Nachkommende/ Nachfolgende.)(*Superior*, *prior.* *Usus.* Posteriores cogitationes, ut ajunt, sapientiores solent esse. Ætate posterior, non gloria. 2. *Minus charus.* Suam salutem utilitati reip. posteriorem ducere. Nihil vita antiquius existimare; omnia libertate posteriora ducere.

Posteritas, tis, Nachwelt/ Nachkömmlingschafft. *Syn.* Posteri. *Epi.* Immemor, infinita. *Usus.* Optimus quisque posteritati maximè servit. Ne posteritas quidem infinita & omnium sæculorum hujus rei erit immemor. Commemoratio nominis nostri non cum vitæ tempore dimittenda, sed cum omni posteritate adæquanda. *Thras.* Tua gloria ad tuos nepotes propagabitur. Tua gloria ad eos perveniet, qui ex te nascentur s. orientur; ad tuos successores; ad eos, qui abs te originem ducent, trahent; ad eos, qui genus abs te ducent; ad eos, qui abs te descendent, prodibunt, manabunt, gignentur, propagabuntur. Posteritas tuæ gloriæ particeps erit.

Posterus, a, um, nachgehend/ folgend/ nachfolgend. *R. a* post, *vel ab* ὀπίστερος. *Syn.* Consequens.)(*Primus.* *Usus.* Die posterò. In diem posterum rem distulit. Longè in posterum prospicere, providere. Ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. Illud verò posterum est & consequens.

Posthabeo, ere, nach- und hindan setzen/ minder achten/ gering schätzen. *Syn.* Negligo. *Usus.* Omnibus rebus posthabitis se Philosophiæ dat totum.

Posthac, hernach/ nach diesem/ nach dem. *Syn.* Deinceps, deinde.)(*Antehac*, *hôc tempore.* *Usus.* Nihil posthac mihi tecum erit.

Posthæc. *Idem.* *Syn.* Deinde.

Posthumus, i, nach des Vatters Tode gebohren. *Syn.* Natus post humatum patrem.

Postis, is, Thür/ Pfoste/ Hinterpfoste der Thür. *Syn.* Januæ tabula, seu latus portæ. *Usus.* Postem teneri in consecratione templi oportet; ibi enim po-

stis

stis est, ubi templi aditus & valvæ ambulationis.

Postliminium, ii, Recht der Wiederkunfft. *Usus.* Postliminio redire.

Postmeridianus, a, um, nachmittägig. *Syn.* Pomeridianus.)(*Matutinus.* *Usus.* Tempore pomeridianô abibit.

Postmitto, ere, unterlassen / nicht achten. *Syn.* Postpono, omitto.

Postpono, ere, nachsetzen / minder achten. *Syn.* Posthabeo. *Usus.* Omnia postposui, dum patri obedirem. Privatum dolorem post communem causam habere. Opes suas libertati postferre, posteriores ducere salute publicâ.

Postquam, nachdem / als / demnach. *Syn.* Ubi, ùt, simul, simul ac, simul ùt, simul atque. *Usus.* Postquam mihi proposui, simul ùt vires defecêre.

Postremò, letztens / zuletzt / zum letzten mal. *Syn.* Postremùm, novissimè. *Usus.* Quæro igitur primùm, deinde &c. postremò.

Postremùm, zum letzten / letztlich. *Syn.* Postremò.

Postremus, a, um, der letzte / allerletzte. *Syn.* Ultimus, extremus, novissimus.)(*Primus.* 2. *Pessimus.* Postremi homines. *V. Extremus.*

Postridiè, morgens am folgenden Tag. *Syn.* Posterô die. *Usus.* Hoc scripsi postridie ejus diei. Postridie Bacchanalium.

Postulatio, onis, das ernstliche Begehren / Anforderung. *Syn.* Postulatum. *Epi.* Æqua & honesta, brevis, impudens, turpis, valentior opinione. *Usus.* Concessit Senatus postulationi tuæ. Si vobis æqua & justa postulatio videtur.

Postulatum, i, Forderung / ernstliches Begehren. *Syn.* Postulatio. *Epi.* Commune, gravissimum in aliquem, intolerabile, novum, ridiculum. *Usus.* Reliquum est, ut accipiantur & remittantur postulata per litteras. Postulata suo interponere, edere, ad aliquem deferre. Postulata Geometrarum.

Postulatus, ûs, * Forderung / das Erfordern / das Anbringen / ernstliches Begehren. *Usus.* Matris postulatu.

Postulo, are, fordern / ernstlich begehren / anfordern. *R. quasi* poscitulo, à poscendo. *Syn.* Peto, posco, desidero, requiro.)(*Recuso.* *Adv.* Acriùs ampliùs, arroganter; impudenter, nominatim, planè, præclarè, vehementiùs, nimirùm, stultè. *Us.* Omnia â me postulas & expectas; ut temporis ratio, ut tua fides postulavit. Postulârunt me de fœdere. Postulare fidem publicam. 2. *Accuso.* Ego Appium eadem lege de Majestate postulavi. *Vid. Peto. Desidero.*

Potatio, onis, das Trincken / Zechen und Sauffen. *Syn.* Perpotatiô. *Epi.* Modica. *Usus.* Hesternâ potatione oscitans.

Potator, ôris, Trincker / Säuffer / Zecher. *Syn.* Potor.

Potens, tis, vermögend / mächtig. *Syn.* Valens, qui in magna potentia est; magnas vires, magnas opes habens; summâ potestate præditus, magnis opibus præditus, opibus & copiis affluens, fortunatus, opibus firmus, potentiâ omnes antecedens; opibus, armis, potentiâ valens; magnus & opulentus. *Usus.* Ampla, florens, terrâ marique præpotens civitas. Florens ac potens per medium forum volitabat. *Vid. Magnus.*

Potentia, æ, Gewalt / Macht. *Syn.* Opes, vis, potestas, nervi. *Epi.* Aliena, Gratiosa, intolerabilis, invidiosa, inutilis, levis atque inops, magna, nimia, nova, perniciosa, senatoria, singularis, summa, periculosissima. *Usus.* Potentia est ad sua conservanda, & alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Magnam potentiam consequi. Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec populi potestas, labefactare possit. Potentia in vi & armis posita est. Omnia in unius potestate & moderatione vertuntur. Intolerabilis est ejus potentia. *V. Potestas.*

Potestas, tis, Macht / Vermöglichkeit / Gewalt. *Syn.* Facultas, copia, optio, ditio, imperium, magistratus, jus, jurisdictio, vis potestatis, manus. *Epi.* Incredibilis, infinita, integra, justa & legitima, libera, magna, nimia, par, patria, pestifera, prætoria, privata, regalis, regia, sempiterna, summa, tenuis, tota, tribunitia, amplissima, extraordinaria. *Usus.* Magistratuum potestatem obsidere. Habere aliquem in sua potestate, redigere aliquem in

suam potestatem ac ditionem. Sub alterius se potestatem subjicere, venire in alicujus arbitrium. Iram in potestate habere. Tota potestas ejus rei tua est. Lentulus totus est in Pompeji potestate. Se in mea potestate futurum dixit. Habere judicandi potestatem. Liberum spiritum ducendi nullam habeo potestatem. Aliquem in potestate tenere, continere, retinere. Judices cum sui potestatem non facerent. Loquendi potestatem *facere*, dare, concedere, permittere, tradere, deferre; in potestate alicujus aliquid ponere. In potestatem *suscipere*, è sua potestate dimittere aliquem. Est hoc in mea potestate situm, Est penes me hæc potestas; est mihi ejus rei amplissima potestas. Potestatem nocendi *adimere*, præcidere, eripere, abrogare, delere; potestate nocendi exuere, privare. De potestate exire, *insanire*. Pro potestate aliquid imperare. *Thras.* Omnia sunt in potestate ac ditione virtutis. Plane rerum omnium domina omniumque regina virtus est. Virtus latè dominatur. Virtus una regnat ubique locorum; summum imperium, summum jus habet in omnes res; vim habet infinitam, valet ad omnia, assequitur omnia, summum possidet jus, omnes opes vincit, omnes superat difficultates, durissima quæque perrumpit, quaslibet angustias & quævis claustra perttansit, illustrat omnes tenebras, lucet in tenebris, pulsa locô manet, non surripitur furtô, non eripitur vi, non vetustate senescit, non incendiô corrumpitur, nullis capitur insidiis, nullos formidat impetus, nullos fortunæ casus extimescit, omnia possidet, omnia jure ac potestate complectitur; omnia temperat, regit, moderatur, administrat. Præest virtus cunctis rebus humanis. Virtus nemini, ei omnes & omnia parent. Imperium virtus habet in omnia. Summa virtutis potestas est; virtuti cuncta parent, cedunt. Virtuti subjecta sunt humana omnia. Quid est, quod assequi virtus non possit?

Potio, onis, Tranck / Getränck. *Syn.* Potus. *Ept.* Dulcicula, media, prima, contentissima, modica. *Usus.* Medicus prima potione mulierem sustulit.

Potior, oris, der besser ist / fürträglicher oder lieber. *Syn.* Antiquiùs, longiùs, chariùs, meliùs, priùs. *Usus.* Mors mihi servitute semper erit potior. Cùm ad te venissem, nihil mihi fuit potius, quàm ut &c. nihil mihi meâ famâ potius. *Thras.* Cives potiores sunt, quam peregrini. Honore cives peregrinos antecedunt, digniores sunt, peregrinorum principatum obtinent. Civium in urbe partes sunt præcipuæ; Civium magna est præ alienis prærogativa; peregrinos cives prævertunt, anteferendi sunt exteris.

Potior, iri, erobern / erwerben / bemächtigen / erlangen / überkommen. *Syn.* Teneo, fruor, impetro, possideo.)(*Careo.* *Adv.* Abundè rebus. *Usus.* Rerum, civitatis, regni potiri. Pace potiamur. *V. Fruor. Habeo.*

Potissimùm, fürnemlich / hauptsächlich. *Syn.* Maximè, quam maximè, potius, præcipuè. *Usus.* Quærenti mihi, quid ad te potissimùm scriberem.

Potiùs, ehender. *Syn.* Citius, prius, magis. *Usus.* Magnus homo, vel potiùs summus.

Poto, are, trincken. *R. à* πότος. *Syn.* Bibo, perpoto. *V. Bibo.*

Potor, oris, * Trincker / Säuffer / Zecher. *Usus.* Aquæ potores.

Potus, ûs, ein Tranck / Getränck. *Syn.* Potio. *Epi.* Immoderatus. *Usus.* Immoderatô potu & pastu obstupefactus animus.

Practicus, thätig / emsig und würcklich übend. *Vulg.* *Syn.* Homo ad excogitandum acutus, ad audendum impudens, ad efficiendum acer; homo expeditus & paratus; in rebus gerendis acer, ad industrius; ad omnes res aptus, consiliique plenus; magnâ vi animi atque ingenii. *Vid. Inquietus.*

Præ, vor / gegen / vorher. *Syn.* Propter. *Usus.* Non possum præ lachrymis scribere. 2. *Comparando.* Præ se alios pro nihilo ducit. Hominem præ se neminem putat. Tu præ nobis felix & beatus.

Præbeo, ere, darreichen / überreichen. *Syn.* Impertio, adhibeo, exhibeo, præsto. *Adv.* Libenter se credulum, minutatim, perexiguè, publicè victum, vicis-

viciſſim ſe auditorem præbere. *Uſus.* Leniſſimum ſe, vel duriorem alicui, æquum ſe judicem præbere. Qualem te olim erga me præbuiſti placabilem & moderatum, talem nunc te impertias. Os ſuum ad contumeliam præbere.

Præbitor, oris, Außgeber/Verwalter/Verweſer. *Uſus.* Macedones non te Regem, ſed miniſtrum ſuum & præbitorem putant.

Præcaveo, ere, verhüten / vorbiegen. *Syn.* Antecaveo, declino, vito. *Adv.* Diligentiſſimè peccata, difficillimè. *Vid. Caveo.*

Præcellens, tis, trefflich / vortrefflich. *Syn.* Excellens, præſtans. *Uſus.* Vir animô & virtute, vir rebus omnibus præcellentiſſimus. *V. Egregius.*

Præcentio, onis, das Vorſingen/Vorgeſang. *Syn.* Cantus, qui aliquid præcedit. *Epi.* Firma animi, propria, ſimilis, tribunitia, diverſa.

Præceps, tis, ſchnell/übereilig/unbeſonnen. *R.* à capite, *capite antrorſum ruens, vel à* capio. *Syn.* Inconſideratus, ruens, periculoſus, ſubitus. *Adv.* Jam pridem ad pœnam. *Uſus.* Homo in omnibus conſiliis præceps & devius, ferox rapidusque & linguâ immodicus, qui in præcipitem ſe locum & lubricum committat; demens & in exitium ipſe ſuum præceps, amentiâ præceps; cæcus & præceps, nullô conſiliô fertur; quem conſcientiæ ſuæ præcipitem agunt; dignus, qui præceps ex urbe exturbetur, über Halß und Kopff. *V. Inquietus.*

Præceptio, onis, Lehre/ Gebott. *Syn.* Præceptorum explicatio, doctrina. *Uſus.* Propria ea eſt Stoicorum præceptio.

Præceptor, oris, Lehrmeiſter. *Syn.* Doctor. *Epi.* Fortis. *Uſus.* Artium Liberalium Magiſtri, vivendi & dicendi doctores, conſiliorum omnium authores. Præceptorem aliquem habere, aliquô præceptore uti.

Præceptum, i, Lehre / Gebot. *Syn.* Monita, admonitio, inſtitutum, juſſum, via, ratio. *Epi.* Acutum, breve, commune, diſſimile, extremum, majus, neceſſarium, vetus. *Præcepta* certa, contraria & communia, firma, ſtabilia & conjuncta naturæ, hiſtorica, maligna, mortifera, ſalutaria, multa, oratoria, peracuta, pervulgata, plurima, præclara, propria, reliqua, ſumma, ſuperiora, vera. *Uſus.* Præcepta de re militari alicui tradere, dare; præceptis erudire; hoc præceptum diligenter noſcendum, diſcendum, tenendum, ſervandum. His præceptis te obtemperare oportebit.

Præcerpo, ere, von einem andern nehmen und abreiſſen. *Syn.* Præripio. *Uſus.* Non præcerpo fructus officii tui.

Præcertatio, onis, Vorſpiel zum Streit. *Syn.* Decertatio.

Præcído, ere, abhauen. *Syn.* Incído, ſeco, amputo, perſeco, præcludo. *Adv.* Planè aliquid, planè ſine ulla exceptione. *Uſus.* Amicitiam magis ſenſim diſſuere decet, quàm repentè præcidere. Spem alicui omnem, ſibi ipſi licentiam libertatemque præcidere. Sermonem præcidere. Præcide ſemel, & ſtatue, quid velis.

Præcingo, ere, umgürten. *Syn.* Cingo.

Præcino, ere, vorſingen. *Syn.* Prænuncio, prædico, antecapio. *Uſus.* Eâ re magnum aliquid Dii præmonſtrant & præcinunt.

Præcipio, ere, vorher hinweg nehmen/ voraus nehmẽ. *Sy.* Prænoſco, præſentio. *Adv.* Accuratiùs, amiciſſimè, benè, commodiſſimè, deinceps, leviter, pro autoritate ſua, malè, rectè, ſapienter, communiter, præclarè multa, ſeparatim. *Uſus.* Cogitatione præcipere, quæ futura ſunt. Animô ſpem victoriæ præcipere. Gaudia animis præcipere. Pecuniam præcipere. 2. *Mando.* Idem ille hortatur & præcipit. *V. Iubeo.*

Præcipito, are, gähling herabſtürtzen. *Syn.* Præcipitem ago, dejicio, alacriter deſcendo, ruo, deſcendo, ſuſtineo, jaceo. *Uſus.* Hoc quidem præcipitare eſt, non deſcendere. Sol, hyems præcipitat; præcipitantem remp. ſuſtinere, retinere. Jacentem & præcipitantem impellere, inhumanum eſt. Ubi Nilus in mare præcipitat.

Præcipuè, fürnehmlich / inſonderheit / ſonderlich / ſonderheitlich. *Syn.* Potiſſimùm, maximè.)(*Communiter.* *Uſus.* Omnes Brutum præcipuè obſervant.

Præcipuus, a, um, der fürnehmſte/ für-

fürtrefflichste. R. à præcipiendo, *quod præ aliis capitur.* Syn. Peculiaris, proprius.)(*Communis.* Usus. Quod mihi præter cæteros præcipuum fuit, nunc cum cæteris est commune. 2. *Insignis.* Præcipuô quôdam dolore angi, amore in eum fertur singulari, studiô præcipuô. *V. Proprius.*

Præcisè, kürtzlich. Syn. Breviter.)(*Plene, perfecte.* Usus. Præcisè aliquid negare alicui, ac sine ulla exceptione præcidere.

Præcisio, onis, Abschnitt/Abschlag/Abschneidung. Syn. Ornamentum quoddam Rhetoricum.

Præclarè, fürtrefflich/vornehmlich/hauptsächlich. Syn. Rectè, probè, optimè. Usus. Præclarè cum iis agitur, si habeant vel simulacrum virtutis. Præclarè aliquid dicere, facere.

Præclarus, a, um, sehr heiter und hell/berühmt/vortrefflich. Syn. Eximius, egregius, commemorandus, rarus, præcipuus, insignis.)(*Tarvus.* Usus. Multi in Philosophia præclari & nobiles. Quæ eximia aliis & luculenta & magnifica videntur; egregia & præclara indoles. *Phras.* Omni virtute ornatus es. Omni virtute, omni virtutum genere illustris, præditus, insignis, exornatus, expolitus, excultus es; clarus, conspicuus, excellens, præstans, perfulgens, affluens es; decorus, decoratus, prænitens, splendens es; concinnus, concinnatus, eleganter instructus es. Insignis es ad omnem virtutem.

Præcludo, ere, die Thür für einem zumachen. Syn. Claudo, intercludo, præcido.)(*Aperio.* Adv. In perpetuum sibi curiam, jam pridem aditûs præclusit. Usus. Omnem tibi spem defensionis, omnem exitum ipse præclusisti. Animus mihi præcluditur ad exponendam rei indignitatem. *Vid. Tollo.*

Præco, onis, Ausskündiger Ausruffer/Herold. R. à Præcieo, *unde etiam Præcio vocatur à Festo.* Syn. Buccinator, prædicator. Epi. Humanus, publicus, verecundus. Usus. Alexander egregium laudum suarum præconem invenit Curtium. Præconis voci bona alicujus subjicere. Per præconem sibi audientiam facere.

Præcognosco, ere, zuvor erkennen. Syn. Præsentio.

Præconium, ii, Ausruffung/Ausskündigung. Syn. Ars præconis. Epi. Acerbum, æternum suorum laborum, domesticum, miserum. Usus. Præconium facere, alicui deferre. 2. *Laudatio.* Non præconium mihi solùm tributum, sed & grave clari hominis testimonium impertitum.

Præcordia, orum, Häutlein umb das Hertz/das Gemüth. Syn. Jecur, intestina. 2. *Animus.* Cùm jam in præcordiis conceptam mortem teneret.

Præcox, cis, * frühzeitig. Syn. Præmaturus.

Præcurro, ere, vorlauffen. Syn. Anteeo, supero. Usus. Appetitus rationem præcurrere & prævertere non debet. Aliquem ætate, virtute, moribus præcurrere. Uterque Socratis ætatem præcucurrit. Lingua mentem præcurrit. *V. Præcedo.*

Præcursio, onis, Vorlauffung/das Vorlauffen. Syn. Antecessio. Usus. Non fieri assensiones sine præcursione visorum.

Præcursor, oris, Vorlauffer. Syn. Excursor, prodromus, emissarius.

Præda, æ, Raub/Beut. R. *Ex Hebr.* Tereb, *rapina.* Syn. Rapina, spolium, manubia. Epi. Certissima, communis, frumentaria, ingens immanisque, integra, magna, mediocris, opima, optima præclaraque, parta, popularis, præsens, prætoria, tanta, universa. *Prædæ* judiciales, novæ. Usus. Milites nostri maximas prædas fecêre, egêre, peperêre, agitavêre; prædæ illis datæ sunt, prædæ fuêre hostium castra. Prædam captam inter se dividere, condonare; militem à præda cohibere, repellere.

Prædamno, are, * vorher und voraus verdammen. Usus. Prædamnatâ spe dimicant & præcisâ.

Prædator, oris, Rauber/Plünderer. Syn. Prædo, direptor.

Prædatorius, a, um, * raubisch/rauberisch. Usus. Classis prædatoria.

Prædiator, oris, der sich auff liegende Güter wohl verstehet. Syn. Juris prædiatorii peritus.

Prædiatorius, a, um, zu den liegenden Gütern gehörig. Syn. Quod ad prædia &

& possessiones pertinet. *Usus*. Jus prædiatorium.

Prædicabilis, e, ruhmwürdig / preißwürdig. *Syn*. Prædicandus, gloriandus, præferendus. *Usus*. In misera vita nihil est prædicabile, aut gloriandum.

Prædicatio, onis, Ausruffung / Preisung / Rühmung / öffentliche Auskündigung. *Syn*. Celebratio, commemoratio, laudatio. *Epi*. Acerba & luctuosa, grata; non grata potiùs, quàm arrogans beneficiorum; furibundæ, veteres. *Usus*. Grata hæc beneficiorum prædicatio. Prædicatio de laude alicujus, Philosophorum est prædicationem & nobilitatem fugere. *V. Laus*.

Prædicator, oris, ein öffentlicher Rühmer / Ausruffer / Predicant. *Syn*. Laudator, Præco, Buccinator. *Usus*. Te ipso Prædicatore, & teste, & authore facti.

Prædico, are, ausruffen / auskünden / preisen / rühmen. *Syn*. Canto, decanto, celebro, commemoro, glorior, persono, dico. *Adv*. Falsò de aliquo, honorificè, gloriosiùs, graviter, ornatè, optimè. *Usus*. Mihi licet ista de me cum vera gloria prædicare. Multa de aliquo graviter & honorificè, honoratè, gloriosè prædicare. Omnes de se prædicari volunt. *V. Laudo*.

Prædico, ere, vorsagen / vorher verkündigen / weissagen. *Syn*. Antedico, cano, præcino, moneo, prænuncio, denuncio, præsignifico, testificor, oraculum edo, præmonstro. *Adv*. Multò ante defectiones Solis & Lunæ, non obscurè, temerè, divinè. *Usus*. Monere, intelligere, & prædicere futura. Solis defectionem prædicere. *Vid. Divino*.

Prædictio, onis, Weissagung / Vorhersagung / Vorherverkündigung. *Syn*. Prædictum, divinatio, significatio, nunciatio, vaticinatio, præsensio. *Epi*. Divina. *Usus*. Prædictiones & præsensiones rerum futurarum debent habere fidem. Prædictio nostra, augurium & divinatio.

Prædictum, i, Weissagung / Vorherverkündigung. *Syn*. Prædictio. *Epi*. Divinum, natalitium. *Usus*. Ali-qui Chaldæorum, Astrologorum prædicta defendunt.

Prædisco, ere, zuvor lernen. *Syn*. Prædiscere & meditari dicenda.

Præditus, a, um, der mit etwas begabt ist / der da hat. *Syn*. Cumulatus, ornatus, decoratus, instructus, armatus, affectus, auctus, amplificatus, confectus. *Adv*. Maximè virtute. *Usus*. Adolescens optimis artibus, summâ spe ingenii, autoritate, virtute &c. præditus. Homo singulari audaciâ, amentiâ, luctu &c. præditus.

Prædium, ii, liegend Gut / Land-Gut. *R. quasi* præbium *à* præbendo; *præbet enim victualia aliis*, *à* præs, prædis. *Syn*. Fundus, possessio. *Epi*. Deterius, par, parvum, præclarum, propinquum. *Prædia* aliena, colenda, continentia fundo, dotalia, immunia, libera, serva, mediocria, nobilissima, paterna, plurima & pulcherrima, pretiosa, propria, propinqua, pulchra & fructuosa, rustica, urbana, vacua. *Usus*. Colere prædia. Prædiola nostra bellè ædificata & satis amæna.

Prædo, onis, Rauber. *Syn*. Prædator, pirata. *Epi*. Amantissimus, barbarus atque immanis, communis, felix, frumentarius, improbissimus, maritimus, nefarius; domestici, multi. *Usus*. Omnium templorum, tectorum, totius urbis prædo.

Prædor, ari, rauben. *Syn*. Prædam facio f. ago. *Adv*. Apertè palamque, improbè, impudentissimè, variè. *Usus*. Spes rapiendi & in omnibus rebus prædandi illorum animos excæcat. *Phras*. Decursionibus hostium audio regionem infestari, vastari, loca diripi, excurrere hostes audio, & loca diripere. Incurrere hostes in regionem dicuntur, & ex ea prædas agere, eam damnis afficere, eam vastare prorsus ac perdere.

Præeo, ire, vorangehen. *Syn*. Anteeo. *Usus*. Huc natura præeunte ducimur. Præire sacramenti verba, voce, verbis, scripto.

Præfari, vorreden. *Syn*. Proloqui. *Usus*. Veteres omnibus rebus agendis, *quod bonum faustumque esset*, præfabantur. Honorem præfari, *cum quid turpiculè est dicendum*.

Præfatio, onis, Vorrede. *Syn.* Exordium.

Præfectura, æ, Vogthey/Pflege. *Usus.* Dare, deferre præfecturam alicui; petere præfecturam. *V. Magistratus.*

Præfectus, i, Amptmann/Amptsverweser. *Syn.* Præpositus negotio alicui & rei præfectus. *Usus.* Classis, urbis præfectus. Libidinum, moris præfectus.

Præfero, erre, vortragen. *Syn.* Antefero, præ me fero. *Adv.* Apertè sensus. *Usus.* Cui non adlibidinem facem prætulisti? Præferre salutem reip. suis commodis. Eum sensum apertè præfert. *V. Potior.*

Præferratus, a, um, * vornen mit Eisen beschlagen. *Syn.* Quod ferrum habet in cacumine.

Præficio, ere, vorsetzen. *Syn.* Præpono. *Adv.* Nominatim rei maximæ. *Usus.* Huic procurationi certum Magistratum præfecerat. Aliquem curatorem, custodem exercitui, negotio, regioni præficere. *V. Præsum.*

Præfestino, are, * zu sehr eilen. *Syn.* Ante tempus festino.

Præfido, ere, zu viel trauen. *Syn.* Confidere. *Usus.* Homines secundis rebus effrænati, sibique præfidentes, exultantes & indomitos legum habenis reprimere. *V. Audax.*

Præfigo, ere, * vorstecken/vorbezeichnen. *Usus.* Lineas itineri præfigere. Præfixa ferro jacula.

Præfinio, ire, vorschreiben/vorstimmen. *Syn.* Præstituo, præscribo. *Adv.* Restrictè. *Usus.* Præfinire diem alicui, cætera ego non tam strictè tibi præfinio.

Præfractè, zu hart/trotziglich. *Syn.* Pertinaciter, pugnacissimè.

Præfractus, a, um, zuvor abgebrochen. *Syn.* Pertinax, pugnax, ferreus. *V. Pertinax.*

Præfulcio, ere, vor den Fall unterstützen. *Syn.* Præmunio, sustento. *Vid. Fulcio.*

Præfulgeo, ere, vorleuchten/vorglänzen. *Syn.* Præter modum fulgeo.

Prægestio, ire, ernstlich/angelegentlich begehren. *Syn.* Valde cupio, gestio.

Prægno, are, schwanger seyn. *R. quasi prægigno, ab antiq.* geno. *Syn.* Plenus, gravidus sum, ventrem fero. *Usus.* Cùm illum prægnans mater alvô contineret. Cùm esset gravida, & jam partus appropinquare videretur.

Prægravo, are, * überladen. *Usus.* Multitudine urbem prægravante.

Prægredior, i, vorgehen. *Syn.* Præeo, antecedo.)(*Regredior, sequor.*

Prægressio, onis, Vorgang. *Syn.* Præcursio.

Prægustator, oris, ein Credentzer/der vorher verkostet. *Syn.* Qui cibos principis prægustat. *Usus.* Clodius prægustator libidinum tuarum.

Prægusto, are, * vorher versuchen. *Usus.* Cibos prægustare.

Præjudicatus, a, um, vorher geurtheilet. *Usus.* Res semel atque iterum præjudicata. Tantùm opinio præjudicata potest, ut etiam sine ratione valeat authoritas.

Præjudicium, ii, Vorurtheil. *Syn.* Exemplum judicii facti in simili causa, judicii conceptum specimen. *Epi.* Proximum, grave in aliquem ordinem. *Usus.* Cur non ejus damnatione aliquid ad hoc judicium præjudicii comparasti? Duobus jugulatus præjudiciis. Eos tot præjudiciis confossos prædamnatosque venire ad populi judicium?

Præjudico, are, ein Vorurtheil ergehen lassen. *Syn.* Præjudicium facio. *Adv.* Arroganter, semel atque iterum. *Usus.* Quod nondum senatus censuit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum.

Prælabor, i, vorher fallen.

Præligo, are, vornen anbinden. *Syn.* obligo.

Prælior, ari, eine Schlacht thun/streiten. *Syn.* Præliô dimico, pugno, certo; prælium facio vel committo. *Adv.* Acriter, vehementer. *V. Certo. Pugna.*

Prælium, ii, eine Feld- oder See-Schlacht. *R. Ex* πρὸ & ἴλη, *turma militum.* *Syn.* Dimicatio, certamen, pugna. *Epi.* Calamitosum, difficile magnumque, fatale, firmissimum, maximum, rectum, secundum. *Prælia* acetrima, multa, plurima, præclara. *Usus.* Prælium in certum diem *pronunciare*, præliô hostem lacessere, ad prælium illicere; ciere prælium. Prælium *inire*, inferre, incipere, conserere, edere,

edere, facere, committere, pugnare. In prælium ruere. Præliô decertare, contendere, confligere. Prælium sustinere, conficere. Prælium *dirimere*, intermittere, abrumpere. Præliô abstinere, supersedere, excedere; è prælio elabi. Prælium *renovare*, redintegrare, restituere. *V. Pugna. Certamen.*

Præloquor, i, **zum ersten reden.** *Syn.* Prædico.

Præluceo, ere, **vorleuchten.** *Syn.* Lucem vel lumen præfero. *Adv.* Impostèrum *Usus.* Majoribus meis virtute præluxi.

Præludium, ii, **ein Vorspiel.** *Syn.* Præcentio.

Præmando, are, **vorher befelchen.**

Præmaturus, a, um, **unzeitig.** *Syn.* Præproperus, immaturus, intempestivus.

Præmeditatio, onis, **Vorherbetrachtung.** *Syn.* Meditatio, prævisio futurorum malorum. *Epi.* Diuturna.

Præmeditor, ari, **zuvor betrachten.** *Syn.* Meditor, cogito, domô affero, paro, præparo. *Adv.* optimè jam. *Usus.* Ex qua formâ me fingere possim & præmeditari, quô animô accedam ad urbem. Sapientis est, quidquid homini accidere possit, id præmeditari, ferendum modicè, si advenerit, esse. *Vid. Meditor.*

Præmefero, erre, **vorher tragen / von sich blicken lassen / vorgeben.** *Syn.* Præ me gero, profiteor, demonstro, indico, confiteor, vultu promptum habeo & linguâ. *Usus.* Poëtæ magnam sapientiæ speciem præseferunt. Id me consecutum non profiteor, secutum esse præmefero. Probitatem quandam præsefert. *V. Species.*

Præmitto, ere, **vorher oder voraus schicken.** *Usus.* Præmittere in locum aliquem.

Præmium, ii, **Belohnung / Verehrung.** *R. quasi* præbium *vel* præhibium *à* præhibendo. *Syn.* Merces, fructus, beneficium.)(*Pœna, supplicium.* *Epi.* Alienum, amplissimum, eximium sceleris, invidiosum, satis magnum, mercenarium, meritum, novum, par, pervulgatum, erectum, summum. *Præmia* humana, juncta & casta virtutis & officii, moderata & infinita, permagna, tanta. *Usus.* Duabus rebus continetur resp. præmiô & pœnâ. Legibus & virtuti proposita sunt præmia, & peccatis supplicia debentur. Fructum laborum, præmia periculorum contemnere. Promissa militibus præmia cumulatè persolvere, solvere. Præmiis invitare virtutem. Præmia dare merentibus, tribuere. Præmiis donare, decorare, honestare, afficere. Præmium deferre. Verus, justus atque honestus labor præmiis atque splendore decoratur. Nullum ego à vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam. Rectè factis pretium præmiumque debetur. *Phras.* Deferenda sunt omnibus laborum suorum præmia, persolvenda, danda sunt. Oportet, ut omnes suorum laborum præmia ferant, capiant, præmiis donentur. Extare, proposita esse debent omnibus laborum præmia. Decorandus præmiis honestus labor. Præmiô afficiendi sunt, mercedem accipere debent, mercede donari s. honestari debent omnes, qui laborem susceperunt s. sustinuerunt; danda cuique merces laboris sui. *Magna sunt rectè agentibus proposita præmia*, constituta; summa rectè agentes manent præmia. Omnes, qui sese in recta vivendi ratione exercent, magna merces manet. Fructum certum rectè factorum viri boni uberrimum, præstantissimum ferent, colligent, capient, percipient. Vitæ laudabiliter actæ, cum virtute traductæ præmium est, & decus, & earum rerum copia, quas qui possidet, optimè cum illo agi existimatur. Præmiorum spe magnâ admodumque firma niti possunt ii, quorum vita cum virtute traducitur. Egregia præmia pro certo expectare, sine dubio sibi polliceri, planè sperare licet iis, qui virtutem colunt, qui rectè atque honestè & cum virtute vitam agunt, peragunt, ducunt, traducunt, vivunt. Mercedem actionum suarum, virtutis suæ, suæ probitatis, officii sui, optimorum consiliorum atque factorum expectare certissimam possunt, qui virtutem in vita primam habuerunt, quibus in vita virtus fuit antiquissima. Præclaram honestamque vitam res utilissi-

lissimæ consequuntur. *V. Remuneratio. Remuneror.*

Præmoneo, ere, vor erinnern/ vorher verwarnen. *Usus.* Me magnopere, ut caverem, præmonebat.

Præmonstrator, oris, Vorzeiger. *Usus.* Hic adjutor meus, & monitor, & præmonstrator.

Præmonstro, are, vorher weisen/ vorher zeigen. *Syn.* Prænuncio, monstro.

Præmorior, i, * ehe sterben. *Syn.* Ante tempus mori.

Præmunio, ire, vorbewahren. *Syn.* Præfulcio, præparo.

Præmunitio, onis, Vorbewahrung. *Syn.* Præparatio. *Usus.* Sine præmunitione acerbè in aliquem invehi.

Prænomen, inis, Vor- oder Tauffnamen. *Epi.* Vetus. *Usus.* Aliquis, cui Prænomen sit Decio.

Prænosco, ere, zuvor wissen. *Syn.* Præsentio.

Prænotio, onis, das Vorwissen. *Syn.* Prima notio, antecepta animo, rei informatio. *Usus.* Hanc habemus seu anticipationem seu prænotionem Deorum.

Prænuncio, are, zuvor verkündigen. *Syn.* Præmonstro, prædico. *V. Nuncio.*

Prænuncius, a, um, vorher verkündigend/ Vorbotte. *Usus.* Stellæ magnorum calamitatum prænunciæ.

Præoccupo, are, vorher einnehmen. *Syn.* Occupo, ante occupo, anteverto, anticipo. *Usus.* Quas partes mihi sumpseram, præoccupâsti.

Præopto, are, * sehr angelegentlich begehren. *Usus.* Mortem in certamine quàm vinci præoptantes.

Præparatio, onis, Vorbereitung. *Syn.* Provisio, præmeditatio. *Epi.* Diligens. *Usus.* In omnibus negotiis, priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Provisio animi & præparatio multùm prodest ad minuendum dolorem.

Præparo, are, vorbereiten / zum voraus zurüsten. *Syn.* Præparationem adhibeo, præmunio, præfulcio. *Adv.* Diligenter. *Usus.* Ad vitam agendam præparare res necessarias. Præparatò animô, auribus præparatis ad concionem accedere. Literis ante excoli animos & ad sapientiam concipiendam imbui, & præparari decet. *V. Paro.*

Præpedio, ire, verhinderen. *Syn.* Impedio, irretio. *Usus.* Morbô præpeditus. *V. Impedio.*

Præpes, etis, schnell. *Syn.* Celer, citus. *Usus.* Avis præpes. *V. Celer.*

Præpondero, are, zuvor betrachten/ vorher überlegen. *Syn.* Pondero, perpendo, examino, ponderis plus habeo. *Us.* Qui omnia metiuntur utilitate, neque eam honestate præponderari volunt.

Præpono, ere, fürsetzen. *Syn.* Antepono, præfero, antefero; antiquior, potior mihi est. *Adv.* Rectè, longè. *Usus.* Præponere amicitiam patriæ. 2. *Præficio.* Aliquem legioni præponere. *V. Potior.*

Præpositio, onis, ein Vorsatz. Orationis pars.

Præpositus, a, um, vorgesetzt. *Syn.* Præfectus. *Epi.* Turpissimus. *Usus.* Negotio, navibus præpositus.

Præposterè, verkehrt/ umgekehrt/ das hinderst zu vörderst. *Syn.* Perversè, perperam.)(*Ordine.* *Usus.* Præposterè tecum agam, mox ad ordinem me referam.

Præposterus, a, um, verkehrt / das hinderst zu vorderst gekehrt. *Syn.* Perversus. *Usus.* Vide, ne quid perturbatum, discrepans, & præposterum sit. Itaque ut erat semper perversus & præposterus. Præposteris consiliis utimur, & acta agimus.

Præpotens, tis, sehr mächtig/ viel vermögend. *Syn.* Omnipotens. *Us.* Clarus, excellens vir & præpotens. Præpotentium virorum, Principum amicitiæ infidæ.

Præproperè, * viel zu schnell/ übereilt. *Us.* Præproperè omnia egit ac ferociter.

Præproperus, a, um, gar schnell/ übereilt. *Syn.* Præmaturus, nemis celer. *Usus.* Præpropera festinatio, pensatio.

Præripio, ere, zuvor hinweg nehmen/ vor dem Maul weg nehmen. *Syn.* Præcerpo, ante fero. *Usus.* Cui desponsam jam & designatam laudem præripere iniquum est. Non præcerpam fructum officii tui, non præoccupabo gloriam, non præripiam victoriam. *V. Eripio.*

Prærogativa, æ, Vorzug / Rang. *Syn.* Tanquam specimen, tanquam præjudicium. *Usus.* Suæ voluntatis prærogativam dare.

Prærogativus, a, um, das einen Vorzug hat. *Syn.* Quod primò rogatum est, ùt

ùt centuria prærogativa, quæ prima ferebat suffragium. *Usus*. Omen prærogativum.

Prærogatus, a, um, erstens gefragt. *Syn*. primùs rogatus.

Præruptus, a, um, jäh/übel zu ersteigen. *Usus*. Prærupti montes, saxa.

Præs, dis, Vertröster/Bürge. ℞. *Ex* præsum, *Festo ex* præstò. *Syn*. Sponsor, qui pro altero se obligat, in causa præsertim pecuniaria. *Epi*. Bonus. *Usus*. Prædem dare, accipere. Prædem pro aliquo esse. Prædibus & prædiis cavere.

Præsagio, ire, weissagen/ vorher verkündigen oder bemercken. *Syn*. Præsentio. *Usus*. Præsagiebat mihi animus. *Phras*. Dudum id eventurum præsagiveram; divinâ quâdam præsagitione id præsenseram; nescio, quâ permotus animi divinatione nihil boni prævidebam; animus meus, maximus ad hoc tempus vates, id mihi præsagiebat; præsagientis animi divinatione id ita futurum prævideram.

Præsagitio, onis, Weissagung/Vorhersagung. *Epi*. Divina. *Usus*. Inest in animis præsagitio extrinsecùs injecta, & inclusa divinitùs.

Præsagus, a, um, * vormerckend/vorhersagend. *Us*. Mens malorum, futuri præsaga.

Præscio, ire, * vorwissen. *Syn*. Antescio. *Usus*. Nonnè hoc præscisse oportuit? *V*. *Præsagio*.

Præscius, a, um, * vorwissend. *Usus*. Vates futuri præscius.

Præscribo, ere, vorschreiben. *Syn*. Definio, præfinio, præstituo, voce præeo. *Adv*. Commodè, diligenter ante, nominatim alicui. *Usus*. Natura homini præscripsit. Ita majorum mores legesque, ratio ac doctrina præscribunt. Jura civibus præscribere. *Phras*. Nihil tibi præscribo, leges tibi non imponam; agendarum rerum modum tibi non describo. Tuo arbitratu ages; nihil tibi certum aut restrictè præfinio, nec præstituam, quid te agere velim; non ad meum præscriptum, sed tuum arbitrium vives. Nihil imperabo; ages, ut voles.

Præscriptio, onis, Fürschreibung/ Maaßgebung. *Syn*. Præscriptum. *Usus*. Hæc norma, hæc regula, hæc præscriptio est naturæ. Præscriptio vitæ moderatioque tenenda. Intemperantia à præscriptione rationis aversa.

Præscriptum, i, gebottene/fürgeschriebene Ordnung. *Syn*. Præscriptio, formula, norma, regula, certa quædam & definita lex. *Epi*. Commune, certum. *Usus*. Ex communi præscripto civitatis rem administrare. Plura homines affectu judicant, quàm veritate aut præscriptô, aut juris normâ aliquâ, aut judicii formulâ, aut legibus.

Præsens, tis, gegenwärtig. ℞. *à* præsum *aliis, quasi* præ sensus, *ut sit quasi* præ sensibus. *Syn*. Testis, arbiter, inspectans, instans.)(*Absens*. *Adv*. Imposterùm. *Usus*. Ipse interfuit & præsens vidit. Si facultas mihi tui præsentis esset. Quod præsens tanquam in manu datur, jucundius est. Me præsente, audiente, inspectante. Hæc ad te in præsens, in præsenti scribenda habui. 2. *Magnus, alacer*. Animus acer & præsens. Præsentes ad nocendum vires habere. Præsente Deô ac propitiô. 3. In rem præsentem venire, *nempe in locum, vel fundum, de quo lis est*. Placuit de amicorum sententia constituere, quò die in rem præsentem veniretur. *Phras*. Ipse interfuit, & præsens vidit; adfuit ipse; supra caput fuit homo sordidus, comparuit, audaciam suam in oculis vestris mentibusque defixit; præstò fuit, in capite & cervicibus nostris restitit; præsentem habuimus, cum præsente egimus; coràm fuit, in oculis civium; nunquam ab oculis nostris abfuit; in oculis nostris hærebit, &, si licebit, in faucibus; præsentem videmus; ejus mentem, sensus, os intuemur; semper eum sub oculis, supra caput habemus.

Præsensio, onis, Vormerckung / vorgängige Empfindung/ Ahndung. *Syn*. Præsagitio. *Epi*. Artificiosa, Divina, non fortuita, innumerabilis. *Usus*. Præsensiones & prædictiones rerum futurarum.

Præsentia, æ, Gegenwart. *Syn*. Conspectus, aspectus. *Usus*. Alicujus aspectum & præsentiam vitare. Præsentiæ tuæ desiderium meô labore minuam. 2. *Vis, virtus*. Præsentia animi & fortitudo.

Præsentio, ire, zum voraus empfinden. *Syn*. Cogitatione præcipio, s. præsagio;

futura antè sentio, præcognosco. *Usus.* Furore divinô incitatus animus futura præsentit. *V. Præsagio. Prævideo.*

Præsepia, orum, Viehstall/ Krippe. *Syn.* Lustra, ganeæ.

Præsepio, ire, * umzäunen. *Usus.* Maximis defixis trabibus aditus omnes præsepit.

Præsertim, sonderlich / insonderheit/ voraus / vornehmlich/ zumahl. *Syn.* Cumprimis, maximè, præcipuè, nec minimè. *Usus.* Admiror, & te præsertim.

Præses. idis, ein Land-Vogt/ Statthalter/ Vorsteher. *R. a præsidendo.* *Syn.* Custos, vindex, antistes. *Usus.* Custos, præses, propugnator libertatis.

Præsideo, ere, vorstehen / verwalten. *Syn.* Custos, præses sum. *Usus.* Dii huic loco temploque præsident.

Præsidium, ii, Besatzung in der Vestung. *Syn.* Statio. *Epi.* Bonum, certissimum ac tutissimum, civile, commune, extraordinarium, firmum, fortissimum & gravissimum, honestum, improvisum, insperatum & repentinum, leve, maximum, necessarium & voluntarium, nocturnum, populare, publicum, stativum, summum, tenue, terrestre. *Præsidia* aliena, contraria, firmissima, gratiora alicui, multa ac firma, necessaria, parva, publica, regia, salutaria & necessaria, tanta, urbana, utiliora alicui. *Usus.* Armati in præsidiis collocentur. 2. *Comitatus, custodes, numerus militum.* Magna & firma præsidia *parare*, comparare; præsidia ponere, collocare, disponere, Præsidium urbi imponere; militem in præsidium mittere, in præsidiis collocare; urbem præsidiis *obsidere*, intercludere, interclusam tenere. Præsidiis firmare; regionem sepire, munire, confirmare. Præsidia *dimittere*, præsidiis nudare provinciam. De præsidio decedere, abire; præsidium relinquere. 3. *Auxilium, spes, securitas, perfugium.* Alicui laboranti præsidium afferre, ferre; præsidio esse. Ego amicorum, virtutis bellicæ præsidiô tectus, hostem repressi. Is magnum sibi præsidium & adjumentum ad beatè vivendum comparat, qui &c.

Præsignifico, are, vorher anzeigen / und bedeuten. *Syn.* Prænuncio, cano, præmonstro, præcino.

Præstabilis, e, fürtrefflich. *Syn.* Præstans. *Usus.* Nihil virtute homini præstabilius, nihil pulchrius.

Præstans, tis, fürtrefflich. *Syn.* Excellens, antecellens, præstabilis, egregius, eximius, habens præstantiam. *Usus.* Vir ingeniô, virtute præstans. In poëtica præstans. *V. Egregius.*

Præstantia, æ, Fürtrefflichkeit. *Syn.* Excellentia.)(*Æquabilitas.* *Epi.* Cælestis & divina, excellens, major & divinior, minima, singularis. *Usus.* Dii omnium rerum præstantiâ excellentes, præstantiam aliquam ingenii & virtutis consequi.

Præstat, es geziemet sich mehr / ist besser und fürträglicher. *Syn.* melius est, conducit. *Usus.* Emori præstat, quam servire.

Præstigiæ, arum, Vergalterungen/ Verzauberungen / Behexung / Verblendung. *R. Ex* præ *&* tego, *vel* præstingo. *Syn.* Incantamenta. *Usus.* Doli, machinæ, præstigiæ, fallaciæ, captiones, verborum præstigiæ. *V. Decipere.*

Præstigiator, oris, * ein Leutverblender/ Zauberer/ Hexenmeister.

Præstino, are, * kauffen. *Usus.* Pisces in macello præstinare.

Præstituo, ere, vorher bestimmen/vorher ansetzen und verordnen/ oder anberaumen. *Syn.* Præfinio, præscribo, dico. *Usus.* Tempus alicui præstituere.

Præsto, are, geben/ leisten. *Syn.* Excello, antecello, anteullo præstanti virtute & consiliô, existo, præcurro, sto, tueor, supero. *Adv.* Longè multumque, longè inter æquales suos, longè lepore, humanitate, multùm gloriâ cæteris hominibus, nimirum omnibus ingeniô, fortunâ, plurimùm æqualibus virtute. *Usus.* Nemo his viris gloriâ præstat. Contemplatio rerum longè omnibus studiis præstat. 2. *Exequor, perficio, absolvo, facio, servo, efficio, præbeo, exhibeo.* Fidem suam, officium, benevolentiam, memorem animum alicui præstare. Promissa præstare & persolvere. Præstare suum munus. Gratum se, sapientem, gravem præstare. 3. *Polliceor, recipio, curo.* Horum dicta omnia & facta nobis præstanda sunt. 4. *Fide jubeo.*

jubeo. Vitium rei venditæ si scit venditor, præstare debet. Communes illos casus præstare nemo potest. Quis præstare poterit nullos fore prædones? Cur tuum fructum, vitium, culpam præstare debeamus omnes?

Præstò, gegenwärtig/ bereit. *Syn.* Paratus, in promptu. *Usus.* De mea autem in te voluntate sic judices, me operâ & consiliô, studiô quidem certè, rei, famæ, saluti tuæ præstò futurum. Amicis ad præsidium præstò esse.

Præstolor, ari, warten. *Syn.* Expecto. *Usus.* Ego tibi, spei illi, & expectationi diu præstolabar.

Præstringo, ere, hart und vest zusammen binden. *Syn.* Hebeto, fallo. *Usus.* Quorum utrumque præstringere aciem mentis solet.

Præstruo, ere, vorhin bauen. *Usus.* Sibi fidem præstruere.

Præsulto, are, vortantzen. * *Usus.* Ferox hostium signis præsultans Gallus.

Præsultor, oris, Vortäntzer. *Syn.* Princeps aliorum.

Præsum, præesse, vorstehen. *Syn.* Præsideo, præpositus s. præfectus sum. *Adv.* Crudelissimè consiliis, omnino reip. publicè ædificandæ navis negotio, sacris. *Usus.* Quæstioni, negotio, Provinciæ præesse. *V. Administro.*

Præsumptio, onis, Ubermuth/ vorgefaßte Meinung/ Vorurtheil. *Usus.* Præsumptio, quam Græci prolepsim vocant.

Prætendo, ere, einstrecken/ vorwenden. *Syn.* Prætexo. *Usus.* Hominis integerrimi nomen turpissimis suis moribus prætendere,

Prætento, are, vorhin versuchen. *Usus.* Tota causa prætentata, & perspecta.

Præter, ohne. *Syn.* Extra, citrà. *Usus.* Hoc nemini præter me videtur, id videris præter ætatem, & præterquam te res hortatur tua, facere. Id præter spem, præter modum accidit. 2. *Ante.* Præter domini oculos hoc facere ausi sunt servi. 3. *Supra, ex numero.* Quæ me res ergo præter cæteras impellere potuit? *Phras.* Præter minas etiam vim intulêre. Prærerquam quòd mercarentur, etiam violenti erant; super minas etiam facta addidêre. Super quam quod minas primo jactârunt, etiam manus intulêre. Extra quàm minarentur, etiam cædem fecêre.

Præterea, über dieses/ über dem/ noch dazu. *Syn.* Etiam, tum etiam, tum præterea, adhæc, insuper. *Usus.* Addebant præterea Remp. fore salvam. *Phras.* Illud præterea scire oportebit; accedit etiam, quod; huc accedit, quod; quin & illud accedit, quod; nam quid ego de illo dicam? Adde eòdem & illud; adde ad hoc; adde, quod; Illud insuper adde; quid multa? nam quid de illo dicam? Aliud quid? etiam. Quid aliud? Quid? scire & illud oportet; quid est præterea? nihil nisi illud? Quod reliquum est. Quid ergo est? Videte jam porrò cætera; Cæterùm, deinceps & illud dicendum; quid jam de illo? exinde & illud non tacendum.

Prætereo, ire, fürüber oder vorbey gehen. *Syn.* Omitto, missum facio, prætermitto, linquo, reticeo. *Adv.* Consultò multa, omninò neminem, tacitè, temerè, turpiter pene authoritatem. *Usus.* Ut relinqua scelera tua præteream, & missa faciam, id præterire non queo. 2. *Negligo*, populos saepe dignos praeterire solet. 3. Non me fugit, non praeterit, ut me inflecteris. *Phras.* Vide, ut nihil praetereas, ne quidqaum praeterlabatur, ne praeterfluere quidquam sinas, ne nos fugiat & praetervolet quidquam; ne rem ullam tua oratio transiliat, nihil in praeteritis relinquat; praetermissa repete, inchoata persequere, nihil praetereas; vide, ne quidquam praetervehâre.

Praeterequito, are, * vorbey oder vorüberreiten.

Praeteritus, a, um, vergangen. *Syn.* Anteactus, transactus. *Usus.* Praeterita mutare non possumus, nec è falsis in vera convertere. Praeteritorum memoria, futurorum providentia. *Phras.* Juvat praeteritorum meminisse. Quoad longissimè potest mens praeteriti spatii tempus respicere, superiora lustra, imaginem vetustatis & reliquias repetere, vetera illa & obliterata commeminisse.

Praeterfluo, ere, fürüber fliessen. *Syn.* Elabor, praetergredior. *Usus.* Animus praesentem voluptatem percipit, venientem prospicit, praeteritam praeterfluere sinit.

Prae-

Praetergredior, i, fürüber oder vorbey gehen. *Syn.* Praeterlabor.

Praeterlabor, i, fürüber schleichen. *Syn.* Praeterfluo, praetervolo.

Praetermissio, onis, Aussenlassung Unterwegenlassung. *Usus.* Formae, in quas genus dividitur sine ullius praetermissione.

Praetermitto, ere, unterwegen lassen / bleiben lassen. *Syn.* Praetereo, relinquo, omitto, negligo. *Adv.* Necessariò, omnino. *Usus.* Nihil praetermisi; quantùm eniti potui, nullum hominis amantissimi cultum, officium praetermisi; diem nullam, quin te colerem, praetermisi. *Praetereo.*

Praeterquam quod, ausgenommen / ohne daß. *Usus.* Haec praeterquam nobis sunt utilia, praeterea & vobis jucunda. Praeterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem valebat.

Praetervectio, onis, Fürüberfahrt. *Syn.* Vectio.

Praeterveho, ere, fürüber fahren. *Usus.* Sirenes morabantur eos, qui praetervehebantur. Insulam totam est praetervectus. Non est praetervecta aures vestras oratio, sed animis totis insedit.

Praetervolo, are, fürüber fliehen. *Syn.* Praterfugio. *Usus.* Id me fugit & praetervolavit. Praetervolat Oratio. Non praetervolabo ista, sed dilatabo.

Praetexo, ere, fürstrecken / fürwenden. *Syn.* Creo, constituo. *Usus.* Omnia, quae fiunt, natura lenioribus principiis praetexuit. 2. *Praetendo, indico.* Nemo exercitum petit, nisi triumphi cupiditatem praetexat.

Praetexta, ae, ein langer Rock. *Syn.* Toga praetexta. *Usus.* Pueri togam sumentes praetextam abjiciunt.

Praetextatus, a, um, der einen langen Rock träget. *Syn.* Qui nondum virilem togam sumpsit, *Epi.* Grandis, magnus. *Usus.* Scin', te praetextatum decoxisse? praetextatus pupillus.

Praetor, oris, Feldherr / Schultheiß / Landpfleger. *R. q.* Praeitor *a praeeundo.* *Syn.* Qui cum imperio praetorio est. *Epi.* Æquus & sapiens, cupidus bonae existimationis, gravissimus, improbus, infestus alicui, integerrimus atque honestissimus, fortissimus, laboriosus ac diligens, mediocris, mercenarius, nequissimus inertissimusque, palaestricus, proximus, pulcher ac beatus, sapiens, severus & diligens, turpissimus atque improbissimus, urbanus. *Praetores* amicissimi, innocentes, justissimi, jurati, urbani. *Usus.* Praetores jus dicunt, judicium exercent, causas cognoscunt. Postulare aliquem apud Praetorem.

Praetorianus, a, um, das dem Schultheissen zustehet / eignet und gebühret. *Usus.* Comitia praetoriana.

Praetorium, ii, des Feldherrn Hauß. *Syn.* Domus praetoria. *Epi.* Certum.

Praetorius, a, um, das dem Schultheissen zustehet. *Usus.* Cohors, provincia, classis praetoria.

Praetura, ae, Schultheissen- oder Richter-Ampt Land-Pflege. *Syn.* Praetoris munus. *Epi.* Acerba, multis indigna atque misera, innocentissima diligentissimaque.

Praevaricatio, onis, das Tragen auff beyden Achseln / Ubertrettung. *Usus.* Verus accusator, cui contrarium est nomen praevaricationis.

Praevaricator, oris, Ubertretter. *Syn.* Accusator, reus pecunia corrumpens judicium; falsus, corruptus accusator. *Usus.* Praevaricatoris nomen significat eum, qui in contrariis causis quasi variè positus. Praevaricator causae publicae. 2. *Corruptor.* Piso praevaricator Catilinae.

Praevaricor, ari, übertretten / untreulich handlen. *Syn.* Colludo. *Adv.* Turpissimè. *Usus.* Non defendere, sed praevaricari accusatione videbatur.

Praeveho, ere, * fürüber führen. *Usus.* Equites per obliqua campi praevecti fugientibus se obtulêre.

Praevenio, ire, fürkommen. *Syn.* Praeripio, antefero. *Usus.* Fecisset, ni casus aliquis aut occupatio consilium praevenisset. *Phras.* Malum illud praevenire oportebit. Id consiliô & prudentia nos praecipere decet. Ratione repraesentanda, anteferenda erit medicina; praeoccupanda erit vis mali; malum praevertendum; praemoliendum est aliquid, quô malum avertatur; praevertere malo oportebit.

Praeverto, ere, vorkommen / vorbeugen. *Syn.*

Syn. Anteverto, prævenio. *Usus.* Fugâ supplicium prævertere. Pietatem rebus omnibus præverti decet. *Vid. Prævenio.*

Prævideo, ere, vorher sehen. *Syn.* Prospicio, animo prospicio, cogitatione præcipio, præsentio, præcaveo. *Adv.* Multò ante, maximè & caveo. *Usus.* Animus prævidet, *Phras.* Dudum hæc prævideram; conjectura, mente, cogitatione prospexeram; res tota mihi prævisa & præcauta fuerat; in posterum jam præsenseram ista; dudum animô excubabam, hæc meditabar, sagaciter odoratus fueram; hæc cogitatione præceperam; auguratus fueram; animus divinatione quâdam suggesserat; horum præmeditatione malorum me adversùs dolorem præmuniveram. *V. Præsagio.*

Prævius, a, um, vorgehend. *Usus.* Stella Auroræ prævia.

Prævolo, are, fürfliegen. *Usus.* Grues in prævolantium tergo colla reponunt.

Præuro, ere, *vornen verbrennen. *Usus.* Hastam præustam ad fines eorum tulit.

Pragmaticus, a, um, des Handels erfahren / geübt. *Syn.* Expertus, vir in agendo versatus. *Usus.* Vir pragmaticus, actuosus.

Prandeo, ere, zu Mittag essen. *Usus.* Caniniô consule nemo pransus est, impransi omnes mansère, nemini uni prandium antepositum est.

Prandium, ii, das Mittag-Essen. *R. A* πρò, *ante, &* ἔνδιον, *meridianum. Vel ex Dor.* πρὰν *pro* πρωὶ, *mane, &* ἔδω, *edo. Usus.* Aliquem ad prandium vocare, invitare, denunciare. Alicui ad prandium condicere. Prandium parare, dare, apparare, anteponere. Prandiô aliquem accipere lautô & magnificô.

Pransor, oris, *der zu mittag isset. *Us.* Bonum anteponam prandium pransoribus.

Pratum, i, eine Matte / Wiese / Gras-Feld. *R. à Dor.* πρὰτιος, *pro* πρά-σιος, *viridis.* Vel quasi *paratum* ad fruges, scilicet ferendas. *Syn.* Pratorum viriditas. *Usus.* Prata herbis convestita.

Pravè, ungerathen / krumm / bößlich. *Usus.* Ille porrò pravè, malè, nequiter.

Pravitas, tis, Krümme Ungeradheit / Ungestaltigkeit / Schlimmheit / Boßheit. *Syn.* Vitium, perversitas, deformitas *Epi.* Tanta, perinsignis. *Usus.* Ne malâ consuetudine ad aliquam deformitatem, pravitatemque veniamus. Alieni oris pravitatem & distortionem imitari. Quæ te tanta pravitas mentis tenet? Quô pravitatis errore imbutus es? An perstabis in hoc vitio? non deducère de hac pravitate?

Pravus, a, um, ungleich / krumm / ungestalt / böß. *Syn.* Perversus, distortus.)(*Rectus. Usus.* Si quæ in membris prava, debilitata, imminuta sunt. Inter rectum & pravum, ut inter verum & falsum interest. *Vid. Malus. Nequam.*

Precariò, bittweise / bittlich. *Syn.* Prece, vel precibus. *Usus.* Nec vi, nec clàm, nec precariò possidere.

Precarius, a, um, was man erbittet / oder erbetten hat. *Usus.* Petere salutem precariam ab aliquo. Facere quæstum precarium.

Precatio, onis, Bitte. *Epi.* Externa, similis, solennis, summa. *Usus.* Illa solennis comitiorum precatio. Simili precatione Agamemnon usus est.

Precator, oris, * Vorsprecher / Vorbitter. *Usus.* Ne tibi precatorem, aut aram paraveris.

Precis, is, Gebät. *Syn.* Rogatio, precatio, rogatus, obsecratio, obtestatio, execratio. *Epi. Preces* diuturnæ, faciles, fraternæ, justæ, longæ, miseræ atq; luctuosæ, quotidianæ, sceleratæ. *Usus.* Nec prece nec gratiâ. Sceleratæ preces & nefaria vota. Incredibilis fuit Pompeji contentio & preces. Precibus agere cum aliquo, Precibus aliquid petere. Preces audire. Precibus cedere. Preces flentis superbè repudiare.

Precor, ari, bitten / bittlich ersuchen / wünschen. *Syn.* Precibus peto, preces adhibeo, peto, imploro, quæso, deprecor, supplico. *Adv.* Malè alicui. *Usus.* Quid veneramur, colimus, precamur DEOS? Quid precibus veneramur, imploramus Numina? utinam eveniant, quæ precaris, ut fiant. O-

omnes tibi cives salutem, incolumitatem precantur. A Deo bona precari, auxilium petere. *Phras.* Immortalem DEUM precemur, ut reip. in tanta necessitate adsit propitius. Vota pro imperio & communi salute nuncupemus; vota faciamus ad DEUM, ad vota nos vertamus, supplicatum eamus, pacemque Deûm exposcamus, precibus ab DEO petamus, obsecrationes in templis faciamus, ut exitium ab urbis tectis & mœnibus avertat. Manus ad cælum tollentes precemur, obsecrationem in aliquot dies indicamus, strati ad DEûm aras veniam irarum cælestium finemque pesti exposcamus; ad preces obtestationesque convertamur, supplicationibus votisque DEOS fatigemus, supplicationes & obsecrationes habeamus; nec incassùm mittantur preces, annuent Dii precationibus, rata habebunt vota pro salute reip. suscepta.

Benè precantis formula: Iter istud feliciter evenire volo; iter tibi DEOS fortunare volo; proficiscere optimis ominibus! Quod tibi benevertat! quod bonum, felix, faustumque sit! quod bene tibi vertat! Dii approbent, quod agis & acturus es! Bene ambulato!

Malè precantis formula: Quod tuo capiti malè sit! Dii tibi malè faciant! Dii tibi sint irati! Dii mortuum te perdant! Abi malis ominibus & execrationibus omnium! utinam eveniant, quæ tibi precantur! Tibi pestem omnes optant, te execrantur; quin abis in malam crucem, malam pestem, malum cruciatum; iratis Diis omnibus abito! Jupiter te, tuos pessimô lethô afficiat, pessimis exemplis interficiat! &c. *Vid.* Rogo.

Prehendo, ere, greiffen / erwischen / erhaschen / erfassen. *R. Ex Græc.* παραλαμβάνω, *prehendo, capio* *Syn.* Capio, prendo. *Usus.* Crassum manu prehendit.

Prehenso, are, rupffen und anwerben. einem um etwas hart anliegen. *Syn.* Prenso, *quod vide.*

Premo, ere, trucken / pressen. *Usus.* Urgeo. *Adv.* Mordicus caput, valde caussam, vehementiùs, probè aliquem, leniter. *Usus.* Quæ necessitas te premebat? Bellô, inopiâ, ære alienô premi. Odiô communi & invidiâ premi & urgeri. 2. *Occultò.* Odium, dolorem, iram premere.

Prendo, ere, greiffen / fassen. *Syn.* Prehendo, prenso, ambio.

Prensatio, onis, das Werben / angelegentliches Ersuchen und Bitten. *Syn.* Ambitio. *Epi.* Aliena, præpropera.

Prenso, are, werben / bittlich ersuchen oder anliegen. *Syn.* Ambio, prehendo, prendo. *Usus.* Prensat unus sine fuco, sine fallaciis, more Majorum. *Phras.* Nullum in prensando studium prætermittis; sed vereor, spe ne frustreris. Nullum in prensando officium prætermittis; tam prehensas diligenter, quàm qui maximè; tua est diligentissima prensatio. Prensas diligenter, ambis; in ambiendis hominibus nemo est unô te diligentior, nemo aptior; sed vereor, ne non succedat exitus, ne te fallat, ne secùs accidat; ne non ex animi tui sententia recedat, succedat, contingat, eveniat. *Fac, in conveniendis senatoribus tuum studium extet*; in prensandis, rogandis, appellandis senatoribus adhibe studium ac diligentiam, quàm licet, maximam; age diligenter cum senatoribus. *Vid.* *Ambitio.*

Pressè, kurtz / ohne allen Umschweiff. *Usus.* Pressè, angustè, leniter dicere, definire. *V.* *Breviter.*

Pressus, ûs, das Drucken / das Pressen. *Syn.* Compressio. *Usus.* Ipsô pressu oris & sonô.

Pretiosè, köstlich / theuer. *Syn.* Eleganter, operosè, artificiosè. *Usus.* Vasa magnifica pretiosè cælata.

Pretiosus, a, um, köstlich / theuer. *Syn.* Magni pretii; multorum nummorum f. sumptuum. *Usus.* Pretiosa vestis, horti, vasa. Armillæ magni ponderis, aliaque, quæ hominibus sancta & chara sunt; quæ hominibus prima ducuntur & pretiosissima habentur. *Phras.* Magnæ æstimationis est mea bibliotheca; multorum nummorum est, pretii magni est, plurimi est mea bibliotheca. Carè mihi constat bibliotheca mea; magni mihi constant libri mei; carè libros meos emi.

Pretium, ii, Lohn / Werth. *R.* ἀ πρᾶσις, *venditio.* *Syn.* Merces, præmium.)(*Gratis.* *Epi.* Certum, incertum, magnum,

gnum, pactum, parvum, summum, tantum. *Usus*. Certum labori s. merci pretium *statuere*, constituere, facere. Certum pretium pacisci. habet ea res maximum pretium, maximi est pretii; mercari aliquid magnô pretiô. Pretiô & mercede duci ad faciendum aliquid. Constitutum, pactum *dare*, persolvere, enumerare, pendere. Jacent pretia agrorum, tanta est annonæ vilitas. Nullô pretiô me induci sinam, ut &c. *V. Æstimo.*

Pridem, längst / längsthin. *Syn.* Dudum.

Pridie, am vorigen Tag / vorigen Tags. *Syn.* Ante diem.)(*Postridiè.* *Usus*. Pridie quàm has literas dedi; usque ad pridie Calendas Septembres. Ad pridie Idus Maji. Pridie ejus diei venit.

Primarius, a, um, fürnehm. *Syn.* Principum aliquis.)(*Secundus, postremus.* *Usus*. Vir, senator, locus primarius. *Phras.* Omnium Siculorum primus & nobilissimus, columen suæ familiæ, lumen & ornamentum suæ civitatis; Princeps, Author, signifer juventutis; dux omnium, summum apud suos gradum dignitatis tenet & gratiæ, penes eum est populi principatus. Siculi nominis longè princeps; inter primores, summates, & capita civium; authoritate atque opibus longè primus.

Primigenius, a, um, Erstling / Erstgebohren.

Primipilus, i, ein Hauptmann der ersten Rotte. *Syn.* Primus vel primæ cohortis centurio.

Primò, erstlich. *Syn.* Primùm, initiô, à primo, principiô.)(*Post.*

Primordium, ii, Anfang / Ursprung / Beginn. *Syn.* Principium, causa præcurrens. *Epi.* Majus, princeps. *Usus*. A Diis capienda sunt agendi primordia.

Primores, um, die Fürnehmsten / Vördersten. *Syn.* Summæ vel extremæ quæque res. *Usus*. Primoribus labris aliquid degustare.

Primùm, erstlich. *Syn.* Primò. *Usus*. Ut primùm attigi forum; cùm primùm veni; ùt modò primùmque nascentia, commodùm advenit.

Primus, a, um, der Erste. *Syn.* In numero primarius, princeps.)(*Postremus, novissimus.* *Adv.* Facilè municipii, longè civitatis. *Usus*. Genere, nobilitate sui municipii primus; primus in suam familiam consulatum intulit. Vir magnus imprimis, cum primis locuples. Primas tibi sapientiæ defero. Primô quôque tempore te expecto.

Princeps, is, Fürst / Fürnehmster. *R. quasi* primas capiens, *vel* primum caput. *Syn.* Primus, primarius, autor, inventor, dux, optimates, coryphæus, excellens, columen, qui cæterorum obtinet principatum, qui honestissimum locum civitatis tenet, qui sententiæ principatum tenet, qui primos ordines ducit. *Adv.* Facilè, longè. *Usus*. Te signiferô & principe. Roma orbis princeps & rerum caput. Princeps Philosophiæ, s. caput. Cicero in eloquentia princeps. Principem locum tenere. Profiteri se principem & autorem Senatui. 2. *Primus ordine temporeque ante alios.* Sicilia princeps se ad Romanos applicuit. Earum qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ. Herodotus Princeps hoc genus ornavit.

Principalis, e, fürstlich / das fürnehmste / *Syn.* Princeps. *Usus*. Causæ principales & perfectæ aliæ adjuvantes.

Principatus, ûs, Herrschafft / Oberherrschafft. *Syn.* Dominatus, primæ. *Epi.* Divinus, præstans, regius. *Usus*. Principatum *petere*, concupiscere, appetere. Principatum eloquentiæ alicui *deferre*, dare, tribuere. Principatum *tenere*, obtinere, ferre. Delere principatum, & auferre. *Vid. Potestas.*

Principiò, erstlich / anfänglich / anfangs. *Syn.* Primò, initiô, primùm omnium. *Usus*. Principiò omnibus animantibus est insitum, ut &c.

Principium, ii, der Anfang / Beginn. *Syn.* Initium, primordium, origo.)(*Exitus, finis.* *Epi.* Accuratum, immortale, naturale, ultimum, acutum, breve & longum, falsum, functum, sævius, multum, optimum, parvum; non bene provisum, & diligenter exploratum; solidum & expressum, suspiciosum, tardum, verecundum; non elatis intensum verbis, sed acutum sententiis. *Usus*. Omnium rerum magnarum

rum principia à diis sunt petenda, ducenda. Hujus rei ego nec principium invenire, nec evolvere exitum possum. Omnium rerum principia parva suis progressionibus augentur. A principio instituere aliquid, idque perficere. Principium natum est â me. 2. *Causa efficiens, author.* Principii nulla est origo. Omnium causarum unum est naturale principium. 3. *Rudimentum seminarium, elementum.* Nunc Juris principia videamus. Ea sunt naturæ principia, quibus parere debeamus. Fuit hoc principium & velut seminarium urbis. *V. Initium. Origo.*

Prior, oris, der Erstere.)(*Posterior. Syn.* Habitudine primus. *Usus.* Quid? posterius priori non convenit. 2. *Absolutè primus.*. Priore locô causam dicere. 3. *Superior, transactus.* Priore æstate, annô.

Priscè, auff alte Weiß. *Syn.* Antiquè, horridè, asperè, priscô more. *Usus.* Severè, graviter, priscè agere cum aliquo.

Priscus, a, um, alt / aus der alten Zeit *Syn.* Antiquus. *Usus.* Verba prisca, obsoleta. Veteres & prisci viri. *Vid. Antiquus.*

Pristinus, a, um, der zuvor gewesen. *Syn.* Vetus, antiquus, prior. *Usus.* Ut pristinam tuam gloriam consequâre.

Privatim, für sich selbst / sonderbahrlich. *Syn.* Propriè.)(*Publicè. Usus.* Privatim dicere. *Phras.* Privatim tecum agam. Intra parietes domesticos disceptator adero; privatô consiliô rem statuemus. Privata, seductaque à conscientia plurium consilia miscebimus. In secreto, intra parietes & partes nos continebimus, nihil ut in publicum effluat.

Privatio, onis, Beraubung. *Usus.* Dolori non voluptas contraria est, sed doloris privatio.

Privatus, a, um, für sich eigen und besonder. *Syn.* Suus, domesticus, proprius.)(*Publicus, seu qui cum potestate & imperio est. Epi.* Furiosus, opulentus ac potens, plurimus. *Usus.* Res privata & publica,

Privigna, æ, Stieff-Tochter.

Privignus, i, Stieff-Sohn. *Syn.* Cujus alter non est verus parens, sed vitricus, vel noverca.

Privilegium, ii, besonderes Gesetz / Begnadigung / Gnaden-Befreyung. *R. quasi* privum legis, *vel* priva lex. *Syn.* Lex privata homini irrogata. *Epi.* Tyrannicum, injustum, nefarium. *Usus.* Leges privatas hominibus irrogare; in privatos leges ferre; id enim privilegium est. Privilegium tollere, infirmare.

Privo, are, berauben. *R.* à πρίω, *divido. Syn.* Orbo, spolio, exuo, dispono, expolio, excludo, expertem facio. *Adv.* Indignissimè, in perpetuum, crudelissimè, paulò amplius.)(*Augeo, orno. Usus.* Aliquem civitate, suô jure privare. *Thras.* Eum hostes rebus suis omnibus privârunt; ornamentis omnibus nudârunt; præsidiis omnibus exuêre; bonis everterunt funditùs; è patrimonio tanquam è naufragio nudum expulêre; inanis & egens abiit, cessit, patriis bonis expulsus s. deturbatus. Tot amicorum jacturam vix fero; ægrè, vix patior, sustineo. Ægrè fero, tot amicis privari, orbari. Amicis omnibus destitutum, spoliatum, orbatum, privatum esse me, vehementer doleo; miserrimus ego talibus amicis orbatus, quales nulli unquam erunt, ut arbitror, & ùt confirmare possum, nulli certè fuerunt. Quis me tam ab amicis orbum, miserum non dicat? Quæ mihi vita nunc traducitur, cùm tot amicis caream; cùm tot amici mihi desint; cùm eos amicos, quos fidelissimos expertus sum, desiderem? *V. Eripio. Adimo.*

Priùs, viel eher / erstlich. *Syn.* Ante. *Usus.* Sed priùsquam illa attingam, antequam tuas literas acceperam. Non anteà, quàm tuas legissem, quidquam respondi.

Pro, für. *Syn.* Locô. *Usus.* Hæc pro certis ad te scribo. Jam pro hærede se gerit. Jam pro damnato habebatur. Unus mihi Cato pro millibus. 2. *Propter.* Pœnam pro peccato metuit. Pro jure amicitiæ nostræ hoc â te peto. Is â me pro summis suis virtutibus valde observatur. Pro consulari authoritate te moneo. 3. *Secundùm, juxta, pro ratione.* Hunc pro dignitate satis laudare non possum. Reliqua pro tua prudentia, pro tempore, pro re natâ, curabis.

Pro

Pro opibus te juvabo. Id pro mea consuetudine breviter. 2. *Causâ, alicujus gratiâ, defendendi ratione & favoris.* Hoc non pro me, sed contra me est. Vendicare aliquid pro suo. Pro aliquo decernere. Pro se quisque certabat; pro me Senatum obsecravit. 5. *Ante.* Pro omnibus templis, pro æde Castoris sedens. Pro tribunali.

Proavus, i, der Altvatter/ Anherr. *Syn.* Avi materni vel paterni pater. *Epi.* Privatus.

Probabilis, e, glaublich/ der Wahrheit ähnlich/ wahrscheinlich/ vermuthlich. *Syn.* Verosimilis, credibilis.)(*Incredibilis.* *Adv.* Leviter, maximè, sanè, omninò. *Usus.* Probabile est, quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut ad hoc aliquam habet similitudinem. Probabilem facti rationem reddere. Causam alicujus reddere probabilem. 2. *Laudandus, tolerabilis, vendibilis.* Probabilis Orator. Ingenium probabile.

Probabilitas, tis, Glaubwürdigkeit. *Syn.* Veri similitudo. *Epi.* Captiosa, magna. *Usus.* Quodcunque nostros animos, aliquâ verisimilitudine percussit. Multa sunt, quæ nos magnâ probabilitate fallunt.

Probabiliter, glaublich wahrscheinlich. *Syn.* Credibiliter, ad hominum opinionem. *Usus.* Ex quo potest probabiliter confici.

Probatio, onis, Beweisung/ Bewährung. *Syn.* Approbatio.)(*Improbatio.* *Epi.* Gratuita, locuples, grata. *Usus.* Non ob probationem datum est pretium, cùm multa sint improbata.

Probator, oris, ein Annehmer/ Bewilliger/ der etwas vor genehm hält. *Syn.* Approbator. *Usus.* Nihil interest inter suasorem facti & probatorem.

Probatus, a, um, bewiesen/ bewährt/ gebilligt. *Syn.* Spectatus. *Usus.* Vita constans, spectata & probata. *Vid.* *Probus.*

Probè, wohl. *Syn.* Rectè, præclarè. *Usus.* Quod cùm probè scirem, tenerem; de eâ re probè curâsti.

Probitas, tis, Gütigkeit/ Frömmigkeit. *Syn.* Bonitas, integritas, virtus. *Usus.* Tanta vis est probitatis, pudoris, virtutis; tanta est probitatis commendatio, ut eam vel in hoste diligamus. *Phras.* Probitatem qui possidet, nihil ad felicitatem præterea requirit. Probitatem qui possidet, simul is possidet summum bonum. Unam qui colit probitatem, ei deesse ad felicitatem nihil potest; is ad felicitatem nihil desiderat, nihil requirit. Bene sentire, rectèque facere satis est ad benè beatèque vivendum. Quicunque rationem ducem in vita sequitur, ei ad felicitatem ampla maximèque certa patet via. Boni mores & honestæ rationes felicitatem pariunt. Felicitas integritate comparatur. Si quis in colenda probitate totus est, feliciter admodum ac beatissimè cum illo agitur.

Probo, are, billigen/ gutheissen/ genehm halten. *Syn.* Approbo, assentio.)(*Improbo, nego.* *Adv.* Admodùm, brevi, fastidiosè, lentè maximè ex omnibus, mirificè, nimiùm, non, perfacilè, planè, planè non, prorsus, rectè, vehementer, valdè, vulgò, magis magisque, non sanè, imprimis, multùm. *Usus.* Quis est, qui non probet, non laudet, non in eàdem voluntate ac opinione sit? Libros meos spero tibi valde probari. 2. *Me purgo, satisfacio.* Qua in legatione ita se omnibus probavit. 3. *Argumentis tueor, confirmo, fidem facio; argumentor, doceo,* beweisen/ bewähren/ erhärten. Quod tibi probare non potes, alteri ne persuaseris. Id vel severissimis disceptatoribus probabo. Nullam rem defendit, quam non probaret; nullam oppugnat, quam non everteret. *Phras.* Probare crimen non potuit; convincere illum, crimen planum facere, certis argumentis atque oratione firmare non potuit. Non satis docuit hæc ab eo commissa; id quidem efficere, cùm multa argueret, non potuit. *V. Approbo. Assentio.*

Probrosus, a, um, schmählich/ schändlich/ voll Schmach und Schand. *Syn.* Ignominiosus. *Usus.* Probrosum crimen, factum.

Probrum, i, Büberey/ Unthat/ Schmach und Schand. *R. quasi* prohibrum. *Syn.* Dedecus, convicium, maledictum. *Epi.* Paternum, magnum, privatum. *Usus.* Probrum alicui objicere s. objectare; probra inferre, ingerere; maledictis probrisque vexare. Probri insimulare innocentem. Id tibi probro fuit

futurum est. E paternis probris emergere. Probro aliquid & crimini dare, vertere. *V. Dedecus. Ignominia.*

Probus, a, um, frommm / fein. *R. quasi pro ibus, quod malo se prohibet.* *Syn.* Bonus, moratus, benè institutus, spectatus, integer, frugi, probatus, religiosus, castus, antiquus, purus, sanctus, modestus.)(*Improbus.* *Usus.* Navus & pudens & bene moratus, probus filius. Probum navigium. *Phras.* Pauci sunt, qui probitate delectentur; qui probitatem colant, ament, sequantur. Qui suum studium in probitate ponant, pauci sunt, reperiuntur, numerantur; paucos invenies. Minimè æstimatur morum integritas, Parvi est hodiernô die probitas, integritas; vita illa, quæ cum virtute traducitur, à paucis hodie probatur, amatur; probati mores à paucis hodie coluntur; procul abest ab hominibus probitas.

Procacitas, tis, Muthwill / Frechheit. *Syn.* Petulantia. *Usus.* Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur.

Procaciter, * frevent lich. *Usus.* Flagitatum stipendium procaciùs, quam ex more & modestia militari erat, & probra in tribunos jacta.

Procax, cis, frech / muthwillig. *Syn.* Petulans, temerarius. *Usus.* Scio te non esse procacem in lacessendo. *Vid. Petulans.*

Procedo, ere, fürhin gehen. *Syn.* Proficio. *Adv.* Bene cui quid, longius in dando & credendo, minùs, diutiùs, contrariè, multùm, non ita multùm, obviàm, longissimè, parum, paulùm, prosperè, temerè, pulcherrimè. *Usus.* Procedere & progredi in virtute, doctrinâ. Longè ad virtutem processit Doctrinâ & naturâ. Is honoribus processit. 2. *Progredior, transeo, adeo, pervenio, attingo, accedo.* Ætate multùm processit. A primis ad ultima procedere. Longiùs processit, in ipsum Pompejum invehi cæpit. 3. *Exeo, incedo, ingredior.* Procedere in publicum. Tota urbs illi obviàm processit. 4. *Evenio, accido, contingo.* Non satis è sententia eventus dicendi procedit. Quid agam, cui nihil procedit, eaque, quæ cogitata sunt diligentissimè i. determinè cadunt? Omnia ei bellè, pulcherrimè procedunt.

Procella, æ, Sturmwind / Ungewitter / Sturmwetter. *R. q. à procellendo.* *Syn.* Tempestas. *Epi.* Horribilis. *Usus.* Imbres, nimbi, procellæ, turbines, tempestates, naufragia. Tu procella patriæ, turbo pacis. Vitare procellam temporum. *V. Tempestas.*

Procellosus, a, um, * voll Ungewitter. *Usus.* Venti procellosi.

Proceres, um, die fürnehmsten Häupter einer Stadt. *Syn.* Principes.

Proceritas, tis, die Länge. *Syn.* Longitudo.)(*Brevitas.* *Usus.* Proceritates arborum admirantur.

Procerus, a, um, sehr lang. *R. q. à procrescendo.* *Syn.* Longus. *Usus.* Procerum & tenue collum. *Vid. Magnus.*

Processus, ûs, Fortgang. *Syn.* Progressus.)(*Reditus.* *Epi.* Longior, tardus. *Usus.* Gradus tuos & quasi processus dicendi velim cognoscere. Tantos processus in dicendo faciebat, ut evolare, non excurrere videretur.

Proci, orum, Werber / Freyersmann / Mitbuhler. *Syn.* Qui eandem amant. *Usus.* Proci impudentes.

Procido, ere, * niederfallen. *Syn.* Pronus cado, procumbo. *Usus.* Ad pedes alicujus procidere,

Procinctus, ûs, Zurüstung und Anstalt zum Streit / Schlacht-Ordnung. *Syn.* Sine ritu solenni, ut in castris. *Usus.* Facere testamentum in procinctu sine tabulis.

Proclamator, oris, ein Ausruffer. *Syn.* Præco, cantor, rabula.

Proclamo, are, ausruffen. *Syn.* Vocideror. *Usus.* Adsunt, defendunt, proclamant, fidem hujus implorant.

Proclivis, e, nieder sich oder für sich haltend / oder neigend. *Syn.* Propensus, facilis, pronus.)(*Laboriosus.* *Usus.* Adolescentia proclivior est ad libidinem, incitata semel in proclive labuntur. Dictu quidem proclive est, effectu arduum. *V. Facilis.*

Proclivitas, tis, Neigung. *Syn.* Facilitas. *Usus.* Proclivitas ad varios mores, varia vitia.

Procliviter, leichtlich / gähling. *Usus.* Faciliùs & proclivius ad laudem nobilitatis, ad honorem perveniunt.

Proconsul, is, der die Stelle eines Statthallers vertritt. *Syn.* In provin-

vinciam missus cum potestate consulari.

Procrastinatio, onis, Verzug / Verzögerung / Auffschub. *Epi.* Odiosa. *Usus.* In rebus gerendis tarditas, & procrastinatio odiosa est.

Procrastino, are, verziehen / verzögern / auffschieben. *Syn.* Differo, tardo, tempus differo, ex die in diem differo. *V. Differo, Moror.*

Procreatio, onis, das Kinderzeugen / Gebähren. *Syn.* Proles, progenies. *Epi.* Charissima. *Usus.* Charissimam suam quisque procreationem habet.

Procreator, oris, Zeugvatter. *Syn.* Genitor.

Procreo, are, erzielen / zeugen / gebähren. *Syn.* Creo, pario, gigno, vitam trado, liberos suscipio. *Usus.* Quàm multiplices fœtus procreant. Procreare alicui periculum.

Procudo, ere, länglich oder breit schmieden. *Syn.* Exacuo.

Procul, weit / fern. *Syn.* Longè, longiùs. *Usus.* Cælestia procul sunt à nostra cognitione. Procul remotus â vero. Procul ab omni metu. Procul videre, attendere, auscultare aliquid. Procul â patria. *Thras.* Procul à nobis abest. Magnô locorum intervallô disjuncti sumus; disjunctissimis terris habitamus; in ultimis terris, in extremis terræ finibus, apud homines in extremis atque ultimis gentibus positos, nimiâ longinquitate locorum remotos degit; magnis intervallis distamus; longè ab domo excitus, in ultimas maris terrarumque oras devectus, quas natura longè submovit regiones, colit. Eò ablegatus est, unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere possit; inter nos multa maria, montes, regionum magnitudines intersunt. *Vid. Longinquitas.*

Procumbo, ere, *sich legen / niederlegen. *Syn.* Prosterno, proclivis jaceo. *Usus.* Fessus viâ procubuit.

Procuratio, onis, Verschaffung / Verwaltung / Verwesung. *Syn.* Curatio, administratio, gubernatio. *Epi.* Frumentaria, magna, plena, quæstoria. *Usus.* Aliquem ad civitatis, negotii procurationem vocare. Procurationem committere; procurationi præficere. Procurationem rerum multarum habere. Aliquem â procuratione amovere; liberare aliquem procuratione, quæ illum multis officiis implicatum & constrictum tenebat. 2. *Expiatio.* Constituendæ, faciendæ nobis procurationes & obsecrationes. *Vid. Administratio.*

Procurator, oris, Schaffner / Verweser / Verwalter. *Syn.* Qui aliena negotia procurat, alienô præpositus negotiô, qui alteri operam dat; cognitor, qui alterum absentem in jure defendit, alieni juris vicarius. *Epi.* Æquus, diligens, familiaris & propinquus, necessarius, voluntarius, villicus. *Usus.* Cum villicos procuratores dedissem. Qui nostras res domesticas dispensat, qui curationem & quasi dispensationem regiam suscepit. Procuratoris negligentiâ factum est, ut &c.

Procuro, are, verschaffen. *Syn.* Curo, gero, administro, guberno. *Usus.* Hæreditatem, negotia, rationes alicujus procurare. 2. *Expio.* Vide, ut ea monstra procurentur & expientur. *Thras.* Velim, rem meam diligenter procures; in negotii procuratione, rerum mearum curatione & administratione nihil diligentiæ prætermittas; dispicies omnia, rem ùt tuam fide summâ geras, administres. *Vid. Administro. Curo. Gero.*

Procurro, ere, fürlauffen. *Syn.* Excurro. *Usus.* Sed ut productus studiò ultrà procurras. Cum ab stationibus præcurreretur.

Procursatio, onis, *Auslauff / Streifferey. *Usus.* A quibus per procursationem commissa pugna.

Procursator, oris, *Vorlauffer. *Usus.* Breve certamen cum procursatoribus fuit.

Procurso, are, *fürlauffen. *Usus.* Procursantibus â statione, qui lacesserent.

Procursus, ûs, *Auslauff. *Usus.* Tumultuariô præliô ac procursu magis militum, quam ex præparato certatum.

Prodeo, ere, ausgehen. *Syn.* Exeo, procedo. *Adv.* Obviàm, necessariò. *Usus.* Scio te in publicum non prodire. In lucem, in aciem prodire. Prodire obviam alicui. *Phras.* Prodiit acies nostra in campum, in medium processit, prosi-

prosiluit, è castris erupit, è tabernaculis prosiliit, in campum provolavit; consurrectum repentè est ex latebris, & in patentem ad conspectum undique campum prolata signa; è latebris suis omnes pariter exoriebantur; è castris repentè existebant; castra armatos repentè edidere. *V. Exeo. Maneo.*

Prodigè, verschwenderisch. *Syn.* Effusè.

Prodigium, ii, Warnungs-Zeichen. *R. à pro & ago, q. procul agat DEUS; vel à pro & do.* *Syn.* Monstrum, portentum, ostentum. *Epi.* Fatale, exitiosum, importunum, recens, religiosum. *Usus.* Clodius portentum & prodigium reip.

Prodigo, ere, * vergeuden / verthun / verschwenden / verprassen. *Syn.* Consumo, ultra modum erogo.

Prodigus, a, um, verthuisch / verschwenderisch. *Syn.* Profusus, effusus, nepos, luxuriosus, nepos dissolutus, perditus, nimius, luxu profligatus. *Usus.* In honoribus decernendis prodigus ac ferè nimius. *V. Nepos.*

Proditio, onis, Verrätherey. *Syn.* Grata, scelerata. *Usus.* In proditionis crimen vocari.

Proditor, oris, Verräther. *Syn.* Desertor, oppugnator patriæ. *Epi.* Vetus, nefarius. *Usus.* Patriæ extinctor, imperii proditor.

Prodo, ere, verrathen. *Syn.* Trado, mando, edo, commendo, scribo.)(*Defendo.* *Adv.* Imposterùm, nefariè, falsè, temerè. *Usus.* Prodere posteris memoriam alicujus facti. Quod est memoriæ literis, literarum monumentis proditum. Liberis perniciosum exemplum ad imitationem prodere. 2. *Pronuncio, dico, creo.* Consulem prodere. 3. *Oppugno, defero, perfidè vexo.* Fidem suam, salutem alicujus, conscios, patriam prodere. Tu nos relinquas? deferas? ad adversarios transeas, spolies, oppugnes? fidem violes?

Prodromus, i, Vorläuffer / Vorbott. *Syn.* Præcursor.

Produco, ere, herfür führen. *Syn.* Duco, in longius duco, profero, proveho, promoveo.)(*Subduco.* *Adv.* Longiùs ab homine, vitam mirabiliter, doctrinam ultra quam satis est, coràm, valdè. *Usus.* Convivium, sermonem longiùs, in multam noctem producere. Vitam, bellum producere. Conditionibus aliquem, verbis, falsâ spe producere, pascere, detinere. 2. *Adduco, duco, deduco, traho.* Copias in aciem, testes ad judices, aliquem in conspectum & concionem populi producere & constituere. 3. *Gigno, cieo, suspicio.* Pater simillimum sibi filium produxit.

Productè, nach der Länge.)(*Breviter.*

Productio, onis, Verlängerung.)(*Brevitas.* *Usus.* Productio verbi, literæ, temporis.

Profanus, a, um, ungeweyhet. *Syn.* Nihil habens religionis, à religione remotus.)(*Consecratus, sacer, religiosus.* *Usus.* Cùm omnia illa ex sacris profana fecisset. Locus profanus.

Profectio, onis, eine Reiß. *Syn.* Discessus.)(*Reversio, reditus.* *Epi.* Misera, præceps & inutilis & periculosa, subita. *Usus.* Consilium profectionis & reversionis meæ accipe. *V. Iter.*

Profectò, fürwahr / allerdings. *R. quasi pro facto.* *Syn.* Certè, quidem.

Profero, erre, herfür bringen. *Syn.* Recenseo, dico, prodo, edo, promo, adduco, commemoro. *Adv.* Absurdè, foras, jam dudum, latiùs diem, longiùs fines officiorum, immoderatè. *Usus.* Aliquid in medium, in lucem proferre, explicare, palàm collocare, proponere. Sua merita, testes, leges proferre. *Vulg. allegare.* 2. *Produco, prorogo, differo.* Fines imperii, limites regni proferre. Judicii diem proferre. Audaciam suam ultrà proferre. *Phras.* Multa de te in medium protulit, commemoravit, deprompsit, aperuit, in lucem protulit, patefecit, exhibuit; occulta multa in lucem extraxit, in promptu reliquit.

Professio, onis, eine öffentliche Bekantnuß. *Syn.* Certa confessio & denunciatio apud Prætorem eorum, quæ quisque possideret. *Usus.* Jugerûm subscriptio, ac professio. 2. *Promissio, sollicitatio.* Sciebam fructuosam mihi fore tuæ voluntatis professionem. 3. *Facultas.* Vis oratoris ipsaque dicendi professio.

Profestus, a, um, * zu den Werck-Tägen gehörig. *Usus.* Dies profesti, Werck-Tage.

Proficio, ere, zunehmen / wachsen. *Syn.* Asse-

Assequor, procedo, valeo, possum. *Adv.* Aliquantùm, multum, necessariò multùm, permultùm; plurimùm lepôre, facetiis. *Usus.* Nihil eà re ad summam profectum puto. Multùm in Philosophia profecit. Nulla res tantum ad dicendum, ad virtutem proficit, ac &c. Contentio tam diu sapiens est, quamdiu proficit aliquid. *Thras.* Multùm in Philosophia profecit; discendo, seque exercendo multum processit; magnos in Philosophicis progressus habuit; discendi laude admodum processit; multùm affectus est ingenii bonitate & progressione discendi; melior fit indies & doctior; magnas progressiones facit; ad summi Philosophi laudem profecit.

Proficiscor, i, reisen. *R. à* proficio. *Syn.* Discedo.)(*Remaneo.* *Adv.* Celeriter, clàm, communiter suspiciones ex negotio, copiosè, cupidè, festinanter, honestè, inde unde, longè à sedibus suis, maturè, non ita multò post, obviam, privatim quòquam, protinus à disciplina, publicè, rectà, separatim, tandem aliquando, tardè. *Usus.* Româ in Asiam profectus. 2. *Autor Sum.* Multa à me beneficia in illum sunt profecta. Ea doctrina ab Aristotele est profecta, *Thras.* Tarsum proficisci cogito; Tarsum accedere, iter facere, ire cogito; Tarsum me recipere cogito. Iter in Ciliciam dirigo; in Ciliciam me trajiciam; iter Tarsum facere institui; Cupio excurrere in Ciliciam. *V. Iter.*

Profiteor, eri, öffentlich bekennen. *Syn.* Præbeo, polliceor. *Adv.* Amplius, apertissimè, palàm, verè. *Usus.* Ad aliquid operam suam profiteri. Contrà facere, quàm quis professus & pollicitus sit. Suscipere & profiteri magnum aliquid. Triduô me juris consultum esse profitebor. 2. *Doceo.* Qui profitetur Philosophiam, gravem personam sustinet. Nihil excipit, de quo non profiteatur. 3. *Præ me fero, jacto me, glorior.* Grammaticum se, sapientem, oratorem profiteri. Tantam facultatem consecutum me non profiteor. 4. *Possessionum mearum modum Magistratui denuncio, significo.* Quisque, quantum habeat prædæ, marubiarum, aratores jugerum modum apud Prætorem profiteantur.

Profligatus, a, um, vertrieben/verjagt. *Syn.* Perditus. *Usus.* Homo omnium profligatissimus ac perditissimus. *Vid. Perditus.*

Profligo, are, zu Boden werffen/ übern Hauffen werffen. *R. ex* pro *& antiq.* fligo. *Syn.* Affligo, proiterno, depello. *Usus.* Hostium copias, remp. profligare ac perdere. *V. Perdo.*

Profluens, tis, ein Fluß. *Syn.* Fluvius, flumen, torrens. *Usus.* Eum in profluentem abjici jussit. 2. *Fusus, liquidus, expeditus.* Expedita ac profluens oratio.

Profluenter, überflüssiglich. *Syn.* Abundanter, copiosè.

Profluentia, æ, Fülle/Uberfluß. *Syn.* Affluentia, abundantia, copia. *Epi.* Inanis. *Usus.* Oratoriam vim inanis quædam profluentia imitatur.

Profluo, ere, außrinnen/ überfliessen. *Syn.* Emano. *Usus.* Cujus ore melle dulcior profluebat oratio.

Profugio, ere, hinweg fliehen. *Syn.* Perfugio, transfugio. *Adv.* Clam, planè. *Usus.* Filius domô ad me profugit. Extorrem in exilium profugere. *V. Fugio.*

Profugium, ii, Zuflucht. *Syn.* Perfugium, portus.

Profugus, a, um, * flüchtig/ein Flüchtling. *Syn.* Æneâ Duce profugi sedibus incertis vagabantur.

Profundo, ere, außschütten/vergiessen. *Syn.* Effundo. *Adv.* Sæpè & multùm. *Usus.* Profundere patrimonium suum & fortunas abligurire. Laborem omnem, omnes ingenii vires profundere & perdere. Vitam, sanguinem, animam pro aliquo profundere. Magnam vim lacrymarum profundere. Profundere se in aliquem; odium suum intùs inclusum in aliquem profundere, effundere. *V. Effundo.*

Profundus, a, um, tieff. *R. quasi à* fundus, procul, vel porrò fundum habens. *Usus.* Mare profundum & immensum & infinitâ altitudine. Spes profunda & in mirandam altitudinem depressa. Palus profunda & inexuperabilis altitudinis. Fossæ profundæ, multos pedes altæ, multorum in altitudinem pedum, multos pedes humi depressæ. Latens in profundo veritas.

Profusè, * überflüssig. *Usus.* Profusè intendentibus obstitit.

Profusus, a, um, vergossen/ ausgeschüttet. *Syn.* Immodestus, immoderatus. *Usus.* Quanti & quam profusi sumptus! Profusæ epulæ. Hilaritas profusa. *V. Prodigus.*

Progenero, are, * gebähren / zeugen / erzielen. *Usus.* Aquilæ columbam non progenerant. *V. Genero.*

Progenies, ei, Kinder oder Geschlecht/ Leibes-Frucht. *Syn.* Proles, genus. *Epi.* Divina, optima, tanta. *Usus.* Veteres se progeniem Deorum dicebant.

Prognatus, a, um, gebohren / erzeugt. *Syn.* Natus. *V. Filius.*

Progigno, ere, gebähren/ erzeugen. *Syn.* Procreo, gigno.

Prognosticon, i, eine Anzeigung künfftiger Dinge. *Syn.* Conjectura, signum rei futuræ, divinatio. *V. Divinatio.*

Progredior, i, fortgehen/ fürter gehen. *Syn.* Progressionem vel progressum facio, procedo, serpo, quasi *pergo facere.*)(*Regredior.* *Adv.* Impune, longius, sensim & pedetentim, nusquam, paululum. *Usus.* Multorum dierum iter jam progressus. Quò pervenire potuit hominis improbitas, progressus est. At enim progredientur longiùs, non continebuntur, efferentur. Progredi in virtute. *Phras.* Longiùs quam voluissem, progressus sum; Eò accessi, quò non volebam; latiùs opinione evagatus, elatus, profectus sum. Altiùs me immisi, immersi, quam initiò destinaveram. *V. Proficio.*

Progressio, onis, Fortgang. *Syn.* Progressus. *Epi.* Admirabilis. *Usus.* Progressionem ad virtutem ajunt fieri, non item levationem vitiorum.

Progressus, ûs, Fortgang des Alters. *Syn.* Progressio, processus.)(*Regressus.* *Epi.* Firmus, præceps, constans & ratus stellarum errantium, tantus. *Usus.* Qui rerum causas, earumque progressus sciunt. Magnos in studiis progressus fecit; â progressu arcere, refrenare.

Proh! * O! *Usus.* Proh scelus!

Prohibeo, ere, verhüten / verbieten. *Syn.* Veto, interdico, excludo, obsto, inhibeo, non permitto, intercludo. *Adv.* Acriter, diutiùs, omnino; neque semel, sed sæpiùs; maximè. *Usus.* Aditu, Provinciâ, sepulturâ aliquem prohibere. 2. *Arceo, summoveo, repello.* Vim hostium ab oppido, ignes â navibus, ab urbe fures prohibere. Conatus alicujus prohibere. 3. *Tueor.* Aliquem injuriâ, periculô, conviciis, calamitate prohibere. *Phras.* Nihil hominem insanum prohibebit, quin insanire pergat; non magnitudine pœnæ à maleficio submovebitur; non religio, quam nullam habet, non verecundia cum arcebit; interdici sibi non patietur, quin pro more insaniat. *Vid. Cohibeo.*

Projectio, onis, das Außwerffen der Armen. *Syn.* Porrectio. *Usus.* Brachii projectio.

Projectus, a, um, hingeworffen / weggeworffen. *Syn.* Objectus, porrectus. *Usus.* Urbs in altum projecta. 2. *Profusus, contumax, imprudens, profligatus, ad omnia progrediens.* Projectus homo ad audendum; projectâ quâdam & effrænatâ cupiditate. *V. Audax.*

Projicio, ere, hinwerffen / von sich wegwerffen. *Syn.* Rejicio, expello. *Adv.* Foras. *Usus.* Quando hanc pestem urbs evomet, projiciet? 2. *Negligo, amitto.* Se, libertatem, suam vitam, projicere. 3. *Proripio, abjicio.* Se ad pedes alicui projicere. Quò se tandem hæc libido projiciet? *V. Abjicio.*

Proin, darum / derohalben.. *Syn.* Proinde.

Proinde, derohalben / derowegen. *Syn.* Itaque, proin. *Usus.* Proinde bonô animô sis. Proinde, ut se res habuerit, laborabo. Proinde quasi aliter isti sentiant.

Prolabor, eris, niederfallen / zu Boden fallen. *Syn.* Delabor, ruo. *Adv.* Longiùs. *Usus.* Timore prolabi. 2. *Accedo, venio.* Libenter ad hunc tecum sermonem delapsus sum. *V. Labi.*

Prolapsio, onis, das Fallen / das Hinfallen. *Syn.* Lapsus, lapsio. *Usus.* Viam tam lubricam vix sine prolapsione facies. *V. Lapsio.*

Prolato, are, auffziehen / auffschieben / verzögern. *Syn.* Procrastino, differo. *Usus.* Illud malum sustentando & prolatando vix opprimi poterit. *Vid. Differo.*

Prolatio, onis, Fürbringung/ Verzögerung / Auffschiebung. *Syn.* Dilatio. *Usus.* Judicii prolationem impetravit.

2. Com-

2. *Commemoratio.* Exemplorum prolatio fidem facit. *V. Mora.*

Prolecto, are, herfür locken. *Syn.* Allecto, illicio. *V. Allicio.*

Proles, is, ein Zucht-Kind / Leibs-Frucht. ℞. *quasi* pro-oles, *ab* olescendo. *Syn.* Progenies, suboles. *Epi.* Ferrea.

proletarius, a, um, * gemein / schlecht-gültig. *Syn.* Vilis, plebejus. *Usus.* Sermo proletarius. *V. Tenuis.*

Prolixè, weitläufftig / umschweiffig. *Syn.* Largè, liberaliter, cumulatè. *Usus.* Id mihi prolixè est pollicitus, & promissis prolixè, liberaliter, celeriter stetit.

Prolixus, a, um, lang und breit / weitläufftig. *Syn.* Liberalis, benignus. *Usus.* Animus, natura prolixa, benefica. 2. *Facilis, expeditus.* Cætera spero tibi omnia prolixa fore. *Vid. Longus.*

Prologus, i, * Vorrede. *Syn.* Præfatio. *V. Exordium.*

Proloquor, i, herauß sagen. *Syn.* Profiteor. *V. Loquor.*

Proludo, ere, ein Versuch-Spiel thun. *Syn.* Specimen exhibeo. *Vid. Præludium.*

Proluo, ere, * wohl waschen. *Usus.* Vinô, mulsô se proluit.

Prolusio, onis, Versuch-Spiel. *Syn.* Quasi prooemium.

Proluvies, ei, Wust / Unflath. *Syn.* Eluvies, eluvio. *Epi.* Mira. *Usus.* Mira Romæ proluvies, magna vis aquæ.

Promereor, eri, verdienen. *Syn.* Mereor. *Adv.* Optimè. *V. Mereor.*

Promeritum, i, Verdienst. *Syn.* Meritum, beneficium. *Epi.* Universum, majus. *V. Meritum.*

Promineo, ere, * herfür gehen. *Syn.* Ultra emineo. *Usus.* A tota acie prominens. Id factum in memoriam ac posteritatem prominebit. *V. Exto.*

Promiscuè, ohne Unterschied. *Syn.* Sine discrimine.)(*Propriè.* *Usus.* Promiscuè & communiter datum. Poterunt iis uti promiscuè.

Promiscuus, a, um, * vermischet. *Syn.* Mistus, confusus, incertus. *Usus.* Connubia, cædes promiscua. Divina atque humana habere promiscua; nihil pensi neque moderati habere.

Promissio, onis, Verheissung / Zusage / Verspruch / Versprechung. *Syn.* Pollicitatio, pactio. *Epi.* Perniciosa. *Usus.* Promissione auxilii aliquem solari.

Promissum, i, Zusage / Verspruch / Verheissung. *Syn.* Fides, receptum. *Epi.* Uberius aut majus; *promissa* cruenta, tetra, scelerata, diis hominibusque invisa, nec diuturna, neque salutaria.)(Honesta, integra, gloriosa, plena lætitiæ, plena pietatis; firma, certa, rata, inutilia, multa. *Usus.* Cæsar multa multis promissa *fecit.* Promissis suis tenetur. Multi sua ab Cæsare promissa *repetunt*, exigunt, flagitant, expetunt; & spes est fore, ut promissis *stet*; promissa servet, solvat, exsolvat, persolvat; suo promisso satisfaciat, promissa & conventa efficiat, fidem suam liberet, promissi munus conficiat. *Phras.* Volo, stes promissis. Volo, promissa serves; volo, fidem tuearis; velim, solves quod promisisti; re præstes; cum tuis verbis facta consentiant; promissa tua exitus confirmet; ne fidem tuam fallas; falsa ne fuerint promissa tua; inania, irrita ne fuerint promissa tua; deponendum tibi est, quod promisisti. *Dabo operam, ut stem promissis.* Dabo operam, ut præstem fidem meam, ut servem fidem; ut probem, non deseram fidem; ut fidei non desim; ut promissa observem, tuear, persolvam, præstem; promissis ne desim; ne quod pollicitus sum, re non præstem; ut exitu promissa præstem, exequar, efficiam, re confirmem. Dabo operam, ut fidei satisfaciam, ne de fide mea parum videar laborare; ut â meis verbis exitus rei non dissentiat; ut ab affirmatione mea, à verbis, à promisso meo exitus rei non dissentiat; ut verba res confirmet; ut id, quod dixi, veritas probet; ut â promissis non discedam. Quæ pollicitus sum, exitu præstabo.

Promitto, ere, verheissen / versprechen / zusagen. *Syn.* Polliceor, spondeo, recipio, profiteor, constituo, offero, defero, paciscor, fidem meam obligo, me aliquid facturum ostendo, promissum facio. *Adv.* Affirmatè, quasi Deô teste, benè, benignissimè, exploratiùs, honestè, honorificè, largè, liberalissimè, prolixè alicui, promptè, separatim.

tim. *Usus.* Quod promitto, præstabo. Prolixè de sua voluntate promittere. Alicui ad cœnam promittere. 2. Barbam promittere, *alere.* *Phras.* Mea omnia studia atque officia tibi polliceor. A me omnia in te studia atque officia, quæ quidem ego præstare potero, velim, expectes. Præitò me tibi semper fore existimes, planèque tibi persuadeas. Si quid valebo, valebo tibi. Hoc tibi confirmo, ac re præstabo, nullum me studii aut officii genus, quod in rem tuam sit, s.quod ad rem tuam, laudem, dignitatem valere videatur, ullô esse locó prætermissurum.

Promo, ere, herfür bringen. *Syn.* Profero. *Usus.* Pecuniam ex ærario, vestem ex armario, libros è bibliotheca promere. Animus semper ex se aliquid promens, quod delectet.

Promontorium, ii, ein Berg der ins Meer hinaus langet / Vorgebürg. *Syn.* Mons in mare projectus; lingua in altum excurrens.

Promoveo, ere, fortrucken / befördern. *Syn.* Proveho, produco. *Usus.* Sedulò movens se nihil promovet. *Phras.* Multos ad honores suâ operâ promovit; Ad dignitates perduxit; multis fortunarum amplificatorem se dedit; multos extulit, ornavit, auxit, ad honores extulit, ad maxima fastigia provexit. Multi ejus operâ crevêre, in altiorem locum ascendêre, altiorem dignitatis gradum ejus beneficiô sunt consecuti, per eum in amplissimum locum pervenêre, in altissimo gradu positi sunt; evolârunt ad summum gradum; ad honores ejus operâ processêre; in principum dignationem venêre; ejus gratiâ ad id fastigii extracti sunt; ab humili ordine ad sublimem gradum permoti; ad magna & honorata ministeria ejus suffragatione producti, in magnum fastigium emersêre, huc magnitudinis processêre. *V. Gradus.*

Promptè, hurtig. *Syn.* Alacri animô, sine cunctatione.

Promptus, a, um, fertig / geschwind / bereit. *Syn.* Paratus, expeditus, alacer, hilaris, ardens, erectus, expositus, manifestus, propositus, in promptu. *Adv.* Æquè. *Usus.* Prompta & parata in respondendo celeritas, ad jocandum hilaritas. Ore ac vultu alacri ac promptô intueri. Quod animô sentio & linguâ & vultu promptum habeo. Promptissimus homo & experiens. *Phras.* Promptus ero ad te juvandum. Tua virtus mihi juvandi alacritatem addet. Aberit cunctatio omnis; aderit tibi opitulandi studium, quod in te semper habuit; & est mihi quædam animi incitatio atque alacritas innata naturaliter, quæ benefaciendi studiô incenditur. *V. Paratus.*

Promulgatio, onis, Auskündigung / Ausruffung / Kundmachung. *Syn.* Legis alicujus propositio in publicum. *Epi.* Nefaria, fatidica. *Usus.* Illæ leges nullâ promulgatione latæ sunt, aut scriptæ.

Promulgo, are, auskünden / ausruffen / kund machen. *R. quasi* provulgo, *a* vulgus. *Syn* Edò, publicè propono. *Adv.* nominatim, publicè, separatim. *Usus.* Rogationem, legem promulgare. De salute alicujus vel honore promulgare.

Promulsis, idis, ein Tranck / aus Honig gemacht. *Syn.* Potio mulsi condita.

Promus, i, *ein Speiß-Meister. *Syn.* Cellarius.

Pronepos, tis, Uhr-Enckel.

Pronominatio, onis, Vorwort zur Zierde. *Syn.* Ornatus quidam verborum.

Pronunciatio, onis, das Aussprechen / die Aussprach. *Syn.* Prolatio, propositio legis. *Epi.* Dulcis, vera aut falsa. *Usus.* Nondum lege & pronunciatione damnatus. 2. *Oratorum in actione munus, vocem moderans.* Quis cantus moderatæ orationis dulcedine suavior?

Pronunciator, oris, ein Aussprecher. *Syn.* Historicus. *Epi.* Sincerus & grandis rerum gestarum.

Pronunciatum, i, das Aussprechen / Ausspruch. *Syn.* Effatum, axioma.

Pronuncio, are, öffentlich heraus sagen. *Syn.* Dico, prædico, linguâ nuncupo, edico. *Adv.* Ampliùs, memoriter. *Usus.* Memoriter multos versus pronunciare. Pugnam in posterum diem, victorum nomina, militibus certa præmia pronunciare, & edicere. *Phras.* Orator eximiâ pronunciatione, sonô dulci utens, literas nec exprimit, nec opprimit; quorum alterum obscurum, alte-

alterum putidum; non exprimit literas putidiùs, non obscurat negligentiùs, non inflata & quasi anhelata graviùs, sono vocis ita recto & simplici, ut nihil ostentationis, aut imitationis afferri videatur.

Pronus, a, um, für sich geneiget / und gebeuget. R. ἀ πρηνής, Dor. πρανής. Syn. In anteriorem partem flexus.)(Supinus. Usus. Motus corporis pronus. V. Inclino.

Prooemium, ii, eine Vorred. Syn. Exordium, principium orationis, Epi. novum, mercenarium. Usus. Longum & altè petitum prooemium. Exordium habet prooemium, & insinuationem.

Propagatio, onis, Fortpflantzung. Syn. Procreatio, amplificatio. Usus. Propagatio imperii, vitæ, temporis, miseriarum.

Propagator, oris, Fortpflantzer. Syn. Amplificator Provinciæ.

Propago, are, erweiteren/ fortpflantzen. Syn. Profero, produco, amplifico, dilato. Usus. Vitam propagare venatu, victu ferinô. Ad memoriam propagandam & posteritati prodendam; gloria ejus latissimè propagata est. Vid. Amplifico.

Propago, inis, ein Reben-Schoß. Syn. Vitis ad solem suppressa.

Propalàm, offenbahr/ bekanntlich. Syn. Palàm, in aperto, in loco propatulo.

Propatulus, a, um, öffentlich / kund und offenbahr. Syn. Apertus. Usus. In propatulo, more ferarum vivere.

Propè, nahe darbey. Syn. Propter, juxta.)(Longè, remotè, procul. Usus. Propè urbem, ripam. Propiùs nihil est factum, quàm ut. Propiùs à me abes. Propiùs urbem movere castra. 2. Penè, ferè, quasi, propè dicam, propè jam. Propè centum annos natus. Quid profecit? propè dicam plurimùm. Ille, propè dicam, insanit. Vid. Vicinus.

Propediem, ehisten Tages / ehistens. Syn. Brevi. Usus. Propediem te videbo.

Propello, ere, von sich treiben. Syn. Propulso. Adv. Paulùm remis. Usus. Hostium impetum, navem remis propellere. V. Pello.

Propemodum, schier/ beynahe/ fast. Syn. Propè, ferè.

Propendeo, ere, für sich hangen. Syn. Inclino. Usus. Summâ voluntatis inclinatione ad nos propendet. Si se dant & suâ sponte, quò impellimus, inclinant, & propendent. V. Inclino.

Propensè, mit geneigtem Willen. Syn. Ex animo, libenter, voluntate, sponte.

Propensio, onis, Zuneigung / guter Wille. Proclivitas, inclinatio voluntatis. Usus. Summa in virtutem aut vitium propensio. V. Inclino.

Propensus, a, um, geneigt / günstig / wohl zugethan. Syn. Proclivis. Usus. Propensio, benignitas in calamitosos. Ad lenitatem, ad misericordiam naturâ propensus; suâ sponte ad voluntatem, ad dicendum propensus. Alius ad alia vitia proclivior. V. Inclino.

Properantia, æ, * Eilfertigkeit/ Eil. Syn. Festinatio.

Properatio, onis, Eilung/ das Eilen. Syn. Festinatio.

Properè, * geschwind / eiligst / unverzüglich. Usus. Properè se recepit.

Propero, are, eilen. R. à propè, vel à Gr. προπορεύω, procedo, porro tendo. Syn. Festino, accelero, celeritate utor, maturo. Adv. Magnoperè, necessariò, protinus, vehementer. Usus. Remis et velis in patriam propero. Sive retardabis seu properabis. Phras. Hæc properans scripsi. Mea festinatio celeritatis etiam avida fuit; præproperâ festinatione hæc exaravi; festinavi ad alia; acceleravi, maturavi literas; festinatio curam exemit nitidiùs scribendi; approperatô opere, cursu magis quàm itineris modô, summâ properantiâ has deproperavi.

Propino, are, zutrincken geben/ zutrincken. R. à προπίνω, præbibo. Syn. Trado, offero.

Propinquitas, tis, Verwandtschafft / nahe Befreundung. Syn. Agnatio, conjunctio sanguinis, vel affinitatis necessitudo.)(Longinquitas. Epi. Maxima, pia. Usus. Pietate propinquitas colitur. Cum illo maximis vinculis cognationis & propinquitatis conjunctus.

Propinquo, are, näheren/ annäheren / näher

nåher kommen. *Syn.* Accedo viciniùs, propinquior fio.

Propinquus, a, um, der nahe ist. *R. à prope, qui prope est.* *Syn.* 1. Locô, intervallô, spatiô vicinus, proximè accedens, citimus, proximus, finitimus, necessarius, cognatus, appositus.)(*Longinquus.* *Usus.* Propinqui & finitimi horti. 2. *Tempore.* Propinquam mortem denunciat. 3. *Cognatione, amicitiâ propinquitate.* Arctior colligatio est societas propinquorum. 4. *Naturâ.* Gravi propinquum est inflatum. *Phras.* Propinquis & affinibus flores; â propinquis optimè paratus, munitus es; propinquis abundas; copia flores propinquorum. *V. Vicinus.*

Propior, oris, nåher. *Syn.* Arctior, junctior. *Us.* Omnibus sua pericula propiora videntur, quàm aliena. Causa fuit propior & exitu conjunctior. *Phras.* Propior est ejusdem gentis, nationis, linguæ societas; interior, arctior conjunctio eorum, qui ejusdem sunt civitatis.

Propitio, are; or, ari, * versöhnen / begütigen. *Syn.* Propitium reddo, placo.

Propitius, a, um, geneigt / günstig. *R. q.* prope itans. *Syn.* Secundus, præsens.)(*Infestus, iratus.* *Usus.* Ita mihi Deos omnes propitios velim. *Vid. Benevolus.*

Propola, æ, Fürkäuffer. *Syn.* Qui mercatur â mercatoribus, quod statim vendat.

Propono, ere, fürtragen / fürstellen / fürlegen. *Syn.* Pono, ante oculos mihi constituo. *Adv.* Breviter, paulò post, vehementer, aliquando tandem, amantissimè quid, fidissimè quid, ad timorem. *Usus.* Ediscendum aliquid publicè proponere. Ab eo, quod tibi proposueris, minùs aberrabis. Propone tibi duas leges, idque animô contemplare, quod oculis non potest. Qui leges scribunt, utilitatem reip. sibi proponere debent. Rei alicujus imaginem & memoriam sibi proponere. *Phr.* Nihil mihi præter gloriam proposui, hanc unâ persequi in animo est. Nihil mihi deliberatius est, hoc unicè intendo, hoc unum institui, me in hoc studium præclarè confirmavi; unam gloriam destinatam habeo; certum mihi est & obstinatum, hoc totis animis imbibi, fixum hoc est in animo & destinatum; quem ad gloriam impetum cæpi, prosequar. Ad communem omnium libertatem studia mea contuli, Ad unam civium libertatem meas curas intendi. Ad libertatem reip. meas cogitationes detuli. Nihil aliud â communi libertate quæsivi; nihil præter communem libertatem curavi, secutus sum, spectavi; proposita mihi nulla res fuit, nihil mihi proposui præter Reipubl. salutem.

Proportio, onis, Vergleichung gegen einander / Gleichmässigkeit / durchgängige Gleichheit. *Syn.* Comparatio. *Usus.* Quod aër aquæ, hoc aqua terræ proportione reddit. Habent hæ lineæ eandem proportionem & comparationem, quam habent centum ad sexaginta. Peræqua proportio.

Propositio, onis, Vortrag / davon man handeln will; ein vorgenommener Spruch. *Epi.* Ampla & splendida, infirma, perspicua. *Usus.* Hujus vitæ propositio & cogitatio.

Propositum, i, das Vorhaben / der Vorsatz. *Syn.* Scopus, mens, consilium, proposita ratio, susceptum consilium, institutum. *Usus.* A proposito declinare & deflectere sententiam. Egredi, aberrare à proposito. Permanere in proposito, susceptoque consilio. Ad propositum redire, reverti. Nullâ re â proposito deterrebor; perficiam, quod animô intendi; exequar destinata. *V. Propono.*

Propositus, a, um, vorgesetzt / beschlossen. *Syn.* Objectus, susceptus, manifestus, promptus. *Usus.* Hoc unum mihi in omni vitâ propositum erit. Omnibus fortunæ telis proposita est vita nostra.

Proprætor, oris, Statthalter. *Syn.* Cum prætoria potestate missus.

Propriè, eigentlich. *Syn.* Privatim.)(*Communiter, publicè, promiscuè.* *Usus.* Quòd me amas, tibi commune est cum multis; quod ipse amandus es, propriè tuum est. 2. *Ad rem, legitimè, verè.* O hominem nequam, nihil enim magis propriè dicere possum.

Proprietas, tis, Eigenschafft. *Syn.* Naturæ vis, natura propria. *Epi.* Singularum rerum proprietates & naturæ.

Proprius, a, um, eigen. *R. à propè vel quasi proprivus.* *Syn.* Singularis, peculia-

culiaris. *Adv.* Maximè. *Usus.* Non debes propriam fortunam, aut præcipuam postulare. Artis maximè proprium est creare & gignere. 2. *Legitimus, germanus, certus.* Certa & propria rei nota; nomen, vocabulum proprium rei. 3. *Constans.* Illud perenne & proprium manebit. *Phras.* Est ea tua laus propria, & singularis, & domestica; in eum locum à te ortus, te unô nixus ascendisti. Hujus gloriæ socium habes neminem. Totum tuum est, nihil tibi ex ea laude quisquam decerpit. Hoc tibi præcipuum à natura datum est. Copiarum hoc potiùs est quàm virtutis. Non hoc in virtute, sed in opibus situm est. Facit hoc non virtus, verùm copia divitiarum; divitiarum, non virtutis hoc est. Pertinet hoc ad copiam, non ad virtutem; non hoc virtus, verùm divitiæ præstant; pendet hoc à divitiis, non virtute.

Propter, umb / wegen. *Syn.* Ob, pro, *ratione causæ impellentis*, culpâ. *Usus.* Propter reliquæ ætatis peccata pænas persolvo. Legibus propter metum parere. 2. *Finis.* Tironem propter humanitatem ejus amo. 3. *Propè.* Propter flumen ambulare. *Phras.* Non propter quæstum ea præstiti; non quæstûs causâ, nec lucri nomine ea feci. Ea in re non cupiditati meæ serviebam, non utilitatem aucupabar, non tam de mea re sollicitus eram; non tam ad spem mercedis, quàm charitate ea præstiti; nec avaritiâ, nec studiô aliô id officium tibi exhibui; lucri ergo huc me nunquam demissurus eram. Non in lucrum meum contendebam, non quæstu ducebar s. movebar, ut ea præstarem.

Propterea, darumb. *Syn.* Ideo, idcirco, ex eo, eâ re. *Usus.* Atque hæc propterea dixi.

Propterea, quod, darumb daß. *Syn.* Propterea quia, ideo quòd, ex eo quòd, propter hanc causam quòd, ob eam rem quòd, eâ re, propter hanc dubitationem, quod. *Usus.* Etsi hæc consolatio sera est propterea, quod &c. *V. Ideo.*

Propudium, ii ein Unflath/Scheusal. R. *à quo* procul pudor. *Syn.* Res pudenda. *Usus.* Propudium illud & portentum.

Propugnaculum, i, Vestung/Bollwerck. *Syn.* Locus munitus, unde propugnari possit. *Usus.* Leges propugnacula sunt & muri, & præsidia tranquillitatis publicæ. Propugnaculis imperii socios defendere. Propugnaculum opponere, objicere, dejicere. Adjutorium senectutis & propugnaculum præparare.

Propugnatio, onis, Schutz / Vertheidigung. *Syn.* Defensio. *Epi.* Perpetua.

Propugnator, oris, Beschirmer / Beschützer / Vertheidiger / Verfechter. *Syn.* Defensor. *Epi.* Acerrimus, communis libertatis, studiosissimus, levior & timidior. *V. Defensor.*

Propugno, are, verfechten / vertheidigen / schützen und schirmen. *Syn.* Pugno.)(*Oppugno.* *Adv.* Acerrimè. *Usus.* Pro salute alicujus propugnare. *Phras.* Egregiâ laude se dignum ostendit, quia patriam fortiter tutatus est. Quia acriter, strenuè, vehementer pro patriæ commoda propugnavit; quia acerrimus patriæ s. patriæ libertatis propugnator ac studiosissimus defensor fuit; quia acerrimum se patriæ defensorem præbuit, præstitit, ostendit; quia hostibus patriæ suum corpus objecit, opposuit, summam laudem consecutus est. Ita pro patria pugnavit, patriam propugnavit, ut fortitudinis laudem tulerit. Prælia sustinuit pro patria; vires omnes ad salutem patriæ contulit; pro salute patriæ defendenda contendit omnes vires. *Vid. Defendo.*

Propulsatio, onis, das Abtreiben / Verjagen. *Syn.* Depulsio.

Propulso, are, abtreiben / wegtreiben / verjagen. *Syn.* Repello, arceo, depello, propello. *Usus.* Injuriam à se, impetum inimicorum, frigus & famem propulsare. *V. Pello.*

Propylæum, i, Vorhoff. *Syn.* Vestibulum. *Epi.* Præclarum.

Pro-Quæstor, Statthalter. *Syn.* Quæstoriâ potestate præditus.

Prora, æ, das Vördertheil des Schiffs. *Syn.* Anterior pars navis. *Usus.* In navigio latera, carina, prora, puppis.

Prorepo, ere, fortkriechen. *Syn.* Ultrà repo.

Proripio, ere, geschwind sich davon machen. *Syn.* Subduco. *Adv.* Repentè

Se

ſe, undique ſe. *Uſus.* E curia ſe proripuit, ejecit. *V. Prodeo.*

Prorogatio, onis, Auffzug / Verſchub / *Syn.* Prolatio. *Uſus.* Utar unius diei prorogatione.

Prorogo, are, verlängern / verzögern / auffſchieben. *Syn.* Differo, profero, propago, produco.)(*Concedo.* *Uſus.* Imperium alicui, provinciam prorogare. *V. Differo.*

Prorſus, gäntzlich / gantz und gar. *Syn.* Penitus, planè, omnino, funditùs, radicitùs, in totum, utique, usque quaque, omni ex parte, undique, ſine ulla exceptione.)(*Nulla ex parte.* *Uſus.* Prorſus non eſt dubium.

Prorumpo, ere, herfür brechen. *Syn.* Erumpo. *Uſus.* Prorumpet hominum audacia. *V. Erumpo. Impetus.*

Proruo, ere, * verwüſten. *Uſus.* Pars foſſas explebant, pars vallum vellebant, atque in foſſas proruebant.

Proſapia, æ, Geſchlecht / Stamm. *R.* à *Pro ſapando diſſeminando.* *Syn.* Genus, ſtirps. *V. Genus.*

Proſcenium, ii, * die Bühne oder Vorgerüſt auff dem Schauplatz. *Syn.* Locus ante ſcenam porrectus.

Proſcindo, ere, * zerſpalten / zerſplittern. *Uſus.* Terram aratrô proſcindere.

Proſcribo, ere, öffentlich anſchlagen / öffentlich feil bieten. *Syn.* Publico, proſcriptionem facio, edico. *Uſus.* Familia Catonis tota proſcripta eſt. *V. Exilium.*

Proſcriptio, onis, Verſchickung ins Elend. *Syn.* Damnatio, publicatio. *Epi.* Acerbiſſima, informata, mediocris, nova & multò crudelior, præclara, irrita. *Uſus.* Ferre, facere, inſtaurare proſcriptionem de capite & bonis civium. *V. Exilium.*

Proſcriptus, a, um, öffentlich feil gebotten. *Syn.* Publicatus, neci addictus civis, venalis decretus.

Proſemino, are, außſäen. *Syn.* Procreo. *Uſus.* Multæ familiæ Philoſophorum à Socrate proſeminatæ.

Proſequor, i, nachfolgen. *Syn.* Sequor, inſequor, ſubſequor. *Adv.* Longiùs. *Uſus.* Diſcedentem me & lachrymis, animô, corpore, copiis proſecutus eſt. Bona exiſtimatio eum usque ad rogum conſecuta eſt. Aliquem benevolentiâ proſequi. 2. *Orno, onero, cumulo.* Laudes clarorum virorum proſequi; plauſu aliquem, officiis alicujus memoriam proſequi; verbis vehementioribus aliquem proſequi. 3. *Ago, tracto.* Non id proſequor longius. 4. *Comitor.* Mirabilis eum civium benevolentia proſecuta eſt. *V. Sequor.*

Proſerpo, ere, * herfür kriechen.

Proſilio, ire, herfür ſpringen. *Syn.* Exſilio, prorumpo. *Adv.* Temerè. *Vid. Erumpo.*

Proſpecto, are, offen oder beharrlich ſehen. *Syn.* Proſpicio, ſpecto.

Proſpectus, ûs, das Sehen / Außſehen / Geſicht. *Syn.* Locus editus & apertus ad proſpiciendum, ſpecula. *Epi.* Præclarus, pulcherrimus. *Uſus.* Neſcio an magis tumulis & proſpectu an ambulatione delecter. pulcherrimus maris proſpectus. Omnis ora maris latè patentis ex tam alto jugo proſpectu oculis ſubjicitur.

Proſpeculor, ari, * vorher außſpähen. *Syn.* Speculor. *Uſus.* Ad locum caſtris capiendum proſpeculatum miſit.

Proſper, a, um, glücklich. *R.* *Ex* pro & ſpero; *alludit ad Græcum* πρόσφερος, *utilis.* *Syn.* Secundus, felix, ad voluntatem fluens.)(*Adverſus, incommodus, ſiniſter.* *Uſus.* Cum proſpero fortunæ flatu utâre. Proſpera, æquabilis, perpetuaque fortuna; vitæ ſine ulla offenſione, curſus proſperrimus. *Vid. Felix.*

Proſperè, glücklich / nach Wunſch. *Syn.* Feliciter. *Uſus.* Omnia tibi proſperè cedent, evenient, procedent.

Proſperitas, tis, das Wohlweſen / Wohlſtand. *Syn.* Res ſecundæ, commoditas, felicitas, ſecundus fortunæ flatus.)(*Afflictæ fortunæ.* *Uſus.* Improborum proſperitates & ſecundæ res. *V. Felicitas. Bona.*

Proſpicio, ere, ſehen / vorher ſehen. *Syn.* Prævideo, præſentio. *Adv.* Æquè, altè, ante, impoſterum, longè, multò ante, multùm. *Uſus.* Animô, conjecturâ longè antè futuram reip. tempeſtatem tanquam ex ſpecula proſpexi. 2. *Conſulo, provideo.* Famæ, ſociis, vectigalibus proſpicite. *V. Prævideo.*

Proſterno, ere, zu Boden ſchlagen / oder werffen. *Syn.* Abjicio, affligo, profligo,

go, ad casum do, perdo, obtero, perverto. *Usus.* Præcipitantem impellere, perditum prosternere. Prosternere se & supplicare alicui. *V. Dejicio.*

Prostibulum, i, * eine gemeine Hure. *Syn.* Scortum.

Prostituo, ere, * zu verkauffen geben / öffentlich feil bieten. *Syn.* Publicè statuo. *Usus.* Corporis potestatem facere promiscuè; pudicitiam prostituere.

Prosto, are, * herfür ragen / herfür stehen. *Syn.* Prostituor.

Prosum, prodesse, nützlich oder vorträglich seyn. *Syn.* Proficio, utilitatem vel fructum affero, emolumentum facio, consulo, orno. *Adv.* Admodum, multùm facetiis, necessariò, posteriùs, vehementer. *Usus.* Nec sibi nec aliis prodest. *V. Opitulor. Utilis*

Protego, ere, beschützen / beschirmen. *Syn.* Tueor. *Usus.* Jacentem & spoliatum protege. *V. Defendo. Tueor.*

Protendo, ere, herfür strecken. *Syn.* Prorogo. *Usus.* Comitia in alterum mensem protendimus.

Protero, ere, vertretten / zertretten. *Syn.* Conculco.

Proterve, * muthwilliglich/ freventlich. *Syn.* Immoderatè, superbè. *Usus.* Fidenter, protervè loqui.

Protervitas, tis, Muthwill/ Frevel. *Syn.* Petulantia. *V. Petulans.*

Protervus, a, um, frech / muthwillig. *R. quasi* protorvus, *vel à* proterendo. *Syn.* Petulans, audax. *v. Petulans.*

Protinùs, flugs / alsobald. *Syn.* Statim. *Usus.* Rogo, protinùs Romam pergas. *V. Statim.*

Protraho, ere, herfür ziehen. *Syn.* Traho. *V. Mora.*

Protrudo, ere, herfür stossen. *Syn.* Propello, impello. *V. Moveo.*

Proturbo, are, * hinweg treiben. *Syn.* Repello. *Usus.* Telis, missilibusque hostem proturbare. *V. Pello.*

Provectus, a, um, fortgeführet. *Syn.* Natu grandior. *Usus.* Non admodum grandis natu, sed tamen ætate provectior. 2. *Progressus.* Longiùs quam voluissem provectus sum.

Proveho, ere, fortführen. *Syn.* Produco, promoveo. *Adv.* Longiùs, paulò longiùs, multùm, nec ita multùm. *Usus.* Res nostræ ad optatum exitum provehuntur. Populari aurâ lætissimè provehitur. Navis in portum provehitur. *V. Progredior.*

Provenio, ire, heraus oder herfür kommen. *Syn.* Exorior, venio. *Usus.* Nec, quid proventurum sit, provident.

Proventus, ûs, * das Einkommen/ jährliche Gefälle. *Usus.* Calamitatum & miseriarum tot proventus. 2. *Successus.* Multum huc facit animi magnitudo, superioris temporis proventus.

Proverbium, ii, ein Sprichwort. *Syn.* Adagium. *Epi.* Contritum vetustate, sermone; verum & vetustate contritum, vetus laudatumque, vulgare, commune, verum. *Usus.* Hujus iniquitas in ore vulgi & communibus proverbiis versabatur. Tritum sermone proverbium. Contritum vetustate proverbium. *Phras.* Summum jus, summa injuria, vetus est proverbium; ùt vulgò dicitur; quemadmodum dicitur; veteris proverbii admonitu; ut est in vetere proverbio; ùt ajunt; quomodo ajunt; quod vulgo dici solet; quod proverbii locum obtinet; quod in proverbii consuetudinem venit; ùt proverbii locô dicitur.

Providentia, æ, Vorsichtigkeit / Behutsamkeit. *Syn.* Cura, gubernatio, consilium, divinum imperium, administratio, regnum, tutela, prudentia, numen. *Epi.* Diligèns & solers, divina, victrix & moderatrix. *Usus.* Providentia est, per quam futurum videtur, antequam eveniat. Deorum providentiâ mundus, ùt constitutus est, ita regitur, administratur; iidem rebus humanis consulunt, non universis solùm, sed singulis.

Providenter, fürsichtiglich. *Usus.* Ratio providentissimè constituta.

Provideo, ere, etwas muthmassen/ vorsehen. *Syn.* Prospicio, consulo, medeor. *Adv.* Ante, diligenter, divinitus, imposterum, longissimè, magnopere, multùm, publicè, sapienter, vehementer, benè, fortuitò, nihil. *Usus.* Vigilare, consulere omnibus, mederi incommodis hominum, providere saluti. 2. *Prævideo, præsentio.* Boni consulis est non solum videre, quid agatur, sed & in posterum providere. Rebus è sententia paratis, compositis, provisis. 3. *Præcaveo.* Ante animus occupa-

cupatur iracundiâ, quàm providere potuerit. *Phras.* Ego inimicorum insidias provideo, perspicio, odoror; cerno, intelligo, prævideo, cognosco, sentio. Non me latent, fugiunt, fallunt; non mihi ignorantur, obscuræ mihi non sunt, clàm mihi non sunt, quas inimici mei mihi parant insidias; quos mihi laqueos tendant, video, novi, didici, comperi, detexi. Quæ inimici mei adversùm me moliantur, mihi ignota minimè sunt; mihi patent, aperta sunt, liquent; me imprudente non fiunt; sunt mihi explorata, comperta, certa, nota, clara, manifesta perspicua, apprimè cognita.

Providus, a, um, fürsichtig / behutsam. *Syn.* Providens, cautus, multùm inposterum providens, sagax, prospiciens. *Usus.* Homo animal naturâ providum, sagax. *Phras.* Sapientiâ præditi res futuras ùt præsentes intuentur, tanquam oculis cernunt, longè in posterum prospiciunt. Sapientibus ante oculos futura sunt. Sapientibus eventa rerum patent. Sapientes futura cogitatione, animô percipiunt; conjecturâ futuras res assequuntur; ea, quæ impendent, tanquam ex aliquâ speculâ prospiciunt. *V. Prudens.*

Provincia, æ, Landschafft. *Syn.* Regio bellô devicta. *Epi.* Aliena, annua, antiquissima, fidelissima & proxima, apta explicataque, aptissima ad bellum renovandum, aquaria, citerior, clarissima, corruptior, cuncta, egregia & ad consulatum apta, Expeditissima, fidelis & amica alicujus, fructuosissima atque opportunissima; non tam gratiosa & illustris, quam negotiosa & molesta; illustris, infesta alicui, legatoria, levis atque inops, libera â prædonibus, locuples ac referta & vetus, longa, maxima, misera perditaque, nuda, officiosa, ornata, pacata per se & quieta, perdita & afflicta; plena laboris, periculi, detrimenti; propinqua, fidelis, recens, salva, splendida, suburbana ac plena optimorum sociorum, tacita & quieta, tribunitia, triumphalis, uberrima, vectigalis, urbana. *Provinciæ* consulares, dignissimæ aliquô, finitimæ, frumentariæ, gravissimæ, novæ, prætoriæ, totæ. *Usus.* Provinciam obtinere consulari imperiô. 2. *Transl. negotium, munus, onus, partes, opus, opera, pensum, labor, officium, officii munus.* Provinciam sibi & negotium deposcere. Provinciam alicui aliquam *decernere*, dare, tribuere, conferre, provinciæ alicui præficere. Provinciam *capere*, accipere, habere, sustinere, obtinere, gubernare, administrare, obire. In provinciâ versari. Provinciam *deponere*, finire, alicui abrogare. Provinciâ se abdicare.

Provincialis, e, zur Vogthey gehörig. *Usus.* Viri, negotia, officia provincialia.

Provisio, onis, Fürsehung. *Syn.* Remedium, cautio. *Epi.* Longa animi. *Usus.* Horum incommodorum summa cautio est atque provisio, ne nimis citò diligere incipiamus. 2. *Præsensio.* Multùm potest provisio animi & præparatio ad minuendum dolorem.

Provocatio, onis, Ausforderung / Aufforderung / Beruffung auff etwas. *Syn.* Auxilium. *Usus.* Provocatio patrona illa civitatis ac vindex libertatis. Ad populum provocatio esto.

Provocator, oris, Ausforderer.

Provoco, are, hinaus laden / aufffordern / ausfordern. *Syn.* Lacesso, tento, voco.)(*Respondeo.* *Adv.* Vehementer. *Usus.* Aliquem ad pugnam provocare. Injuriis aliquem provocare. Ad Catonem provoco.

Provolo, are, * herfür fliegen. *Usus.* Ingenti clamore in locum & vicem aliorum ante signa provolant.

Provolvo, ere, * niederfallen. *Usus.* In mediam viam aliquid; se ad genua, ad pedes alicujus provolvere.

Prout, wie dann. *Syn.* Ut, perinde ut. *Usus.* Prout res tulerit, agam.

Proximè, jüngsthin / unlängst / letzthin. *Syn.* Nuperrimè, postremò, paulò ante, maximè in proximo. *Usus.* Literas, quas ad te proximè dedi. 2. *Valdè propè.* Quàm proximè hostem accedere. Equites ad senatorem quàm proximè accedunt.

Proximus, a, um, der näheste.)(*Ultimus, longissimus, remotissimus.* *Usus.* *Temporis vi præterlapsi.* Consul annô proximô. 2. *Ratione loci.* Proximus Pompeio sedebam. 3. *Dignitate, gradu, honore, meritis, studio.* Eques Senato-

natoris dignitati proximus. *Thras.* Primus Cicero, huic proximus Antonius; ad eum propius accedit; haud multum infra Ciceronis eloquentiam Antonius. *Vid. Vicinus.*

Prudens, tis, klug/ fürsichtig. *R. contractum ex* providens. *Syn.* Prudentiâ præditus, sapiens, multarum rerum peritus, magni usûs, magni consilii vir. *Adv.* Satis superque. *Usus.* Vir peracutus & prudens, gravis, providus, cautus, ad consilia prudens. *Thras.* Vir prudens, & moderatus; moderator quidam & gubernator civitatis; & animô & consilio paratus; sapientiâ præditus propè singulari; quô consideratiorem vix reperias; ad prospiciendas insidias insigni prudentiâ; plùs consilio quàm fortunæ confidens; qui prudentiâ velut divinatione quâdam utatur, considératè faciat omnia; sagax & circumspectus, in existimando sciens prudensque satis.

Prudenter, klüglich / fürsichtiglich. *Syn.* Sapienter, providè. *Usus.* Multa prudenter prævisa.

Prudentia, æ, Klugheit/ Vorsichtigkeit/ Weißheit. *Syn.* Sapientia, intelligentia.)(*Temeritas.* *Epi.* Civilis, communis, domestica & civilis, dulcis alicui, eximia, fidelis, grata, valdè grata, non indiserta, mediocris, moderatrix eloquentiæ, quædam naturalis, perspicua, præstans; non præstans, sed propè vulgaris & communis; simillima rerum omnium, singularis, summa, tanta, vacua, vetus illa & excellens, vulgaris. *Usus.* Prudentia intellectu bonorum & malorum cernitur; ars est vivendi, ut medicina valendi; multarum rerum memoria & usus complurium negotiorum; scientia opportunitatis, idoneorum ad agendum temporum; senectutis propria, ut temeritas florentis ætatis. Prudentia in judicando, differendo. *Phras.* Impetum perditorum hominum tua prudentia, tuum consilium, tuæ mentis acumen & vis eximia franget, debilitabit, irritum faciet, inanem reddet, reprimet, retundet. *Vid. Consilium.*

Pruina, æ, Reiff. *R. q.* πρωΐνη, matutina, *quia est matutini temporis gelatus ros, vel q.* perurina, *à* peruro, *quia gramina perurit.* *Usus.* Aqua nive pruinaque concrescit. Obrigescere pruinâ.

Prurio, ire, * beissig und krätzig oder juckend seyn. *Usus.* Animus mihi prurit.

Psallo, ere, auff Saiten spielen. *Syn.* Fidibus cano, lyram pulso.

Pseudothyrus, i, heimliche oder verborgene Thür. *Syn.* Falsa janua, posticum vocant. *Usus.* Voluptates non januâ admissæ, sed pseudothyrô intromissæ.

Puber, eris, mündig / mannbar / erwachsen. *Syn.* Adolescens. *Usus.* Pater filium puberem habens. Nemo pubes tum fuit, qui non arma caperet.

Pubertas, tis, Mündigkeit / Mannbarkeit. *Syn.* Pili, qui primi puberibus efflorescunt.

Pubes, is, mündig/mannbar. *R. à Gr.* ἥβη. *Syn.* Puber.

Pubesco, ere, mannbar werden. *Syn.* Adolesco. *Usus.* Cum primùm pubesceret Hercules, in solitudinem abiit.

Publicanus, i, Zöllner. *Syn.* Qui vectigal exercet & exigit, vectigalis. *Epi.* Paulò cupidior, fortissimus & maximus, novus, afflictus, amantissimus alicujus; non firmus, sed alicui amicissimus; levis in exigendis vectigalibus, miser, molestus. *Usus.* Ordo publicanorum.

Publicatio, onis, Verhafftung in der Gemeine Namen / öffentliche Einziehung der Güter. *Syn.* Proscriptio bonorum.

Publicè, öffentlich. *Syn.* Vulgò.)(*Privatim.* *Phras.* Res publicè gesta, in oculis omnium, ante oculos, in luce, in publico, palàm populo. Vulgò, in propatulo, propalam gesta. *Vid. Conspectus.*

Publico, are, verkündigen/ gemein machen/ ausruffen. *Syn.* Proscribo, publicum facio, Præconi publico subjicio. *Usus.* Agros, domùm publicare, die Güter einziehen.

Publicus, a, um, gemein. *R. quasi* populicus *à* populus. *Syn.* Communis. *Usus.* Proponere epistolam in publico.

Publicum testimonium. *Thras.* In publicum prodire. Non latere in tenebris; in publicum cæcum prodire; in civium conspectu, in luce habitare; in solem & pulverem procedere; in foro versari; in publicum procurrere, se recipere; velut in aliquo theatro versari.

Pudens, tis, schamhafftig. *Syn.* Verecundus. *Usus.* Est in eo liberale ingenium, pudens, pudicum.

Pudenter, züchtiglich/ schamhafftig. *Syn.* Verecundè. *Usus.* Pudenter vivere, appellere, rogare aliquem.

Pudet, sich schämen. *R. Ex* ἐπαιδέομαι, *pudet, erubesco.* *Syn.* Pudore afficior, erubesco. *Adv.* Serò, & necquicquam. *Usus.* Sunt homines, quos infamiæ suæ nec pudeat, nec tædeat. Quem non pudet, hunc pænâ dignum puto. *Thras.* Pudebat eum plura proloqui; erubuit ora vestra; pudor eum penè subrusticus, ne plura diceret, deterruit; ne pluribus verbis ageret, verecundiâ impediebatur; pudore fractus s. confectus conticuit; plura dicendi verecundia rubor fuit; verecundiâ motus, deterritus, præpeditus plura non addidit. Tot Hominum conspectus ruborem ei incussit, loquendi verecundiam attulit; timidum eum pudor quidam obstupefecit.

Pudicitia, æ, Schamhafftigkeit. *Syn.* Pudor. *Epi.* Aliena, summa. *Usus.* Parcat juventus pudicitiæ suæ, ne spoliet, expugnet, eripiat alienam. Hunc nec pudicitia à cupiditate revocavit. Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. *V. Verecundia.*

Pudicus, a, um, schamhafftig. *Syn.* Verecundus, castus; homo timidus, virginali verecundiâ, pudentissimus & optimus. *Usus.* Domus pudica. *V. Verecundus.*

Pudor, oris, Zucht/ Scham. *Syn.* Verecundia, rubor, ingenuitas, integritas, modestia.)(*Petulantia, protervitas.* *Epi.* Honestus, mirificus, moderator cupiditatis, periculosus, singularis, subrusticus, summus. *Usus.* Pudor est moderator cupiditatis, ornamentum florentis ætatis. Si non famæ pudor, supplicii metus te absterreat. Pudorem dimittere. *Vid. Modestia. Verecundia.*

Puella, æ, Mägdlein/ Jungfräulein. *Usus.* Bellissima puella.

Puer, i, Knab/ Bube. *R. Ex Hebr.* Bar, *idem, vel a* purus. *Syn.* Filius, infans, servus. *Epi.* Acerbus, charus & jucundus, clarus & nobilis, conscius, egregius, fatuus & non gravis & non continens, festivus, formosus, non grandis, humanissimus, infans, insignis, miser, modestissimus & suavissimus, nobilis, optimus, parvulus, parvus, patrimus & matrimus, prætextatus, pulchellus, pulcherrimus, sapientior, suavis & amans alicujus, supplex, teter & fædus. *Pueri* Delicati, festivi, formosi, ingenui.)(Meritorii, lepidi ac delicati, regii, symphoniaci, venales. *Adv.* Penè, potiùs, planè. *Usus.* His pueris nihil potest esse festivius. Inter suos omnium deliciarum, omnium artium puerulos. Infirmâ ætate puer, imbecillâque vi mentis. Artes, quibus à pueris dediti fuimus. *Phras.* A puero, a teneris unguiculis, à pueritia, ab adolescentia, ab initio ætatis; ab ineunte pueritia, ætate; inde usque à togâ pura, à pueris, à primis temporibus ætatis nostræ, à parvis, â primo tempore adolescentiæ, ab incunabulis, à parvis; à parvulis doctrinæ fuit studiosus. Multa temerè in pueritia committuntur; multa leviter, multa inani quodam studio, in teneris annis, in primis temporibus ætatis, ab ineunte pueritia, â primo ætatis initio committuntur.

Puerilis, e, bübisch/ läppisch/ kindisch. *Usus.* Exercitatio, delectatio, species puerilis.

Pueriliter, kindischer Weise. *Syn.* Stultè.

Pueritia, æ, Kindheit. *Syn.* Primum tempus ætatis, primus actus vitæ, ætatis tyrocinium. *Epi.* Extrema, iners, petulans. *Usus.* A pueritiâ mihi cognitus es.

Puerulus, i, Knäblein/ kleiner Knab. *Syn.* Pusio.

Pugil, is, Kämpffer/ Fechter. *Syn.* Athleta. *Epi.* Olympionices, cupidus olympiorum, inexercitatus.

Pugilatio, onis, das Fechten/ Kämpffen.

fen. *Syn.* Pugilum exercitatio. *Usus.* Pugilatio, luctatio, curriculi.

Pugio, onis, Stoß-Degen / Dolch. *R. ab antiq.* pugo, *pro* pungo. *Syn.* Gladius brevis, sica. *Ep.* Cruentus, plumbeus, præsens, stillans.

Pugna, æ, ein Streit / Gefechte / Treffen / Schlacht. *R. à* pugnus; *veteres ante armorum usum pugnis certabant.* *Syn.* Prælium, certamen. *Ep.* Acerrima, calamitosa, equestris, gladiatoria, incredibilis, mala, navalis. *Pugnæ* innumerabiles, maximæ præclarissimæque, mirificæ, pedestres. *Usus.* Certum pugnæ diem *constituere.* Pugnæ locum quærere. Hostem ad pugnam evocârunt nostri, elicuerunt. Pugnæ copiam ac potestatem hostibus fecere. Pugnam denique nostri *capessunt*, committunt, conserunt, faciunt; ad pugnam procedunt, procurrunt, summâ contentione pugnâ decertant. Post horas aliquot *laxata* est pugna, remisit, senuit, sedata, inclinata, &, postquam aliquamdiu extracta, per noctem dirempta est. *Detrectabant* pugnam hostes, suos â pugna cohibebant, prohibebant, continebant. Pugnam *iterare*, instaurare, restituere de integro. Denuò in pugnam succedere. *Phras.* In illo prælio ducenti homines insigni fortitudine ceciderunt; in illo conflictu, bello, congressu, certamine ducenti homines virtute præstante mortem oppetierunt, occubuerunt, desiderati sunt. Ducentos homines pugna sustulit. *Vid. Certamen. Prælium.*

Pugnaciter, streitbarlich *Syn.* Pertinaciter. *Usus.* Pugnacissimè defendere suam sententiam.

Pugnator, oris, * Kämpffer / Streiter / Fechter. *Epi.* Maximus, & consideratus, & lentus. *Usus.* Fortissimi quique pugnatores cecidère.

Pugnax, cis, streitbar / tapffer. *Syn.* Pertinax, bellicosus.)(*Pacatus. Usus.* Oratio pugnax, centurio pugnax & lacertosus. In disputando perpugnax.

Pugno, are, streiten / kämpffen / fechten. *Syn.* Dimico, certo, congredior, depugno, contrarius sum.)(*Pacem accipio. Adv.* Acriter, apertissimè, cominùs in acie, contra, magnopere, mirabiliter, mirificè, periculosè, simulatè, vehementer, verè. *Usus.* Conditione pacem accipere malui, quam pugnare. Hæc inter se Stoici cum Peripateticis pugnant. 2. *Curo, contendo.* Illud pugna, & enitere, Hoc non magnopere pugno. *Thras.* Pugnatum est acerrimè; tumultuosò & minaci pugnæ genere excitus hostis; potiùs acie decernere visum, quàm inclusi de tectis mœnibusque decertarent; manus confertæ cominùs cum hoste, signa collata, tandem ad universæ rei dimicationem ventum est; pugnam capessivêre, Duces suismet ipsi corporibus miscuêre certamina; prælio cum hostibus contendêre; jam ad gladios, ad manus, ubi Mars est atrocissimus, ventum; aliquoties æquô campô collatisque signis certatum; peditum acies ingenti vi conflixit; ferrô decernere est visum; infestis cuspidibus, infestis animis concursum; pugna inita, anceps prælium, multos utrinque & fortissimum quemque absumpsit; coorti omnes in pugnam; tumultuariô præliô ac procursu magis militum, quam ex præparato, aut jussu Imperatorum atrox dimicatio fuit. Procursationes primùm leviaque certamina variô eventu inita; descensum deinde in aciem, signisque collatis justô præliô per multas horas pugnatum. Equestri imprimis præliô quotidie contendêre; cruentâ pugnâ denique depugnatum, decertatum est. *V. Certo.*

Pugnus, i, Faust. *R. à* πυγμή. *Usus.* Pugnis & calcibus concidere aliquem. Verbis inter se & pugnis contendere; certare pugnis, calcibus unguibus, morsu.

Pulcer, ra, um, schön / fein / hübsch / wohlgestalt. *R. à* πολύχροος, *multicolor.* *Syn.* Formosus, decorus, præclarus, visendus, egregius, egregiâ formâ, specie liberali, egregiâ facie, eximiâ facie, formæ præstantiâ. *Usus.* Suum cuique pulchrum est. Hominem pulchrè nôram. Pulcherrimè ferre adversam fortunam. *Phras.* Adolescens perpulcer; mirâ quâdam suavitate & lepore, summâ formæ dignitate; Cujus candor, proceritas, vultus oculique neminem non percellunt; aptâ

aptâ membrorum figura; mirâ coloris suavitate, insigni venustate & corporis pulchritudine; mira specie, dignitate, pulchritudine insignis; formâ lepidâ & liberali; facie concinnâ & venustâ; scitus adolescens, & longè festivissimus æqualium.

Pulchritudo, inis, Schönheit/ feine Gestalt / Hübschigkeit. *Syn.* Forma, species, dignitas, forma & species liberalis. *Epi.* Excellens, formæ muliebris eximia, insatiabilis, mera, recens atque integra, tanta. *Usus.* Pulchritudo corporis aptâ compositione membrorum movet oculos & delectat, quòd inter se partes omnes cum lepore consentiant. Virtus tantam habet pulchritudinem ac splendorem, ut nulla species excogitari possit ornatior. Fæminam venustas decet, virum dignitas. *Thras.* Lucretia erat eximia pulchritudine; incredibili venustate, gratiâ, decentiâ, decore, formâ prædita erat; formâ ornata, exornata erat; forma fulgebat, affulgebat, excellebat, præfulgebat, præstabat, pollebat, conspicienda erat, florebat; bellissimâ specie erat, speciosa erat. Lucretia pulchritudinis omnis exemplar erat. *V. Forma.*

Pulcrè, schön/ hübsch/ fein. *Syn.* Decorè, belle. *Usus.* Mihi pulcrè est; beatus sum. Pulcherrimè factum.

Pullarius, ii, ein Hüner-Hirt. *Usus.* Oblata est religio pullariorum admonitu.

Pullus, a, um, schwartz. *Syn.* Ater, niger. *Usus.* Vestis, toga pulla.

Pullus, i, das Junge eines jeden Thiers. *Syn.* Tener, volucris. *Epi.* Columbinus, milvinus, saturi. *Usus.* Attulit in cavea pullos.

Pulmentum, i, Zugemüß. *R.* *quasi* pulsimentum *à* puls. *Syn.* Obsonium.

Pulmo, onis, Lunge. *Syn.* Hauriendo spiritui pars apta. *Usus.* In pulmonibus inest raritas quædam & similis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima.

Pulpamentum, i, ein Leckerbißlein / schleckerhafft Stück Fleisch. *Syn.* Cibus lautior. *Usus.* Mihi pulpamentum fames est.

Pulpitum, i, * ein Gerüst oder Bühne/ Cantzel / Pult. *R.* *à* βολβὸς, *eminentia.* *Syn.* Locus ante scenam editior, suggestus.

Puls, tis, Brey/ ein Mueß. *R.* *à* πόλτος. *Usus.* Offa pultis.

Pulsatio, onis, Schlagung / Klopffung. *Syn.* Verberatio.

Pulso, are, schlagen/ klopffen. *Syn.* Verbero, percutio. *Adv.* Vehementius, extrinsecus. *Usus.* Pueri tui modò me pulsabunt. Januam pulsare.

Pulsus, ûs, ein Stoß/Trieb/Schlag/ das Klopffen. *Syn.* Motus, impulsus, agitatio. *Epi.* Adventitius, alienus, externus, extremus. *Usus.* Intermissô impetu, pulsuque remorum. Inanimum est, quod pulsu agitatur externô.

Pulverulentus, a, um, staubicht.

Pulvinar, is, Polster / Haupt-Küssen / Pfülbe. *Syn.* Lectus religione in templo positus & consecratus Diis. *Epi.* Sanctissimum. *Usus.* Ad omnia pulvinaria Deorum supplicatio decreta est.

Pulvinus, i, ein Pfülbe/ Küssen/ Haupt-Küssen. *Syn.* Lectulus, quô utimur, ut commodius sedeamus. *Usus.* Sella cum pulvino rosâ Melitensi farto.

Pulvis, eris, Staub / Pulver. *R. à* pulsu, *quia vento pedibusque pulsatur.* *Syn.* Trita, arida, levis terra. *Epi.* Eruditus, multus. *Usus.* Multus in calceis pulvis. Ortus ex distantibus locis pulvis velut nube inductâ omnia oppleverat. Altior densiorque pulvis sublatus hostis adventum indicabat. Prospectum ademerat pulveris nubes, donec pulvis consideret. 2. *Forensis acies, Doctrina.* Educere orationem ex umbratili exercitatione in pulverem.

Pumex, icis, * Reib-Stein / Bims-Stein / Tug-Stein / Bad-Stein. *R. q.* spumex *à* spuma, *est enim lapis levis & cavernosus spongiæ instar.* *Syn.* Lapidis genus cavernosum.

Punctim, * mit Stechen/stichweiß. *Usus.* Hispani punctim magis quàm cæsim feriunt.

Punctum, i, ein Punct / Tipflein. *Syn.* Lineæ extremum, quod magnitudinem nullam habet. 2. *Momentum.* Unô punctô temporis tot cædes editæ. Omnibus

mnibus minimis temporis punctis diligenter utere. Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit. 3, *Suffragia.* Quot in ea tribu puncta tulisti? Punctis singulis honorem colligere. 4. *Capita rationum præcipua, vel conclusiones ipsæ.* Minutis interrogatiunculis quasi punctis conficit, quod proposuit.

Pungo, ere, stechen. *Syn.* Ango, malè habeo, molestiam affero, perstringo, stimulo, stimulum admoveo, stimulis fodio. *Adv.* Perleviter. *Usus.* Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, qui me dies & noctes stimulat & pungit. Pupugit me tua epistola.

Punio, ire, straffen / rächen / anthen. *R. à* pœna. *Syn.* Vindico, castigo, plecto, ulcisor, pœnâ vel suppliciô afficio, suppliciô constringo, animadverto, pœnam sumo, supplicium adhibeo, suppliciô vindico, supplicium alicui irrogo; mulctam vel pœnam irrogo, alicui tribuo; supplicium adhibeo, exemplum in aliquem edo. *Adv.* Crudelius, levius. *Usus.* Sontes, maleficium, peccata punire. *Phras.* Æquum est scelera severè punire, vindicare, expiare; mulctâ, vinculis, verberibus coërcere; verbis castigare; pœnam sontibus irrogare; pecuniâ aliquem mulctare. Æquum est, ut rei pœnas scelerum pendant, dependant, persolvant; pœna capitis constituatur in reos; pœnis legibusque judiciorum teneantur; vitia hominum & fraudes morte mulctentur; ut pœnam meritam habeant, meritissimis plagis concidant; pares sint noxis pœnæ, suôque quisque vitiô plectatur. Severa sit animadversio & castigatio; meritum mali infortunium ferant; spretorum Numinum magnam mercedem habeant, ut in summum cruciatum veniant, supplicium de se dent, pœnas legibus debitas ferant. Quò enim impunitior fuerit iniquitas, hôc erit efferatior. Animadvertendum est in homines nocentes. Justa est in illos animadversio; animadversione uti adversùs improbos oportet; afficiendi sunt pœnâ, vindicandi, plectendi, ulciscendi, puniendi, castigandi, multandi, malè multandi sunt. Sumendum est de improbis supplicium; capere pœnas de improbis æquum est; Luant improbi pœnas factis dignas; Debitum supplicium persolvant; dignâ eorum factis animadversione plectantur, afficiantur. Oportet pœnas ab improbis judiciô persequi. Id agendum est Magistratibus, ut pœnas ab illis debitas judiciô exigant. Improborum audaciam meritâ pœnâ comprimere Magistratus debent.

Punitor, oris, Straffer / Rächer. *Syn.* Ultor, vindex.

Pupilla, æ, Augapffel. *Usus.* Fæminæ visu nocent, quæ duplicem pupillam habent.

Pupillus, i, ein Wäißlein / Mündling. *Syn.* Impuber, qui desiit esse in patris potestate. *Epi.* Infans. *Usus.* Pupillum fraudare, cujus ætatem & solitudinem, etiamsi tutores non essent, defendere Prætor debuit.

Puppis, is, der hintere Theil eines Schiffes. *Syn.* Pars navis posterior.)(*Prora.* *Usus.* Gubernator sedens in puppi, convertere navim ad puppim.

Purè, rein / sauber. *Syn.* Castè, simpliciter, candidè. *Usus.* Quietè, purè, eleganter acta ætas.

Purgatio, onis, Reinigung / Säuberung. *Syn.* Satisfactio, excusatio. *Usus.* Inediâ, purgationibus, vi morbi consumptus. Purgatio est, cùm factum conceditur, culpa removetur.

Purgatorium, ii, Fegfeur. *Phras.* Locus & regio apud inferos, in quo elapsi è corporibus humanis piorum animi, antequam in beatorum sedes transferantur, salutarium flammarum ignibus lustrantur & perpoliuntur.

Purgo, are, reinigen / säubern. *R. quasi* purum ago; *ex* purus *&* ago. *Syn.* Expurgo. *Adv.* Diligenter, præcipuè. *Usus.* Alvum purgare; Educ tuos tecum, purga urbem. 2. *Excuso, defendo, culpâ libero.* Purgavit se mihi per literas de negligentia scribendi & veniam petit. *V. Excuso.*

Purpura, æ, Purpur / Purpur-Schneck. *R. à* πορφύρα. *Epi.* Demissa ad talos, plebeia ac penè fusca. *Usus.* Purpurâ qui fulgent; Regali purpurâ ornatus.

Purpurasco, ere, roth werden / wie Purpur. *Syn.* Purpureum fieri.

Purpuratus, a, um, mit Purpur bekleidet. *Syn.* Conchyliatus, purpurâ ornatus. *Usus.* Illum regnantem videbam, istum illius purpuratum.

Purpureus, a, um, von Purpur/purpurfarbig. *Usus.* Vestis, pallium purpureum.

Purus, a, um, rein / sauber. *R. à* πῦρ, *ignis; quia is omnia purificat. Syn.* Mundus, castus, inviolatus, integer, liquidus.)(*Crassus & concretus. Usus.* Castus animus & purus, omni admistione corporis liberatus. Mens pura ac integra. Aër tenuis & purus. Nihil in historia dulcius pura & illustri brevitate. Suspicione omni vacui mores & puri.

Pus, ris, Eiter. *R. à* πύ⊕ν. *Syn.* Sanies.

Pusillus, a, um, klein / sehr klein. *Syn.* Parvus, brevis. *Adv.* Valdè. *Usus.* Pusilla epistola, liber. *V. Parvus.*

Pusio, onis, ein junges kleines Kind. *R. à* παῖς. *Syn.* Puerulus.

Pustula, æ, Bläßlein / Blätterlein. *R. quasi* perustula *à* perustus. *Syn.* Tuberculum in summo cutis nascens.

Putamen, inis, eine Schaale / Schelffe. *Syn.* Nucis durior cortex.

Putatio, onis, das Beschneiden der Bäume oder Wein-Reben. *Usus.* Putatio vitium & arborum.

Puteo, ere, stincken. *Syn.* Malè olet.

Puteus, ei, eine Pfütze / Ziehbrunn. *Usus.* Haurire aquam de puteo. *Vid. Odor.*

Putidè, stinckend. *Syn.* Fastidiosè, molestè, ineptè, odiosè dicere, se gerere.

Putidus, a, um, stinckend. *Syn.* Odoris mali, malè olens, insuavis, molestus, gravis, fastidiosus. *Usus.* Hæc molesta fortasse tibi & putida videntur. *Vid. Odiosus.*

Puto, are, vermeinen. *Syn.* Reor, sentio, opinio mea fert, in ea opinione sum; eô sum consiliô, ut putem; censeo, habeo, judico, æstimo, existimo, mihi persuadeo, opinio me tenet. *Adv.* Acutè, ad extremum, etiam atque etiam, falsò, planè ita, rectè, non, valdè. *Usus.* Primum illud debes putare, nihil esse quod &c. Pro nihilo putare aliquem. Ego te unum plurimi puto. Rem ipsam putemus. 2. *Inco.* Putare rationes cum publicanis. *Phras.* Puto exitum fore, qualem sum auguratus; opinor, arbitror, autumo, existimo, judico, censeo, duco, reor, sentio, ita mihi persuasi, ita in animum induxi meum, pro certo habeo, exploratum habeo, minimè dubitò, planè credo. Prorsus, omnino, penitùs, certò, pro certo, minimè dubitanter credo, exitum fore, qualem sum auguratus, qui augurió meô respondeat, quem prædixi. *V. Opinio. Judico.*

Putrefacio, ere, *stinckend machen. *Syn.* Corrumpo, dissolvo.

Putresco, ere, verfaulen / stinckend werden. *Usus.* Sui, ne putresceret, anima pro sale data est.

Putridus, a, um, faul/stinckend. *Syn.* Rancidus.

Putris, e, * vermodert/ stinckend / faul. *R. à* πύθω, *putrefacio. Syn.* Putridus, corruptus.

Putus, a, um, rein/ sauber. *Syn.* Purus, sincerus.

Pyxis, dis, eine Büchse der Apothecker/ oder Kramer-Büchse. *Usus.* Veneni pyxidem tradere, expedire.

Q.

Quà, dahindurch. *Syn.* Partim, quâ parte vel ratione. *Usus.* Quà dominus, quà servi. Licet mihi vagari, quà volo. Quà itineris, quà navigationis consilia.

Quàcunque, wohinaus. *Usus.* Quàcunque velis vagari.

Quadrantarius, ii, der auch um einen Heller die verächtlichste Dienste thut. *Syn.* Qui quadrante nummi meret.

Quadrageni, æ, a, viertzig/je viertzigmal. *Syn.* Quadragies. *Usus* Quadragena millia, viertzig tausend.

Quadrans, tis, * der vierdte Theil. *Syn.* Quarta pars assis.

Quadratus, a, um, viereckig. *Usus.* Triangula illa Geometrarum & quadrata.

Quadriennium, ii, Zeit von vier Jahren.

Quadrifariam, * in vier Theil getheilet. *Syn.* Quadripartitò. *Usus.* Quadrifariàm divisò exercitu.

Quadrigæ, arum, vier Rosse neben einander an einem Wagen / vierspänniger Wagen. *Syn.* Rheda quatuor equis vecta. *Epi.* Poëticæ, pomeridianæ. *Usus.* Bruti adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vecta.

Quadrigarius, ii, ein Fuhrmann/der mit vier Rossen fährt. *Syn.* Qui quadrigas agitat.

Quadrijugus, a, um, vierspännig. *Usus.* Curru quadrijugô raptari.

Quadrimus, a, um, vierjährig. *Syn.* Quatuor annos habens.

Quadringenti, vierhundert. Quadringentesimus, der vierhundertste. Quadringenties, vierhundert mahl. Quadringenus, vierhundert mahlig. Quadripartitus, in vier Theile getheilet. Quadriremis, vierruderig.

Quadro, are, viereckig machen / sich zusammen schicken und reimen. *Syn.* Convenio. *Adv.* Apertè. *Usus.* Omnia turpia in hunc hominem quadrant. Sunt quædam in te singularia, quæ in nullum hominem neque dici, neque convenire possint. Agmine quadratô incedere.

Quadrum, i, etwas vierschrötiges / oder viereckigtes / ein Viereck. *Transl.* à Geometris perfectionem significat, cùm nihil excurrit, nec deest. *Usus.* Redigere sententias in quadrum, numerumque. Arripe inconditam alicujus sententiam & dissipatam, eamque verborum commutatô ordine in quadrum redige.

Quadrupes, dis, vierfüssiges Thier. *Syn.* Bestia. *Epi.* Vasta, multæ. *Usus.* Nihil inter te & quadrupedem interest.

Quadruplator, oris, Vorschwätzer/heimlicher Angeber / der die Leuthe vor Gericht angiebt. *Syn.* Delator criminum publicorum, cui pars quarta cedat bonorum ejus, quem detulit. *Usus.* Homo omnium quadruplatorum teterrimus.

Quadruplex, icis, vierfach.

Quadruplum, i, idem. *Usus.* Dare judicium in aliquem in quadruplum. Quadrupli condemnari.

Quæro, ere, forschen/suchen/fragen. *R.* Ex *ἐρέω, vel compoſit. ἐπερέω.* *Syn.* Scrutor, vestigo, indago, excutio, aucupor, requiro, exquiro.)(*Respondeo.* *Adv.* Aliunde, ampliùs, apertè, contumeliosè, copiosiùs, curiosè de aliquo, diligenter, extrinsecùs, aliunde, falsò, foris, honestè, jam diu nihil, identidem, magnopere, multum diuque, non propriè, omnino, otiosè, privatim, procul, rectè omninò, separatim, sigillatim, subtilius, usquequaque. *Quæri* Commodius, separatim, comparatè, communiter, generatim, maximè & primùm, nusquam, obscurè opes, secretò, simpliciter, vehementer. *Usus.* Quærere & quasi percunctari. Rem mercaturis faciendis honestè quærere. 2. *Volo scire, peto, sciscitor, consulo, interrogo, contor, percontor.* Multa ex eo quæsivi, ab eo, de eo. 3. *Quæstionem habeo.* More majorum de servis in Dominum quæri non licet. Quærere de pecuniis repetundis, de cæde. *Thras.* Undique hominem quæro, investigo & conquiro; oculis hominem quæro, voce posco; ut terrâ marique conquireretur, mandavi; scrutatus sum, quæ potui, & quæsivi omnia; circumspexi, lustravi, perquisivi omnia, neque tamen ejus vestigium ullum apparet. Defessus sum urbem totam pervestigando; omnia circumcursavi, omnibus in latebris perreptavi, oculis, auribus, ut hominem pervestigarem. Ut Poëtarum fabulæ narrant, multùm studii posuit Ceres in filia perquirenda, quam inferorum DEUS Pluto surripuerat. Ut Poëtarum fabulæ narrant, diu ac multum Proserpinam Ceres perquisivit, investigavit, valde vigilavit in filia perquirenda; omnia loca permeavit, perlustravit, investigavit, penetravit Ceres, ut filiam reperiret. Nullum Ceres locum, nullas in quærenda filia latebras omisit. Quò non ivit, quò non accessit Ceres, ut filiam reperiret? *V. Inquiro. Indago.*

Quæsitor, oris, der Obrist-Lieutnant oder Gerichts-Herr über einen peinlichen Handel. *Syn.* Judex quæstionis. Prætor vel Judex, qui judicium exercet, vel qui præest quæstioni rerum capitalium & de repetundis. *Epi.* Æquus, gravis, firmus. *Usus.* Hunc quæsitorem & judicem fugiebant.

Quæso, ich bitte dich; ey lieber. *Syn.* Obsecro, quæro, peto. *Adv.* Magnopere,

pere, maximopere. *Usus.* Quæso, quid mihi faciendum? *Phras.* Dic, quæso, quid facto opus? Obsecro, amabo te, quid agendum suades? amabo te, si consilium dederis. *V. Rogo.*

Quæstio, onis, Frage. *Syn.* Dubitatio, controversia, inquisitio, disceptatio. *Epi.* Absoluta, acerrima, communis, constituta, definita, definitiva, diffusa, ficta, incorrupta, infinita, iniqua, integra, judicialis, legitima, magna, nova, obscura, perdifficilis & obscura, periculosa & infinita, perpetua, plena catenarum atque judicum, ex altera parte peculatus, publica, pulcherrima ad cognitionem animi & ad considerandam religionem necessaria, quanta & quàm periculosa & quam infinita, subdifficilis, superior, tota. Quæstiones definitæ, infinitæ, crudelissimæ, maximæ & minimæ & salutares, obscuræ & naturales, perpetuæ, remotæ ab officio oratoris, totæ, universæ, modicæ & paucæ. *Usus.* Aliquid in quæstionem ac disceptationem vocare. Id in quæstione versatur, ponitur, Poëtæ quæstionem illam attulerunt, posuerunt, diligenterque tractârunt. 2. *Diligens in foro criminis, etiam per tormenta, inquisitio.* Quæstionem de injuria à judice postulare. Quæstionem decernere, constituere. Quæstionem habere, exercere de perduellione. In caput alicujus quæstionem de furto habere.

Quæstor, oris, Cassirer / Reuthmeister / Schösser / Amtmann. *Syn.* Ærarii & pecuniæ publicæ præfectus. *Epi.* Ædilicius, bonus, custos pecuniæ, dignus, infirmus & inops, levis, libidinosus, optatior, salax, sordidior, urbanus.

Quæstorium, ii, Renth = Kammer / Rentherey / das Renthen=Amt. *Syn.* Domus quæstoris.

Quæstorius, a, um, dem Säckel= oder Pfennig=Meister gehörig. *Usus.* Persona, vis, comitia quæstoria.

Quæstuosus, a, um, gewerbhafftig / gewinnsüchtig / wucherisch. *Syn.* Qui quæstum facit; Id, ex quo quæstus capitur. *Usus.* Mercatura, prædia quæstuosa & fructuosa.

Quæstura, æ, Amt eines Säckel=Meisters / Schösserey / Renth=Amt. *Syn.* Quæstoris munus. *Epi.* Funesta, grata & clara, hæreditaria, nefaria, tota.

Quæstus, ûs, Gewerb / Gewinn / Wucher. *Syn.* Lucrum, compendium, commodum, emolumentum, merces. *Epi.* Domesticus paternusque, fæcundus uberque totus, campestris, forensis, frumentarius, honestus atque concessus, illiberalis & sordidus, immortalis, improbissimus, judiciarius, magnus, maximus, mediocris, meretricius, nocturnus, precarius, quotidianus, turpis & odiosus. Illiberales & sordidi, immanes, immensi & intolerabiles, improbissimi, liberales. Sordidi, magni atque uberes, maximi. *Usus.* Habere Remp. quæstui. In mercaturâ magnum sibi & uberem quæstum fecit, comparavit. Vocem, linguam, se totum in quæstum conferre. *V. Lucrum.*

Qualis, e, welcherley / was für einer. *Syn.* Cujusmodi, cujus generis. *Usus.* Qualis sit status rerum, inde cognosces. Qualis vir sit, quid hominis & cujusmodi, qui vir, cujusque animi, ut affectus sit, inde senties.

Qualiscunque, er seye wie er wolle / wie er auch ist. *Syn.* Quicunque, cujusmodi, cujuscemodi, cujusque modi, cujusmodicunque, qualis libet.

Qualitas, tis, Gattung / Art / Beschaffenheit. *Usus.* Qualitatum aliæ sunt principes, aliæ ex iis ortæ.

Quàm, als. *Cum* ante *&* *quibusdam aliis.* *Usus.* Duobus ante seculis, quam Plato floreret. Tertiò post die, quàm veneram. 2. *Cum comparativo*, sed hoc majus est, quàm ut à te postulem. Vehementior dolor, quàm ut ferri possit. Suscipere plus, quàm quantum præstare possis. 3. *Cum* possum *& superlativo.* Dico ergo quam possum maximâ voce. Nidos quàm mollissimos struunt aves. 4. *Contra quam.* Contra faciunt, quàm pollicentur. Supra feret quàm fieri possit. 5. *Pro valde.* Oratio quàm elucubrata; sunt vestrûm quàm multi: sanè quàm gaudeo. Quàm volueris multa dicam.

Quamobrem, warum. *Syn.* Quare, quid ita? cur, quò. *Usus.* Quamobrem ita statuas, velim.

Quamprimum, mit ehestem / auff das ehiste / ehistens. *Syn.* primô quôque tem-

tempore. Quàm mox, nullâ morâ, quam maturissimè.

Quamvis, wiewohl. *Syn.* Quantumvis, quanquam, licet.

Quandiu, wie lang. *Syn.* Dum, quantum, quoad, quam, quousque, quem ad finem.)(*Tamdiu.* *Usus.* Quousque, quamdiu, quem ad finem nos iste furor tuus eludet?

Quando, sintemahlen / wann. *Syn.* Cùm, ubi. *Usus.* Quando tandem? Quando, cum tibi scripsero, te moveas, velim &c. 2. *Cum, quia, quoniam, postquam, quandoquidem.* Quando verò res ita habent. Quando te video ita desiderare, obsequar voluntati tuæ.

Quandocunque, so offt und viel. *Syn.* Quôcunque tempore.

Quandoque, bißweilen. *Syn.* Aliquando.

Quandoquidem, sintemahlen. *Syn.* Nam, quia. *Usus.* Quandoquidem potes, fac tandem promissa. 2. *Cum, postquam.* Quandoquidem honestum ipsa virtus est.

Quanquam, wiewohl / obgleich / obschon. *Syn.* Tametsi, etsi, scilicet, quamvis. *Usus.* Quanquam ea verba satis sunt impropria.

Quantopere, wie sehr.)(*Tantopere.* *Usus.* Non tantopere desiderabam, quantopere delector.

Quantuluscunque, so geringe als es ist. *Usus.* Quantulum id cunque tibi est.

Quantum, wie viel / als viel / so viel möglich. *Syn.* Ut maximè, quàm, quot, quatenus. *Usus.* Laborabo, quantum maximè possum; quantum in me est. Quantum judico. Quantum in me situm est; quantum ex illo cognovi; quantum est in occasione, in celeritate. *Thras.* Enitar, quantùm possum, quà valebo, quoad rei natura patietur, quoad licebit, pro virili parte, quàm potero; contendam, quod in me fuerit.

Quantumvis, wiewohl / obschon / obgleich. *Syn.* Licèt, quamvis.

Quantus, a, um, wie viel / wie groß. *Usus.* Dixi tantâ contentione, quantum forum est. Ignoras, quæ, qualis & quanta sit vis amicitiæ.

Quantò, je / wie viel mehr. *Syn.* Quò. *Usus.* Quantò magis philosophari delectabit.

Quantuscunque, so groß und viel es seye. *Usus.* Totum hoc quantumcunque est, tuum est.

Quapropter, warum / darum. *Syn.* Quare, quamobrem, quocirca. *Usus.* Quapropter vos oro, Judices.

Quaquaversus, allenthalben / überall.

Quare, warum / weßhalben. *Syn.* Quamobrem, quapropter, ex quo. *Usus.* Quare illud restat. 2. *Cur.* Quare hoc negasti? *Thras.* Quare id consilii cœpit? Quem in finem? Quid erat, quod ita statueres? ut quid? quid ita? quam ob causam ita apud te constituisti? quid erat? quamobrem? Quid accidit, cur ista velles? Quibus rebus adductus? Quid est causæ, cur ita potissimum velles? quid ita? quò tandem nomine ita consuluisti? quâ gratiâ? quid est, quapropter ita statueres? Quid tibi isthuc in mentem venit?

Quartana, æ, viertägiges Fieber. *Epi.* Levior. *Usus.* In quartanam conversa est vis morbi.

Quasi, als / schier / gleichwie / gleichsam. *Syn.* Tanquam, quodammodo, perinde ac si. *Usus.* Quasi desperatos eos relinquamus. *Phras.* Negotium tuum quasi rem meam procurabo; tanquam mea res esset; perinde quasi de me ageretur; velut mea causa esset; rerum mearum modo; instar meæ rei curabo; non secus ac meas res curabo; mearum rerum similem curam geram; quasi si mea procurarem, sic tua procurabo.

Quassatus, a, um, zerquetscht / zerstossen / zerschüttelt. *Syn.* Fractus, debilitatus.

Quatefacio, ere, erschütteren. *Usus.* Nullò præsidiô quatefeci Antonium.

Quatenus, wie weit / so weit / in so fern. *Syn.* Quantum, *finis, termini, mensuræ ratione.* *Usus.* In omni re videndum & statuendum est, quatenùs. Id videamus, quatenus amor in amicitiis progredi debeat. 2. *Quod attinet, ex ea parte, quà, quâ in parte, tum.* Advertendum etiam, quatenus sermo delectet. Accipio excusationem ex ea parte, quatenus.

Quatuordecies, vierzehen mahl. Quaternus.

Quatio, ere, erschüttern / quetschen

R. à κεδάω, seu σκεδάω, dissipo. Syn. Quatefacio.

Quatriduum, i, die Zeit von vier Tägen. Quatridui abest. Quatriduo ante venit.

Quatuorviratus, ûs, die Würde und Hochheit der Vier-Herren. Syn. Quatuorviri.

Quemadmodum, gleichwie. Syn. Ut, ita ut, perinde ut, sicut. Usus. Exquire, quemadmodum se nunc gerat. 2. Quomodo, quâ ratione, qua viâ. Semper providi, quemadmodum salvi esse possemus. V. Sicut.

Queo, ire, mögen/vermögen/können. Syn. Possum. Usus. Non queo ad te sine lacrimis scribere. V. Possum.

Quercus, i, & ûs, Eich-Baum. Epi. Glandifera, vetus.

Querela, æ, Klage. Syn. Querimonia, conquestio, lamentatio. Epi. Gravissima, iniquissima inveterata, invidiosa, justa, magna, mira, misera & luctuosa, necessaria. Publicæ, assiduæ, inauditæ, multæ, quotidianæ. Usus. Nunc venio ad querelam & suspicionem tuam. Querelis quotidianis nihil proficio. Epistola plena stomachi & querelarum. Thras. Plena erant omnia querelarum; lacrimantes questi sunt; dolorem suum nobis impertiverunt, querebantur cum luctu & gemitu; fremebat urbs tota; querimoniæ de inimicorum injuriis conventusque habebantur. Expostulabant de injuriis; fuit communis omnium vociferatio; fama communis & querimonia, concursus plorantium, tempestas querelarum secuta est; primò secretæ multorum indignationes exaudiebantur, dein ad criminationem & publicam querimoniam res excessit. Vid. Lamentatio.

Queribundus, a, um, kläglich. Syn. Lamentabilis.

Querimonia, æ, Beschwerung/Klage. Syn. Querela, lamentatio. Epi. Communis, justa, magna, quotidiana, ficta, libera.

Queror, i, klagen/sich beklagen oder beschweren. R. à κινύρομαι, idem. Syn. Conqueror, expostulo, deploro, querelam vel querimoniam habeo, querelas deploro, querelas jacio. Usus. Cum luctu & gemitu de injuriis mecum querebatur, DEûm atque hominum fidem implorabat. Thras. Jure de te queror, conqueror, queritor. Æqua est mea de te querela expostulatioque; Cognosco æquitatem querelæ, expostulationis, querimoniæ meæ. Æqua mihi tecum est postulatio; jure te accuso; quod in me commeruisti, justam habet querelam. Æquam de te querimoniam habeo. Locus videtur esse tecum expostulandi, querendi de te, tui accusandi.

Questus, ûs, Klage/Jammerklage/Beschwerung. Syn. Querela, lamentatio. Usus. Qui questus, qui mœror in tanta calamitate? V. Querela.

Qui? wie? Syn. Quomodo? Usus. Quî hoc esse poterit?

Quia, dieweil. Syn. Quòd. Usus. Nemo dolorem, quia dolor est, amat. Quod ni tu voluisses.

Quicquam, etwas. Syn. Prorsus. Usus. Virtus, sine quâ nihil quicquam egregium.

Quicquid, alles das/alles und jedes. Syn. Quæcunque res.

Quicunque, ein jeder. Syn. Quisquis, quivis, quisque.

Quid? was? Usus. Quid est cur? quid pecuniâ fiet. Quid ejus sit, videbo.

Quidam, jemand. Syn. Nonnullus, aliquis, certus, ullus, quisquam unus. Usus. Hoc majus est quoddam, quam tu censeas. Quidam ex amicis.

Quiddam, etwas. Syn. Aliquid.

Quidem, ja/zwar Syn. Etiam, profectò. Usus. Cupio quidem certè. Hoc quidem verum est profectò. Non satis prudenter ille quidem.

Quidquid, alles das. Syn. Quod velis, quodcunque.

Quies, tis, die Ruhe. R. Ex Gr. ἡσυχία, quies. Syn. Requies, tranquillitas, laxamentum, otium, vacatio, cessatio, remissio, finis, respiratio.)(Actio, labor. Epi. Diurna & nocturna, placidissima, sempiterna. Usus. Excubabat animô, nec partem quietis admittebat; nec eum labor ad quietem revocabat; non cum quies, non remissio delectabat. Nunquam sibi quietem dabat vel otium. Quiete uti & suavitatibus nefas habebat. 2. Somnus.

Ad

Ad quietem eamus. Quieti nos tradamus. In quiete, ſecundùm quietem ſæpe videre nobis aliqua & audire videmur. *Phraſ.* Utimur ſummâ quiete; ſumma nobis pax, ſumma tranquillitas data, in ſummo otio vivimus; reſpiramus denique & acquieſcimus; otioſam ætatem & quietem agimus; Locô vivimus quietis & tranquillitatis pleniſſimô. Vitam tranquillam, remotam â procellis, invidiarum & judiciorum anfractibus, ſequimur. In viam beatæ, placatæ, tranquillæ vitæ deducti ſumus; ſine vi, ſine metu, ſine periculo ad otium nos totos referimus, tranquillis rebus, tacitis & pacatis utimur; in utramque aurem, ut ajunt, dormimus. Animis vacuis, ſine tumultu aut periculo jucundiſſimè reſpiramus.

Quieſco, ere, **ruhen.** *Syn.* Acquieſco, conquieſco.)(*Laboro, ago.* *Adv.* Contra, ita. *Uſus.* Quieſcamus denique & taceamus. *Phraſ.* Poſt tot moleſtias quieſcas licet. A tot moleſtiis quieſcas, quietem capias; quieti te tradas, quietô animô vivas, quietus eſto, vitam traducas quietam & otioſam, vitam traducas quietè; vitam in quiete degas, licet. Labori finem impoſui, labori finem feci. Labori graviſſimo quies aliquando ſucceſſit; laborem terminavi, ad finem ad exitum perduxi; ſuſtinui, quoad oportuit; perfunctus, levatus, liberatus, ſolutus, exemptus ſum; Labor ad finem pervenit; jam me non urget, non premit, non vexat labor.

Quietè, **ruhig.** *Syn.* Tranquillè.

Quietus, a, um, **ruhig.** *Syn.* Tranquillus, compoſitus, conſtitutus.)(*Immoderatè agitatus, & fluctuans.* *Uſus.* Quietâ mente conſiſtere. Vitam quietam & otioſam, ſine ullo labore & contentione traducere. *Phraſ.* Quies nunc à negotiis eſt. Quieſcunt negotia, nec geruntur. Negotiorum nihil eſt. Quieſcunt homines; feriæ ſunt à negotiis. Prolatæ ſunt res. Rerum nihil geritur. Vacatio eſt â rebus gerendis; vacationem â rebus, quietem â negotiis concedit tempus.

Quilibet, **ein jeder.** *Syn.* Quivis, quivis unus, quicunque, unus quislibet.

Quin, **daß nicht.** *Syn.* Ut non, cur non, qui non. *Uſus.* Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Nemo eſt, quin acutiùs &c. Nemo eſt, quin malit, quin exiſtimet.

Quincunx, cis, **fünff Untzen.**

Quindecies, **fünffzehen mahl.** Quindecim, **fünffzehen.** Quindecimvir, **Fünffzehen-Herr / Fünffzehener.**

Quinetiam, **ja auch.** *Syn.* Quin imo, atque etiam, quin præterea. *Uſus.* Id meum dolorem non levabat, quin etiam augebat.

Quingeni, **je fünffhundert.** Quingenti, **fünffhundert.** Quingenteſimus, **der fünffhundertſte.** Quinquageſimæ, **der fünffzigſte Theil.** Quinquageni, **je fünffhundert.** Quinquaginta, **fünffzig.** Quinque, **fünff.** Quinquennalis, **fünffjährig.** Quinquennium, **Zeit von fünff Jahren.** Quinque partibus, **in fünff Theilen.** Quinqueremis, **fünffruderig.** Quinquevir, **ein Fünffter-Herr.** Quinqueviratus, **Fünffter-Amt.** Quinquies, **fünffmahl.** Quintilis, **der Heumonat.** Quintus, **der fünffte.** Quinus, **je der fünffte / allemahl der fünffte.**

Quippe, **als / ſintemahl.** *Syn.* Nam, etenim, nempe, nec mirum, utpote.

Quiritatio, onis, * **Klage / Jammer-Klage / Winſeln / Klag-Geſchrey /** *Syn.* Lamentatio. *Uſus.* Fuga comitum & quiritatio facta eſt; tumultus totâ urbe diſcurrentium.

Quirites, tum, **die Römer / oder Bürger zu Rom.** *Syn.* Populus Romanus.

Quirito, are, **klagen / winſeln / wehklagen.** *Syn.* Fidem populi Romani imploro. *V. Queror.*

Quis, quæ, quid, **wer? welcher?** *Syn.* Quæ res. *Uſus.* Quis autem dubitet? Quis enim eſt? Ecquisnam eſt?

Quisnam, **wer?**

Quispiam, **etwan einer.** *Syn.* Aliquis, quisquam.

Quisquam, **einer / jemand.** *Syn.* Aliquis.

Quisque, **ein jeder.** *Syn.* Unusquisque, quivis, quilibet. 2. *Cum comparativo.*

Quò quisque est ingeniosior, hòc docet laboriosius. Ut quisque optimè natus est, ita honoris cupidissimus.

Quisquiliæ, arum, Ausfehricht / Kehrfel. *Syn.* Sordes.

Quisquis, jeder. *Usus.* Quisquis ille est, si modò est aliquis.

Quivis, ein jeder. *Syn.* Quilibet.

Quò, wohin. *Usus.* Quò tibi tantum opus erat? quò tantam pecuniam? quò faciliùs, hòc tardius. Non quò dubitem. Quorsum hæc oratio? Quò se miser vertet?

Quoad, wie lang/ so viel als. *Syn.* donec, usque dum. *Usus.* Quoad ejus fieri poterit. Eatenùs progredere, quoad liceat. Commodes te ei, quoad tua fides patietur.

Quocirca, wes wegen/ des wegen. *Syn.* Unde, ex quo, quò, itaque, quamobrem. *Usus.* Quocirca bene majores nostri.

Quòcunque, wo auch/ wohin auch. *Usus.* Quòcunque veneris.

Quod, darum/ daß/ dieweil. *Syn.* Quia, quò. *Usus.* Gratum est, quòd quieveris. Quòd utinam vitæ minùs cupidus fuissem. 2. *nam si.* Quòd si mihi permisisses.

Quodammodò, auf Arth und Weise/ etlicher massen. *Syn.* Quasi.

Quomodò, wie/ welcher Gestalt. *Syn.* Quô pactò, quemadmodum, quâ ratione, qui, quâ viâ, ut, quibus præsidiis & adjumentis. *Us.* Quomodò nunc sum, miserrimus certè sum.

Quomodocunque, wie es wolle/ wie es auch ist. *Syn.* Utut, utcunque, quoquomodo, quòcunque modò, quibus rebus possis. *Usus.* Quomodocunque se res habet, ad nos advola.

Quondam, ehemahls/ ehedessen/ vor diesem/ weiland/ vor alters. *Syn.* Olim, quodam tempore, alias; fuit quoddam tempus, cùm. *Us.* Et alias sæpè, & quondam apud Hortensium.

Quoniam, darum/ dieweil. *Syn.* Quia, pro eo, quod, quando. *Us.* Moriendum fuit, quoniam homo erat.

Quoquam, etwahin. *Syn.* Quocunque.

Quoque, gleich auch. *Syn.* Etiam.

Quoquò, wohin auch. *Syn.* Quocunque.

Quoquomodo, auf was Arth und Weise/ wie auch. *Syn.* Quomodo, quòcunque modò, quâcunque ratione, omni ratione. *Usus.* Quoquò modo sis meritus.

Quorsum, wohin. *Syn.* Quò, ad quid, quem in locum? quem in finem? *Usus.* Quorsum hæc tua oratio? Quorsum hæc spectant? pertinent? Quorsum ista evadent, recident, fluent, erumpent?

Quot, wieviel. *Usus.* Quot, quantæ calamitates.

Quotannis, jährlich/ Jahr aus Jahr ein. *Syn.* Singulis annis.

Quotcunque, wieviel.

Quotidianus, a, um, täglich/ alltäglich. *Syn.* Communis, assiduus. *Usus.* Sermo fictus, cultus, vulgaris, usitatus, & quotidianus.

Quotidiè, täglich/ Tag vor Tag. *Syn.* Singulis diebus, indies, in singulos dies, nullâ non die, quôvis die. *Us.* Quotidiè magis obdurescit.

Quoties, (ens) wie offt/ so offt. *Usus.* Quoties, & quot nominibus auferes?

Quotiescunque, so offt nur. *Syn.* Quôcunque tempore, quandocunque.)(*Toties.*

Quotquot, so viel es nur seye/ so viel es auch ist. *Usus.* Duo aut quotquot fuerint.

Quotus, a, um, der wievielste. *Usus.* Quotusquisque est, qui &c. Quotus est ille denarius?

Quousque, wie lange. *Syn.* Quamdiu, quem ad finem, quoad, quatenus. *Usus.* Quousque, inquies? Quoad erit integrum.

Quum. * als/ nachdem. *Syn.* Cum.

R.

Rabidè, wüthend/ tobend/ rasend. *Syn.* Furenter, rabiosè. *Usus.* Omnia rabidè appetens cum inexplicabili cupiditate.

Rabidus, a, um, toll/ rasend/ wüthend. *Syn.* Furens, rabiosus. *Us.* Aspectu rabido. *V. Furens.*

Rabies, ei, Grimm/ Zorn/ Tollheit/ Wuth/ das Rasen/ Raserey. *R. a Sono literæ* R. *vel a* rapiendo. *Syn.* Furor. *Epi.* inusitata. *Usus.* Hecuba propter animi acerbitatem & rabiem in canem versa fingitur. *V. Furor. Ira.*

Rabiosè, unsinniglich/ rasender Weise. *Syn.* Rabidè, furiosè.)(*Leniter, quietè.*

Rabiosus, a, um, vom Zorn erhitzt/ wüthend / tollsüchtig / rasend / tobend. *Syn.* Rabidus. *V. Furens.*

Rabula, æ, R. *qs. qui* rabidâ *contentione* radit;

radit; & nimia verbositate aures ferit. Zungendrescher; ein toller unsinniger Wäscher und Plauderer / sonderlich vor Gericht; ein schwätziger Advocat. *Syn.* Causidicus rabiosus, & ineptus. *Epi.* Probabilis. *Us.* Declamator de ludo, Rabula de foro.

Radicitus, von Grund aus. *Syn.* Stirpitùs, funditùs, omnino. *Usus.* Opiniones aliquas radicitùs ex animis extrahere, evellere, excutere. *V. Omnino.*

Radio, as, schimmern / strahlen. *Syn.* Radios emitto, fulgeo.

Radiosus, a, um, * glänzend / schimmernd / strahlend. *Usus.* Sol radiosus.

Radius, ii, Strahle / Glanz. *Syn.* Quasi luminis jaculum.

Radix, cis, Wurzel. *R. à Græc.* ῥίζα, quod idem significat. *Syn.* Stirps. *Epi.* Altissima. *Usus.* Vera virtus radices agit, radices habet altissimas, altissimis est defixa radicibus, quæ nullâ vi labefactari potest; firmissimis radicibus nititur. Non ramos solùm amputare vitiorum, sed ipsas radicum fibras evellere oportet.

Rado, ere, schaben / kratzen / abscheeren. *Usus.* Superciliis rasis.

Ramentum, i, * abgeschabtes Ding / Abschabsel / Abschnittlein / Abgänglein. *Syn.* Tenuis particula, *quasi* a radendo. *Usus.* Argenti, auri ramenta.

Ramosus, a, um, * voll Aeste / ästig.

Ramus, i, ein Ast / Zweig. *Usus.* Arboris ramum defringere.

Rana, æ, Frosch / Laub-Frosch.

Rancidus, a, um, * schimmlicht / faul / schmutzig. *Syn.* Putidus. *Us.* Rancidum Appium laudabant antiqui.

Rapa, æ, eine Rübe. *Syn.* Rapum.

Rapacitas, tis, Rauberey / Raubgierigkeit. *Syn.* Rapiendi cupiditas.

Rapax, cis, rauberisch. *Syn.* Prædo. *Usus.* Iste crudelis olim furunculus, nunc etiam rapax. 2. Citus, velox, rapax fluvius. *V. Prædo.*

Rapidè, eilend / behend / ungestümmlich. *Us.* Velociter & rapidè ferri.

Rapiditas, tis, * Behendigkeit / Schnelligkeit (des Wassers.) *Usus.* Rapiditate fluminis ad transeundum impediuntur.

Rapidus, a, um, rauberisch / behend / schnell / hinreissend. *Syn.* Velox.

Rapina, æ, Raub / Beuthe. *Syn.* Furtum vi factum. *Usus.* Spes prædæ & rapinarum. *V. Præda.*

Rapio, ere, gewaltsam / wegnehmen / hinreissen / rauben / plündern. *Syn.* Abripio, aufero, eripio, furor, prædor. *Usus.* Detrahere aliquid alteri & sibi rapere. 2. *Impello, ago, allicio, traho.* Voluptas omnes ad se rapit, trahit & convectat. Quò te effrœnata tua cupiditas rapiet? Curâ omni & studiô ad Philosophiam rapitur. 3. *Adduco.* In invidiam aliquem, in odium rapere. *V. Furari.*

Raptim, in der Eil. *Syn.* Cursim, subsecivis operis. *Usus.* Raptim cùm ageret & turbulentè.

Rapto, as, mit Gewalt wegschleppen / hinreissen / rauben. *Usus.* Quem vexâstis, raptâstis, omni crudelitate lacerâstis.

Raptor, is, * Räuber Dieb / Spitzbube.

Raptus, ûs, gewaltsame Entführung / Raubung. *Syn.* Stuprum. *Usus.* Raptus Virginis.

Raritas, tis, Löcherigkeit / Dünnigkeit / Seltenheit. *Usus.* In pulmonibus inest raritas quædam.

Rarò, selten. *Syn.* Rarenter, insolenter, non sæpe, minùs sæpe.)(*Vulgo. Usus.* Acipenser rarò admodum capitur.

Rarus, a, um, dünn gesäet / durchsichtig / selten. *R. à* ἀραιός. *Syn.* Quotus, paucus.)(*Multus, frequens. Adv.* maximè. *Usus.* In omni re optimum est rarissimum. *Phras.* Id quidem rarò s. perrarò accidit; ita rarò, ut, si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur; quasi albam avem acciperent; nihil eâ re infrequentius, peregrinius.

Ratio, nis, die Vernunfft / Sinnlichkeit / Verstand. *R. à* reor, ratus sum. *Syn.* Vis cogitandi. *Usus.* 1. *Mens, Animus.* Ratio præsit, appetitus obtemperet. 2. *Mentis actio, Iudicium, intelligentia, consilium.* Ratio, quasi dux lumenque vitæ, Domina omnium & regina. Rationis participem esse, ratione uti. Rationi & consilio locum dare. Rationi parêre, obedire. Modô & ratione omnia facere. De ratione deduci, abire, discedere. A totâ mente & ratione deficere. 3. *Argumentatio, argumentum.* Beweiß-Grund / Vernunfft-Schluß.

Autho-

Authoritates omnes contemnis, rationibus solùm pugnas. Veritatem rationibus exquiris. Rationes suæ sententiæ colligere, afferre, exponere, explicare. Rationem suæ sententiæ reddere, ostendere; rationibus disputare. Probare rationem alicui. Adversariorum rationes refutare, rejicere. 4. *Modus, via, consilium, institutum, genus, conditio, mensura*, Art und Weise. Belli gerendi modus & ratio. Aliquem in suam rationem & consuetudinem inducere. Mea in dicendo ratio hæc solet esse. Meæ vitæ rationes me inde avocant. Magnâ hoc ratione fecit. Vitæ ratione quantum inter se homines differunt! Tua ratio postmodum est commutata. Nunc alia ratio est rerum omnium. 5. *Res, negotium, factum.* Meas rationes semper tuæ saluti anteposui. Incumbe totô animô in eam rationem, quâ adhuc usus es. Erat ea res meis rationibus sanè noxia. Adjungere se ad rationes alicujus. 6. *Commercium, societas.* Omnis, quibuscum mihi ratio est aut fuit, quibuscum mihi ratio intercessit, quibuscum rationem contraxi. 7. *Cura, respectus.* Vulg. Habere, ducere rationem alicujus. Majorem rationem tuæ benevolentiæ habeo, quàm constantiæ. Sui commodi rationem ducere. Dignitatis tuæ summam rationem habebo. 8. *Ratio Administrationis & rei pecuniariæ*, Rechenschafft/ Rechnung. Rationes putare, cum aliquo conferre, subducere, tractare, conficere, inire. Rationes alicui edere, ab aliquo reposcere. Ad ærarium rationes referre, deponere. *Phras.* Hæc mihi ratio rei gerendæ non probatur; non agis, ut agendum censeo; aliter agis, atque ego agendum existimo; tuam agendi rationem improbo; consuetudo tua mihi non arridet; cum ita agis, à judicio meo discrepas, discedis, dissentis, procul abis. *V. Modus.*

Ratiocinatio, onis, Vernunffts-Schluß. *Epi.* Diligens & considerata. *Usus.* Nullæ leges afferuntur, è quibus ratiocinatio nascitur.

Ratiocinativus, a, um, * vernunfftmässig. *Usus.* Ratiocinativum genus orationis.

Ratiocinator, is, Rechen-Meister. *Syn.* Rationum subducendarum peritus. *Vulg. Calculator. Epi.* Hilaris. *Usus.* Boni ratiocinatores addendo demendoque vident, quæ reliqui summa fiat.

Ratiocinor, ari, vernünfftig schliessen oder urtheilen. *Syn.* Rationem habeo, rationem ineo. *Adv.* Rectè. *Usus.* Ratiocinari, quid in similibus fieri soleat. De Pecuniâ ratiocinari sordidum est.

Rationalis, e, vernünfftig. *Syn.* Quod in ratione versatur.

Ratis, is, Floß / Flott. R. à ῥοώδης, fluens. *Syn.* Genus navigii planum, & trabibus tantùm inter se nexis aptisque vinctum.

Ratus, a, um, steiff und vest / gewiß beschlossen / bestimmt / anberaumt. *Syn.* Firmus, constans, fixus)(*Irritus. Usus.* Astrorum rati & immutabiles cursus. Acta Cæsaris omnia rata habeantur. Hoc fixum & in perpetuum ratum, firmum, stabile sit. Ratô tempore fieri aliquid debet; pro ratâ parte plus, aut minùs. *V. Firmus.*

Raucus, a, um, rauh/ heisser. R. à βράγχος, *raucedo. Syn.* Obtusâ voce, dicendo, clamando fessus. *Usus.* Vox naturâ subrauca. Ipse rumor jam raucus est factus.

Raudusculum, i, ungeprägtes Silber. *Syn.* Pecuniola.

Ravis, is, Heisserkeit/ Rauhigkeit der Stimme. *Syn.* Raucedo. *Usus.* Ad ravim clamore poscere.

Re, in der Sach/im Werck und That selber / thätlich. *Syn.* Exitu. *Usus.* Non tam verbô, quàm re & exitu præstare aliquid.

Reædifico, as, wiederum bauen. *Syn.* Resarcio, instauro.

Reapsè, in der That selbst / würcklich. *Syn.* Reipsâ. *Usus.* Formæ reapsè nullæ sunt, speciem tamen exhibent.

Rebellatrix, is, * Auffrührerin. *Usus.* Ingeniô ferocem, & rebellatricem provinciam conficere.

Rebello, as, * auffrührisch seyn. *Usus.* Plures diversis locis rebellare cœperunt,

Recalcitro, as, hinten ausschlagen / mit den Hinter-Füssen ausschlagen. *Syn.* Calcitro.

Recale-

Recalesco, ere, wieder warm werden. *Syn.* Concalesco, refervesco.

Recanto, as, * nachsingen / ein ander Lied singen / wiederruffen. *Usus.* Jacta in aliquem probra recantare. *V. Palinodia.*

Recedo, ere, hinweg gehen / zuruck gehen. *Syn.* Discedo, abeo. *Adv.* Longiùs, ne tantulum quidem, necessariò, paululum. *Usus.* Ab armis, officio, causâ, à vetere consuetudine recedere, *V. Deficio.*

Recèns, erst neulich frisch. *Adv.* Recèns natus.

Recens, tis, neu / frisch. R. à νεαρὸς, novellus. *Syn.* Novus.)(*Antiquus, vetus.* *Usus.* Non ex recenti hominum sermone, sed annalibus. Aliter inveterata, aliter recentia. Est res in recente memoriâ. Homo è schola, è ludo recens. Recens ab illorum ætate.

Recenseo, ére, mustern / übersehen / erzehlen. *Syn.* Percenseo, persequor, percurro.

Recensio, nis, Erzehlung. *Syn.* Census, recognitio. *Epi.* Publica.

Receptaculum, i, Zuflucht / Herberge / Unterschleiff / Schlupff-Winckel / Behältnis / Auffenthalt. *Syn.* Locus receptator, perfugium. *Usus.* Cui templum illud fuit arx civium perditorum, receptaculum seditiosorum, castellum forensis Latrocinii.

Receptor, is, Einzieher / Einnehmer / Herberger / der Unterschleiff giebt / hauset und herberget. *Usus.* Messana furtorum receptrix.

Receptum, i, Verheissung / Zusage / Versprechung. *Syn.* Promissum. *Usus.* Promissum ac receptum intervertit.

Receptus, ûs, Abzug vom Streit / Wiederkehr. *Syn.* Perfugium, avocatio ex bello. *Usus.* Receptui canere. Nullum receptum, nisi ad te, ad tuam opem habeo.

Recessus, ûs, Abweichung / Abtritt. *Syn.* Digressus.)(*Accessus.* *Usus.* Luna accessu recessuque suô maris accessum recessumque gubernat. 2. *Latebra.* Multæ in hominum animis latebræ, multi recessus.

Recído, ere, abschneiden / abtrennen. *Syn.* Incido. *Usus.* Recidere ornamenta superflua.

Récido, ere, widerfallen / zurück fallen. *Syn.* Convertor, cado, redundo, incido. *Usus.* Ex lætitia in luctum, in priorem fortunam recidere. Ea res in hunc annum recidit. Mala consilia in authorem recidunt. Huc tandem omnia recidêre? Ad nihilum molitio tota recidit. *V. Cado. Venio.*

Recino, ere, wieder singen. *Syn.* Resono.

Recipio, ere, wieder nehmen / zurücknehmen. *Syn.* Accipio, rescisco, recupero. *Adv.* Brevi, difficillimè, tardiùs. *Usus.* Aliquem in fidem suam, in gratiam, amicitiam ac familiaritatem recipere. Aliquem splendidè hospitiô, ad epulas recipere. 2. *Abeo, exeo, redeo, Proficiscor.* Domum se, in castra, in Italiam è provinciâ recipere. Ad mores pristinos, ad ingenium suum, ad meliorem frugem se recipere. Recepit se hostis. 3. *Colligo,* se à timore, animum è magno metu recipere. 4. *Polliceor.* Mandata effice, quæ recepisti; scis, quid tibi de me receperim. Recipere & confirmare aliquid alicui. Tibi spondeo, in meque recipio.

Reciproco, as, wiederkehren. *Syn.* Vicissim remeo. *Usus.* Quid Euripo in motu reciprocando constantius?

Recitatio, nis, Ablesung / Hersagung / Erzehlung. *Syn.* Lectio. *Usus.* Litterarum recitatio.

Recitator, is, Leser / Hersager / Erzehler. *Syn.* Author, lector.

Recito, as, laut ablesen / hersagen / nacheinander her erzehlen. *Syn.* Tracto, reddo, percenseo, pronuncio. *Adv.* Clariùs, denuò, identidem, palàm. *Usus.* De tabulis publicis recitare. Epistolam, scriptum ex ordine recitare.

Reclamatio, nis, Anruffung / Zurückruffung. *Syn.* Acclamatio. *Epi.* Præclara, luculenta.

Reclamo, as, widersprechen. *Syn.* Repugno, adversor, contradico. *Adv.* Fortissimè, vehementer. *Usus.* Tota theatra, omnes unâ voce reclamârunt. *V. Adversor.*

Reclino, as, zuruck biegen. *Syn.* Reflecto, inclino.

Recludo, ere, eröffnen / wieder auffschliessen. *Syn.* Aperio.

Recogito, as, nochmahls bedencken / weiter überlegen. *Syn.* Meditor. *Vid. Cogito.*

Recognitio, nis, Besichtigung. *Syn.* Recensio. *Usus.* Ejus animus nunc in recognitione scelerum suorum versatur.

Recognosco, ere, betrachten/ wieder in Augenschein nehmen. *Syn.* Æstimo, considero, agnosco, recenseo. *Adv.* Penitus, perlibenter. *Usus.* Nihil novi audietis, vetera solùm recognoscetis. Recognosce mecum illam noctem. Reminiscendo recognoscere aliquid. *V. Considero.*

Recolligo, ere, wieder zusammen lesen/ erholen/ wieder erholen. *Syn.* Mitigo, reconcilio. *Usus.* Alicujus animum recolligere. *V. Colligo.*

Recolo, ere, erneuren. *Syn.* Recognosco, animadverto. *Usus.* Pristina sua studia recolere. Pueritiæ nostræ artes inter nos recognoscimus.

Reconciliatio, nis, Vergleich/ Versühnung/ Vertrag. *Syn.* Reditus in gratiam. *Usus.* Cæsar agit de reconciliatione gratiæ suæ, & Pompeji. *Phras.* Ut tua mihi voluntas reconcilietur, operam dabo, enitar, contendam, elaborabo. Efficiam, ut gratiam mihi tuam meô meritô restituas; ut mecum in gratiam redeas, ut te mihi reconciliem. Efficiam, ut animus tuus, qui antea erat, idem in posterum erga me sit; ut sis in me sicut antea animatus; ut si quid alienæ opinionis, aut parum amicæ voluntatis adversùs me suscepisti, deponas, abjicias, dimittas.

Reconciliator, is, * Versöhner/ Schiedsmann.

Reconcilio, as, mit einander vertragen / vergleichen / versöhnen. *Syn.* Placo, in gratiam reduco, in veterem gratiam restituo, distractos in pristinam concordiam reduco, controversiam dirimo, reduco in gratiam, pacem concilio; gratiæ reconciliationem efficio, procuro. *Usus.* Hic me meus animus cum Cæsare reducit, reconciliat; restituit in gratiam, à qua hactenus alienatus fueram. Inimici in gratiam reconciliabuntur. *Phras.* In gratiam rediimus, reconciliati sumus; odium amore commutavimus. Depositis odiis mutuam benevolentiam suscepimus. Inimicitias, simultates, odia deposuimus, abjecimus, dimisimus. Omnem veterem injuriarum memoriam, omnem ulciscendi voluntatem ex animo delevimus. Pulsô odiô successit amor. Orta est inter nos, vetere prorsus extinctô odiô, mutua benevolentia. Animorum nostrorum in amore mutua consensio; animorum nostrorum ad amandum mutua propensio; animorum nostrorum ac voluntatum similitudo diuturno successit odio. *V. In gratiam redire.*

Reconcinno, as, wieder zurecht bringen oder machen. *Syn.* Reficio.

Reconditus, a, um, verborgen/ verwahrt/ verschlossen/ geheim. *Syn.* Occultus, retrusus, abditus, abstrusus.)(*In promptu.* *Usus.* Quod celari debebat, habebat reconditum & sepositum. Interiores & reconditæ litteræ. Homo naturâ tristi, & reconditâ. Natura in specie oris reconditos mores effinxit.

Recondo, ere, verbergen / verwahren / auffheben / verschliessen / beyseit thun. *Syn.* Condo, sepono, abdo, abstrudo. *Adv.* Nimium, penitus. *Usus.* Gladium in vaginam recondere. Mens visa arripit & recondit, inde memoria oritur. *V. Abscondo.*

Recoquo, ere, wieder kochen. *Usus.* Nemo me tanquam Peliam recoxerit.

Recordatio, nis, Erinnerung. *Syn.* Memoria, revocatio. *Epi.* Acerba, apta, assidua, non satis explicata, grata, jucunda, sana, secura, suavis. *Usus.* Recordationes fugio, quæ quasi morsu quôdam dolorem efficiunt. Repetere animô veteris memoriæ recordationem. *V. Memoria.*

Recordor, aris, wieder gedencken / sich erinnern. *Syn.* Reminiscor, memoriâ teneo, memoriâ custodio, memoriam alicujus rei habeo, in memoriam redit aliquid, alicujus rei in memoriam venio, recogito, animum in aliquam rem refero; memoriâ retineo, memoria alicujus rei me tenet, menti infixum est; memoriam alicujus rei teneo, servo; aliquid in mente versatur, memoriam excieo, animô ac memoriâ teneo, venit in mentem, memo-

memoriâ repeto, in memoriâ mihi est, revoco animum ad memoriam, memoriam conservo, ex animo meo non discedit, mea memoria est. *Adv.* Diligentius, multùm, verè. *Usus.* Recordor tua consilia, tuorum consiliorum, de tuis consiliis; reipsa admonitus recordor, & reminiscor. *V. Memoria.*

Recreo, as, ergeßen / erquicken / laben / erlustigen. *Syn.* Reficio, relaxo, colligo, restituo, relevo. *Adv.* Necessariò, ocyus, paululum. *Usus.* Recreat me & reficit aspectus vester. Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. Litteris tuis sustentor & recreor. Cum animus se collegit, & è mœrore f. timore se recreavit. E morbo recreari, & convalescere. *Phras.* Libenter me à magnis curis recreo, tristitiam & severitatem ludô, aliquô relaxo & mitigo; ab disputationum contentione animos curasque laxo; ex diuturnâ perturbatione, suavitate amicorum me recreo; vires amissas revoco; curam animi quiete aliquâ remitto; me confirmo, relevo; in ipsâ occupatione delectationes aliquas quæro; requietem aliquam corpori & animo indulgeo. Jucunditati me do; ad omnem animi remissionem descendo; ab ceteris oblectationibus & voluptatibus desertus otiô me sustento, & recreo. Cum amicis me quàm felicissimè oblecto. Varias à molestiis aberrationes, ac velut diverticula quædam, & requiem animo meo quæro; Inter labores jam exhaustos & mox exhauriendos intervallum aliquod interjicio; corpus, animumq; revoco, ad novos labores de integro ferendos. Ab assiduis contentionibus studiorum animum laxo, remitto; sic mihi animus redditur, redit, curæ eæ corde excedunt.

Recresco, ere, * wieder wachsen. *Syn.* Rursum cresco.

Recrudesco, ere, ärger / schlimmer werden / wieder aufbrechen. *Usus.* Illa, quæ consenuisse videbantur, recrudêre.

Rectâ, gerades Wegs. *Syn.* Rectâ viâ, directè.)(*Obliquè, circuitione & anfractu.* *Usus.* Mihi rectâ iter Romam est. Rectâ è navi ad me venit.

Rectè, recht / wohl. *Syn.* Bene, probè, præclarè, jure, more, rite, ordine, ratione, per rectum cursum,)(*Perperam, obliquè, vitiô, per circuitionem, per anfractum.* *Usus.* Rectè atque ordine, & è rep. factum est. Si rectè homines novi. Rectè, an secus, nihil ad nos. Rectè & meritò commoveris. Rectè, ordine, ratione fecisti. Atomi rectè feruntur aliquæ. *V. Bene.*

Rectio, nis, Herrschung / Regierung. *Syn.* Gubernatio, administratio. *Usus.* Non privatæ solùm rei ratio, sed & reip. rectio.

Rector, is, Regierer / Herrscher. *Syn.* Gubernator. *Epi.* Comior, justus, summus. *Usus.* Rector publici consilii, author, Gubernator urbis & conservator. Rector navis; DEUS Rector, summus moderator, & architectus tanti operis.

Rectus, a, um, recht / gerecht / auffrichtig. *Syn.* Bonus, directus.)(*Pravus.* *Usus.* A rectâ conscientiâ transversum unguem discedere, non oportet. Rectâ intelligentiâ, rectis oculis aliquid intueri. Rectissima sunt, quæ maximè conducunt.

Rectum, i, das Recht / Billigkeit.)(*Pravum.* *Us.* Rectum est, quod cum virtute & officio fit. Rectum non solius laudis causâ sequendum est. Te nihil scribere, rectum vix est. *V. Honestum.*

Recubo, as, ligen / ruhen. *Syn.* Recumbo, jaceo, quiesco. *Usus.* Molliter & delicatè recubans.

Recudo, ere, * wieder schmieden. *Usus.* Vetera metalla recudunt.

Recumbo, ere, ligen / sitzen. *Syn.* Cubo. *Usus.* In herba recumbo.

Recuperatio, nis, * Wieder-Erlangung. *Usus.* Ista præclara est libertatis recuperatio.

Recuperator, is, zu sonderbahren Sachen verordneter Richter. *Syn.* Judex in causis privatis & civilibus. *Epi.* Improvidus. *Usus.* Alicui recuperatorem dare.

Recuperatorius, a, um, solchem Richter eigen und gehörig. *Usus.* Judicium recuperatorium.

Recupero, as, wieder überkommen / wieder erlangen. R. *quasi* recipero, *ex* re *&* paro, *vel a* recipiendo. *Syn.* Recipio, redimo, reparo. *Usus.* Erepta recuperare,

rare, restitui in antiquum statum; recipere amissa; reconciliare, recuperare existimationem perditam. *Vid.* *Restituo.*

Recurro, ere, **zurück lauffen / wieder kommen / sich wieder einstellen.** *Syn.* Redeo, revecto. *Usus.* Velim quàm primùm ad nos recurras.

Recusatio, nis, **Weigerung.** *Syn.* Declinatio.)(*Concessio.* *Epi.* Justa. *Usus.* Omnes sine morâ, sine ulla recusatione, summô etiam studiô & alacritate negotium susceperunt; nemo abnuit, nemo deprecatus est.

Recuso, as, **abschlagen / ausschlagen / verweigern.** *Syn.* Refuto, abnuo, recusationem habeo, defugio, refugio, declino, aspernor, nolo, ejuro, devito, repudio, nego, deprecor, aversor, rejicio, tergiversor, abhorreo, declino, dejicio, à me removeo.)(*Concedo.* *Adv.* Diu, honestè, valdè, vehementer. *Usus.* Nihil, quod homini accidere possit, recusandum est. Nihil causæ est, nihil tergiversandum, quin negotium illud quantocyùs suscipias. *Vid.* *Nolo.*

Redamo, as, **Gegen-Liebe bezeugen / wieder lieben.**

Redarguo, ere, **mit Worten straffen.** *Syn.* Convinco, coarguo, pervinco.)(*Probo.* *Usus.* Inconstantiam alicujus redarguere. 2. *Increpo, accuso.* *Usus.* Redargue me, si mentior. *Vid.* *Arguo.* *Reprehendo.*

Reddo, ere, **wieder geben.** *Syn.* Restituo, refero, persolvo, do, tribuo, remunero. *Adv.* Celeriter, commodè, cumulatè, diligenter, justè, Latinè, opportunè, probabiliter, studiosè, tardè, vicissim, verbosiùs. *Usus.* Eâdem mensurâ vel etiam cumulatiore, quàm acceperis, reddere. Suum cuique reddere. 2. *Recito.* Quæ quis didicerit, totidem verbis reddere. Quæ Græcè legeram, Latinè reddebam. 3. *Narro.* Sententiæ suæ rationem reddere. 4. *Similis sum.* *Usus.* Filius matrem reddit. 5. *Efficio, præsto.* Vacuum reddere, cupiditas reddit homines cœcos. *Phras.* Redde, quod debes, restitue mutuum, refer gratiam acceptorum; repone, adnumera, redde, renumera, retribue, quod debes aurum.

Redemptio, nis, **Kauff / Dingnus.** *Syn.* Conductio. *Usus.* Publicani temeritate redemptionis penè eversi.

Redemptor, is, **Verdinger / Auslöser.** *Syn.* Operis faciendi, vel vectigalium conductor. Qui à Cic. manceps dicitur. *Usus.* Redemptor ille, qui de Torquato columnam conduxerat faciendam.

Redeo, ire, **wieder kommen / zurück kehren.** *Syn.* Revenio, reverto, vel revertor, me recipio. *Adv.* Gradatim, insidiosè, peregrè, serò, verissimè. *Usus.* Ad quos dies redibis? In gratiam redire cum aliquo. Ad ingenium suum & mores rediit, se retulit. In pristinum statum res rediit, parum ex illo agro redit. *Phras.* Cupio quamprimùm ad vos redire, ad vos me recipere; in optatis mihi est, ut me aliquando vestri & patriæ fortuna compotem faciat; me in Patriam pedes referant; in meam domum remigrem, in agros meos & sedes revertar; domum me referam; reditu aut potius reversione meâ vos exhilarem; ut ad vos recurrere, postliminiò redire, patriæ me reddere liceat. Dii faciant, ut expeditum in Patriam receptum habeam, domum reveniam; laribus meis denuò restituar; focos meos tandem recuperem.

Redire. *De oratione.* Sed ut redeam ad id, unde cœpi; sed redeo ad prima; sed redeamus rursus ad ea, quæ institueram; ut ad prius revertar; redeat ad altercationem oratio. Hæc adhuc, sed ad præterita revertamur. Verùm, ut ad altercationem, de quâ digressa est, revertatur oratio. Verùm ut ad jurgium illud, quo loco digressus sum, revertar. Sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc, unde deflexit. Ut eò, unde digressa est, se referat oratio; sed ut eò revocetur, unde huc declinavit oratio; sed redeamus ad inceptum.

Redhibeo, ere, **wieder geben / zurück geben.** *Syn.* Quasi retro habeo. *Usus.* Rem emptam, cujus vitium non dixerit venditor, emptori redhibere. *Vid.* *Reddo.*

Redigo, ere, **zu oder in etwas bringen und zwengen.** *Syn.* Vi recipio, adduco, pertraho. *Usus.* Bellicosas gentes in ditionem suam ac potestatem, sub impe-

imperium & jurisdictionem redigere. 2. *Conficio, colligo, revoco, reduco.* Ex prædâ, è bonis venditis, magnam vim pecuniæ redigere. Inventa redigere in ordinem. Aliquid in memoriam redigere.

Redimiculum, i, Hauben-Band/Haupt-Binde/Kopff-Binde.

Redimio, ire, zieren. *Syn.* Orno, corono. *Usus.* Sertis redimire jubetis, rosâ, coronis.

Redimo, ere, erkauffen/auslösen. *Syn.* emo, recupero, conduco. *Adv.* Palàm, publicè, rectè, malè. *Usus.* Re vilissima maximam redemit. Culpam redimere. Ego vitam omnium meô periculô redemi. Ista vel vitâ rectè redimi possint. *Thras.* Redimere captivos ab hostibus; quâcunque pactione eos asserere; magnum auri pondus captivorum pretium fuit. Magna vis auri pro captis appensa. Magnô pretiô hostes compositi.

Redintegratio, nis, Erneuerung/Wieder-Ergäntzung. *Syn.* Renovatio, iteratio. *Usus.* Vehementer movet Auditorem ejusdem verbi redintegratio.

Redintegro, as, wieder gantz machen/ergäntzen/erneuern. *Syn.* Renovo, instauro. *Usus.* Bellum, prælium, vires redintegrare; animum, memoriam redintegrare. *V. Renovo.*

Reditio, nis, Wiederkunfft/Wiederkehr. *Usus.* Celeritas reditionis.

Reditus, ûs, Wiederkunfft/Zurück-kunfft. *Syn.* Reditio, reversio.)(*Discessus.* *Epi.* Acerbus, capitalis & pestifer, celer, crudelis, difficilis, facilis, florens, gloriosus, gratuitus, illustris, constans, maturus. *Usus.* Patet tibi gratiæ reditus. Gratiæ reditum tibi aperiam, conficiam. Nemo te reditu prohibebit, Reditum tuum impediet.

Redivivus, a, um, wieder lebendig. *Syn.* Renovatus, in vitam renovatus.

Redoleo, ere, riechen/Geruch von sich geben. *Syn.* Oleo. *Usus.* Ejus sermonis multa indicia redolent; Oratio, verbum antiquitatem redolens.

Reduco, ere, zurück führen. *Syn.* Restituo, redigo, reporto.)(*Ejicio.* *Usus.* Distractos aliquos in concordiam reducere. Aliquid in memoriam reducere. Medicinâ quâdam ægrum reducere ad salutem. De exiliô domum reducere, reportare aliquem.

Reductio, nis, Zurückbringung/Zurückführung.

Reductor, is, * Wiedereinsetzer/Wiederbringer. *Usus.* Plebis in Urbem reductor. Litterarum senescentium reductor.

Redundantia, æ, Uberfluß. *Syn.* Profluentia. *Epi.* Juvenilis.

Redundo, as, überlauffen/überfliessen. *Syn.* Supero, superfluo, effluo. *Epi.* Aliquantùm. *Usus.* Pituita aut bilis cùm in corpore redundat. Homo omnibus ornamentis redundans. Infamia majorum ferè in posteros, amici laudes in amicum redundant. Nihil prætermittatur, nihil redundet. E tuo facto multum invidiæ in me redundabit. E rerum cognitione florescit & redundat oratio. Is redundantes nos & juvenili licentiâ superfluentes repressit.

Reduvia, æ, Wurm am Finger. *Syn.* Ulcus digitorum. *Usus.* Cùm capiti mederi debebam, reduviam curavi.

Redux, cis, wieder kommend. *Syn.* Ex periculo aut exilio revocatus.

Refello, ere, widerlegen. *Syn.* Redarguo.)(*Confirmo.* *Adv.* Palam, studiosissimè. *Usus.* Refellere & coarguere mendacium alicujus. Ea exemplis magis, quam argumentis refellit. Moribus oratio refellitur. *Phras.* Ejus argumenta facilè refellam, haud difficulter frangam, refutabo. Ejus tela facilè refellam, & vulneribus medebor. Criminationem totam dissolvam. Diluam, quæ objecit; fidem ejus infirmabo. Propugnaculum illud, quo contra impetus meos se usurum putat, facilè dejiciam. Objecta facilè infirmabo & convellam. Eam illius opinionem ratio convellet, oratio labefactabit, veritas denique extorquebit. Illud minimè probabit; corruent argumenta ejus universa; argumenta ejus facilè obruam, irrita reddam, prosternam, proteram.

Refercio, ire, vollschöpffen/vollfüllen. *Syn.* Repleo. *Adv.* Perangustè. *Usus.* Animos vulgi superstitionibus, sermonibus aures alicujus refercire.

Refero, erre, wiederbringen. *Syn.* Reveho,

veho, reporto, reduco. *Adv.* Apertè, callidè, cumulatissimè, identidem, magnopere, occultè, pariter, publicè, rectè, separatim, simpliciter, verè. *Usus.* Pedes me Tusculanum referunt. 2. *Renuncio.* Misit, qui nuncios exciperent, & ad se referrent. 3. *Revoco.* Veterem consuetudinem, laudem, legem referre. 4. *Reddo.* Meritam debitamque gratiam referre. 5. *Adscribo, describo.* Aliquid in commentarium, tabulas, volumen, codicem referre; rationes ad ærarium referre. 6. *Defero, profero, propono, deliberandum propono.* De re aliqua ad senatum, de rebus obscuris ad Apollinem, de Religionibus ad sacerdotes referre. Ad alium, ad alterius arbitrium rem totam referre. 7. *Puto, censeo.* Virtutem nemo unquam Deo acceptam retulit. 8. *Dirigo.* Omnia sua consilia ad gloriam, ad voluptatem omnia referre. 9. *Similis sum.* Vultu Patrem refert, moribus avum. 10. *Converto, revertor.* Se ad intermissa studia literarum referre. Animum, oculos aliquò referre.

Refert, **es ist daran gelegen.** *Syn.* Interest, ad rem pertinet, ad rem est. *Usus.* Tua id maximè refert; mea id parvi refert. *Phras.* Mea quidem id parum refert, rebus tuis sunt illa conjunctiora; ad rem meam nihil interest. In eô fortunæ meæ positæ non sunt; nihil ad me; non me contingunt magnopere; ea res non est, cur me angam, discruciem. *V. Interest.*

Refertus, a, um, **angefüllet / vollgefüllet.** *Syn.* Confertus, plenus. *Usus.* Locuples & referta domus; bonis omnibus abundans & affluens. *V. Plenus.*

Refervesco, ere, **in vollem Sod oder Koa en seyn / überlauffen.** *Usus.* Jam quasi refervescit oratio.

Reficio, ere, **verbessern / wieder bessern.** *Syn.* Reconcinno, recreo, restituo. *Usus.* Nil est jam, quô nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Cùm animus se a forensi strepitu refecerit & recreaverit. Reficere ædes, quæ vitium fecerant. Reficit me, recreat tua epistola. *V. Recreo.*

Refigo, ere, **wieder anhefften; wieder abreissen.** *Syn.* Rescindo, evello, infringo. *Us.* Acta Antonii & leges refixistis.

Reflatus, ûs, **Gegen-Wind.** *Syn.* Contrarius ventus. *Usus.* Naves reflatu Uticam actæ. Fortunæ reflatus semper metuendus.

Reflecto, ere, **nachsinnen.** *Syn.* Revoco, sedo. *Usus.* Animum ad vindictam incitatum reflecto & revoco. *V. Flecto.*

Reflo, as, **entgegen blasen.** *Syn.* Contra flo. *Usus.* Cum fortuna reflâtit, affligimur. Ventis reflantibus in littus rejecti sumus.

Refluo, ere, ***zurück fliessen/ rückwärts fliessen.** *Syn.* Rursum fluo.

Reformidatio, nis, **Furcht/ Entsetzung.** *Syn.* Formido, metus. *V. Metus.*

Reformido, as, **sehr erschrecken / sich sehr fürchten.** *Syn.* Refugio. *Usus.* Dolorem imbelles horrent & reformidant. *V Timeo, Abhorreo.*

Refractariolus, i, **etwas widerspenstig / fast halsstarrig.** *Syn.* Concertatorius.

Refragor, ari, **wiederstreben.** *Syn.* Adversor. *Usus.* Homini amicissimo nolui refragari. *V. Adversor.*

Refræno, as, **im Zaum halten.** *Syn.* Coërceo, reprimo, comprimo, cohibeo, circumscribo, retardo, rejicio, contraho, sedo, debilito, edomo, frango, moderor, tempero, remitto, teneo, restinguo, restringo. *Usus.* Refrænet priùs libidinem, iram teneat, coërceat avaritiam. *Vid. Cohibeo. Comprimo.*

Refrico, as, **wieder auffkratzen / erneuern.** *Syn.* Retracto, renovo, revoco. *Usus.* Dolorem alicujus, cicatricem, vulnus refricare. 2. *Iterum vexo.* Hæc me refricant.

Refrigeratio, nis, **Erfrischung/ Labung / Kühlung/ Erquickung.**

Refrigero, as, **erkühlen / erfrischen/ erquicken/ laben.**)(*Calefacio.* *Usus.* Stella Saturni refrigerat. Umbris & aquis refrigerari.

Refrigesco, ere, **wieder erkalten/ wieder kalt werden.** *Syn.* Retrigeror, defervesco. *Adv.* Plane, sanè quidem. *Usus.* Belli apparatus, impetus ille animorum planè refrixit. Interpellata belle studia refrixêre. Causa illa omninò refrixit.

Refringo, ere, **wieder auffbrechen.** *Usus.* Claustra illa nobilitatis refregi.

Refugio, ere, **fliehen/ entfliehen.** *Syn.* Abhorreo, fugio, recedo, caveo, trepido,

pido, formido, horreo.)(*Appeto.* *Adv.* Prorsus, longè. *Usus.* Refugit animus ea commemorare. Ab impiorum consuetudine refugere. Refugit ab dicendo animus. *V. Abhorreo.*

Refugium, ii, Zuflucht/ Schirm. *Syn.* Perfugium, portus, præsidium, arx. *Usus.* Nationum omnium portus & refugium Senatûs.

Refulgeo, ère, wiederglänzen. *Syn.* Reluceo.

Refundo, ere, wiedergiessen/ rückgiessen. *Syn.* Rursus fundo.

Refutatio, nis, Wiederlegung. *Syn.* Confutatio.

Refuto, as, verwerffen / wiederlegen / Confuto, refello, repello, despicio, aspernor.)(Complector, augeo, confirmo. *Adv.* Fortiùs, liberiùs, graviùs. *Usus.* Libidinem alicujus & conatus, cupiditatem suâ libertate refutare. Nostra confirmare argumentis, adversa refutare. Refutare & aspermari extera. *V. Refello.*

Regalis, e, königlich. *Syn.* Regius. *Usus.* Potestas, nomen, ornatus, purpura regalis.

Regero, ere, hintertreiben / entgegen stellen oder setzen. *Syn.* Oppono, objicio. *Usus.* Convicia regerere.

Regia, æ, königlicher Pallast. *Syn.* Domus & aula Regis. *Epi.* Maxima.

Regiè, königlich / herrlich. *Syn.* More regiô.

Regificè, königlich / köstlich. *Syn.* Apparatu regiô.

Regimen, inis, * Herrschung/ Regierung. *Syn.* Rectio. *Usus.* Regimen totius Magistratus apud Appium erat. *V. Magistratus. Potestas.*

Regina, æ, Königin. *Syn.* Regni socia, Domina. *Usus.* Omnium virtutum Regina Justitia.

Regio, nis, Landschafft/ Gegend. R. *à regendo; est enim tractus terræ, qui ab aliquo regitur.* *Syn.* Ora, plaga, fines, termini, tractus, provincia. *Usus.* Immensa & interminata in omnes partes regionum magnitudo. Regio Lunæ. 2. *Spatium.* Vitæ spatium exiguis regionibus circumscriptum. Officii regionibus se continere. E regione tuæ villæ mea est sita.

Regius, a, um, königlich. *Syn.* Regalis.

Regnator, is, * Herrscher/ Beherrscher/ Regierer.

Regno, as, regieren / herrschen. *Syn.* Impero, dominor. *Usus.* Hic verò regnat & triumphat Oratio. Regnat in centuriis; Omnibus gentibus imperans latissimè dominetur. *Vid. Rego. Impero.*

Regnum, i, Königreich. *R. quasi* regi-num *à* regendo. *Syn.* Dominatus, Dominatio, possessio, ditio, Principatus. *Usus.* Regnum non modò Romano, sed ne Persæ quidem tolerabile. Regnum appetere. Regnum alicui *deferre*, dare. Regnum occupare, obtinere; Regnô potiri. Sub, vel in regnô alicujus esse, degere, vivere. Regnô aliquem *pellere*, expellère, ejicere. Regnum adimere; Regno spoliare. In Regnum *restituere*, reducere. Regnum recuperare, in Regnum redire.

Rego, ere, regieren / lencken / beherrschen. *R. quasi* re ago, *vel*, rem ago *populi.* *Syn.* Animus regit corpus, & moderatur. Versare suam naturam & regere ad tempus. Mundus regitur Numine Deorum. *Thras.* Civitatem juxtà ac semetipsum præclarè regit. Totius Consilii moderator, rerum potitor, Civitati egregiè præest. Remp. administrat, gubernat; unius nutum tota civitas intuetur; omnia moderatur, movet, regit; ei populus sui velut habenas tradidit; ad ejus ductum se applicuit; Ejus rationem, administrationem mirificè probat; Regimen urbis penes eum est, rei summæ præest, ad gubernacula reip. assidet; summa rerum illi tradita est. Ad ejus arbitrium judiciumque summa rerum redit.

Regredior, eris, umkehren / zurück kehren. *Syn.* Pedem refero. *Usus.* Regredi, quàm progredi malo.

Regressio, nis, Wiederkunfft / Zurückkunfft / Rückkunfft. *Usus.* Exponam vobis consilium profectionis, & regressionis meæ.

Regressus, ûs, das Wiederkehren / das Zurückkehren. *Syn.* Recessus.

Regula, æ, Richtschnur / Regel. *Syn.* Norma, lex, exemplum, formula, præscriptio. *Epi.* Notissima, optima, pravissima. *Usus.* Consilia sua omnia ad regulam virtutis dirigere & referre.

Servare regulam de Cœlo ad cognitionem omnium delapſam. Ab regula & præſcriptione vitæ aberrare. Studia ſua naturæ regulâ metiri. Lex eſt juris & injuriæ regula. Non egemus perpendiculis, normis & regulis.

Regulus, i, Königlein/Landherr.

Regusto, as, noch einmahl verkosten. *Syn.* Iterum guſto, deguſto. *Uſus.* Crebrò reguſto tuas litteras. *Relego. V. Relego.*

Rejectanea, orum, verwerfflich Ding. *Syn.* Rejecta.

Rejectio, nis, Verwerffung.)(*Selectio.* *Uſus.* Rejectio judicum facta eſt.

Rejicio, ere, wegwerffen / verwerffen. *Syn.* Aſpernor, repudio. *Adv.* Feliciter, planè. *Uſus.* Deligere bona & rejicere contraria. Cauſam ad ſenatum rejicit. Ab iis libris obſcuritas me rejecit. *Phraſ.* Ea ſententia ab omnibus rejecta eſt, & irriſa. Omnes eam ſententiam aſpernantur, reſpuunt, pro nihilo putant, explodunt, ejiciunt, ineptam judicant, reprobant, refutant; Fuit ea ſententia plerisque parum credita, ſpreta, damnata. *V. Amoveo.*

Relabor, i, * niederfallen/zurückfallen. *Uſus.* Relabuntur, refluunt, revertuntur flumina eò, unde fluxerunt.

Relangueo, ere, krafftloß werden. *Syn.* Obiangueo.

Relatio, nis, Fürtrag/Nachricht. *Epi.* Salutaris & diligens. *Uſus.* Relatio criminis actio & querela.

Relator, is, Erzehler/ der benachrichtiget. *Uſus.* Te Authore & relatore.

Relaxatio, nis, Erquickung / Labung. *Syn.* Remiſſio. *Uſus.* Otii fructus eſt non contentio animi, ſed relaxatio.

Relaxo, as, Erweitern / locker machen / aufflösen. *Syn.* Remitto, diſſolvo, ſolvo.)(*Aſtringo.* *Uſus.* Animum relaxare & remittere. Riſus triſtitiam mitigat, & relaxat. Longior dolor intervalla dat, & relaxat. Se ab occupationibus relaxare, & remittere, ac jucunditati dare. Cùm ſe animus corporis vinculis relaxârit, ac liberârit. Alvus cùm vel aſtringitur, vel relaxatur. *Phraſ.* Rus cogito, ut animum relaxem, animi causâ, ut animum parumper ab moleſtiis abducam, ut animus parumper acquieſcat à curis, ut animum curis diſtractum, variéque diſſipatum recolligam, ut animus ſine cura quieſcat, ut animus ex curarum tædio recreetur, ut aliquid jucunditatis deguſtem, ut aliquid jucunditatis deguſtem, ut aliquâ jucunditate fruar, ut amiſſam animi jucunditatem recipiam. Rus cogito, ut, quam mihi negotiorum & curarum otioſa conſuetudo hilaritatem ademit, abſtulit, eripuit, in me extinxit ſ. perdidit, eam rerum jucundiſſimarum aſpectu atque uſu recuperem, recipiam. *Vid. Remitto.*

Relegatio, nis, Verschickung / Verweisung ins Elend. *Syn.* Amandatio. *Epi.* Jejuna, ruſticana.

Relego, as, verweisen / ins Elend verschicken. *Syn.* Amando, exiliô mulcto, expello, ejicio.)(*Reduco.* *Uſus.* Pater hunc in prædia ruſtica relegavit; amandavit hominem. *V. Ejicio.*

Rélego, ere, wieder lesen / noch einmahl lesen. *Uſus.* Crebrò tuas relego literas & reguſto.

Relevo, as, wieder auffheben. *Syn.* Levo, conſolor, minuo. *Uſus.* Jam tandem relevata & recreata reſpublica videtur relevare communem caſum. Tu, qui toties dolorem meum, curam & angorem animi ſermone tuo relevâſti; apud quem malis meis levationem reperi. *Vid. Conſolor. Voveo. Recreo.*

Relictio, nis, Verlassung. *Syn.* Derelictio, deſperatio, proditio.

Religatio, Anbindung. *Syn.* Colligatio.

Religio, nis, Gottesdienst. *Syn.* Pietas, ſanctitas, cultus Deorum, ceremoniæ, ſacra, religiones ſacræ & ceremoniæ, res divinæ. *Epi.* Antiqua, communis, divina, domeſtica, externa, ficta, inexpiabilis, juſta, magna, mira, nimia, perverſa, priſtina, privata, publica, pura, ſancta, ſempiterna, ſingularis, ſolennis, ſumma, tanta, utilis. *Uſus.* Religio Deorum piô cultu continetur. Religionem alicui offerre, afferre, injicere, inducere. *Vulg. Scrupulum & conſcientiam alicui facere.* Aliquid in Religionem vertere, trahere. In re aliqua religionem interponere, adhibere. Religione *obſtrictus*, implicatus,

catus, impeditus. Obligare se, vel aliquem illigare religione. Ea res in religionem venit Populo. Alias religiones inducere, suscipere. Religione quadam tactus est; id merito sibi religioni habuit, duxit. Religionem piè *colere*, Religioni servire. Homo nefandus religiones omnes polluit, ab omni religione declirat. Alicui Religionem *eximere*, adimere, tollere, eripere; aliquem Religione solvere, exolvere, liberare; à Religione abducere. *Phras.* Qui se Deo dicat, egregiè sibi consulit. Qui se Deo addicit, dedit, totum tradit, præclarè vitam instituit, sapienter facit, optimam partem eligit, rectam init viam, cursum accipit laudabilem. Qui se ad unum Deum confert, qui suas omnes cogitationes, omnia studia in uno Deo figit ac locat; qui ab uno Deo pendere vult; qui divina studia, præterea nihil colit; qui Christianam pietatem non communi vulgarique instituto, sed proprio quodam studio, propria quadam mentis inductione complectitur; qui pius in Deum est, qui honorem Deo præstat, qui Deum animo spectat, qui Deo servit; qui suum animum, suas cogitationes, sua consilia ad Deum refert; qui piè religiosèque vivit, qui cum pietate vitam ducit, qui omnibus in rebus duce Deo utitur; qui ad Deum spectat; cujus est vita cum pietate conjuncta; qui nihil non piè cogitat, qui nihil non cogitat cum religione conjunctum, is omnium optimè suis rationibus consulit ac prospicit; ei feliciter omnia succedunt, ei nihil non prosperè succedit. *Vid. Pietas.*

Religiosè, gewissenhafft. *Syn.* Bonâ fide, candidè, sanctè, accuratè.

Religiosus, a, um, gottsfürchtig / gewissenhafft. *Syn.* Summâ religione præditus, sanctus, sacris deditus, animus religione perfusus, augustus.)(*Impius.* *Usus.* Integer, innocens, religiosus; qui omnia, quæ ad Deorum cultum pertinent, diligenter pertractat. Vir natura sanctus, in testimonio religiosus, qui totos dies precatur, & immolat. *Phras.* Religiosissimus es; magnâ es & antiqua religione; maximâ cum religione vitam traducis. Pius, Sanctus es. Pietatem imprimis colis. Exemplar es Religionis. Vitam sanctè & piè exigis. In te tanquam in speculo intuentur, qui religionem colunt. Insigni es pietate erga Deum. Qui inde usque ab unguiculis ad vitæ sanctimoniam incumbit; se DEO dicat, addicit, dedit, totum tradit, egregiè sibi consulit, præclarè vitam instituit, sapienter facit, rectam init viam, cursum capit laudabilem. Qui se ad unum Deum confert, suas omnes cogitationes s. omnia studia in uno DEO figit ac locat, ab uno DEO pendere vult; Divina studia, præterea nihil colit; Christianam pietatem non communi vulgarique instituto, sed propriô quôdam studiô, propriâ quâdam mentis inductione complectitur. *V. Probus.*

Religo, as, anbinden. *Syn.* Vincio, colligo. *Adv.* Entrinsecùs. *Usus.* Ad currum religatus Hector.

Relino, ere, auffthun / auffspünden / öffnen. *Usus.* Dolia omnia relinere.

Relinquo, ere, hinterlassen / verlassen / nachlassen. *Syn.* Linquo, reliquum vel reliqui facio, missum facio. Relictum esse patior, omitto, mitto, desero, dimitto, relictum facio, tardo, prodo, removeo, discedo. *Adv.* Admodum nihil, trepidè, dissolutè, feliciter, fortiter, in perpetuum, indignè, largiter, antequam, omnino, nihil scripti, omnino nullam memoriam, planè, prorsus nihil, sapienter, studiosè statuas, turpiter, intus, consultò. *Usus.* Nullum precibus meis locum, desiderium sui magnum reliquit. Aliquem non solùm relinquere, sed etiam prodere. *Phras.* Reliquit studia sua priora; multam salutem studiis suis dixit; deposuit planè Philosophiam; discessit, descivit penitus à pristino consilio; subtraxit se studiis; missa facit, neglexit priora studia; deflexit de curriculo suo; abiit, discessit à vetere contentione; bonâ gratiâ dimisit, ne primoribus quidem digitis contingit jam litteras; obsolevit jam, desertum ab eo studium. Removit se ab honestis litteris; segregavit se penitus à Musis; abdicavit se bonis litteris. Amici me omnes relinquunt; ita sum destitutus, ut nemo me afflictum erigat. Destitutione tantâ quis non per-

percellatur? Causam meam deserunt omnes; desunt amico amici; proditum, inductum, conjectum in fraudem jacere nempe patiuntur. Ab amicis repudiatus, ab propinquis nihil sublevatus, in summa solitudine vivo; turpissimâ defectione deseruerunt me, & dereliquerunt amici. *V. Desero.*

Reliquiæ, arum, Uberrest/Uberbleibsel/ *Syn.* Residua. *Epi.* Angustæ, egentes, illustres, immortuæ, intermortuæ, magnæ, meliores, miseræ, pristinæ, seniles. *Usus.* In his pristinis fortunæ reliquiis miseris & afflictis. Reliquias hostium persequi. Cibi reliquiæ. Voluptatum reliquias ille colligebat. Sitas Marii reliquias dissipari jussit Sylla.

Reliquus, a, um, übergeblieben/ übrig. *Syn.* Residuus, rejectus, relictus, reliqua pars. *Usus.* Nullum mihi jam solatium est relictum in omni vitâ. De reliquo quid dicam? Hunc tantùm è multis reliquum fortuna fecit. *Phras.* E priori fortunâ nihil mihi est reliquum; nihil mihi est residui; nec reliquiarum quidem quidquam mihi est relictum; nihil restat; ita desertus sum, ut quidquam mei non extet; ne tenues quidem reliquiæ prioris meæ felicitatis supersunt; nihil mihi è fortunis meis superat; præter vitam superest nihil.

Reluceo, ére, glänßen/wieder scheinen. *Syn.* Refulgeo.

Reluctor, ari, * widerstehen/ widerstreben. *Syn.* Adversor. *V. Adversor.*

Remaneo, ére, darhinten bleiben / zurück bleiben. *Syn.* Maneo, resto, resideo. *Usus.* Nemo omnium apud me remansit. *V. Maneo.*

Remansio, nis, das Zurückbleiben. *Syn.* Mansio.)(*Profectio.* *Usus.* Tuam remansionem non probo.

Remedium, ii, Artzney/ Hülffsmittel. *Syn.* Medicina, medicamentum, cautio, provisio, fomentum. *Epi.* Præclarum, præsens, præsentissimum. *Usus.* In adversis rebus sine ullo remedio atque allevamento permanere. Quærere remedium ad rem aliquam. Suo malo, suis incommodis & vulneribus remedium invenire, comparare, adhibere. Acrioribus remediis huic malo occurrendum. Strenuum & præsens remedium ægroto adhibere. *V. Medeor. Medicina.*

Remeo, as, * zurück kommen / zurück kehren. *Syn.* Redeo. *Usus.* Ex Italia, ex urbe remeare. *V. Redeo.*

Remetior, iris, * wieder messen. *Syn.* Rursum metior, reddo.

Remex, igis, Ruder-Knecht. *Syn.* Qui remos agit. *Epi.* Vesanus. *Usus.* Remiges civitatibus imperare.

Remigatio, nis, das Rudern. *Syn.* Impetus pulsusque remorum, remigium.

Remigium, ii, das Ruder-Werck / Gesellschafft der Ruder-Knechte. *Syn.* Remigatio, vel remigum multitudo.

Remigo, as, rudern. *Syn.* Navem remis propello. *Adv.* Paululum. *Vid. Navigo.*

Remigro, as, nach Hauß ziehen/ zurück reisen. *Syn.* Redeo, remeo. *Usus.* Remigrare in domum suam.

Reminiscor, eris, wieder gedencken/ sich wieder erinnern.)(*Obliviscor.* *Usus.* Præterita reminisci & recordari. *Vid. Recordor. Memoria.*

Remissè, nachlässiglich. *Syn.* Leniter, molliter, levi animô & remissô. *Usus.* Remissè, urbanè, leniter dicere, agere.

Remissio, nis, Nachlassung / Trägheit. *Syn.* Languor, abjectio. *Epi.* Humanissima ac liberalissima. *Usus.* Remissio animi & dissolutio. 2. *Solatium, otium.* Ad omnem animi remissionem, quietem, ludumque descendere. 3. *Decrementum, detractio.* Senescentis morbi remissio. 4. *Intermissio.* Tales amicitiæ remissione usûs sunt levandæ. *Vid. Relaxatio.*

Remissus, a, um, faul / nachlässig / gelind. *Syn.* Lenis contractus, demissus, timidus.)(*Acer, contentus.* *Usus.* Animô esse leni & remissô, Sermo quietus & remissus. In ulciscendo, in bello gerendo, in disputando remissus. *Vid. Laxus.*

Remitto, ere, wieder schicken / zurück senden. *Syn.* Retrò mitto. *Adv.* Aliquantùm, dissolutè, largiter, perscienter, nequaquam. *Usus.* Librum, nuncium remittere. 2. *Dimitto,* opinionem ante conceptam remittere. 3. *Condono, concedo.* Supplicium debitum pœnamq; remittere. De meo tibi, aliquid remitto. 4. *Minuo, diminuo, detraho.* De seve-

severitate pristina, de virtute remittere. Iracundiam remittere. Hyems, dolor podagræ, frigus remittit. 5. *Relaxo.* Animum, vocem, arcum remittere. *V. Condono. Relaxo.*

Remollesco, ére, * weich werden. *Syn.* Otiô remolescunt homines.

Remora, æ, * Verhinderung. *Syn.* Retardatio. *Usus.* Multæ res obstant, remoramque faciunt rei privatæ & publicæ. *V. Mora.*

Remordeo, ere, * wieder beissen. *Syn.* Crucio, sollicito. *Usus.* Multæ me curæ remordent. *V. Crucio.*

Remoror, aris, verhindern/auffhalten. *Syn.* Retineo, retardo. *Usus.* Quæ cæteros remorari solent, me nihil retardârunt. *V. Moror.*

Remotio, nis, Absetzung / Wegraumung/ Entsetzung. *Usus.* Remotio criminis est, cùm facti intentio in alium derivatur.

Remotè, von weitem. *Usus.* Stellæ aliæ propiùs, aliæ remotiùs.

Remotus, a, um, hinweg geruckt/weggeraumt/ abgeschafft/abgesetzt. *Syn.* Alienus, abhorrens. *Usus.* Hoc à moribus, sapientia, natura hominis optimi remotissimum est. Ab omni cupiditate vir remotissimus. Hæc à vulgari intelligentiâ remotiora sunt. 2. *Distans.* Res à memoriâ nostrâ remotæ. Locus remotus, salubris, amœnus.

Removeo, ére, hinweg thun / abschaffen / weg raumen / beyseit schaffen. *Syn.* Amoveo, dimoveo, moveo, abduco, aufero, ejicio, deduco, transfero, abstraho, avoco, averto, deterreo, deprecor, detestor, derivo. *Usus.* Removere se ab aliquo negotio, ad otium perfugere, ab amicitia alicujus se removere. Ex præsidiis militem removere. *V. Amoveo.*

Remugio, ire, * wiederschallen/wiederthönen. *Syn.* Resono.

Remulcus, i, * Zug-Seil des Schiffs. *R. à Græc.* ῥυμὸν ἕλκων. *Usus.* Submersam navim remulco, multisque funibus reduxerunt.

Remuneratio, nis, Wiedergeltung/Belohnung/Vergeltung. *Syn.* Gratia, vicissitudo studiorum vel officiorum. *Epi.* Expedita, celer. *Usus.* Nihil remuneratione benevolentiæ, vicissitudine officiorum jucundius. Officia tua nunquam officiis paribus æquabo; nullam unquam tuorum meritorum partem assequar; nunquam non modò referendâ, sed ne cogitandâ quidem gratiâ tuum beneficium consequar. Nunquam ne minima quidem ex parte tuis in me meritis satisfaciam. Nunquam omnino tibi solvam, quantum debeo, ac ne ulla quidem ex parte. Officia tua nunquam rependam, remunerabo, remetiar, compensabo.

Remunero, as, vel or, aris, wieder vergelten / belohnen. *Syn.* Retribuo, compenso, beneficium reddo; mutuam gratiam reddo, refero; parem gratiam pro beneficio alicui refero, gratiam restituo, mercedem do, repono. *Usus.* Velim te simili munere remunerari. *Thras.* Cumulatis tuis in me meritis satisfaciam, probabo me gratum ac memorem paribus officiis; beneficia beneficiis compensabo. Quæ in me contulisti, eadem recipies, aut paria; parem gratiam referam. Tuis beneficiis respondebo; quæ debeo, solvam; reddam beneficia. Remunerabo, remunerabor te, remunerabor tua merita. Qui tibi ex me fructus debentur, eos uberrimè colliges, capies, percipies, ex me feres. Eo, quô premor, tuorum beneficiorum onere levabor. Laxabo me quasi vinculis quibusdam, si planè solvere non potero, beneficiorum tuorum. Dum vivam, quòad vivam, quatenùs vitam producam, donec vivere licebit, dabo operam, diligenter id omni studiô agam, curabo, omni studiô enitar, contendam, in illud studium incumbam; in illam curam, in unam illam rem incumbam; id mihi propositum erit in omni vitâ, eò spectabit animus meus in omni vita; eò curæ, cogitationesque referentur, intendentur, eò consilia mea dirigentur, ut me tibi memorem gratumquè probem; par pari ut referam, ut in me gratum animum desiderare non possis, ut officia tua paribus à me compensentur beneficiis. In omni vitæ cursu nihil mihi potius erit, nihil mihi antiquius erit, res mihi non tam erit ulla proposita, nulla de re laborabo magis, nulli rei stude-

ſtudebo magis, aut ſerviam diligentiùs, quàm ut de me optimè meritum te eſſe læteris.

Remus, i, Schiff-Ruder. *Uſus.* Remis navem propellere.

Renaſcor, i, wieder gebohren werden. *Syn.* Denuò naſcor, exorior, renovor. *Uſus.* Renatum eſt bellum, malum nuper primò extinctum.

Renavigo, as, wieder zurück ſchiffen.

Renavo, as, Fleiß anwenden. *Uſus.* Renavabo operam.

Renes, um, Nieren. *Uſus.* Ex renibus laborare.

Renideo, ére, * ſchimmern / wieder-ſtrahlen/ glänzen. *Syn.* Reſplendeo, lætor, gaudeo.

Renitor, i, * ſich widerſetzen / ſtreuben. *Syn.* Contrà, vel adverſùm nitor. *Vid.* *Adverſor.*

Renovatio, nis, Erneurung. *Syn.* Redintegratio. *Uſus.* Renovatio timoris magnam moleſtiam affert.

Renovo, as, erneuren. *Syn.* Renovationem facio, interpolo, inſtauro, reficio, integro, redintegro, refero, repræſento. *Uſus.* Renovare & inſtaurare memoriam, amicitiam, bellum, ſtudia. Veterem curam, & moleſtiam mihi tuæ litteræ renovârunt. *Phraſ.* Nolo deſiderium tuum & dolorem renovare, revocare; non faciam, ut, quæ conſenuêre, recrudeſcant; ut quæ cicatricem duxerunt, refricentur vulnera. Nolo dolorem tuum retractare. Nolo, revireſcat, ab longo intervallo ſe referat, redintegretur, renaſcatur deſiderium tuum; dolorem tuum jam ſeneſcentem irritare non cupio, nec enim novis vulneribus veteres rumpendæ ſunt cicatrices. *V. Iterum.*

Renunciatio, nis, Verkündigung. *Syn.* nunciatio. *Uſus.* Renunciationis & dignitatis non idem ordo eſt. Suffragiorum renunciatio.

Renuncio, as, verkündigen/ auffkündigen/ auffſagen.. *Syn.* Significo, expono. *Adv.* Auſpicatò. *Uſus.* Legati rem geſtam renunciârunt. 2. *Pronuncio.* Aliquem renunciare Conſulem. 3. *Refello, remitto.* Alicui hoſpitium, conductionem, ſocietatem, pactionem renunciare. *Vid. Nuncio.*

Renuo, ere, abſchlagen / verweigern. *Syn.* Omitto, aſpernor. *V. Nolo. Recuſo.*

Reor, eris, darfür halten / oder achten. *R. à* ῥέω, *dico.* *Syn.* puto, cenſeo, arbitror.

Repagula, orum, Riegel. *Syn.* Vectes, quibus januæ clauduntur. *Uſus.* Omnia pudoris, juris, officii repagula convellere, perfringere, effringere.

Repandus, a, um, krumm gebogen. *Syn.* Incurvus, reflexus.

Reparatio, nis, * Erneuerung / Wiederverbeſſerung. *Uſus.* Regni reparatio.

Reparo, as, ausbeſſern / erneuern. *Syn.* Recupero, iterum acquiro. *Vid.* *Renovo.*

Repaſtinatio, nis, Wieder-Umgrabung. *Syn.* Secunda occatio.

Repedo, as, zurück gehen. *Uſus.* Domum cum laude repedandum.

Repello, ere, abtreiben/ zurück treiben.)(*Impello.* *Uſus.* Vim vi, impetum à ſe, dolorem avertere & repellere. Homines audaces à templo, foro, repellere. *V. Pello.*

Rependo, ere, erſtatten / wieder gut thun/ wieder erſtatten. *Syn.* Reddo, repono. *Uſus.* Pro Grachi capite aurum repenſum. *V. Compenſo.*

Repens, tis, kriechend/ ſchleichend. *Syn.* Repentinus.

Repentè, plötzlich/ ſchnell. *Syn.* Derepente, ſtatim, ſubitò, repentinò. *Uſus.* Repentè amicitiam præcidere; modò egens, repentè dives; repentè præter ſpem, è veſtigio, ſubito atque ex tempore. *Phraſ.* Exarſi repente, repens ira me inceſſit, præſente iracundia exarſi; repentinò, de improviſo, repentinâ nec inopinatâ irâ ſuccenſus ſum; ſubitanea, minimè proviſa me ira invaſit. *V. Subitò.*

Repentinò, plötzlich/ geſchwind/ fluchs. *Syn.* Repentè.

Repentinus, a, um, unverſehens/ plötzlich. *Syn.* Improviſus, inſperatus, inexpectatus, repens, inopinatus. *Uſus.* Omnia repentina & inſperata graviora. Temperatium ac repentinum conſilium. *V. Improviſò.*

Repercutio, ere, * wieder zurück ſchlagen oder prallen/ wiederſchallen. *Uſus.* Valles clamoribus repercuſſæ.

Reperio, ire, finden / antreffen. *Syn.* Invenio. *Adv.* Difficillimè, nusquam, per-

peræ̈grè, rectè, usquam. *Uſus.* Exitum rei finemque reperiemus. Ineunda eſt ratio, & via reperienda. Si quæras, reperies, *V. Invenio.*

Repetitio, nis, Wiederhohlung / Wiederforderung. *Syn.* Ornatus Rhetoricus. *Epi.* Crebra.

Repeto, ere, wieder fordern / wieder holen. *Syn.* Exigo, peto, repoſco, revoco. *Adv.* Altè & à capite, amplius, inde usque, longè, rectè. *Uſus.* Jus ſuum, promiſſa, officii præmium & fructum, res ablatas ab aliquo repetere. 2. *Exordior, incipio, renovo, revoco, facio, recordor, reſtituo, aſſumo.* Repetere memoriam ſuperiorum temporum. Aliquid nimium longè repetere & petere. Rem altè à capite repetere. Ab ultimis, à primis initiis repetere. Suæ ſententiæ gravitatem ab ipſa natura à Platonis authoritate repetit. Repete mea præcepta. *Vid. Iterum.*

Repetundarum, Anklag wegen Diebstahls. *Syn.* De pecuniis repetundis, captæ pecuniæ. *Uſus.* Lege pecuniarum repetundarum teneri, damnari.

Repleo, ere, erfüllen. *Syn.* Refercio.

Replicatio, nis, das Umkehren. *Syn.* Converſio mundi & replicatio.

Replico, as, zurück gedencken. *Syn.* Repeto. *Uſus.* Si velis annalium temporum memoriam replicare, invenies.

Repo, ere, * kriechen / ſchleichen.

Repono, ere, wieder hinlegen. *Syn.* Colloco. *Uſus.* In aliquo, in humanitate, in opibus alicujus ſpem omnem & ſalutem reponere. 2. *Annumero, numero, recenſeo, adſcribo, reputo.* Aliquem in numerum, vel numero amicorum, Deorum, proborum civium, in ſuis reponere. 3. *Recondo.* Fructus, alimenta in hyemem reponere. 4. *Rependo.* Næ ego tibi reponam, cùm veneris. Pro damno quid repones?

Reporto, as, zurück tragen / davon tragen. *Syn.* Refero, reduco, reveho, conſequor, obtineo. *Uſus.* Exercitum à Provinciâ reportare; laudem & benevolentiam omnium, victoriam de hoſte reportavit. 5. *Defero, denuncio.* Rem reportare ad judices.

Repoſco, ere, wieder begehren / wieder fordern. *Syn.* Repeto. *Uſus.* Bona ſua repoſcere, ac perſequi lite & judiciô. *V. Peto.*

Repotia, orum, Nach-Hochzeit.

Repræſentatio, nis, Bezahlung. *Syn.* Pecuniarum ſolutio.

Repræſento, as, darſtellen / zeigen. *Syn.* Præſentem pecuniam ſolvo. Præſentem alicui gratiam refero, gero; [illegible] ſonam gero; aliquid re præſenti exhibeo, præſto. *Uſus.* Reliquam pecuniam, cùm dies promiſſorum advenerit, repræſentabimus. Templum illud repræſentabat memoriam Conſulatûs mei. 2. *Antecapio, prævenio.* Non expectanda eſt temporis medicina, quam ratione repræſentare poſſumus. Meâ morte libertatem repræſentare ac præſtare poſſum.

Reprehendo, ere, mit Worten ſtraffen / ſchelten. *Syn.* Increpo, arguo, redarguo, accuſo; verbis caſtigo, exagito, inſector, aſperiùs appello; in crimen voco, damno, condemno, culpo. *Adv.* Brevi, graviùs, leviter, liberè temeritatem, errorem malè, magnopere, meritò quid in aliquo, pergraviter, planè, rectè, verè, commodè, ita valdè, ſubtiliter, vehementer, vulgò judicium. *Uſus.* Non hôc modò te crimine arguo, ſed ne illâ quidem vituperatione reprehendo, *Phraſ.* Cato vehementer reprehendit Pompejum, graviter invectus eſt in Pompejum; gravi objurgatione conſcidit, multis contumeliis perſtrinxit, malè verbis accepit, inſigniter notavit vituperavitque, magnâ vocis libertate perſtrinxit, increpuit, objurgavit Pompejum. Pompejus apud Catonem in magnam vituperationem venit, in varias Catonis reprehenſiones, maledicta, convitia, incuſationes, querelas incurrit; multis ille à Catone jurgiis laceratus, verbis ſæpe increpitus eſt.

Reprehenſio, nis, Beſcheltung / Beſtraffung. *Syn.* Vituperatio. *Epi.* Bella, difficilis & lubrica, falſa, familiaris, inanis, juſta, levior, minima, nobilis. *Uſus.* Culpæ reprehenſio, vitæ ac ſtultitiæ vituperatio. Habet ea res juſtam reprehenſionem. In reprehenſiones incurrere; à reprehenſione longè abeſſe. Caret ejus vita reprehenſione. Omnem reprehenſionem fugere. *Phraſ.* Hanc

in me culpam conferunt, vitio mihi dant, vertunt; fraudi tribuunt, hoc in me conferunt, hoc mihi ascribunt; hâc me culpa condemnant, hujus mihi culpæ notam inurunt, hoc me nomine accusant, hujus me culpæ insimulant, hoc me crimine arguunt; hoc illi vitium in me, ac si meum esset, increpant; mihi graviter succensent, licet ab illâ culpa longè remotus sim; in hoc me illi malè accipiunt, exagitant, insectantur. Conviciis me urgent, carpunt.

Reprehensor, is, Straffer. *Syn.* Exagitator, accusator.

Repressor, is, Abhalter. *Syn.* Vindex.

Reprimo, ere, zuruckhalten. *Syn.* Contineo, comprimo, coërceo. *Adv.* Aliquantulùm, valdè, paulisper. *Usus.* Vim, conatum, audaciam alicujus reprimere. Se à supplicio sumendo, ab irâ reprimere & continere. *Phras.* Improbam illius cupiditatem repressi, refutavi, retudi, fregi, abjeci; opposui me illius cupiditati, libidini, intemperantiæ. Feci atque effeci, ne posset cupiditati suæ satisfacere, libidini obtemperare, iniquè cogitata perficere, improba consilia ad exitum perducere. Longiùs cupiditate processisset, nisi ego incurrissem, occurissem, obviàm ivissem, restitissem, impedivissem, impedimento fuissem, impedimenta objecissem. Rapiebat eum cupiditas, ego repressi; efferebat eum libidinis impetus, ego modum statui; effrœnatam ejus libidinem refrænavi; indomitam ejus cupiditatem domui. Eum ego ab effrænata cupiditate refrænavi. *Vid. Coërceo.*

Reprobo, as, tadeln / verwerffen / mißbillichen. *Syn.* Improbo, rejicio. *Usus.* Reprobare alterius sententiam. *Vid. Rejicio.*

Repromissio, nis, Gegen-Verheissung. *Syn.* Restipulatio. *Epi.* Recens.

Repromitto, ere, zusagen / dagegen versprechen. *Syn.* Restipulor, stipulanti promitto vel spondeo. *Usus.* In referenda gratia hoc vobis repromitto. *Vid. Polliceor.*

Repudiatio, nis, Verwerffung / Mißbillichung. *Syn.* Rejectio. *Usus.* Repudiatio supplicum superbiam arguit.

Repudio, as, verwerffen / mißbillichen. *R. ex* re & pudet, *vel à Græc.* ἀποθέω, *pello.* *Adv.* Certè, constanter, contumaciter, fortiter, funditùs, ingratè, impiè, planè, sapienter, superbissimè, valde. *Usus.* Consilium alicujus, vota, preces repudiare. Conditionem æquissimam repudiavit. *Vid. Rejicio. Abjicio.*

Repuerasco, ere, kindisch werden. *Syn.* Ad puerilem ætatem redeo, iterum puer fio. *Adv.* Incredibiliter. *Usus.* Utinam repuerascerem!

Repugnanter, ungedultig. *Syn.* invitè.

Repugnantia, æ, Gegensatz. *Syn.* Pugna, contentio. *Usus.* Tu tot rerum repugnantiam non vides?

Repugno, as, widerstreben / widerstehen. *Syn.* Adversor, obsisto, reclamo.)(*Pugno, consequor.* *Adv.* Acriter, apertissimè, leniter, multùm, planè, valde, vehementer. *Usus.* Fortunæ, crudelitati alicujus repugnare. Nemo repugnat, age, quod lubet. Illud vehementer repugnat, parumque consentaneum est. *V. Adversor.*

Repulsa, æ, abschlägige Antwort. *Syn.* Offensa, repudiatio à Magistratu. *Usus.* Repulsam ferre, accipere, referre, pati, & suffragiis præteriri. *Vid. Rejicio.*

Repulsus, ûs, das Zurücktreiben.

Repungo, ere, wider stechen. *Syn.* Vicissim pungo. *Adv.* Leviter. *Usus.* Possem lacessitus repungere.

Reputo, as, bedencken / überlegen. *Syn.* Animô agito, cogito, expendo. *Usus.* Hæc ego mecum reputo, Apud animum meum dies & noctes cogito. 2. *Decerno, statuo, constituo, perspicio, intelligo.* Ita facilè est reputare, an &c.

Requies, tis, vel ei, Ruhe. *Syn.* Quies. *Usus.* Animô defatigatô otium quærere, & requiem ab occupatione; oblectationem animi requiemque curarum alicui afferre. Quantum temporis conceditur ad requiem corporis & animi!

Requiesco, ere, ruhen / schlaffen. *Syn.* Conquiesco, acquiesco. *Adv.* Paululùm, diu, satis. *Usus.* Curam animi remittere; sollicitudines & angores, amicorum consiliô & sermone requiescunt. *V. Quiesco.*

Requiro, ere, ſuchen/ fragen. *Syn.* Quæro, poſtulo, flagito, depoſco. *Adv.* Æquè nihil, diligenter, magnopere, multùm, rectè, valde, vehementer, ultrà. *Uſus.* Hominis in negotio gerendo fidem & prudentiam requiro. Beatus quid requirat, ut beatior ſit? Verum quidem dicis, ſed requiram diligentiùs. *Vid. Quæro.*

Res, ei, ein Ding/ Sach. *R. à Gr.* ῥῆσις. *Syn.* Quod non nulli ens dicunt. 1. *Negotium, rerum ſtatus, conditio.* Ea res magna eſt, luculenta, operoſa, plurimi otii. Ea nunc eſt rerum natura, *perturbatio*, confuſio, varietas, motus, turba, gravitas, tumor, is rerum curſus, ſtatus. Res noſtræ *perturbatæ* ſunt admodum, turbulentæ, dubiæ, incommodæ, calamitoſæ, periculoſæ, deſperatæ, perditæ, everſæ, deteriores, contractæ, converſæ. Rerum noſtrarum interitus, occaſus imminet. Noſtræ res *ſalvæ* ſunt, integræ, bonæ, ſecundæ, florentes, ampliſſimæ, optimæ. Rem totam ad aliquem *deferre*, Alicui committere, credere. Rem libenter ſuſcepit, naviter procurat, bene agit ſ. gerit, obit; Res noſtræ eum in locum, in id diſcrimen adductæ ſunt. Eô locô ſunt res noſtræ, ita res noſtra ſe habet. Ad rem accedere. Rem expedire, conficere, obtinere. 2. *Facultas, utilitas, pecunia, patrimonium.* Res familiaris, domeſtica, militaris, pecuniaria, frumentaria, literaria, ruſtica. Rei familiari dare operam; rem quærere. Rem familiarem augere, amplificare. Rerum ſuarum ſatagere, rebus ſuis providere, aliquid in rem ſuam convertere. Erit id in rem tuam; è re tua erit, ex uſu & utilitate rem facere. Res noſtra familiaris valde *diminuitur*, comminuitur, diſſipatur ſenſim & conficitur. Rei noſtræ familiaris multa naufragia facimus. Alteri de re familiari commodare, impertiri. 3. *Imperium.* Rerum potiri. 4. *Contentio.* Res mihi cum illo fuit. 5. *Variæ locutiones.* Pro re natâ. Ut res tulerit. Re & ſpe opulentus. Non re, ſed opinione hominum. Nihil ad rem. Re triſte & verbô. Rerum & ſententiarum copia. Reverâ.

Reſaluto, as, wieder grüſſen. *Uſus.* Neminem reſalutavit.

Reſarcio, ire, erſetzen/ ergänzen. *Syn.* Reſtituo, reficio. *Uſus.* Veſtem, damna reſarcire. *V. Reſtituo.*

Reſcindo, ere, abſchneiden. *Syn.* Infirmo, refero, diſcindo, diſſolvo, labefacto. *Uſus.* Acta alicujus, leges, pactiones, inſtituta majorum reſcindere. *Vid. Valere nihil.*

Reſciſco, ere, erfahren/ innen werden/ dahinter kommen. *Syn.* Intelligo, cognoſco. *V. Scio.*

Reſcribo, ere, wieder ſchreiben. *Syn.* Litteris reſpondeo. *Uſus.* Non mihi grave erit, non gravabor epiſtolæ tuæ reſcribere.

Reſeco, as, abhauen. *Syn.* Exſeco, excido. *Uſus.* Ad vivum reſecare; libidinem reſecare, coërcere juventutem.

Reſero, as, wieder auffſchlieſſen/eröffnen *Uſ.* Reſerare januam; Italiam hoſtibus.

Reſervo, as, ſparen/vorbehalten/ zurück behalten. *Syn.* Servo, conſervo. *Adv.* Impoſterum. *Uſus.* Non te urbi, ſed carceri reſervari. Ad extremum reſervatus. Aliquid proximo ſermoni reſervare. Vitam ſuam ad meliora tempora reſervare. *Vid. Servo.*

Reſes, idis, * müſſig / faul. *R. à* reſidendo, *qui reſidet.* *Syn.* Qui remanet obtioſus à labore vel opere, quod exercere ſolebat. *Uſus.* Timebant Patres reſidem in urbe plebem. *Vid. Piger.*

Reſideo, ere, ſitzen / niederſitzen. *Syn.* Conſiſto, remaneo, maneo, moror *Uſus.* In villa, in oppido reſidere. 2. *Perduro, permaneo, ſuperſum.* Non patiar, eas inter vos inimicitias reſidere; ne ſimultatis quidem reliquiæ ullæ in eo reſident. Si in morte ſenſus ullus reſidet. 3. *Inſum, vigeo, reluceo.* In eo tota reip. authoritas reſidet. Tota mea ſpes in te reſidet. 4. *Sedo, placo.* Cum iræ, cum timor animo reſediſſent. Cùm bella pace reſediſſent, deferbuiſſent, deferviſſent. 5. *Hæreo.* Cujus culpa in te reſidet. Res geſtæ, in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio.

Reſido, ere, * ſich ſencken. *Uſus.* Si montes reſediſſent.

Reſiduus, a, um, übrig/ alt / hinterſtellig. *Syn.* Reliquus. *Uſus.* Quid relatum, quid reſiduum ſit. *Vid. Reliquus.*

Reſigno, as, öffnen / auffbrechen. *Syn.* Aperio, ſolvo.)(*Obſigno.* *Uſus.* Tabulas, litteras reſignare.

Reſi-

Resignatus, vest entschlossen. *Vulgò.* Ita cum animo paratus, ut nec depugnare, si occasio tulerit, nec obsideri, si necesse fuerit, nec mori, si casus inciderit, pro vobis paratior quisquam fuerit.

Resilio, ire, zurück springen. *Syn.* Refugio.)(*Assilio.* *Vid. Refugio.*

Resipisco, ere, sich bessern / klüger werden. *Syn.* Ad sanitatem redeo, ad me redeo, me colligo, erroris pœnitet. *Phras.* Velim, te cohibeas; velim, te colligas, ad modum revoces, ad rectam rationem redeas, intra rationis gyrum revoces s. traducas. Perditis in adolescentiâ moribus multi sunt, qui deinde resipiscentes honestè vitam instituunt; qui deinde meliorem adepti mentem, honestioris vitæ initium ordiuntur; qui meliorem ad mentem, qui ad meliorem sententiam revocati, laudabiliorem vitam exordiuntur. Vivunt multi turpiter in adolescentia, qui suos tandem mores conformant; Multi student vitiis, turpem vitam colunt, inhonestè vitam traducunt, pecudum more vitam transigunt, proclives ad vitia sunt, turpi voluptate capiuntur, culpam facilè committunt in adolescentia, qui suos tandem mores conformant.

Resisto, ere, widerstehen. *Syn.* Repugno, obsisto, par sum. *Adv.* Acriter, acutiùs, acerrimè, apertè, fortiter, impudenter, necessariò, studiosiùs, vehementer. *Usus.* Libidini alicujus, dolori, hostibus resistere. 2. *Resto, persisto, insisto.* Sed ego in hoc resisto. Nihil est, ubi resistamus à lapsu. *Phras.* Resistam hominis audaciæ, obsistam pro viribus, refragabor; omni non contentione modò, sed dimicatione elaborabo, repugnabo, objiciam me; quòad possum, ejus conatus refutabo; sceleri & audaciæ me opponam; luctabor cum homine improbo, vel inermis contra armatum consistam; consiliis occurram, audaciam debilitabo. Si quod in me telum contorserit, legum & judiciorum arma arripiam; lateris mei opposita obnitar, ibo in hominem, non me feret; obluctantem contundam, ferociam exultantis frangam. *Vid. Adversor.*

Resolvo, ere, aufflösen. *Syn.* Dissolvo, numero, persolvo. *V. Solvo.*

Resono, as, wiederschallen. *Syn.* Persono, percrepo. *Adv.* Urbaniùs. *Usus.* Ex hâc vocum concordia dulce quid & amicum resonat. 2. *Respondeo.* Gloria virtuti resonat tanquam imago. Cornua, quæ ad nervos resonant in cantibus.

Respecto, as, stets herum sehen. *Syn.* Respicio. *Usus.* Hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes & aspectantes relinquamus.

Respectus, ûs, Ansehen / Ehre. *Syn.* Aspectus aversus. *Epi.* Mirabilis. *Usus.* Meus animus in acie est, nec respectum ullum quærit. 2. *Ratio.* Sine respectu Majestatis, nullâ senatûs ratione habitâ. *V. Curo.*

Respergo, ere, besprengen. *Syn.* Aspergo, perfundo, conspergo.

Respersio, nis, Besprengung. *Usus.* Nec sumptuosa respersio, nec coronæ & acerræ prætereantur.

Respicio, ere, zurück sehen. *Syn.* Parco, rationem habeo, curo. *Adv.* Iracundiùs, longè, retrò, meliùs, morosè. *Usus.* Respicite salutem vestram; commoda reip. respicite, si vestris non prospicitis. 2. *Adjuvo.* Nisi quis Deus nos respiciat. 3. *Aspicio, retro aspicio.* E tenebris lucem aliquam respicere. Præteriti temporis memoriam cogitatione respicere. *Phras.* Sæpissimè te respicere soleo; ad te oculos animumque referre, oculos ad te retorquere, aspectum meum in te referre, oculis te meis custodire soleo & sequi.

Respiratio, nis, Athemholung / das Athemen. *Syn.* Interpunctio, interspiratio. *Usus.* Alios intervalla, moræ, respirationes delectant. 2. *Exhalatio.* Aër oritur ex respiratione aquarum. 3. *Spirantis actus.* Sine respiratione animal intermoritur.

Respiro, as, verschnauffen / Athem holen. *Syn.* Expiro, reddo, spiro, spiritum duco, anhelo. *Adv.* Liberè, paulum. *Usus.* Pulmones ductam animam respirant ac reddunt. 2. *Recreor, quiesco, animum erigo.* Erigere animum, paululum a metu respirare. Respirabo, si te videro, & acquiescam. 3. *Cesso.* Oppugnatio ne puncto quidem temporis respiravit. *Phras.* Cum tui cogitatio

tio venit in mentem, paulùm respiro; acquiesco, paululum requiesco in meis miseriis, anhelitum recipio, spiritum malis interclusum recipio. *Vid. Recreo.*

Resplendeo, ére, hell scheinen. *Syn.* Refulgeo.

Respondeo, ére, antworten. Responsum do, refero, responsum reddo, rescribo.)(*Interrogo.* *Adv.* Absurdè, acutè, æqualiter, amicè, argutè, asperè, audacter, bene, benignè, commodissimè, consideratè, constanter, copiosè, cumulatè, demissè, dolenter, dilucidè, falsò, flebiliter, ferociter, graviter, Græcè, honestè, honorificè, humanè, impudenter, inhumanè, inscitè, lentè, liberaliter, literatè, luculenter, malè, memoriter, pariter, perbenignè, probè, rectè, separatim, suppliciter, tristiùs, vehementer, venustissimè, verissimè, confusè. *Usus.* Absurdè, asperè, vultu verbisque respondeo. Ad interrogata responde, extra ea cave vocem mittas. Id à me quoque responsum tulere. 2, *Convenio*, *congruo.* Extrema primis, virtus tua hominum opinioni, majorum laudibus respondet. Optatis meis fortuna respondit. Inter eos mutuò officiis respondetur. *Thras.* Nescio, cur ad ea, quæ te rogo, minimè respondeas; responsum non des; responsum minimè reddas, præbeas. Nescio, cur me sine responso dimittas, ad rogata nihil dicas; ne verbum quidem ex te ad ea, quæ rogo, s. nullum responsum auferre, elicere possum.

Responsio, nis, Antwort. *Syn.* Responsum. *Epi.* Brevis, inimica. *Usus.* Indigna responsione quæstio.

Responsum, i, Antwort. *Syn.* Responsio. *Epi.* liberale, præclarum & homine doctô dignum. *Usus.* Responsum dare, reddere; ab aliquo auferre responsum.

Respublica, æ, das gemeine Wesen. *Syn.* Politia, communis res. *Epi.* Ægrota, afflicta, perdita, aliena, amantissima, clara, conjunctissima, florens, fortunata, germana, grata, imbecilla, infirma, ingrata, labens, libera, misera, municipalis, perturbata, perdita, privata, quieta, sana, salva, summa, tenuis, tota, tranquilla, turbulenta, vetus, universa. *Usus.* Plato novam quandam rempub. constituit, ædificavit, sevit. Nihil dignius ac tuô labore remp. stabilire, confirmare, amplificare, fundare. Serò ad remp. se *contulit*; Remp. capessivit, accepit, attigit; remp. gerere, tractare, administrare cœpit, sed eandem pulcherrimè sustinet; legibus optimis temperat, regit, tenet, gubernat; totus in remp. incumbit; Dii ab iis pœnas repetent, qui remp. *oppugnant*, vexant, perturbant, labefactant, violant, convellunt, opprimunt, delent, vastant, profligant, obruunt, à republ. deficiunt. *Inclinat* sanè resp., præcipitat, cadit, tantùm non occidit, & interit. Tu eam consiliis tuis excita, erige, fulci, contine, serva; fac, ut reviviscat, exurgat, sibi restituatur. *Thras.* Difficilis ars est, rectè remp. gerere; gubernacula reipubl. prendere; ad gubernacula reipubl. sedere; Patriæ gubernacula sibi deposcere; Custodem, gubernatoremque reip. agere; clavum Imperii tenere; res communem utilitatem continentes administrare.

Respuo, ere, verachten / verwerffen. *Syn.* Aspernor, repudio. *Adv.* Vehementer. *Usus.* Respuere aliquid, pro nihilo putare. Aspernari aliquem & respuere. Consolationem omnem & consilium respuit. *Vid. Nolo. Invitus. Recuso.*

Restinctio, nis, Leschung. *Syn.* Sedatio. *Usus.* Restinctio sitis.

Restinguo, ere, außleschen. *Syn.* Sedo, comprimo.)(*Inflammo.* *Usus.* Repressi impetum, ardorem restinxi. Eloquentiâ cupiditates iracundiasque restinguimus. Ignem, sitim restinguere. *V. Comprimo. Coerceo.*

Restipulatio, nis, Gegen-Versprechung. *Syn.* Repromissio.

Restipulor, aris, dargegen verheissen. *Syn.* Repromitto. *Adv.* Diligenter, porro.

Restis, is, * Seil/Strick. *Syn.* Funis.

Restituo, ere, erstatten / wieder ersetzen. *Syn.* Instauro, corrigo. *Adv.* Æquè, dissolutè, honorificè, perniciosè, planè, turpiter, in integrum. *Usus.* Pretium, veterem potestatem reip. restituere. Restituere, ac corrigere depravata. 2. *Repono.* Aliquem in integrum, in antiquum gloriæ & honoris locum, in veterem possessionem

gratiamque restituere. Vix sibi è gravi calamitate restitui cœperat. Quem autoritate, studiô, sententiis restituistis, nunc manibus quoque vestris in sedibus meis collocetis. 3. *Veniam do.* Condemnatum clementer restituit.

Restitutio, nis, Erstattung / Ersetzung. *Usus.* Damnatorum restitutio.

Restitutor, is, Wiederbringer / Erstatter. *Usus.* Lentulus restitutor salutis meæ.

Resto, as, übrig seyn. *Syn.* Maneo, remaneo, resideo. *Adv.* Omninò. *Usus.* Romæ restiti paulisper, dum cœpta perficerem. 2. *Relinquor, supero, supersum, reliquum est, residuum est.* *Usus.* Nihil ei præter hortos restabat. Hæc reliqua pars est, hic restat actus. Unicus mihi amicus restat. *Vid. Reliquus.*

Restrictè, streng / genau. *Syn.* Angustè, strictè. *Usus.* Cur id tam restrictè parcèque faciat, ignoro.

Restrictus, a, um, geitzig / karg / filtzig. *Syn.* Tenax, parcus, avarus, naturâ ad largiendum restrictior.

Resupinus, a, um, rücklings. *Syn.* Supinus.

Resurgo, ere, * auffstehen. *Usus.* Resurgunt res Romanæ contra spem. *Vid. Surgo.*

Retardatio, nis, Hindernus / Einhalt. *Syn.* Mora, commoratio.

Retardo, as, verhindern / Einhalt thun. *Syn.* Moror, commoror, moram affero, moram facio, moram & impedimentum infero. *Usus.* Celeritatem alicujus, hostium animos & impetum retardare, comprimere, frangere. Ne animum tuum à scribendo defatigatio ulla retardet. *Vid. Differo. Moror.*

Rete, is, Netz / Garn / Fischer-Netz. *Syn.* Plaga, laqueus.

Retego, ere, entdecken / kund machen. *Syn.* Aperio, evolvo. *V. Aperio.*

Retentio, nis, Hinterhaltung. *Usus.* Assensionis retentio.

Retexo, ere, aufflösen. *Syn.* Dissolvo, renovo. *Usus.* Dialectica quasi Penelopes telam retexens. Num, quod adolescens præstiti, commutem, & velut meipsum retexam? retexo orationem meam; *quod negabam, confiteor. V. Repeto.*

Reticentia, æ, Verschwiegenheit. *Syn.* Taciturnitas.

Reticeo, ere, verschweigen. *Syn.* Taceo, conticeo, obmutesco.)(*Dico.* *Adv.* Astutè prorsus, nullô modô. *V. Taceo.*

Reticulum, i, ein Netzlein.

Retineo, ere, behalten. *Syn.* Detineo.)(*Dimitto.* *Adv.* Diligenter, diutiùs, in perpetuum, mediocriter, meliùs, perpetuò, vehementer, vix. *Usus.* Sui juris retinendi quisque cupidus. Retine hominem, ni fortè profectus est. 2. *Conservo.* Retinent tamen charitatem in pastores. 3. *Delecto.* Ipse historiæ ordo nos retinet. *V. Detineo.*

Retorqueo, ere, zurück treiben. *Syn.* Reflecto. *Usus.* Retorquet oculos in hanc urbem.

Retractatio, nis, Widerruffung. *Syn.* Revocatio, recognitio. *Usus.* Conficies igitur, idque sine dubitatione ullâ & retractatione. Sine retractatione ullâ dicere liberè audeo. *Vid. Palinodia.*

Retracto, as, widerruffen. *Syn.* Revoco. *Usus.* Locus ille a me retractabitur. Retractando, dolorem vulnerum augemus. *V. Revoco.*

Retraho, ere, zurück ziehen. *Syn.* Revoco, abstraho. *Adv.* Non sanè, facilè proficiscentem. *Usus.* Retrahere aliquem à cœpto, à rep. Revocat virtus, vel potiùs reprehendit manu. A turpi consilio, à scelere retrahere aliquem, & revocare.

Retribuo, ere, vergelten. *Syn.* Rependo, refero. *Usus.* Retribuere, quod quis debeat. *V. Reddo.*

Retrò, von hinten zu / rückwerts. *Syn.* A tergo. *Us.* Quid retrò, & a tergo fieret, ne laboret. Effusos hostes ab tergo adoriri. Ab tergo se objicere; Hostis post tergum relinquendus non est. A tergo insequens. Tam longè, retrò respicere non possunt.

Retrudo, ere, zurück stossen. *Usus.* Simulacra Deorum retrusa, abdita, recondita.

Retundo, ere, stumpff machen. *Syn.* Obtundo. *Adv.* Bellè aliquem. *Usus.* Sermones, improbitatem alicujus, districtos

ctos in remp. gladios retundere. *V. Teneo.*

Reveho, ere, zurück führen. *Usus.* Sed paulò ad superiorem ætatem revecti sumus.

Revello, ere, abreissen/ abpflücken/ abzopffen. *Syn.* Refugio. *Usus.* De corpore saucii tela revellere; claustra, januam, injurias illas revellere.

Revenio, ire, wieder kommen/ zurück kommen. *Syn.* Redeo. *Usus.* Cum domum revenero. *V. Redeo.*

Reverà, fürwahr/ allerdings. *Syn.* Reipsà, reapse.

Reverentia, æ, Ehrerweisung/Ehrerbietung. *Syn.* Honor, observantia. *Us.* Adhibenda est quædam adversus homines reverentia. *Thras.* Magna adversus Parentes reverentia filium decet; par est, ut Genitoris auctoritatem filius vereatur, judicium sequatur; ut deum quemdam vereatur Parentem; ut Parentis quâdam verecundiâ ducatur, pudore regatur; Parentum verecundiâ à malis arceatur; ne unquam genitorum reverentia excidat filiorum animis.

Revereor, eris, Ehrerweisen / oder bezeigen. *Syn.* Vereor, colo, observo, cultu quodam & honore dignor. *Usus.* Observantia est, per quam ætate, aut sapientiâ, aut honore, aut aliquâ dignitate antecedentes reveremur & colimus. *Thras.* Dejectus est in summas miserias, quia quos maximè debuit, eos minimè veritus est; quia quos minimè debuit, eos contempsit, nihili fecit, aspernatus est, nullô locô habuit, minimi duxit. Cecidit, concidit, perditus est, extinctus est, periit; exitium, perniciem, ultimam calamitatem subiit, sustinuit, tulit, perpessus est, sensit; extremam fortunam subiit, adivit, sensit; quia in postremis habuit, quos minimè debuit, quos minimè æquum erat; quia nullam rationem habuit, eorum voluntatis, aut commodi, à quibus pendere debuit; quorum voluntatem remque spectare debuit; quibus consulere, quorum rationibus consultum esse debuit; quorum voluntati parere, obsequi, morem gerere, officiô cogebatur.

Reversio, nis, Zurückkunfft / Wiederkunfft. *Syn.* Reditus,)(*Profectio.* *Usus.* Reversio & motus febrium. De reditu vel potius reversione meâ lætantur.

Revertor, eris, wieder kommen/zurück kehren. *Syn.* Reverto, revenio, redeo, refero me, reversionem facio, remigro. *Adv.* Acriter, crebrò, retrò. *Usus.* Ad propositum revertor. Sed ad jus publicum revertar. *V. Redeo.*

Revincio, ire, rückwärts binden. *Usus.* Revinctis post terga manibus.

Revinco, ere, überweisen/ überzeugen. *Syn.* Convinco. *Usus.* Nunquam is argumentis aut alienô judiciô revinci se patietur. *V. Convinco.*

Reviresco, ere, wieder grünen/ oder ausschlagen. *Syn.* Fruticor, renovor, reviviscο, refloresco. *Usus.* Reip. rationes senatorum operâ revirescent.

Reviso, ere, heimsuchen/ besuchen. *Syn.* Iterum viso, inviso. *Usus.* Cum poteris, nos revises.

Revivisco, ere, wieder lebendig werden. *Syn.* In vitam redeo, renascor. *Adv.* Necessariò. *Usus.* Ut tua causa toties jugulata faciliùs reviviscat. Ex metu mortis, luce libertatis recreatus revixit. In spem reviviscere, respirare à metu cædis, emergere è fluctibus servitutis.

Revocatio, nis, Widerruff. *Epi.* Contraria, brumalis, solstitialis. *Usus.* Receptui signum, aut revocationem à bello nondum audimus.

Revoco, as, zurück ruffen / wieder ruffen. *Syn.* Avoco, removeo, abstraho, retraho.)(*Voco.* *Adv.* Acriùs, arroganter, identidem. *Usus.* Revocare mentem à sensibus. Aliquem à scelere, ab incœpto, ab instituto cursu, à cupiditate & furore, revocare. 2. *Refero.* Revocare omnia ad scientiam, ad veritatem. 3. *Resumo, aggredior, instauro.* Retuli me ad ea studia, longô intervallô remissa revocavi. Vires amissas revocavi. Aliquid in dubium, in memoriam, in animum revocare. Cum fortuna ex adversis in meliorem statum revocatur. Ad incertum revocabuntur possessiones omnium.

Revolo, as, zurück fliegen. *Syn.* R[illegible] volo.

Revolvo, ere, umwältzen. *Syn.* Rapio, reduco. *Adv.* Necessariò. *Usus.* Identidem eòdem revolvor; Imprudens eò, quò minimè vult, revolvitur. *Vid. Iterum.*

Reus, ei, Beklager/ Schuldiger. *Syn.* Ill

Ille, unde petitur, qui causam dicit, qui lege aliquâ tenetur, maleficus, qui aliquâ culpâ erroris tenetur humani, qui arguitur, de cujus re disceptatur; qui de capite, famâ, civitate, fortunis, liberis dimicat; circùm Patronos cursat, sordidatus, mœstus ad populum circumit. *Epi.* Afflictus, humilis, improbus, innocens, invidiosus, locuples, mœstus, nobilis, nocens, perditus, turpis. *Usus.* Aliquem capitalis rei, de furto reum facere, agere, peragere, inter reos referre; Crimini se reum pro aliquo supponere; sontibus reis opitulari.

Rex, gis, König. *Syn.* Princeps, dominus. *Epi.* Afflictus, alienus, clarissimus, doctissimus, generosus, ignobilis, impius, impudens, nobilis, opulentus, potentissimus, præstans. *Usus.* Reges, orbis terrarum Domini. Rex sedens cum purpura & sceptro; habens regalem potestatem; qui regali potestate præest.

Rheda, æ, eine Kutsche. Genus vehiculi. *Syn.* Essedum. *Us.* Rhedâ vehor. In Rheda sedere. Cum duobus essedis & rhedâ equis junctâ.

Rhetor, is, ein Redner/ Wohlredner. *Syn.* Orator, dicendi artifex & doctor, qui dicendi præcepta tradit, rhetoricus Doctor, Magister declamandi. *Epi.* Antiquissimus, doctissimus, eloquens, magnus, nobilis. *Us.* Vis & artificium rhetoris. *V. Orator.*

Rhetorica, æ, Red-Kunst. *Syn.* Ars Rhetorica. Rhetoris ars, vis oratoria, Oratoris facultas, ratio dicendi, copia dicendi & commoditas orationis. *Epi.* Forensis, paulò hebetior, similis palmæ. *Usus.* Scripsit artem rhetoricam Cleanthes.

Rhetoricè, künstlich/wohlrednerisch. *Syn.* Rhetorum more, splendidè, copiosè, ornatè. *Usus.* Rhetoricè mavis, an dialecticè disputare?

Rhetoricus, a, um, rednerisch. *Usus.* Exercitationes, libri, artes rhetoricæ.

Rhythmus, i, Reimen/ Spruch. *Syn.* Numerus.

Rhytmici, orum, gewisse Dichter. *Syn.* Poëtæ lyrici, musici numerorum studiosiores.

Ricinium, ii, Trauer-Kleid. *Syn.* Vestimenti genus.

Rictus, ûs, der Rachen. *Syn.* Os minax & hians.

Rideo, ére, lachen. *Syn.* Risum edo vel facio, derideo. *Adv.* Familiariter, doctè, vehementius, valdè. *Usus.* Risi nivem atram, teque hilari esse animô & promptô ad jocandum gaudeo. Risi imprudentiam hominis. *Phras.* Magnos eâ re risus excitavi; non mediocris risus est consecutus; magnos risus movi; quotquot aderant, magnos risus edidêre; Risu penê corruêre; ridêre omnes, cachinnari, nemo risum tenere; cachinnos sustulêre; risus omnibus obortus; risu prope emortui sunt.

Ridiculè, lächerlich. *Syn.* Facetè, per ridiculum, jocô. *Usus.* Quidam ridiculè insanus,

Ridiculum, i, ein Spaß/ lächerlicher Schertz. *Syn.* Jocus, facetiæ; digna res, quæ omnium irrisione ludatur. *Epi.* Civile, frequens, impatiens ac lentum, sub obscœnum. *Usus.* Vitabit etiam ridicula quæsita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quæplerumq; sunt frigida.

Ridiculus, a, um, poßierlich/ lächerlich/ schertzhafft/ spaßhafft. *Syn.* Jocularis. *Epi.* Petulans. *Us.* Facie magis quam facetiis ridiculus; homo perridiculus. O licentiam jocularem, & merito deridendam!

Rigeo, ére, sehr frieren. *Syn.* Conglacio, congelo. *Usus.* Aut frigore ingenti aut calore uruntur. Vestes gelu rigent.

Rigidus, a, um, erstarret. *Syn.* Durus, erectus, rudis. *Us.* Aves rigidis cruribus, procerô rostrô. *V. Severus.*

Rigo, as, befeuchten/ wässern/ netzen. R. βρέχω, omissô β. *Syn.* Respergo. *Usus.* Nos aquarum inundinationibus terris fœcunditatem damus. Nilus Ægyptum rigat.

Rima, æ, Riß/ Ritze/ Spalte. R. à ῥῆγμα. *Syn.* Hiatus. *Usus.* Domus rimas agit. Ne inferciat verba orator, tanquam rimas expleat. Domus hæc vitium facit, Labem ducit.

Rimor, aris, nachgrüblen. *Syn.* Scrutor, inquiro.

Ringor, eris, zornig/ unmuthig seyn/ schnauben.

Ripa, æ, Ufer/ Gestad eines Flusses. R. à ῥιπή. *Syn.* Impetus alluentis aquæ. *Epi.* Aversa, contraria, viridis, opaca. *Usus.*

Fluvi-

Fluvium extra ripas redundantem coërcere. In viridi & opaca ripa obambulare.

Risus, ûs, Gelächter *Epi.* Magnus, maximus, mediocris. *Usus.* Risum captare, quærere, excitare, movere, facere. In risum convertere. Risum edere; risu corruere, emori. Risum vix tenui. *Phras.* Cùm nonnullorum ineptias considero, risum tenere nequeo; ridere cogor; quin rideam, non possum; à risu abstinere non queo; risum statim edo; eos cogor risu excipere. Nonnullorum ineptiæ mihi risum excitant, faciunt; à me risum eliciunt.

Ritè, gebührlich/ geziemend. *Syn.* Rectè. *Usus.* Ritè & rectè dicere, facere. *V. Rectè.*

Ritus, ûs, Gebrauch. R. à ῥητὸς, *constitutus.* *Syn.* Mos, consuetudo, rata & firma, præcipuè sacra. *Epi.* Optimi, patrii. *Usus.* Ex ritu patrio Deos colere. Ritu pecudum vivere. Variis ritibus fana dedicantur.

Rivalis, is, Mit-Buhler. *Syn.* Æmulus, competitor. *V. Æmulus.*

Rivalitas, tis, Eyfersucht. *Syn.* Æmulatio. *V. Æmulatio.*

Rivus, i, * Bach. *Usus.* Tanquam rivorum à fonte deductio.

Rixa, æ, Stänckerey/ Zänckerey/ Hader. R. à ῥῆξις, *ruptura.* *Syn.* Turba, jurgium; verbosa, plena jurgii contentio. *Epi.* Nova, magna. *Usus* Rixam concitare, excitare, concire. Nostræ Academiæ cum veteri magna rixa est. In quorum rixam si Academicus incurrerit, &c. *V. Certamen.*

Rixor, ari, zancken/ hadern/ keiffen. *Syn.* Contendo, jurgor. *Usus.* De amiculâ rixantur. *V. Contendo.*

Roboro, as, bevestigen/ vest machen. *Syn.* Corroboro, confirmo, sancio. *Usus.* Ut hæc authoritate suâ roboraret. *V. Confirmo.*

Robur, oris, Stärcke/ Eiche. *Syn.* Quercus, seu lignum durissimum. *Epi.* Firmissimum, incredibile animi. 2. *Vis, virtus, firmitas, nervi, firmamentum.* Quantum in animo cujusvis roboris est & nervorum. Copiarum robur deletum est. Cum aliquid roboris accesserit ætati. Milo incredibili animi robore septus. Animi invicti magnitudo, & robur. *V. Vires.*

Robustus, a, um, starck/ baum-starck. *Syn.* Fortis, valens, potens, nervosus, habens firmamentum & robur, lacertosus, maximis corporis viribus.)(*Confectus.* *Adv.* Benè. *Us.* Robustioris jam impietatis est. Malum inveteratum fit robustius. Audax & robustus satelles. *Phras.* Neminem cognovi te fortiorem; neminem cognovi te validiorem. Neminem cognovi, in quo plus roboris, firmitatis, virium inesset; qui firmior esset à viribus; qui virium firmitate præstaret; qui te robore corporis anteiret; qui viribus magis valeret; cujus esset præstantior fortitudo. Tam firmus es, tam validus, tam fortis, tam robustus, quàm qui maximè. *V. Fortis.*

Rodo, ere, nagen/ zernagen. *Syn.* Corrodo, derodo, exedo. *Usus.* Mures noctem & diem aliquid rodentes. 2. *Transl. Carpo.* Qui aliquem in conviviis rodunt, in circulo vellicant, ubique carpunt.

Rogatio, onis, eine Bitte. *Syn.* Rogatus, obtestatio, preces. *Epi.* Consularis, gratiosissima, justa, sceleratissima, similis, tribunitia. *Usus.* Ego Curtium rogatione tuâ diligo. 2. *Lex.* Rogationem ferre, perferre, promulgare; rogationi intercedere; abrogare rogationem.

Rogator, is, Bitter/ Bettler. *Syn.* Qui rogat, petit, quærit; qui cistas defert colligendis suffragiis per tribus. *Epi.* Justus. *Us.* Vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuistis tabularum.

Rogatus, ûs, eine Bitte. *Syn.* Oratus, rogatio. *Usus.* Meô rogatu rem impetravit.

Rogo, as, bitten/ begehren/ bittlich ersuchen. *Syn.* Oro, precor, precariò precor, quæso, deprecor, obsecro, obtestor. *Adv.* Acriùs, arroganter, auspicatò, blandè, breviter, contumaciter, diligenter, etiam atque etiam, familiariter, iterum & sæpius, magnopere, modestè, nominatim, penitus, perpusillùm, planè, precariò, propriè, prorsus, tacitè, vehementer. *Usus.* Hoc beneficium ita te rogo, ut majore studiô non possim; sententiam ejus rogavi. Hæc ego de te rogo. *Phras.* Hoc de te vehementer rogo, imò obsecro. Cœlum terramque contestans & flens obtestor; hoc maxima obtestatione à te peto;

oro, ploro, atque imploro tuam fidem; summis precibus obsecro. Ad pedes tuos stratus, jacensque supplico; supinas manus tendens, infimis precibus contendens, obtestationibus te fatigare non desinam. Rogo te, quam studiosè possum, a te maximopere pro summa nostra conjunctione etiam atq; etiam peto, & quæso. Precibus tecum ago quàm diligentissimis; singulari studio, quam possum studiosissime, valde hoc & ex animo a te contendo. Non pati meas esse irritas & inanes preces; sit apud te meis precibus locus. Exaudi, excipe meas preces; meis precibus facilem te præbe. Ne me rogantem suppliciter a te rejicias; sine me hoc a te impetrare; hoc in me confer gratiæ, hoc impertias gratiæ; da, largire hoc mihi. Velim existimes, quod a te peto, id ejusmodi esse, ut meæ fortunæ omnes in eo constitutæ sint. Velim existimes, quod a te peto, id ejusmodi esse, ut meæ omnes fortunæ in eo agantur, consistant, in eo locatæ sint, repositæ s. sitæ sint. Sic à te peto, quasi in eo mihi sint omnia; quasi rationes meæ ex eo pendeant; quasi rationes meæ ad unum illud referantur. Hoc a te ita postulo, hoc a te ita peto, s. contendo, ut fortunas in eo meas positas putem, ut nihil unquam magis.

Rogus, i, Scheiter-Hauffe Holtz-Hauffe. R. à rogando, *quod in eo Dii manes rogantur.* *Epi.* Ardens, extinctus. *Usus.* Metanum filii in rogum imposuere. Bona existimatio nos usque ad rogum comitetur.

Roro, as, tröpfflen. *Usus.* Pocuda rorantia.

Ros, ris, Thau. R. Ex δρόσ⊙ omisso δ. *Epi.* Vitalis. *Usus.* Nocturnum rorem excipiunt.

Rosa, æ, eine Rose. *Usus.* Cum rosam videret, tunc incipere ver arbitrabatur. Sertis redimiri & rosa.

Rostratus, a, um, geschnäbelt. R. *à* rodo, *ut rastrum à rado.* *Usus.* Navis rostrata.

Rostrum, i, Schnabel/ Rüssel. *Syn.* Os, os avis & aliorum animalium. *Usus.* Sus rostrô literam effingens. Aduncitas rostrorum. Rostra navium.

Rota, æ, ein Rad. *Syn.* Orbis. *Epi.* Fervida. *Us.* Fortunæ rotam pertimescere.

Rotundè, fein/ nett/ rund aus. *Syn.* Concinnè, explicatè.

Rotundo, as, rund machen/ ründen. *Syn.* Rotundum facio. *Us.* Ad volubilitatem rotundavit.

Rotundus, a, um, kugel-rund. *Syn.* Globosus, conglobata figura. *Usus.* Stellarum rotundi ambitus, quarum motus in orbem circumferuntur. Formâ rotunda nulla pulchrior. Flumen velut circino circumdatum urbem ambit. Verborum quasi rotunda constructio. Rotundus orator.

Rubeo, ere, roth seyn. *Syn.* Erubesco, pudet.

Ruber, a, um, roth. *Usus.* Mare rubrum.

Rubens, tis, * roth. *Syn.* Ruber.

Rubicundus, a, um, * röthlicht. *Syn.* Rubore plenus.

Rubiginosus, a, um, * rostig/ verrostet. *Syn.* Rubigine plenus.

Rubigo, inis, * Rost.

Rubor, is, Röthe. *Usus.* Pudorem rubor consequitur. Verborum obscœnitate vitandâ ruborem suum præstare; mixtus rubori candor. Rubore suffundi.

Rubrica, æ, roth Erdreich/ Röthel. *Syn.* terra rubra.

Ructo, as, fültzen/ görpsen/ reuspern. *Syn.* Cruditatem exhalo. *Usus.* Ructans & nauseans. Ajunt ructus liberos esse opportere. Alicui in os ructare.

Ructus, ûs, Schlucken/ Kröltzer/ Krültzer/ das Auffsteigen im Halß. *Syn.* Cruditatis exhalatio. *Usus.* Stoici ajunt, crepitus æquè ac ructus liberos esse oportere.

Rudens, tis, schreyend wie ein Esel. R. à rudendo, *quia rudit.* *Usus.* Clamor, tonitruum rudentium sibilus.

Rudimentum, i, die erste Lehre/ und Unterweisung eines Anfänglings. *Us.* Sunt hæc rudimenta & incunabula virtutis. Rudimentum aliquod ponere.

Rudo, ere, schreyen wie ein Esel. *Syn.* Asinorum vox.

Rudis, e, unwissend/ roh/ grob/ unbereitet. *Syn.* Imperitus, indoctus, impolitus, ignavus, inscius, tyro, hebes, tardus, pinguis, stupidus, bardus, agrestis, infacetus)(*Exercitatus.* *Adv.* Omninò, planè. *Usus.* Multitudo imperita & rudis, hæsitans, rudis in jure civili.

Homo

Homo sine sensu, sine sapore, elinguis, rudis, tardus. Harum rerum rudis, & ingenii expers, & imperitus. *Phras.* Imperitus es; ab usu rerum imperitus es, nullius experientiæ es, nullô usu es, usu minimè doctus es, usu expers es; rudis & tanquam hospes, novus, planè peregrinus in rebus es; rerum insciens, ignarus, expers es; peregrinaris in rebus; res non tractâsti; experientiâ cares, vacas; usum rerum ignoras, non habes; non satis, s. parum es in tractandis rebus versatus. Non sum huic rei asuetus; ad hanc rem asuefactus, consuefactus non sum. Novus & insolens, rudis tyro, non exercitatus, usu non bene firmatus s. confirmatus hanc rem aggredior; inexercitatus hoc suscipio. *V. Imperitus. Stupidus.*

Rudis, is, Spitz-Ruthe. *Syn.* Virga, quâ donabantur emeriti. *Usus.* Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti. Rude aliquem donare, *missum facere.*

Ruga, æ, Runtzel der Haut. *Syn.* Cutis à Senectute contracta. *Usus.* Hic rugis nos & supercilio decepit.

Rugosus, a, um, * voll Runtzeln / runtzelich. *Usus.* Senectus rugosa.

Ruina, æ, ein Fall / Verfall / Untergang. R. à *ruendo.* *Syn.* Casus, tempestas, procella, pernicies, pestis. *Epi.* Magna, nimia, propria alterius legibus. *Usus.* Ruina nobis impendet, infertur. Ingentes ruinas edet hostis; ruinâ oppressus interiit. *Phras.* *Ruina fortunarum.* Mearum omnium fortunarum jacturam feci; mearum omnium fortunarum perniciem tuli, subii, passus sum; perierunt omnes fortunæ meæ; afflictæ, eversæ, extinctæ, perditæ, profligatæ meæ res omnes sunt; omnes & industriæ & fortunæ fructus perdidi; ex meis pristinis ornamentis & commodis nullum obtineo; prorsus actum est de fortunis, de rebus meis; nihil mihi reliqui fortuna fecit; Ita perii, ita sum perditus, ut salutem planè desperem; oppressæ jacent, eversæ sunt gravissimæ fortunæ meæ & opes. Res omnes meæ, & fortunæ ita perditæ sunt, ut eas servare nec salus quidem ipsa possit. Naufragium feci rei familiaris, periit mea res domestica. Perdidi omnia bona; evertit me bonis omnibus fortuna; eversus sum omnibus fortunis; rerum mearum quid jam hăbeo, possideo, quid mihi reliquum fortuna fecit?

Ruina reip. Periit resp., concidit, nulla prorsus est; formam planè amisit resp. Actum est penitus de rep.; formam, imaginem, simulacrum veteris reip. nullum agnosces; vestigium reip. nullum agnosces; communis res ita delapsa est, ut ne spes quidem, melius aliquando fore, prorsus ulla relinquatur. Periit omnino reip. salus; non adversa tantùm est, verùm etiam penitùs eversa fortuna reip. Tractæ sunt opes, afflictæ sunt vires, amissa est dignitas, extincta est salus reip.

Ruina urbis. Vi fortunæ aliquando percussæ & prostratæ jacebunt præstantissimæ urbes. Fortunæ viribus perculsæ concident aliquando florentissimæ urbes; Erit aliquando, cùm urbes amplissimæ jaceant, perculsæ vi fortunæ atque prostratæ. Præclaras urbes obscurabit atque extinguet, tollet, perdet, malè perdet, prorsus affliget, planè opprimet, penitus evertet, omnino delebit aliquando fortunæ vis.

Ruinosus, a, um, baufällig / zum Fall geneigt. *Syn.* Quod ruinam minatur. *Usus.* Ædes malè materiatæ, ruinosæ.

Ruminatio, onis, das Widerholen / Wiederkeuen. *Syn.* Recordatio. *Epi.* Quotidiana.

Rumor, is, Geschrey / gemeine Sage / Gerücht. R. à ῥῆμα, *verbum*; vel à rumine, *quasi obtuso sono.* *Syn.* Fama. *Epi.* Bonus, falsus, firmus, inanis, jucundus, magnus, nuncius, plenus timoris, raucus, secundus. *Usus.* Rumores *aucupari*, rumorum ventos colligere; rumores excipere, spargere, dissipare. Nescio, unde *ortus est* is rumor; nescio, quid rumoris afflavit, rerum à te bene gestarum rumor pertulit s. attulit. Rumor *est.* Calet rumor crescitque, te rem bene gessisse; sed vereor, ne brevi *refrigescat*, extinguatur, raucus fiat, sedetur, moriatur is rumor. *Phras.* Rumores sunt satis illi constantes, sed sine auctore; rumor est, sed sine capite; rumor est, rumore ipsô nunciô; sermones exaudiuntur, prorsus tamen incerti, inanes, orti ex voluntate. Sermones dissipati sunt, qui nulla veritate nituntur, sine causâ, aucto-

auctore, nuncio. Jactantur hæc sermonibus incertis; sermones dissipantur ii, quibus haberi fides nulla debeat, unde meritò fides absit, in quibus non sit pondus, qui nihil certum sequantur; qui neque nunciis neque litteris comprobentur, quas veritas nulla confirmet; qui nullâ veritate, nullô satis firmô testimoniô, nullô prorsus argumentô rationéve nitantur.

Rumpo, ere, brechen / zerreissen. R. ex Græc. ῥίπτω, olim *rupo*. *Syn.* Dissolvo, discindo. *Usus.* Fœdera negligere, violare, rumpere. Testamentum rumpere; dolore rumpebar.

Rumusculus. i, kleines Gemürmel / gemeine Sage. *Syn.* Levis rumor. *Usus.* Imperitorum hominum rumusculos aucupari.

Ruo, ere, fallen / hinfallen / übern Hauffen fallen. R. à *Græc.* ὀρύω, *impetum facio.* *Syn.* Ruinam edo, præcipito; præceps agor, vel feror. *Usus.* Ruere illa non possunt, nisi hæc eadem labefactata motu concidant. Ad interitum voluntarium ruit. In agendo ruere, & sæpè peccare. *V. Cado.*

Rupes, is, * Klippe oder Felß. *Usus.* Cum ex omni parte altissimas rupes despectasque haberet, unâ eâ parte aditus patebat.

Rursus, um, wiederum / hinwieder. *Syn.* Iterum, denuò, de integro. *Thras.* Rursus pugnare jubet; redintegrare prælium, retractari arma, instaurari certamen, prælium intermissum reparare jubet; revocantur ad signa; novatô impetu signa inferuntur. Nova pugna integratur. *V. Iterum.*

Rus, ris, Feld / Acker. *Syn.* Locus extra Urbem, ubi agri sunt & villæ, villa.)(*Urbs.* *Epi.* Amœnum & suburbanum. *Usus.* Ruri esse, habitare, vitam agere; in sua rura venire animi causâ. Rus amœnum & suburbanum. *Phras.* Voluptatem ex rure capio mirificam: ruri esse perjucundum est. Otium & quies rustica mirum in modum me delectat, oblectat, recreat, reficit, afficit, capit. Rus mihi affert delectationem, voluptatem, jucunditatem, hilaritatem; rus mihi delectationi est; rus me delectatione afficit. Rus animo meo jucundissimum est; delectationem, voluptatem, jucunditatem ex rure capio, percipio, suscipio. Otiô illô atque quiete, quam rustica parit habitatio, libentissimè fruor; si ullâ re, otiô capior & quiete rusticâ. Animus meus voluptate perfunditur, expletur ex otio rustico. Ruri habitare delectat imprimis; rus colere jucunditatem habet. Rusticari summæ voluptatis est. Cum rusticis esse, malè affectum animum recreat. In agris esse mœrorem fugat; rusticam vitam agere mœroris medicina est.

Rusticanus, a, um, bäurisch. *Syn.* Rusticus. *Usus.* Homines rusticani ex municipiis.

Rusticatio, onis, Bauer-Leben. *Epi.* Communis. *Usus.* Labores pacis & belli, id est, rusticationis & militarium stipendiorum. *V. Rus.*

Rusticatus, ûs, Wohnung auf dem Land / Land-Leben / Dorff-Leben / Bauers-Leben. *Syn.* Rusticatio.

Rusticè, tölpisch / grob / bäurisch. *Syn.* Inurbanè, duriter, importunè.)(*Urbanè.* *Usus.* Rusticè aliquid urgere.

Rusticor, ari, auff dem Felde seyn / auffm Land oder Dorff leben / bäurisch leben. *Syn.* Ruri habito. *Usus.* Litteræ rusticantur nobiscum. *V. Rus.*

Rusticus, i, ein Bauer / Bauersmann / Ackersmann / Landmann. *Syn.* Agrestis, rusticanus, inurbanus, insvavium morum, difficilis.)(*Urbanus.* *Epi.* Mendiculus, non incautus. *Usus.* Vita rustica honestissima & suavissima. Rusticis vir moribus, vitâ incultâ atque asperâ. Homo morum imperitus, voce rusticâ. Homines asperi, operi rustico intenti; Vitâ agresti, atque rusticô cultu, inter pecudes habitantes; rure & procul à cœtu hominum agrum colunt, Urbis immemores, procul à foro & ambitione.

Ruta, æ, Raute. R. à ῥυτή. Herba amara.

Ruta, orum, allerley Haußrath. *Syn.* Cujusvis generis supellex, lapides etiam ac ligna. *Usus.* Cùm quæritur, quæ sint ruta cæsa.

Rutilo, as, * glintzern / schimmern. *Syn.* Splendeo. *Usus.* Rutilantia arma.

S. Sa-

S.

Saburra, æ, * grober Sand. *Syn.* Arena, quâ naves onerantur. *Usus.* Onerarias duxit multâ saburrâ gravatas.

Saccus, i, ein Sack. *R. à Græc.* σάκκος. *Usus.* Coria, saccos, cilicia imperavit.

Sacellum, i, Capelle / klein Kirchlein / Hauß-Kirchlein. *Syn.* Cella, templum privatum. *Epi.* Maximum & sanctissimum.

Sacer, cra, crum, heilig / GOtt geweihet. *R. à Græc.* ἱερός. *Syn.* Religiosus, consecratus, habens Religionem.)(*Profanus.* *Usus.* Sacra & religiosa signa. Rem sacram facere. Sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri. Insula Jovi sacra, sacrata, donata, dicata, consecrata. 2. *Execrandus, devotus, diris devotus*, verflucht / verdammt. Homo sacer & intestabilis. Ejus caput Jovi sacrum est, ac devotum.

Sacerdos, tis, Priester. *Syn.* Flamen, minister publicus Dei, sanctissimô sacerdotiô præditus, qui sacris præest; Antistes fani, cæremoniarum, & sacrorum. *Epi.* Castissimus, expulsus & exspoliatus sacerdotiô, Religiosus, Sibyllinus. *Usus.* Præstò mihi sacerdotes cum infulis fuêre. *V.* Sacrum.

Sacerdotalis, e, * priesterlich. *Syn.* Quod ad sacerdotem pertinet.

Sacerdotium, ii, Priesterthum. *Syn.* Sacerdotis munus. *Epi.* Amplissimum, populare, sanctissimum. *Usus.* Aliquem ad sacerdotium *eligere.* Sacerdotium alicui mandare, tribuere. Sacerdotium amplissimum *consequi*, habere, inire. In sacerdotium venire, sacerdotio præesse, præditum esse.

Sacra, orum, Gottesdienst / Heiligthum. *Usus.* Religio sacrorum ne minuatur. In sacris tradendis divinæ mentis interpretes. *Phras.* Homo sacris deditus, religionibus deditus, animus religionum peritus; cujus est, res divinas facere; Deos sacris anniversariis religiosè colere; sacra anniversaria facere, conficere; Res divinas ritè perpetrare; sacra obire; solennia & stata sacrificia facere; sacra ritè curare; perpetrare, quæ ad pacem Deûm pertinent.

Sacramentum, i, Eyd. *R. à* sacrando, *ut* juramentum *à* jurando. *Syn.* Solenne jusjurandum. *Epi.* Justum, injustum. *Usus.* Sacramentô cum aliquo contendere. Agrum alienum sacramentô petere; obligare, adstringere aliquem militiæ sacramentô. Sacramentô teneri; solvere aliquem sacramentô.

Sacrarium, ii, Sacristey. *Usus.* Locus, ubi res sacræ reponuntur, & asservantur. *Epi.* Infimum, patrium, perantiquum. *Usus.* Sacrarium facere, constituere. *V.* Templum.

Sacratus, a, um, geheiliget / geweihet. *Usus.* Leges sacratæ.

Sacrificatio, nis, Opfferung. *Syn.* Sacrificium. *Epi.* Extrema.

Sacrificium, ii, Opffer. *Syn.* Sacrum, res divina, Sacra. *Usus.* Sacra, sacrificia statuere, facere, factitare; sacrificia violare, polluere. Ad sacrificium hostias præbere. *V.* Sacra.

Sacrifico, as, * opffern. *Usus.* Summo Jovi sacrificare. *V.* Sacra.

Sacrificulus, i, * Priester. *Syn.* Qui sacra facit.

Sacrilegium, ii, Kirchen-Raub. *Syn.* Rei sacræ furtum. *Usus.* Sacrilegiô se obstringere.

Sacrilegus, a, um, Kirchen-räuberisch. *Syn.* Parricida. *Usus.* Impurus & sacrilegus. *Phras.* Fur, sacrilegus fana expilavit, Deorum simulacra sanctissima è delubris religiosissimis sustulit, fanum depopulatus est, per scelus & latrocinium signa sanctissima nefariò ausu abstulit; Religiones maximas violavit. Sacella suffodit, incendit, oppressit, fana depeculatus est, templis antiquissimis impias & sacrilegas manus afferre conatus est; Templorum spoliator & expugnator; sacrorum omnium hostis, religionumque prædo.

Sacristia, æ, Sacristey. *Usus.* Sacrarium, templi penetralia, adyta; vestiarium, in quo reponitur sacra supellex, sacer ornatus, sacrum instrumentum.

Sacro, as, weyhen / heiligen / einweyhen. *Syn.* Consecro, dedico.

Sacrosanctus, a, um, hochheilig. *Usus.* Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod popu-

populus plebsve sanxisset; Ut sacrosancti viderentur. Sacrosanctam vacationem habere.

Sacrum, i, Gottesdienst. *Syn.* Sacrificium. *Usus.* Sacris initiari; sacra curare, facere, conficere, piè colere. Sacra violare, polluere. *Phras.* Singulari non modò manuum, sed animi imprimis munditiâ debet sacerdos rem divinam facere; sacrificium, sacrum, res sacras facere, peragere; res sacras perpetrare; committere sacrum, sacra, sacrificium; sacrificare. Facere, *absolutè.*

Sæpè, offt/ offt und viel / zum öfftern. *Syn.* Frequenter, frequens, magnâ ex parte, identidem, crebrò. *Usus.* Sæpe & multùm; semel & sæpiùs hoc mecum cogitavi; semel atque iterum ac sæpius. Nimiùm sæpe id mihi venit in mentem. *Phras.* Quàm sæpissimè sum in foro; urget forum; multùm in foro sum; sæpenumerò, totos dies, frequentissimè in foro conspicior; planè in foro habito. Raro ab foro absum.

Sæpenumerò, sehr offt / öffter. *Syn.* Sæpè.

Sævio, ire, wüten/ toben. *Syn.* Sævitiam in aliquem adhibeo, exerceo; crudelitatem adhibeo.

Sævitia, æ, Grimm / Grausamkeit / Wuth / das Toben. *Syn.* Crudelitas.)(*Clementia.* *Usus.* Adhibenda est heris sævitia in famulos. *V. Crudelitas.*

Sævus, a, um, grausam / wüthend und tobend. *R. Ex Græc.* σκαιὸς, *stolidus.* *Syn.* Ferus, crudelis. *Usus.* Sævi turbines extitêre. *V. Crudelis.*

Saga, æ, Hexe / Unholdin / Zauberin. *Usus.* Saga anus.

Saga, æ, Vestis militaris genus. *V. Sagum.*

Sagacitas, tis, Listigkeit / Verschlagenheit. *Syn.* Calliditas, solertia. *Epi.* Incredibilis, tanta. *Usus.* Incredibili ad investigandum sagacitate præditus. *V. Solertia.*

Sagaciter, scharffsinnig/ listig/ verschlagen. *Syn.* Callidè. *Usus.* Tu illud sagacissimè præsensisti.

Sagatus, a, um, soldatisch bekleidet. *Usus.* Galli sagati & togati.

Sagax, cis, verschlagen / gewürffelt / listig/ abgericht. *Syn.* Callidus, acutus, prudens. *Usus.* Sagax ad pericula perspicienda. Sagire enim sentire acutè est, ex quo sagaces canes dicti sunt. Homo animal providum, sagax, multiplex. Mens acris & sagax. *Vid. Ingeniosus. Acies.*

Sagina, æ, Mast-Speiß/ Mastung. *R. Ex Gr.* σάγμα, *onus jumenti, vel à* σηκίζω, *sagino.* *Syn.* Cibus, offa ad saginandum apta. *Usus.* Plebem non authoritate, sed saginâ sibi conciliat.

Sagino, are, mästen/ fett machen.

Saginor, aris, fett werden. *Syn.* Pinguesco. *Adv.* Jam pridem. *Usus.* Proditor ille jam diu reip. sanguine saginatur.

Sagitta, æ, ein Pfeil. *R. à sagaci, veloci ictu vocata.* *Syn.* Jaculum quod arcu vel balistâ jacitur.

Sagittarius, ii, Bogen-Schütz / Pfeil-Schütz. *Usus.* Barbari sagittarii.

Sagulum, i, Filtz-Mäntelein.

Sagum, i, (Saga, æ,) Kriegs-Kleid / Campagne-Rock. *R. Ex Græc.* σάγος. *Syn.* Vestis militaris, index belli, ut toga pacis. *Usus.* Justitium edicere, saga sumere, ad saga ire. Sagum sumere solebant Romani, cùm tumultus decerneretur.

Sal, Salis, Saltz. *R. Ex* ἅλς, *Sal, vel à saliendo, quod in igne* exiliat, *vel à* salo *& sole, quod in mari gignatur, & à* sole *coquatur.* *Usus.* Multos modios salis simul edendos esse amicis ajunt. Commercium salis. Urbanitatis lepor, quô tanquam sale perspergatur oratio.

Salarius, a, um, * zum Saltz gehörig. *Usus.* Vectigal ex annonâ salariâ statuerunt.

Salax, cis, geil / unkeusch. *R. à saliendo.* *Syn.* Levis, libidinosus. *V. Libido. Voluptas.*

Salebra, æ, unwegsamer sand- und steiniger Ort. *Syn.* Sunt locorum offensiones, seu loca aspera & inæqualia. *Usus.* Ejus oratio sine salebra ùt sedatus amnis decurrit, fluit. Hærere in salebrâ, incidere in salebram.

Salebrosus, a, um, * sehr uneben / sandig/ steinig. *Syn.* Asper, multas salebras habens.

Sales, ium, höffliche Schertz-Reden / oder Schwäncke. *Syn.* Joci, facetiæ, urbanitas. *Epi.* Barbari, salsiores, veteres,

teres, urbani. *Usus.* Specimen humanitatis, salis, leporis, suavitatis. Romani veteres, & urbani sales in dicendo plurimùm valebant. *Vid. Facetiæ. locus.*

Salicetum, i, Weiden-voller Ort. *Syn.* Locus salicibus consitus.

Salinæ, arum, Saltz-Gruben. *Syn.* Loca, ubi sal fit.

Salinum, i, * Saltz-Faß. *Syn.* Salillum, vas, in quo sal reponitur.

Salio, ire, * hüpffen und springen. *Us.* Salire de muro. Cor mihi salit.

Saliva, æ, * der Speichel. *Syn.* Sputum.

Salix, cis, Weiden/Felber. *Syn.* Genus arboris.

Salsamentarius, ii, der gesaltzene Speisen verkaufft. *Syn.* Qui salsamenta facit aut vendit.

Salsamentum, i, gesaltzene Waare/Pöckel-Fleisch. *Syn.* Quod sale conditum est in diuturnum usum & cibum.

Salsè, vernünfftig/artig. *Syn.* Facetè.

Salsus, a, um, possierlich/artig. *Syn.* Facetus. *Adv.* Omnino. *Usus.* Accedunt salsiores joci, quàm veterum Atticorum. Homo salsus, facetus, ridiculus. *V. Facetus.*

Saltatio, nis, das Tantzen. *Usus.* Intempestivi convivii, multarum deliciarum, extrema comes est saltatio.

Saltator is, Täntzer. *Epi.* Calamistratus. *Usus.* Histrioni actio, saltatori motus est certus datus.

Saltatus, ûs, * Tantz. *Syn.* Saltatio.

Saltatorius, a, um, täntzerisch / tantzmässig. *Syn.* Cum saltatorium illum orbem versaret.

Saltem, zum wenigsten. *Syn.* At certè, at saltem, tamen, minimùm. *Usus.* Fratres saltem exhibe.

Salto, as, tantzen / hüpffen und springen. *Syn.* Numero me moveo. *Adv.* Palàm. *Usus.* Nemo fere saltat sobrius. Per urbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu jussit. Ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus dabant. Ajunt saltare eam commodè, & elegantiùs quàm probam deceret.

Saltuosus, a, um, * büschigt / waldig. *Syn.* Locus saltibus plenus. *Usus.* In loca saltuosa recessit exercitus.

Saltus, ûs, dicker Wald / Busch-Wald / Gebüsch. ℞. *a saliendo, ubi feræ* saliunt. *Syn.* Campus, ager. *Usus.* De saltu, agroque communi vi detruditur. Loca saltuosa.

Salubris, e, heilsam/ nütz/gesund. *Syn.* Salutaris, incorruptus, sanitatem afferens, utilis.)(*Pestilens.* *Usus.* Salubris, an pestilens annus futurus sit. Sententiam dixit saluberrimam & necessariam. Res utiles & salutares. Summâ salubritate & amœnitate locus.

Salubritas, tis, Gesundheit / Heilsamkeit. *Syn.* Affectio sanitatem afferens,)(*Pestilentia.* *Usus.* A juris consultis salubritas quædam, ab oratoribus salus petitur.

Salubriter, heilsamlich / gesund / nützlich. *Usus.* Ubi refrigeraberis salubrius?

Salveo, ére, grüssen. *Usus.* Vale, salve. Dionysium velim salvere jubeas. *Vid. Saluto.*

Salum, i, das Meer. *Syn.* Mare.

Salvo, as, erretten / erlösen / befreyen. *Syn.* Salutem do, salutem fero atque affero, salutem reddo, salvum præsto, saluti sum. *Usus.* Iterum salvabo remp. si cessero. *Thras.* Patriam servavi; Patriam ab exitio vindicavi, Patriæ incendium extinxi; salutem attuli, peperi, dedi patriæ. Operâ meâ stat Patria. Cadentem, labentem Patriam sustinui, confirmavi, excepi. Ego salus Patriæ fui. A me salutem accepit Patria. Patriam ab exitio, à pernicie, ab interitu, à peste eripui, liberavi, tutatus sum. Sanavi Patriæ mala. Incolumitatem Patriæ attuli; Patriæ pestem abstuli; graviter laboranti Patriæ opem tuli.

Salus, tis, Heil / Wohlstand. ℞. *ab Hebr.* schalom. *Syn.* Incolumitas, sanitas, requies, bonum.)(*Exitium, pestis.* *Epi.* Afflicta, bona, chara, communis, desperata, dubia, dulcis, propè fatalis, improvisa, infestior, integra, magna, multa, perpetua, perspicua, plurima, posterior, precaria, propria, publica, summa, universa, utilis. *Usus.* Agebatur ea in re salus reip. Petebat à te salutem resp. Tu ejus salutem destruisti, ejus saluti defuisti. Per te ejus salus afflicta est. Nunquam non tuæ saluti *consului*, servivi; saluti tuæ opem & salutem tuli, attuli, dedi. Perditam

tam tibi salutem reddidi, restitui. Primam salutis tuæ rationem habui, duxi; Jacentem te & afflictum, ad salutem vocavi, reduxi; sæpe tibi in extremo periculo saluti fui; salutem tuam à Principe deprecatus sum. Quoties à me desperatam salutem *recuperâsti*, accepisti, retinuisti! 2. *Salutandi ratio*. Ego verò multam salutem & foro dicam & curiæ; *relinquam*. Tulliolæ meæ salutem dices, nunciabis, mittes, ascribes, imperties. *Phras.* Salutem tuam strenuè summâ contentione defendi; ut caput tuum incolume esset, ut capiti tuo famæque consuleretur, ut à mortis limine te restituerem, innocentiam tuam tueri pro virili adlaboravi. Incolumitas tua, salutis tuæ tuta atque integra conservatio semper mihi cordi fuit.

Salutaris, e, heilsam/ ersprießlich/ nutzlich. *Syn.* Salubris. *Usus.* Consilium, remedium salutare. Civis beneficus & salutaris. Salutaris severitas. *Vid. Salubris.*

Salutariter, nützlich / erspriesslich/ heilsamlich. *Syn.* Salubriter, utiliter.

Salutatio, nis, Begrüssung. *Syn.* Persalutatio, consalutatio. *Epi.* Aptior communis, grata, gratiosior. *Usus.* Multum temporis salutationibus consumitur.

Salutaror, is, Begrüsser. *Usus.* Deductorum magis officium est quàm salutatorum.

Saluto, as, grüssen. *Syn.* Salutem dico. Saltem nuncio, consaluto, persaluto. *Adv.* Benignè, liberiùs, maximè, negligenter planè. *Usus.* Domus te nostra tota salutat. Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, consuli. Salutare benignè, comiter appellare ununquemque. *Thras.* Salutant te amici omnes; salutem meis verbis annunciant; impertiunt tibi multùm salutis; à se te salvere volunt; ave tibi dicunt; mallent coràm dextras jungere, complecti inter se, salutem dare invicem & reddere; salute se mutuò impertire.

Salvus, a, um, frisch und gesund / der wohl auff ist. *Syn.* Conservatus, incolumis, integer. *Usus.* Cæsar te salvum & amplissimum cupit, omnia tua salva & incolumia retinere; idque salvis legibus, vectigalibus, sociis; ut tuarum omnium fortunarum status salvus & incolumis maneat, exoptat.

Sanabilis, e, heilbar / leicht zu heilen/ genesslich. *Syn.* Quod ad sanitatem reduci potest. *Usus.* Malum, morbus, animus sanabilis.

Sanatio, nis, Heilung / Gesundmachung. *Syn.* Sanitas, salus. *Epi.* Certa & propria. *Usus.* Eorum malorum in unâ virtute posita est sanatio. *V. Remedium.*

Sancio, ire, ernstlich ordnen und gebieten/ stifften. *Syn.* Fero, decerno, constituo, scisco, confirmo. *Adv.* Diligenter, imposterum, penitus. *Usus.* Solon capita sanxit, ne quis &c. De servis acerbum supplicium sanxit Cæsar. Ut vestram imposterum authoritatem ac observantiam sanciret; edictô sanxit Prætor. Id lege communi & jure gentium sancitum est. *V. Decerno.*

Sanctè, heiliglich. *Syn.* Augustè. *Usus.* Piè sanctèque Deum colere.

Sancti, die Heilige im Himmel. *Syn.* Cælestium agminibus insertus; cælô jam receptus; quem in cælum merita vocaverunt; DEI filii, quibus ruinæ cælestes instauratæ, & viduata magnam partem civibus suis illa beata & aurea Hierusalem, his deductis coloniis iterum completa est; quibus inenarrabilia & sempiterna sunt in cælo præmia constituta; quos ex infinita mortalium multitudine selegit Deus, quò vitam puram & castam agentes in terris, postea beati ævô sempiternô fruerentur in cælo; qui pro salute æterna præliantes, tamque potentes inimicos devincentes, cælestibus & immortalibus coronis digni judicati sunt. Virgines, quæ æstuantem in corporibus flammam restinguere, & pudicitiæ suæ florem pulcherrimum indecerptum conservare potuerunt. Martyres, qui per mortes & vulnera regi suo præclarum testimonium dederunt. Divi, qui in edomandis libidinibus, affligendisque corporibus vehementer quotidie sudârunt.

Sanctos colere. *Thras.* Præcipuô quôdam honore s. cultu, D. Petrum venerari; in S. Pauli maximè clientelam fidemque confugere; in fidem ac patrocinium D. Magdalenæ se conferre; religione magna S. Catharinæ teneri;

Joanni

Joanni Baptistæ eximiô cultu ac præcipuâ religione deservire.

Sanctimonia, æ, Heiligkeit. *Syn.* Sanctitas. *Epi.* Summa. *Usus.* Quid mihi cum illâ sanctimoniâ suâ? *Vid. Virtus.*

Sanctio, nis, Satzung/Stifftung/Verordnung. *Usus.* Sanctiones fœderis, pactorum.

Sanctitas, tis, Heiligkeit / Frömmigkeit. *Syn.* Sanctimonia, sanctitudo. *Epi.* Patria, vetus. *Usus.* Deos placatos efficit sanctitas, pietas, religio. Sanctitas est scientia colendorum Deorum. Exemplum veteris sanctitatis Cato. *V. Probitas. Virtus.*

Sanctitudo, inis, Gottesfurcht/Heiligkeit. *Syn.* Sanctitas. *Usus.* Sanctitudo sepulturæ.

Sanctus, a, um, heilig / fromm. *Syn.* Augustus, religiosus, castus, inviolatus. *Usus.* Qui sancti? qui casti? nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus & memori mente persolvunt. Exemplum innocentiæ, quô nemo integrior sanctiorque in civitate. Nullum est officium tam sanctum, solenne, religiosum, quod non avaritia violet; vir sanctissimus, summâ in Deos pietate. Nulla sancta societas, nec fides regni est.

Sanè, recht und wohl / fürwahr. *Syn.* Hercle, oppidò, sanè quàm, licet. *Usus.* Acutus sanè homo & probatus. Sanè quàm illum puduit.

Sanguinarius, a, um, blutdürstig. *Syn.* Sitiens sanguinem, crudelis.

Sanguineus, a, um, blutreich.

Sanguinolentus, a, um, blutig / voll Bluts. *Syn.* Sanguine atratus.

Sanguis, nis, Blut / das Leben. *R. Ex Gr. σάειν s. σώειν γυῖα, quod servet membra. Syn.* Vitalis inanimali succus. *Epi.* Ater, civilis, communis, decolor, domesticus, incorruptus, multus, paternus, plurimus, pristinus, quotidianus, timidus, tribunitius, verus. *Usus.* Sanguinem verum depravare, & vitiosum colligere. Sanguinem mittere, detrahere, elicere. Iniquô judiciô sanguinem exsorbere. 2. *Cognatio.* Magnam vim habet maternus & paternus sanguis. Transalpini sanguinis cognatio.

Sanies, ei, Blut-Eyter. *Syn.* Putridus corruptusque sanguis, aut humor. *Usus.* Saxa spargens sanie, tabô, sanguine atrô.

Sannio, nis, * Hof-Narr / Schalcks-Narr. *Usus.* Quid tam ridiculum, quàm sannio? ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipsô.

Sanitas, tis, Gesundheit. *Syn.* Salus, valetudo bona, integra valetudo, integritas valetudinis, corporis bona habitudo, firma corporis constitutio, firma corporis affectio. *Epi.* Incorrupta. *Usus.* Corporis temperatio, cùm ea congruunt inter se, quibus constamus, sanitas est. Homo integerrimâ & incorruptâ sanitate. 2. *Ratio, consilium rectum.* Suum quemque scelus de sanitate deturbat; sanitate spoliat; alienum à sanitate reddit. Oratione ad sanitatem aliquem revocare, reducere. Ad sanitatem redire, se convertere. Sanitas animorum posita est in tranquillitate quâdam & constantiâ.

Sano, as, heilen/gesund machen. *Syn.* Curo, medeor, ad salutem reduco, sanum facio; salutem do, reddo, restituo; libero, morbum depello. *Adv.* Celeriter. *Usus.* Remp. labentem & ægram curare, confirmare, sanare. Horum voluntates nefarias ego nullis remediis sanare potui. *Phras.* Ego te languentem ad pristinam valetudinem virtutemque revocavi. Ego te jacentem, male affectum ad pristinam valetudinem virtutemque revocavi; meô beneficiô pristinas vires recuperasti, recepisti, confirmatus es. Factum est à me, ut à morbo planè convalesceres; ut ex infirmo validus fieres; ut amissam valetudinem recuperares; ut in statum valetudinis pristinum, optimum restituerêris. *V. Confirmo.*

Sanus, a, um, gesund/frisch. *R. à σάος, s. σόος, sospes. Syn.* Firmus, valens, validus, salubris, salvus, cui valetudo est, qui firmô corpore est, qui incorruptâ sanitate est; integer, firmus, sanæ mentis.)(*Ægrotus, demens, insanus, furiosus.* *Adv.* Bene, malè, vix satis. *Usus.* Sanum aliquem facere. Nulla reip. pars sana est & salva. Nihil in ejus oratione, nisi sanum, siccum, sincerum. Homo sanæ mentis, sani consilii.

Phras.

Phras. Velim te quamprimum ſanum videre & integrum; ſenſibus ſanis & valentibus te eſſe, vires tibi & colorem redire vehementer cupio; nihil laboro, niſi, ut ſalvus ſis, belle habeas, corpus tuum allevetur, ut morbo defunctus corpus habeas ſalubrius; tantâ proſperitate valetudinis utaris, ut ne medicamentis egeas; ut ea adhibeas, quæ valetudini tuæ maximè conducunt; Indulge valetudini tuæ. Depone omnia, & corpori ſervi; cura, ut firmâ ſis corporis affectione; veterem imbecillitatem abjicias.

Sapiens, tis, weiß / klug / verſtändig / witzig. *Syn.* Sophos, bene ſanus, magni conſilii, divinâ mente & conſiliô præditus, altâ quadam mente & ſapientiâ præditus, omnis divini humanique juris conſultiſſimus, qui ſapientiâ omnes vincit.)(*Stultus.* *Adv.* Perfectè, planè, ſerò, valdè. *Uſus.* Qui maximè perſpicit, quid in unaquaque re veriſſimum ſit, quique & acutiſſimè & celerrimè poteſt & videre & explicare rationem. Qui divina imitatur, humana negligit, & virtute inferiora ducit; moderatione & conſtantiâ quietus eſt animô, nec tabeſcit moleſtiis, nec frangitur timore, nec ſitienter quid appetens ardet deſideriô, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcit; ſemper temperatus & conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine libidine, ſolus Rex, beatus, dives, formoſus. Ita aciem in omnes partes intendit, ut ſemper videat ſedem ſibi ac locum ſine angore vivendi; ut, quemcunque caſum fortuna invexerit, hunc aptè & quietè ferat. *Phraſ.* Tuæ ſapientiæ eſt veram laudem in unâ virtute poſitam exiſtimare. Suæ ſapientiæ veram laudem in unâ virtute poſitam, ſitam, locatam, conſtitutam exiſtimare, in una virtute conſiſtere, ab una virtute pendere. Pertinet ad ſapientiam tuam, ſpectat ad eam ſapientiam, quâ tu excellis; eſt ejus ſapientiæ; tuum eſt, qui ſapientia præſtas, abundas, in quo ſapientiæ plurimum eſt, laudem in ſolâ virtute collocare. Virum ſapientem, qualis tu es, decet animum inducere, pro certo habere, ſic habere, ita credere, exiſtere veram laudem in una virtute; naſci, fluere, manare, proficiſci veram laudem ab una virtute; verum decus in una virtute ſitum, locatum, conſtitutum eſſe; ſolidam gloriam non aliunde, quam à virtute pendere.

Sapienter, weißlich / klüglich. *Syn.* Scitè, perſapienter, conſideratè.)(*Temerè.* *Uſus.* Sapienter & fortiter caſus humanos ferre. *Phraſ.* Omnino conſtitui meum factum rationibus tueri; omnino decrevi, deliberavi, meum factum purgare, probare. Id mihi propoſitum planèque certum eſt, ut rationem reddam conſilii mei. Agere, probare, tueri, defendere, ſuſtinere meam cauſam prorſus volo. Argumentis minimè dubiis oſtendere, rationibus perſuadere volo, non me caſu, temerè, inani quâdam voluntate, repentinô mentis impetu, nullâ ſatis firmâ certâve cauſâ impulſum, commotum, adductum id feciſſe. Quod feci, oſtendam jure, conſiliô factum, optimis de cauſis, ratione ſuadente, ratione duce, certô judiciô, rectè & conſideratè factum; ita factum, ut reprehendi non poſſit. Quod feci, oſtendam ita factum, ut mihi temeritatem, imprudentiam, inopiam conſilii nemo poſſit objicere; ut nemo poſſit in controverſiam, in dubium vocare; ut nemo poſſit meritò damnare, vituperare, accuſare, exagitare, vitio dare.

Sapientia, æ, Weißheit / guter Verſtand / Klugheit / Witz. *Syn.* Prudendentia, rerum cognitio, Philoſophia; lumen animi, ingenii, conſiliique.)(*Temeritas.* *Epi.* Admirabilis ac ſingularis, callida, antiqua, carior, comes naturæ & adjutrix hominis, cuſtos & procuratrix hominis, digna opinione & cognomine alicujus, erudita, excellens perfectaque, glorioſa, incredibilis ac penè divina, jucunda, copioſè loquens, magna, mater omnium bonarum rerum, moderatrix omnium rerum, nova. *Uſus.* Sapientia eſt rerum divinarum humanarumque cognitio, ars vivendi, princeps omnium virtutum, hominis cuſtos & procuratrix; Eloquentia uti cœterarum rerum fundamentum, ita mater omnium bonarum artium, domina rerum, quâ nihil a Diis immortalibus uberius, nihil præſtabilius hominum vitæ datum eſt

est. Magnam sapientiam consequi. Sapientiâ munitum esse, præstare.

Sapio, ere, verständig seyn. *Syn.* Intelligo, sapientiâ præditus sum. *Adv.* Serò, planè. *Usus.* Puer cùm primùm sapere cœpit, plusquam cæteri sibi sapere videtur. Tibi semitam non sapis, & alteri viam monstras. *Phras.* Si saperes, rem omnino omitteres; si aliquid vides, si aliquid sapientiæ ac sanitatis haberes, si consiliô aliquid posses, si satis sanus esses ac sobrius, si munitum sapientiâ pectus gereres, dispiceres certè & provideres, in quæ te mala induas. *V. Prævideo. Prudens.*

Sapor, is, der Geschmack eines Dings. *Syn.* Quod gustatu percipitur. *Usus.* Voluptas, quæ sapore percipitur. Is non odore, non tactu, non sapore capitur. 2. *Sal, Urbanitas.* Artigkeit / Höfligkeit. Æthiops, sine lingua, sine sapore, sine sensu.

Sarcina, æ, * Bürde / Bündel. *Usus.* Alicui imponere sarcinam.

Sarcio, ire, außbesseren / flicken / ergäntzen. *Syn.* Reficio, cursu tarditatem corrigo. *Usus.* Damnum illatum, injuriam sarcire. Crebritate & magnitudine officiorum priorem meam cessationem sarciam. *V. Compenso. Renovo.*

Sarculum, i, Egge / Rad-Haue / Jät-Rechen. *Syn.* Instrumentum, quô segetes sarciuntur, id est, purgantur.

Sarissa, æ, Macedonischer Spieß. *Syn.* Hasta Macedonica.

Sarmentum, i, Reißig / Reißholtz / Wellenholtz. R. *quasi* Sarrimentum *a* sarriendo. *Us.* Sarmentorum aliorum amputatio. Vitis putanda est, ne sarmentis sylvescat.

Sarracum, i, Rüst-Wagen. *Syn.* Genus vehiculi.

Sartor, is, * ein Schneider. *Usus.* Sartor, satorque scelerum.

Sartus, a, um, schadloß / gantz / wohl behalten. *Syn.* Incolumis. *Usus.* Imperium, rempublicam sartam tectam & integram servare, tueri. Amicum ab omni periculo ac detrimento sartum tectum præstare. *V. Integer.*

Satago, ere, * sich bemühen / bestreben. *Usus.* Multum rerum suarum satagit. *V. Studeo. Sollicitus.*

Satelles, itis, Trabant / Leib-Diener. *Syn.* Stipator, minister, apparitor & comes, custos corporis, minister & satelles. Potestatis administer, minister. *Epi.* Diligentissimus. *Usus.* Manlius audaciæ administer ac satelles. Scelerum satelles, administer cupiditatum.

Satietas, tis, Gnüge / Gnugsamkeit / Fülle und Hülle. *Syn.* Fastidium.)(*Cupiditas.* *Usus.* Hæc res hominibus multum satietatis affert, parit, facit, dat; satietate afficit. Mirum me urbis desiderium *tenet*, satietas Provinciæ; satietas me Provinciæ cœpit; satietate defatigatus, defessus sum. Satietati *occurrere*; Satietatem vitare, fugere, depellere, relevare, vincere, superare.

Satio, as, sättigen / ersättigen. *Syn.* Saturo, expleo, pasco, famem expleo, satietate afficio. Satietatem affero, facio, satietate expleo.)(*Exhaurio.* *Usus.* Explere cupiditates, satiare odium. Frugali cœnâ naturæ desideria satiare. Auditor ne similitudinis fastidiô satietur. Nec satiari legendo potuit. *Phras.* Legendo satiari non potuit; infinita inexhausta cupiditas saturari legendo non potuit; mens ejus bonarum cogitationum epulis expleri, saturari, expleta ac satura à lectione recedere non potest; nequit à lectione depelli; nec satietatem ullam insaturabilis legendi cupiditas admittit.

Satio, onis, das Säen / Aussäung. *Syn.* Satum. *Epi.* Æquabilis, perpetua. *Usus.* Jugera sationum suarum profiteri.

Satis, genug / genugsam. *Syn.* Sat, sanè. *Usus.* Hæc subtiliùs, quam satis est, disputata. Plusquam satis est, doleo. Homo satis eruditus. Laudis, plus quàm satis est, avidus. Satis superque eam rem audivi. *Phras.* Sed de joco satis est, affatim prorsus, saturi jam sumus jocorum; satietas nos tandem jocandi capiat, abundè risimus. Satietas nos tandem jocorum capiat.

Satisdatio, nis, Bürgschafft Vergnügung.

Satiùs est, es ist besser. *Syn.* Præstat, meliùs est. *Usus.* Mori satiùs est, quàm turpiter vivere. *V. Potius.*

Satisaccipio, sich versichern lassen. *Syn.* Prædes accipio, ab aliquo caveo. *Usus.* Judicatum solvi satisaccipiat.

Satisdatio, onis, Bürgschafft. *Syn.* Vadimonium. *Usus.* Sunt aliquot satisdationes secundùm mancipium.

Satisdo, versichern / Bürgschafft stellen. *Syn.* Prædes do, fide jubeo, vadim[illegible] ia

pro[illegible]

promitto.)(*Satis accipio.* *Usus.* Qui pro sociis transigit, satisdat, neminem eorum postea petiturum.

Satisfacio, ere, gnug thun/ vergnügen. *Syn.* Impleo, placeo, morem gero; quod debeo, solvo. *Usus.* Satisfacere officio suo erga aliquem, legibus, naturæ. Amori erga te meo satisfactum puto. Nunquam mihi pro tuis in me injuriis satisfacies. Cumulate satisfactum est tibi. Factis dictisque odium explêsti.

Satisfactio, onis, Vergnügung/ Gnugthuung. *Syn.* Purgatio. *Usus.* Tu satisfactionem meam non accipis?

Sator, is, Säer/ Säemann. *Syn.* Seminator.

Satur, a, um, satt R. à. *satis.* *Syn.* Saturus, plenus, satiatus.

Saturitas, tis, * Ersättigung. *Syn.* Fœcunditas. *V. Satietas.*

Saturo, as, ersättigen/ satt machen. *Syn.* Satio, expleo. *Usus.* Explevi animos invidorum. Placavi odia imperitorum, saturavi perfidiam perditorum. *V. Satio.*

Satus, ûs, das Säen/ die Saat. *Syn.* Satio. *Epi.* Humanus, primus. *Usus.* Ex cœli satu terræque conceptu editus & generatus. Philosophia præparat animos ad satûs accipiendos. Parentum optimorum satu editus adolescens.

Sauciatio, onis, Verletzung/ Verwundung. *Syn.* Vulneratio.

Saucio, as, verwunden/ blutrünstig machen/ verletzen. *Syn.* Vulnero, consaucio. *Adv.* Graviter, leviter. *Vid. Vulnus.*

Saucius, a, um, verwundet/ blutrünstig. *Syn.* Vulneratus. *Usus.* Medea amore saucia. Saucios & confectos ex acie efferre. *V. Vulnus.*

Saxetum, i, steinigter Ort. *Syn.* Locus plenus saxis.

Saxeus, a, um, steinern/ hart wie Stein. *Usus.* Moles saxea.

Saxosus, a, um, * steinicht. *Usus.* Loca saxosa.

Saxum, i, Stein. *Syn.* Silex, lapis. *Epi.* Saxa aspera, prærupta. *Usus.* Saxorum asperitates. Saxis facta lapidatio. Ventum ad rupem ita rectis saxis, ut &c. Excesæ fluctibus rupes. Inter saxa & rupes anfractibus cavas; ingentis magnitudinis saxa per montium prona devolvunt; Invia saxa, præruptæ cotes.

Scabellum, i, Bäncklein. R. *quasi* scamellum, *a* scamno. *Syn.* Scamnum.

Scaber, ra, um, raudig/ schabicht/ krätzigt/ grindig. *Syn.* Asper. *Us.* Pectus illuvie scabrum.

Scabies, ei, Raude/ Krätze/ Grindsucht. *Usus.* Scabies corpora invasit, & contagium morbi etiam in alios vulgatum est.

Scabo, is, kratzen/ krauen. *Prov.* Muli mutuum scabunt.

Scalæ, arum, eine Leiter. *Usus.* Sub scalas se conjecit.

Scalmus, i, Ruder-Ring. *Syn.* Lignum, quô nituntur remi.

Scalpo, ere, ausstechen/ schneiden. R. à σκάλλω, *fodio.* *Syn.* Incido. *Vulg. Sculpo.* *Usus.* Ad pingendum, fingendum, sculpendum. E saxo sculptus, aut ebore dolatus.

Scalpellum, i, Messerlein. *Syn.* Chirurgi ferrum. *Usus.* Scalpellum sanæ parti adhibere.

Scalprum, i, * Schab-Messer/ Schab-Eisen. *Syn.* Diversorum artificum instrumentum.

Scamnum, i, Banck/ Stuhl. R. à σκάμνον. *Syn.* Sedes, Scabellum.

Scandalum. *Vulgò*: Aergernuß. *Syn.* Offensio, pravum exemplum. *Usus.* Cave, ne ætati maximè lubricæ atque incertæ Parentis vita nequitiæ exempla præbeat; ne periculosam exempli imitationem filiis inposterum prodas; ne tua perversitate offensionem præbeas; ne malô exemplô facias aliquid, aut dicas.

Scando, ere, auffsteigen. *Syn.* Conscendo.

Scapha, æ, Schifflein. *Syn.* Linter longis navibus subserviens. *Us.* E navi in scapham se conjecit.

Scaphium, ii, ein Schaff/ Kammer-Geschirr/ Kammer-Kachel/ Nacht-Geschirr. *Syn.* Scyphus in scaphæ modum formatus.

Scapula, æ, * Schulter-Blat. *Syn.* Humerus.

Scateo, ére, auslauffen/ herfür quellen/ auffwallen. *Syn.* Scaturio.

Scaturio, ire, auffwallen/ herfür quellen/ entspringen. *Syn.* Emano, effluo, erumpo. *V. Origo.*

Scelerate, * schändlich/ lästerlich. *Usus.* Bellum scelerate susceptum in alios, sceleratissime gestum.

Sceleratus, a, um, lasterhafftig/ schändlich. *Syn.* Consceleratus, scelestus, impunis, nefastus, nefarius, improbus, capitalis, impius, scelere contaminatus, parricidiis contaminatus, omni scelere coopertus. *Usus.* Impurus homo & sceleratus. *Phras.* Homo sceleratus; in quo nihil sit præter maxima peccata, maximamque pecuniam; qui multa in Deos, hominesque impiè nefarièque commisit; plurimis se sceleribus obstrinxit, maxima in se scelera concepit; omnia repagula juris & honestatis, pudoris & officii perfregit; qui omni scelere affluit, crudelitate cæcus & scelere, furens audacia, scelus anhelans, maximô furore inflammatus, summis sceleribus obstrictus. Homo post homines natos turpissimus; omni flagitiô contaminatus; omnium scelerum flagitiorumque documenrum, nefarius, ex omnium scelerum colluvione natus, summorum facinorum homo; in omnia se flagitia ingurgitans, unus omnium latronum teterrimus; libidine & irâ effrœnatus; omnia divina & humana jura nefariô scelere polluens; in omni flagitiorum genere volutatus; fingi flagitium nullum potest, quo se ille non contaminaverit. Homo omnium, quos terra sustinet, consceleratissimus; omnium flagitiosorum postremus; sacrilegus, & perjuriis assuetus; vitiorum ac probrorum plenissimus.

Sceleste, leichtfertig/ schändlicher weise. *Syn.* Scelerate.

Scelestus, a, um, schelmisch/ schändlich/ lasterhafft. *Syn.* Sceleratus.

Scelus, eris, grobes Laster/ Schand-That/ Unthat/ Ubelthat/ Missethat. R. à σκολιὸς, *Obliquus, navus.* *Syn.* Flagitium, facinus, fraus, atrocitas sceleris. *Epi.* Acerbissimum, alienum, apertum, clandestinum, consulare, detestabile, domesticum, immane, impium, importunum, inauditum, incredibile, indignum, inexpiabile, insigne, intestinum, meditatum, nefandum, tantum, usitatum. *Usus.* Scelerum architectus & machinator. Scelus atrox *concipere*, moliri, facere, perficere. Scelus ingens admisit, suscepit, edidit. Insigni se scelere contaminavit, devinxit, alligavit, astrinxit. Scelus scelere cumulat, omnium scelerum genere imbutus; in scelere volutatur. *Abest* à scelere longissimè; scelere solutus, à scelere liberatus est. *Phras.* Scelus atrox admisit, ad ejus improbitatem nihil addi potest; nefarium ac scelestum facinus ausus est; atrox, singulare maleficium admisit, contraxit; multa improbè; multa audaciter, multa perfidiosè fecit; ab uno scelere ad aliud spectat; grande piaculum admisit, contraxit; capitalem fraudem ausus est; inexpiabile facinus ausus est, admisit; cupiditas effrœnata, præcipitem animum ad ultimum nefas impulit. Nullum scelus gravius est, aut detestabilius, quàm Patri manus afferre, quàm erga Patrem impietatem exercere, quam Patrem malè habere, quàm Patri injuriam facere s. inferre. Maximô se astringit scelere, grave piaculum admittit, impiè facit, qui Parentem violat, lædit; qui violat eam pietatem, quæ Patri debetur. Nullum scelus abest ab eo scelere; in uno illo scelere omnia insunt scelera, cùm Parenti vis infertur.

Scena, æ, Schau-Bühne. R. à σκηνή. *Syn.* Cavea, fabula. *Epi.* Argentea, magna, referta, sceleribus. *Usus.* Ludorum elegantia, scenæ magnificentia. In scenam redire; Scenæ servire, *tempori se accommodare.*

Scenicus, a, um, Comödiantisch/ zum Schauspiel gehörig. *Usus.* Scenicæ personæ, ùt mimi, histriones.

Sceptrum, i, Scepter. R. à σκῆπτρον. *Syn.* Virga regis. *Usus.* Rex cum purpura & sceptro, & insignibus regiis.

Scheda, æ, Schreib-Tafel. *Syn.* Tabella, pagella.

Schema, tis, Red-Zierde. *Usus.* Verborum ornamenta & sententiarum lumina, quæ schemata Græci vocant.

Schola, æ, Schule. *Syn.* Gymnasium, ludus litterarius. *Usus.* Hominem audietis è schola atque a magistro. Scholæ strepunt discentium vocibus; cujus domus quasi ludus quidam patuit & officina discendi; neque è scholis cantilenam requirunt. Scholas Græcorum more

more habere. Homo concinnus, perfectus, politus è scholâ. *Phras.* In Gymnasiis progressiones, progressus uberrimos non in bonis tantùm artibus, non in artium ingenuarum solùm studiis, sed in virtutibus etiam juventus faciet. Qui scholas frequentant, in id unum incumbant, ut cum disciplinis virtus conjungatur. Præcipua scholarum laus est, hâc præcipuè laude scholæ florent, quòd in eis non scientia tantùm, sed virtus etiam divinusque cultus vigeat. In id unum, ad id unum incumbent præceptores, Doctores, Magistri, Gymnasiarchi, Gymnasiarchæ, moderatores vel gubernatores ludi, ut pueri, adolescentes, adolescentuli, juvenes, disciplinas simul & virtutes imbibant; disciplinis simul & virtutibus imbuantur & erudiantur. Alumnis scholarum laus debetur, si non modò doctrinæ, sed etiam virtutis studiosi sint. Scholarum alumni diligentiam omnem ad comparandam sibi tum doctrinam tum virtutem adhibebunt.

Scholion, ii, **kurtze Erklärung und Anmerckung über einē dunckten Spruch.** *Syn.* Interpretatio brevis, vel defensio.

Scienter, **wissentlich.** *Syn.* Scitè, intelligenter, aptè. *Usus.* Scienter versari in re aliqua. Iis, quæ habeas, scienter uteret & modicè.

Scientia, æ, **Wissenschafft** *Syn.* Cognitio intelligentia, doctrina, disciplina, prudentia, studium scientiæ, rerum cognitio.)(*Inscitia, ignoratio.* *Epi.* Ancillula eloquentiæ, pedissequaque juris. Admirabilis & incredibilis, & pene divina, certissima, civilis, excellens, eximia, finitima, incredibilis, litigiosa necessaria, obscurior, par, peregrina, externa, perfecta, potior, præstabilis, quæstuosa, similis, summa, tanta, tenuis, vicina, utilis. *Usus.* Omnes ducimur & trahimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem; sic cognitio & scientia perquiritur. Scientias facilè percipere, aliquid scientiâ comprehendere; habere scientiam magnarum artium. Scientias alicui tradere. Oratoris actio scientiâ non continetur. Scientia rei militaris, oratoriæ, juris civilis. *Phras.* Geometricis literis est perfectè eruditus; penitùs cognovit Geometriam, callet omninò Geometricam scientiam; excellit in geometria; perfectam, absolutam, singularem, eximiam Geometriæ scientiam possidet. Ita processit in Geometria, ut ad summum pervenerit. Vincit omnes, præstat omnibus, antecellit omnibus, nemini secundus est, habet neminem parem, superior est omnibus in Geometrica scientia; disciplinâ illâ apprimè excultus est.

Scilicet, **nemlich.** *Syn.* Videlicet, nam, enim, nimirum, nempe, certò, profectò. *Usus.* Quis? Tu ipse scilicet. Arma quærenda sunt scilicet, ut novum Dominum patiamur. Lectis tuis litteteris scilicet lætatus sum.

Scindo, ere, **spalten / zerhauen / zerschneiden / zersplittern.** *Syn.* Conscindo, discindo, findo, amputo, reseco, seco, cædo, diffindo. *Usus.* Ipse dolorem meum ne scindam. Comam scindere.

Scintilla, æ, **Füncklein.** *R.* ἀσπινθήρ. *Syn.* Igniculus. *Usus.* Ne qua scintilla deterrimi belli relinquatur.

Scintillo, are, * **funckeln.** *Syn.* Splendeo, emico. *Usus.* En, ut oculis scintillant.

Scio, ire, **wissen/erfahren.** *Syn.* Habeo, teneo, cognosco, cognitum habeo, non ignoro, non sum nescius, scientiam meam non fugit, me non præterit, scientiâ comprehendo, scientiam habeo, perspectum mihi est, me non fugit, mihi conscius sum, mihi de re aliqua certum est, apertum mihi est, non est obscurum, notum mihi est; patet mihi res, in promptu est; non est ignotum, liquet mihi, exploratum perspectumque habeo.)(*Nescio.* *Adv.* Admodum, nihil, celeriter, certò, Latinè, Græcè, lentè, luculenter, maturè, mediocriter, meliùs, planè, probè. *Usus.* Latinè luculenter scio. De iis nihil scire aut existimare queo. Sed non venerat, quod sciam. *Phras.* Scio, quid consilii, quid virium habeas; fecisti me consilii tui participem; non sum rudis rerum tuarum; probe scio, non est occultum, exploratissimum est, non me fallit, teneo, memoriâ teneo, non ignoro, quid moliaris; cognitum & compertum habeo, quantùm possis; teneo, quid animi tui sit; ad

ad me quoque rerum tuarum conscientia pertinet, quando ipse me conscium voluisti.

Sciscitor, aris, erforschen/ nachforschen/ nachfragen. *Syn.* Scitor, quæro, percontor. *Usus.* Ab aliquo, ex aliquo sciscitari sententiam, vel de sententiâ.

Scisco, ere, wissen/ erfahren/ inne werden/ verordnen und gebieten. *R.* à scio. *Syn.* Sancio, edico, scitum facio. *Adv.* Nominatim. *Usus.* Sciscere legem. ein Gesetz machen.

Scitè, schön/ artig/ weißlich/ geschicklich. *Syn.* Scienter, non inscitè.)(*Inscitè.* *Usus.* Statua scitè & venustè facta. Scitè dicere aliquid.

Scitor, aris, nachsuchen/ nachforschen. *Syn.* Sciscitor.

Scitum, i, Gebott/ Satzung/ Ordnung. *Syn.* Jussum, lex. *Epi.* Vetus. *Usus.* Brutus scitum fecit, ne &c.

Scitus, a, um, angenehm/ fein/ zierlich/ artig. *Syn.* Lepidus, elegans, festivus. *Usus.* Scitum est illud Catonis. Scitô sermone & Atticô eloqui. *Vid.* *Venustus.*

Scopa, æ, Besem. *Epi.* Dissoluta. *Usus.* Non hominem, sed scopas solutas.

Scopulosus, a, um, felsig/ schrofig. *Usus.* Intelligo, quàm scopulosô & difficili locô verser. Mare infestum & scopulosum.

Scopulus, i, Stein-Klippe/ Felß/ Schrofe/ Stein-Felß. *Syn.* Saxum. *Usus.* Nunquam tuas rationes ad eos scopulos appulisses. Ad scopulum ollendere. Syrtis Patrimonii, scopulum libentiùs dixero. Navis ad scopulum afflicta.

Scopus, i, Zweck/ Endzweck/ Ziel. *R.* à σκοπός. *Syn.* Quò spectamus, finis, propositum. *Usus.* Sed neutri scopus est iste, ut beati simus; quò alioquin omnia bene vivendi, rectèque faciendi consilia sunt referenda, huc collineandum unicè. *Phras.* Consilium meum hoc fuit, ut discipuli mei non in scientiis tantùm, sed in virtute etiam progressum facerent. Hoc spectavi, hoc secutus sum, id egi, huc retuli mea consilia, huc retuli meas cogitationes, huc mentem direxi, huc consilia contuli, huc spectavit animus meus, hic animo meo meisque consiliis scopus fuit; hic est terminus, finis, scopus, quò intenduntur cogitationes meæ; hæc est quasi meta, quò ut perveniam, elaboro atque vigilo; huc me voluntas ducit, huc judicio & ratio ducit, ut discipuli mei non in scientiis tantùm, sed in virtute etiam progressum facerent. *V. Consilium. Propono.*

Scorpius, ii, Scorpion.

Scortator, is, Huren-Jäger/ Hurer. *Syn.* Scortorum amator.

Scortor, aris, Hurerey treiben/ huren.

Scortum, i, Hure, gemeine Metze. *Syn.* Meretrix, lupa. *Epi.* Vulgare. *Usus.* Cum scorto liberè volutari. In vinô & aleâ commessationes quærere.

Screo, as, * reuspern/ kodern.

Screator, is, * Reusperer/ Koderer.

Screatus, ûs, * das Reuspern/ das Auswerffen.

Scriba, æ, Schreiber. *Syn.* Librarius, Scriptor. *Epi.* Ædilitius. *Usus.* Scriba, qui rationes ad ærarium retulit. Scribæ, qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis versantur.

Scribo, ere, schreiben. *Syn.* Litteras conscribo, exaro, do, mitto; litteras de aliqua re mitto, litteris consigno, scriptis mando, prodo litteris, prodo, literis conscribo, publicis monumentis consigno, memoriæ trado, memoriæ propago, monumentis mando, monumentis annalium mando; sempiternis monumentis prodo, persequor; scripturâ persequor; efficio librum, conficio, compono, pono; posteritati propago, historiæ mando, chartis prodo, in codicillos refero, literis memoriæque mando, hominum memoriæ sempiternæ trado, memoriæ posteritatique prodo, litteris consecro; immortalitati trado, vel mando, vel commendo, trado; publicis litteris consigno. *Usus.* Alii rem versibus luculentè scripsere; liber de rebus rusticis scriptus; litteras scribere. *Phras.* *Scribere, de literis.* Crebrò velim ad me scribas; res omnes literis persequere & confice; ne quæso literis parcito; eôdem oleô & operâ etiam aliquid ad me exorato; ostende te, jocare etiam, si lubet, per literas; crebris nos litteris appellato, libet enim tecum garrire. Etsi pagella altera

altera procedat, tertiam etiam completo.

Scribere, de libris. Historiam Thucydides scripsit quàm luculentam; egregia scripta reliquit; Græcorum res divinitùs perscripsit, litteris mandavit; ea monumentis mandavit, Græcisque litteris illustravit, quorum ne posteritas quidem omnium seculorum unquam erit immemor; Græcorum gesta litteris custodivit; eorum nomen scriptis celebravit, & illustravit; pulcherrimè bella Græcorum contexuit; rerum Græcarum commentarios confecit absolutissimos; scribendi arte rudem vetustatem longè superavit.

Scribis egregiè, scribendi laude excellis, sublimiter & eleganter scribis; ita scribis, ita versaris in scribendo, tua ut excellat industria; scribis ùt pauci; propriam quandam laudem in scribendo consequeris; præclara sunt, quæ ingeniô studiôque paris; quæ tua parit industria, mirabiles, minimè vulgares ingenii & industriæ tuæ fructus. Quidquid ex te promis, alios delectat; te ipsum laudibus illustrat.

Scriptio, nis, das Schreiben. *Syn.* Stilus, scriptura. *Epi.* Philosophica. *Usus.* Nihil ad dicendum magis proficit, quam scriptio.

Scriptor, is, ein Schreiber / Schrifftsteller / Scribent. *Epi.* Astutus, sanè bonus, doctus, ferreus, luculentus, peritus, politus, præstans, sanctus, egregiè subtilis, vetustissimus. *Usus.* Omnes bonarum artium scriptores & doctores pervolutandi; ferreus scriptor; bonus auctor. Scriptor ùt temporibus illis luculentus, ita &c.

Scriptum, i, Schrifft oder Buch. *Syn.* Scriptura, monumentum, literarum monimentum, memoria. *Epi.* Absurdum, inutile, indignum, ambiguum, antiquius, legitimum, necessarium, privatum, probabile. *Usu.* De scripto dicere, recitare. Plato in scriptis reliquit, scriptum reliquit. Scriptis res suorum temporum mandare, celebrare, illustrare. *Phras.* Ita veteres de virtute scripserunt, ut in libris eorum singularis eluceat industria; adeò præclare sunt a veteribus ad bene vivendum de virtutis præstantia scripta, tradita, prodita, memoriæ mandata, monumentis consignata, commendata, comprehensa, expressa, explicata, ut in libris eorum singularis eniteat, semper emicet, excellat industria. Scripta Varronis magis ob doctrinam quàm eloquentiam, ex doctrinâ potiùs, quàm eloquentiâ; rerum causâ, non verborum, probantur ab omnibus. Libros Varronis, i. ea, quæ Varro chartis mandabat, litteris committebat; ea, quæ Varro litteris persequebatur, litteris explicabat; quæ litterarum monumentis tradebat, prodebat, mandabat, committebat, commendabat, probant omnes rerum fructu potiùs, quàm specie verborum adducti.

Scriptura, æ, Schrifft. *Syn.* Scriptum. *Epi.* Assidua, contraria, diligens, superior. *Usus.* Mendum scripturæ liturâ tollitur. 2. *Scriptio.* Ea, quæ scripturâ persecutus est, genus scripturæ liberum & incitatum. 3. *Ratio eorum, qui portoria, pascua publica, vel decumas redimebant.* Magnas operas in portu & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Per magistros scripturæ, & portus, & nostrarum diœcesium.

Scrobs, is, Grube. *Syn.* Scrobem facere, subigere, invertere.

Scrupi, orum, Loßungs-Steine. *Syn.* Lapides, quibus in tesserarum ludo utebantur.

Scrupulosus, arum, steinig / voll Steinlein. *Syn.* Asper. *Usus.* E quibus tanquam scrupulosis cautibus enavigavit. Oratio. 2. *Transl.* Anxius, tristis, solicitus, dubius, schwer / angsthafftig / tieffes Nachsinnens / zweiffelig / zweiffelhafftig / ungewiß. *Thras.* *Scrupulosum esse*, scrupulos oder zweiffelhafftig seyn. *Syn.* Obstrictum esse religione, anxiis scrupulorum aculeis malè accipi; magnis affici solicitudinum aculeis scrupulisque ex recordatione vitæ prioris, nullamque animô prorsus ægrô & sauciô quietem capere; amarissima superstitione superiorum annorum delicta occupatum animum torquent; suspiciones, ægritudines, pavores, metus, fluctus æstusque solicitudinum, conscientiæ stimuli, infelix sui calumniandi miseria &c.

Scrupulus, i, Sand-Steinlein. *Syn.* Exiguus lapillus calceo injectus. *Transl.* Solli-

Sollicitudo, dubitatio, suspicio, Scrupel / Zweiffel / Angst / Kummer. *Usus*. Hunc mihi ex animo scrupulum evelle, exime, qui me dies noctesque pungit atque stimulat; quem mihi odiosum de filio scrupulum injecisti, adhuc in me residet. Domesticarum sollicitudinum aculeos & scrupulos occultare. *Phras.* Injectus est populo scrupulus; credidit se religione obstrictum populus; adeo superstitio mentes omnium occupavit; ea res populo in religionem venit; Religioni sibi populus duxit ultrà progredi. In religionem habebant, vertebant omnia; paucorum animi religione erant intacti; multitudo justæ religionis impleta, religione attonita multitudo. Religionibus se credebat impediri, nec multæ res religionem incusserant hominibus simplicibus, ac religiosis. *Vid. Anxietas.*

Scruta, orum, allerley altes Gerümpel. *Usus*. Vilia scruta vendere.

Scrutor, aris, nachsuchen / erforschen / nachfragen. *Syn.* Inquiro, excutio. *Adv.* Furacissimè. *Usus.* Libros reconditos scrutari, excutere. *Vid. Indago.*

Sculptus, a, um, geschnitzet. *Usus.* Ex saxo sculptus.

Scurra, æ, liederlicher Tropff/Schand-Bube / Lotter-Bube. *R. à* σκῶρ, *stercus, sordes.* *Syn.* Sannio. *Usus.* Scurra facetus, omnibus modis risum captans. Populi deliciæ, qui seipsum scurram improbissimum existimari vult. Cavillator facie magis, quàm facetiis ridiculus. *Epi.* Facetus, improbus, locuples, petulans.

Scurrilis, e, leichtfertig / liederlich / bübisch. *Syn.* Obscœnus, qualis mos scurrarum est. *Usus.* Risus, jocus, dicacitas scurrilis, & mimica.

Scutatus, a, um, einen Schild tragend. *Usus*. Milites scutati, hastati.

Scutella, æ, Schüsselein/ kleine Schaale. *Usus.* Demus scutellam dulciculæ potionis.

Scutica, æ, * Karbatsche / Peitsche. *Syn.* Flagellum ex pelle. *Usus.* Dignus scuticâ.

Scutum, i, Schild. *Syn.* Clypeus. *Usus.* Ignavus abjecto scuto fugit, quantum potest.

Scyphus, i, Becher / Trinck-Geschirr. *Syn.* Poculum.

Secedo, ere, abtretten / Abtritt nehmen / beyseit tretten. *Syn.* Decedo, recedo. *Usus.* Secedant improbi, secernant se à bonis.

Secerno, ere, absondern / von einander sondern. *Syn.* Separo, distinguo, dijungo. *Usus.* Secerne te à pravis. Secernere & internoscere unum ab alio; salutaria à pestiferis, vera à falsis, animum à corpore secernere. *Vid. Separo.*

Secessio, nis, Abtrettung. *Syn.* Abscessio, discessio. *Usus.* Secessionem crebebam, non bellum. *V. Seditio.*

Seciùs, minder / anderer gestalt. *Syn.* Minùs. *Usus.* Impedimentum est, quò seciùs lex feratur.

Secludo, ere, ausschliessen. *Syn.* Secerno. *Usus.* Domus seclusa à strepitu populari.

Seco, as, schneiden. *R. à* ψίζ. *Syn.* Exseco, reseco. *Usus.* Corpus uri, & secari patimur.

Secretio, nis, Absonderung / Voneinander-Sonderung. *Syn.* Disjunctio. *Usus.* Est enim interitus quasi discessus & secretio, & direptio earum partium, quæ.

Secretò, heimlich / in geheim. *Syn.* Clàm, remotis arbitris. *Usus.* Hæc inter paucos secretò narrantur. *Vid. Clam.*

Secretus, a, um, abgesondert / heimlich / geheim. *Syn.* Separatus, sejunctus, seclusus. *Usus.* Succus secretus à reliquo cibo; stellarum sphæra ab ætherea conjunctione secreta & libera.

Secta, æ, Secte / Parthey / Spaltung. *Syn.* Familia, schola, disciplina, certa quædam disciplinæ formula, pars, vel partes, factio, Hæresis, studium, ratio vitæ, Ratio philosophandi. *Epi.* Difficilis atque ardua. *Usus.* Horum nos hominum sectam, & vitæ institutiones sequimur, prosequimur. Cæsaris imperium & sectam secutus. Philosophorum hæresis, secta, disciplina.

Sectator, is, Nachfolger. *Syn.* Consectator, amator, æmulus. *Usus.* Lex fabia de numero sectatorum.

Sectio, nis, Theilung / Abtheilung / Ein-

Eintheilung. *Syn.* Auctio. *Usus.* Prædæ sectio væniit. Pecuniam pro sectione debere.

Sector, aris, folgen / nachfolgen. *Syn.* Assector, comitor. *Usus.* Sectari aliquem totos dies per omnia fora. Ejusmodi est, ut eum pueri sectentur. *Vid. Sequor.*

Sector, is, Theiler des verfallenen Guts. *Syn.* Qui sectorum bona in auctione emit. *Epi.* Audacissimus. *Usus.* Antonius sector Pompeji.

Sectura, æ, *ein Schnitt / Hieb. *Usus.* Secturæ ærariæ, ferrariæ, *fodinæ.*

Seculum, i, Zeit von hundert Jahren. hundert-jährige Zeit. *Syn.* Ætas, multorum annorum spatium. *Usus.* Sempiternis seculorum ætatibus non mutari. Est hujus seculi labes quædam & macula, invidere virtuti. Hujus seculi insolentiam vituperabat. Id alteri seculo proderit. Omnium seculorum posteritas.

Secundanus, a, um, *zur anderen Ordnung gehörig. *Usus.* Milites secundani.

Secundarius, a, um, der näheste nach dem ersten / der andere / zweyte. *Syn.* Secundus, proximus. *Usus.* Primum illud, secundarium verò istud.

Secundò, zum andern / zweytens. *Syn.* Iterum, deinde.

Secundo, as, *glückgeben / beglücken. *Syn.* Prosperum reddo. *Usus.* Dii incœpta secundent.

Secundùm, nach / neben. *Syn.* Pòst. *Usus.* Secundùm Calend. Jan.; secundùm hunc diem adero. Secundùm Deum Parentes honorandi; secundùm te nihil est mihi amicius solitudine. 2. *Pro, juxta, ad, ex.* Prætor secundùm me tulit sententiam. Quæ secundùm naturam fiunt, habenda sunt in bonis; secundùm tabulas litem dare. 3. *Non procul, ad, prope, propter.* Secundùm litus ambulare.

Secundus, a, um, der ander oder folgende / der zweyte. *Syn.* Alter. *Usus.* Omnium judiciô secundus. 2. *Prosper, ad voluntatem nostram fluens.*)(*Adversus.* *Usus.* Exercitus noster secundô pretiô est usus. Homines secundis rebus, secundis ventis effrœnati, sibique præfidentes. Omnia secundissima nobis, adversissima illis accidêre. Secundâ concionis admurmuratione audiri. *V. Felix.*

Securis, is, ein Beil / Barte. *R.* à secando. *Epi.* Funesta, gravior. *Usus.* Aliquem securi ferire, percutere. Cervices alicujus securi subjicere. Securim infigere, injicere reip., rebus alicujus. *Vehementer lædere.*

Securitas, tis, Sicherheit. *Syn.* Requies curarum, esse sine curis. *Epi.* Blanda, maxima, optata, mira. *Usus.* Securitatem civibus & tranquillitatem præstare. Securitatem appello vacuitatem ægritudinis. *V. Securus.*

Securus, a, um, ohne Sorg / ruhig / sicher. *Syn.* Sine cura. *Usus.* De ea re securus sum. Securum te reddo, s. te esse jubeo. *Phras.* Miror, qui in tanto motu securus sis adeò; quod his tempestatibus prope solus in portu sis; in alteram aurem dormias; non modò sine cura quiescas, sed sine metu spirare etiam possis; omnia tuta & insidiis vacua arbitreris; aliorum naufragia velut ex terrâ intuearis; tempestatem adeo periculosam, insidiosam, infestam non formides; res tuas in tuto collocatas, extra teli jactum positum te existimes; nihil tot saxa & cautes timeas; velut sine omni periculo, ita sine metu agites; florens sine metu ætatem agas; animô agas otiosô & tranquillô; velut in portu naviges; in aurem utramvis otiosè dormias, velut res tuæ in vado salutis, in tuto, in tranquillo essent.

Secùs, anders. *Syn.* Contrà, aliter. *Usus.* Rectè an secùs, nihil ad nos. Longè secùs. Non dixi secùs ac sentiebam.

Sed, aber / sondern. *Syn.* At, ac, quidem, certè, autem, verumtamen, porro, verùm, haud scio an, verò. *Usus.* Sed non de me dixi, sed de sapiente.

Sedatè, still / ruhiglich. *Syn.* Tranquillè, leniter, dolorem ferre.

Sedatio, nis, Ruhe / Stille. *Syn.* Tranquillitas, placatio.)(*Perturbatio.* *Usus.* Temperantia & modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, ægritudinum, dolorum.

Sedeo, ére, sitzen. *Syn.* Assideo. *Usus.* Malo in illâ tuâ sedeculâ sedere, quàm illorum sellâ. 2. *Maneo, moror.* Totos dies sedere in villâ.

Sedes, is, ein Stuhl / Sitz. *R. à Græc.* ἕδος. *Epi.* Alta, antiqua, celsa, certa, domestica, hospitalis, maxima, publica, stabilis. *Usus.* Pulvinos poposcit, & in iis sedibus sub platano consedit. In sella sedere, & requiescere. Tibi concedo meas sedes. Sedem capere, sessum se recipere, in sede considere. 2. *Locus, vis, gradus.* Sola ponatur in summi boni sede, quam quærimus. 3. *Domicilium, fundamentum, patria, origo.* Urbs hæc sedes omnium nostrûm, domicilium Imperii. Sedes alibi ac domicilium collocare. Roma ipsa prope sedibus suis convulsa. Is Romæ sedem omnium fortunarum suarum collocavit.

Seditio, nis, Auffruhr / Meuterey. *R. quasi* se itio, *vel* seorsum itio, *ex* se, *id est:* seorsum, *&* itio, *à dissensione civium, quod* seorsim eant, *alii ad vel contra alios.* *Syn.* Discordia, dissensio, vis, turba; impetus populi, vel militum; motus populi, tumultus, secessio. *Epi.* commota, concitata, & nocturna, domestica, perniciosa. *Usus.* Ingens momentô seditio *concitata*, excitata, facta, commota est. Et facilè in levi vulgo seditio *oritur*, gliscit, & quamvis sopita recrudescit. Castra tota seditione ardent; Duces seditionem vix sustinent; ægrè Duces eam seditionem *lenivêre*, sedavêre, compressêre, extinxêre, vindicavêre. *Phras.* Omnia seditionibus ardent; crebræ ex concursu multitudinis concitationes fiunt; vulgus ingeniô mobili, seditiosum, rerum novarum cupidum, quieti & otio adversum; seditionibus inter seipsos sæviunt cives; turbæ ac tumultûs concitatores, vulgi concitatores, seditiosi, facinorosique homines omnia discordiis miscent; Populô concitatô res prope ad manus revocatur; turbulentis, seditiosis concionibus omnia fervent.

Seditiosè, auffrührischer Weiß. *Usus.* Seditiosissimè dicere.

Seditiosus, a, um, auffrührisch. *Syn.* Turbulentus, popularis. *Usus.* Seditiosus civis & turbulentus.

Sedo, as, besänfftigen / begütigen / stillen. *R. quasi à* sedendo; *sedere, vel subsidere facio.* *Syn.* Placo, mitigo, lenio, mollio, contraho, restinguo, sedationem affero.)(*Incito.* *Usus.* Discordias, animorum motus, temeritatem malorum, bellum sine tumultu sedare ac componere.

Seduco, ere, beyseits führen / verführen. *Syn.* Adduco, in aliam partem duco. *Usus.* Cum hæc disseruissem, seducit me Brutus. Seduxit Crassum, ad eumque retulit. *Phras. Seducere. Vulgò pro* corrumpere. Cave alienâ pravitate corrumparis; ne te auferant aliorum consilia; ne ab hominibus nequam inducaris; ne te de fide ac probitate tua deducant, de vetere pietatis laude dejiciant, animum tuum nondum consiliô, & ratione firmatum iis rebus pelliciant, quibus illa ætas capi ac deliniri potest; ne dementiâ aliquâ depraveris, in errorem inducaris, ab recto & honesto transversum agaris. *Vid. Corrumpo.*

Seductio, nis, das Beyseits-Führen / Verführung. *Usus.* Seductiones testium, secessio subscriptorum.

Sedulitas, tis, Emsigkeit / Fleiß. *Syn.* Officium, diligentia. *Epi.* Arguta, digna aliquô præmiô, insidiosa, simulata. *Usus.* Cornelii operam & sedulitatem laudo, dignamque præmiô censeo. Sedulitas nimiùm arguta non placet. *V. Diligentia.*

Sedulò, fleissig / emsiglich. *Syn.* Diligenter.

Sedulus, a, um, fleissig / emsig. *Syn.* Officiosus, diligens.

Seges, tis, allerley Saat. *R. quasi* seres, *à* serendo. *Syn.* Arva, ager. *Epi.* Deterior, fœcunda, læta. *Usus.* Seges spicis uberibus & crebris. Seges matura messi. Segetes agricolæ subigunt aratris. 2. *Ipsæ fruges.* Segetes lætissimæ. 3. *Occasio, causa.* Quid Clodium odisset, segetem ac materiam gloriæ suæ?

Segnis, e, träg / faul / nachlässig / hinlässig. *R. quasi* sine igne, *totus tardus.* *Syn.* Piger, languens. *Usus.* Ego si cui videor segnior, &c. *V. Piger.*

Segniter, liederlich / nachlässiglich. *Usus.* Otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere, nec pudor, nec metus coërcebat.

Segnitia, æ; es, ei, Trägheit / Faulheit / Nachlässigkeit / Hinlässigkeit.

Syn. Inertia. *Epi.* Inertissima. *Usus.* Vir sine segnitiâ verecundus. *Vid. Tigritia.*

Segrego, as, absondern / von einander scheiden. *Syn.* Separo.)(*Congrego.* *Usus.* Eloquentia nos à vita fera segregavit; scelus suum ipsum à rep. segregavit. *V. Separo.*

Sejugo, as, scheiden / von einander scheiden / absondern. *Syn.* Sejungo. *Usus.* Pars animi, quæ sensum habet, non est ab actione corporis sejugata.

Sejunctio, nis, Absonderung / das Von-einander-Scheiden. *Syn.* Transitio, ornamentum verborum.

Sejungo, ere, absondern / von einander scheiden. *Syn.* Separo, segrego, semoveo. *Adv.* Privatim. *Usus.* Fortunam nemo ab inconstantiâ sejunget. Orator à Philosophiâ sejunctus. *Vid. Separo.*

Selectio, nis, Erkiesung / das Erkohren / Erwählung. *Syn.* Electio, secretio. *Usus.* Malorum enumeratio, vitiorum selectio.

Seligo, ere, auslesen / erkiesen / auswehlen. *Syn.* Deligo, sejungo.)(*Rejicio.* Exempla certa è multis seligere. Omnia expendere ac seligere, nec copia imprudenter uti. *V. Eligo.*

Sella, æ, Stuhl / Sessel. *R. quasi* seda *à* sedendo. *Syn.* Sedes. *Epi.* Aurea, curulis, proxima, vacua. *Usus.* Sedebat in sellâ aureâ.

Sellularius, ii, Sesselmacher. *Usus.* De plebeja fece sellulariorum.

Semel, einmahl. *Usus.* Antonius semel induxit in animum, sibi licere omnia. *Vulgo: Semel pro semper.* Cum semel gladium imbuisset sanguine, nullum finem fecit.

Semen, inis, Saame. *R. quasi* serimen, *à* serendo. *Syn.* Materia serendi. *Epi.* Perexiguum. *Usus.* Semen spargere, jacere; Prodit, exit, grandescit semen. Seminum vis ad creandum & gignendum plurimùm valet. Aliquid hominibus à stirpe generis & seminis ingeneratur. Cum terra gremiô mollita & subacta semen sparsum exceperit. 2. *Principium, origo, materia.* Stirps ac semen belli, malorum omnium. *Phras.* Innata nobis sunt virtutum semina, virtutum quasi scintillas jam in pueris videmus. Ingeniis nostris congenita quædam sunt virtutum principia; in parvis etiam vis quædam elucet, & rudimenta virtutum.

Sementis, is, die Saat. *Syn.* Satio. *Epi.* Tanta malorum. *Usus.* Sementê prohibita, messe amissa.

Semestris, e, halb-jährig. *Syn.* Sex mensium.

Semianimus, a, um, halb-todt. *Syn.* Exanimatus, semivivus.

Semiassus, i, halb-gebraten. *Syn.* Semiustus.

Semicirculus, halber Circul. Semidoctus, halb-gelehrt. Semihora, halbe Stund. Semiliber, halb-frey. Semiplenus, halb-voll. Semivivus, halb-lebendig. Semiustulatus, semiustus, halb verbrandt. Semisomnis, halb schläfferig.

Semigro, as, hinweg ziehen / wandern. *Syn.* Secedo.

Seminarium, ii, Baum-Schule / Pflantz-Garte. *Syn.* Semen. *Usus.* Ex illo fonte & seminario triumphorum. Id autem erat principium urbis, seminarium reip.

Seminator, is, Säemann / Aussäer. *Syn.* Sator. *Usus.* Omnium rerum seminator, sator, educator, altor est mundus. Malorum omnium sator.

Semino as, säen / aussäen. *Syn.* Sero.

Semissis is, der halbe Theil. *Syn.* Assis dimidium, vel nummi pars.

Semita, æ, ein schmaler Weg / Fußsteig. *R. quasi* semi iter. *Syn.* Trames, via. *Usus.* Quâ viâ modò exivit, eâdem semitâ revertatur, eandem semitam teneat.

Semoveo, ere, beyseit legen / auff die Seit schaffen / weg thun. *Syn.* Secerno, removeo. *Adv.* Fortissimè, omnino, feliciter.

Semper, immerdar / allezeit. *Syn.* Omni tempore, totos dies, dies omnes ac noctes, dies noctesque, in omni vita, dum hominum genus erit, in perpetuum, nunquam non, ab æternitate, omne tempus ætatis; hoc vigebit memoriâ sæculorum omnium, omnibus horis.)(*Paulisper.* *Usus.* Quod semper movetur, æternum est. *Phras.* Semper tui meminero, manebit mihi tui memoria, dum anima superabit; punctum temporis nullum tui memoriâ vacuum abibit, sine tui memoria præterire patiar;

tiar; dum anima ſpirabit mea, tui memoria erit infixa animo ſempiterna.

Poſt hominum memoriam nil unquam virtute præſtantius fuit; poſt homines natos, poſt noſtram patrumque memoriam, ex omni memoria nihil unquam virtute glorioſius ſ. præſtantius fuit; ii ſemper gloria maximè excelluerunt, qui virtute maximè præſtiterunt.

Sempiternus, a, um, ewig/ ſtätig / immerwährend. *Syn.* Æternus. *Uſus.* Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt; conſilia noſtra in ſempiternum ſpectare debent.

Semuncia, æ, halbe Untze/ ein Loth.

Senarius, ii, ſechszählig / ſechs in ſich haltend. *Syn.* Verſus Jambicus ſex pedum.

Senator, is, ein Raths-Herr. R. à *ſenex*, quia prudentiâ ſenes in ſenatum olim legebantur. *Syn.* Pater conſcriptus. *Uſus.* Senator, qui conſiliô ac ſapientiâ gubernat remp. Auctor publici conſilii & regendæ civitatis dux.

Senatorius, a, um, rathsherriſch. *Uſus.* Ordo, gradus, ſubſellia ſenatoria.

Senatus, ûs, der Rath. *Syn.* Ordo ampliſſimus, ſummus ordo, conſilium ſenatûs, conſilium publicum, ampliſſimum conſilium, ampliſſimus Senatûs Magiſtratus. Princeps ſalutis reique publicæ; reip. cuſtos, præſes, propugnator. *Uſus.* Senatum *convocare*, vocare, cogere, frequentem efficere. Senatum habere; aliquem in ſenatum legere, cooptare; in ſenatum venire. Alicui ſenatum dare, præbere. Senatu movere aliquem; ex ſenatu rejicere. Senatum *dimittere*, mittere, diſceſſit ſenatus. Homo ſeditioſus delendum ſibi ante omnia, extinguendum, tollendum ſenatum cenſuit.

Senatus conſultum, i, Raths-Schluß oder Spruch. *Syn.* Decretum ſenatûs, lex ſenatûs; authoritas ſenatûs, ſcripta Principum decreta. *Epi.* Honorificentiſſimum, magnificentiſſimum. *Uſus.* Senatus conſultum factum fuit, extat, præſcriptum fuit.

Senectus, tis; a, æ, das Alter / Alterthum. *Syn.* Propè acta jam ætas, decurſaque; ultimum tempus ætatis, maturitas ætatis, ingraveſcens ætas; exacta, extrema ætas; canities, vetuſtas, ætas præcipitata, jam à diurnis laboribus devexa ad otium. *Epi.* Animoſa & fortis, calamitoſa & præceps, gravis, honorata, jucunda, levis, ſevera. *Uſus.* Senectus eſt occaſus vitæ. Ad ſummam ſenectutem vivere. Homo ſenectute confectus, magnam ſenectutem adeptus valetudine optimâ. *Thraſ.* Extremæ ſenectutis onus ſuſtineo, ſatis diu vixi, ſatis naturæ vixi, ætatis ſatis vixi, naturæ ſatisfeci ætate; vixi vitam ſatis diuturnam; vixi, quatenùs homini licet; vixi, quatenus homini ſatis eſſe poſſit; jam me ad exitum vitæ penè natura ipſa perduxit; Curſus mihi vitæ jam penè confectus & abſolutus eſt; decurſum mihi jam prope vitæ ſpatium eſt, decurſa mihi jam propemodum eſt ætas; tanquàm à carceribus ad metam vitæ jam perveni; extrema mihi vitæ pars agitur; ſatis longè vitam perduxi; ſatis longum vitæ ſpatium peregi; non eſt, cur me pœniteat, quantùm vixerim; hôc vitæ ſpatiô contentus eſſe poſſum; non moriar immaturus, non evellar immaturus à vita; quantulum mihi vitæ ſpatium reſtat, ſupereſt, reliquum eſt, relinquitur!

Seneſco, ere, alt werden/ grau werden. *Syn.* Conſeneſco, ſenex fio. *Adv.* Senſim. *Uſus.* Senſim ſine ſenſu ſeneſcit ætas; Oratorum laus jam ſeneſcit, & ad nihilum videtur ventura. *Thraſ.* Ecquis eſt, qui ſeneſcere non velit, qui diuturnam vitam non amet; qui diuturnam vitam non cupiat, exoptet, expetat? Ecquis eſt, cui diuturna vita non placeat? quis diu vivere, diu vitam agere, vitam diuturnam ducere ſ. traducere, vitam diuturnam agere ſ. tranſigere, diuturnam vitam vivere non cupiat? quis diuturnâ lucis uſurâ frui, diu inter homines agere, diu inter homines verſari, diu in terrâ morari non cupiat?

Senex, is, alt/ betagt/ greiß. R. à Sanach *Hebr.* *Syn.* Ætate confectus, exactâ ætate; confectus ſeniô, vel ſenectute; admodùm ſenex. *Epi.* Debilis, diſertus, pene agreſtis, formoſus, firmatus, imbecillus, miſer, orbus, pudentiſſimus atque optimus, ſtultus, credulus, obliviòſus. *Adv.* Admodùm. *Uſus.* Antiquum proverbium, quod monet, maturè fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Senex ſtultus nimiumque credulus, obliviòſus.

viósus. *Phras.* Vereor, ne non tam diu vivam; vereor, ne non usque eò vitam traducam; explorata ad eum diem vita non est; vitam mihi quis præstet ad illud tempus? Optandum est, ut ad id tempus ducere spiritum possem.

Senilis, e, altvätterisch/ältlich/ veraltet. *Usus.* Specie puerili, sed senili prudentiâ.

Senium, ii, das Alter/ Alterthum. *Syn.* Senectus. *Usus.* Civitas ista seniô confecta. *V. Senectus.*

Sensim, langsam / sachte / nach und nach/ allgemach. *Syn.* Pedetentim, leniter.)(*Repentè.* *Usus.* Omnis mutatio sensim est & pedetentim facienda. Sensim ille dicebat causæ propria, tu cursim aliena.

Sensum, i, Gemüths-Meynung. *Syn.* Sententia, sensus animi, consilium. *Usus.* Sensa mentis & consilia verbis explicare.

Sensus, ûs, Sinn/Verstand. *Syn.* Quinque illi sensus animæ intelligentis, intima cogitatio. *Epi.* Acerbissimus, acerrimus, æternus, charus, certus, communis, divinus, domesticus, extremus, gravis humanus, intimus, liberior, moderatus, nimius, rectus, voluptarius, vulgaris. *Usus.* Sensus interpretes ac nuncii rerum in capite tanquam in arce mirificè ad usus necessarios collocati sunt. Sensus velut via quædam ad oculos, nares, aures. Veri, tanquam nuncii & satellites. Quod sensibus percipi non potest. Cum spiritu sensum jucunditatis amisit. Fovere hominum sensus, delinire animos. Abstractus à sensu mentis. 2. *Sensum, sententia, animus, mens, cogitatio.* Quis est tuus sensus eâ de re, quæ cogitatio? Vultus ostendit, quô sensu quidvis pronuncietur. Oratio ad animorum sensus exprimendos. 3. *Notitia, judicium, captus, existimatio, vis, pondus.* Est hic communis omnium sensus; longè hoc est ab imperitorum intelligentiâ sensuque. *Phras.* Mortuis nullus inest sensus, mortui carent sensu, sentiendi vis morte extinguitur, morte sensus amittitur, mors nullum habet sensum, extra sensum mors est.

Sententia, æ, Meynung / Spruch. *R. quasi* sentientia, *à* sentiendo, animô conceptus sensus. *Syn.* Dictio & oratio brevis & præclara. *Epi.* Accommodata, acuta, antiquissima, certa, communis, consularis, digna, dubia, firma, gravissima, illustris, libidinosa, ornatissima, perspicua, regalis, senatoria, virilis, utilis. *Usus.* Sententia utraque optimos habet autliores. 2. *Consilium, mens, opinio, voluntas, suffragium.* Rem ex sententiâ gessi, & confeci. Facere aliquid de sententiâ alicujus; nihil nisi de tua sententia, *consilio* statuam. Ex animi sententia hoc tibi confirmo ac juro. Ire in sententiam alterius, in Bruti sententiam Senatus decrevit. Cicero totum Senatum ad suam sententiam sæpè *traduxit*, perduxit, duxit. Senatus totus in Tullii sententia ferè manet, permanet, perstat, perseverat; retinet senatus Tullii sententiam. Nemo me de arrepta sententia *dimovebit*, deterrebit, movebit, deducet, depellet, dejiciet, detrudet, meam sententiam franget. Non *mutabo*, repudiabo meam sententiam; non desistam, discedam de mea sententia. 3. M. Catò sententiam rogatus severam dixit, tulit, pronunciavit; reus omnibus sententiis damnatus, nullius absolutus est. 4. *Argumentum.* Epistolæ argumentum ac sententia ea erat. *Phr.* Omnium sententia eadem fuit, Pacem bello præhabendam; pars major in eam sententiam ivit, censuit, consensit, discessit, pedibus ivit. Stetêre plerique omnes in eâdem sententiâ; in pacem inclinavêre plerique; haud dispar erat animorum habitus; nullius sententia in diversum tendebat; omnium sententiæ eo decurrerunt, ut pax, si posset, æquis, sin minùs, tolerandis conditionibus peteretur. Omnes in idem consilium descendêre; huc omnes consentiebant; pax præ bello probata est, placuit omnibus.

Non permanes in eâdem sententiâ; non persistis; non perseveras, non pergis in eadem sententiâ; tuam sententiam non retines, non tueris, non servas; mutas sententiam, consilium, opinionem. Sensum mutas, deponis. Diversam opinionem suscipis, capis. Tibi non constas; aliter existimas; discedis à tua sententia, à consilio, ab

ab opinione ; à te dissentis ; labas in sententia ; à pristina sententia descîscis ; eadem non est, fixa non est, infirma est tua sententia. Sensus tuus non idem est, alius nunc est, immutatus est. Istorum improbis artibus factum est, ut abjectâ vetere illâ sententiâ novam susceperim ; istorum malevolentissimis obtrectationibus, istorum improbis artibus, istorum infensâ iniquâque imprimis opera de vetere illa mea sententia descivi, depulsus sum, dejectus sum, detrusus sum, deturbatus sum. Factum est horum culpâ, commissum est horum iniquitate, ut à mea vetere illa sententia desciverim, discesserim ; ut animum à sententia abduxerim, ut institutæ cursum opinionis flexerim, mutaverim, aliò converterim.

Sententiosè, spruchreich / voller Sprüche / nachdrücklich / lehrreich. *Syn.* Graviter, scitè.

Sententiosus, a, um, * lehrhafftig / lehrreich / nachdrücklich. *Usus.* Asiaticæ dictionis duo sunt genera, unum sententiosum, & argutum alterum.

Sentina, æ, Schiff-Grund oder Unrath und Unflath / Grund-suppe. R. *à sentiendo quod ejus fœtor sentiatur.* *Epi.* Magna & perniciosa. *Syn.* Fundus seu ima pars navis. *Usus.* Ejicere perniciosam sentinam urbis & exhaurire.

Sentio, ire, fühlen / empfinden. *Syn.* Sensum accipio, sensibus percipio, sensum alicujus rei capio, sensum ex mœrore patrio percipio, odore quodam suspicionis aliquid sentio, sensu gusto, sensum alicujus rei habeo, gustum alicujus rei habeo, intelligo, attendo, audio, exaudio.)(*Sensu doloris careo.* *Adv.* Acerbissimè, acutè, amicissimè, apertissimè, constantissimè, demissè, fortissimè, humiliter, improbissimè, admodùm, peræquè, sapienter, serò. *Usus.* Quidam stupore quodam cibi suavitatem non sentiunt. 2. *Judico, censeo, consentio*, urtheilen / meynen / darfür halten. Nescio, cur non animo quoque non sentiant. Sentire cum aliquo ; omnes idem sentiunt. 3. *Agnosco, intelligo.* Non solùm video, quid velis, sed planè audio, sentioque. *Phras.* Omnes idem sentiunt, idem volunt, defendunt ; omnia consilia cum consilio illius conjuncta sunt ; nulla varietas est opinionis, voluntatis, sermonis ; judicium omnium par fuit, atque unum ; nulla in re judiciis dissensêre, in unam sententiam omnes dixêre ; summa est consensio ac societas consiliorum ac voluntatum ; omnium sensus congruunt, unâ mente consentiunt. Ita sentio, sic statuo, ita statutum habeo, ita mihi persuadeo, hoc mihi planè hæret, ita meus est animus, hæc mea sententia, mea sic est ratio, sic animum induco meum, sic planè meus est sensus.

Dolores sentio acerbissimos ; sensum doloris percipio acutissimum, neque tam sum fortis, ut velut alienatô a sensu animô hæc perpetiar ; neque ab sensu doloris animum avertere satis possum.

Senticetum, i, * Dorn-Busch / Dorn-Gebüsche. *Syn.* Locus sentibus plenus.

Sentis, is, Dorn-Stachel. *Syn.* Spina.

Seorsùm, beyseits / ins besondere / sonderheitlich. *Syn.* Separatum. *Usus.* Seorsum hoc ab illo tractandum est.

Separabilis, e, leicht abzusondern. *Usus.* Anima à corpore separabilis.

Separatim, absonderlich / sonderheitlich. *Syn.* Seorsum, singillatim, præter ceteros.)(*Communiter.* *Usus.* Dii separatim à singulis universos diligunt. Qui non una aliqua in re separatim elaborant, sed omnia nihil divulsa aut quasi discerpta comprehendunt.

Separo, as, scheiden / sondern / absondern. *Syn.* Sejungo, distinguo, secerno, sevoco, distraho, divello, distermino, discludo.)(*Conjungo.* *Adv.* Diligenter, paululum. *Usus.* Ab sua historia id bellum separavit. Discrimine tenui separata maria. *Thras.* Separandi sunt, ne juncti noceant ; dirimenda est eorum conjunctio ; segregandi inter se, dividendi, ac distrahendi sunt, separatim divellendi, eorum manus diducendæ, dissociandi illorum animi, alienatio atque disjunctio aliqua serenda ; alius ab alio diversus aggrediendus est ; aliqui ab societate aliorum abripiendi ; avellendi secreti aliqui, segregatique à ceteris invadendi ; dissidium & animorum quoddam divortium inter eos est procurandum.

Sepelio, ire, begraben/ zur Erd. bestatten. *Syn.* Humo, in sepulchro condo; corpus terræ reddo, humô injectâ contego; supremô officiô fungor, in rogum impono, tumulô contego, funus duco; funero, funus effero; justa persolvo, sepulturâ afficio, ad sepulturam do, in sepulchrum infero, tumulo mando; mortuum in aliquem locum infero, compono. *Usu.* Quis vos in complexu liberorum trucidatos incendiô Patriæ sepelire est conatus? *Phras.* Non omnes, qui obierunt, sepulti sunt; non omnes, qui obierunt, sepulturâ affecti sunt, in sepulchro conditi sunt, ad sepulturam dati sunt, in sepulchrum illati sunt, tumulo mandati sunt, sepulturæ honorem adepti sunt; aliquot ex iis, qui obierunt, honore sepulturæ caruerunt, insepulti jacuerunt. *V. Funus.*

Sepes, is, Zaun / Garten-Zaun. *R.* à σκέπω, *munio.* *Syn.* Septum. *Usus.* Loca sylvestribus sepibus densa.

Sepia, æ, Black-Fisch / Kuttel-Fisch / Meer-Spinne. *R.* à σηπία. *Syn.* Genus piscis.

Sepimentum, i, Zaunwerck / Gezäune / Verzäunung. *Syn.* Vallum. *Usus.* Atque hæc velut sepimentô quôdam vallabit eloquentia.

Sepio, ire, zäunen / umzäumen / verzäunen. *Syn.* munio, vallo. *Adv.* Sedulò, undique, religiosè. *Usus.* Domicilia mœnibus sepserunt. Ubi hæc omnia cogitatione, memoriâ sepseris &c. Oppidum castellis & operibus sepire. Tutus, clausus, septus, armatis stipatus satellitibus. *V. Munio.*

Sepono, ere, beyseit setzen / beyseit thun oder stellen/ weg thun. *Syn.* Segrego, reservo, separo. *Usus.* Seponi ista & occultari possunt. Nullum mihi ad ea negotia tempus possum seponere; aliqua prædæ pars seponi, in publicum secerni potest.

Seps, is, Zaun/ Zaunstange.

Septem, sieben. September, September oder Herbstmonat. Septemdecim, septendecim, siebenzehen. Septemvir, ein Siebener/ Siebenherr. Septemviralis, dem Siebener-Amt gehörig. Septemviratus, Siebener Amt. Septenarius, sieben-zahlig. Septentrio, Mitternachts Gegend. Septenus, je sieben und sieben. Septies, siebenmahl. Septimum, septimò, zum siebenden mahl. Septimus, der Siebende. Septimus decimus, der Siebenzehende. Septingenti, sieben hundert. Septingentesimus, der siebenhunderste. Septuagesimus, der Siebenzigste. Septuaginta, siebenzig. Septunx, sieben Untzen.

Septum, i, ein umzäunter Ort/ Zäunsel. *Syn.* Munitio, sepimentum, sepes. *Usus.* Quibus septis tam immanes belluas continebimus? Septa diruere, revellere.

Sepulcrum, i, Grab. *Syn.* Tumulus, bustum, monumentum. *Epi.* Alienum, altum, desertissimum, nobile, operosius, ornatum, patrium, summum. *Usus.* Sepulcrum alicui decernere, construere, ponere. Aliquem in sepulcro condere, in sepulcrum inferre. Sepulcri magnificentia & religio. *Phras.* Funus ei satis amplum faciendum curavi; dedi operam, ut funere satis amplô, magnificô, honorificô efferretur; dedi operam, ut exequiis honoraretur; exequiis eum honorificis prosecutus sum; honorificè sepultus est, sepulturâ honestatus est; funeris, exequiarum, sepulturæ honore non caruit. Habuit in funere, quæ illum decorarent, illi honorem adderent, illi honori essent. *V. Sepelio.*

Sepultura, æ, Begräbnus. *Syn.* Humatio, bustum. *Epi.* Humilis, insepulta, optima. *Usus.* Sepulturâ aliquem afficere. Corpus ad sepulturam dare. Humili sepultura cremare. Honore sepulturæ carere. *V. Sepelio.*

Sequester, tri, & tris, Schiedsmann/ Unterhändler. R. à sequendo, *quod Dominum sequatur.* *Syn.* Apud quem pecunia corrumpendis judiciis deponebatur. *Us.* Interpres, confector negotiorum, sequester corrumpendi judicii. Quô sequestrô usus est?

Sequor, eris, folgen / nachfolgen. *R. ex Græc.* ἕπομαι, *π in q. verso*, *Syn.* Comiter excipio, consequor, insequor, comes sum, exequor, prosequor.)(*Antecedo, praeo.* *Adv.* Acerrimè, bellè, confestim, eleganter, facilè, necessariò. Studiosè, temerè, vehementer, vitiosè. *Usus.* Cæsar popularem viam sequitur. Platonem in Philosophia sequor; quæ pœna sceius illud sequetur? *Phras.* Te præci-

præcipuè sequendum mihi statui; te audiam, tibi obtemperabo; meum consilium potissimùm ad tuum accommodabo; tuam authoritatem, tuam sectam sequar; tuis itineribus ibo; humanitatis tuæ exempla imitabor; tuarum vestigia virtutum persequar. Ad authoritatem me tuam contuli; tibi obsequor; ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela do; communis mihi tecum regio & vici; tuam sectam & instituta persequor, tuô judiciô stare decrevi; tuum me æmulum profiteor; te affectabor; tibi in omnibus assentior. Seditionem bellum est secutum; seditioni domesticæ bellum externum continuatur; domesticum tumultum bellum excepit, consecutum est. *V. Imitor.*

Sequitur, **daraus folget/ es folget.** *Syn.* Relinquitur, fit, conficitur, colligitur; *apta ad concludendum verba.* *Usus.* Sequitur de locis sacris; sequitur de pecuniis captis; sequitur igitur hoc, ut &c.

Sera, æ, * **ein Schloß an der Thür/ Mahl-Schloß/ Vorleg-Schloß.** *Syn.* Qua clauduntur ostia.

Serenitas, tis, **helles/ heiteres/ schönes Wetter.** *Syn.* Serenum tempus, serena tempestas, cœlum serenum.)(*Cœli perturbatio, nubilum.*

Sereno, as, * **hell und klar machen.** *Usus.* Tum ille serenatâ fronte. **Freundlich/ aufgeraumt Angesicht.**

Serenus, a, um, **schön/ hell/ heiter/ klar.** R. *à* σειρέω, *depuro.*)(*Nebulosus.* *Usus.* Austrô lenissimô, cœlô serenô. Frons serena & tranquilla. *Thras.* Jam diu cœlô serenô utimur; diu jam nullus unquam dies tam magnâ turbulentâque tempestate fuit, quin aliquô tempore ejus diei solem viderimus; ex turbida etiam die serena mox & tranquilla lux redit; mirâ serenitate diu fruimur, fugatis jam diu nubibus serena nobis lux affulget.

Sericum, i, * **Seiden.** *Us.* Serica variis textilibus.

Series, ei, **Zeit/ Ordnung/ Reihe.** *Syn.* Contextus vel quædam continuatio rerum, ordo. *Usus.* Fatum est ordo seriesque causarum. Mirabilis quædam series, conciliatioque rerum, ut alia ex alia, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.

Seriò, **ernstlich/ ohne Schertz/ im lautern Ernste.** *Usus.* Seriò rem dico. *Thras.* Seriò rem agit, minimè ludibundus, nec per ludum & negligentiam, nec pro domestica & umbratili exercitatione, sed contentione magna, severè, acerrimè, extra jocum res agitur; verè vehementerque pugnatur; non tam simulatè, quàm ex animo, nec tam fronte quàm mente res agitur; non hæc ludorum & pompæ est contentio, sed revera in aciem & dimicationem venitur.

Serius, a, um, **ernsthafftig.** *Syn.* Gravis, verus.)(*Iocosus.* *Usus.* Si de rebus seriis loquatur, severitatem adhibeat; si de jocosis, lepôrem. Sermo serius & jocus liberalis. *Thras.* Gravis admodum res est; hæc res multum habet ponderis, gravitatis. Hæc res minimè levis est, inest in hac re gravitatis ponderisque multum, non mediocre pondus. Hoc rem continet, in hoc tota res agitur, in hoc sunt omnia; in hoc sita, posita, collocata, constituta sunt omnia; ex hoc omnia pendent, hoc interest, hoc valet in omnes partes; hoc tanti est, ut omnia comprehendat; hoc ejus ponderis est, hoc ejusmodi est, ut omnia complectatur. *Vid. Gravis.*

Sermo, nis, **Rede.** R. à serendo, *vel ab* εἰρμός, *series, nexus.* *Syn.* Locutio, mentio, oratio. *Epi.* Sermo *suavis*, ludicrus, liberior. Sermo longus, multus, urbanus, commodus, præclarus, honorificus. Sermo *vanus*, obscurus, tectus, dubius, pervagatus, exploratus, quotidianus. Sermo *malevolus*, stultus, puerilis. *Us.* Malevoli varios de te sermones *excitârunt.* Multos de te sermones inferunt, inducunt; multum illis sermonem das; multam sermonis materiam, ansam præbes; sæpè in eorum sermonem venis; sæpè de rebus tuis sermonem arripiunt, captant, aucupantur; frequenter eorum sermonibus vapulas; eorum sermones tibi ferendi, subeundi, sustinendi sunt; facilè est sermonis materiam nancisci; in varios sermones *delabi*, venire; sermones diversos instituere; accedere ad sermonem, eumque in multam noctem ducere, trahere, produce-

ducere, perpetuare. Varios inter se sermones habere. Se in sermonem aliorum *adjungere*, insinuare; sermonem cum aliquo conferre, communicare. Is sermo in circulis, disputationibus, congressionibus omnium versatur; res est in ore ac sermone omnium; omnium sermonibus ea res *usurpatur*, celebratur, pervulgatur, divulgatur; sermo is latissimè dissipatur; urbs iis sermonibus refercitur; latissimè perfertur, defertur is sermo; latissimè emanavit, manavit, permanavit. Quis omnes hominum sermones *vitet*, effugiat? ab alicujus sermone se avertere. Dissipatus ille sermo ægrè *reprimetur*, sedabitur, extinguetur, exhaurietur, retundetur, refrigerabitur, obmutescet. *V. Loquor.*

Sermocinatio, onis, Gespräch zwischen zweyen/ Unterredung. *Syn. Figura.*

Sermocinor, aris, schwatzen/ sich miteinander bereden oder besprechen/ sich unterreden. *Syn.* Sermonem habeo, loquor. *Adv.* Diligenter. *Usus.* Diligenter cum eo sum sermocinatus.

Serò, spätt/ langsam. *Syn.* Tardè. *Usus.* Serò, actô negotiô venisti; sera tua est gratulatio. *Phras.* Serò admodum ad me venit, paulò antequam sol occideret, primis se tenebris intendentibus, post occasum solis; jam præceps in occasum sol erat & nox appellens; jam serum diei erat; sub solis occasum, sub primas tenebras, præcipite in noctem die ad me affuit.

Sero, is, ere, in eine Ordnung setzen oder stellen/ säen/ aussäen/ pflantzen. R. à *Græc.* σειρεύω, connecto. *Syn.* Sementem facio, semen spargo, semino. *Usus.* Sere beneficium, ut metere possis fructum. Serere arbores, quæ alteri sæculo prosint. Sermones, discordias serere.

Serpens, tis, eine Schlange. *Usus.* Repentè te tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflatô collô, tumidis cervicibus extulisti. Immani specie, tortuque draco.

Serpo, ere, fortschleichen/ gemächlich kriechen. *Syn.* Progredior. *Adv.* Longiùs, obscurè, occultè, paularim, sensim. *Usus.* Ea consuetudo, rumor, malum latiùs serpit, manat, funditur.

Serra, æ, eine Säge. *Usus.* Ne stridorem quidem serræ audiunt.

Serrula, æ, Hand-Säge/ kleine Säge. *Usus.* Serrula adunca ex omni parte dentium & tortuosa.

Sertum, i, ein Krantz/ Krone. *Syn.* Corona. *Usus.* Sertis redimiti.

Servator, is, Erhalter Erlöser. *Syn.* Conservator.)(*Perditor.* *Usus.* Urbis, capitis mei servator & custos.

Servilis, e, knechtisch/ sclavisch/ niedergeschlagen. *Syn.* Famularis. *Usus.* Metu servili debilitata respublica; munus, vestis, color servilis. Servilem in modum cruciari.

Serviliter, zaghafftig/ knechtisch/ sclavisch. *Syn.* Abjectè, timidè. *Usus.* Ne quid serviliter aut muliebriter faciamus.

Servio, ire, dienen. *Syn.* Deservio, servitutem servio, servitutem patior, præstò sum, consulo, operam alicui do, lenocinor, obsequor, pareo, morem gero. *Usus.* Populum Romanum servire fas non est; tempori, corpori, auribus alicujus servire; gloriæ, laudi, cupiditatibus, valetudini servire. 2. *Gravor, obligor. Cum ad prædia rustica refertur.* Ædes, prædia non servient, quæ servierunt.

Servitium, ii, Dienst/ knechtischer Dienst. *Syn.* Servus. *Usus.* Servitia ad cædem incitare.

Servitus, tis, Dienstbarkeit/ Knechtschafft/ Sclaverey. *Syn.* Famulatus, servitium.)(*Libertas.* *Usus.* Grave servitutis jugum in libertate exuatis. Servitus postremum malorum omnium. servitutem alicui *imponere*, afferre. In servitutem socios tradere, dare, adjudicare, abstrahere. Diu acerbissimam servitutem *perpesi* sumus, in durissimam servitutem venimus, servitutem servimus, servitute oppressi jacemus. Quis tandem hoc servitutis jugum à nobis *depellet*, repellet, rejiciet, demet, propulsabit? quis servitute liberabit? servitutis vincula rumpet?

Servo, as, erhalten/ erretten/ erlösen. *Syn.* Conservo, observo, asservo, tueor, custodio, teneo, non discedo. *Adv.* Constanter, diligenter, diu, magnoperè, optimè, sanctè. *Usus.* Servare amicitiam, jus, leges, summâ fide. Servare se integrum & castum. *Phras.* Tu unus me servasti, parens, decus, salus vitæ nostræ,

nostræ, fortunæ, nominis; tuâ unius operâ salvus sum; sartum tectum que me, ut ajunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumque conservasti; quibuscunque rebus auxisti; servatorem te meum & liberatorem semper prædicabo; Parentem te fortunæ meæ statuo, agnoscamque semper. *Vid. Salvo. Salus.*

Serus, a, um, spätt/ langsam. *Syn.* Tardus. *Us.* Sera nimis auxilia.

Servus, i, Knecht/ Sclav/ Diener. *Syn.* Servitium, famulus, puer, mancipium, serviens, qui non est sui juris, qui libertatem perdidit, arbitriô suô carens.)(*Liber. Usus.* Servi, quorum vis & conditio infima. Servus à pedibus. Cupiditatum servus.

Sesqui, anderthalb. *Usus.* Sesquiplex. Sesquialter, sesquimodius, sesquioctavus, sesquitertius. *De his vide alios.*

Sesquipedalis, e, * anderthalb-schuhig. *Usus.* Tigna sesquipedalia.

Sessio, onis, das Sitzen. *Usus.* Status incessus, sessio, accubatio, inclinatio, cursus.

Sessus, ûs, das Sitzen. *Syn.* Sessio, vel ordo sedentium.

Sestertium, ii, Sestertius, ii; *de his vide alios.*

Seta, æ, Borste / Schweins-Borste/ Pferdhaar. *Epi.* Equina. *Usus.* Gladius è seta equina pendulus.

Setosus, a, um, * borstig. *Syn.* Quod setis abundat.

Seu, oder/ es seye. *Syn.* Sive.

Severè, ernsthafftiglich / im lautern Ernst/ ernstlich / streng. *Syn.* Austere, stoice, graviter. *Usus.* Ætas severissimè acta.

Severitas, tis, Strenge/Ernsthafftigkeit. *Syn.* Gravitas, tristitia, duritas.)(*Humanitas, comitas. Epi.* Acerba, censoria, magistra pudoris & modestiæ, incredibilis, patria, prisca, salutaris, singularis, non invidiosa, vetus. *Usus.* Summa severitas cum summâ humanitate jungatur, lenitate condiatur, gravitati comitas & facilitas aspergatur. Oratione mitigare patris severitatem & humanitatis condimentis. Laxare Judicum animos, & ad hilaritatem risumque traducere. Adhibere severitatem in aliquo. Senatum ad pristinam severitatem revocare. Severitatem revocare. Severitatem probo, non item acerbitatem. Durities, mæstitia, severitas orationis.

Severus, a, um, ernstlich/ ernsthafftig/ streng. *Syn.* Gravis, tristis, austerus, acerbus, vehemens, asper, durus, ac penè agrestis.)(*Dissolutus, indulgens. Adv.* Valdè. *Usus.* Qui nuper indulgens in Patrem, idem acerbus & severus in filium. Imperia sine acerbitate iracundiæ severa. *Phras.* Vir admodum severus, naturâ implicatus, proclivis ad severitatem, in omnes severum se & vehementem præbens; horridus, sapiens, sanctus, pertristis quidam censor & magister; tetrica ac tristi veterum disciplinâ imbutus; severissimi imperii vir, priscæ ac nimis duræ severitatis; severè, graviter agens omnia; nihil remissè, leniter, urbanè indulgens.

Sevoco, as, bey Seits ruffen / auff die Seite ruffen. *Syn.* Separo, abduco, aufero. *Adv.* Haud mediocriter. *Usus.* Mentem ab oculis, animum ab omni negotio, à societate corporis sevocare. *V. Avoco.*

Sex, sechs.

Sexageni, je sechzig. Sexagesimus, der sechzigste. Sexagies, sechzig mahl. Sexaginta, sechzig. Sexennium, Zeit von sechs Jahren. Sexcenteni, sexceni, je sechshundert. Sexcenti, sechshundert. Sexcenties, sechshundert mahl. Sexies, sechsmahl. Sexprimi. Sextans, ein Sechstheil. Sextarius, echtmaß/ Nösel. Sextilis, der Augustmonat. Sextula, der sechste Theil einer Untz. Sextum, sechstens/ zum sechsten. Sextus, der sechste. Seni, je sechs und sechs.

Sexus, ûs, Geschlecht/ Art/ Gattung. R. *olim* secus, *a* seco; *natura enim animalium in marem & fœminam dissecta est. Usus.* Virilis sexus & muliebris.

Si, wann/ wenn. *Syn.* Ut, cum, etiamsi. *Usus* Si volo is esse, ero.

Sibilo, as, zischen/ pfeiffen. *Syn.* Vagire murmurare, mugire,, sibilare.

Sibilus, i, das Zischen/ das Pfeiffen. *Usus.* Non modò sibilis, sed & convitiis explodebatur. Sibilum metuis? nemo te sibilis consectabitur. *Vid. Ludibrium.*

Sic, alſo/ ſo. *Syn.* Eâdem ratione, ita, item, quod in hunc modum, hôc modô, iſtô modô, perinde, ſimiliter, æquè. *Uſus.* Locutus eſt Cæſar ſic, ut nullus unquam æquè. Sive ſic ſit, ſive illô modô, ſic vivitur. *V. Similiter. Æquè.*

Sica, æ, Dolch/ Stilet/ kleiner Stoß-Degen. *Syn.* Gladius. *Uſus.* Sicam vibrare, diſtringere. Sicam de manibus furentis extorquere.

Sicarius, ii, Mörder/ Bandit/ heimlicher Straſſen-Rauber. *Syn.* Gladiator, graſſator, percuſſor. *Epi.* Vetus, facinoroſus, armatus. *Uſus.* Non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem in judicium duximus.

Siccè, trocken/ dürr. *Uſus.* Preſsè, ſubtiliter, ſicca dicere.

Siccitas, tis, Tröckne/ Dürre. *Syn.* Aquæ vel pluviæ penuria. *Uſus.* Magnâ ſiccitate laboratum eſt; ſiccitate accreſcebant omnia. 2. *Gracilitas*, ſiccitas corporis ſequitur continentiam in victu. Siccitas orationis & jejunitas.

Sicco, as, trocken machen/ tröcknen/ dörren. *Syn.* Exhaurio.

Siccus, a, um, trocken/ dürr. *Syn.* Jejunus, ſobrius, preſſus.)(*Vinolentus.* *Uſus.* Quædam terræ imbribus ſicciores fiunt. Attici Oratores ſani & ſicci.

Sicubi, wo etwan. *Syn.* Si quo in loco.

Sicundè, irgends woher. *Syn.* Si alicunde *Uſus.* Sicunde poteris, erues.

Sicut, ſicuti, wie/ gleichwie. *Syn.* Ut, æquè ut, item ut, ita ut, perinde ut, ſimiliter atque, tanquam, velut. *Uſus.* Te ut Parentem alterum amo. *Phraſ.* Te ſicut Parentem amo; Parentis numerô te colo; filii ritu, ſimillimè ut filius colere te debeo. Perinde tè amo ut Parentem; in modum Parentis te amo; vice Parentis mihi es.

Sido, ere, * ſich ſetzen. *Syn.* Subſido.

Sidus, eris, * Geſtirn/ Stern. R. *Varroni à* ſido. *Syn.* Aſtrum, ſtella. *Epi.* Radians. *Uſus.* Sidera innumerabilia cœlo inhærentia. Illi ſempiterni ignes, qui ex nobiliſſima, puriſſimaque ætheris parte gignuntur. Forma cœli undique ſideribus ornata.

Sigillatim, abſonderlich/ beſonders. *Syn.* Singillatim, ſingulatim.)(*Generatim.* *Uſus.* Ad pedes omnium ſigillatim accidi.

Sigillatus, a, um, gezieret. *Syn.* Signis ornatus, cruſtis & emblematis ornatus. *Uſus.* Scyphi, ſimulacra ſigillata.

Sigillum, i, das Siegel/ Pittſchier-Siegel. *Syn.* Parvum ſignum. *Uſus.* Appoſuit patellam, in quâ ſigilla erant egregia.

Signiter, ri, Fähndrich. *Syn.* Qui ſignum aut vexillum præfert. *Uſus.* Torquatus ſignifer juventutis. Cauſæ Dux & ſignifer. 2. Zodiacus.

Significanter, deutlich. *Syn.* Clarè, apertè, acriter.

Significatio, onis, Anzeigung/ Bedeutung. *Syn.* Sententia, vis, notio, virtus. *Epi.* Aperta, certa, clara, digna, exigua, magna, minima. *Uſus.* Digna eſt ſcriptoris prudentiâ ſignificatio, quâ utitur. Significatio ſæpe eſt major, quam oratio. 2. *Indicium, ſignum, argumentum, conteſtatio.* Literæ tuæ exiguam erga me voluntatis tuæ ſignificationem habebant, dabant, præbebant; nullam ferè tuæ benevolentiæ ſignificationem obſervavi, animadverti. In hoc juvene magna ſignificatio virtutis elucet, apparet. A Diis profectà ſignificatio & denunciatio calamitatum. Obſervatis longô tempore ſignificationibus futura prænunciare. Morbi ſignificationes.

Significo, as, anzeigen/ bedeuten/ benachrichtigen. *Syn.* Noto, declaro, indico, oſtendo, demonſtro, deſigno, deſcribo; ſignificationem tribuo, facio, conficio; ſignum do, ſignum oſtendo, documentum do, ſignum mitto, aliquid argumenti habeo, ſignum ſum, ſententiam ſignifico, vim vel ſententiam habeo, ſono. *Adv.* Apertiùs, aptè, breviter, ingenuè, leviter, planiùs, plurimùm, rectè. *Uſus.* Litteræ breves, ſed multam benevolentiam ſignificantes. Hoc non ſignificandum ſolùm, ſed etiam declarandum arbitror. Idem verbum ſæpè duas res pluresve ſignificat. Aſſenſi omnes, inter ſe ſignificare, & colloqui cœpêre. Ratio, poteſtas, mens, numen, ſive quod eſt aliud verbum, quô planiùs ſignificem, quod volo. Dolorem meum non ſignificarem? *Phraſ.* Diligenter expende, quid vox voluptatis ſignificet, quid ſonet, quæ res huic voci ſubjiciatur, quæ ſit vis hujus verbi; quid valeat illa vox, quæ ſit

illi

illi subjicienda sententia, quæ sit hujus vocis potestas. Crinita illa stella multas calamitates significat, denunciat, nunciat, magna pericula portendit, cædes Principum ostendit; multorum malorum significationem facit.

Signo, as, zeichnen/ bezeichnen/ bedeuten. *Syn.* Designo, consigno, imprimo. *Adv.* Publicè. *Usus.* Objectum visum imprimit ac signat in animo suam speciem. Signare argumentum. Aliquem signare in animis nostris.

Signum, i, ein Zeichen/ Anzeichen/ Gemerck / Merckmahl. R. σημεῖον. *Syn.* Indicium, nota, significatio, argumentum, vestigium, monumentum, insigne. *Epi.* Æneum, marmoreum, eburneum, amplum & excelsum, brumale, certum, commune, grave, improvisum, pervetus. *Usus.* Puer iste magna pudoris & ingenii signa *dat*, ostendit, habet, parefacit, objicit. In hoc puero multa probitatis signa observare licet. 2. *Simulachrum, imago, statua.* Deorum signa fabricare, conflare, extruere, ponere, palàm collocare. 3. *Sidus cœleste.* Signum leonis oritur, occidit, obit. Signorum ortus & obitus definitum quemdam ordinem servant. 4. *Sigillum.* Nec signum epistolæ tuæ, nec dies apposita est; non utar meô chirographô nec signô; litteræ alienô signô consignatæ, obsignatæ. Librum tuum sub signo habeo, asservoque diligenter. 5. *Vexillum*; multas legiones sub signis *habuit*, duxit Cæsar; multi ejus signa sunt secuti, sub ejus signis militarunt; signa movere; expedire aliquò militum signa; collatis signis pugnare; convertere signa. Palantem militem ad signa revocare; dilapsus à signis miles tandem ad sua signa convenit. 6. *Nota militaris.* Datô, editô signô, canentibus signis, acceptô signô, magnam pugnandi alacritatem præseferunt legiones. *Phras.* Elucent in hoc puero multa probæ indolis signa, multa virtutis specimina, notæ luculentæ ac vestigia probitatis; multi indices indiciaque excellentis indolis; non nisi probitatem olet, vultuque tota clamitat; multa optimæ spei argumenta præbet.

Silentium, ii, das Schweigen / Stillschweigen. *Syn.* Taciturnitas, reticentia. *Epi.* Æternum, diuturnum, magnum, mirum, perpetuum, præsens, summum, tantum. *Usus.* Silentium fieri jussit, & consecutum est magnum silentium; silentiô magnô est auditus, gravissimos dolores silentiô ferre. Ea de re magnum nunc silentium est. Multa Oratorum officia, judicia jam diu in silentio jacent. Aliquid silentiô transire, præterire, prætermittere, prætervehi. Facti memoriam à silentio vindicare.

Sileo, ére, schweigen / stillschweigen / verstummen. R. Ex Græc. σιγάω. *Syn.* Taceo, reticeo, silentium facio, obmutesco, silentiô prætereo, silentiô utor, tacitus prætereo, tacitum aliquid prætermitto. *Usus.* Silent leges inter arma. Silere de re aliquâ.

Silex, cis, Kieselstein. R. à Gr. χάλιξ. *Syn.* Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. *Usus.* Non enim è silice nati sumus.

Silus, a, um, der eine Affen-Nase oder Angesicht hat. *Syn.* Nasô bene extante & repandô.)(*Simus.*

Simia, æ, ein Aff. *Syn.* Simius. *Usus.* Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia.

Similis, e, gleich / ähnlich. *Syn.* Consimilis parilis, æqualis, par, geminus, ejusdem modi, germanus, instar, cui similitudo est cum aliquo, qui similitudinem gerit speciemque alicujus, qui ad aliquid habet similitudinem, exprimens aliquem, qui habent similitudinem inter se.)(*Dissimilis, dispar, diversus.* *Usus.* Voluntate inter se similes. Nihil est tam unum, unitum, simile, quàm nos omnes inter nos. Formâ, moribus similes inter se. *Phras.* Alter alteri simillimus est; par probitas, eadem virtus, gemina religio, simillima utriusque & maxime gemina indoles; proximè ad alterum alter accedit; respondet unus alteri; alter penè alter; moribus & naturâ perfectè congruunt; finitimi planè inter se & propinqui; alter alterius imago; alterius imaginem moresque præsefert, possidet alter.

Similis gaudet simili, gleich und gleich gesell-

gesellet sich. Nulla etiam bellua est, quæ non sui generis belluâ maximè delectetur. Pares cum paribus, quod proverbiò dicitur, facillimè congregantur. Ea est jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. Contrahit celeriter similitudo amicos. Mater & conciliatrix amicitiæ æqualitas. *V. Par.*

Similiter, gleicher Weiß / gleichmässig. *Syn.* Simili ratione, item, idem, æquè, pariter, simili modô, eôdem modô, unô & eôdem modô, sic. *Usus.* Qui similiter faciunt, ut si roges. Omnia similiter & eôdem modô dicuntur. *Phras.* Similiter ego me geram; eôdem pactô, simili ratione, eôdem tenore, eôdem institutô me habebo. Idem mihi sermo placet, idem institutum teneo. Idem ut tu agam, juxta tecum rem agam. *V. Sicut.*

Similitudo, inis, Gleichheit / Aehnlichkeit. *Syn.* Exemplar, forma, species, collatio, imago.)(*Dissimilitudo.* *Epi.* Difficilis, insignis, levis, maxima, tanta. *Usus.* Similitudinem quandam gerunt speciemque sapientum. Ad similitudinem sapientum faciunt. Ducere ex re aliquâ similitudinem. Orationem ad similitudinem historiæ dirigere. Conferre, comparare similitudines. Hanc similitudinem multi secuti sunt. *Phras.* Nulla est rerum tuarum dissimilitudo; inter res nostras nihil interest; nihil est, quò res tuæ differant à meis; res tuas nihil a meis intelligo differre, discrepare; congruunt res tuæ cum meis; simillima, eadem rerum nostrarum ratio est; qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet; tuis in rebus res meas s. mea agnosco; Rerum mearum imaginem in tuis rebus video.

Simius, ii, ein Aff. *Syn.* Simia. *Usus.* Simius, non semissis homo, contra me arma tulit.

Simplex, icis, einfach / ehrlich / simpel / einfältig. *R. quasi* sine plica. *Syn.* Uniusmodi, apertus, sincerus, solitarius, purus, credulus, antiquus.)(*Callidus, vetustus, varius, multiformis, conjunctus cum aliquo, connexus.* *Usus.* Quædam in rebus sunt simplicia, quædam copulata. Vir bonus & simplicis veritatis amicus. Hominis simplicis pectus vidimus; qui nihil celat, homo antiquus, qui ex natura sua cœteros fingat. Simplex est & absoluta necessitas. *Phras.* Homo est mirè simplex minimè malus, minimè vafer, non promptissimus, ingeniô tardô; cujus est simplex in agendo veritas; prisci moris, rerum imperitus & fraudis; à quo nemo fraudatum se queratur. *V. Apertus. Sincerus.*

Simpliciter, auffrichtig / blößlich / lediglich / einfältig. *Syn.* Singulari modò, apertè, candidè, sincerè.)(*Dupliciter, tripartitò.* *Usus.* Simpliciter dicam & breviter. Cum homine simplice simpliciter agam. Vivere simpliciter, fideliter, vitæque hominum amicè. *Phras.* Loquar simpliciter, Latinè, nullò apparatu, purè & dilucidè, breviter, & absolutè. Id se facturum simpliciter negavit; sine ulla exceptione, præcisè facturum se negavit.

Simplum, i, einfach. *Usus.* Simplum, duplum.

Simpulum, i, ein enges Geschirr oder Gläßlein. *Usus.* Vasis genus.

Simul, zugleich / mit einander. *R. à* similis. *Syn.* Una, pariter, communiter, cum, in unum, simul ac. *Usus.* Res, quas tecum simul didici. Id signum simul aspectum & probatum est; simul & illud cogita; abjice voluntatem simul cum spe discendi. *Phras.* simul omnia perdidi; totum repentè evolavit; omnia effudi; singulatim ac diu collecta unò tempore perdidi; unam feci rerum omnium jacturam; una omnia interiêre.

Simul ac, so bald als / stracks / flugs / angesichts. *Usus.* Simul ac poterit, veniet.

Simulacrum, i, Bildnuß / Vorbildung. *R. à* simili, *quasi* similacrum. *Syn.* Imago, forma, spectrum, idolum, effigies, species, exemplar. *Epi.* Æternum, majus, mutum perantiquum, religiosum, sanctissimum, summum. *Usus.* Nullum superest simulacrum ac vestigium civitatis; statuæ & imagines corporum simulacra sunt, non animorum. Cupidinis effigies & simulacrum. *V. Imago.*

Simulatè, Gleißnerisch / zum Schein. *Usus.*

Usus. Sive fictè & simulatè, sive ex animo loquaris.

Simulatio, nis, **Heucheley / heuchlerische Verstellung / Schein-Werck / Spiegel-Fechten.** *Syn.* Species simulationis, species quædam assimulatæ virtutis. *Epi.* Aperta, bella, difficilis, diuturna, ficta, inveterata, periculosa, summa, verbosa, vitiosa. *Usus.* Errant, qui simulatione, & inani ostentatione, sermone vultuque fictô stabilem gloriam quærunt; simulatio tollit judicium veri, idque adulterat. Fronte ac vultu facillimè simulalio sustinetur. Summam prudentiam fictæ stultitiæ simulatione tegere. Æquitatis simulatione fallere. Nullæ insidiæ occultiores, quam quæ latent in simulatione officii. *Phras.* Virum bonum simulatio non decet; non cadit in virum bonum simulatio; ab omni simulandi studio vir bonus longè abest; Virum bonum non decet simulare; in viro bono figmenta non probantur. Aliud sentire & loqui non est ejus, qui vir bonus haberi velit. Viri boni non est fingere; Artem simulandi qui sequitur, bonorum in numerô non est, bonorum numerô excluditur, longè à bonorum consuetudine discedit. *Vid. Astutia.*

Simulator, is, **Gleißner / verstellter Schmeichler und Heuchler.** *Syn.* Adulator, assentator, derisor.)(*Benevolus.* *Epi.* Dulcis, facetus, studiosus. *Usus.* Dulcis, faceti, festivi sermonis homo, & in omni oratione simulator.

Simulatus, a, um, **falsch/scheinheilig/verstellt/gleißner- und heuchlerisch.** *Syn.* assimulatus, fictus, imitatione simulatus, fucatus, adumbratus, fallax, irritus.)(*Verus, sincerus.* *Usus.* Ficta omnia celeriter ùt flosculi decidunt, nec simulatum quidquam potest esse diuturnum. Amor solers & simulatus. *Vid. Fictus. Astutus.*

Simulo, as, **gleich gestalten / sich zum Schein verstellen.** *Syn.* Assimulo speciem simulationis ostento. *Adv.* Facile, perbellè, solertiùs. *Usus.* Simulavi id invitus, & dissimulavi cum dolore. *Phras.* Nihil in illo nisi simulatum; aliud spe, aliud specie simulationis ostentat; ad speciem & usurpationem virtutis fictus, adumbratâ virtute fallens; nihil in illo nisi fallax; imitatio, simulatioque virtutis; in fronte ostentatio, intùs scelus tegitur; perbellè simulat. Personatus ambulat, multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur; assimulatâ virtute laudem captat, longè alius ingeniô, quàm cujus simulationem induit; alienam personam fert, ex industria factus ad simulationem probitatis; probi hominis speciem in omnibus præsefert; specie quâdam occultat se, & virum frugi assimulat.

Simultas, tis, **Feindschafft / heimlicher Groll und Widerwillen.** *Syn.* Inimicitia. *Epi.* Vetus. *Usus.* Cum aliquo simultates nescio quas suscipere, habere, gerere, exercere, retinere. Simultatem bonâ fide deponere. *V. Inimicitia.*

Sin, **wann / wo nicht.** *Syn.* Si. *Usus.* Educ tecum omnes, sin minus, quàm plurimos.

Sincerè, **auffrichtig / ohne falsch / redlich / hertzlich gemeint.** *Syn.* Candidè, verè, ingenuè, sine assentatione, sedulò, sine dolo malo, sincerâ fide, sine fraude. *Usus.* Sincerè tecum agam, nihil tibi indulgens; genuinè, & fraternè. *Vid. Simpliciter.*

Sincerus, a, um, **rein / lauter / auffrichtig / ungefärbt / ohne falsch.** *R. quasi* sine cera; *aliis ex* σὺν *&* κῆρ, *quasi cum corde.* *Syn.* Purus, verus, integer. *Usus.* Amicum mihi sincerum integrumque conserva. Prudens & sincerum judicium videt, quid in re quaque sanum sincerumque sit. *Phras.* Sincerus mihi animus est, simplex, apertus, directus, candidus, nullâ simulatione tectus, nullâ arte coloratus; purus ab omni fraude, purus ab omni labe mihi animus est. Simulationem, simulandi artificium natura mea, mea consuetudo respuit. Simulandi studium a me prorsus abest; neque libenter, neque facilè fingo; simplicem, apertam veritatem amo. Odi artes, quibus veritas uti involucro quodam obtegit; sum simplex homo sum, non duplex; non sum animô duplici, versutô. Cùm ingenium meum perspexeris, nihil in me insidiosum aut fallax agnosces.

Cùm ingenium meum cognoveris, expertus eris, usu perspectum habueris, ipsâ re cognitum habueris, abesse me ab omni dolo omnique fraude; minimè astutum, insidiosum, fraudulentum, dolosum, minimè tractandis fraudibus assuetum, minimè parandis dolis s. struendis insidiis assuetum; esse me sinceri animi, esse me simplicis ingenii, apertæ voluntatis, rectæ mentis; esse me alienum ab arte simulandi; esse me alienum ab arte fraudandi, fallendi, decipiendi agnosces. *Vid. Apertus. Simplex.*

Sine, ohne. *Syn.* Absque, citra, extra.)(*Cùm.* *Usus.* Sine ingenio cum infamia. Homo sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis. *Phras.* Dicam hoc liberè sine omni metu, omni timore vacuus, remotô omni metu, nullô metu, semotâ omni trepidatione, extra metum; liber, solutus omni timore; metûs expers, propulsô omni metu. Sine dubio ita est, sine controversia, sine dubitatione; mihi dubium non est; nemo vocabit in dubium.

Singillatim, eines nach dem andern / jedes ins besonder / nach einander. *Syn.* Singulatim. *Usus.* Singillatim unamquamque rem attingere.

Singularis, e, einig / eintzel / sonderlich. *Syn.* Maximè rarus, summus, inauditus, incredibilis, divinus.)(*Vulgaris.* *Adv.* Prope. *Usus.* Vir summus ac singularis. Singulari in te amore feror. 2. *Proprius, peculiaris, præcipuus,* eigen / fürtrefflich / sonderlich. Sunt quædam in me singularia, quæ in nullum alium convenire possunt.

Singulariter, insonderheit / sonderlich / ins besondere / sonderheitlich. *Syn.* Unicè, simpliciter, singulari modô.)(*Dupliciter, bipertitò.* Hunc singulariter semper dilexi.

Singuli, orum, ein jedweder / jeder insonderheit. *Syn.* Quisque, unusquisque. *Usus.* Singulis & privatim data beneficia. Bini milites in singulos domos. Militibus viritim, ac in singulos pecuniam magnam polliceri. Crescit in dies singulos malum.

Singultus, ûs, das Hetschen / Gluckssen / der Schlucke. *Syn.* Gemitus. *Usus.* Fletus cum singultu. *V. Fleo.*

Sinister, ra, rum, linck. *Usus.* à sinistrâ. Cornu sinistrum.

Sinistra, æ, die lincke Hand. *Syn.* Læva, (scil manus.)

Sinistrà, zur lincken Hand oder Seiten. *Usus.* Supra, infra, dextrà, sinistrà.

Sinistrè, * übel / böß / unrecht. *Usus.* Sinistrè cecidit.

Sinistrorsum, * linckwärts. *Usus.* Sinistrorsum se flexit.

Sino, ere, lassen / zulassen / verhengen / gestatten. *Syn.* Permitto, patior, fero, lumen do. *Usus.* Plebem Senatui parêre non siverunt. Non patiar, non feram, non sinam. *V. Patior.*

Sinus, ûs, Meer-Busem. *Syn.* Curvatum littus. *Usus.* Omnes maris sinus & portus. 2. *Gremium, complexus, intima familiaritas,* Schooß / Busem / hertzliche Vertraulichkeit. In sinu gaudere; in sinum alicujus se conferre, confugere. Aliquem in sinu gestare, *valde amare.* Cæsar mihi in sinu est, neque discingor. Ex suo sinu homines submisit improbos. Aliquem ex suo sinu dimittere. Græcia in sinu ac gremio pacis posita.

Siparium, ii, der Fürhang. *Syn.* Velum, quô scena obtendebatur.

Siquidem, dann / sintemahl / nachdem / wofern. *Syn.* Si tamen, quippe si. *Usus.* Fortunatum te, si quidem, qui es, permanseris.

Sirenes, um, Meer-Fräulein / Wasser-Weiblein. *R. Ex* σειρὴν, *monstrum marinum juxta fabulam.* *Usus.* Multa Homerus de sirenibus, & earundem vocis suavitate confinxit.

Sisto, ere, darstellen / fürstellen. *R. ab* ἵστημι. *Syn.* Exhibeo. *Usus.* Siste te nobis vegetum. Aliquem in judicio, in vadimonio sistere.

Sitella, æ; Situla, æ, Eymerlein / Kübel / Schöpff-Geschirr. *Syn.* Cista, in qua colligebantur suffragia, Körblein / Kästlein.

Sitienter, dürstiglich. *Syn.* Avidè.

Sitio, ire, dürsten. *Adv.* Ardentiùs, graviùs. *Usus.* Gloriæ, virtutis sitiens. Honores sitire, desiderare gloriam. *Vid. Desidero.*

Sitis, is, Durst. *Ept.* Diuturna. *Usus.* Cibo & potione famem sitimque depellere.

lere, explere, satiare, extinguere. Ardentibus siti faucibus. Siti enectus Tantalus. *V. Desiderium.*

Situs, a, um, gesetzt/ gestellt/ belegen. *Syn.* Positus, locatus. *Usus.* In quo vitam beatam sitam putas? Hæc in nostra potestate sita sunt. Ante oculos situm est.

Situs, ûs, die Gegend / Lands-Gegend/ Lager eines Orts. *Syn.* Positio, natura. *Usus.* Urbs & naturâ, & situ, & descriptione ædificiorum nobilis. Situ, mœnibus, loci cœlique naturâ præclara ad aspectum. 2. *Illuvies, sordes*, der Schimmel/ Unflath und Fäuligkeit. Situ nidoris horridus.

Sive, oder/entweder. *Syn.* Seu, vel. *Usus.* Sive sic est, seu eô modô.

Soboles, is, Geschlecht/ Stamm/ Kinder und Nachkömmlinge. *Syn.* Propagatio, proles. *Us.* Propagare sobolem.

Sobrie, nüchtern/ mässiglich *Usus.* Parcè, continenter, sobrièque vivere.

Sobrini, orum, Geschwister-Kinder/ Gevettere.

Sobrius, a, um, nüchtern/ mässig. *R. ex se & ebrius, id est: non ebrius. Syn.* Siccus.)(*vinolentus, ebriosus. Usus.* Homines frugi ac sobrii. Furere apud sanos, & bachari inter sobrios vinolentus videtur. *Phras.* Non multi cibi sum, minimè sum edax, tenui cibô utor, sobrius sum. Non me cibis ingurgitare soleo; sobriè, parcè, continenter, severè, non delicatè, aut molliter vivo; frugaliter ac modestè vivo. *V. Abstinere.*

Sociabilis, e, * gesellig. *Usus.* Bini Spartæ Reges diu sociabilem consortionem inter se tenuêre.

Socialis, e, * gesellig. *Usus.* Bellum sociale, fœdus, jus sociale; cœtus, equitatus, exercitus socialis.

Societas, tis, Gesellschafft / Gemeinschafft/ Cameradschafft. *Syn.* Consociatio, conjunctio, communio, communitas, commercium, comitatus, pactio, fœdus, ordo. *Ep.* Captiosa, celer, civilis, communis, conjunctior, copiosa, difficillima, divina, firma, grata, hæreditaria, humana, infirma, infinita, jucundissima, nefaria, sancta. *Usus.* Vir conjunctissimus mecum omni consiliorum societate. Aliquos ad societatem ineundam *convocare*, accersire. Clodius multas nefarias societates conflavit, in improborum societatem se contulit, se improborum societate implicuit. Dudum cum illo rerum omnium societatem *inivi*, feci, coivi, pactus sum, habeo; diu inter nos, mihi cum illo intima est societas, multis pactionibus confirmata, servataque hactenus. Dudum ad illius societatem accessi; cum illo in societatem veni, neq; illam ullus unquam casus *dirimet*, labefactabit, abrumpet, nos à societate disjunget; & si quid secùs accidat, societatem quamprimum *renovabimus*; in societatis veteris conjunctionem redibimus. *Phras.* Non est cum improbis hominibus jungenda societas; coire nos societatem, coire in societatem cum perditis hominibus minimè debemus. Dare se in societatem perditorum; conferre se, applicare se, adjungere se ad homines perditos; conjungere se cum hominibus sceleratis; vinculô se societatis obstringere cum perditis hominibus, utilitatis vel maximâ spe proposita, vel si spes utilitatis maxima ostendatur, non decet, turpe est. Qui se socium ad perditos homines adjungit, qui cum perditis hominibus coit, qui perditos sequitur, qui comitem se præbet improbis, facit turpiter, facit contrà quàm decet, facit minimè laudabiliter.

Socio, as, gesellen/ zuordnen / vereinbahren / zusammen fügen oder paaren. *Syn.* Conjungo. *Usus.* Sapientiam sociare cum eloquentia.

Socius, a, um, gesellig. *Subst.* Gesell/ Mitgesell/ Gespan/ Cammerad/ Genoß. *R. ex συνοικος. Syn.* Particeps, consors, gregalis, comes. *Usus.* Me semper tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum omnium comitem sociumque habebis, adjutorem periculorum & laborum. Dudum me tibi socium fidelissimum adjunxisti, ascripsisti. Socium me tibi profiteor. *Phras.* Fidum te semper socium habui, veterem affectatorem, & ex numero amicorum; totos dies simul eramus; consiliorum authorem, sollicitudinum socium, omni in cogitatione conjunctum, sodalem & contubernalem optimum semper expertus sum;

sum; inter nos omnia nostra conjuncta sunt; convivam, comprensorem, collusorem, compotorem, quin & laborum socium ac consortem te semper adhibui. *Vid. Conjungo. Amicus.*

Socordia, æ, Trägheit/ Faulheit/ Nachlässigkeit. *Syn.* Stupiditas, desidia. *V. Piger.*

Socorditer, * liederlich / nachlässig. *Usus.* Res ab Albanis socordius est acta.

Socors, dis, träg/ unbesonnen/ langsam/ faul/ verdrossen/ schlos. *Syn.* Stupidus, deses. *V. Piger.*

Socrus, ûs, Schwieger / Schwieger-Mutter. *Syn.* Uxoris aut mariti mater.

Sodalis, is, Gesell / Gespan / Genoß. *Syn.* Socius.

Sodalitas, tis, Gesellschafft/ Cammeradschafft/ Gespanschafft / Genoßschafft. *Syn.* Coitio, collegium. *Ep.* Fera & planè pastoritia, honesta. *Usus.* Officia sodalitatis ab aliquo flagitare, sodalitates constituere. *V. Societas.*

Sodalitium, ii, Bruderschafft / Gesellschafft/ Zunfft. *Syn.* Sodalitas. *Usus.* Erat in iis ædibus sodalitium eô die futurum.

Sodes, sage mir/ lieber! mein! ich bitte dich. *Usus.* Libenter verba copulando jungebant veteres, ut *sodes*, pro, si audes.

Sol, is, die Sonne. *R. a Græc.* ἥλιος. *Syn.* Phœbi fax, rota fervida; solis signum præpotens. *Epi.* Adversus, æstivus, assus, calidus, clarus, geminatus, igneus, inusitatus, lætus, magnus, nitidus, summus, tantus. *Usus* Videmus, sol ut circumferatur, moderator & dux temporum; dux, Princeps reliquorum luminum, mens mundi & temperatio; tantâ magnitudine, ut cuncta suâ luce lustret, & compleat. Sol oriens, à meridie deflexus, præcipitans, obiens. Sol ingenti æstu torrebat pectora. In solem procedere, in sole ambulare.

Solarium, ii, Sonnen-Uhr / Sonnen-Zeiger. *Usus.* Ne ad solarium quidem idoneus es

Solatium, ii, Trost / Ergetzung / liebliche Auffrichtung. *Syn.* Consolatio, fomentum. *Epi.* Extremum, magnum, miserum, unicum. *Usus.* Solatium alicui dare, præbere, afferre; è re aliqua solatium reportare, habere; solatiis aliquibus & dolorum fomentis servitutis mala levare. Solatiô uti, frui. Solatiô se consolari. *Thras.* Secundô locô me consolatur recordatio meorum temporum; altera est ratio, quæ mihi solatium affert, præbet, parit, solatio est; alterum illud est, quo sustentor, recreor; illa res est, quæ me consolatur; altera ratio, malorum meorum recordatio; accedit illud ad animum meum sustentandum, quod quibus olim quantisque adversæ fortunæ fluctibus agitatus sim, memoriâ teneam; deinde sustentor meorum malorum memoriâ. *V. Recreo.*

Soleæ, arum, Pantoffel / Sohlen-Schuhe/ Schlapp-Schuhe. *Syn.* Crepidæ.

Soleatus, a, um, Schlapp-Schuhe anhabend/ in Pantoffeln gehend. *Usus.* Soleatus prætor cum pallio purpureo.

Solennis, e, gewöhnlich / feyerlich/ jahrzeitlich / jährlich. *Syn.* Quod cum quadam ceremonia consecratum, celebre, festum. *Usus.* Deorum immortalium solennes & festi dies. Sollenne, statum sacrificium; Prisca & sollennia verba. Observemus solenne illud nostrum.

Solenniter, * herrlich / feyerlich/ gewöhnlich. *Usus.* Omnibus solenniter peractis.

Soleo, ere, im Brauch haben / pflegen / gewohnt seyn. *Syn.* Consuevi, est meæ consuetudinis. *Usus.* Ratio consuetudinis meæ, quâ quondam solitus sum uti. Omnes reprehendere solet, assolet, assvevit.

Solers, tis, fleissig / embsig / munter / wacker/ lustig. *Syn.* Ingeniosus, perspicax, sagax.)(*Iners.* *Usus.* Provida & solers natura. *Vid. Ingeniosus. Acies.*

Solerter, sorgfältig / wacker / fleissiglich. *Syn.* Sagaciter. *Usus.* Solertissimè perspicere quid.

Solertia, æ, Geschwindigkeit / Rüstigkeit / Munterkeit / Emsigkeit / Wackerheit. *Syn.* Sagacitas, perspicax prudentia, animorum incredibilis motus,

tus, celeritasque ingeniorum. *Epi.* Divina, pestifera, tanta. *Usus.* Homines congregati adhibent agendi cogitandique solertiam. Mundus sine divina solertia effici non potest. *Phras.* Neminem ex illis quibus usus sum æquè ac te solertem agnovi; non puto in duobus tribusve summùm, ad summum, ex tot hominum numero, quibuscum versatus sum, solertiam perspexisse parem tuæ. Non facilè possum multos recensere ex iis, quibus cum consuevi, in quibus eam, qua polles, quâ prædiтus es, quâ præstas, excellis, qua mirus es, effulges, quâ ornatus es prudentiam, solertiam, sagacitatem, id ingenii acumen compererim, perviderim, observaverim, invenerim, repererim. Paucos reperias prudentes, cautos, circumspectos, solertes, callidos, astutos, scitos, sagaces, vafros, providos, æquè ac tu sis.

Solicitatio, f. sollicitatio, onis, Anreisung/ Anstrengung/ Beunruhigung/ Bemühung. *Usus.* Amor, nuptiarum sollicitatio me in diversum trahunt.

Solicito f. sollicito, as. bekümmern/ kräncken/ hart anliegen/ zu etwas reitzen und anstrengen. *Syn.* Afficio, ango, solicitum habeo, miserum habeo. *Adv.* Summè, valdè, vehementer. *Usus.* Ea cura me vehementer solicitat, & angit.

Solicitudo, f. sollicitudo, inis, Bekümmerung/ Sorgfältigkeit/ Angsthafftigkeit des Gemüths. *Syn.* Angor, cura, metus, molestia, negotium.)(*Securitas.* *Epi.* Assidua, incredibilis, ingens, sempiterna, summa. *Usus.* Ea cura mihi magnam solicitudinem *affert*, conficit; in magnos me metus & solicitudines adducit; solicitudines mihi duplicat; magnâ me sollicitudine afficit; ingenti sollicitudini est; vix scribere possum, tanta in me *hæret* sollicitudo, tantam de tuis rebus habeo, sustineo, solicitudinem; tot solicitudinibus langueo, opprimor, miserè exedor; in tantâ sum solicitudine. Neque tum est, qui diurnos illos nocturnosque timores & solicitudines *allevet*, demat; solicitudini meæ subveniat; à solicitudine animum abstrahat, abducat; sollicitudine me liberet. Sollicitudinem omittere. *Phras.* Sollicitudo, ægrimonia cum cogitatione multa me circumstat; multorum malorum timor impendet; multa me sollicitum habent; tot curæ vix mihi vitam reliquam faciunt; plurimas ipse mihi struo, accerso solicitudines; solicitudines meas præsens rerum status exacuit. In solo somno laborum & sollicitudinum perfugium habeo.

Solicitus, f. sollicitus, a, um, sorgfältig/ bekümmert/ sorgsam bemühet. R *quasi* solo excitus *a* cieo, *vel* solitus ciere *Syn.* Anxius, suspensus, perturbatus, laboriosus, exercitus,)(*Securus, solutus, à cura liberatus.* *Usus.* Civitas sollicita suspicione, suspensa metu, perturbata seditionibus. Res tuæ me valdè sollicitum habent; de tuis rebus mirificè sum sollicito animô & anxiô. *Phras.* Vehementer sum solicitus, & in communibus miseriis præcipuô quôdam dolore angor; multa subvereor; rebus meis metuo; non discedo, non oculos unquam dejicio de rebus meis; totos dies atque noctes de rebus meis cogito; nondum mihi omnis metus decessit; tacitâ curâ incensum animum ac suspensum gero; multæ me curæ in diversum trahunt; ingens mihi cura incussa est; nequè dum sollicitudine animum exoneravi meum; multi me angores impediunt, animumque in diversa trahunt; multi aculei pectus mihi compungunt, exedunt.

Solidè, * gäntzlich/ dauerhafft/ wahrhafft/ vestiglich/ vollkömmlich/ eigentlich. *Syn.* Integrè. *Us.* Scio illum mea gaudia gavisurum.

Soliditas, tis, Daurhafftigkeit/ Vestigkeit/ Gediegenheit/ Währhafftigkeit. *Syn.* Firmitas, eminentia. *Epi.* Terrena. *Usus.* Soliditas corporis individui.

Solido, as, * bevestigen/ auff die Dauer und Währung machen/ dicht und vest machen. *Syn.* Roboro, firmo. *Vid.* *Firmo.*

Solidus, a, um, steiff/ starck/ gediegen/ vest/ dicht/ währ- und dauerhafftig. *Syn.* Habens soliditatem, verus, eminens. *Usus.* Solidum nihil, quod terræ sit expers. Paries directus, solidus vel fornicatus. Corpora solida. 2. *Verus, constans, stabilis, certus.* Non tam solidô, quàm splendidô nomine virtutis. Solida, gravis, germana & vera laus, non adum-

adumbrata & fucata; solida bona; utilitas solida. *V. Firmus.*

Solistinus,a,um, gewissen Glücks fähig. *Syn.* Augurii genus.

Solitarius,a,um, allein/einsam/von Leuten abgesondert/ alleinig. *Syn.* Solus, solivagus, remotus ab oculis populi, vitâ incultâ & desertâ ab omnibus.)(*Conjunctus*, & *sociatus* cum *altero*. *Usus.* Solitarius homo & in agris vitam degens. *Phras.* Alienus ab omnium consuetudine & moribus; cum nemine prorsus tibi convenit; tui mores ab omnium moribus abhorrent; aptus non es ad mores, ad consuetudinem cujusquam; minimè accommodatus es ad cujusquam ingenium; ineptus es ad naturam cujusquam; nescis uti cujusquam consuetudine; non facilè tuos mores ad cujusquam mores conformas; morosus es, nimiumque difficilis in consuetudine & usu; solitarius homo es; meliùs tibi est in agro vitam agere, quam inter homines vivere. Ita aliorum mores fastidis, ut nemo te, tu nemine uti possis; ut neque tu quemquam, neque te quispiam ferre possit; ut neque tu consuetudine cujusquam, neque tuâ quisquam uti possit. *V. Trodeo.*

Solitudo, inis, Einöde/ Einsamkeit/ einsames Leben. *Syn.* Regio derelicta, locus desertus, recessus, secessus.)(*Frequentia*, *celebritas.* *Usus.* Audistis, quæ solitudo in agris esset, quæ vastitas. Quis beatus esse in solitudine queat? 2. *Viduitas, derelictio.* Alicujus inopiæ, calamitati & solitudini præsidio esse. *Phras.* Semper solitudinem perosus fui; loca abdita, atque ab arbitris remota petere non est animus. Ad saxa & scopulos mea mala conqueri, & deplorare; in asperas & densas sylvas me abstrudére, vitam mutæ solitudini mandare; vitæ genus inter feras solitarium, ab hominum societate disjunctum sectari, non est animus. *V. Maneo domi.*

Solivagus, a, um, einsam/ einsiedlerisch. *Syn.* Solitarius.

Solium, ii, königlicher Thron / oder Stuhl. *Syn.* Sedes. *Epi.* Fœderatum, paternum. *Usus.* Sedere in solio, ornatu regio.

Solœca,orum, altvätterische/ungeschickte und barbarische Red-Arten/Schnitzer/ Fehler. *Usus.* Multa in ejus scriptis solœca.

Solœcismus, i, unförmliche Wort-Art und Fügung. *Us.* Solœcismus est, cum pluribus verbis consequens verbum superiori non accommodatur.

Solor, aris, trösten/ auffrichten/ermuntern. *Syn.* Consolor. *V. Consolor.*

Solstitialis,e, sonnenwendisch. *Syn.* Brumalis. *Usus.* Dies solstitialis.

Solstitium, ii, Sonnen-Wende.

Solùm, allein/ lediglich/ blößlich/ bloß und allein/ nur. *Syn.* Tantùm, modò. *Usus.* Non oratione solùm, sed & armis.

Solum,i, Erdboden/ Erdreich. *Syn.* Terra. *Epi.* Charum, commune, exile, incultum. *Usus.* Patriæ solum omnibus charum. Exilii causâ solum mutare. Quod solum tam exile & macrum? Terrarum sola ultima. 2. *Spatium, area,* ut *pavimentum.* Solum & quasi fundamentum orationis est.

Solvo, ere, erledigen/ ledig machen/auflösen/ entbinden/ zahlen/ Schuld abtragen. R. *à Græc.* σύλλύω. *Syn.* Persolvo, dissolvo, pendo, dependo, appendo, numero, adnumero, repræsento, pretium enumero, pretium do, pecuniam do, satisfacio, reddo, confero; ære alieno exeo, vel me libero. *Adv.* Omninò, præclarè, rectè. *Usus.* Misimus, qui æs alienum, qui pro vectura solveret. Solve, quod Patriæ debes. Ab aliquo (*alicujus nomine*) solvere. 2. *Explico, enodo.* Captiosa argumenta solvere. 3. *Libero*, befreyen. Legibus aliquem solvere. *Vulg. dispensare.* Animum metu, curisque solvere. Religione solvere civitatem. 4. *Nautica.* Ancoras solvere, portu solvere, absegeln/ vom Land stossen/abfahren/ auslauffen. *Phras.* Fideliter te solvam; cavebo, ne solutione dilatâ mea apud te fides concidat; satisfaciam quamprimùm, & fidem liberabo; nomina dissolvam; quod spopondi, dependam. Arcæ meæ confidito; explicare vel repræsentatione (*paratâ pecuniâ*) me posse non dubito; ad diem cum fide solvam; pecuniam præsentem numerabo; expediam, unde satisfaciam. Solvendo non sum; non est, ut possim solvere; non habeo, unde solvam; non suppetit, unde creditoribus satisfaciam; periculum est, ne forô cedam, ne solum

ver-

vertam; in magno decoquendi periculo versor.

Solus, a, um, einzig / allein / alleinig. *Syn.* Solitarius, unicus, unus solus, solus per se, unus ex omnibus.)(*Cum altero.* *Usus.* Illô solô unô dissentiente. *Phras.* Solus ferè degit, præter ipsum se neminem secum habet; relictus & destitutus à ceteris, lucem conventumque vitat; secum, ut dicitur, vivit; in solitudinem tanquam in portum se recepit; plerumque tempus in secreto terit; multos annos urbe & omni cœtu caruit hominum. Sine arbitris, suarum rerum neminem mortalium socium habet, aut conscium. *V. Solitarius.*

Solutè, frey / ledig und loß. *Syn.* Expeditè. *Usus.* Solutè & suaviter dicere. 2. *Remissè, frigidè, jejunè.* Tam solutè egit, tam leniter, tam oscitanter.

Solutio, onis, Bezahlung. *Syn.* In re pecuniaria enumeratio, dissolutio. *Epi.* Necessaria. *Usus.* Difficillima solutionis tempora. Solutio rerum creditarum, solutio linguæ.

Solutus, a, um, frey / loß / ledig. *Syn.* Liber, dissolutus, promptus.)(*Alligatus.* *Usus.* Animô esse liberô & solutô. Homo solutus, à curâ liberatus; à natura ad dicendum expeditus & solutissimus.

Somniculosè, * schläfferig / träg. *Usus.* Somniculosè & negligenter aliquid facere.

Somniculosus, a, um, schläfferig / träg / faul. *Syn.* Somnô plenus. *Usus.* Iners, ignava & somniculosa senectus. *Vid. Piger.*

Somnio, as, einen Traum haben / träumen. *Syn.* Secundùm quietem video, in quiete video, in somnis videre videor, in quiete mihi videtur, somnium facio, in somnis cerno, in somnis video, secundùm quietem aliquid mihi videtur, dormienti mihi videtur. *Usus.* Si ea dormientes agerent, quæ somniarent, alligandi essent omnes, qui cubitum irent. *V. Dormio.*

Somnium, ii, Traum Gesicht im Schlaff / Nacht-Gesicht. *Syn.* Visum, visum somnii, insomnium. *Epi.* Clarum, illustre, recens, verum. *Usus.* Somnio stimulatus. Id mihi somnium objectum est. Somnia interpretari. Animus cum languore corporis nec membris nec sensibus uti potest, incidit in varia visa & incerta. Ex earum rerum reliquiis inhærentibus, quas vigilans gesserit, aut cogitârit, quarum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum. Repentè tamquam somnio beatus. Mens falsis & mendacibus visis concitata.

Somnus, i, Schlaff. *R. à Græc.* ὕπνος. *Actus dormientis.* *Syn.* Sopor, quies.)(*Vigilia.* *Usus.* Somnus est perfugium omnium laborum & sollicitudinum. Nihil morti tam simile quàm somnus; imago vel simulacrum mortis. Animus per somnum curis vacuus. Vehementer me somnus urget, somnum vix teneo. *Dabo* me denique somno; somnum capiam, videbo; arctissimus me somnus complectetur; opprimor somnô. Curæ me sæpè è somno *excitant*, suscitant; somnum mihi adimunt, somnô me privant. *V. Dormio.*

Sonipes, edis, Pferd / Roß / Gaul. *Syn.* Equus.

Sonitus, ûs, Thon / Getöß / Laut / Schall. *Syn.* Sonus, cantus buccinæ. *Usus.* Hoc sonitu completæ aures obsurduerunt. Verborum inani sonitu fertur ejus oratio.

Sono, as, klingen / thönen / lauten. *Syn.* Cano, sonum refero; sonum, sonitum efficio, reddo. *Adv.* Acutè, graviter, malè, numerosè, optimè. *Usus.* Hæc oratio nihil olet, nihil sonat peregrinum. Hæc duo verba idem sonant; Extrema alia acutè, alia graviter sonant.

Sons, tis, schuldig. *Syn.* Nocens. *Us.* Comprehendere sontes, conservare multitudinem. *V. Reus.*

Sonus, i, Thon / Klang / Laut / Schall. R. *ab Heb.* Schaon, *clamor.* *Syn.* Strepitus, exaudibilis species, vox, vocis sonus, vocis cantus. *Epi.* Absurdus, acutus, agrestis, certus, discrepans, gravissimus, inanis, incredibilis, inflexus, miserabilis, rectus, rusticus, tristis. *Usus.* Varietas sonorum, intervalla, distinctio, & vocis genera diversa. Cursus vocis per omnes sonos; nihil tam facilè in animos teneros atque molles influit, quàm varii canendi soni. Aures sonum recipiunt, sonô complentur. Nervorum sonum elice-

elicere; inanem sonum fundere. *Phras.* Delectatus sum sonô svavissimô; tibiæ modulatè canentes & fidiculæ numerosè sonantes, canorum ille vocum & dulcis sonus aures meas complevêre.

Sophisma, tis, falsche/ listige Rede/ unbündige Schluß-Rede. *Usus.* Contorta quædam & aculeata sophismata, sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

Sophistes, æ, spitzfündiger Mann/ Witzling/ Verdreher und Verkehrer. *Usus.* Qui ostentationis aut quæstûs causâ philosophatur.

Sopio, ire, *schlaffen machen/ einschläffern. *Syn.* Soporem induco.

Sopor, is, starcker Schlaff oder Schlummer/ Schlaffsucht. *Syn.* Somnus. *Usus.* Cum jam quieti corpus dedi, sopore placans artus languidos.

Sorbeo, ére, schlucken/ einschlürffen. *Us.* Ista odia non sorbeo solùm, sed concoquo.

Sordeo, ére, stincken. *Usus.* Antonio sordebat Macedonica Provincia. *V. Displiceo.*

Sordes, ium, Wust/ Unflath. *Syn.* Lutum, fex, immunditia. *Epi.* Alienæ, domesticæ, ingentes, lugubres, miserrimæ, summæ, turpissimæ. *Usus* Populus non amat profusas epulas, sordes multò minùs. 2. *Avaritia.* Sordes hominis odi. 3. *Dedecus, macula, nota, culpa flagitium.* Virtus nullis unquam sordibus obsolescit. Sordes illæ elui non possunt. 4. *Luctus, mœror, dolor.* Mater squallore filii & sordibus lætatur; Filium in squalore & sordibus jacentem, fletum assiduum filii sordesque lugubres parum respicit. 5. *Contumeliosè* cœnum, fæx, pro homine abjecto & vilissimo. O lutum! o sordes! Ex summis sordibus Consul factus. Sordes urbis & fæx.

Sordidatus, a, um, verächtlich. *Syn.* Sordidus. *Usus.* Mœstus ac sordidatus senex.

Sordidè, geitziglich/ filtzig. *Syn.* Avarè.

Sordidus, a, um, unflätig/ geitzig. *Syn.* Pauper.)(*Elegans, mundus.* *Usus.* Homo egens & sordidus. 2. *Turpis* Sordidissima, levissima, vanissima gens Parthorum. 3. *Avarus, cupidus.* Qui liberales habendi sint, qui sordidi. *Phras.* Homo sordidus, parum splendidus, apud quem nihil lautum, nihil elegans; oblitus cruore & luto; in quo nihil non sordidum, & humile; incultis moribus, lutulentus homo, pannis obsitus, neglectus; immundus illuvie, sordidatus, sordibus squalidus.

Sorites, æ, betrügliche Schluß-Art. *Syn.* Sorita, genus argumentationis.

Soror, is, Schwester. *Usus.* Soror germana.

Sororicida, æ, Schwester-Mörder.

Sororius, a, um, von der Schwester/ schwesterlich. *Usus.* Homo fraternis flagitiis, sororiis stupris infamis.

Sors, tis, Looß. *Syn.* Quod ad divinationem, fatumque pertinet. *Usus.* Ex sortibus, ex oraculis, ex responsis sortes quæ ducuntur. Sortes eductæ in rem aptè cadere possunt divinitùs. Sortis religio. 2. *Fortuna, casus.* Ea Provincia mihi sorte obvenit. Eam provinciam sors mihi dedit. Quod sors obtulerit, acturus videtur. *Phras.* Res ad sortem revocetur; in hydriam sortes conjiciantur, cujus nomen exiverit, is habeat eum Magistratum; sortes educantur, ut cujusque sors ceciderit s. exciderit; nominibus in urnam conjectis, cujus nomen sors ediderit, is primas ferat; sortes consulantur, sortium beneficiô unus aliquis eam dignitatem auferet.

Sortilegus, i, Weissager aus dem Looß. *Syn.* Divinus, ariolus.

Sortior, iris, das Looß werffen. *Syn.* Sortitò capio, in sortem conjicio, sortitionem facio, fortunæ judiciô committo. *Usus.* Sortiri paucos è multis ad pœnam, & hominum delictum fortunæ judiciô committere. Sortiri bona cum aliquo. Provincias inter se sortiuntur.

Sortitio, onis, das Looßen. *Syn.* Distributio, quæ sortitò seu ductis fit sortibus. *Epi.* Ædilitia, contentiosa, præclara, religiosa, vespertina. *Usus.* Sortitione in quosdam animadversum est. Sapienter à majoribus sortitio Magistratuum constituta est.

Sortitò, nach dem Looß/ durch das Looß. *Syn.* Sortitione, ductis sortibus. *Usus.* Sortitò mittebantur in Provincias.

Sortitus, ûs, das Loosen. *Syn.* Sortitio.

Sospes, itis, gesund/ frisch. *Syn.* Salvus. *Usus.* Sospites omnes Romam pervenêre. *V. Salvus.*

Sospita, æ, Helfferin in Noth/Nothhelfferin. *Syn.* Salutaris. *Usus.* Juno sospita.

Sospito, as, * vor Gefahr behüten/ unbeschädigt erhalten. *Syn.* Incolumem servo. *Us.* Deum precibus exposcunt, ut propitius suam semper sospitet progeniem. *V. Salvo. Salus.*

Soter, is, Heyland/ Erlöser/ Nothhelffer/ Erretter. *Syn.* Servator, conservator.

Spargo, ere, streuen/ ausstreuen. R. à *Græc.* σπείρω, semino. *Syn.* Fundo. *Usus.* Nummos populo spargere; gesta sua in memoriam sempiternam spargere; semina doctrinæ in suis libris spargit. *Phras.* Latè spargitur, victores esse nostros; sermones hujusmodi dissipantur; rumor latè diffunditur, disseminatur; sermonibus multorum divulgatur, differtur, circumfertur. *V. Rumor.*

Spatior, aris, spatzieren/ ausgehen/ spatzieren gehen. *Syn.* Ambulo, deambulo. *V. Ambulo.*

Spatium, ii, die Weite/ Platz/ Raum. *Syn.* Loci intervallum, curriculum, cursus, regio. *Epi.* Æquum, æternum, annuum, extremum, immensum, liberum, longinquum, medium, menstruum, simile. *Usus.* In ambulatione duo spacia aut tria facere, ingens spatium conficere, decurrere. De spatio deflectere. 2. *Temporis intervallum.* Spatium ad cogitandum sumere, aliquid spacii sibi ad scribendum surripere; meditandi spacium mihi non datur; spaciô aliquô interjectô redibo; non habeo, non est mihi spatium scribendi.

Speciatim, insonderheit/ namentlich/ sonderheitlich. *Syn.* Nominatim.

Species, ei, Gestalt/ Art/ äusserlicher Schein. *Syn.* Forma, figura, spectrum, notio, facies. *Epi.* Admirabilis, æterna, beata, blanda, clara, consularis, divina, eximia, falsa, forensis, formosa, honesta, liberalis, pura, sancta, singularis. *Usus.* Excellentis eloquentiæ speciem, & formam adumbrare. Obversentur animô species honestæ. 2. *Exemplum, imago, similitudo.* Me species quædam inanis commovit; Boni viri speciem tueri. Aliud moliri, aliud specie & simulatione ostendere. Clementiæ specie multos devinxit. Ea res speciem præbuit s. fecit magni exercitûs. Speciem boni viri gerere, præseferre. 3. *Forma, venustas, dignitas.* Petitio habeat summam dignitatem & speciem. Quæ pertinent ad liberalem dignitatem & speciem. 4. *Pulchritudo.* Honestum per se placet, suaque specie permovet. 5. *Aspectus.* Vir liberali, honestâ specie. Forma, species, statura ad dignitatem apposita. 6. Pars generis. *Phras.* Vir in speciem bonus, sub pietatis obtentu, per causam pietatis multos fallit; imaginem quandam probitatis & speciem fallacem præ se fert.

Specillum, i, Wund-Eisen/ Sucher.

Specimen, inis, Probe/ Prob-Stück/ Meister-Stück. *Syn.* Indicium, significatio. *Usus.* Specimen virtutis capere, dare. 2. *Exemplum.* Cato specimen temperantiæ ac prudentiæ. *Phras.* Juvenis optima specimina dat; optimè se ostendit, egregia de se pericula præbet; dat documenta maxima egregii ingenii; experimenta edit præclara; multa in eo virtutis specimina cernuntur, elucent.

Speciosè, schön/ köstlich/ niedlich. *Usus.* Speciosè cum ornatu ingredi.

Speciosus, a, um, wohl gestaltet/ schön/ köstlich. *Syn.* Illustris, eximius. *Usus.* Reversionis has speciosas causas habeo.

Spectabilis, e, ansehnlich. *Syn.* Aspectabilis. *Usus.* Corpus cœli spectabile factum est.

Spectaculum, i, Schau-Spiel. *Syn.* Res ad spectandum proposita, præsertim cum pompâ & apparatu, quales sunt ludi & alia ejus generis. *Epi.* acerbum, egregium, jucundum, luctuosum, miserrimum, præclarum. *Usus.* Res cœlestes, quarum spectaculum ad hominem tantum pertinet; spectaculum dare, præbere. Magnus ex iis spectaculis plausus est excitatus. *V. Ludo.*

Spectat, es gehöret. *Syn.* Pertinet. *Usus.* Alia ad singulos spectant, alia ad universos pertinent. *Vid. Attinet. Interest.*

Spectatio, onis, Ansehung/ Betrachtung. *Syn.* Inspectatio. *Usus.* Animus levatur spectatione.

Spectator, is, Zuseher/ Zuschauer. *Syn.* Contemplator. *Epi.* Diligens. *Usus.* Spectatorem se otiosum præbere alienæ calami-

lamitatis. Spectator homo rerum cœlestium & superarum.

Spectatus, a, um, **bewährt/ ansehnlich.** *Syn.* Cognitus, probatus. *Usus.* Vir spectatæ integritatis. Vir fortis & spectatus.

Specto, as, **schauen / sehen betrachten.** *Syn.* Spectator sum, æstimo, cerno. *Adv.* Procul, altè, directè, ad extremum, foràs, planè. *Usus.* Hominem non ex censu, sed moribus & vitâ spectare oportet. Alterius animum ex suo spectare & æstimare. Res ad arma, ad bellum spectat; nil nisi gloriam laudemque spectat; hoc spectant leges, hoc volunt, ut &c. Domus ad mare spectans; *respiciens. Vid. Propono.*

Spectrum, i, **Gespenst/ Ungeheuer.** *Syn.* R. *à* spectando. *Syn.* Idolum, simulacrum, visio. *Us.* Quæ illi idola, nos spectra appellamus.

Specula, æ, **eine Warte/ Schillerhäuß= lein / Wachthütte/ Wachthauß.** *Syn.* Vigilum locus, vigiliæ. *Usus.* Tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatem futuram. Homines in speculis sunt, observant, ut vos geratis in retinendâ religione. Velut in speculâ hac collocatus, constitutus sum. 2. *Parva spes.* Hac speculâ me sustinebam unicè.

Speculator, **Außspäher / Kundschaffter/ Laurer.** *Syn.* Physicus, speculator venatorque naturæ.

Speculatorius, a, um, * **zum Außspä= hen dienlich.** *Usus.* Navigia speculatoria.

Speculor, aris, **außkundschafften / auß= spähen / außlauren.** *Syn.* In speculis sum, excubo, observo. *Adv.* Prope. *Usus.* Omnia ante speculabantur & scrutabantur; multorum te oculi speculantur & aures. *V. Prævideo. Observo.*

Speculum, i, **Spiegel.** R. *à* speculando. *Usus.* versus, in quibus se velut in speculo quisque possit intueri. Comœdia est imitatio vitæ, speculum consuetudinis, imago veritatis.

Spelunca, æ, **Höhle/ Klufft/ Grufft.** *Syn.* Specus.

Specus, ûs, **Höhle/ Grufft/ Klufft.** R. à *σπέος*.

Sperno, ere, **verachten / nichts achten.** *Syn.* Refuto, respuo, renuo, despicio, repudio, repello, rejicio. *Us.* Spernit nos, & pro nihilo putat.

Spero, as, **hoffen.** *Syn.* Spem habeo, spes est, sum in spe, in spe aliquid habeo, spe ducor, inducor in spem, expecto, aspiro, confido, spem pono, spe atque animô incubo, ad spem erectus sum, reviviſco, spem propositam habeo, mihi spes est proposita.)(*Despero. Adv.* Bene, insipienter, optimè, plurimùm, rectè, saltem, temerè. *Usus.* Spero, & confido te jam valere; jubeo te de me bene sperare, bonô & securô animô esse. 2. *Timeo, vereor.* Si à te, quod non spero, deserar. *Phras.* Bene de te spero. Tantum in te confido, ut omnia in te collocem; omnes meas rationes in te sitas & collocatas habeam; te unum spectem; tuis præcipuè viribus nitar, nihil aliunde expectem; præsidia ad omnes casus omnia in te uno constituam; spes me tenet, alit, sustentat, pascit, fovet, alterum te mihi Parentem fore. Pro mea quidem spe, nisi me spes fallit, ut animus meus augurat ur, quemadmodum ipse mihi polliceor, nihil est, quod à te non expectem, & impetrem. Hoc videor mihi esse consecutus, ut optimam spem habere possimus; hoc videor mihi esse consecutus, ut optimâ spe niti possimus. Eo rem perduxisse mihi videor, ut eventum sperare quàm secundissimum liceat. Jacta sunt à nobis fundamenta rei, sic, inquam, ut certa propemodum in spe reliqua sint. Rem, ùt opinor, ita constitui, in eo statu collocavi, in eum statum adduxi, nihil ut contra voluntatem, ut omnia secunda, ut qualia volumus, ut omnia ex nostra voluntate, ut omnia ex animi sententiâ sperare possimus. Rem, ùt opinor, ita composui, atque conformavi, nihil ut adversum timere possimus.

Spes, ei, **Hoffnung.** R. ab *ἕπομαι*, Poët. *ἕσπομαι*, *sequor*; *spes enim futura bona sequitur, & expectat.* *Syn.* Boni expectatio, fiducia, firmamentum, cupiditas.)(*Timor.* *Epi.* Abjecta, bona, certa, exigua, explorata, fallax, firma, incerta, infinita, nova, pertenuis. *Usus.* Eximia, explorata

plorata, certa ſpes ſe oſtendit; tenuis, exigua, extrema, desperata ſpes eſt. Litteræ tuæ ſpem mihi magnam *afferunt*, offerunt, faciunt, oſtendunt, oſtentant; ingentem mihi ſpem præbent, ſubminiſtrant, dant, proponunt, injiciunt; in ſpem recuperandæ libertatis certiſſimam me vocant, inducunt, excitant; in ſpem meliorem me impellunt; ad ſpem me erigunt, rapiunt; ſpe ingenti me complevêre. Spem *concepi* veriſſimam, meliùs deinceps proceſſura omnia; eâ ſpe teneor, ſuſtentor, ea ſpes mihi eſt ſ. in me reſidet, ea in ſpe ſum, eâ præditus ſpe ſum, in ſpem veni ſ. ingreſſus ſum, fore, ut melius procedant omnia. Eam ſpem nactus ſum, in eam ſpem inductus ſum, ea ſpes animum ſubit, eam ſpem video, ad ſpem devolutus ſum ſ. exarſi; ea ſpes me conſolatur, fore, ut ad votum cadant omnia. In te uno, in tuis opibus & humanitate ſpem meam omnem *pono*, repono, repoſitam habeo. In te uno ſpes meas omnes defixi, conſtitui, collocavi; hâc unâ ſpe nitor, hanc unicè ſpem ſequor, eam ſpem veluti in manibus habeo, hâc ſpe inflor, fore, ut nusquam me derelinquas. Tua promiſſa ſpem meam augent, alunt, erigunt, confirmant; ſpe devoravi ea, quæ daturum te recepiſti; ſpe veriſſimâ tuis promiſſis incubo. Siniſter ille eventus & inopinatus ſpes omnium magnopere *debilitat*, remoratur, infringit, extenuat, labefactat; ſpem libertatis propè omnem incídit, præcídit. *Concidit*, inveteraſcit ferè ſpes meliorum. A ſpe animos omnium avertit; ſpem eripit, adimit, tollit, aufert funditùs; de ſpe optima nos dejicit, depellit, deturbat. Spem omnem *perdidimus*, de ſpe decidimus; ſpe caremus; ſpe orbati ſumus propemodùm omni; nunc ſpem omnem licet abjiciamus; vehementer noſtra nos ſpes fefellit, fruſtrata eſt, eluſit; ſpes nos omnis planè deficit; ſpes tota nos deſeruit, deſtituit; eâ ſpe lapſi ſumus. Spem *redintegrare*. Fortaſſe olim dabitur. Juvenis illius virtus ſpem noſtram multùm ſuperavit, vicit. *Phraſ.* Non video, cur ſperes; non video, quare, quamobrem, quâ causâ, quâ de cauſa, quam ob cauſam, quâ ratione inductus, quâ cauſâ commotus, quô impulſus argumentô ſperas. Tuæ ſpei cauſam me ignorare confiteor. Spei tuæ cauſa me præterit, me fugit, me latet, mihi quidem aperta non eſt; mihi quidem perſpicua, manifeſta, clara, nota, ſatis clara non eſt; perobſcura apud me eſt, explorata mihi non eſt, obſcuritatis apud me habet plurimùm. Quæ te ratio, quid te rationis in hanc ſpem induxit ſ. impulit? Cur in hanc ſpem veniſti? quam rationem ſecutus es? quid effecit, ut ſperares? quæ te duxit aut hortata eſt ſpes? Spem affers eximiam ſummæ virtutis; adducis me ſummam in ſpem eximiæ virtutis; facis, ut ſperem de tua virtute omnia, eaque minima; es tu quidem apud me in egregiâ ſpe virtutis; propè ſingularis es; inclinat animus meus, a te videlicet impulſus, ad optimam ſpem tuæ virtutis eximiæ.

Sphæra, æ, Kugel / runder Ball oder Kreis. *Syn.* Globus. *Uſus.* Habent ſuam Sphæram ſtellæ errantes.

Spica, æ, Korn-Aehr. *Epi.* Uberes & crebræ. *Uſus.* Seges ſpicis crebris & uberibus.

Spiculum, i, ein Pfeil. *Syn.* Telum, ſagitta. *Uſus.* Craſſus ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes.

Spicilegium, ii, * Aehren-Leſung. *Syn.* Collectio ſpicarum.

Spina, æ, Dorn / Stachel. *Epi.* Valida. *Uſus.* Spinas vellere. 2. *Subtilis.* Ratio & preſſa, ſpinæ diſſerendi Dialecticæ.

Spinoſus, a, um, dornicht / ſtachelicht. *Syn.* Durus, aſper. *Uſus.* Spinoſum & ſubtile diſputandi genus. Spinoſa & exilis oratio. *Phraſ.* Aggredienda tibi eſt ſpinoſa illa Dialectica; tortuoſum illud diſputandi genus tibi omninò complectendum eſt. Compelleris vel invitus in anguſtias illas & dumeta Dialecticorum; vellendæ tibi erunt ſpinæ illæ, illæ partiendi & dividendi contorſiones. Illæ Orationis contortiones, breves & acutæ concluſiunculæ, diſſerendi ſpinæ ac acerbitas multum tibi negotii præbebunt.

Spina

Spira, æ, * gewundener Kreiß / Circulächte oder ründlichte Krümmung / Kringel. *Usus.* Anguis se in spiram colligit.

Spirabilis, e, das Athem oder Leben bringt. *Syn.* Flabilis, animalis. *Usus.* Hæc spirabilis animalisque natura, cui nomen est aër.

Spiratio, nis, das Athemen / Athemholung / Lufftschöpffung. *Usus.* Animalia spiratione aëris sustentantur.

Spiritus, ûs, Athem / Geist / Leben / Lufft. *Syn.* Vapor sanguinis purissimus. *Epi.* Angustior, cœlestis, communis, contaminatus, divinus, extremus, infinitus, liber, minimus, tranquillus, regius, jucundus, vilis, vitalis, tribunicius. *Usus.* Spiritus per omnes arterias funditur. Vita corpore & spiritu continetur. 2. *Respiratio, spiratio, anhelitus.* Ad extremum nullum unquam tranquillum & otiosum spiritum duxi. Animæ interclusio, angustiæ spiritus. Extremò spiritu confectus & exanguis. 3. *Vita.* Spiritum alicui eripere & auferre. Patriæ reddere spiritum. 4. *Aër.* Poteſtne tibi hujus cæli spiritus esse jucundus? In puero refert, ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit. 5. *Elatio animi, tumor, fastus, inflatio,* Auffgeblasenheit / Brüstung / Hochmuth. Res gestæ nescio quos spiritus ei attulerunt. E rebus gestis magnos spiritus sumpsit. Gestientes & endlich ferociter exultantes spiritus comprimere, contundere.

Spiritus Sanctus, der Heilige Geist. *Thras.* Ille immensus atque sempiternus spiritus, cujus afflatu atque numine omnia sustinentur & conservantur, humanæque mentes divinis sensibus afficiuntur; certissimum pauperis vexati atque afflicti præsidium; tutissimum inopis in calamitate propugnaculum; turbinis atque procellæ perfugium; jucundissimum ad æstus ardorem depellendum omnibus, qui ejus clementia nituntur, umbraculum; qui animis nostris gratiæ suæ rorem ubertim instillat.

Spiro, as, athemen / Lufft schöpffen / blasen leben und weben / wehen / webern. *R. q.* ἀίρω ἀέρα, *haurio aerem.* *Sy.* Spiritum duco, animam duco, vivo. *Usus.* Mens Platonis adhuc in ejus sctiptis spirare videtur. Dum spirabo, dum animam de cælo ducam, tui meminero.

Spissè, dicklich. *Syn.* Ægrè, difficulter, vix.

Spissus, a, um, dick / beschwerlich. *Syn.* Densus, difficilis. *Usus.* Spissum sanè opus & operosum. Omnia adhuc tarda & spissa.

Splendeo, ère, gläntzen / schimmern. *Syn.* Luceo, fulgeo, mico. *Usus.* Virtus splendet in tenebris, per seque lucet semper & illustratur.

Splendidè, ansehnlich / herrlich. *Syn.* Amplè, magnificè, illuminatè. *Usus.* Splendidè accipere aliquem.

Splendidus, a, um, ansehnlich / vortrefflich / herrlich. *Syn.* Magnificus, delicatus. *Usus.* Vir ornatissimus & splendidissimus. Nihil in Curii domo ornatum vel splendidum præter ipsum. *V. Magnificus.*

Splendor, is, Glantz / Scheinbarkeit / Vortrefflichkeit / Ansehen. *Syn.* Nitor, claritas, dignitas, deliciæ. *Usus.* Imperii nostri splendor gentibus omnibus lucet. Omnia ad splendorem & gloriam revocare. Dignitatis suæ splendorem obtinere. Habet maximum splendorem virtus. Antiquæ virtutis splendor obsolevit moribus nostris deformatus, deletus, maculatus. Splendore nominis ejus & virtutis capti cives. *Thras.* Honestissimi homines, summô splendore præditi; quorum dignitas omnium oculos perstringit; sumptibus & publicâ magnificentiâ propè extra modum exeuntes; lectis cælatis, laqueatis, ædibus omni luxu & opulentiâ instructis, amplè ac magnignificè exornati, gloriosi & magnifici.

Spoliatio, nis, Plünderung / Beraubung. *Syn.* Privatio, direptio. *Usus.* In tanta spoliatione omnium rerum.

Spoliator, is, Rauber / Freybeuter / Plünderer. *Syn.* Prædo, direptor.

Spolio, as, berauben / plündern.)(*Orno.* *Syn.* Exuo, nudo, denudo, orbo, despolio, privo, spolia detraho, eripio, detraho. *Usus.* Apollonium omni argento spoliâsti, depeculatus es. Nihil illô spoliatius, nihil egentius. *Vid. Trivo.*

Spolium, ii, Raub / Beute / Ausbeute / geplündert Gut. *R.* ex *Gr.* σύλα, σύλαι, *quidquid hosti detrahitur.* *Epi.* Cruentum,

tum, novum, pulcherrimum. *Syn.* Exuviæ, præda. *Usus.* Cruenta alicui spolia detrahere. Magna spolia ex hoste cœpimus. Aliorum spoliis suas opes augere turpe. *V. Præda.*

Sponda, æ, eine Seite des Betts / Bett-Bret / Span-Bett. *Syn.* Lecti latus.

Spondeo, ère, verheissen / zusagen / versprechen. *Adv.* Vehementer. *Syn.* Promitto, confirmo, sponsionem facio. *Usus.* Tibi dependendum est, quod pro illo spopondisti. Id spondeo, inque me recipio. Sponsionem meam interpono. Quibus honores & præmia spopondisti.

Spongia, æ, Schwamm. *Usus.* Spongiâ extergere sanguinem.

Sponsa, æ, Braut. *Usus.* Sua cuique sponsa, mihi mea. Quæ uni ex Curiatiis desponsa fuerat a Parente.

Sponsalia, ium, das Versprechen / Verlöbniß. *Syn.* Sponsio & repromissio nuptiarum, & quæ ad sponsam spectant. *Usus.* Sponsalia facere.

Sponsio, nis, Verheissung / Versprechung / Zusag. *Syn.* Sponsum, omnis stipulatio & promissio. *Usus.* Coëgit eum sponsionem facere. Sponsione me lacessivit. Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere. Vincere sponsionem. Sponsione vincere. Grandi sponsione vinciri.

Sponsor, is, Bürg. *Syn.* Præs. *Usus* Pompejus idem mihi de voluntate Cæsaris sponsor, & de meâ testis. Tulliola præmium postulat, me sponsorem appellat. Marcellus pro Mario sponsor est factus.

Sponsum, i, Verheissung / Zusag. *Syn.* Sponsio.

Sponsus, i, Bräutigam.

Sponte, freywillig ungezwungen / aus eigenem Trieb / von sich selbst. *Syn.* Ultrò, suâpte naturâ, suâpte, vi suâ, suâ voluntate, suô judiciô. *Usus.* Suâ sponte, quò impellimus, inclinat. *Phras.* Suâ sponte venit; suôpte nutu & pondere ultrò se mihi obtulit; nullius coactu, voluntarius, suô judiciô, sciens ac prudens, voluntate venit; nullius adminiculis, nullius hortatu, impulsu, invitatu, suapte affuit. *V. Libenter.*

Sporta, æ, * Zöger / geflochtener Korb. *Syn.* Vasis genus, quasi fiscella.

Spuma, æ, Schaum. *R. a* spuendo. *Usus.* Spumas agebat in ora, ardebant oculi.

Spumosus, a, um, * Schaum. *Usus.* Spumosum littus.

Spumo, as, schäumen. *Usus.* Spumans ex ore scelus, anhelans crudelitatem.

Spuo, ere, speyen. *Syn.* Salivam emitto.

Spurcè, schändlich. *Syn.* Obscœnè, fœdè, turpiter, flagitiosè.

Spurcus, a, um, schändlich *Syn.* Lutulentus, impurus, obscœnus, turpis. *Usus.* Tempestas spurcissima. *Vid. Turpis.*

Sputum, i, Speichel.

Squaleo, ère, voll Koth seyn / unflätig / schmutzig seyn.)(*Niteo.* *Syn.* Sordeo, mæreo, affligor. *Usus.* Squalebat civitas, erat in luctu Senatus.

Squalidè, unartig / unflätig / schmutzig.

Squalidus, a, um, unsauber / unflätig / schmutzig. *Syn.* Horridus, incultus, sordidus. *Usus.* Domus, oratio squalidior, sine nitore. *V. Sordidus.*

Squalor, ris, angesessener Koth / Schmutz / Unflath / Scheußlichkeit. *Syn.* Sordes, mœror. *Usus.* In luctu & squalore jacere. Squalore obsitus reus. Spectaculum tanti squaloris, luctûs, sordium. *V. Sordes.*

Squamma, æ, Schuppen.

Squammosus, a, um, schuppicht.

Squilla, æ, Meer-Krebs / Meer-Zwiebel. *Proverb.* E squilla non nascitur rosa.

Stabilio, ire, bestättigen / zu Stand richten / errichten / auffrichten. *R. à* stando. *Syn.* Firmo. *Usus.* Rempubl., leges, libertatem stabilire. Pedem stabilire in suo. *V. Firmo.*

Stabilis, e, beständig / dauer- und währhafft. *Syn.* Firmus, constans, immutabilis, multùm firmitudinis habens, qui in stabilitate est, immortalis, certus, perennis, perpetuus, proprius, habens aliquid stabilitatis, fixus, fundatus, optimè constitutus.)(*Lubricus, incertus.* *Usus.* Nulla domus tam stabilis, tam firma, tanta temporis diuturnitate confirmata, tam robusta & stabilis est, quæ non posset odiis diffidiisque everti. Maneat hæc stabilis & fixa sententia. *V. Constans.*

Stabilitas, tis, Beständigkeit / Dauerhafftigkeit / Währung. *Syn.* Firmitas. *Usus.* Respublica quassata, multa amisit præsidia stabilitatis suæ. Quis corporis firmitate aut fortunæ stabilitate confidat? Amicitiam non adolescentulorum more, ardore quodam & impetu amoris, sed stabilitate & constantia judicemus. *V. Constantia.*

Stabulor, ari, * im Stall stehen. *Usus.* Stabulatur pecus meliùs ad hybernos exortus.

Stabulum, i, Stall / Stallung. *Usus.* Pastorum stabula.

Stadium, ii, eine Griechische Meil Wegs / Lauff-Bahn / Renn-Platz / *Syn.* Spatium 625. passuum. *Usus.* Is locus circa Romam est stadia triginta. Multa stadia confecit. 2. *Curriculum, spatium, studium.* Qui stadium ingreditur, stadium currit, contendere debet, ut vincat. In stadium artis Rhetoricæ prodire non audet.

Stagno, as, überlauffen / auffschwellen / überschwemmen. De aqua, quæ nec effluit, nec sorbetur.

Stagnum, i, ein See / Teich / ein stillstehend Wasser.

Statarius, a, um, standhafft. *Syn.* Qui stat; firmus, stabilis permanet. Item, qui in dicendo agendove gestu, motuque utitur moderato. *Usus.* Statarius & sermonis plenus orator. Pugna stataria.

Statera, æ, Waage / Schnell-Waage / Gold-Waage. *Syn.* Libra, trutina. *Usus.* Non aurificis staterâ, sed populari judiciô rem examinare.

Statim, bald / alsbald / stracks / flugs. *Syn.* Continuò, illicò, mox, quam mox, protinus, jam jamque, quamprimùm, confestim, actutum, è vestigio, repentè, sine ulla mora, nullâ interpositâ morâ, sine excusatione, abjectâ omni cunctatione, primô quôque tempore, extemplò, haud cunctanter, properè, perniciter, nullâ interpositâ dubitatione. *Usus.* Ut me salutavit, statim abiit. *Phras.* Statim tua mandata exequar; omni morâ abjectâ, ne minimô temporis spatiô interjectô, ad nutum, primô quôque tempore, simul ac potuero, rem perficiam. Punctum temporis non morabor, nox nulla intercedet; celerrimè, maturè, sine mora mandata exhauriam.

Statio, nis, Stand / Stelle / Platz und Ort. *Syn.* Mansio, & locus, in quo naves ac milites ad tempus tutò stare possint. *Usus.* Stationes disponere; cohortes in statione habere, in stationem educere; stationes ingruente hoste in castra subducere; stationes agere. Submissis manipulis aliquot stationes firmare. Athenis nunc statio placet.

Stativa, orum, Quartier / geschlagen Lager / Stand-Lager. *Syn.* Statio. *Usus.* Stativa miles noster habet opima. Militem in stativis habere.

Stativus, a, um, auffgestellt zur Wacht. *Syn.* Firmus. *Usus.* Hæc mea custodia est, hoc meum præsidium stativum.

Stator, is, Stadt-Diener / Stadt-Knecht / Weybel. *Syn.* Nuncius, apparitor, tabellarius. *Usus.* Litteras à te stator tuus mihi attulit.

Statua, æ, eine Bild-Säul / Ehren-Säul. *R.* à statuendo, *vel* stando. *Epi.* Equestris, pedestris, nuda, palmaris, persimilis, aliena, publica, turmalis, inaurata. *Syn.* Signum, imago, forma, species, simulacrum. *Usus.* Senatus ei statuam auream decrevit, posuit, statuit, fixit, locavit, consecravit, collocavit. Statuam alicujus evertere, dissipare, affligere, deturbare.

Statuo, ere, bestellen / ordnen / beschliessen. *Syn.* Constituo, delibero, decerno, sancio. *Adv.* Certè, exploratiùs, faciliùs, honestiùs, omnino, prorsus, rectè, regiè. *Usus.* Ut de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, judicarent. Rerum omnium jura statuere. 2. *Censeo, puto, judico.* Ego quidem ita statuo, nihil esse. Ego te parentem statuo fortunarum mearum. 3. *Pono, colloco.* Statuite documentum, ne qui &c. Victori trophæum, statuam collocare & statuere. *V. Constituo.*

Statura, æ, Leibs-Länge. *Syn.* Figura corporis parva vel magna, brevis vel procera. *Usus.* Corporis figura, forma, statura apposita ad dignitatem. Corpus magnitudine eximium. Visu & specie æstimantibus vir magnus.

Status, a, um, gewöhnlich / angesetzt / bestimmt / gewiß anberaumt. *Syn.* Solennis, statutus, certus. *Usus.* Stati dies. Statæ & solennes cæremoniæ.

Sta-

Status, ûs, Stand/ Zustand. *Syn.* Amplissimus, bonus, certus, moderatus, & concors civitatis, tranquillius, tolerabilis, pristinus, quietus, & placatus, erectus & celsus Reipub., deterior, perturbatus, mediocris, incertus fortunæ. *Syn.* Conditio, fortunæ conditio, ordo, locus, casus. *Usus.* Scio, quis noster sit status, res nostræ quemadmodum habeant. De totius urbis dignitate, statu, commodis agitur. Nihil semper suô statu manet. Reipubl. statum *fundare*, collocare. Viri sapientis est eundem vitæ statum usque ad senectutem *tenere*, retinere, tueri; in eodem statu, quô primùm constitutus fuerat, consistere. Ita animum comparet vir sapiens, ut nullis hominum vel fortunæ insidiis de statu se suo *dejici*, deduci, dimoveri patiatur. Virtutis statum mali mores labefactant, convertunt, convellunt. Nunquam de statu dignitatis meæ *decedam*, discedam, declinabo; nunquam, quod spero, hunc statum amittam, ex hoc statu concidam. Ex incertis & perditis rebus in meliorem statum Respub. *revocatur*; in statum pristinum restituitur, redit. Pristinum statum recuperat. 2. *Standi actus.* In omni motu & statu moderationem tenet. *Phras.* Vide, quis sit rerum nostrarum status; quanta rerum varietas; ut se negotia nostra habeant; quem in locum deducta sit res; qui cursus rerum, qui exitus futurus sit; quemadmodum se res habeant; quæ sit forma reipubl. quæ fortuna, quæ conditio.

Pessimus est rerum nostrarum status; omnem non modò succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem dignitatis pristinæ amisimus; tanquam si nox quædam offusa esset rebus nostris, ita in tenebris ruunt & miscentur omnia; Quantâ in rerum conversione ac perturbatione, quo temporum motu versemur, vides. Deterrimò statu sumus; in propinquo est servitus, vel interitus; in tanto discrimine civitatis, eversis rebus omnibus, inclinatis & turbulentis; in hoc incendio Reipub. rebus tam trepidis, arctis & dubiis non sanè tranquillò navigamus, sed jam procellis aliquot penè submersi sumus.

Optimus est civitatis status; è superiorum temporum caligine & tenebris lucem aliquam in Republ. respicere cæpimus; Respubl. in veterem dignitatem & libertatem vindicari, respirare, reflorescere videtur. Res suum statum tenent; æquabiliùs & constantiùs se res nostræ habent, meliùs fluunt. Respub. turbata in tranquillam redigitur, reviviscit, caput attollit.

Stella, æ, Stern. R. *à* stando, *quòd* stellæ stare *videantur*. *Epi.* Illustris & perlucida, micans, salutaris, præclara.)(Infima, terræque proxima, obscurior & caliginosa, parva, terris finitima. *Syn.* Sidus, astrum, formæ igneæ, flammæ cælestes, fulgor, luces, lumen. *Usus.* Stellæ immutabilibus spatiis ab ortu ad occidentem commeant. Studiosè Chaldæi stellarum magnitudines, intervalla, cursus inquirebant. Mundum signis & luminibus ornavit Deus. Lucidi stellarum globi.

Stellatus, a, um, gestirnt/ bestirnt.

Stellifer, a, um, Idem. *Syn.* Stelliger. *Usus.* Cæli stelliferi cursus.

Stercoro, as, düngen / mit Mist bedüngen/ beyferchen. *Syn.* Oblino, stercus per agros spargo, & sterno.

Stercus, oris, Mist/ Düngung / Koth. *R. à Græc.* σκῶρ, *vel ab* abstergendo. *Usus.* Nolo stercus curiæ dici Glauciam.

Sterilis, e, unfruchtbar. *Syn.* Nihil ferens.

Sterilitas, tis, Unfruchtbarkeit.)(*Fertilitas.* *Usus.* Sterilitas agrorum, frugum inopia, annonæ caritas.

Sterno, ere, streuen /zu Boden werffen. R. *à Græc.* στορέω, στορέννυω. *Syn.* Consterno. *Usus.* Genialem lectum sternere.

Sternutamentum, i, das Niessen. *Usus.* Superstitiosi etiam sternutamenta observant.

Sterquilinium, ii, Mistlache/ Misthauffe. *Usus.* Heu tu leno, sterquilinium publicum.

Sterto, ere, schnarchen/ hart schlaffen. *Syn.* Arctè & graviter dormio. *Vid.* *Dormio.*

Stigmaticus, a, um, gebrandmercket. *Syn.* Servus compunctus notis Threjiciis, stigmaticus.

Stillicidium, ii, * die Trauffe / Dachtrauffe. *Usus.* Jura stillicidiorum.

Stillo, as, trauffen/ tröpffeln. *R. à Gr.* σταλά-

στάλάζω. *Usus.* Stillantem sanguine pugionem protulit.

Stimulo, as, stupffen / anspornen / reitzen / antreiben. *Syn.* Stimulum adhibeo, vel admoveo; pungo, excito, incito, curam affero. *Usus.* Evelle mihi scrupulum, qui me dies noctesque pungit, ac stimulat. Cessantem ad agendum stimulo. *V. Excito. Impello.*

Stimulus, i, Stachel / Gärte; Reitzung / Antrieb. *Syn.* Aculeus, incitamentum. *Usus.* Illecebræ libidinum multæ, industriæ & laboris stimuli. Stimulos alicui adhibere, ignes admovere. Stimulô fodere, concitare aliquem.

Stipatio, nis, das Umgeben / Umringen / Geleit / Convoy. *Syn.* Comitatus.

Stipator, is, Trabant / Leib-Diener. *Syn.* Apparitor, satelles.

Stipendiarius, ii, das Steuer geben muß / steuerbar. *Syn.* Vectigalis. *Usus.* Vectigales & stipendiarios populos multos habemus.

Stipendium, ii, Steuer und Schatzung / Kriegs-sold. *R. q.* stipipendium, *à* stips, *&* pendo. *Epi.* Annuum, menstruum. *Syn.* Tributum, vectigal. *Usus.* Civitatibus Galliæ stipendium imposuit Cæsar. Solvêre stipendia, pendunt, dependunt, persolvunt civitates. Multis stipendium remissum est. Bene meritos suô stipendiô fraudare iniquum. 2. *Ad rem militarem pertinet.* Stipendia bellô merere. Victori stipendium decernere, dare, numerare; stipendiô afficere, remunerare. Animus mihi est solutus, tanquam emeritis confectisque stipendiis. *Thras.* Stipendia militi ritè solvuntur; militaria æra ritè procedunt; assignatus æris numerus rectè dependitur, dividitur; dignam emeritis stipendiis mercedem damus; opulenta sanè ac pinguia stipendia facit miles noster; magna operæ pretia meretur, magnô meret.

Stipes, itis, Stock / Pfahl / Zaunstecke. *R. à Græc.* στύπος. *Syn.* Truncus. *Usus.* Non hic homo est, sed stipes. Teretes stipites, ab summo præacuti & præusti.

Stipo, as, verschoppen / verstopffen / dicht vermachen. *R. à Græc.* στύφω. *Syn.* Constipo, circumvallo. *Usus.* Antonius Senatum armis stipavit. Amicorum, armatorum, improborum gregibus stipatus.

Stips, is, Steuer / Beysteuer / Allmosen / Gnaden-Geld. *Syn.* Pecunia, quæ vel in ærarium reponitur, vel diis offertur, vel mendicis erogatur. *Usus.* Stipem colligere, spargere, cogere.

Stipula, æ, * Halm / Stengel / Stopffel. *Usus.* Stipulâ levior.

Stipulatio, nis, erforderte Zusag / Angelöbnis. *Syn.* Promissio in jure. *Usus.* Pacta, conventa, stipulationes. Pecunia ex stipulatione debetur.

Stipulator, is, Heischer oder Anforderer einer verbindlichen Verheissung.

Stipulor, aris, ihm angeloben lassen: *Syn.* Postulo mihi aliquid promitti solenni formulâ restipulandi, *Vid. Tolliceor.*

Stirpitùs, von Grund aus. *Usus.* Radicitus, stirpitus aliquid extrahere.

Stirps, is, Pflantze / Stamm / Wurtzel. *R. à Græc.* στέριφος, *firmus. Syn.* Planta. *Usus.* In seminibus causa est arborum & stirpium. 2. *Truncus, caudex.* Quod è terra ortum, stirpibus nititur suis. 3. *Origo, caput, initium.* Stirps ac semen malorum omnium. Stirps juris â naturâ repetenda est. 4. *Genus, familia.* Ex antiquissima stirpe oriri, stirpe generosâ proficisci. Ambo stirpis ejusdem sunt & familiæ. Improbitate suâ stirpis suæ gloriam inquinat, contaminat. Stirps illa optima plurimùm degenerat. *V. Genus.*

Stiva, æ, Pflugstertze. *Syn.* Manica aratri. *Usus.* Homines de stivâ.

Sto, as, stehen)(*Sedeo. Adv.* Constantiùs, consultò, diutiùs, occultè, paulisper, planè, pulcherrimè. *Syn.* Consisto, sum. *Usus.* Contra aliquem stare. Stare ab aliquo, cum aliquo, ejusque partes tueri l. suscipere. 2. *Permaneo, perduro, vigeo, servo.* Stamus animis. Utinam staret Respubl. quô steterat locô! Stare fide, promissis, conditionibus, conventis, jurejurando. 3. *Consentio, sum contentus.* Stabo judiciô tuô, opinione tuâ ac sententiâ. Stat sententia, hominem deserere. Per me, per illum non stat, quò minùs id fiat. Stabamus pulcherrimè; res nostræ locô optimô stabant. 4. *Consto.*

Ea victoria Cæsari multô sanguine stetit. 5. *Datur*. Modo nobis itet illud: nihil esse, quod &c.
Stoicè, auff stoische Art und Weise / stracks und ernstlich. *Syn*. Severè, Stoicorum more, austerè.
Stoicus, i, der stoischen Secte zugethan. *Syn*. Genus Philosophorum. *Epi*. Acutissimus, perfectissimus, severus.
Stola, æ, allerley Kleidung. Vestis, muliebris genus.
Stolidè, unsinnig / thörlich / unklug. *Usus*. Homo stolidè ferox.
Stolidus, a, um, thöricht / närrisch. *Syn*. Stupidus. *Usus*. Quietum, nihil agens, & quodammodo stolidum hominum genus. *V. Stupor*.
Stomachor, aris, Verdruß schöpffe / ungehalten seyn / sich entrüsten / erzürnen. *Syn*. Indignor, indignè patior, fero molestè, irascor. *Usus*. Amariorem eum senectus facit, fastidiosè stomachatur omnia. *V. Indignor ægrè*.
Stomachosè, verdrüßlich / unwillig / zornmüthiglich. *Syn*. Iracundè.
Stomachosus, a, um, verdrüßlich / zornmüthig / unwillig / unleidig. *Syn*. Iracundus. *Usus*. Acumen stomachosum, frigidum, submorosum. *V. Iracundus*.
Stomachus, i, der Magen. *Syn*. Gula seu guttur; gulæ extremum, per quod & in quod labitur cibus, ut concoquatur. *Epi*. Languens. *Usus*. Stomachi calore etiam ostrea concoquit. Esse stomachô languente. Consuetudo malorum diuturna jam callum stomacho meo induxit. 2. *Bilis, ira*, Zornsucht / Unwille / Unlust. Querula tua epistola stomachum mihi movit, fecit. Cave, ne in stomachum in te erumpam. Iracundiâ exarsi & stomachô. Stomachum omnem jam funditùs perdidi. Nôsti stomachi mei fastidium. Risi in stomacho. *V. Ira*.
Strabo, nis, Schieler / der scheel sibt. *Syn*. Qui oculis est perversis.
Strages, is, Niederlag in einer Schlacht. *R. q*. strates, *à* sterno. *Epi*. Horribilis, nocturna. *Syn*. Clades. *Usus*. Quas ille strages edidit, dedit, fecit! Ruinæ similem stragem, quacunque pervasit, dedit. Per stragem lapidum & ruinas enisus in muros miles.

Stragula, vestis, allerley Deckzeug. *Syn*. Stragulum.
Stragulum, i, allerley Deckzeug. *Syn*. Peristroma. *Epi*. Textile, pictum. *Usus*. Collocavit hominem in lectulo pulcherrimo, textili stragulô, magnificis operibus picto.
Stramen, inis, Stroh.
Stramentum, i, Streue. *Usus*. Casæ stramentis tectæ. Somnus quiesque in stramentis erat.
Strangulo, as, würgen / strängeln. *R. à Græc*. στραγγαλόω. *Syn*. Faucibus premo, suffoco, ango. *Usus*. Patrem strangulavit, fauces ejus interstrinxit.
Stranguria, æ, Harn-Winde. *Syn*. Dysuria.
Stratagema, tis, Kriegs-List. *R. à Gr*. στρατήγημα.
Stratum, i, Streue / Lager / Bett. *Syn*. Peristroma. *Usus*. Strata pulcherrima.
Strenuè, tapffer / strenglich. *Syn*. Naviter, fortiter. *Usus*. Ædificat, agit strenuè.
Strenuus, a, um, tapffer / gestreng / mannvest. *R. à Græc*. στηνὸς, *acutus*.)(*Ignavus*. *Usus*. Vir erat strenuus, ad labores impiger, manu promptus, in periculis interritus & ardens. *V. Generosus*.
Strepitus, ûs, Geräusch / Getöß / Getümmel. *Epi*. Forensis, ingens, reconditus. *Syn*. Sonitus, stridor. *Usus*. Hic tibi strepitus, crepitus, fremitus, clamor tonitruum. *Thras*. Ingens inde strepitus, & horribilis fremitus armorum. Cum horrendo fragore strepitus editus est, extitit; ingens armorum strepitus ad cælum ferebatur. Tumultuantium fremitus obstrepentibus ventis ab hoste exaudiri non poterat.
Strepo, ere; rauschen / mit den Füssen ein Geräusch machen. *R. à Græc*. στρέφω, *verto*. *Syn*. Rixor, jurgor. *Usus*. Cùm Achivi inter se cæpissent strepere.
Strictè, eng / gar genau.)(*Laxè*. *Syn*. Restrictè, arctè. *Usus*. Strictè observa, ne plus reddas, quàm acceperis.
Strictim, kurtz / mit wenig Worten. *Syn*. Compressiùs. *Usu*. Strictim alia &

& breviter; alia copiosissimè dicentur.

Strideo, ere, * firren/girren oder knirschen. *Usus.* Stridebant cardines.

Stridor, is, Geräusch / das Girren / Knirschen / Pfeiffen. *Syn.* Strepitus. *Epi.* Densus, horrifer. *Usus.* Ne serræ quidem stridorem ferebat.

Strigilis, is, Striegel/Roß-Kamm.

Strigosus, a, um, sehr mager/ hager/fast dürr. *Syn.* Gracilis, tenuis, exhaustus. *Usus.* Oratio strigosior.

Stringo, ere, fassen/ zusammen klemmen/zusammen stricken und drücken. *Us.* Nullum vinculum ad stringendam fidem, jurejurando est arctiùs.

Strix, gis, ein scheußlicher Nacht-Vogel / Uhu / Hex. *Syn.* Nocturna quædam avis, infausta.

Strophium, ii, Schnuptuch/Brusttuch/ Brustköller.

Structor, is; Werckmeister / Baumeister / Fürschneider. *Syn.* Minister ad cibos struendos, mensamque instruendam.

Structura, æ, ein Bau/ das Gebäu. *Syn.* Compositio, constitutio, coagmentatio. *Syn.* Structura verborum.

Strues, is, ein Brieg / Holtz-Hauff / Scheiter-Hauff. *Syn.* Cumulus seu moles, ùt tignorum.

Struma, æ, Kropff/schwammichtes Halß-Gewächs. *Syn.* Tumor colli. *Usus.* Qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam civitatis.

Struo, ere, bauen / auffbauen / zusammen setzen. *Syn.* Molior. *Usus.* Alicui pestem, insidias, calamitatem, perniciem struere. Aciem, domum strictè struere. Componere verba & struere.

Studeo, ére, fleissig und emsig seyn / studieren. *R. à Græc.* σπουδάζω. *Adv.* Summè, vehementer, exquisitiùs litteris. *Syn.* Operam do, studium in aliqua re pono, colloco. *Usus.* Laudi, gloriæ, virtuti, pecuniæ, voluptatibus, rebus novis studere. 2. *Faveo.* Pompejo Crassus studet. Omnes ei student, omnes adjuvant. 3. *Opto.* Studeo scire, quid egeris. Ego illum ulcisci non studeo. *Phras. Studere alicui disciplinæ.* Meam operam ad hæc studia jam inde à puero contuli; in hoc studio meam operam dudum consumpsi, collocavi; meam operam his studiis dedi. Hanc doctrinam, hanc studiorum rationem ab ineunte ætate sum secutus, colui diligentissimè. A puero hæc me scientia delectavit, illi à teneris devinctus s. deditus fui; à teneris in hoc studiorum genus incubui. Hoc studium unicè me delectat, capit, tenet, mihi placet. Uni huic meas vigilias dicavi, dedi, tradidi, addixi, dicatas volui.

Studeo noctu. Nocturnas vigilias ad diurnum studium adjungo. Ad studia etiam noctis aliquantulum assumo, decerpo, sepono. Studiorum causâ etiam noctem pervigil, pervigilem ago. Somni partem mihi detraho, eripio.

Studeo diligenter. Nunquam studia intermittis, aut usum studiorum; nunquam te à studio sejungis. Totus es in studiis. Noctem cum die studendo conjungis. Tua studiorum sitis, tua legendi sitis nunquam extinguitur, satiatur, expletur. Assiduè studia colis, exerces, tractas. Nimius es in studiis. Nimiâ studiorum cupiditate flagras, exæstuas. Immoderatè, intemperanter te studiis indulges. Nimiùm laboriosè studia tractas. Sustines laboris, plusquam satis est, in studiis tractandis s. exercendis. Sic in studiis elaboras, evigilas, ut vires imminuas s. exhaurias, consumas, debilites, infirmes, affligas. Modum in studiis non retines, servas. Libros de manibus nunquam deponis, assiduè in manibus habes, volvis, legendo conteris, evolvis, tractas. Præter modum; supra, extra, ultra modum; minùs moderatè studiis vacas.

Studiò, mit Fleiß / mit Ernst. Studiò id fecit; consultò, certò judiciò; deditâ operâ, de industriâ, consiliò, seduiò, sciens, prudens, ex composito, ex destinato, compactò id egit, dixit.

Studiosè, fleissiglich / emsiglich / mit Fleiß und Ernst. *Syn.* Cupidè, studiò, diligenter. *Usus.* Studiosè, naviter, diligenter negotium curare.

Studiosus, a, um, fleissig/ emsig. *Adv.* Mirè, valdè, summè. *Syn.* Cupidus, amans, observans, qui litteris delectatur, cui aliqua res in studio, qui studio est alicujus, alicujus rei studiò præditus,

tus, flagrans. *Usus.* Homo est existimationis meæ & laudis, mei studiosissimus, mei perstudiosus & fautor. Habet multos sui studiosos. Vir dicendi, doctrinæ, eruditionis studiosus.

Studium, ii, ernstlicher Fleiß / Emsigkeit. *Epi.* Acre, admirabile, ardens, commune, desidiosum, divinum, eximium & singulare, flagrans, incredibile, insigne, languidius, mediocre aut obscurum, mirificum, par, populare, pristinum, rectum, regale, stultum, tantum, totum. *Syn.* Opera, labor. *Usus.* Studium suum & operam arti alicui tradere, dicare, addicere; in arte aliqua studium suum locare, collocare, ponere, consumere. 2. *Litteræ.* Litterarum studiis mirè *tenetur*; studio sapientiæ flagrat, ardet, incenditur, inflammatur; ad studia litterarum se totus contulit. Studia diligenter exercet, colit, celebrat. Naviter ad doctrinarum studia *incumbit*; in scientiis studium omne ponit, adhibet; tempus omne & ætatem in studiis consumit, conterit, exigit. Doctrinæ studia nunquam *intermittet*, omittet, abjiciet, deseret, deponet; iis salutem non dicet, nuncium bonis litteris non mittet, aliò suam industriam nunquam traducet s. transferet. Silent equidem & obsolescunt inter arma doctrinarum studia, nihil tamen ejus studium franget; nullus tumultus hunc discendi ardorem restinguet, ab his studiis abducet. *Repetet* intermissa paulùm studia; ad disciplinas se referet, revocabit. Repetet, recolet, renovabit superiora studia. 3. *Voluntas, animus, ardor, amor, cupiditas, benevolentia.* Populi studia sibi multò artificiô, arte, simulatione conciliat. Studia in te mea & officia facilè perspicies, nec minora à te studia expecto. Studium suum alicui *navare* & operam, alicui profiteri, dicare, declarare. Maximâ voluntate & studiô erga aliquem esse, ferri. Ad aliquem sua studia conferre. Populi studia *amittere*, impedire; populi studiis obsistere. Multùm de veteri tuo studio detractum sentio. Prætermittis, deposuisti pristina tua erga me studia & officia. *Phras. Studia paulum intermittere.* Feriari licet a studiis; animum à studiis abducere, avocare; deponere studiorum onus; labores parumper dimittere, remittere; levare animum studiorum onere pressum. Danda est vacatio à studiis, Nisi animus relaxatur a studendi contentione; si nulla vacatio, cessatio, intermissio concedatur, nocebit plurimùm incitata illa studendi aviditas.

Studia intermissa repetere. Ad sua se studia referre, conferre; ad studiorum usum & consuetudinem redire; cum Musis in gratiam redire; intermissas operas studiis reddere; revocare se ad industriam priorem; novum ardorem ad interpellata tantisper studia afferre.

Studiorum summa utilitas. Studia summam utilitatem, emolumentum, fructum, gloriam pariunt. Studiorum utilitatem nulla dies imminuet. Horum utilitas non terminetur spatiô temporis, non definitur ullâ die, in sempiternum spectat s. pertinet; studiis secundæ res ornantur, adversæ sublevantur, adjuvantur. De studiorum utilitate nihil fortuna nihil hominum injuria, ne tempotis quidem longinquitas detrahet, deteret, decerpet.

Stultè, unweißlich / alber / thörlich / närrisch.)(*Sapienter.* *Syn.* Dementer, insipienter, incautè. *Usus.* Homo stultè arrogans.

Stultitia, æ, Narrheit / Alberkeit / Thorheit. *Epi.* Alta, incredibilis, loquax, media, misera, par, senilis, singularis, summa, superior, tanta. *Syn.* Fatuitas. *Usus.* Non omnis error stultitia est dicendus. Stultitia est insania, id est, inconstantia sanitate vacans. *Phras.* Quæ hæc tua stultitia est? Quâ stultitia occæcatus hæc agitas? In quam amentiam miseram & infelicem incidisti? Quantæ hoc inscitiæ est? O delirationem incredibilem! ô stultitiam senilem, dementiam & fatuitatem singularem, quâ te constringendum, abripiendum, deridendum dedisti!

Stultus, a, um, thöricht/närrisch/unweißlich/alber.)(*Sapiens.* *Syn.* Fatuus, delirus, mente captus, malè sanus, demens, amens, nullius consilii. *Usus.* Hominem stultum magis etiam infatuatis? malo indisertam prudentiam, quàm stultam loquacitatem. Homo stultus & credulus. *Phras.* Stulti-

tiorem hoc homine non vidi; perinde desipientem, stulte omnia & incautè agentem, tam infatuatum, tam excordem, inscitum, temerarium nondum vidi. Homo est sine mente, sine sensu, stolidus & stipes; non nisi deliramenta cogitat, & loquitur. Hominum insciatissimus, insulsus, tardus; omnium qui sunt, qui fuerunt longè stultissimus; qui mortales omnes exquisita stultitia longè anteit.

Stupa, æ, Abwerck vom Hanff / oder Flachs. R. a. στυππεῖον. *Syn.* Crassius lini purgamentum cortici proximum.)(Linum subtile.

Stupefactus, a, um, erschrocken / erstaunet.

Stupeo, ere, erstaunen / sehr erschrecken / sich entsetzen. R. a Græc. στύπος, stipes, sensu omni carens. *Usus.* Stupuere omnes.

Stupiditas, tis, Thorheit / Unweißheit / Narrheit. *Syn.* Stupor, tarditas.

Stupidus, a, um, ungeschickt / dumm / unklug / alber. *Syn.* Stupens, tardus. *Usus.* Omnes stupidi timore obmutuerunt. *Phras.* Nihil homine isthoc stupidius; nulla in re quidquam hominis habet; etiam semisomnis stupet; sine sensu, sine sapore, elinguis, inhumanus, neglectus, Æthiops, vecors; repente sine suo vultu, sine colore, sine voce consistit; hominum vecordissimus; stupor hominis seu pecudis potius; Incredibilis hominem stupor opprimit; propter stuporem cordis hebes ac stolidus; plumbeus sanè homo, mente vacans, tanquam truncus & stipes; non modò ad sapientiam cæcus, sed ad ea ipsa, quæ cerni possunt, hebes, obtusus, immobilis; non plus sapientiæ habet, quam lapis s. silex; nihil videt, nihil audit; ipse quis sit, utrùm sit, an non sit, id quoque nescit.

Stupor, is, Erstaunung / das Entsetzen / Erschreckniß. *Syn.* Stupiditas, admiratio.)(*Sensus.* *Usus.* Immanitas in animo, stupor in corpore. Stupor debilitasque linguæ, tarditas ingenii. *Phras.* Ingens stupor omnes oppressit; vox spiritusque torpebat; tam subitæ rei admiratio vocem omnibus intercludit; stupor omnium animos & velut torpor quidam insolitus membra tenebat, occupaverat; repentinum malum cum stupore ac miraculo torpidos defixit, defixos tenuit; quasi formidine attoniti, neque animô neque auribus aut linguâ quisquam ullus constabat; stupor omnes & torpedo invasit. Exangues, attonitisquè similes stabamus, respectantes inter nos per metum etiam voce suppressâ.

Stupro, as, ein Weib schänden / eine zu Fall bringen. *Syn.* Constupro, stuprum infero, stuprum alicui affero, vim affero, pudicitiam eripio, stuprum cum aliqua facio. *Epi.* Infestum, sacrilegum, nefarium, turpe. *Usus.* Stuprata per vim Lucretia.

Stuprum, i, Weibs-Schändung. *Syn.* Incestum, omnisque lege vetita libido. *Usus.* Stuprô maculare aliquam. Stuprum virgini offerre, inferre. Vir stupri plenus. Stupra, corruptelæ, adulteria, incesta.

Stylus, i, ein Schreib-Griffel. *Epi.* Artifex, censorius, effector ac magister optimus, exercitatus, impurus, opifex. *Syn.* Instrumentum, quô scribebant veteres. Hinc pro scriptione accipitur. *Usus.* Stylus, optimus dicendi effector & magister; dicendi opifex & artifex. Exercitatione & stylo limanda, formanda, ornanda est Oratio. In summa ubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. Oratio Atticô stylô scripta.

Suadeo, ere, rathen / einrathen. R. à Græc. ὑδέω, laudo. *Suademus enim laudando.*)(*Dissuadeo.* *Adv.* Amicè, fideliter, prudenter, sapienter. *Syn.* Sum, fio author; moneo, hortor, suasor & author sum alicujus rei. *Usus.* Non solùm suasit, sed & rogavit. *Phras.* Suasi illi, ut vela verteret; autor ei, suasor & impulsor fui, ut consilium mutaret; si meis monitis pareret, meam sententiam amplecteretur, meô sermone commoveretur, meum consilium exquireret, meis monitis si stare vellet, me authorem sequi s. mihi morem gerere vellet, alia omnia instituisset. *V. Moneo. Excito.*

Suasio, nis; Einrathung / guter Rath. *Syn.* Hortatio, consilium, monitum.)(*Dissuasio.*

Suasor, i, Einrather / Rathgeber / Ermahner. *Syn.* Consuasor, author, hor-

hortator.)(*Dissuasor.* *Usus.* Deditionis suasor, impulsor, author, probator fui.

Suaviloquentia, æ, süsse Redens-Art.

Suavior, aris, küssen. *Syn.* Osculor; suavium do, figo. *Usus.* Atticam nostram cupio suaviari.

Suavis, e, annehmlich / lieblich / süß. *R. à Græc.* ἡδὺς. *Syn.* Dulcis, conditus, jucundus. *Usus.* Hic suavis haberi mavult, quàm gravis; & suavitate eâ, quæ perfunderet animos, non quæ perfringeret. *V. Iucundus.*

Suavitas, tis, Annehmlichkeit / Lieblichkeit / Süssigkeit. *Syn.* Suavitudo, dulcitudo, jucunditas. *Usus.* Suavitates odorum efflantur è floribus. Suavitas sermonis, orationis, humanitatis. Conquirit undique suavitates. *Vid. Iucunditas.*

Suaviter, annehmlich / lieblich / süß. *Syn.* Jucundè, dulciter. *Usus.* Video, quàm suaviter voluptas sensibus blandiatur.

Suavitudo, inis, Lieblichkeit / Annehmlichkeit / Süssigkeit. *Syn.* Suavitas.

Suavium, ii, ein Kuß. *Syn.* Osculum.

Sub, under / unter. *Syn.* Subter, subtus. *Usus.* Sub terrâ habitantes. Sub scalas se abscondit. 2. *Antè.* Nullô simulachrô sub oculis positô. Res sub aspectum, sub intelligentiam cadens. 3. *Circiter.* Sub dies festos, sub meridiem, sub noctem venit. 4. *Post.* Sub eas statim tuæ sunt recitatæ litteræ. 5. *In.* Sub nomine pacis bellum latet. Sub alienâ personâ latet.

Sub manu, unter der Hand. Præstò, in promptu, ad manum res est.

Subactio, nis, Uebung / Bezwingung. *Syn.* Cultura, exercitatio. *Usus.* Subactio autem est, usus, auditio, lectio litteræ.

Subcisivus, a, um, zu den müssigen Reden- und Feyer-Stunden gehörig. *Syn.* Subsecivus. *Usus.* Hæc ego subcisivis horis contexui. Subcisiva tempora, horas mihi perire, frustra elabi non patior.

Subdititius, a, um, unterthan / unterschoben / untergelegt. *Syn.* Fictus, subornatus. *Usus.* Litteræ, proles subdititiæ.

Subditus, a, um, unterlegt / unterthan / untergeschoben. *Usus.* Subditus in locum alterius infans. Aquæ subditis ignibus effervescunt. *Phras. Subditi. Vulg.* Cæsar multos subjectos numerat; sub Cæsaris dominatu, in Cæsaris ditione & potestate multi populi censentur; in multos dominationem habet, exercet; dominatu ejus multi tenentur; subjectos imperio suo & obnoxios multos populos habet; sub imperio Cæsaris multi obedienter & fideliter degunt, agunt, vivunt. Multi Cæsaris jugum accepêre; imperata faciunt.

Subdo, ere, unterlegen / unterschieben. *Syn.* Substituo. *Usus.* Quis in meum locum subdetur?

Subdolè, arglistiglich / hinterlistiglich. *Syn.* Versutè, callidè.

Subdolus, a, um, hinterlistig / arglistig. *Syn.* Callidus, versutus, vafer. *Vid. Astutus.*

Subduco, ere, entziehen / entrücken. *Syn.* Subtraho, removeo. *Usus.* De circulo se subduxit. Cibum alicui subducere. Periculo se & pugnæ trepidè subducere, sich heimlich wegstehlen. 2. *Ad ratiocinatores relatum.* Subducamus summam. Rationes & calculos subducamus.

Subductio, nis, Rechnung / Abzug. *Syn.* Subtractio.

Subeo, ire, eingehen / sich unterziehen. *Syn.* Patior, fero, adeo. *Usus.* Aleam, fortunam, judicium multitudinis imperitæ, notam turpitudinis, odium publicum subire. 2. *Incesso.* Subiit animum timor, pudor quidam & pœnitentia factorum. Spes, verecundia, cogitatio nescio quæ mentem subiit. 3. *Venio.* Tectum paternum, vultum Patris subire non audet. 4. *Succedo.* Una legio subit alteri.

Subjectio, nis, Unterthänigkeit / Unterwerffung / Unterschiebung. *Syn.* Rerum, quasi gerantur, sub aspectum subjectio.

Subjector, is, Unterwerffer / Unterschieber. *Syn.* Testamentorum subjector, qui falsa testamenta subjicit s. supponit.

Subigo, ere, überwinden / bezwingen / untereinander mengen oder kneten. *Syn.* In potestatem, vel ditionem meam redigo, subjicio, subjungo. *Usus*

Tertiam orbis partem subegit Africanus. *V. Subditus. Subjicio.*

Subjicio, ere, unterwerffen / unterwürffig oder unterthänig machen. *Syn.* Addo, subjungo, subjicio, induco, subjungo. *Usus.* Rationem dictorum & exempla subjecit. 2. *Subdo, repono, comprehensum indico.* Verborum inanem sonitum edunt nullâ subjectâ sententiâ. Arti materiam subjicere. 3. *Obnoxium reddo, objicio.* Subjicere se Imperio, sub potestatem alicujus. Quæ sit vis huic subjectæ voci, tu intelliges. 4. *Propono.* Oculis aliquid & cogitationi, aliquid sub aspectum subjicere. 5. *Adultero.* Subjicere testamenta. *Phras.* Multos sibi populos Cæsar subjecit, Galliam totam ad imperium populi R. adjunxit, in potestatem redegit; Cæsari se Gallia tota submisit, subitravit; armis & legibus Galliam sempiternis vinculis adstrinxit, armis oppressit; Gallia se suaque omnia alienæ potestatis fecit; se sub Cæsaris nutum atque arbitrium subjecit.

Subinde, darnach / immerzu / nach der Hand. *Syn.* Deinde, statim post.

Subitò, plötzlich augenblicklich / schnell / uhrplötzlich. *Syn.* Repentè, repentinò, continuò, ecce tibi.)(*Sumptó spatiô.* *Usus.* Tabellario properanti subitò litteras dedi. Subitò ex tempore dixi. Subitò præter opinionem omnium. *V. Repentè. Improvisò.*

Subjungo, ere, beysetzen / an die Seite setzen oder spannen. *Syn.* Subjicio, subjugo. *Usus.* Multas urbes sub Romæ imperium subjunxit.

Sublatè, hochtragend / hochtrabend. *Syn.* Elatè. *Usus.* Sublatè, & amplè dicere.

Sublatio, nis, Hochtragenheit / hochtrabend Wesen. *Syn.* Elatio. *Usus.* Voluptas est sublatio animi sine ratione. *V. Elatio.*

Sublego, ere, heimlich entwenden. *Syn.* Furto aliquid surripio. *V. Furari.*

Sublevo, as, überheben / erheben / hülffliche Hand leisten. *Adv.* Lenissimè. *Syn.* Sustento. *Usus.* Miseros, miserorum inopiam & solitudinem suis opibus sublevare. Calamitates, causam alicujus juvare, adjuvare, sublevare. 2. *Erigo.* Stratum & abjectum sublevare. 3. *Compenso.* Nominis novitatem dicendi gloriâ sublevare. *V. Consolor. Iuvo.*

Sublica, æ, * ein Pfahl / Brücken-Pfahl. *Syn.* Palus ligneus, qui rectus in aquam defigitur ad pontis constructionem. *Usus.* Non sublicæ modò directæ ad perpendiculum, sed pronæ ac fastigiatæ, ut secundùm naturam fluminis procumberent.

Sublicius, a, um, zur höltzernen Brück gehörig. *Usus.* Pons sublicius, eine höltzerne Brück.

Subligaculum, i, Halb-Hosen / Nieder-Kleid / Unter-Kleid.

Sublimis, e, hoch / erhaben. *R. q. supra lineam.* *Syn.* Altus, excelsus.)(*Humilis.* *Usus.* Sublimè ferri, sonus naturâ in sublime fertur. *V. Altus.*

Sublino, ere, beschmieren / anschmieren. *Usus.* Os alicui sublinere, verba dare, arte illudere, einem das Maul schmieren und auffsperren.

Submergo, ere, ersäuffen / untertauchen. *Syn.* Mergo. *V. Mergo.*

Subministro, as, beybringen / an die Hand geben. *Syn.* Do, suggero. *Usus.* Pecuniam alicui, ornamenta, adjumenta subministrare.

Submissè, demüthiglich / leißlich. *Syn.* Remissè, demissè. *Usus.* Summissè se gerere, alicui supplicare.

Submissio, nis, das Niederlassen / Demuth / Unterwerffung. *Syn.* Remissio.)(*Elatio.*

Submissus, a, um, unter etwas gelegt / demüthig / niederträchtig. *Syn.* Remissus, suppressus, humilis, abjectus.)(*Elatus, se efferens.* *Usus.* Neque submissum, neque abjectum, neque se efferentem vivere oportet. *Vid. Humilis. Modestus.*

Submitto, ere, unterlegen / heimlich drunter thun und stecken / unterwerffen. *Syn.* Clam mitto. *Adv.* Multùm. *Usus.* Exercitum aliquò summittere. 2. *Demitto, inclino.* Se alicui, fasces submittere; animos submittere. *V. Subjicio.*

Submitto, ere, unterwerffen / drunter thun. *Syn.* Demitto.)(*Extollo.* *Usus.* Animos, fasces submittere.

Submoveo. *V. Summoveo.*

Subnecto, ere, anhängen / anfügen / anknüpffen. * *Syn.* Annecto.

Subnitor, eris, * unterstützt seyn; auff etwas

etwas ruhen / und sich steiffen. *Syn.* Nitor. *Usus.* Subnixus & fidens innocentiâ animus. Victoriâ subnixus dux. *V. Nitor. Innitor.*

Suboleo, ére, * fast stincken und übel riechen. *Syn.* Præsentisco. *Usus.* Jam res patri subolet. *V. Præsentio.*

Suborno, as, * heimlich bestellen/ anlehren/einen anrichten und unterstossen. *Syn.* Sollicito, instruo. *Usus.* Falsum testem subornare, apponere. Negotium dare, instruere, parare & subornare aliquem ad facinus.

Subrepo, ere, * unterschleichen / mit einschleichen. *Usus.* Sub tabulas subrepsit.

Subrideo, ére, * lächlen / ein wenig lachen. *Syn.* Aliquantùm, furtim rideo.

Subruo, ere, * niederreissen / zu Boden fällen / niederfällen. *Syn.* Subverto. *Usus.* Muros subruere. Subruta cuniculis mænium pars procubuit. *V. Vasto.*

Subscribo, ere, unterschreiben / unterzeichnen. *Syn.* Adscribo, accusationem alicujus comprobo, subsigno. *Usus.* Alterius sententiæ subscribere. Statuæ Scipionis subscriptum: Omnes. Numerus aratorum quotannis apud magistratum subscribitur. In aliquem subscribere. *V. Consentio.*

Subscriptio, nis, Unterschrifft / Unterschreibung / Unterzeichnung. *Syn.* Adscriptio, præscriptio. *Epi.* Censoria, venalis. *Usus.* Jugerûm subscriptio ac professio.

Subscriptor, is, bestellter Königischer Anwald / oder Gerichts-Verwandter. *Syn.* Adscriptor, causidicus. *Usus.* Descendit in judicium sine subscriptore.

Subsellium, ii, Sitz / Stuhl / Banck. *Syn.* Sedes Judicum & Senatûs. *Usus.* Sallustius bis ad Judicum subsellium attractus extremâ fortunâ stetit. 2. *Judicium, forensis exercitatio.* Se à subselliis ad otium conferre. Alienus à subselliis. Optimâ fide versari in subselliis.

Subservio, ire, * Unterdienste verrichten / beyhülfflich seyn. *Usus.* Subservire alicujus voluntatibus. *V. Servio. Adjungo.*

Subsequor, eris, darauff folgen / mitfolgen. *Syn.* Insequor. *Usus.* Humanitatem litterarum tuarum verbis subsecutus est. Adesse, instare, subsequi. *Vid. Sequor.*

Subsideo, ére, sich setzen / sich niederlassen. *Syn.* Consisto, subsido. *Usus.* In ipsâ viâ, in villâ subsidebimus paulisper.

Subsidiarius, a, um, * beyhülfflich / mitbehülfflich. *Usus.* Miles, copiæ, cohortes subsidiariæ.

Subsidium, ii, Beyhülff / Mithülff. *Syn.* Auxilium, perfugium. *Epi.* Bellissimum, certum, firmum, miserum, opportunum. *Usus.* Hoc mihi subsidium jam inde ab adolescentiâ paravi, comparavi; id mihi subsidio senectutis servavi. Nunquam tuum subsidium invocavi, quin subsidium mitteres s. submitteres; mihi subsidio proficiscereris, ires, venires, occurreres. *Vid. Auxilium.*

Subsido, ere, sich niedersetzen / niederlassen / niedersencken oder geben. *Syn.* Subsideo.

Subsigno, as, unterzeichnen / unterschreiben. *Usus.* Subsignare tabulas apud Prætorem.

Subsisto, ere, * bestehen / im Stand bleiben. *Usus.* Ausi sunt audaciùs subsistere hostes. Tanto sumptui vix subsisto.

Subsortior, iris, das Loos anderst werffen. *Usus.* In ejus locum, quem subsortiemur.

Subsortitio, nis, Wahl durchs Looß.

Substerno, ere, unterstreuen / unterbreiten / unterlegen. *Syn.* Consterno. *Usus.* Aves nidos suos mollissimè substernunt. 2. *Subjicio.* Deus omnia creata substernebat animo.

Substituo, ere, an eines anderen statt setzen oder stellen. *Syn.* Sufficio, constituo, subdo. *Usus.* In mei locum quem substituent?

Substo, as, bestehen / stehen bleiben. *Usus.* Metuo, ut substet hospes.

Substructio, nis, Untergebäu / Unterbauung. *Usus.* Insanæ substructionum moles.

Substruo, ere, * unterbauen. *Usus.* Capitolium lapide quadratô substructum.

Subsum, es, drunter seyn / drunter stecken oder verborgen seyn. *Syn.* Lateo, insum, adsum. *Usus.* Nullam video gravem subesse causam. Etiamsi culpa nulla

nulla subsit. Non temerè fama nascitur, quin aliquid subsit. 2. *Insto, prope absum.* Dies Comitiorum subest, ist vor der Thür.

Subter, unter. *Usus.* Virtus omnia subter se habet.

Subterfugio, ere, heimlich entfliehen / unvermerckt entgehen / entwischen. *Syn.* Devito. *Adv.* Honestè. *Usus.* Ulysses amentiæ simulatione militiam subterfugere voluit. *V. Vito. Declino.*

Subterraneus, a, um, * unter der Erden / unterirdisch. *Syn.* Quod est sub terra.

Subtexo, ere, * drunter weben / unten anweben. *Usus.* Subtexit deinde fabulæ huic narrationem aliam. Cœlum fumô subtexitur.

Subtilis, e, fein / rein / geschmeidig / zart / subtil. *Syn.* Acutus, tenuis.)(*Vulgaris.* *Adv.* Egregiè. *Usus.* Acutissimum, spinosum & subtilissimum dicendi genus. Subtili & pressâ oratione utitur. Solers subtilisque descriptio partium. *V. Ingeniosus.*

Subtilitas, tis, Geschmeidigkeit / Zärtigkeit Subtiligkeit. *Syn.* Tenuitas, gracilitas. *Epi.* Dignissima, à causa remotissima, vix imitabilis, non immutabilis, incerta, minuta, physica. *Usus.* Inimitabilis orationis subtilitas. *V. Ingenium.*

Subtiliter, säuberlich / artlich / geschmeidig / zärtiglich. *Syn.* Acutè, acriter, tenuiter. *Usus.* Versutè ac subtiliter dicere.

Subtraho, ere, abziehen / wegziehen / entziehen. *Syn.* Subduco. *Usus.* Materiam subtrahere furori oportet. De commodis alterius subtrahere. Subtrahere se de curia. Supplicio se subtrahere. *V. Aufero.*

Subucula, æ, * ein Wollen- oder Leinen-Hembd / Futter-Hembd. Genus vestis.

Subvectio, nis, * Fuhr über Land / Zufuhr. *Usus.* Ne ab re frumentariâ duris subvectionibua laboraret exercitus.

Subveho, ere, * aufhin führen / zuführen. *Usus.* Commeatus ex Apulia subvehebatur. Aversò flumine subvectus.

Subvenio, ire, zu Hülff kommen / unter die Arm greiffen / hülfflich an Handen gehen. *Syn.* Succurro, subsidio venio. *Adv.* Studiosè. *Usus.* Circumvenior, nisi subveniatis, laboranti opitulemini. Morbo alicujus & mœrori subvenire. *Ve Iuvo.*

Subvolo, are, auffliegen / in die Höhe flattern. *Syn.* Evolo, avolo.

Suburbanitas, tis, Nachbarschafft der Vorstädten. *Usus.* Populo R. jucunda est suburbanitas Provinciæ Siciliæ.

Suburbanus, a, um, Vorstädter / vorstädtisch / der in der Vorstadt ist. *Usus.* Fundus, ager, rus suburbanum.

Suburbanum, i, ein Hauß nahe bey der Stadt. *Syn.* Prædium vel fundus prope urbem, fundus suburbanus, suburbium. *Usus.* Deliciarum & voluptatis causâ multi in hortis suis & suburbanis æstatem agunt.

Suburbium, ii, Vorstadt. *Usus.* Terminalibus in suburbium ire non sum ausus.

Succedo, ere, unten hingehen / nachfolgen / an eines Stelle kommen / eines statt bekleiden oder vertretten. *Syn.* Alterius locum occupo, in alterius locum reponor, summittor, subdor. *Usus.* Succedam ego vicarius muneri tuo; suscipiam partes tuas. Vicarius meæ diligentiæ succedit. 2. *Accido, evenio, procedo, cado.* Omnia ex sententiâ, perinde ùt sperabam, succedunt, wohl von statten gehen. 3. *Subeo, venio.* Tectum imbris causâ succedere, unter Dach tretten. *Phras.* Qualis rei exitus erit, talem de te opinionem suscipient. Qualis rei finis, terminus, eventus, conclusio, exitus erit, talem de te opinionem homines suscipient. Ut res succedet, ùt res evenerit, cadet, ceciderit, ita de te homines judicabunt. Ex eventu homines de te existimabunt. Rei exitum hominum judicia consequentur. Congruent cum exitu rei, consentient, in utramque partem hominum de te judicia. Quod actum est, felicem ad exitum perducat DEUS. Actum feliciter esse velit Deus, quod actum est. Faxit Deus, ut id, quod actum est, felix faustumque sit, prosperum habeat eventum. Faveat Deus, & quod actum est, probet, approbet, fortuna secundet. Deus bene velit succedere. Succedat ex animi sententiâ; egregiè, præclarè cadat; opti-

optimè procedat, optatum finem sortiatur, exitum habeat cum animo tuo congruentem; quem ipse vis, eventum ferat. Acta Deus fortunet, confirmet, rata esse velit. Utinam optata omnia contingant. Utinam ex hac re nihil contra voluntatem eveniat; contingant ea, quæ cupis; omnia secunda fluant; summa felicitas emanet.

Succendo, ere, anzünden / anstecken. *Syn.* Incendo, inflammo. *Usus.* Irâ succensus.

Succenseo, ére, unwillig oder ungehalten werden / sich erzürnen oder ereifern. *Syn.* Irascor. *Adv.* Justiùs, leviter, planè, vehementer. *Usus.* Dii hominibus irasci & succensere solent. *Vid. Irascor.*

Successio, nis, Nachfolge. *Syn.* Hæreditas. *Usus.* Cædis merces, in cæli locum successio petitur.

Successor, is, Nachfolger / Nachfahr / der an eines andern statt kommet. *Syn.* Vicarius, qui submittitur. *Epi.* Conjunctissimus & amicissimus, perblandus. *Usus.* Successori provinciam tradere. Successores ferè aliquid mutant de institutis priorum.

Successus, ûs, Außgang / Außschlag / glücklicher oder unglücklicher Fortgang. *Syn.* Eventus. *Phras. Successus bonus.* Res ex animi sententia succedet. Eventus rei erit optimus. Optatis fortuna respondebit. Successu res, quò volumus, eò concludetur ac terminabitur. Non aliter cadet, ac volumus. Sequetur id, quod optamus. Rem consequetur exitus, eventus, finis optatus. Exitum res habebit, mea quidem ùt spes fert, optatum, felicem, qualem volumus, qualem optamus. Puto fore, ut rem ex sententia geram, feliciter, prosperè conficiam; ex animi sententiâ, ut animus fert, expediam, conficiam; ad eum, quem volebam, exitum perducam; felici exitu concludam. Efficiam, opinor, ut res optimè succedat; ne res contra, quàm volumus, succedat; ne quid adversi contingat in re; ne sit infaustus, adversus, alius a nostris voluntatibus finis re ac terminus; ne sit alius, atque volumus, exitus, eventus, finis rei ac tempus. Spero futurum, ut in hac re meis optatis fortuna respondeat, ut cum animo meo fortuna consentiat, ut ab animo meo fortuna minimè dissentiat, ut nihil adversi fortuna objiciat. Spero futurum, ut nequaquam fortuna repugnet, resistat, obsistat, adversetur, sese opponat, suam vim objiciat, obviam eat. Futurum existimo, ut in hoc secundâ, felici, prosperâ, propitiâ, perbenigna fortunâ utar.

Successus malus. Non successit, ùt sperabam. Non cecidit, ùt optabam. Præter meam sententiam evénit. Præter s. contra voluntatem accidit. Aliter ac sperabam, contrà quàm volebam contigit. Non ùt volebam, secùs atque opinabar, aliter atque opinabar successit. Exitum res habuit alienum à sententiâ, spe, voluntate. Dissimilem voluntatis, minimè cum animô congruentem, minimè cum voluntate congruentem; ab animo meo discrepantem, abhorrentem, diversum; contra spem, adversum voluntati exitum res habuit. Optatum exitum consecuta res non est. Optatum ad exitum res non pervenit. Exitus, eventus rei voluntati non respondit. Res pro voluntate non successit; non processit ex animi sententiâ. Spes mea non eum, quem volebam, exitum consecuta. Spes me frustrata est, fefellit, decepit, delusit. Speratum eventum, exitum sortita, nacta, adepta res non est. Inanem fuisse meam spem, exitus rei declarat. Opinione sum deceptus. Falsa me spes aluit, lactavit opinio.

Succidia, æ, Seiten Speck / Speck-Seite. *Syn.* Tergum carnis porcinæ salitæ.

Succido, ere, unten ab- oder wegschneiden. * *Usus.* Frumenta, segetes succidere.

Succingo, ere, unten zugürten / untergürten / umgeben. *Syn.* Munio, circumdo. *Usus.* Carthago portubus succincta. Gladiô succinctus.

Succlamo, are, zuruffen / zuschreyen. *Syn.* Acclamo. *Adv.* Frequenter.

Succresco, ere, aufwachsen / mit unter wachsen. *Syn.* Succedo. *Usus.* Orator ille vestræ succrescit ætati. *Vid. Cresco.*

Succumbo, ere, unterliegen / untenliegen. *Syn.* Inferior sum, vincor, cado, cedo. *Usus.* Nulli neque homini, neq

nec perturbationi animi, nec fortunæ succumbere. Dolori, labori, senectuti, amori succumbere. *V. Cedo Vinco.*

Succurro, ere, **hinzu lauffen / zu Hülff eilen** *Syn.* Subvenio, subsidio venio, subsidio curro, opem fero, succedo. *Adv.* Confestim. *Usus.* Ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisque communibus. 2. *Occurro.* Ut, quidquid succurrerit, ita scribam. *Vid. Auxilium.*

Succus, i, **Safft / Feuchtigkeit.** *R. q.* suggus *a* sugendo. *Syn.* Humor purus. *Epi.* Diuturnus, humifer, incorruptus, pristinus. *Usus.* Stirpes ex terra succum trahunt. 2. *Vis quædam, nervi, pondus.* Non retinemus, amisimus illum veterum oratorum succum. Oratio succum suum è Philosophia omnem ducit.

Succussus, ûs, **Aufschüttelung.** *Syn.* Agitatio.

Sudes, is, **Zaunstecke / Pallisade.*** *Usus.* Sudes sub aquâ defixæ flumine tegebantur.

Sudo, are, **schwitzen / schweißig werden.** *Syn.* Sudore mano, diffluo, madeo. *Usus.* Vides me sudare jam dudum laborantem.

Sudor, is, **Schweiß.** *R. à Græc.* ὕδωρ, *aqua*; *vel ab* ἱδρώς, *sudor.* *Epi.* Multus, plurimus. *Usus.* Herculis signum multô sudore manavit. Medicamentum multus sudor consecutus est.

Sudum, i, **schön und hell Wetter / Heiterung / Aufklärung.** *Syn.* Serenum cœlum. *V. Serenus.*

Suesco, ere, **im Brauch haben / gewohnt seyn / gewohnen.** *Syn.* Assuesco, consuesco. *V. Assuesco.*

Suffero, erre, **erdulten / erleiden / ertragen / ausstehen.** *Syn.* Perpetior, haurio. *Adv.* In perpetuum, omnino, vicissim. *Usus.* Pœnas sufferre. *V. Fero. Patior.*

Sufficio, ere, **gnug seyn / zulänglich seyn.** *Syn.* Satis sum, satis habeo. *Usus.* Immensæ gulæ amplissima pecunia non sufficiebat Nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina capere poterant. 2. *Substituo.* Sufficii in locum alterius. *Phras.* Non sufficiebat ad tantos sumptus, etsi opulentum patrimonium; in tot sumptus, tot sumptibus vix suppeditabat, vix satis erat ampla hæreditas; tot sumptus vix illô tantô patrimoniô sustinere poterat. *V. Satis.*

Suffigo, ere, **auffhefften / anhefften / annaglen.** *Syn.* Affigo. *Usus.* Cruci suffigi.

Suffimentum, i, **Rauchwerck / Räuchsel / Geräuche,** *Syn.* Odores incensi.

Suffio, ire, **räuchern / berauchen / beräuchern.** *Syn.* Suffumigo.

Sufflo, are, **unter hin blasen / einblasen.** *Syn.* Inflo. *Usus.* Sufflata dicendi figura.

Suffoco, are, **ersticken / ersticken machen / erwürgen.** *Syn.* Strangulo, faucibus premo; animam intercludo, comprimo; vocem includo. *Usus.* Urbem & Italiam fame suffocare.

Suffodio, ere, **untergraben.** *Usus.* Sacella suffossa.

Suffragatio, nis, **Mitstimmung / Beystimmung / Beyfall / übereinstimmung.** *Epi.* Facilis pro salute alicujus, gratior & par, militaris; si minùs potens, at probata tamen; & justa & debita, urbana. *Syn.* Voluntatum & animorum declaratio, quæ fit suffragiis. *Usus.* Suffragationem Consulatus perdidit.

Suffragator, is, **Mitstimmer / Beystimmer / der Beyfall gibt.** *Epi.* Communis, proprius, fucosus, firmus. *Usus.* Tua nobilitas suffragatoribus & populô est obscurior.

Suffragatorius, a, um, **mitstimmend / übereinstimmend / beystimmig.** *Usus.* Brevis & suffragatoria amicitia.

Suffragium, ii, **Stimm in der Wahl / Wahl-Stimme / Beyfall.** *Syn.* Punctum, tabella, vox, sententia. *Epi.* Corruptum, vitiosum, gratuitum, liberum, occultum. *Usus.* Ferre, inire suffragium de salute, de honore alicujus. Facta per tabulam suffragia. Suffragiis rem permittere. Me universis suffragiis unâ voce populus Consulem declaravit. Tribus in suffragium vocare. Ite bonis Diis in suffragium. Redire in suffragium.

Suffragor, ari, **einem in der Wahl seine Stimme geben / beystimmen beyfallen / Beyfall geben.** *R. ex* sub & φράζω, *loquor.* *Syn.* Faveo, suffragium fero.)(*Adversor, refragor.* *Adv.* maximè. *Usus.* Suffragari pro aliquo, lau-

laudibus alicujus. Ei meorum temporum memoriam suffragari videbam.

Suffugio, ere, unvermerckt entfliehen/ entkommen oder entwischen; heimlich hinweg fliehen. * *Syn.* Clam aufugio.

Suffulcio, ire, unterstützen / unterpfählen. * *Usus.* Columnam mento suo suffulcit. *V. Fulcio.*

Suffumigo, are, berauchen/beräuchern. *Syn.* Subtus fumum excito. *Usus.* Vulnus sulphure suffumigare.

Suffundo, ere, zugiessen / angiessen / drüber schütten / drunter giessen. *Syn.* Respergo, perfundo. *Usus.* Animus nullâ malevolentiâ suffusus. Sanguis cordi suffusus.

Suggero, ere, zusteuren/darreichen/an Hand oder untern Fuß geben / anrathen. *Syn.* Commemoro, subjicio, suppedito. *Usus.* Si memoria defecerit, tu mihi suggere. Suæ sententiæ rationes suggerere. Quis tot rebus sumptus suggeret? *V. Suppedito.*

Suggestum, i, ein erhöhter Ort / Cantzel Predigt-oder Lehr-Stuhl. *Syn.* Rostra, locus concionum, pulpitum. *Usus.* Suggestum ascendere. Cùm in communibus suggestibus consistere non auderet, ex altâ turri concionari solebat.

Sugo, ere, saugen. *Syn.* Haurio. *Usus.* Errorem cum lacte nutricis hausimus, suximus.

Suillus, a, um, schweinen/vom Schwein seyend. * *Usus.* Suilla caro.

Sulco, are, Furchen machen. * *Syn.* Sulcos facio, terram in sulcos proscindo.

Sulcus, i, Furche/ Pflugstrich. *Usus.* Sulcus altiùs impressus.

Sum, es, esse, seyn. *Syn.* Consto, valeo *ad pretium relata.* *Usus.* Frumentum tanti non est, quanti æstimâsti. 2. *Dego, vivo, moror, versor, habito.* Totos dies esse cum aliquô, immer bey einem stecken. Multùm in publicô, Athenis solet esse, sich wo auffhalten. 3. *Evenio, intercedo.* Nihil mihi posthac tecum erit, mit einem zu schaffen oder zu thun haben. Multum animo est cum corpore. 4. *Attinet, spectat, oportet.* Non est hoc nostri ingenii, sed auxilii vestri, es steht bey dir / in deiner Hand und Krafft. Boni viri, boni judicis est, es ziemet/ gebührt ihm / ligt ihm ob. Magni hoc judicii est, darzu gehört Verstand. Non erat hoc ejus curatæ, es war nicht seines Amts / Gelegenheit / Thuns. 5. *Cum Dativo variè.* Fuit ea res Scipioni vituperationi, invidiæ, maculæ, malo, dedecori. Tua epistola mihi magnæ molestiæ fuit. 6. *Æstimo, duco, consto, vivo.* Est animô maximô, gloriâ non minore. Esse in aliquem mirificô studiô. Crudelitas omnibus odio est. Erat in magnâ gloriâ. 7. *Consto, existo, cado, consisto, &c.* Cicero erat a Pompejo, hielts mit ihm. Scis me totum esse Pompeji. 8. Est, quòd gaudeas, Ursach haben sich zu freuen. Erit, ubi te ulciscar, es wird dazu kommen. Meliùs est illi, er befindet sich besser. *Thras.* Nihil est illô facilius, nihil potest fieri illô humanius; nemo existit, nemo vivit; nemo reperitur, exstat, invenitur; nemo inter nos residet illô humanior, nemnem habemus illô humaniorem.

Summa, æ, die gantze Summ und Uberschlag oder Begriff. *Syn.* Caput, genus, ratio præcipua rei pecuniariæ.)(*Partes. Epi.* Carior, communis, fatalis, grandis, maxima, vera. *Usus.* Addendo deducendóque videre, quæ reliqua summa fiat. Subducamus summam. Magnam pecuniæ summam conficere. Aliquid de summa remittere. Certam summam præfinire, præscribere. 2. *Ad alias res relata.* Summam causæ breviter exponere. Communes rerum & generum summæ. Summa illuc pertinet, ut sciatis. Omnia præcepta ad unam summam referre. In eâ re tota judicii summa consistit. Summam reipublicæ administrare.

Ad summam. In summâ. *Syn.* Breviter, unô verbô, ut unô verbo rem dicam; ne plura; ne pluribus vos teneam; ne multa; ne multis; quid multa? ne longus sim, ne longum sit, ne longum faciam; summatim, non particulatim. *Usus.* Ad summam, dic M. Tulli. Ad summam, ista sic abire non possunt.

Summatim, in einer Summ / kurtz zusammen gefaßt/ kürtzlich. *Syn.* Acervatim, breviter.)(*Particulatim.* *Usus.* Summatim hæc erant dicenda.

Summè, am meisten/ im höchsten Grad.

Syn. Maximè, summopere. *Usus.* Summè illud concupivi; summè illud a te contendo.

Summissè, summissio &c. summittere, vid. submissè, submissio &c. submittere.

Summopere, höchsten Fleisses / angelegentlich / allen Fleisses. *Syn.* Summè, maximoperè. *V. Valde.*

Summoveo, ere, hinweg rucken / entrucken / weg und auf die Seite thun. *Syn.* Submoveo.

Summus, a, um, der Höchste / Oberste. *Syn.* Amplissimus, perfectus, singularis, incredibilis, unicus, in quo omnia summa sunt.)(*Infimus.* *Usus.* Summum est, quô nihil superius. Summus vir & singularis. Summâ hyeme. 2. *Altior, Sublimior.* In summô aquæ. Summum pectoris. Bacillus a summo inflexus. 3. *Ad summum, summum.* Hodie, aut ad summum cras, aufs längste morgen. *Thras.* Est hæc summa tua gloria; ab humili ducta est ad summum gloria tua; nihil addi posse videtur ad tuam gloriam; evasisti in apicem gloriæ; non in secundis aut tertiis consistis, sed ad summa pervenisti.

Sumo, ere, nehmen / hinnehmen. *Syn.* Assumo, arrogo, attribuo, tribuo. *Vulg.* *Præsumo.* *Adv.* Aliquando, aliunde, crudelissimè, nimiùm, quasi retro & contra priùs, communiter, gravissimè, malè. *Usus.* Mihi tantum non sumo, ut te moneam, ich erkühne / unterstehe / unterfange / unterwinde mich nicht / ich nehme mir so viel nicht heraus. Vide, quid mihi sumpserim. Hoc pro benevolentia nostrâ mihi sumpsi, ut peterem. 2. *Assumo.* Pro certô, pro compertô sumere, ducere, habere, quod tamen controversum sit. Sumere res non concessas, & ex illis conficere, quod velis. 3. *Capio, eligo, assumo.* Authoritatem sibi, magnam confidentiam, Regis partes sumere. Tempus sibi ad negotium, locum, regionem, ædes sumere. Judicem aliquem sumere. 4. *Exigo.* Pœnas ab aliquo, supplicium, pecuniam sumere. *V. Accipio.*

Sumptio, onis, das Nehmen / das Hinnehmen. *Syn.* Assumptio. *Usus.* Demus tibi has sumptiones, quas lemmata Dialectici appellant.

Sumptuarius, a, um, ausgebig / zum Ausgeben gehörig. *Usus.* Leges, rationes sumptuariæ.

Sumptuosè, kostbar / kostbarlich. *Usus.* Sumptuosius se & insolentiùs jactant.

Sumptuosus, a, um, kostbar / kostbarlich / theuer. *Syn.* Splendidus, magnificus, lautus. *Adv.* Magnopere. *Usus.* Cœna sumptuosa. Ludi magnifici & sumptuosi. *V. Splendidus.*

Sumptus, ûs, Kosten / Unkosten / Aufgang. *Syn.* Impensa, impendium. *Epi.* Annuus, exiguus non modò, verùm etiam expers fructuum, infinitus, legitimus, magnus, minimus, necessarius, publicus, certus, effusus, nimis magnus, perpetuus, liberalis, quotidianus, tantus tamque profusus. *Usus.* Adventus meus nemini sumptum *attulit*, intulit, induxit, sumptui fuit. Nemo in adventum meum laborem posuit, aut sumptum impendit; ne teruncium quidem quisquam sumptum fecit, insumpsit. Vide, unde nobis sumptus necessarii *suppeditentur*, dentur, suggerantur; qui tot sumptus sustentare, ferre, tolerare possimus? Egentissimarum civitatum ut sumptum *minuerem*, remitterem, extenuarem, ut sumptu miseros levarem, nulli ipse sumptui peperci. *Phras.* Quis ita fortunæ bonis affluat atque abundat, ut sustinere sumptum possit. Quis ita firmus ab opibus est, quis opibus adeò pollet, quis tantum possidet divitiarum, cujus tantæ divitiæ sunt, cui res familiaris ita copiosa est, cui tantum fortuna largita est, cui tantum de bonis suis fortuna impertivit s. communicavit, ut sustinere sumptum possit; ut sufficere, respondere sumptui possit; ut sumptum ferre satis possit; ut, quantum postulat, tantum erogare, tantum facere sumptum possit; cujus divitiæ sumptui pares esse possint. Ferendo sumptui quis sit? Tantam impensam quis sustineat? Ita magni sumptus fiunt, ut ferri non possint. Ita gravis est impensa, ut debilitare atque opprimere quemvis possit. Non is est sumptus, qui ferri possit. Sumptus supra modum, immoderatus est.

Suo, ere, nähen / flicken / zusammen fügen. *Usus.* Tegumenta corporum texta vel suta.

Supellex, ectilis, Haußrath. *Syn.* Instrumentum, ornamentum aulæ. *Epi.* Elegantior, lauta, multa, magnifica, optima & pulcherrima, oratoria, reliqua, uni-

universa. *Usus.* Multa in mancipiis, argentô, ebore, veste, pecore, tabulis pictis, vasis Corinthiis, hydriis argenteis, scyphis aureis, stragulis, multa & lauta supellex.

Super, auff/ über/ weiter. *Syn.* Supra. *Usus.* Hac super re scribam, consulam. De eâ re satis superque dictum est.

Superabilis, e, leichtlich zu übersteigen/ leicht zu überwinden. * *Usus.* Murus facilè scalis superabilis.

Superaddo, ere, dazu thun/ weiter hinzu fügen. * *Syn.* Addo. *V. Addo.*

Superbè, hoffärtiglich/ pralerisch/ aufgeblasen/ stoltziglich. *Usus.* Superbè, contumaciter, arroganter aliquem appellare.

Superbia, æ, Hoffart/ Pracht/ Praleren/ Stoltz/ Aufgeblasenheit/ Einbildung. *Syn.* Arrogantia, contumacia, intolerantia, insolentia, fastidium animi, spiritus, elatio, tumor, inflatio. *Epi.* Inaudita, singularis. *Usus.* Secundæ res superbiam ferè afferunt, humiles animos superbiâ inflant. Fugere, deponere superbiam. *Thras.* Tuæ te efferunt divitiæ, non tuæ propriæ virtutes. Insolentia tua, arrogantia tua, superbia tua, non ex animi præstantia, non ex ingenii tui præstantia, sed ex opibus tuis manat. Istam insolentiam, istam elationem animi, istos spiritus immoderatos in te parit non ulla tua singularis aut præcipua facultas, meritorumve conscientia, sed copiæ, divitiæ, opes. Res domestica æquô major animos tibi facit; commodorum abundantia animos tibi facit; tollit te ad istam animi intemperantiam res familiaris, non ulla tua propria bona, non artis honestæ scientia, aut virtutis ulla possessio. *V. Arrogantia.*

Superbiloquentia, æ, stoltze / prächtige / pralerische / hochtrabende Rede. *Syn.* Superbus & arrogans sermo.

Superbio, ire, stoltz und hoffärtig oder aufgeblasen seyn / pralen / sich viel einbilden. *Syn.* Efferor, superbus sum.

Superbus, a, um, hoffärtig / prächtig/ stoltz/ aufgeblasen/ einbildisch/ pralerisch. *R. ex* super *&* eo, *qui super alios emergere vult. Vel ex Græco ὑπερβαίνων, superscandens.* *Syn.* Arrogans, insolens, imperiosus, elatus, inflatus, non ferendus, spe atque animis inflatus, asper, difficilis, gravis, qui fastidiô & contumaciâ effertur. *Us.* Superbiorem se præbet in hac fortunâ. Opes eum superbiorem reddunt. *Thras.* Odi homines superbos; hominum insolentium spiritus, oris s. oculorum illam contumaciam, supercilium, regios spiritus, protervitatem, fastidium, pompam, speciem, superbiam intolerandam non fero. Odi homines, qui ùt victos nos intuentur, contumaciter s. arroganter se efferunt; inhumanos, superbos, minaces & arrogantes, animis inflatos sublatosque, feroces, aliorum contemptores minimè omnium fero.

Supercilium, ii, die oberen Augbramen. *Syn.* Pars frontis ima. *Epi.* Abrasum, rasum, sublatum, depressum. *Usus.* In superciliorum motu existunt animi motus, arrogantiæ, gravitatis, severitatis. Frontis nubecula. Libidines fronte & superciliô contegere. Illa superciliorum contractio & remissio, mœstitia, hilaritas, risus.

Superficies, ei, das Auswendige eines jeden Dings/ dessen Fläche und Breite. *Syn.* Extrema & aperta corporis pars. *Usus.* Superficiem ædium æstimare. Terræ superficiem, summum terræ fastigium nondum æquabat moles.

Superfluo, ere, Uberfliessen/ überlauffen. *Syn.* Redundo, affluo, effluo, abundo. *Usus.* Is redundantes nos, & juvenili licentiâ superfluentes repressit. *Vid. Abundo.*

Superfluus, a, um, überflüßig. *Syn.* Supervacaneus, aut quod usum non habet.

Superfundo, ere, aufgiessen/ übergiessen/ überschütten. * *Us.* Tiberis superfusus agris. Superfundens se lætitia.

Superi, orum, Himmels-Geister / die himmlische Einwohner / Heilige im Himmel. *Syn.* Cælites.

Superjacio, ere, darauf werffen/ darüber werffen. * *Usus.* Superjecêre quidam augendo fidem, qui longè plures cæsos dicerent.

Superimpono, ere, oben aufflegen/ darauff oder drüber legen. * *Usus.* Stipendiô etiam superimpositô.

Superincido, ere, oben auff fallen / über etwas fallen. * *Usus.* Ruinâ superincidentium virorum oppressus.

Supe-

Superior,oris, Oberer/Vornehmer. *Adv.* Longè. *Syn.* Prior *tempore.* *Usus.* Quid proximâ, quid superiore nocte, annô, ætate actum sit. Suscepta in superiore vitâ flagitia eluere. 2. *Locô.* De locô superiore dicere. 3. *Ordine, dignitate.* fortunâ, famâque superior. Invidet populus paribus, inferioribus, superioribus. Quantò superiores sumus, tantò nos geramus remissiùs. Contra hostem superiores fuimus.

Superlatio, onis, überflüßige Rede. *Syn.* Exuperatio. *Us.* Comparationes & superlationes.

Supero, are, weiter steigen/überwinden/erobern. *Syn.* Vinco, excello, præsto, præpondero, superior sum, superfluo. *Adv.* facilè, longè, multùm, præsertim, perfacilè. *Usus.* Etsi multi cum illo contenderent, arte, virtute, doctrinâ omnes longè superavit. 2. *Transcendo.* Fluvium, montem superare. 3. *Supersum.* Quis ditior, cui deest, an cui superat? Egenis pauca superant, quies aliis gratificentur. *Vid. Vinco. Excello.*

Superscando, ere, * übersteigen. *Us.* Murum superscandere.

Supersedeo, ere, aufhören/ überhoben seyn. *Syn.* Abstineo, tempero. *Adv.* Opportunè. *Usus.* Hôc labore commodè supersedebis, der Arbeit müßig gehen/ sich entheben. Hæc res non est supersedenda, *reticenda.* *V. Omitto.*

Superstes, itis, übrig/ noch bey oder im Leben/ überlebig. *Syn.* Salvus, incolumis, qui mortuo superest. *Us.* Utinam te non solùm vitæ, sed & dignitatis meæ superstitem reliquissem!

Superstitio, onis, Aberglaub. *R. à superstite dicta, quòd quidam parentes, ut sibi sui liberi superstites essent, totos dies precabantur & immolabant, teste Cicerone.* *Syn.* Nimia religio, vana vel inanis religio.)(*Impia fraus.* *Epi.* Anilis, barbara, contaminata, muliebris, propinqua, tanta, maxima. *Usus.* Omnis superstitio imbecilli atque anilis animi est. Superstitio fusa per gentes oppressit omnium animos, hominum imbecillitatem occupavit. Anili superstitione imbui, obligari, conflictari. Omnibus superstitionibus obnoxius vivit. Decet esse modum quemdam religionis.

Superstitiosè, abergläubischer Weise. *Syn.* Aniliter, sine ratione.

Superstitiosus, a, um, abergläubisch. *Syn.* Superstitione imbutus. *Usus.* Stoici superstitiosâ solicitudine & miseriâ omnia credunt.

Supersto, are, auf etwas stehen. * *Usus.* Curribus superstans armatus hostis.

Supersum, esse, übrig seyn/ noch vorhanden seyn. *Syn.* Resto. *Adv.* Omninò, nihil. *Usus.* E tantâ cæde nemo ferè superfuit. 2. *Redundo.* Orator ita motu utetur, ut nihil supersit in gestu. 3. *Excello.* Scientia majoribus suis nec defuit nec superfuit.

Supervacaneus, a, um, überflüßig. *Syn.* Supervacuus, usum non habens. *Usus.* Vereor, ne litteras meas supervacaneas existimes.

Supervacuus, a, um, überflüßig. *Syn.* Inanis, redundans, sine causâ, sine usu.

Supervado, ere, * drüber hingehen. *Usus.* Supervadentem munimenta victorem fugârunt.

Supervenio, ire, * überfallen/ eben dazu kommen. *Syn.* Ex inopinatô venio. *Usus.* Supervenire lætitiæ alicujus.

Superus, a, um, das oben oder oberhalb ist.)(*Inferus.* *Usus.* Supera illa & cœlestia. Mare superum & inferum.

Supinus, a, um, rücklings/über oder hinter sich.)(*Pronus.* *Us.* Motus corporis supinus, pronus, obliquus.

Suppar, is, schier gleich/mäßig/ fast gleich. *Syn.* Ferè par vel æqualis. *Us.* Huic ætati suppares. *V. Æqualis.*

Suppeditatio, onis, Zustand/Dargebung/Darreichung. *Syn.* Affluentia, subministratio. *Usus.* Suppeditatio bonorum nullô malorum interventu.

Suppedito, are, darreichen/ verleihen/ dargeben. *Syn.* Subministro. *Adv.* Apertè, copiosè, largè. *Usus.* Suppeditabit nobis de thesauris suis. Alicui rerum omnium, quas natura desiderat, abundantiam & copiam suppeditare. Terra fruges fert, & ùt mater cibos suppeditat. Is locus miram varietatem & ubertatem dicendi suppeditat. 2. *Suppeto, non desum, sum satis, præstò sum, supersum.* Si ei vita suppeditavisset, grandia moliebatur. In hoç campo oratori

omnis

omnis apparatus dicendi suppeditat. *V. Do. Largior. Suggero.*

Suppetiæ, arum, Hülff. *Syn.* Auxilium, subsidium, præsidium. *Usus.* Laboranti exercitui suppetias mittere. Suppetias ire, proficisci, occurrere, venire, ferre. *V. Auxilium.*

Suppeto, ere, bey der Hand seyn/verhanden seyn. *Syn.* Suppedito, sum, supersum, adsum, præstò sum. *Usus.* Vereor, ne mihi verba non suppetant. Mihi præter voluntatem ad remunerandum nihil suppetit. Illis ad largiendum suppetunt copiæ. Si vita suppetet. *V. Habeo.*

Supplanto, are, mit fürgehaltenem Fuß fällen/ ein Bein stellen und unterschlagen. *Syn.* Pede objectô vel subjectô ad casum impello.

Supplementum, i, Zusatz / Zugab. *Syn.* Quô aliquid suppletur, ùt legiones imminutæ. *Usus.* Legionum supplementa scribere. Supplementis integrare legiones, explere, reficere.

Suppleo, ere, ersetzen/erstatten/erfüllen. *Syn.* Præsto, expleo. *Usus.* Supplevit, explevit, quod utrique defuit. Tribum suam reficere & supplere cogitabat. Legiones suppletæ. Addere & supplere cætera tu poteris.

Supplex, icis, fußfällig und demüthiglich bittend. *R. ex* sub *&* plica, *q. sub pedes alicujus se plicans.* *Syn.* Abjectus, jacens, prostratus ad pedes. *Usus.* Vobis supplex manum tendit; supplex ad vos venit; ad pedes se abjicit, deprecatur, supplicem se vestræ misericordiæ profitetur. Non levabitis, num excludetis, absterrebitis supplicem? *Thras.* Supplex vos adit, vestram fidem obtestatur; fractô animô atque humili pro salute suâ supplicat; ad vestros se pedes projicit, maximô in squalore ad pedes vestros volutatur; plenus lachrymarum ad vestibula domuum vestrarum procumbit; genibus se vestris advolvit; nixus genibus, obsitus squalore & sordibus, ad preces lachrymasque effusus orat, obsecrat, misericordiam vestram captat. *V. Preces.*

Suppliciter, bittlicher und fußfälliger Weise. *Syn.* Demissè. *Usus.* Blanditur, & suppliciter se insinuat. Suppliciter ac demissè gratias agere.

Supplicatio, onis, demüthige/ fußfällige Bitte/ Anflehung. *Syn.* Gratulatio Diis immortalibus, honor Diis immortalibus habitus pro victoriâ. *Epi.* Consularis, crebra & vehemens, prærogativa, justissima. *Usus.* Supplicationem Diis immortalibus pro singulari eorum meritô decernere, facere; supplicatum ire, pacemque Deûm exposcere.

Supplicium, ii, Leib- und Lebens-Straff. *Syn.* Cruciatus, pœna. *Epi.* Acerbissimum, commune, crudelissimum æternumque, dignum, divinum, extremum summúmque, insigne, leve, majus, maturius, medium, præsens, singulare, summum, supremum, acrius, exquisitum, inusitatum, justum debitumque, miserrimum. *Usus.* Alicui maleficiô supplicium constituere. Nova supplicia exquirere, invenire, excogitare. Aliquem ad supplicium rapere, trahere; ultimô suppliciô *afficere* reum; suppliciis improbos coërcere, constringere, vindicare. Suppliciô addicere damnatum; supplicium de reo sumere. Constanter *ferre*, perferre, subire supplicium. Debitum supplicium *condonare* ac remittere. Omni suppliciô excruciatum necare. *V. Pœna.*

Supplico, are, demüthiglich und fußfällig bitten oder flehen/ zu Fuß fallen/ Fußfall thun. *Syn.* Deprecor, me ad pedes alicujus supplicem abjicio, manus alicui vel ad aliquem tendo. *Adv.* Diligentiùs, libentissime, submissè, publicè. *Usus.* Quot pro innocentis hujus salute vobis supplicant. *Phras.* Suppliciter à me petiit, ut fidem præstarem. Suppliciter mecum egit; rogavit me, quam suppliciter potuit; supplicavit mihi, supplex mihi fuit, multis & supplicibus me verbis oravit, ut fidem servarem, tuerer, solverem; ut in fide permanerem, ut starem promissis, ut promissa persolverem. Meam fidem imploravit. *V. Rogo. Preces.*

Supplodo, ere, zur Verachtung mit Füssen wieder den Boden schlagen. *Syn.* Pede terram percutio, plaudo.

Supplosio, onis, das verächtliche Scharren mit den Füssen. *Epi.* Crebra. *Usus.* Pedis dextri rarâ supplosione.

Suppono, ere, unterlegen/ einschieben/ unterschieben. *Syn.* Subjicio, subjungo. *Usus.* In alterius locum suppositus & substitutus. 2. *Subdo.* Supponere

ova anatum gallinis. Falsa testamenta supponere. Vicariam operam supponere.

Suppositio, nis, Unterlegung / Einschiebung/ das Unterschieben. * *Usus.* Pueri suppositione decepta mater.

Supporto, are, herbey tragen zuschleppen/ zuführen. *Usus.* Frumentum navibus supportare.

Suppressio, nis, Diebstahl / Unterschlagung/Unterdruckung/ Vertuschung. *Epi.* Judicialis.

Supprimo, ere, unterdrucken / vertuschen / zurück behalten / unterschlagen. *Syn.* Sedo, placo.)(*Pervulgo.* *Usus.* Dolorem alienum solatiô aliquô tollere funditùs, vel sedare & supprimere, nec pati, ut maneat longiùs. 2. *Occulto, retineo.* *Usus.* Retinuit pecuniam ac suppressit. *V. Occulto.*

Supra, ob/ über. *Syn.* Ultra, *ratione loci.* *Usus.* Supra terram, lunam. 2. *Virtutis.* Est hoc supra hominis fortunam; supra ætatem sapit. Potentia, quæ supra leges esse velit. 3. *Ordinis.* Illa, quæ supra dixi. 4. *Virtutis, ponderis.* Amor meus in te tantus est, ut nihil possit supra. Supra ætatem, supra consuetudinem tibi omnia sunt tributa.

Supremus, a, um, der Oberst / letzte. *Syn.* Ultimus, extremus. *Usus.* Supremus vitæ dies. Supremum supplicium.

Sura, æ, die Waden am Schenckel. *Syn.* Crucis pars posterior.

Surculus, i, ein Schoß/ Zweig / Sprößling. *R. q.* surgulus *à* surgendo. *Syn.* Planta. *Usus.* Da mihi ex istâ arbore, quos feram, surculos.

Surdaster, ri, übel hörend / fast taub. *Syn.* Cui hebetiores sunt aures, qui male audit.

Surditas, tis, Gehörlosigkeit / Taubheit. *Usus.* In surditate quidnam est mali?

Surdus, a, um, nichts hörend / taub. *Syn.* Qui sensu aurium vel audiendi caret, auribus captus. *Usus.* Surdus varietates vocum aut modos noscere non potest.

Surgo, ere, auffstehen. *R. q.* surrigo, *vel* sursum rego. *Syn.* De lectô exeo. *Usus.* Ante lucem surrexit è lectulô. 2. *Quôcunque de locô.* Cunctus Senatus consurrexit, properans de sellâ exiluit; de sellâ honorificè surrexit. *Adv.* Auspicatò, maturiùs, seriùs.

Surrigo, ere, auffrecken/ ausstrecken. * *Usus.* Aures surrigere.

Surripio, ere, heimlich entwenden / verstohlens rauben. *Syn.* Clepo, furor, compilo. *Adv.* Clam, occultè, impudenter. *Usus.* Surripere è bibliothecâ libros. *Vid. Aufero. Furari.*

Surrogo, are, an eines anderen Statt oder Platz stellen und setzen. *Syn.* Substituo.

Sursum, über sich in die Höhe.)(*Deorsum.* *Usus.* Idem sursum versus retroque dicatur. *Phras.* Sursum tendat animus, in cœlum suspiciat, sublimè feratur, à terrâ longissimè se efferat, supera semper petat, superiora capessat; ad cœlum feratur; humana omnia inferiora se ducat.

Sus, is, Sau / Schwein. *R. à Græc.* ὗς. *Syn.* Porcus. *Epi.* Lutulentus. *Usus.* Ut sues glande pascuntur.

Susceptio, nis, das Fürnehmen / Unterwindung. *Usus.* Laborum dolorumque susceptio.

Suscipio, ere, auff sich nehmen / vor die Hand nehmen / beginnen / unternehmen. *Syn.* Sumo, capio, recipio. *Adv.* Acerrimè, enixè, fortissimè, frustra, gratis, palam, paulisper, propriè, publicè, turpissimè. *Adv.* Suscipe, quæso, id negotium, curam, cogitationem te dignissimam, munus illud, legationis causam. Labores multos, onus, rempublicam, molestias, profectionem, propugnationem reipublicæ suscipere. Inimicitias, simultates suscipere. 2. *Cogito, admitto, committo, patro, concipio.* Magnum scelus, facinus, spem suscipere. Mentem illam voluntatemque dudum suscepi. 3. *Patior, subeo.* Luctum, squalorem, sordes, pœnam pro scelere suscipere. 4. *Habeo.* Liberos è conjuge suscipere. 5. *Obtineo.* Suscepit consuetudo communis, ut &c. 6. Suscipere alienum amicorum causâ. *V. Recipio.*

Suscito, are, erwecken/ auffwecken. *Syn.* Invenio, excito, incito, exsuscito. *Usus.* Suscitare bellum civile. *V. Excito. Expergefacio.*

Suspectus, a, um, verdächtig / der im Arg-

Argwohn und Verdacht ist. *Syn.* Suspicionem præbens, in quô subest suspicio alicujus, solicitus, habens suspicionem alicujus rei. *Adv.* Falsò, vehementer. *Usus.* Doleo, me tibi nomine negligentiæ suspectum esse. *Vid. Suspicio.*

Suspendium, ii, das Auffhencken an den Galgen / das Aufknüpffen. *Usus.* Malorum remedium suspendiô ac morte quærere.

Suspendo, ere, auffhencken / auffknüpffen. *Syn.* Cervices frango. *Usus.* Caput obnubito, arbori infelici suspendito. 2. *In altum ædifico.* Opus ita ædificatum, ut suspendi non possit. *Phras.* Furti nomine suspensus est, suspendiô vitam finiit, insertô in laqueum collô pependit.

Suspensio, nis, Zweiffel / Ungewißheit. *Usus.* Animi suspensio.

Suspensus, a, um, angeheft / auffgehenckt; ungewiß / zweiffelhafftig / unruhig. *Syn.* Anceps, dubius, incertus, solicitus. *Adv.* Diutiùs, graviter, valde. *Usus.* Metu suspensa civitas, perturbata seditionibus. Suspensum me jam diu & sollicitum tenes. Rerum expectatione suspensi omnes & anxii. Suspensas aptásque à Deo habere vitæ rationes.

Suspicio, ere, über sich in die Höhe sehen. *Syn.* Aspicio.)(*Despicio.* *Usus.* Cœlum, in cœlum suspicere. 2. *Veneror, miror.* Eloquentiam virtutémque alicujus suspicere.

Suspicio, nis, Argwohn / Verdacht. *Syn.* Conjectura, scrupulus, metus, scientia incerta, opinio. *Epi.* Abscondita, adversaria, atrocissima, cœca, certa, falsa, ficta, satis firma, indigna, maxima, minima, nimia quædam, pertenuis, propria, repentina, ridicula & abscondita, similis, solicita, subita, tanta, turpissima, vacua atque pura, domestica, honesta, odiosa. *Usus.* Non scelus modò vitandum est, sed efficiendum, ne aliquibus sceleris suspicionem *moveamus*, excitemus, demus; suspicioni locum & materiam demus; suspicionem alicui injiciamus, faciamus, importemus. Sæpe è re leviculâ gravis suspicio *nascitur*, exoritur, magna in aliquem suspicio contertur, gravi suspicione perstringitur, in gravi suspicione ponitur; in suspicionem sceleris adducitur, vocatur. E minutis rebus multæ sæpe suspiciones increbrescunt, invalescunt. Doleo, quòd innocens in suspicionem *veneris*, cecideris, incideris; quòd aliqua atrocis facti suspicio ad te pertineat, in te consistat l. resideat, ei suspicioni affinis sis; quòd ea suspicio in te convenire possit. Dudum de te hanc suspicionem *habeo*, hæc mihi suspicio insidet, incidit; eam suspicionem duxi, traxi; hâc suspicione perculsus sum, & multa sunt, quæ eam suspicionem augeant l. confirment. Vide igitur, ut omnem avaritiæ suspicionem *fugias*, vites, à te depelles, minuas, extenues, propulsus, dimoveas, removeas, tollas, deleas, à suspicione te liberes l. vendices. Vir ille longè ab atroci adeò suspicione *abest*, remotus est, abhorret. Deponamus eam suspicionem. *Phras.* Multa est & falsa de eo suspicio multorum; multi opinionem falsam accepere; odiosæ quædam suspiciones multorum animos insedêre; multi odore quodam suspicionis afflati, malè de illo opinantur; hominibus ad suspicandum sagacissimis immeritò suspectus est. *Vid. Conjectura.*

Suspiciosè, argwöhnisch / argdenckisch. *Syn.* Credibiliter, criminose dicere.

Suspiciosus, a, um, argwöhnig / argdenckisch. *Syn.* Suspicionem præbens & suscipiens. *Usus.* Te conscientia timidum & suspiciosum facit; durus & suspiciosus in suos; esse suspiciosum & semper existimantem esse, aliquid ab amico violatum.

Suspicor, ari, argwohnen / im Verdacht haben. *Syn.* Suspicione allequor, suspicione attingo, suspicionem habeo, ex re aliqua suspicionem duco l. traho. *Adv.* Difficillimè, injuriosè, levissimè, nihildum, obscurius, planè, scelestè, temerè, valdè. *Usus.* De ejus scelere nihil suspicari poteramus. 2. *Cogito, reputo.* In DEO nec figuram nec sensum suspicari licet. *V. Suspicio.*

Suspirium, ii, Seufftzer. *Syn.* Gemitus, doloris indicium. *Usus.* Quem nemo sine suspiriò aspicere possit.

Suspiro, are, seufftzen / erseufftzen. *Adv.* Familiariter, occultè. *Usus.* Nemo est, quîcum liberè jocari aut familiariter suspirare possim. *V. Gemo.*

Sustentatio, nis, Ernehrung / Erhaltung. *Syn.* Dilatio. *Usus.* Num res moram & sustentationem habeat, vide.

Sustento, are, erdulten / erhalten / ernehren. *Syn.* Sustineo, fulcio, nitor. *Adv.* Maximè, privatim, vix, miserè. *Usus.* Patrimoniô se suô, amicorum liberalitate egestatem suam sustentare. Alienam tenuitatem opibus, sumptibus, officiis suis sustentare. Ea me spes & consolatio, mœrorem meum & dolorem unicè sustentat. Litteris sustentor & recreor. *V. Alo.*

Sustineo, ere, auffenthalten / im Stand erhalten / leiden / dulten / ertragen. *Syn.* Sustento, tueor, corruere non sino, fulcio, labentem excipio, contineo. *Adv.* Arroganter, diutius, ægrè, facilè, facillimè, firmè, planè non, præcipuè, vix. *Usus.* Rempublicam consiliis, humeris, cervicibus suis, causam alicujus suâ authoritate sustinere. Magnam invidiæ molem, vim hostium, multum malorum sustinere. Se à lapsu, currum, equos incitatos, gradum sustinere, *detinere*, ac *reprimere.* 2. *Occulto, contego.* Fronte ac vultu simulatio facillimè sustinetur. Sustinere se ab omni assensu. *Vid. Patior. Fero.*

Sustollo, ere, auffheben / in die Höhe heben. *Usus.* Aliquem in equum sustollere.

Susurratio, nis, Gemürmel / Getöß / Geräusch. *Syn.* Susurrus. *Usus.* De Cæsare crebri & non belli rumores, sed susurrationes veniunt.

Susurro, are, leis reden / murmeln / brumlen / rauschen. * *Syn.* Furtim & submissâ voce loquor. *Usus.* Audio jam susurrari.

Susurrus, i, Gemürmel / Gethöne / Geräusch. *Usus.* Susurrô & laude infimorum hominum delectari. Susurrus aquæ.

Sutor, is, Schuhmacher / Schuster. * *Prov.* Ne sutor ultra crepidam.

Sutorius, a, um, dem Schuhmacher gehörig / oder eigen. *Usus.* Sutorium atramentum.

Suus, a, um, sein.)(*Meus, tuus.* *Usus.* Semper in disputandô suus est. De suô addere, solvere, afferre.

Syllaba, æ, eine Sylbe. *Epi.* Brevis, longa, brevior, longior.

Syllabatim, den Sylben nach / von Sylbe zu Sylbe / sylbenweiß.

Sylva, æ, ein Wald / Forst / Gehöltze / Holtz-Wald. *R. à Græc.* ὕλη, *Dor.* ὕλα. *Epi.* Densa & aspera, infinita, magna, media, nobilis, publica, vindicata. *Usus.* Multos nemora & sylvæ commovent. 2. *Ubertas, copia, materia.* Sylvam rerum & sententiarum comparare.

Sylvesco, ere, wild werden / zum Wald werden / verwildern. *Syn.* Quasi in sylvam cresco. *Usus.* Vitis putanda est, ne sylvescat.

Sylvester, is, e, waldigt / wild / bäurisch. *Usus.* Loca sylvestria, montuosa. Vita inculta & sylvestris.

Sympathia, æ, Mitleiden / Ubereinkunfft. *Syn.* Convenientia, & conjunctio naturæ. *Usus.* Cognatio, continuatioque naturæ, & quasi concentus atque consensus.

Symphonia, æ, liebliche Zusammenstimmung / Harmonie. *Syn.* Concentus, cythara. *Usus.* In conviviis symphoniâ canere.

Symphoniacus, i, der dazu stimmet / übereinstimmig. *Syn.* Cytharœdus, fidicen.

Syngrapha, æ, Handschrifft / Versicherung / Verschreibung / Quittung / Bescheinigung. *Syn.* Chirographum, cautio. *Epi.* Firmata sigillis, inanis. *Usus.* Habeo à te syngrapham, quam fecisti, scripsisti. Tanquam ex syngraphâ agere cum populô. Ex syngraphâ credere, jus dicere. Cum inanibus syngraphis redire.

T.

Tabella, æ, Täfelein. *Syn.* Litteræ, Codicilli. *Epi.* Cerata, grata, judicialis, vindex. *Usus.* Tabella cerata; Judicialis tabella. Tabellis obsignatis agere cum aliquo. 2. *Voti tabula.* Quot in eo fano tabellæ pictæ eorum, qui votis vim tempestatum effugerint.

Tabellarius, ii, Brieff-Träger. *Syn.* Nuntius, qui litteras fert. *Epi.* Fidelis, ignotus, locuples, præposterus. *Usus.* Tabellarios deprehendit, litteras intercep-

tercepit. Tabellarios instituere, mittere, remittere, expectare, subministrare, præbere. Tabellarios retinere, scrutari, excutere. *Phras.* Quoties fidus mihi sese tabellarius offeret, scribam ad te. Quoties fidum Tabellarium nactus ero litteras à me accipies. Quoties mihi certorum hominum facultas erit, litteras ad te dabo. Quoties erit, cui litteras rectè dem, non committam, ut desideres meas. Nullum ad te, cui fidere audeam, tabellarium proficisci patiar, quin ad te litteras dem. Nemo deinceps hinc ad te litteras non perferat.

Taberna, æ, Zech-Hauß/Wirths-Hauß/ Kram-Bude oder Lade. *Syn.* Caupona. *Epi.* Instructa, ornata, libraria. *Usus.* In eandem tabernam divertimus. Tabernas operis & quæstûs quotidiani locum occlusére. Taberna libraria, Buch-Lade.

Tabernaculum, i, Zelt/ Hütte. *Syn.* Castrense tectum. *Epi.* Militare. *Usus.* Tabernacula carbaseis intenta velis alicubi ponere, collocare. In Philosophia quasi tabernaculum vitæ suæ collocare. Tabernacula defendere.

Tabernarius, ii, Krämer. *Syn.* Caupo.

Tabes, is, Schwindsucht/ Zehrsucht/ Darre/ das Ungedeyen. R. τὰ δάπτω, *consumo.* *Syn.* Macies. *Usus.* Tabes, cruciatus, afflictio.

Tabesco, is, ere, außdörren/außzehren/ vom Leib oder Fleisch fallen. *Syn.* Liquefio. *Usus.* Durescit frigoribus humor, calore tabescit. 2. *Contabesco, langueo, extabesco.* Desideriô, otiô, dolore tabescere; molestiis frangi, verschmachten/ vergehen.

Tabificus, a, um, verzehrend / abmergelend. *Syn.* Quod tabem inducit.

Tabula, æ, eine Tafel/ Bret. *Syn.* Asser. *Epi.* Ænea, nova, præclara, religiosa. *Usus.* Tabulam de naufragio arripere. 2. *Pictura,* Gemähld. Tabulas bene pictas in lumine bono collocare. 3. *Liber rationum, scriptura publica, monumentum litterarum,* Rechnungs-Register/ Schreib-Tafel/ Geschrifft. *Usus.* Facere, conficere tabulas. In tabulas, quodcunque commodum est, referre. Tabulas accepti proferre. Digerere, obsignare tabulas. 4. *Geographica descriptio,* Land-Charten.

Tabulatio, nis, * Vertäfelung / Bohlenwerck. *Syn.* Ipsa tabularum constructio. *Usus.* Centones injecerunt, ne tela tabulationem perfringerent.

Tabularium, ii, Schreib-Stube. *Syn.* Locus, in quo tabulæ publicæ civitatis servabantur.

Tabulatum, i, * Bühne/ Aestrich/ Boden. *Usus.* Turrim quatuor tabulatorum constituit Cæsar.

Tabum, i, blutiges Eyter. *Syn.* Sanies.

Taceo, es, ere, schweigen / stillschweigen / verstummen. *Syn.* Sileo, reticeo, tacitum relinquo, conticeo, silentiô prætereo, supprimo. *Adv.* Arroganter, in perpetuum, insulsè, nimiùm diu, piè, perpetuò, planè, rectè, sapienter. *Usus.* Diu de his rebus tacuerat. *Phras.* Ecquid taces? quid te elinguem reddidit? ecquid lingua obmutuit? quid tibi vox interdicitur? quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? quid sibi vult hæc taciturnitas tua? cur silentiô uteris tam diuturnô? cur animi sensus nemini impertiris? quid diutinum adeò silentium tenes? quid tacitâ mæstitia animos omnium defigis, consilia tua silentiô premis? quid obstinatus es ad silentium, siles, occultas, tegis consilia tua? quid linguam adeò moderaris, verbum nullum mittis, vocem & orationem pertinaciter comprimis, voci nimiùm parcis? Verbum hac de re non faciam. Sermonem hac de re nullum habebo. Abstinebo me ab hujus rei sermone, tacebo, silebo, præteribo; non faciam, ut dicam. Tacitus prætermittam. Tacitum relinquam. Silentiô involvam, præteribo, percurram, prætermittam. Prorsus hoc omittam. Abstinebo hôc sermone. Oratione meâ hoc non attingam. *V. Silentium.*

Tacitè, ingeheim/ stillschweigens. *Syn.* Silentiô. *Usus.* Cum liberè loqui non valeant, tacitè rogant.

Taciturnitas, tis, Verschwiegenheit. *Syn.* Silentium. *Epi.* Annua, perpetua. *Usus.* Taciturnitas imitatur confessionem. *V. Taceo.*

Taciturnus, a, um, der schweiget / verschwiegen/ still. *Syn.* Tacitus.

Tacitus, a, um, stillschweigend / verschwie-

schwiegen. *Syn.* Silens, obscurus, abditus, interior, prætermissus, compressus, sub silentio, non expressus. *Usus.* Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. Tacitô quodam sensu sine arte aures judicant. Tacitum aliquid relinquere, præterire. *V. Prætereo.*

Tactio, nis, Berührung / Anrührung / das Greiffen. *Syn.* Tactus. *Usus.* Voluptas oculorum, tactionum, saporum.

Tactus, ûs, das Fühlen / Greiffen / Griff / Fühlung. *Epi.* Interior, intimus. *Us.* Tactus fusus est per totum corpus, omnesque ictus nimiosque frigoris aut caloris appulsus sentit. Ad tactum chordæ respondent. Quæ sub tactum aut aspectum cadunt.

Tæda, æ, Fackel / Wind-Licht. *R. ex Græc.* δᾷς, δᾳδὸς. *Syn.* Fax. *Us.* Agitari & perterreri ardentibus Furiarum tædis.

Tædet, es verdreußt / ist beschwerlich; es grauet und eckelt. *Usus.* Prorsus vitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. *Phras.* Tædet jam eadem toties audire: Fastidii sum delicatissimi. Ab rebus iisdem facile fastidiô quôdam & satietate alienamur; occurrendum est satietati aurium, ne oscitent audientes, loquantur cum altero, nonnunquam etiam circulent, *caput circumferant*; rerum notissimarum pertæsum sit; odio rerum vetustissimarum teneantur, capiantur; propius fastidium quam desiderium sint; audiendi satietate expleantur.

Tædium, ii, Verdruß / Beschwerlichkeit / Mühseligkeit. *Usus* Ejus sermo inconditus plurimum mihi tædium attulit; magnum inde tædium cæpi. Lectionis tædium varietate levare.

Talaris, e, lang / biß auff die Fersen reichend. *Syn.* Ad talos usque demissus. *Us.* Tunica talaris.

Talarius, a, um, zum Würffeln gehörig. *Usus.* Ludus talarius, Würffel-Spiel.

Talentum, i, Talent / Art eines Gewichts. *Syn.* Talentum Atticum, quod aureis seu coronatis sexcentis valebat.

Talio, nis, Wiedergeltung / Vergeltung / Erwiederung / Wettmachung. *Syn.* Pæna talionis.

Talis, e, solcher / solcherley. *Syn.* Hujusmodi, ejusmodi, ejusdemmodi, ejusdem generis, id genus, hujus exempli, perinde ut, ita, sic. *Usus.* Ut quales sumus, tales esse videamur.

Taliter, also / solcher Weise / auff solche Art.

Talpa, æ, Scheer-Maus / Maulwurff. *Prov.* Talpa cæcior.

Talus, i, die Fersen; Würffel. *R. à* ταλάω. *Epi.* Rectus. *Syn.* Postremum cruris, in quo os prope calcaneum extuberat. Inde os quatuor Laterum, quô luditur. *Usus.* Talum jacere, talis præclarè ludere, mit Würffeln spielen. Talus tibi rectè cecidit.

Tam, so / so wohl / dergestalt. *Syn.* Æquè, adeò; tam valdè, tam maximè. *Usus.* Quid opus tam valdè affirmare. Tam tibi credo, sicut alteri nemini. Tam infinitas pecunias prodigis.

Tamen, doch / jedoch. *Syn.* Attamen, verumtamen, nihilominus, certè. *Usus.* Tamen nihilominus putabam.

Tametsi, wiewol / obschon / wann gleich. *Syn.* Etsi, quamquam, cum tamen.

Tandem, endlich / zuletzt / letzlich. *Syn.* Demum, aliquando, ad extremum, denique, ad ultimum. *Usus.* Tandem legi litteras tuas.

Tandiu, tamdiu, so lang. *Syn.* Usque eò, tantô tempore, tantisper. *Usus.* Feram tamdiu, quam ferre potero. Tamdiu requiesco, quamdiu ad te scribo.

Tango, is, ere, berühren / anrühren / antasten / angreiffen. *Syn.* Contingo, attingo. *Adv.* Leviter, modicè. *Usus.* Villa, quæ viam attingit. Simul ac tetigit provinciam. 2. *Indico, leviter tracto, leviter perturbo*, bekümmern / anfechten / Sorg machen. Minæ tuæ me parum tangunt; cura me illa, religio, earum rerum memoria tetigit. 4. *Lædo, violo*, anzäpffen / hernehmen. Aliquem in convivio tangere. 5. *Contrecto, manus affero*, ulcus, rem acu tangere, es auff ein Härlein treffen / wohl errathen.

Tanquam, gleich als / eben als. *Syn.* Quasi, quodammodo, ac, juxta ac, ut, locô,

loco, quemadmodum. *Usus.* Istum, tanquam si consul esset, salutavi. Tanquam domi meæ. Tanquam si res mea agatur. *V. Sicut.*

Tantisper, so lang / eine kleine Zeit lang. *Syn.* Interim. *Usus.* Morare tantisper, dum defervescat hominis bilis.

Tanto, so sehr. *Usus.* Non tantò antè fugisset.

Tantoperè, so hefftig / so sehr. *Usus.* Non hæc tantopere desiderarem.

Tantulum, gar wenig / nur ein wenig. *Usus.* Si quis tantulùm de via deflexerit.

Tantulus, a, um, sehr klein / gar gering. *Usus.* Vix huic tantulæ Epistolæ tempus habui.

Tantùm, allein / nur. *Syn.* Tantummodò, solum. *Usus* Non tantùm parum commodè, sed & turpiter. 2. *Tam, ita, adeo*, so viel. Tantum, quantum sat est. Id tantum abest ab officio, ut nihil sit officio magis contrarium.

Tantummodò, allein / blosser dings / nur. *Syn.* Modò, duntaxat.

Tantumdem, gerad / eben so viel. *Usus.* Tantumdem populo dandum est, quantum.

Tantus, a, um, so groß. *Syn.* Tam multus, tam magnus, *& id genus alia.* *Usus.* Tantum studium, tam multam operam hic posui. Tanta res, tamque immensa.

Tardè, langsam / saumselig / gemach / zaudernd. *Syn.* Serò.)(*Ocyus, celerius.* *Usus.* Litteræ ob longinquitatem tardissimè ad nos perferuntur. Vix serò, & raro ad nos perveniunt.

Tarditas, tis, Langsamkeit / Saumseligkeit. *Syn.* Cunctatio, mora, stupor.)(*Celeritas.* *Epi.* Abjecta, considerata, contraria, odiosa, mollior. *Usus.* Cursu corrigere tarditatem, considerata tarditate uteris. Ista legatio moram & tarditatem bello afferet. Tarditas ingenii, debilitas, stupor. Plerisque in rebus tarditas & procrastinatio odiosa est.

Tardo, as, auffschieben / zaudern / langsam oder saumselig seyn. *Syn* Tardum facio, moram & tarditatem affero, moram interpono, moror, cunctor, indormio, differo. *Usus.* Venti profectionem meam tardant. Ejus animum negligentia tardabat, conscientia frænabat. Animos accusatorum tardare. Tardor, & hic commoror.

Tardus, a, um, langsam / saumselig; Zauderer. *Syn.* Longus, serus, cunctator, callipides.)(*Citus, celer, incitatus, expeditus, velox.* *Usus.* Homo tardus & parum efficax. Tardum & penè immobile animal. Tardus sententiis, inops verbis. Consideratus & lentus potiùs, quàm tardus. 2. *Hebes, remissus, parum efficax, obtusus*, dumm. Quis tam indocilis tam tardi ingenii?

Taurus, i, ein Stier / Farr / Bull / Ochs. *R.* ταῦρος. *Epi.* Corniger, nobilis, opimus, truculentus. *Usus.* Taurus Phalaridis.

Techna, æ, * List / Ranck / Fund / Betrug / tückischer Griff und Schlich. *Syn.* Ars, dolus, fraus artificiosa.

Tectè, verdächtig / heimlich / verdeckt. *Syn.* Obscure.

Tectorium, ii, Dünchwerck / Dünchung / Weissung / Vergipsung. *Syn.* Calx seu crusta inducta parieti. *Epi.* Bellum, concinnum, novum, tantum, vetus. *Usus.* Columna, ex qua tectorium vetus deletum sit.

Tectorius, a, um, zum Dünchen und Weissen oder Vergipsen dienlich. *Usus.* Exornare sepulchrum opere tectorio.

Tectum, i, Dach / Dachwerck / Dachung / Hauß. *Syn.* Pars summa domus, quâ tegitur.)(*Solum.* *Epi.* Absolutum, sartum integrumque; tecta cælata, firma, inaurata, laqueata, magnifica, marmorea, ebore fulgentia, misera, silvestria. *Usus.* Porticus ad tectum propè pervenerat. Tectum multorum fastigiorum. Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo manendum est.

Tectus, a, um, verdeckt / bedeckt. *Syn.* Obscurus, occultus.)(*Apertus.* *Usus.* Tectis verbis ad te scripsi. 2. *Taciturnus, fidelis*, treu und verschwiegen. Quis illo considератior, tectior, prudentior? *Phras.* Nullum delictum diu occultum esse potest; nullum delictum diu tectum, abditum esse potest. Nullum scelus diu esse potest, quin emanet, divulgetur, pateat, in lucem prodeat. Nullum facinus celari, velari, supprimi, operiri, tegi, subticeri, comprimi, silen-

silentio involvi, latere, in occulto latere diu potest. *V. Occultus.*

Tegmen, inis, Decke. *Syn.* Tegumentum. *Epi.* Durum, latum.

Tego, is, ere, decken / verdecken / bedecken / zudecken. *R.* στέγω. *Syn.* Obduco, obnubo, obtendo, contego, velo, aperio, vestio, convestio, occulto.)(*Aperio.* *Adv.* Nimiùm, diu, perspicuè, undique. *Usus.* Suam prudentiam stultitiæ nomine tegere, suam sententiam tegere. 2. *Excuso, defendo,* beschirmen / handhaben / vertheidigen. Meam salutem tuô præsidiô & benevolentiâ texit. *Phr.* Tegit ille scelera tua; libidines suas tenebricosâ fronte & superciliô contegit, circumvestit seduló, in operto habet; frontis integumento ad occultanda vitia utitur; insignem nequitiam frontis ac dissimulationis integumentô velat, multis simulationum involucris & quasi velis quibusdam sua scelera obtendit, bemänteln / beschönen / ein Färblein anstreichen. Non oportet rem claram celare, occulere, abscondere, tenebris involvere, tegere, occultare, contegere; efficere, ut lateat, ut in obscuro sit, ut clàm sit, ne sit palàm, ne aperta sit, ne pateat. Non oportet rem adeò perspicuam occultam habere, obscuram, opertam velle; velle, ut in tenebris jaceat, velle in tenebris condere. *V. Abscondo. Occulto.*

Tegula, æ, Ziegel / Dach-Ziegel / Dach-Schindel. *Usus.* Cæmentis ac tegulis se famem suam expleturos credebant.

Tellus, uris, die Erde / Erdreich / Erdboden. *Epi.* Infima, media. *Usus.* Tellus neque movetur, neque infima est.

Tegumentum, i, Decke. *Usus.* Quærere flagitiorum tegumenta, Schand-Deckel. Corporis tegumentô evolvi.

Tela, æ, das Gewebe. *Usus.* Domus telarum plena. Ea tela texitur, ea vivendi ratio inducitur in urbem. *Telam exordiri,* aliquam rem incipere & aggredi.

Telum, i, Pfeil / Geschoß. *R.* ἀ τῆλε, *longinquè, quia longè mittitur.* *Syn.* Jaculum, hasta, gladius, hostile ferrum. *Usus.* Eò graviores habent emissiones tela, quò sunt contenta atque adacta vehementiùs. Erit id telum acerrimum ad omnes fortunæ impetus. Telum in aliquem intendere, emittere, immittere, conjicere.

Temerarius, a, um, frevelich / verwegen / unbedachtsam / unbesonnen. *Syn.* Nullius consilii, inconsideratus, præceps. *Usus.* Ea sunt turbulenta, temeraria & periculosa consilia. Cæca & temeraria cupiditas. *V. Præceps.*

Temerè, verwegen / unbedachtsamlich / freventlich. *Syn.* Inconsultè, inconsideratè, imprudenter, casu, nullâ ratione, sine judicio & modo, temeritate quadam, fortuitò, fortuitu. *Usus.* Audacter hoc dico, non temerè confirmo. *Phras.* Nil temerè aus fortuitò agit. Videt, quid agat; â reprehensione temeritatis longè abest; nunquam impetu aut temeritate, sed delectu & sapientiâ ducitur, non offert se ullis temeritatibus; minimè præceps in consiliis aut devius; nihil per incogitantiam stultè aut incautè, aut sine consilio suscipit. Nusquam in præcipitio agitur; nihil fortunæ permittit, omnia consilio.

Temeritas, tis, Verwegenheit / Unbesonnenheit / Frevel / Unbedachtsamkeit. *Syn.* Inconsiderantia.)(*Sapientia, judicium.* *Epi.* Admirabilis, furiosa, inconsideratissima ac dementissima, insignis, materna, summa, tribunitia, turbulenta, turpis, vitiosa. *Usus.* Genus inconsideratissimæ & dementissimæ temeritatis. Errant, qui temeritate & casu, non consiliô agi, regi, administrari credunt omnia. *Vid. Imprudentia.*

Temetum, i, starcker hinreissender Wein. *R.* ἀ τὸ μέθυ, *vinum.* *Syn.* Vinum, quod mentem tentat. *Usus.* Careant temetô mulieres.

Temo, nis, die Deichsel am Wagen.

Temperamentum, i, Maaß / Mittel-Maaß / Mässigung. *Syn.* Temperatio, ratio. *Usus.* Inventum est temperamentum, quô tenuiores ditioribus æquentur.

Temperans, tis, mässig / behutsam / bescheiden / sittlich. *Syn.* Continens, moderatus, qui ab omni libidine se continet.)(*Libidinosus.* *Adv.* Latè, justè. *Usus.*

Usus. Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officii, plenus religionis. *Phras.* Homo est ab omni cupiditate longè remotus. Homo est à cupiditate omni alienus, omnis cupiditatis expers, qui nullam cupiditatem habet. *V. Modestus.*

Temperanter, mäßiglich/ züchtiglich/ bescheidentlich. *Usus.* Si temperantius egisset.

Temperantia, æ, Mäßigkeit/ Behutsamkeit/ Bescheidenheit. *Syn.* Modestia, moderatio, frugalitas, continentia, conformatio & moderatio temperantiæ, moderatrix omnium commotionum, inimica libidinum. *Usus.* Temperantia est rationis in libidinem aliosque non rectos animi impetus firma & moderata dominatio, in prætermittendis voluptatibus cernitur; omnium, quæ dicuntur, quæque fiunt, ordo & modus; cupiditatum moderatio rationi obediens, animi motus regit; quasi quidam ornatus vitæ, omnisque sedatio perturbationum animi & rerum modus. *V. Moderatio.*

Temperatè, mäßiglich/ bescheidentlich/ ziemlich. *Usus.* Temperatè agere.

Temperatio, onis, Mäßigung/ geschickliche Einrichtung. *Syn.* Temperamentum, moderatio, modestia. *Epi.* Modica, sapiens, superior. *Usus.* Cœli temperatio, fæcunditas terrarum; temperatio civitatis, juris. Caloris temperatione semina oriuntur. Sol mens mundi & temperatio.

Temperator, is, Ordner/ Anordner/ Anschicker. *Usus.* Temperator ille ac moderator hujus varietatis.

Temperatus, a, um, mäßig/ gemäßiget. *Syn.* Temperans, moderatus, modicus. X *Nimis incitatus.* *Adv.* Utcunque. *Usus.* Temperati mores. Temperatis escis & potationibus modicis uti. Oratio temperata numeris.

Tempero, as, mäßigen/ geschicklich ordnen; Ziel und Masse/ Art und Geschick geben. R. a *tempore*, ad *temporis rationem moderari.* *Syn.* Moderor, rego, administro, temperationem facio, misceo. *Usus.* Lycurgus Rempublicam optimis institutis & legibus temperavit. Amara risu, victoriam clementiâ temperare. Ab injuria, à maleficio temperare. *V. Moderatio.*

Tempestas, tis, gut Wetter/ Witterung/ Gewitter. *Syn.* Tempus. *Epi.* Adversa, bona, calamitosa, civilis, horribilis, idonea, egregia, læta, sæva, serena, turbulenta, violenta, tetra, popularis, perfrigida. *Usus.* Quâ tempestate Græci florebant. 2. *Naturalis turbo, procella:* Sturm-Wetter/ Ungewitter. Procellæ, tempestates, naufragia, ruinæ, venti, fulmina, tonitrua, incendia, imbres, nimbi, turbines, cæteræque tempestates. Ingens, coorta, commota, concitata est tempestas. Tempestate in mare jactari, everti, abripi. 3. *transl. Ærumna, calamitas, tempus miserum.* schlimme/ unglückliche und elende Zeiten. Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis. Impendentem Reipublicæ tempestatem dudum prospexi. Hâc populi tempestate jactamur. Turbulentissimæ huic tempestati cedendum. Tempestas coorta vitanda est. Tempestate reipublicæ detineri, in portum rejici; mutatâ sedatâque hâc reipublicæ tempestate. 4. *Aeris ac temporis constitutio statusque,* bequeme Witterung und Jahrs-Zeit. Tempestatem idoneam nancisci, habere; tempestate bonâ navigare, conscendere, solvere. Tempestatem prætermittere. *Phras. Tempestas mala.* Coorta est tempestas maxima, fluctus ejiciebantur magni; tanta vis tempestatis, imbris ac turbinis ferebatur, ut nulla unquam dies turbulentior fuerit. Undique venti erumpebant; sævi existebant turbines; tempestas fœda cum grandine dejecta cum magno fragore, tonitribus, nimbô densô omnia operuit, mare exasperavit fluctibus, omnia permiscuit. *Tempestas bona.* Cùm sudum fuerit; cum bona, certa, idonea, egregia tempestas fuerit, ad nos proficiscere.

Tempestivè, in Zeiten/ zu rechter Zeit. *Syn.* Opportunè, in tempore, maturè.

Tempestivitas, tis, rechte/ bequeme und gelegene Zeit. *Syn.* Opportunitas. *Usus.* Sua cuique parti ætatis tempestivitas est data.

Tempestivus, a, um, zeitig/ bequem und gelegen. *Syn.* Opportunus. *Usus.* Mari ad navigandum nondum tempestivô solvit.

solvit. Tempestivi fructûs maturitas. Conviviis tempestivis multum tempus multi tribuunt. *V. Opportunus.*

Templum, i, Kirch / Tempel / Gottes-Hauß. *Syn.* Fanum, delubrum, locus sacer & religiosus, sacrarium, Divinum domicilium, ædes sacra, sacer locus, sacella, domus. *Epi.* Amplissimum, antiquum, sanctum & religiosum, auguratum, augustissimum, clarissimum, egregium, pulcherrimum, & magnificentissimum. Opere nobilissimum, religione sanctissimum. *Usus.* Sanctissimarum & antiquissimarum religionum templum. Templa publicè vota ac dedicata; inclytum divitiis & sanctitate templum. Dignum Augustissimi Jovis domicilium.

Temporalis, e, zeitlich / vergänglich.

Temporiùs, zeitlicher / etwas frühzeitiger. *Syn.* Maturiùs.

Tempus, oris, Zeit. R. à *temperando, quod tempus omnia temperet.* *Syn.* Qui nunc est temporis status, forma, ratio, varietas, cursus, inclinatio, perturbatio. *Epi.* & *Us.* Nunc est tempus *dubium*, formidolosum, suspiciosum, turbulentum, cæcum, triste, luctuosum, difficile, durum, asperum, atrox, grave, miserum, perditum, adversum, absurdum, alienum. Quæ nunc est temporum *tristitia*, acerbitas, calamitas, atrocitas, iniquitas, invidia, injuria. Fuit nuper tempus *quietum*, tranquillum, optatum, optimum, liberum, vacuum, commodum, opportunum. Tempus alicui ad *colloquium dare*, constituere, designare. *Appropinquat*, venit, accedit tempus rem exequendi. Tempus est, ut rem exequamur. In quæ reipublicæ tempora incidimus s. incurrimus. Adeundi aliquem tempus scitè *capere*, observare, arripere. Ad litteras scribendas vix mihi tempus *sumo*, habeo, nanciscor; vix per negotia tempus mihi datur. In bonis litteris tempus omne *pono*, traduco, transmitto, consumo, contero; tempus omne bonis litteris do, transcribo. Vide, ne opportunum tempus *prætermittas*, omittas, dimittas, remittas, intermittas; frustrà tempus perdas; nugis tempus eximas. *Præteriit*, abiit tempus illud beatum. Egeo tempore, tempore excludor ad scribendum. Nec revocari, nec recuperari amissum tempus potest. Tempori, ac necessitati *serviendum*, cedendum, parendum, assentiendum. Temporis causâ faciendum aliquid, politici omnes docent. 2. *Tempore*, opportunè, per tempus, in tempore, ad tempus, tempore venisti. Ab eo tempore, ex eo tempore dèclinare cæperunt omnia. Ex tempore dicere. *Phras. Tempus alienum, parum opportunum.* Alienô tempore reverteris. In alienum tempus cadit reditus tuus. Tuum reditum minimè tempus postulat. Tuum reditum ratio temporis improbat ac dissuadet. Non erat, cur hoc tempore redires. Minime convenit cum tempore tua reversio. Si temporis rationem spectâsses, redeundi consilium non cepisses, aut susceptum abjecisses, improbâsses, vituperâsses, damnâsses; ineptum, absurdum, aversum à ratione, planè stultum judicâsses. Non redis oportunè. Revertendi maturitas nondum erat.

Tempus miserum: Nemo est, cui rectè sit in hoc temporum miserrimo statu. Nemo est, cui rectè sit in hoc tam misero temporum statu; in hac tam adversa, dura, iniqua temporum ratione; in hac tam infelici temporum conditione; in tanta pravitate atque improbitate temporum; in tantis temporum vitiis; in his omni calamitate, omni scelere atque flagitiô refertis temporibus; in hac omnium rerum turbatione; in hac malorum colluvie; in hac non modò virtutum, verùm etiam doctrinarum artiumq; liberalium pernicie; his miserrimis temporibus; his tam miseris, infaustis, iniquis, tam duris, improbis, perditis, tam adversis, tristibus temporibus; his tam alienis ab omni virtute, a bonis artibus, ab omni rectè vivendi ratione ac ordine temporibus.

Tempus felix: Multi cùm sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus consecuti sunt, tulerunt, nacti sunt. Multi cum sapientiam haberent nullam, summam tamen possidere in prospera fortuna; in secunda, læta, felici, optima fortuna; secundis rebus, temporibus; rebus ad voluntatem fluentibus; cùm rebus omnibus esset optimè; cùm omnia facillimô cursu procederent; jucundissimis,

mis, lætissimis, optimis temporibus crediti sunt.

Tempus breve: Breve tempus indulges, diem perexiguam præfinis. Temporis angustiis excludor, quin mandata perficiam; parvam exiguam temporis usuram concedis; in semihoræ circulum me cogis; in hac temporis exiguitate, qui tot res perficiam?

Temulentus, a, um, truncken/ voll/ däm̃isch. R. a *temetum*. *Syn.* Vinosus, ebriosus. *V. Ebrius. Vinolentus.*

Tenacitas, tis, Thorheit/ Filtzigkeit. *Us.* Aves quædam unguium tenacitate cibum capiunt. *V. Avaritia.*

Tenax, cis, zäh/ filtzig/ karg. R. à *tenendo*. *Usus.* Homo parcus & tenax.

Tendiculæ, arum, Fallstrick/ Vogelnetz/ Vogelgarn/ Strick. *Syn.* Laquei, retia. *Usus.* Aucupia verborum, & literarum tendiculæ. *V. Tarcus.*

Tendo, is, ere, spannen/ ausspannen/ strecken/ ausstrecken. R. à τείνω. *Syn.* Aliquid cogito, ad aliquid aspiro. *Usus.* Hæc jam habebamus, ad reliqua acri tendebamus animô. Ad consulatum tendere. 2. *Extendo, porrigo*, sich erstrecken/ lencken. Græcia dextram tendit Italiæ. 3. *Morior.* Insidias alicui tendere, heimlich nachstellen. Adversùs aliquem pertinaciter tendere. 4. *Fundo, diffundo.* Animum autem per totum corpus tetendit. 5. *Eo, contendo.* Romam, aliquò suum cursum tendere. Sententiæ in diversum tendebant.

Tenebræ, arum, Finsternuß/ Dunckelheit/ Düsterung. *Syn.* Obscuritas, caligo, nox.)(*Lux. Epi.* Æternæ, crassæ, diurnæ, intimæ, magnæ, opacæ, tetræ & quasi perpetuæ. *Usus.* Velut si reipublicæ offusa esset sempiterna nox, ita in tenebris jacebant, miscebantur omnia. Ex caligine & tenebris in lucem te[illegible]icere cæpit respublica. Obscuram familiam è tenebris in lucem vocare. Afferre, obducere, offundere tenebras alicui rei. Latent ista crassis occultata & circumfusa tenebris. In tenebras deprimi, in tenebris jacere, velut in gurgustio habitaret. Philosophia ab animo tanquam oculis caliginem & tenebras dispellit.

Tenebris, Nachts/ nächtlicher Weile/ im Dunckeln und Finstern. *Syn.* Nocte, noctu.

Tenebricosus, a, um, finster/ dunckel/ düster. *Syn.* Obscurus. *Usus.* Sensus tenebricosus. Libidines tenebricosæ. Reipublicæ tempus tenebricosissimum. *V. Obscurus.*

Teneo, es, ere, halten/ ergreiffen. *Syn.* Retineo. *Adv.* Acutissimè, ægrè, copiosissimè, diligenter, diù, facilè, firmiùs, maximè, mordicùs, necessariò, omninò, bene, planè, postremò, præclarè, probè, summè, jam ante, aliquando, coram, manifestò, undique. *Usus.* Cursum suum tenere; dignitatem, morem, gravitatem, statum & instituta sua tenere. Locum urbis principem, gubernacula Imperii, summam reipublicæ Provinciam tenere. Gratiam alicujus, rei alicujus memoriam tenere. 2. *Astringo, obligo*, verbinden. Votô & promissô, religione, lege, jurejurandô teneri. 3. *Obtineo, Occupo*, besitzen/ beherrschen/ inn haben/ in seiner Gewalt haben. Qui mare tenet, rerum potitur. Civitatem servitute oppressam tenere. Causam tenuit, *obtinuit*. Dominatu unius omnia tenentur. 4. *Agnosco, assequor, intelligo*, wissen und kundig seyn. Probè tenebam, quid sibi Cæsar vellit. Teneo voluntatem tuam. Aliquid animô tenere. 5. *Habeo*, tenere animum attentum ad aliquid. Tenere exercitum, fiduciam. 6. *Deprehendo, circumvenio*, tenetur in manifesto Crimine, auf frischer That ergreiffen/ ertappen. Manibus rem teneo; tenemur undique, non elabemur. 7. *Cohibeo*: einhalten. In tanto dolore lachrymas tamen tenui. Iram non tenui, quin erumperem. Vix risum tenui. 8. *Moveo, afficio, impello.* Desideriô, spe verecundiâ, studiô rei alicujus, morbô, odiô, ludis &c. teneri. 9. *Conservo.* Domum totam amicitiâ devinctam tenebam. 10. *Moror, maneo*, tempestas biduùm me tenuit, auffhalten/ verweilen. Sermone hominem in multam noctem tenui. 11. *Contineo.* Domi se, suis finibus se, aliquem in custodia tenere. Vix teneor, quin. Vix me teneo, quin.

Tener, a, um, zart. R. à τέρην. *Syn.* Mollis, tractabilis.)(*Durus & quasi ferreus.* *Usus.*

Usus. Nihil tam tenerum, tam flexibile, quod faciliùs ducatur, quòcunque ducas, quòcunque torqueas; quod magis pro arbitrio fingeretur. Oratio mollis & tenera. Animô mihi videris esse teneriore. *V. Mollis.*

Teneritas, tis, Zärtigkeit/ Zartheit. *Syn.* Mollities.

Teneritudo, inis, * Zärte/ Zärtigkeit. *Us.* Si siccitates sunt, & terra teneritudinem habet.

Tenor, is, gleichhaltende Weiß/ Thon/ Zustimmung/ Inhalt. *Syn.* Cursus, ratio. *Usus.* Juris æquabilem tenere rationem. Is unô Tenore, ùt ajunt, in dicendo fluit.

Tentabundus, a, um, * der offt und etlich mahl versucht oder probiret. *Usus.* Ventum ad angustam rupem, ut ægrè expeditus miles tentabundus, manibusque virgulta retinens se demitteret.

Tentatio, onis, Versuchung/ Prüfung. *Syn.* Commotiuncula. *Usus.* Valetudinem tuam & à vetere morbo, & à novis tentationibus confirmatam gaudeo.

Tentator, is, * Versucher.

Tento, as, versuchen/ Versuch thun/ prüfen/ erfahren. *Syn.* Attento, experior, periclitor, conor. *Usus.* Tentare leviter aliquem, quô animô ferat aliquid. Prælio belli fortunam tentare & experiri. Aliquem donis, spe, metu, armis tentare. Morbo tentari. Manu vel pede aquæ frigus tentare. *Vulg. palpare. Phras.* Omnia tentabo; vias omnes persequar, quibus putabo ad id, quod volo, posse perveniri; ad omnia nitar; nihil erit, in quo acquiescam; odorabor, quàm sagacissimè potero, omnia. Animum versabo in omnes partes, agitabo animosque tentabo omnium, sensus eorum mentesque degustabo; nihil ad summam diligentiam mihi faciam reliqui. *V. Experior.*

Tentorium, ii, Zelt/ Gezelt. *Syn.* Tabernaculum militum.

Tenuis, e, dünn/ subtil/ geringfügig. *Syn.* Exilis, parum locuples, minimi momenti, subtilis, purus.)(*Crassus, locuples. Usus.* Tenue cælum, authoritas tenuis, persona levis. In tenuissimis ac minutissimis rebus sæpè labimur. Patrimonium tenue. 2. *Pauper, vilis, obscurus, humilis.* Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ. Ordinis tenuioris homo. Tenuem victum anteferre copioso. 3. *Gracilis.* Corpusculo tenui. *Phras.* Homines tenues, obscurô locô nati, inferius hominum genus, personæ obscuræ, unus de multis, animô & fortunâ imbecilliores, infimô locô nati, humili fortunâ orti, incompti, indolati, nullius nominis aut dignitatis, contempti, in obscuro vitam agentes. *V. Vilis. Abjectus.*

Tenuitas, tis, Dünne/ Dünnigkeit. *Syn.* Gracilitas. 2. *Subtilitas.* Limata quædam rerum & verborum tenuitas. 3. *Paupertas,* Dürfftigkeit. Ex meis angustiis tenuitatem illius sustento.

Tenuiter, schlechtlich/ geringfügig. *Syn.* Angustè. pressè, Philosophorum more.)(*Copiosè.* 2. *Accuratè.* Sed illæ tenuiùs, subtiliùs, & acutiùs tractantur.

Tenùs, nahe/bis/nach. *Us.* Aurium tenùs, verbô tenùs.

Tepefacio, is, ere, warm oder lau machen/ wärmen. *Syn.* Calefacio.

Tepesco, is, ere, laulecht oder warm werden. *Usus.* Maria agitata ventis tepescunt.

Tepidus, a, um, * laulecht/ wärmlicht. *Usus.* Tepidus vapor.

Tepor, is, Lauheit/ Lauigkeit/ mittelmässige Wärme. *Syn.* Moderatus calor.)(*Ardor. Epi.* Externus, modicus. *Usus.* Tepor excitatus.

Ter, dreymahl. Tercenti, drey hundert. Terdecies, dreyssigmal.

Terebra, æ, * Bohrer. *Syn.* Instrumentum, quô ligna perforantur.

Terebro, as, * bohren/ durchbohren.

Teres, etis, rundlecht / länglich rund; nett/ fertig/ ausbündig. *Syn.* Acer, rotundus. *Usus.* Atticorum teretes aures. Plana & teres oratio.

Tergiversatio, nis, Ausflucht / Wegerung. *Syn.* Recusatio. *Usus.* Quid ergo erat moræ & tergiversationis?

Tergiversor, aris, Ausflucht suchen / sich weigern. *Syn.* Refugio. *Usus.* Invitum, æstuantem, & tergiversantem ad dicendum coëgi. Quid taces? quid dissimulas? quid moraris? cunctaris, tergiversaris? non est locus ad tergiversandum. *V. Nolo. Invitus.*

Tergo, is, ere, säuberen/ reinigen. *Syn.* Abstergo. *Usus.* Qui tractant ista, qui tergunt,

tergunt, qui ungunt, verrunt. Quasi fuligine abstersâ.

Tergum, i, der Rucken. *Syn.* Tota posterior corporis pars. *Usus.* A tergo adoriri aliquem, vel circumvenire. Terga vertere, in fugam abire. Hostem à tergo interclusum relinquere. Insequitur nos a tergo senectus, nec opinantes assequitur.

Terminatio, onis, Endung/ Endigung. *Syn.* Finis, mensura, modus. *Usus.* Versus inventus est terminatione aurium. Terminatio rerum expetendarum.

Termino, as, enden/ endigen. *Syn.* Determino, concludo, claudo, definio, religionibus aliquibus definio, regionibus circumscribo. *Usus.* Imperium Rom. non terræ, sed cæli regionibus terminatur. Iisdem finibus vitam & gloriam suam terminare. Epicurus bona voluptate terminavit.

Terminus, i, Marckstein/ Gräntzstein. R. *τέρμων, extremitas* *Syn.* Finis, regio. *Epi.* Certi, modici. *Usus.* Jus suum nullis terminis ac finibus circumscribere, definire. Termini, quos Socrates pepigit, constituit. Certos mihi fines, terminos, cancellos constituam, extra quos non egrediar.

Ternus, a, um, drey/ je drey/ drey und drey. *Usus.* Terna, aut bina, aut singula verba dicere.

Tero, is, ere, reiben/ zerreiben. *Syn.* Mollio, consumo. *Usus.* Terere in nugis discendis omnem ætatem. Verbum vulgari sermone tritum.

Terra, æ, die Erde/ der Erdboden/ Erdreich. *Syn.* Globus terræ, humus, tellus, solum, medius mundi locus. *Epi.* Altrix, angusta, beata, colens, cuncta, effectrix, facunda, fæta, horrida, hostilis, immanis, immobilis, infirma, ingrata, lata, mater omnium, media, misera, parva, solida, globosa, tota, vestita floribus, universa, aliena, aspera, continens, disjuncta, extrema, mortifera. *Usus.* Terra mater omnium, vestita floribus, herbis, arboribus; conquirere aliquem terrâ marique, Romam terrâ petere, iter facere *vulg. per terram.* A terra solvere, navim ad terram deligare, religare. Ad terram aliquid abjicere, affligere. Terram aratro proscindere, discindere, subigere. 2. *Orbis inter homines.* Homini nihil in terris simile. 3. *Regio.* In terra hostili; ex ultimis terris profectus. Nostra sunt maria & terræ.

Terræmotus, ûs, Erdbiedem/ Erdbeben/ Erschütterung des Erdbodens. *Epi.* Horribilis, magnus, usitatus. *Usus.* Animos terreri terræmotibus, vastitate pestilentiæ. Sicilia magnis terræ motibus conquassata est, contremuit; multa tecta vi terræmotibus cecidêre; multa oppida corruere, multis locis labes facta, terræ desedêre, flumina in contrarias partes fluxêre. Cum terræ sæpè fremitus, sæpè mugitus, sæpè motus prædixerint. *Phras.* Horribilis terræ motus in Sicilia factus nunciatur, adeò, ut in agris tecta corruerent, multarum urbium magnæ partes prosternerentur, cursu rapidò averterentur amnes, montes lapsu ingenti proruerentur, ventis per cava terræ citatis rupti aliquot montes tumulique siderent.

Terrenus, a, um, irdisch. *Syn.* Terrestris. *Usus.* Humor maritimus & terrenus. Terrenis & concretis corporibus sunt intersepta. Terrenum genus principiorum.

Terreo, es, ere, einen Schrecken einjagen/ einen schüchtern machen/ erschrecken. *Syn.* Terrorem affero, terrorem infero, injicio; metum affero, infero, facio. *Adv.* Minaciter, vehementiùs. *Usus.* Non me terrent ista, quæ ad timorem mihi proponuntur. Suæ quemque conscientiæ, animi terrent. *Phras.* Ea me vox, ea res vehementer terruit animos, seu formidine oppressit; percussit me ea vox; id fulmen, ejus vocis terror in animis auribusque meis versatur. Res inopinata valdè me perculit, magnum metum incussit, multum trepidationis fecit. Maximus terror animos agitabat; terrorem subita res præbuit, excivit; pavore me exanimavit; subitum pavorem effudit, metu territavit, in timorem dedit, animum graviter percussit. Magnoperè territi sumus; novô quôdam terrore ac metu permoti, concitati, obstupefacti, perterriti, perculsi fuimus. Lingua obmutuit, manus obtorpuit, mente debilitatâ metu concidimus, totô corpore perhorruimus; oculi, vultus, verba cecidêre; mente concidimus; nemo fuit tantâ confidentiâ, quin ti-

mido sanguis refugeret, & metu exalbesceret. Ultimò metu perfusi sumus, tot terroribus ostentatis; tot undique terricula, tanti terrores circumitabant; perlatus est ad omnes terror; circumfuso undique pavore ita obtorpuere, ut nemo dicere, quod in rem esset, nec audire posset; nec inops modo consilii, sed vix mentis compos esset. Præsens timor adeò animos occupaverat, ut propè alienatâ mente crederentur; lymphati omnes trepidare cæperunt, omnium pectora occultô metu pervadente, vox omnes & sanguis defecerat.

Terrestris, e, irdisch. *Syn.* Terrenus. *Us.* Terrestre præsidium.

Terribilis, e, erschröcklich/ grausam/ greulich. *Syn.* Horribilis, horrendus. *Usus.* Pompeji virtus terribilior Romanis, quàm exteris gentibus.

Terriculum, i, * Schreck-Bild/ Scheusal. *Syn.* Quod terrorem injicit.

Terrificus, a, um, * der Schrecken macht/ schrecklich. *Syn.* Quod terrorem incutit.

Territorium, ii, Gebiet/ Bezirck einer Landschafft und Bottmässigkeit. *Syn.* Terra, ager. *Epi.* Atriale. *Usus.* Florentis coloniæ territorium minuitur.

Terror, is, der Schrecken/ entsetzliche Furcht. *Syn.* Minæ. *Epi.* Barbarus atque inanis verborum, immanis, implacabilis, militaris, nocturnus, novus, sempiternus, summus, tantus, tribunitius, mitus, mediocris. *Usus.* Is nuntius magnum terrorem nobis obtulit, attulit, intulit, incussit, injecit, magno terrori fuit. Terrores minasque jacere, spargere. *V. Terreo.*

Tertianus, a, um, dreytägig/dreytäglich/ übern dritten Tag kommend. *Usus.* Febres tertianæ.

Tertiò, zum drittenmahl/drittens. *Usus.* Iterum ac tertiò.

Tertius, a, um, der Dritte.

Teruncius, ii, ein kleiner Pfenning. *Syn.* Nummulus. *Usus.* Ne teruncii quidem sumptus mei causâ factus est.

Tessera, æ, Würffel/ Losung/ Warzeichen. *Syn.* Talus. *Usus.* Pila, tesseræ, tali; quid enim sors? idem quod talos jacere, quod tesseras. Talos & tesseras relinquere.

Testa, æ, ein Topff/ irden Geschirr/ Hafen. *R. q. à* torrendo. *Epi.* Nativa. *Syn.* Concha, & fas fictile.

Testamentarius, ii, Verfälscher und Bekräfftiger des Testaments. *Syn.* Subjector testamentorum.

Testamentarius, a, um, zum Testament dienlich und gehörig. *Usus.* Lex testamentaria.

Testamentum, i, Testament/ letzter Wille. *Syn.* Suprema voluntas; voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod post mortem nostram fieri voluerimus. *Epi.* Falsum, firmissimum, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum, irritum, ruptum, ratum. *Usus.* Testamentum *facere*, conscribere, componere, obsignare; testamento aliquid alicui relinquere. Testamentum falsum *supponere*, testamentum subjicere. Nefas est testamenta mutare, rumpere, inducere, irrita facere, voluntates mortuorum evertere. Qui factionem testamenti non habuerit. *V. Hæreditas.*

Testatus, a, um, bezeuget/ bewährt/ bestärckt/ bekräfftigt. *Syn.* Exploratus, ratus, indubitatus. *Usus.* Nihil dixi, nisi notum & testatum. Ut res multorum oculis fieret testatior. Res certissimis monumentis testata.

Testificatio, nis, Zeugnus/ Bekräfftigung/ Bezeugung. *Syn.* Testimonium, formula testimonii. *Epi.* Summa, sempiterna. *Usus.* Manebit hujus tui facti testificatio sempiterna. Chirographa, testificationes, indicia, quæstiones. 2. *Affirmatio privata.* Cum summa testificatione suorum erga me meritorum.

Testificor, aris, bezeugen/ Zeugnus geben und ertheilen/ bewähren. *Syn.* Testor, attestor, notum facio, testimonium dico, testibus firmo. *Usus.* Id feci testificandi amoris mei causâ. Hæc in maxima hominum frequentia testificabatur.

Testimonium, ii, Zeugnus Bekräfftigung/ Bewährung/ Bestärckung; Kundschafft. *Syn.* Judicium, jurejurando devincta authoritas. *Epi.* Acerrimum, debitum, divinum, exploratum, externum, falsum, firmum, gratum, grave, improbum, inimicum, majus, mutuum, præclarum, proprium, publicum, sempiternum, totum,

vehemens, divinum, tacitum. *Us.* Testimonium secundùm fidem & religionem gravissimè dicere, pro testimonio dicere, testimonium innocentiæ alicui tribuere, impartiri. Sunt in eam rem multa testimonia. Refellere, refutare, elevare testimonia. Eòdem is convertit aculeos testimonii sui. Causa ejus gravissimorum virorum testimoniis communita est.

Testis, is, ein Zeug. R. ἀθέσθαι, τίθεσθαι, *deponere.* *Syn.* Testimonium, author, laudator, obsignator. *Usus.* Testes locupletes, idoneos, religiosos, integros, incorruptos, gravissimos, aut contra diobolares, falsos, fictos, conjuratos, ab religione remotos, mercenarios *adhibere*, citare, proferre, edere, producere. Testis ac spectator vivus ac præsens. Testis Italia tota est. Clarissimæ victoriæ testes. *Phras.* Ejus rei multos testes habeo, qui se non opinari, sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicent. Rem testibus planam faciam; testem citabo totam domum; ejus rei auctores testesque optimos dabo.

Testor, aris, bezeugen / bekräfftigen / bewähren / bestärcken. *Syn.* Doceo, significo, ostendo, demonstro, imploro. *Usus.* Ejus artificium operis artificis peritiam testatur. 2. *Invoco, obtestor, testem voco.* Deos testor, omnesque homines. Vestram etiam conscientiam imploro, testorque. 3. *Testamentò decerno.* Possitne quis de se testari?

Testudo, inis, Schild-Kröte; Gewölbe. *Syn.* Animal crustâ tectum, tardum. *Epi.* Fluviatilis. *Usus.* Testudo capite brevis, cervice anguinâ, aspectu truci. 2. *Concameratus & fornicatus locus.*

Teter, a, um, schändlich / scheußlich / greulich / garstig. *Syn.* Fædus, flagitiosus.)(*Clarus.* *Usus.* Quô nihil teterius, fædius, truculentius, aspectu terribilius, immanius reperiri potest. Omni diritate atque immanitate teterrima bellua.

Tetrè, schändlich / scheußlich / greulich. *Syn.* Fædissimè, impurè.

Texo, is, ere, weben / wircken / flechten / stricken. R. a τάσσω, *ordino.* *Syn.* Detexo, prætexo, contexo. *Usus.* Quid araneæ texerent? 2. *Necto.* Stoici ipsi sibi plagas texuêre. Festivè crimen aliquod contexere. 3. *Lucubror, compono.* Pertexe, quod orsus es.

Textilis, e, gewircket / gewebet / geflochten. *Syn.* Textus. *Usus.* Textile stragulum.

Textor, is, ein Weber / Wircker.

Textrina, æ, Weber-Stuben / des Webers Werckstatt. *Syn.* Textoris officina, textrinum.

Textum, i, * Wubb / Gewebe / Webwerck / Flechtwerck. *Usus.* Clypei textum.

Thalamus, i, * der Ehe-Leuthen Cammer / Ehe-Bett. *Syn.* Conjugis utriusque cubiculum.

Theatralis, e, zum Schau-Spiel gehörig. *Usus.* Theatrales, gladiatoriique consessus.

Theatrum, i, Schau-Platz. R. ἀ θέαθρον. *Syn.* Cavea. *Epi.* Bellum, commune, frequens, refertissimum celebritate, eruditissimum judiciô, magnitudine amplissimum, vacuum. *Usus.* Theatra tota reclamant; idquè frequenti theatrô, incredibili plausu & clamore comprobatum est. Cæsaris virtutes majoribus theatris propositæ. Me quasi in aliquo theatro orbis terrarum versari credebam. *Vid. Ludi.*

Theca, æ, * ein Futteral / Truhe / Kaste / Schachtel / Büchse. R. a θήκη. *Usus.* Theca nummaria. Thecæ valorum.

Theologus, i, Göttlicher Dingen wohl erfahren / Göttlicher Geheimnisse kundig / Gotts-Gelehrter. *Syn.* Rerum divinarum peritus. *Phras.* Nulla disciplina præstantior est theologorum scientiâ. Theologia scientias omnes nobilitate vincit; ex omnibus disciplinis nullam invenies, quæ theologiæ nobilitatem aut adæquare, aut attingere valeat. Theologia nulli scientiæ secunda, omnium prima censenda est. Nulli inferior, scientiis omnibus superior theologia est. Ut olor inter anseres, ita theologia in omnium medio scientiarum collocata eminet. Scientiarum omnium primas, primas partes, primum locum sibi vendicat theologia. Theologiæ scientiarum omnium palmam tribuere, primas dare, de-

ferre, si dignitatis ac præstantiæ ratio habeatur, necesse est.

Theorema, tis, gemüthliche Beschauung und Nachsinnung / Betrachtung. *Syn.* Percepta appello, quæ Græci theoremata.

Thesaurus, i, ein Schatz / gesammleter Reichthum. *Usus.* Thesaurum defodere, alicubi obruere; alicui de thesauris suis aliquid suppeditare. Thesaurus rerum omnium memoria.

Thesis, is, Satz / Vortrag. *Syn.* Propositum. *Epi.* Perdifficilis, politica, acuta, tenuis.

Thuribulum, i, Rauch-Faß. *Syn.* Acerra.

Thus, uris, Weyrauch. *Usus.* Thures & odores incendere.

Tiara, æ, * ein Haupt-Schmuck der Persischen Weiber / Baret / Turbant. *Syn.* Ornamentum capitis Persicarum mulierum.

Tibia, æ, Schienbein; *Syn.* Os cruris (2) eine Pfeiffe / Quer-Pfeiffe / Schalmey. *Syn.* Fistula. *Epi.* Inflata, modulata, nuptialis, tardior. *Usus.* Tibiæ modulatè canentes. Tibiarum cantu instincti pugnant acriùs. Tibiam inflare. Tibiâ, ad tibiam canere.

Tibicen, inis, ein Pfeiffer / Schalmeyer. *Syn.* Qui tibiis canit. *Epi.* Bellus, Latinus, tardior.

Tignarius, ii, Zimmermann. *Usus.* Faber tignarius.

Tignum, i, * Latte / Balcke. *Syn.* Trabs, quâ variè disposita domus extruitur.

Timeo, es, sich förchten / beförchten. *Syn.* Metuo, horreo, extimesco, pertimesco, reformido, vereor, hoc me commovet, in metu sum, afficior timore, metus animo objicitur, mente vix consto. *Usus.* Id fuit levius, quàm timui. Timeo, quemadmodum res cedat. *Thras.* Valde timet, magnum in timorem pervenit; metu suspensus, fractus & debilitatus, horrore perfusus. Tuta omnia reformidat; vix se præ formidine commovet; magnus eum metus agitat. Hæret, delirat timore; pavitat nescio quid. Totus in metu est & trepidatione. Multos ita pusilli infirmique animi videas, qui ad omnes casus extimescant; contremiscant, metu contremiscant, contremant, perterreantur, perhorrescant, exhorrescant, horreant, timore commoveantur, timorem suscipiant, metu perturbentur s. afficiantur. Multos ob animi infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem quilibet casus terret, deterret, perturbat, perterrefacit, perterret, metu afficit, in timorem conjicit, ad timorem impellit. Multis, quòd animi imbecillitate laborent, vel minimus casus metum, terrorem incutit.

Vereor, ne non optimè, quod deliberavi, succedat s. procedat. Utinam consiliô meô respondeat exitus; timeo, tamen, ne non ita sit. Timeo mei consilii qui sit exitus futurus. Quàm feliciter mihi eventurum sit ex consilio meo, planè non video. Equidem adversa metuo. Metuo, ne id consilii cæperim, quod explicare non facilè possim. Meum consilium quò sit evasurum, nescio, timeo. Consilium à me captum ut eum, quem volo exitum habeat, opto magis, quàm spero. Exitum consilii mei extimesco.

Timidè, forchtsamlich / zaghafftig / kleinmüthig. *Syn.* Ignavè, timidô animô, dubitanter, diffidenter.)(*Fidenter, animosè, fortiter.* *Usus.* Timidè ac verecundè dicere. Timidè modicèq;. Nec timidè, nec tumidè res gerendæ.

Timiditas, tis, Forchtsamkeit / Kleinmuth / Feigheit / Zaghafftigkeit / Schüchterkeit. *Syn.* Angustus & parvus animus.)(*Confidentia, fortitudo.* *Epi.* Humilis, fracta, ingenua, turpis, utilis. *Usus.* Cautio mea timiditasque in causis. Pudore quôdam & timiditate ingenuâ refugisti. Timiditati & ignaviæ militum proposita supplicia.

Timidus, a, um, forchtsam / feig / kleinmüthig / schüchtern / zaghafftig. *Syn.* Ignavus, parum animi habens, nullius animi; circumspectans omnia; quidquid increpuerit, pertimescens; diffidens, imbellis, vecors, omnia circumspiciens pericula.)(*Animosus.* *Usus.* Quæ timidô animô, humili, demissô fractôque fiunt. Timidus & cautus. *Phras.* Pusilli animi es. Exigui, infirmi, imbecilli animi es nimiùmque demissi. Infirmus ab animo es; animô jaces, langues, non viges. Jacet, languet.

guet, non viget animus tuus. Animus tibi sine animo est. Abest animus ab animo tuo. Facilè concidis, commoveris animo; roboris ac nervorum in animo tuo parum est. Animum in te requiro, desidero; umbras etiam times, trementibus labiis. Timorem prodis; nemo te meticulosior; animô es nimis timidô, ignavô, demissô; magna quâdam animi infractione, formidine, pavore timiditatem tuam ostendis. Nescio quas formidines agitando animis, ipse tibi curas & metus auges.

Timor, is, Forcht/ Feigheit / Grausen/ Kleinmuth/ Zaghafftigkeit/ Schüchterheit. *Syn.* Metus, formido.)(*Spes, animus.* *Epi.* Cæcus, domesticus, falsus, inanis, major, vetus, novus, verus. *Usus.* Fama de hostium appropinquatione civitatem maximô metu *afficit*; ingentem timorem facit, injicit, incutit; in maximum timorem cives dedit, maximo timori est. Ingenti timore *perculsa, occupata* est civitas, in maximo timore est, animi omnium ad timorem traducti; in magnum timorem venêre, se convertêre omnes. Insperata victoria timorem omnem *depulit*, eripuit. Timorem omnem deposuêre, abjecêre, timore vacui sunt, carent læti cives & alacres. *Phras.* Volo te metu liberare. Volo te metu levare; te à metu abducere, tibi metum eximere; tibi metum expellere, ejicere, auferre; animum tuum confirmare, constituere; ad fortitudinem revocare, animum afflictum excitare. Volo efficere, ne quis animum tuum metus perturbet, afficiat, commoveat, exagitet; ne quid timeas, ut omnem timorem deponas, ut audeas, ut forti animô sis, ut animô vigeas, ut à metu vaces; ut animus tuus, qui jacebat, exurgat, excitetur, erigatur; ut animus tuus se se colligat, atque confirmet; ut animus tuus roboris multum recipiat. Languet tuus animus, ego, ut valeat & vigeat, efficiam.

Tinea, æ, * eine Schabe / Motte. *Syn.* Vermiculus vestes librosque erodens.

Tingo, is, ere, färben. *Syn.* Coloro, imbuo.

Tinnio, ire, klingen/ klingeln. *Usus.* Expecto, quid ille tinniat.

Tinnitus, ûs, * Klang/ das Klingeln/ Klingen. *Usus.* Tinnitum ciere.

Tintinnabulum, i, * Klöcklein/ kleine Schelle.

Titillatio, nis, das Kützlen. *Syn.* Suavitas, motus. *Usus.* Non est in senibus tanta titillatio voluptatum.

Titillo, as, kützlen. *Syn.* Moveo cum aliqua voluptate, suavitate. *Usus.* Voluptas sensus titillat; cum suavitate quâdam affluit & allabitur.

Titio, nis, * ein gelöschter Brand / erloschener Feuer-Brand. *Syn.* Lignum adustum, quod ab igne extrahitur.

Titubanter, zaghafftiglich. *Syn.* Dubitanter, inconstanter.

Titubatio, nis, das Wancken / Zweiffel. *Syn.* Hæsitatio. *Usus.* Ut ne parva quidem titubatione aut offensione impediremur.

Titubo, as, wancken / zweiffeln. *Syn.* Hæsito, nec vox nec lingua consistit. *Usus.* Erubuisse, expalluisse, titubâsse. Si quid in bello titubatum sit. *Vid. Dubito.*

Titulus, i, Titel. *Syn.* Index. *Epi.* Indignissimus, insignis. *Usus.* Me sapientis titulus delectat. Titulum consulatûs vix sustinet; Regis titulum sibi adscribere. Inscriptio & titulus libri. Honoris titulos vestros & nomina nunquam sum admiratus.

Toga, æ, ein Römischer Rock in Friedens-Zeit.)(*Sagum.* *Epi.* Felix, parva, pulla, purpurea, texta, virilis, pura. *Usus.* Toga pacis est insigne & otii. Virilem togam sumere, assumere, induere.

Togatus, a, um, mit einem solchen langen Rock bekleidet. *Usus.* Quasi unus è togatis.

Tolerabilis, e, erträglich / erleidlich. *Syn.* Vendibilis, probabilis, non contemnendus, patibilis.)(*Impatibilis.* *Usus.* Vix singulis ætatibus singuli tolerabiles Oratores. Tolerabili fænore solvere. Tolerabilis conditio.

Tolerabiliter, leidentlich / erträglich. *Syn.* Toleranter. *Usus.* Dolores tolerabiliter ferre.

Toleranter, leidlich / erträglich. *Usus.* Toleranter dolorem pati.

Tolerantia, æ, Gedult / Erdultung / Vertragung. *Usus.* Tolerantia rerum

rum humanarum, contemptio fortunæ.

Toleratio, nis, Erleidung / Vertragung Erdultung.

Tolero, as, erleiden / erdulden / vertragen / überstehen. *Syn.* Fero, patior, perfero, obduro, sustineo, sustentio, haurio. *Usus.* Forti animô militiam, hyemem, fortunam adversam toleraré. Latrociniis vitam, castaneis famem tolerare. *V. Patior.*

Tollo, is, ere, auffheben / wegschaffen / wegräumen. *Syn.* Aufero, detraho, deleo, extinguo, removeo, eximo. *Adv.* Celeriter, funditùs, obscurè. Omnino, perfacilè, rectè. *Usus.* Memoriam alicujus rei, alicujus acta funditùs delere, & tollere. Suspicionem, discordias è civitate tollere. Dubitationem mihi omnem sustulit. 2. *Laudo, extollo, attollo*, erheben / loben. Risum, cachinnum, clamorem maximum sustulêre. Phaëton in currum Patris sublatus. *V. Aufero.*

Tondeo, es, ere, scheren / abscheren. *Us.* Dionysius ne collum tonsori submitteret, tondere filias docuit.

Tonitru, der Donner / Donner-Wetter. *Syn.* Aëris sonitus. Cælestis clamor. *Usus.* Tonitrua jactusque fulminum quis non extimescit? Cælum tonitribus contremit. *V. Tempestas.*

Tono, as, donneren. *Usus.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum fuerit aliquid de cælo.

Tonsillæ, arum, Mandlen / Hals-Drüsen. *Syn.* Glandes ad radicem linguæ.

Tonsor, is, Scherer / Barbierer.

Tonsorius, a, um, zum Scheren gehörig. *Usus.* Cultri tonsorii, Scher-Messer.

Tonstrina, æ, * Barbier-Stuben / Scher-Stube. *Syn.* Locus, in quo tonderi solet.

Topiaria, æ, die Kunst Lust-Gärten zuzurichten / Wissenschafft der Lustgärtnerey. *Syn.* Topiariam facere.

Topiarium, ii, Garten-Zierd / Lust-Garten-Werck. *Syn.* Opus ex arbore vel frutice factum, variè inflexis, detortisque ramis ad speciem, decoremque hortorum.

Topica, orum, ein Theil der Aristotelischen Logica. *Usus.* Aristotelis topica.

Toreuma, tis, erhobene oder gegrabene Arbeit / Dreher- oder Schnitz-Werck. *Syn.* Opus tornô factum. *Epi.* Nova, pretiosa. *Usus.* Pretiosa toreumata artificis manu facta.

Tori, orum, die Fleischmauen oder Musculen / der Vörder-Arm. *Syn.* Lacerti. *Usus.* O pectora! O terga! O lacertorum tori!

Tormentum, i, Pein / Folter / Quaal / Schmertzen. *R. q.* torquementum, *a* torquendo. *Syn.* Cruciatus, supplicium, equuleus. *Epi.* Acerrima, graviora, varia. *Usus.* Tormenta ad exprimendam veritatem adhibemus, nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur. Vi tormentorum adducti servi. 2. *Machina bellica*, Geschütz. Tormentis muros verberare, disturbare. *V. Cruciatus.*

Tormina, um, Bauch-Grimmen / Leib-Grimmen. *Syn.* Intestinorum gravis morbus & dolor. *Usus.* Fortem se in torminibus præbere.

Torminosus, a, um, dem Grimmen unterworffen. *Usus.* Torminosi, gravedinosi.

Torno, as, drehen / drechseln. *Syn.* Polio, quasi tornô facio. *Usus.* Deus mundum ita tornavit, ut nihil possit fieri rotundius.

Torpedo, inis, Glieder-Krampff / Trägheit / Lässigkeit / Faulheit. 2. Piscis genus, torpore alios afficiens, Krampff-Fisch.

Torpeo, es, ere, erstarren. *Syn.* Obtorpeo. *Usus.* Epicurei Deum feriatum cessatione volunt torpere. *Vid. Langueo.*

Torpor, is, Trägheit / Einschlaffung und Erstarrung der Glieder / Glieder-Krampff. *Syn.* Stupor.

Torquatus, a, um, der mit einer guldenen Kette oder Hals-Schmuck gezieret ist. *Usus.* Torque hosti detractô Torquati nomen invenit Manlius.

Torqueo, es, ere, drehen / biegen / kehren / lencken. *Syn.* Flecto, intorqueo. *Adv.* Acriter, diu, vehementer, mirificè. *Us.* Terra se circa axem convertit & torquet. Aliquid ad suum commodum torquere. Opinionum vanitas torquet, ac flectit imbecillitatem animorum, quòcun-

cunque cœperit. Versare suam naturam, regere ad tempus huc illucque torquere. 2. *Vexo, ango*, peinigen/martern/ quälen / foltern. Torquent te libidines tuæ, laudes meæ. 3. *Iaculor*. Torquere hastas amentatas. *Phras*. Ni fateatur, torquebitur; in cruciatum maximum dabitur. Tormentis vehementissimis ex eo quæretur; tortores ac tormenta ipsa erant defessa; verberibus, tormentis, igni fatigabitur, omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciabitur, lacerabitur; metu tormentorum admotô vera fatebitur; tormentis exprimetur veritas. *V. Flecto*.

Torpidus, a, um, * krämpffig / starrig/ träg/ hinlässig/ eingeschlaffert. *Usus*. Somnô torpidus. Ea res stupore ac miraculô torpidos defixit. *Vid. Obstupefacio*.

Torques, is, Hals-Ketten/Hals-Band/ Hals-Geheng oder Schmuck. *Syn*. Monile, colli ornamentum. *Usus*. Aliquem phaleris & torque donare.

Torrens, tis, rauschender Regen-Bach/ Gieß-Bach. *Syn*. Fluvius imbri crescens, qui è montibus lapsus rapidè fertur. *Usus*. Cùm fertur quasi torrens oratio.

Torreo, es, tröcknen/ dörren/ dürr oder trocken machen. *Syn*. Exuro. *Usus*. Solis ardore, succensis ignibus torreri.

Torridus, a, um, ausgedörret / ausgetrocknet. *Syn*. Perustus, aridus. *Usus*. Homo macie torridus.

Tortor, is, Folterer/ Peiniger/ Quäler. *Syn*. Carnifex.

Tortuosus, a, um, schlänglicht gekrümmet/ in die Quer hin und her gebogen. *Syn*. Flexuosus, aduncus. *Usus*. Sonus ex tortuosis locis & inclusis refertur amplius. 2. *Difficilis, insuavis, arduus*. Multiplex & tortuosum ingenium. Multa objecit obscura & tortuosa.

Torvè, * scheelsichtig / sauersichtig/ greulich.

Torvus, a, um, schillsichtig/sauersichtig/ mürrisch/ scheußlich/ gräßlich. *Syn*. Horribilis.

Tot, so viel.)(*Quot*. *Usus*. Tot homines, tantus populus, tanta servorum examina.

Totidem, eben so viel. *Syn*. Par numerus. *Usus*. Hunc ego locum totidem verbis è Græco transtuli.

Toties, so offt.)(*Quoties*.

Totus, a, um, gantz/gantz und gar. *Syn*. Omnis, cunctus, universus, omnes partes, plenus, integer, solidus.)(*Pars*. *Usus*. Tota Respublica, omnis Italiæ pubes, cunctus populus, universus Senatus. Totus est mihi deditus, totum se mihi tradidit. Totus ex mendaciis & fraude factus. Ex toto id non intelligo.

Trabalis, e, zum Balcken gehörig. *Syn*. Robustissimus, *Usus*. Beneficium trabali clavô figere decet.

Trabea, æ, eine gewisse Kleider-Tracht und Gewand. *Ep*. Vestimenti genus. *Usus*. Auguralis, regia trabea.

Trabeatus, a, um, angethan mit einem königlichen oder herzlichen Gewand. *Syn*. Trabea indutus.

Trabs, is, ein Tram/Balcke. *Usus*. Abiegnæ trabes.

Tractabilis, e, das sich handthieren läßt/ geschlacht/ gediegen / biegsam. *Syn*. Quod sub tactum cadit. *Usus*. Corporeum & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est, quod natum est. 2. *Lenis, mollis, facilis, flexibilis*. Virtus in amicitia lenis est, & tractabilis. Nihil illô tractabilius. *V. Lenis*.

Tractatio, nis, Handlung / Verhandlung/ Abhandlung. *Syn*. Usurpatio, usus, tractatus, explicatio. *Epi*. Digna, salutaris, varia. *Usus*. Qui in armorum tractatione versantur. Tractatio litterarum mihi salutaris. In usu & tractatione dicendi.

Tractatus, ûs, Handlung/ Abhandlung/ Verhandlung. *Syn*. Tractatio. *Usus*. Ipsarum artium tractatu delectari.

Tractim, zugweiß/ ohn Unterlaß/ in einer langen Reihe. *Syn*. Longô tractu.

Tracto, as, handlen/ handthieren / tractieren / unter Handen haben. *Syn*. Exerceo, dissero, doceo, disputo. *Adv*. Accuratè, acutè, asperè, comicè, crudeliter, cupidè, diligenter, disertè, divinitùs, facilè, gravius, hilarè, honestè, honorificè, improbè, ingeniosè, insidiosè, lautè, leviter, leniter, liberaliter, minutim, modicè, nefariè, præclarè, publicè, remissè, sceleratè, studiosè, subtiliter, tenerè, commodè,

cumulatè, benè. *Usus.* Tractare & agere causas amicorum. Artem geometricam, historiam tractare. Pecuniam publicam tractare. 2. *Accipio, excipio, cum aliquo ago.* Liberaliter, insidiosè aliquem tractare. Animos tractare & permovere voluntates eloquentiâ. 3. *Tango*, manu tractare. 4. *Me gero.* Ita me in Republica tractabo. *Phras.* Rectè id argumentum tractabamus, persequebamur, in manibus habebamus, in eo argumento versabamur. Id argumentum versabamus, multis eam rem sermonibus jactabamus, de ea re commodè disputabamus.

Tractare bene. Præstanti ac singulari fide me tractavit, omni me comitate complexus est; leniter me clementerque, quin ornatè & cumulatè accepit; victu me cæterisque rebus liberalissimè, commodissimeque habuit; liberaliter, indulgenter me coluit; omni honestô cultu habuit; lepidè, nitidèque me accepit; honestè, comiter ad se me accepit. Nemo unquam prolixiùs, lautiùsque me habuit.

Tractare malè. Subcontumeliosè me tractavit; summâ simulatione amoris me insidiosissimè tractavit; asperrimè, improbissimè me habuit. Libidinosè & crudeliter in me consuluit; servilem in modum laceravit me conviciis, pessimè me mulctavit; omnes ab eo acerbitates & contumelias pertuli; maximum apud eum infortunium inveni; malis me modis ac miseris mulctavit; indigna in me exempla edidit; nec humaniter me, nec amicè accepit.

Tractus, ûs, Strich Landes. *Syn.* Regio. *Epi.* Celeberrimus, varius, levis, totus. *Usus.* Tractus ille Venafranus. 2. *Cursus, fluxus* tractu orationis leni & æquabili uti.

Traditio, nis, Ubergab / Ubergebung. *Usus.* Abalienatio est rei suæ traditio.

Trado, is, ere, übergeben / dargeben / darreichen. *Syn.* Do, exhibeo, dico. *Adv.* Atrociter, bene, egregiè, etiam, festivè, gratis, Græcè, honestè, subtiliùs, penitùs, expeditiùs, furtim, Latinè, verè. *Usus.* Se, sua omnia alicui in fidem, in potestatem, in deditionem, in disciplinam tradere; se quieti, voluptati, libidinibus tradere. Bellum, provinciam successori tradere. 2. *Doceo, demonstro, dico, prodo.* Artem dicendi discipulis, alicujus gesta litteris, posteris, memoriæ posterorum, monumentis litterarum tradere. Memoriæ traditum est. Ea doctrina per manus, de manu in manum tradita ad nos pervenit. *Phras.* Urbem hosti victori tradere; in possessionem urbis victorem admittere; victoris imperio ac potestati se dedere; in fidem ac potestatem victoris se committere; urbem sine ulla dimicatione hosti in manum tradere; se in deditionem permittere, animos ad deditionem flectere; divina humanaque omnia, urbem ac liberos in ditionem atquè arbitratum victori dedere. *V. Deditio.*

Traduco, is, ere, hinüber führen. *Syn.* Confero, converto, flecto. *Adv.* Paulisper, aliò, tranquillè, eleganter. *Usus.* Animum alicujus à metu ad spem, ab improbitate ad virtutem, ab iracundia ad sedationem traducere. 2. *Adduco*; traducere aliquem ad se. Copias, flumen traducere. 3. *Protraho, duco.* Vitam otiosam, ætatem ludô traducere. Aliquem per ora hominum traducere. *V. Irrideo.*

Traductio, nis, Veränderung / Hinbringung. *Usus.* Traductio temporis.

Traductor, is, Veränderer / der verändert. *Usus.* Traductor ad plebem.

Tradux, cis, ein Wein-Reb / Baum- oder Reb-Schoß zum Versetzen / Setzling. *Syn.* Stirps vitis vel arboris, aliò traducta.

Tragicè, ernstlich und greulich. *Syn.* Sublatè, amplè.

Tragicus, a, um, zu ernstlichen und traurigen Schau-Spielen gehörig. *Usus.* Poëta tragicus.

Tragœdia, æ, ein traurig und ernstlich Schau-Spiel. *R. à* τράγος, *hircus, &* ᾄδω, *cano, quia in bacchi honorem fabula canebatur, cujus victima hircus, qui victoribus in præmium dabatur.* *Usus.* Tragœdiam facere, scribere, absolvere, agere. 2. *Transl.* Quantas tragœdias effecit, excitavit? Tragœdias in nugis agere.

Tragœdus, i, Tragödien-Spieler. *Usus.* Vox tragœdorum.

Tragula, æ, Pfeil/Geschoß. *Syn.* Teli genus.

Traho, is, ere, ziehen. *Syn.* Vi adduco, impello. *Adv.* Consultò, divinitùs, amplius, extrinsecus, leviter. *Usus.* Unô impulsu plures in calamitatem trahuntur. Trahere aliquem in invidiam. 2. *Accipio, sortior.* Ex contumelia nomen traxit; rubiginem è vetustate trahere. Aliquid à socio trahere. 3. *Produco, dò.* Bellum trahere; noctem variô sermone trahere. Curæ animos in diversa trahunt. 4. *Allicio.* Trahimur omnes laudis studiô. *V. Attraho.*

Trajectio, onis, das Uberfahren/ Ubersetzen/ Uberschiffen. *Usus.* Maris trajectio. Verborum trajectio)(*Mansio.*

Trajicio, is, ere, überschiffen/überfahren/ übersetzen. *Syn.* Transeo. *Adv.* Apertè, celeriter. *Usus.* In Græciam trajicere. 2. *Traduco*, exercitum, Rhodanum trajeci. Si Alpes trajecerit Antonius. 3. *Transilio*, Murum jaculô trajecit. *V. Transeo.*

Trajectus, ûs, die Fahrt/ Uberfahrt/ Uberschiffung. *Usus.* In trajectu Albulæ amnis submersus est.

Tralatitius, a, um, anderstwo hergenommen/ von andern entlehnet und abgeborget. *Syn.* Translativus, translatus. *Usus.* Nôsti hæc tua tralatitia.

Trames, tis, krummer Fußweg überzwerge Feld. *Syn.* Semita. *Usus.* Egressus est non viis, sed tramitibus.

Trano, are, hinüber schwimmen. *Syn.* Quasi transno, trajicio.

Tranquillè, still/ ruhig. *Syn.* Placatè, placidè. *Usus.* Placatè, placidè vitam transigere.

Tranquillitas, tis, Stille/ Ruhigkeit. *Syn.* Placatio, securitas. *Epi.* Honesta, reliqua, summa, utilis, mirifica. *Usus.* Remoti ab ambitionis studiis vitam otii, quietis, tranquillitatis, securitatis plenissimam sectati sunt, expetiêre, aucupati sunt. *Phras.* Efficiam, ut quietam vitam ducas. Efficiam, ut otiosè vivas, quietè agas, tranquillè prorsus ut agas, ut summa sit rerum tuarum tranquillitas, summa animi tui quies; ut tibi liceat otiosè vivere, s. otiosam vitam agere, peragere, ducere, traducere, vivere; facilem ut habeas & expeditum vitæ cursum, omni molestiâ vaces; ut otiô fruaris jucundissimô, commodissimô, uberrimô; ut otio tibi frui liceat. Præstabo tibi otium, ut quietam vitam, tranquillam, facilem; vitam alienam, vacuam ab omni cura; vitam omnium expertem perturbationum, vitam ab omni molestia remotam, sejunctam, segregatam, disjunctam agas. Quod DEO sit gratia, vacuus molestiis nunc quidem sum, sine periculis, sine cura, sine solicitudine. Procul absum à molestiis, extra molestiam sum, tranquillè ago. DEI benignitate factum est, ut nunc quidem omni molestiâ vacem, ut nullis angar curis, ut nullâ vexer solicitudine. DEI benignitate contigit, ut nulla meum animum paulò molestior, gravior, acerbior exagitet, vexet, perturbet, commoveat, afficiat, cogitatio. DEI benignitate fruitur animus meus tranquillitate; bene, tranquillè, commodè est animo meo; animô sum ab omni molestiâ solutô, vacuô, liberô, longè sejunctô. DEI me benignitas ab omni molestiâ liberavit, exemit; ab omni molestiâ eripuit, vindicavit, disjunxit.

Tranquillo, are, stillen/ beruhigen/ besänfftigen/zufrieden stellen. *Syn.* Placo. *Usus.* Tranquillare animos perturbatos.)(*Perturbo.*

Tranquillus, a, um, still/ ruhig. *Syn.* Quietus, securus, sedatus, placatus, lenis, placidus, omni perturbatione carens. *Usus.* Tranquillô animô esse, consistere; tranquilla & serena frons.)(*Turbulentus.* *Phras.* Vix credas, quam sit tranquillus animi mei status. Non facilè putes, ægrè possis cogitatione assequi, vix assequâre cogitatione, haud facilè comprehendas, assequi vix possis, haud facilè conjicias securitatem animi mei, æquitatem, tranquillitatem, quietem; quam tranquillô, quietô, ab omni curâ vacuô animô sim; quâ quiete fruar; quàm sit animus meus omni curâ vacuus ac liber, quàm ab omni curâ procul absit; quàm tranquillè agat, se ipsô fruatur; quàm omni vacem perturbatione, quàm sim omnis curæ expers; quam tranquillè agam, quâ meus fruatur animus tranquillitate; quæ sit animi mei tranquillitas; quàm parum animus meus curâ fluctuet, luctetur, agitetur, moveatur.

Trans, über/ jenseit. *Usus.* Cogito trans Tyberim. Trans mare fugi.)(*Citra.*

Transactor, ris, der einen Vertrag machet/ Verwalter. *Usus.* Rerum omnium transactor & administer.

Transalpinus, a, um, jenseit des Gebirgs gelegen. *Usus.* Nationes transalpinæ.

Transcendo, ere, übersteigen / ersteigen. *Syn.* Transeo. *Us.* Hoc malum transcendit Alpes.

Transcribo, ere, abschreiben/ copeyen/ abcopiren. *Syn.* Exscribo, describo. *Us.* Orationes totas suâ manu transcripsit.

Transcurro, ere, auf jenseits lauffen/ hinüber lauffen. *Syn.* Prolabor. *Usus.* Alexander & Cyrus suum cursum transcurrerant.

Transenna, æ, Schranck= oder Guckfensterlein/ vergittertes Fenster. *Syn.* Fenestra, cancelli. *Usus.* Eam copiam quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus.

Transeo, ire, durchfahren/ hinüber gehen. *Syn.* Trajicio, transmitto, transcendo, transgredior, prætervehor, trano, permeo, delabor, deflecto, abeo, defluo. *Adv.* Auspicatò, breviter, deinceps facilè, leviter, separatim, singillatim, tutò, quàm brevissimè. *Usus.* Flumen, mare transire. Ad alium sermonem transivimus; in sententiam alicujus, ad partes alterius, in alia omnia transire. Siquidem est peccare, quasi transire lineas; legem, modum transire; aliquid silentio transire. *Thras.* Cave, ne continentiæ terminos transgrediâre; ne longiùs progrediare, quàm continentiæ ratio præscribit; ne, quos tibi continentia terminos præscribit, eos transeas, transilias, trajicias; eos transgrediâre, prætergrediâre, excedas, ab iis excedas.

Transfero, erre, hinüber tragen. *Syn.* Traduco, confero. *Adv.* Acutè, altiùs, apertiùs, audaciùs verba, contumeliosè, crebriùs, tragicè, commodè, deinceps, separatim, indidem translatum verbum. *Usus.* Cùm de curriculô studiorum tuorum deflexisses, animúmque aliò transtulisses. Amorem suum, curam, laborem, studium ad aliud transferre. Culpam transferre in alium. Verba apertiùs transferre. *Phras.* Invidiam totam in me transtulit; ad me transfudit; deoneravit se, & invidiam totam ad me trajecit; ad me pertulit, traduxit; totam invidiæ molem in me derivavit. *V. Verto.*

Transfigo, ere, durchstechen/ durch und durch stossen. *Syn.* Configo. *Usus.* Hastâ transfixus, transfossus, trajectus.

Transfodio, ere, durchstechen/ durch und durch stossen. *Usus.* Fugienti latus transfodit.

Transformo, are, vergestalten / eine andere Gestalt geben. *Syn.* In aliam formam muto. *V. Muto.*

Transfuga, æ, abfällig/ abtrünnig/ Uberläuffer/ Flüchtling. *Syn.* Perfuga.

Transfugio, ere, von einem zum andern fliehen/ übergehen/ überlauffen. *Syn.* Perfugio, profugio. *Adv.* Levissimè. *Usus.* Ab afflicta amicitia ad placentem transfugere & devolare.

Transfugium, ii, das Uberlauffen/ Ubergehen/ Flucht zum Feind. *Syn.* Profugium vel defectio. *Usus.* Longiùs ab hoste abiit, ut levibus ingeniis impeditiora essent transfugia.

Transfundo, ere, aus einem Geschirr in das andere giessen. *Syn.* Transfero. *Adv.* Libenter. *Usus.* Amorem omnem abjecit, atque ad hunc transfudit. Omnes meas laudes lubens ad te transfuderim. *V. Transfero.*

Transgredior, i, übergehen/ übertretten. *Syn.* Migro. *Adv.* Inauspicatò. *Usus.* Alpes transgredi. *V. Transeo.*

Transgressio, onis, Ubertrettung. *Syn.* Transitus. *Epi.* Concinna. *Usus.* Vallum Alpium contra transgressionem Gallorum.

Transigo, ere, überein kommen/ vertragen/ eins werden/ Vergleich treffen. *Syn.* Decido; pactionem facio, conficio, facio, gero. *Adv.* Commodè. *Usus.* Transigere & decidere cum aliquo de re aliquâ. Modica pecuniâ transiges. 2. *Rem absolvo, perficio*; transigere multas res unò tempore; susceptum negotium transigere. 3. *Ago*; vitam otiosam transigere. *V. Pactum.*

Transilio, ire, überspringen. *Syn.* Migro, prætereo. *Usus.* Transilire ante pedes posita. *V. Transeo.*

Transitio, onis, Uberfahrt / Ubergang. *Us.* Transitio ad plebem. Nullis transitionibus utitur ejus oratio.

Transitus, ûs, Durchzug/ Durchgang. *Usus*

Usus. Fossæ transitum ponticulô junxit.

Translatio, onis, Ubersetzung/ Uberbringung. *Epi*. Pervia, paulò durior, liberalis, multa, verecunda, continua, frequentissima, mollissima, puerilis. *Usus*. Verecunda debet esse translatio.

Translator, is, Ubersetzer/ Uberbringer. *Us*. Translator quæsturæ.

Transmarinus, a, um, über Meer gelegen oder hergebracht.

Transmigro, are, von einem Orth in das ander ziehen/ wandern. *Usus*. Suadebat Veios transmigrandum. *Vid. Migro*.

Transmissio, nis, Uberfahrt Ubersetzung. *Syn*. Trajectio. *Epi*. Superior. *Us*. Navigationem magnoperè timebam, memor prioris tuæ transmissionis.

Transmitto, ere, durchlassen/ überfahren/ heimgeben/ übergeben. *Syn*. Transeo, trajicio. *Usus*. Cæsar in Africam transmisit secundâ navigatione. 2. *Trado*; provinciam, bellum, negotium alteri transmittere. 3. *Consumo*; Omne suum tempus amicorum temporibus transmittendum putavit. Tempus inter libros transmittere, Zeit zubringen.

Transmontanus, a, um, jenseits des Gebirges. *Syn*. Qui ultra montes habitat.

Transmuto, are, veränderen/ vergestalten. *Usus*. Transmutat in certos honores fortuna. *V. Muto*.

Transnato, are, überschwimmen/ hinüber schwimmen. *Syn*. Natando flumen transeo.

Transporto, are, überbringen/ hinüber bringen/ von einem Orth zum andern tragen. *Syn*. Trajicio, transfero. *Us*. In Macedoniam tantum exercitum transportavit. *V. Transfero*.

Transtrum, i, Ruder-Banck/ Querbanck oder Balcke.

Transvectio, onis, das Uberfahren/ Uberschiffen. *Usus*. Num te terret transvectio Acherontis?

Transveho, ere, hinüber führen/ überschiffen. *Syn*. Trajicio, Transeo. *Usus*. Mare transvehi.

Transverbero, are, durchstechen/ durchstossen. *Syn*. Transfigo. *Us*. Bestiam venabulô transverberare.

Transversus, a, um, überzwerch. *Syn*. Obliquus.)(*Rectus*. *Usus*. Multæ viæ transversæ. Ab hac lege mihi non licet transversum digitum, unguem discedere. Ecce tibi e transversô. Transversa ecce incurrit fortuna.

Transvolo, are, hinüber fliegen/ überfliegen. *Usus*. Oceanum Romæ gloria transvolavit.

Trapezophorus, i, Tischfuß oder Gestell. *Syn*. Statua sustinendæ mensæ facta.

Trecenti, æ, a, drey hundert.

Tredecies, dreymal zehen/ drey zehen.

Tremebundus, a, um, erschrocken/ zitternd und bebend/ fürchterlich. *Usus*. Vox, manus tremebunda.

Tremefacio, ere, erschrecken/ schüchter machen/ Furcht einjagen. *Syn*. Concutio.

Tremo, ere, zittern/ vor Furcht beben. *Syn*. Contremisco. *Adv*. Omninò. *Usus*. Qui tremunt & exalbescunt objectâ re terribili. Totô pectore, animô horreo ac tremo. Totâ mente, artubus omnibus contremisco. *V. Timeo*.

Tremor, ris, das Zittern/ Beben. *Usus*. Terrorem tremor & pallor & dentium crepitus consequitur. *V. Timor*.

Tremulus, a, um, zitterend/ bebend/ erschrocken/ schüchter. *Syn*. Tremens, tremebundus.

Trepidatio, onis, das Zahlen/ Zittern/ Beben/ Schüchterheit/ Schrecken. *Syn*. Metus, commotio, tumultus. *Vid. Timor*.

Trepido, are, zittern/ beben/ erschrecken/ schüchtern seyn. *Syn*. Timeo, metuo. *V. Timeo*.

Trepidè, mit Furcht und Zittern/ mit Schrecken. *Usus*. Nam & stativa trepidè deserta fuerunt. Trepidanter & timidè agere.

Trepidus, a, um, erschrocken/ vor Forcht zitterend. *Syn*. Pavidus, metuens, timens. *Usus*. Trepida res, dubia, & ob hoc timorem inducens.

Triangulus, i, Triangel/ Dreyeck. *Us*. Ex triangula, ea quadrata nominant.

Tribulis, is, Zunfft-Bruder/ Zunfft-Genoß. *Syn*. Curialis. *Epi*. Turbulentus, vicinus. *Usus*. Apud tribules suos & vicinos plurimùm gratiâ potest.

Tribunal, alis, Richterstul. *Syn*. Propriè judicis sella. *Epi*. Certum, totum, continuatum, proximum. *Usus*. Pro tribunali sedere; è tribunali sententiam pronunciare.

Tribunatus, ùs, Zunfftmeister-Amt. *Syn.* Magistratus tribunorum plebis. *Epi.* Ardens, militaris, pestifer & funestus, præclarus, tacitus, totus, turbulentissimus. *Usus.* Tribunatum petere, suscipere, seditiosè gerere.

Tribunitius, a, um, dem Zunfftmeister gehörig. *Usus.* Furor, terrores, ictus tribunitii. Tribunitia potestas.

Tribunus, i, Zunfftmeister. *Syn.* Populi defensor & custos. *Epi.* Nimium acer, vehemens, acerbus & criminosus, amentissimus, custos & defensor juris & plebis, felix, fœdissimus, fur, furiosus, horridus, improbus, inermis atque imparatus, iners, levis & non-bonus, militaris, modestus; non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius, officiosissimus, perniciosus, similis gladiatori, sordidissimus, væsanus, verus ac fortis, vigilans & accuratus, valens, vetus. *Usus.* Ut Lacedæmone ephori regibus oppositi sunt, sic Romæ consulibus tribuni. Tribunus militum.

Tribuo, ere, geben/zueignen. *R. à tribus: per tribus dare. Syn.* Do, præsto, impertio. *Adv.* Castè, exiguè, infinitè, ita multa, libentissimè, liberaliter, longè, plurimùm, multùm, nunquam tantum ætati, plurimùm, purè, rectè. *Us.* Suum cuique; opem & misericordiam miseris; honorem, officium alicui tribuere. 2. *Defero, habeo honorem, confido.* Patri tuo semper plurimùm tribui. Tribue hoc valetudini tuæ. Nimium tibi ipse tribuis. 3. *Divido.* Rem universam in partes tribuere. *V. Do, Divido.*

Tribus, ûs, Zunfft. *Syn.* Curia. *Epi.* Certa, rustica, urbana. *Usus.* Tribu certâ esse. Populum in tribus dividere. Tribu moveri.

Tributarius, ii, steuerbar/ der Steuer und Schatzung gibt. *Syn.* Stipendiarius, vectigalis. *V. Vectigalis, Subditus.*

Tributim, den Zünfften nach. *Syn.* Per singulas tribus.

Tributio, nis, das Geben/Gaab/Steuer. *Syn.* Distributio. *Usus.* Æquabilis tributio.

Tributum, i, Steuer/Tribut. *Syn.* Quod à subjectis regi, reipublicæ, domino penditur. *Epi.* Acerbissimum, intolerabile. *Usus.* Tributum *imperare*, imponere, exigere. Tributum *pendere*, ferre, solvere, conficere, conferre. Gravi tributô, & collatione iniquâ opprimi. In singula capita tributum imponere. Tributô *liberare* cives, à tributis vindicare, tributorum finem afferre. *V. Vectigal.*

Tricæ, arum, Haar oder Werck/ das den Hennen an Füssen hanget; verworrene Sachen. *Syn.* Impedimenta. *Epi.* Domesticæ. *Us.* Plus biennium in his tricis moror. *V. Nuga.*

Triceni, æ, a, je dreyßig.

Triceps, cipitis, dreyköpffig.

Tricesimus, a, um, der dreyßigste.

Tricies, dreyßigmal.

Triduum, i, drey Tag.

Triennium, ii, drey Jahr.

Triens, tis, ein Pfenning/galt den dritten Theil eines Assis.

Trieteris, idis, dreyjährige Zeit.

Trigesimus, a, um, der dreyßigste.

Triginta, dreyßig.

Trinundinum, i, dritter Tag des Jahrmarckts/ dreytägiger Jahrmarckt.

Trinus, a, um, drey/dreyfach/dreyerley.

Tripartitò, dreytheilig/ in drey Theil getheilt.

Tripartitus, a, um, in drey Theil getheilt/ drey theilig.

Triplex, icis, dreyfaltig/ dreyfach/ dreyerley.

Tripliciter, dreyfach.

Triplus, a, um, dreyfaltig.

Triremis, is, eine Galee mit dreyen Rudern auff einer Ziehbanck.

Triclinium, ii, ein Saal/ da drey Tisch voll sitzen können. *Syn.* Conclave, cœnaculum à tribus lectis sternendis, dictum. *Usus.* Tribus tricliniis accepti sumus valde copiosè.

Tricor, ari, unnütz Geschwätz treiben. *Syn.* Nugas ago, nugor. *Us.* Publius tecum tricatus est.

Tripudio, are, dantzen/ gumpen/ hüpffen und springen/ Freuden-sprünge thun. *Us.* Exultans ac tripudians.

Tripudium, ii, Dantz/ Freuden-Sprünge. *Epi.* Solistinum. *Usus.* Tripudium fit, cum ex offa aliquid in terram cadit.

Tripus, odis, Dreyfuß. *Usus.* Sacri tripodes.

Triquetrus, a, um, dreyeckigt. *Usus.* Trianguli formam habens.

Tristis, e, traurig/ betrübt. *Syn.* Mœstus, mœrens, dirus.)(*Remissus, secundus, hilaris, bonô animô.* *Usus.* Tristis & conturbatus,

turbatus, jacens & demissus domum abiit. Tristis natura & recondita. Tristissimis reipublicæ temporibus. *Phras.* Quid ita tristis es? quid angeris? quid te excrucias? cur mœrore conficeris? quid tuæ miseriæ te ita discruciant, quotidianus te mœror lacerat & conficit? cur animum ita mœrori das, luctu afflictus & confectus? quid ita in lachrymis & mœrore consenescis? quid diffidens ac desperans de rebus tuis in sordibus, lamentis, luctuq; jaces? quid tristis capite demisso terram intueris? Quid ita in domo tuâ omnia deserta, horrida, muta, plena luctûs & mœroris? Quid ita frontem contrahis? quid te in hunc mœrorem rapit, conjicit?

Tristitia, æ, **Traurigkeit/ Betrübniß/ Kumer.** *Syn.* Severitas.)(*Hilaritas*, lætitia. *Epi.* Simulata versutaque. *Us.* Aliquem ad tristitiam contorquere; lachrymis se & tristitiæ *dare*, tradere; magnam tristitiam subire; tristitiam & severitatem *mitigare*, relaxare. Absit, tollatur omnis illa superioris tristitia sermonis. Oratione aliquem à tristitiâ abducere.

Triticum, i, **Weitzen.** *Syn.* Frumentum.

Tritus, a, um, **zerrieben/ geschliffen.** *Syn.* Decantatus, contritus, pervagatus, contemptus. *Usus.* Tritum sermone & vetustate proverbium. Res trita, communis, & pervulgata. Itinere tritô incedere.

Tritus, ûs, **das Reiben.** *Usus.* Tritu & conflictu lapidis ignem elicere.

Trivium, ii, **ein Ort/ da drey Wege zusammen stossen.** *Syn.* Ubi tres viæ concurrunt. *Usus.* Arripere maledictum de trivio.

Triumphalis, e, **zum sieghafften/ triumphierlichen Einzug gehörig.** *Usus.* Porta, vehiculum, ornamentum triumphale, **Triumph u. Ehren-Pforte/ Wagen.**

Triumpho, are, **sieghafft einziehen/ triumphieren.** *Syn.* Triumphum ago, capitolium curru invehor, in capitolium cum insigni illâ laureâ invehor. *Usus.* Amplissimè atque honestissimè triumphare. Exultare lætitiâ; triumphare gaudiô. Hic exultat oratio & triumphat. Gloriosè, palàm gaudiô triumphare.

Triumphus, i, **sieghaffter Einzug/ Triumph.** R. θρίαμβος, *cum festa fronde incedens, qui mos erat triumphantium. Syn.* Corona, laurea, laurus; victoris, Ducis, vel Imperatoris pompa. *Epi.* Falsus, castellanus, justissimus & clarissimus, recens, amplissimus, certissimus & inanissimus, gratissimus atque jucundissimus, magnus, verus, justus, navalis. *Us.* Triumphum illi meritò decrevimus. Triumphum habuit, egit, deportavit. Aliquem ad triumphum devocare. Disseres de triumphô: quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum Duces? quid simulacra oppidorum? quid argentum? quid aurum? quid Legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per urbem? quid si lauream insignem tibi deferamus; tecum triumphantes urbem ineamus; tuum sequentes currum ovantes, gratantesque Jovis templum adeamus?

Triumviratus, ûs, **Amt oder Gewalt der Dreyherren.** *Syn.* Triumvirûm Magistratus.

Triumvir, iri, **einer der dreyen Gewaltsherren zu Rom.** *Epi.* Capitales. *Us.* Triumviri capitales.

Trochus, i, **ein Topff Kreusel/ Treibhorn.** *Syn.* Turbo, quô lusitant pueri. *Epi.* Frequens.

Trophæum, i, **vom Feind eroberte Waffen/ Siegszeichen.** *Syn.* Victoriæ monumentum. *Us.* In Macedonia trophæa posuit, statuit, constituit, quæ bellicæ laudis victori æquè insignia ac monumenta sunt. Urbs trophæis ac triumphis ornata & ditata.

Tropus, i, **Wechsel-Rede.** *Syn.* Modus.

Trucidatio, onis, **Mörderey/ greuliche Hinrichtung.** *Syn.* Cædes, clades. *Usus.* De Clodianis lapidationibus, insidiis, trucidationibus.

Trucido, are, **greulich hinrichten oder tödten.** *R. truciter cædo. Syn.* Pluribus vulneribus concido. *Adv.* Crudelissimè. *V. Interficio.*

Truculenter, **grausamlich/ mörderischer weiß.** *Usus.* Atrociter & truculenter se gerere.

Truculentus, a, um, **grausam/ mörderisch.** *Syn.* Terribilis aspectus, nefarius, atrox, trux. *V. Crudelis.*

Trudo, ere, **mit Gewalt stossen.** *Syn.* Impello. *Usus.* Ad mortem, ad supplicium trudi se videbat.

Trulla, æ, Trinckgeschirr. *Epi.* Excavata, gemmea.

Truncus, i, Stock. *Syn.* Stipes. *Epi.* Tantus, tutior, totus. *Us.* In arboribus truncus, rami, folia. 2. *Stolidus.* Qui hic truncus & stipes consulatum sustineat? Truncus corporis.

Trutina, æ, Waag. *Syn.* Statera. *Epi.* Popularis. *Usus.* Aliquid populari staterâ examinare.

Trux, cis, grausam. *Syn.* Truculentus, atrox. *V. Crudelis.*

Tu, du. *Syn.* Persona tua.

Tuba, æ, Trommete/ Posaune. *Syn.* Buccina. *Usus.* Tubæ sonitum in bello non fert. Tubâ, ad tubam canere. Tubam inflare.

Tuber, eris, Geschwulst. *Syn.* Terræ callus, tumor.

Tubus, i, Teuchel/ Brunnen-Röhre. *Syn.* Fistula. *Usus.* Ductus aquarum, quos illi tubos vocant.

Tueor, eri, behüten/ beschützen/ bewahren. R. *τηρέω*, *servo.* *Syn.* Tutor, conservo, servo, custodio, foveo, præsideo.)(*Derelinquo.* *Adv.* Castissimè, commodiùs, demissè, diligenter, facilè, flagitiosè, fortiter, honestissimè, lautiùs, malè, maximè, meliùs, mirificè, parum, perfacilè, præclarè, privatim, prudenter, publicè, rectè, sanctissimè, vigilanter, munificè & æque, admodum. *Usus.* Tueri munus officii, mediocritatem in omnibus rebus, societatem conjunctionis humanæ. Hunc Cæsar omnibus præsidiis tuetur ac defendit. Rem familiarem, gratiam & authoritatem suam tueri, & conservare. *Phras.* Eum, quæso, omnibus modis tuêre; sartum tectum, ùt ajunt, ab omnique incommodô, detrimentô, molestiâ sincerum integrumque conserves; in omnibus rebus tegas; eum in præsidiô ac tutelâ authoritatis tuæ latére patiaris; ejus salutem tuâ benevolentiâ, præsidiô, custodiâ tuteris; ejus capitis custodiam nunquam dimittas; sine tuâ procuratione, tuitione salvum esse non posse existimes. *V. Defendo. Faveo. Foveo.*

Tugurium, ii, Baurenhütte/ Bauernhauß. *Syn.* Habitatio rustici.

Tuitio, onis, Schirm und Schutz. *Syn.* Custodia.

Tum, dazumal/ weiter. *Syn.* Tunc, parum, modò. *Usus.* Quid tum inde. Cùm alia multa, tum hoc maximè. Tum Græcè, tum Latinè. Modò unum, tum plures video.

Tumeo, ere, geschwellen/ auffschwellen/ auffgeblasen seyn. *Syn.* Turgeo, turgesco, in tumore sum. *Adv.* Penitius. *Usus.* Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet; negotia tument.

Tumidus, a, um, geschwollen/ aufgeblasen. *Syn.* Turgidus, tumore præditus, inflatus. *Us.* Membrum vitiosè tumidum. Serpens inflatô collô, tumidis cervicibus. *V. Superbus.*

Tumor, is, Geschwulst. *Syn.* Inflatio. *Epi.* Repentinus, recens. *Usus.* Repentinus oculorum tumor. Erat in tumore animus. Ne desererem hunc tumorem rerum. Recedit jam animi tumor. *V. Superbia.*

Tumultuatio, onis, Aufflauff.

Tumultuarius, a, um, in Eil geschehend/ ohne Ordnung. *Syn.* Properatus, subitarius. *Usus.* Miles, Dux, exercitus, delectus tumultuarius. Sermo fortuitus & tumultuarius.

Tumultuor, ari, Einen Auffruhr anrichten/ aufwiegeln. *Syn.* Turbas facio, inquietus sum.)(*Otiosus sum.* *Usus.* Quid tumultuaris, soror? quid insanis?

Tumultuosè, mit Unruh/ ungestümmlich/ auffrührischer Weise. *Syn.* Magnô tumultu.

Tumultuosus, a, um, unruhig/ auffrührisch. *Syn.* Turbulentus. *Usus.* Seditiosa & tumultuosa vita, oratio.

Tumultus, ûs, Empörung/ Aufruhr/ Auflauff/ Meuterey/ Getümmel. *R. q. tumor multus.* *Syn.* Motus, trepidatio. *Epi.* Civilis, domesticus, finitimus, magnus, maximus, proximus, tantus, terribilis. *Us.* Ea res ingentem in urbe tumultum excitavit, commovit, conflavit, fecit, civit, præbuit. Omnia terrore & tumultu strepebant; variô tumultu cuncta turbabantur. Comprimere, sedare, componere tumultum, rixas, jurgia. *V. Seditio.*

Tumulus, i, ein Bühel/ Hügel/ auffgeworffene Erde/ Grabmahl. *Syn.* Locus ex terra leniter eminens. *Epi.* Excellens. *Usus.* Tumuli sylvestres. 2. *Sepulchrum.* Injectâ glebâ tumulis humatus est. *V. Collis.*

Tunc,

Tunc, dazumahl/ damahls/ dann/ alsdann. *Syn.* Tum, illô tempore, per id temporis.)(*Nunc.* *Usus.* Sed erat tunc excusatio, nunc nulla est.

Tundo, ere, stumpffen/ zerstossen/ zerschlagen. *Syn.* Cædo, pulso, verbero. *Adv.* Nihilominus, vehementissimè. *Usus.* Bacillô oculos alicui tundere. *Vid. Pulso. Verbero.*

Tunica, æ, Leib-Rock ohne Ermel. *Syn.* Vestis brevior virorum. *Epi.* Pulla, solivaga, talaris, manicata, trita. *Usus.* Cum tunicâ & palliô. Tunicam ponere.

Tunicatus, a, um, mit einem Leib-Rock bekleidet.

Turba, æ, Unordnung / Menge und Schwarm des Volcks / der Hauffe / Rotte / Schaar. *Syn.* Multitudo, conventus hominum, vulgus, seditio, vis. *Epi.* Magna, media, nocturna, nova, prætoria, similis, vana. *Usus.* Ex hac turbâ & colluvie discedam. 2. *Tumultus, vis, discrimen, perturbatio.* Ingentes turbas concitare, moliri, facere, concire. E turbis se evolvere, exsolvere. Quanta hic fit turba, in quâ rerum omnium confusione vivamus. *V. Multi.*

Turbatè, unordentlich / verworren. *Usus.* Omnia raptim atque turbatè aguntur.

Turbator, is, Verwirrer / Verunruhiger. *Usus.* Pacis turbator.

Turbidè, mit Verwirrung/ unordentlich. *Syn.* Turbulenter, inconstanter.

Turbidus, a, um, verwirret / unordentlich. *Syn.* Impurus, sordidus. *Usus.* Aqua turbida, cadaveribus inquinata, trüb und unrein. 2. *Confusus.* Mens omni turbidô motu semper vacans. 3. *Miser, calamitosus.* Turbidis rebus, temporibus adversis. *Phras.* Nunquam illum æquè turbidum vidi; tantô animi motu perturbatus, eâ re ita est percussus, ut nihil consiliô, ratione, ordine agat, nec linguâ, nec ore consistat; ita perculsus est, color immutatus est; vultus, oratio, mens denique excidit; conscientia peccati mutum, exanimatum, ac vix vivum reliquit; animô non adest; confusus animô, nec auribus quidem & oculis satis constat; animi mirabili interturbatione, vix ei animus suppetit. Neque animô, nequè linguâ satis compos, vix apud se est; ita perturbatâ atque incertâ ægritudine, animô est.

Turbo, are, verwirren/ betrüben/ unruhig oder unlustig machen. *Syn.* Obturbo, perturbo, misceo. *Usus.* Vide, ne quid turbet. Omnia turbavit & miscuit. *Phras.* Omnia in republicâ turbantur, tument negotia; admodum turbantur cives improbi, maximas turbas efficiunt, tragœdias excitant; nunquam tam turbulentum tempus fuit; annus est domi forisque infestus; infinitâ licentiâ plurimùm turbarum concitum; nusquam res quietæ; omnia divina humanaque jura miscentur; civilibus fluctibus omnia tument; maxima turbamenta & exitia reipublicæ imminent. Is casus me mirificè turbavit, perculit; omnem animi mei statum inflammavit, incitavit, conturbavit; mentem propemodum è suâ sede & statu dimovit; multa convenêre, quæ mentem exturbarent meam, consilium eriperent.

Turbo, inis, Windsbraut / Wind-oder Wasser-Wirbel / Wirbel-Wind; Topff/ der unten eng und spitzig/ und über sich allgemach breiter und breiter wird. *Syn.* Coni figura inversa. *Epi.* Maximus, sævus. *Usus.* Turbinem versare. 2. *Ventus omnia turbans & involvens.* Aliquem tanquam turbine aliquô & tempestate everti. Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis.

Turbulentè, turbulenter, unordentlich/ verworren. *Syn.* Turbidè, temerè.

Turbulentus, a, um, betrübt / unruhig/ verworren/ unordentlich. *Syn.* Turbidus.)(*Tranquillus.* *Adv.* Necessariò. *Usus.* Turbulenta, temeraria, cæca consilia. Tempora, tempestas reipublicæ turbulentissima. Libido, temeritas, ignavia, mens turbulenta. *V. Turbidus.*

Turgeo, ere, turgesco, ere, gesteckt voll seyn/ sich auffblähen. *Syn.* Tumeo, inflatus sum. *Adv.* Penitus.

Turgidus, a, um, gesteckt voll / auffgeblähet. *Syn.* Tumidus, inflatus. *Vid. Tumidus.*

Tur-

Turgidus, a, um, ein Hauffen Reuter / Geschwader / Schwadron. *R. à* δρόμ☉, *cursus.* *Syn.* Equitum ordo.

Turmalis, e, zu einer Schaar oder Rotte gehörig. *Syn.* Equestris.

Turmatim, Rottenweiß / Hauffenweiß / Schwadronenweiß. *Syn.* Per turmas.

Turpè, häßlich / schändlich / greulich. *Syn.* turpiter.

Turpifico, are, verwüsten / unflätig und häßlich machen / schänden. *Usus.* Depravatio, ac fœditas turpificati animi.

Turpis, e, häßlich / wüst / greulich / schändlich. *Syn.* Inhonestus, deformis, distortus, fœdus, inquinatus, infamis, flagitiosus, habens turpitudinem, nequam. *Adv.* Æquè, omninò non. *Usus.* Luxuria tum omni ætati turpis, tum senectuti est fædissima. Id non modò rurpe est, sed & sceleratum & nefarium. Turpis homo, vitâ infamis. *Phras.* Cave, quid turpe admittas, ne quid dissolutè ac turpiter agas, ne quid dedecoris admittas, aut quod fœdum sit & flagitiosum, quod crimini esse possit; vide, ne quid indecorè effæminatève facias; ne in turpem verborum obscœnitatem delabâre; ne quid in tuâ vitâ ac moribus maculæ maneat, resideat; ne probrum, majoribus labem ac infamiam tuis inferas; ne priores tuas laudes vitæ turpitudine deformes.

Turpiter, unflätiglich / wüst / schändlich / greulich / häßlich. *Syn.* Turpè, obscœnè, nequiter, nefariè. *Usus.* Timeo, ne quid turpiter faciam.

Turpitudo, inis, Häßlichkeit / Greuel / Schand / Unehre. *Syn.* Deformitas, obscœnitas, infamia, macula, flagitium, dedecus, labes, deformatio, depravatio, fœditas. *Epi.* Accusabilis, domestica, flagitiosa atque insignis, major, maxima, nefaria, sempiterna, singularis, summa, tota, vera atque insignis, ficta, plurima. *Usus.* Nulla pars vitæ ejus summæ turpitudinis fuit expers; omni turpitudine se fœdavit, quam ille nunquam eluet s. delebit. Nihil non turpitudinis subiit, omni turpitudine notatus est. Ea causa turpitudinem habet. *V. Scelus.*

Turpo, are, greulich verwüsten / häßlich und ungestalt machen / verschänden / schändlich zurichten. *Syn.* Fœdo. *Usus.* Jovis aram sanguine fœdavit.

Turris, is, ein Thurn. *Syn.* Celsa moles. *Epi.* Alta, altissima. *Usus.* Ex altâ turri situ & opere multùm editâ dejectus.

Turtur, is, Turtel-Taube. Avis nota.

Tussio, ire, husten. *Syn.* Tussim patior.

Tussis, is, der Husten. *Syn.* Gemitus, screatus. *Usus.* Tussi, risu abstine; tussim pectore expellere.

Tutè, sicherlich / ausser und ohne Gefahr. *Syn.* Tutò, impunè.

Tutela, æ, Vormundschafft / Schutz und Schirm. *Syn.* Fides, commissio, defensio, patrocinium, clientela. *Epi.* Legitima, præclara, turpis. *Usus.* Filios suos alicujus tutelæ commendare, in tutelam alicui tradere, tutelæ subjicere. Pupillus cùm primùm in tutelam venerit, in tutelâ fuerit. Tutelâ se abdicare. Omnia hæc nostra latent in turelâ & præsidiô armorum.

Tutor, ari, schirmen / schützen / vertheidigen / handhaben. *Syn.* Tueor. *Adv.* Accuratissimè, copiosiùs, facilè. *Usus.* Provinciam, fines armis tutari. *Vid.* *Tueor.*

Tutor, oris, Vormünder / Schirmer / Beschützer. *Syn.* Defensor, patronus. *Epi.* Castus, fidelis, legitimus, verus, annuus. *Usus.* Tutorem alicui instituere. In Tutorum potestate est pupillus. Respublica orba consulis fidem tanquam legitimi Tutoris implorat. Castus tutor religionum.

Tutus, a, um, sicher / beschützt / geborgen / ausser Gefahr gesetzt. *Syn.* Metu vel periculô vacuus, tectus, cautus, septus, munitus, securus, sanctus, sacrosanctus, sartus tectus, incolumis, nihil insidiarum habens, in tutô locatus. *Adv.* Maximè, planè, prorsus. *Usus.* Tutam & tranquillam pacem trahere, vitam degere. Tutus ab inimicis, clausus, septus, munitus contra hostes. In tutô aliquid collocare, esse in tutô. Mare tutum præstare. *Vid. Securus.*

Tuus, a, um, dein. *Adv.* Planè, propriè. *Usus.* Panætius ille tuus. Tuorum curam gere.

Typus,

Typus, i, die erste Form eines Dings / Modelwerck / Muster oder Patron; Drucker-Buchstaben. *Syn.* Signum, forma.

Tyrannicè, grausamlich / tyrannisch. unbarmhertziglich. *Syn.* Superbè, crudeliter.

Tyrannicus, a, um, tyrannisch / grausam / wütend / unbarmhertzig. *Usus.* Leges, facta tyrannica.

Tyrannoctonus, i, der einen Tyrannen tödtet oder umbringet. *Syn.* Tyranni interfector. (Vulg. *Tyrannicida.*)

Tyrannus, i, grausamer Wüterich / Tyrann. *Syn.* Ereptor libertatis, civitatis oppressor. *Epi.* Crudelissimus, firmus opibus & voluntate, insanus, crudelis & inanis, gloriosus famâ, gratus beneficiô, importunus atque amens, intolerandus, libidinosus, teter. *Usus.* Tyrannus sævissimus & violentissimus in suos. Nulla est nobis societas cum tyrannis, sed potiùs summa distractio.

Tyrannis, idis, Tyranney / Grausamkeit / Wüterey. *Usus.* Tyrannidem occupare. Delere, evertere tyrannidem.

Tyro, nis, ein neuer ungeübter Kriegs-Mann / Lehr-Jünger / Lehrling / neuer Anfänger / Lehr-Schüler. *Syn.* Novus miles, rudis in re aliquâ, qui aliquam artem discit.)(*Veteranus miles, antiquus.* *Epi.* Egentissimus. *Usus.* Apulejus usu & exercitatione tyro. Sub me tyro Cato militabat. Orator nulla in facultate tyro, rudis hospes, & peregrinus esse debet.

Tyrocinium, ii, Lehr-Zeit Lehr-Jahr / Probier-Jahr. *Syn.* Rudimentum. *Usus.* Lapsus ætatis tyrociniô, posteà se correxit, die Fehler und Schwachheiten der Jugend bey heranwachsenden Jahren verbessern.

U.

Vacatio, onis, Ruhe / Musse und Weile / Feyer-Stunde / Feyer-Abend / Freyheit. *Syn.* Feriæ, cessatio, immunitas.)(*Iudiciis operam dare.* *Epi.* Commodo. *Usus.* Vitam beatam in omnium rerum vacatione ponimus. Militiæ vacatio senibus est, datur. Vacatione publicorum munerum donare aliquem. Nulla Ciceroni à causis vacatio dabatur unquam. Sublatis omnibus vacationibus delectum habere militum. *V. Immunitas.*

Vacca, æ, eine Kuhe. *R. q.* Boacca, *bos famina.*

Vacillo, are, wancken / wackeln / fallen wollen. *Syn.* Nuto, labo, fluctuo, titubo, hæsito. *Usus.* Corpore in utramque partem vacillante. Ex vino vacillare. Res tota vacillat & claudicat. Democritus nutare videtur in causa Deorum. Memoriâ vacillare. *Vid. Hæsito.*

Vaco, are, leer seyn; einem Ding obligen / beschäfftigt seyn. *R. Ex Hebr.* Bakak, *evacuavit.* *Syn.* Nihil ago, cesso, otium habeo, otium est, otiosus sum.)(*Sum occupatus.* *Usus.* Scribes aliquid, si vacâris, nisi occupatus sis, si otium fuerit. 2. *Otior, abstineo.* Dii administratione rerum humanarum non vacant. 3. *Expers sum, sum sine, &c. sum liber,* frey und erledigt seyn / entübrigt seyn. A curis, negotiis, molestiis, culpâ vacare. Tota domus vacat superior. Nullum mihi tempus à negotiis vacat. Si vacarit, adero. 4. *Operam do f. navo.* Philosophiæ vacare; multam in Philosophia operam ponere.

Vacuitas, tis, die Leerigkeit / Ledigkeit. *Syn.* Cessatio, quies.)(*Occupatio.* *Usus.* Vacuitas à doloribus, molestiis, angoribus. Vacuitas doloris, ægritudinis. 2. *Quod vulgus* sede vacante *dicit.* Scis, quam perturbationem obitus consulis, quam cupiditatem vacuitas injiciat.

Vacuus, a, um, leer / ausgeleert; quitt / ledig und los. *Syn.* Inanis, exhaustus, nudus, jejunus.)(*Plenus, occupatus.* *Usus.* Vacuum bonis forum. Nullum tempus vacuum habes. Domus vacua. 2. *Minimè occupatus, minimè lassus,* müssig / unbeschäfftigt / uneingenommen. Aures vacuas præbere alicui, kein Gehör geben. Animum vacuum ad difficiles literas afferre. Cum vacuus fuero, scribam. Vacuum te nobis redde. 3. *Liber, expers, jejunus.* Animus curis vacuus. Locus à turba, à periculô vacuus. Sce-

lere

lere vacuus & integer. Animus per somnum sensibus vacuus.

Vadimonium, ii, Vertröstung und Bürgschafft zum Recht/Erscheinung vor Gericht; Tagleistung/ Tagsazung. *Syn.* Sponsio sistendi se in judicio ad certum diem, quem deserere non liceat. *Usus.* Vadimonium Siculi Syracusas promittunt, faciunt, constituunt. Nemo erat, qui vadimonium concipere posset. Vadimonium mihi cum illo nullum est. Venit Romam, vadimonium sistit, obit. Vadimonium differre, deserere, missum facere.

Vado, ere, gehen/ fürter wandeln. *Ex Græc.* βάδω, *eo.* *Syn.* Eo, iter facio, ingredior. *Usus.* Vadebam ad eum postridie. *V. Eo.*

Vador, ari, zum Rechten vertrösten/ einen betagen/ Rechts-Tag ansetzen. *Syn.* In jus voco, ad vadimoninm sistendum voco. *Usus.* Hic hominem non vadatur, ita sine vadimonio discedi- tur. Si me vadari vis, promitto; in jus vocas? sequor; judicium postulas? non recuso.

Vadosus, a, um, * dadurch man waten/ gehen/ oder reiten kan; seicht. *Syn.* Omnis, qui frequentia habet vada, quæ transiri pedibus possunt.

Vadum, i, Wasser-Fuhrt/ da man durchwaten/ gehen/ oder reiten kan; Seichte/ Seichtigkeit. *R. à* vado. *Syn.* Quà flumen pedibus vel equo transire datur. *Usus.* Emersit è vadis Oratio, scopulos prætervecta. Vadum tentare equites jussit. Res in vado est, *in tuto.*

Vafer, ra, um, gescheyd/ listig/ verschlagen/ verschmitzt/ arglistig. *Syn.* Callidus veterator. *V. Astutus.*

Vafrè, arglistiglich/ spitzfündig. *Syn.* Callidè, malitiosè.

Vagè, weitschweiffig / ausschweiffig/ umschweiffig. *Syn.* Dispersivè. *Us.* Res vagè disjectæ & sparsæ.

Vagina, æ, eine Scheide. *Syn.* Gladii theca. *Usus.* Gladium è vagina educere, vom Leder ziehen; in vaginam recondere, den Degen einstecken.

Vagio, ire, wimmern/ winseln/ schreyen wie ein unmündiges Kind. *Syn.* Ejulo, infantum more ploro. *Usus.* Ut ex hac ætate repuerascam & in cunis vagiam.

Vagor, aris, umschweiffen / hin und her schweiffen / ausschweiffen. *Syn.* Evagor, volito, passim volito, erro.)(*certô locô maneo.* *Adv.* Latè, liberè, longè, passim more bestiarum. *Usus.* Homines fusi per agros ac dispersi bestiarum more vagabantur. Ne vagari & errare cogatur oratio, in tam immenso campo. Animus errore vagatur. Ejus crudelitas per omnes ætates & ordines, ejus nomen latissimè vagatur. *Thras.* Nescio, ubi vagetur. Huc illuc vlis omnibus cursat. Etiamnum urbe totâ volitat; cursu & peregrinatione lætatur; licentissimè errat; immensis propè, erroribus circumagitur. Cursoris instar loca omnia oberrat.

Vagus, a, um, unstet / umher schweiffend. *Syn.* Errans, inconstans, dispersus, incertus.)(*Stabilis.* *Usus.* Errens & vaga sententia, vitam inopem vagamque prosequitur. Vagus & exul errat. Vaga fortuna & volubilis.

Valdè, sehr / fast. *R. qs.* validè. *Syn.* Vehementer, admodùm; mirum vel majorem in modum; egregiè, non mediocriter, perquam, sanè quàm, impensè, magnificè, graviter; imprimis, etiam atque etiam, ita. *Usus.* Aliquid valdè affirmare. Valdè vehementer gaudeo. Suos valdè amat, quàm paucos habet. *Phras.* Valdè doctus est, sanè quam eruditus; mirabiliter, incredibile quàm doctus sit. Doctus ita, ut qui maximè, quantùm nemo unquam, ut nemo magis; insigniter, satis superque, bene, multùm eruditus; admirandum in modum, oppidò, nimis, magnopere, impendio literatus. Valdè te rogo, summâ contentione sic, ut majori cura petere non possim; summè, majorem in modum, vehementissimè, quàm possum maximè te oro & obtestor.

Vale, lebe wohl / gehab dich wohl. *Syn.* Fac, operam da, cura, ut valeas.

Valens, tis, gesund / wohl auff/ starck / rüstig. *Syn.* Robustus, fortis, firmus, validus, potens.)(*Imbecillus.* *Usus.* Robustus, valens, audax satelles fuit. Olim ita firma & valens hæc civitas.

Valens

Valens dialecticus. 2. *Sanus.* Malè valens, mox imbecillus, serò mortuus. *V. Robustus.*

Valeo, ere, können / vermögen / frisch und gesund seyn. *R. ex* ὕλω. *Syn.* possum, polleo, potens sum; vim, vires, momentum, pondus, authoritatem habeo; alicujus momenti putor, operor, proficio, momentum affero. *Adv.* Angustiùs, bellè, minùs, benè, etiam atque etiam, inposterum, parum, maximè, meliùs, multùm, non minimùm, omnino, optimè, paululò deteriùs, planè, plurimùm, perinde, propriè, rectè. *Usus.* Opibus, armis, potentiâ, pecuniâ, gratiâ, authoritate, ingeniô plurimùm valet. Hoc ad beatè vivendum permultum valet. Ignari, quid virtus valeret. Res multùm apud me valet. Animô valere. Multùm apud me vales. Alii velocitate, viribus alii valent. 2. *Secundæ valetudinis.* Ego valeo, sicut soleo; ut melius valeam, operam dabo. Terentia bellè habet, rectissimè apud nos sunt omnia, benè illi factum est. 3. *Benè precantis & salutantis in discessu.* Valete, mea desideria, valete. Sed valeant recta consilia. *Thras.* *Valere multùm*, im Ansehen seyn / viel gelten. Plurimum ille apud Principem valet. Largiter apud Cæsarem potest. Nomen ejus apud omnes est amplissimum, plurimum potest. Plurimùm momenti habet ejus autoritas; magnum pondus habet ejus sententia; est aliquo in numero; magna est ejus vis, gravissima autoritas apud populum æquè, ac optimates.

Valere parùm, nichts gelten / in keiner Acht seyn. Parùm vales in Curiâ; obsolevit tua auctoritas; rescinditur, negligitur, commutatur, quidquid tibi placuerit. Infirmantur tuæ actiones; vacillat, jacet, friget, cecidit tua autoritas; autoritatem tuam æmuli planè exterminârunt, intregerunt; nullius est momenti, nullius ponderis, quod tibi visum est; nullâ, aut tenui es autoritate; nullus es; vanum est auxilium tuum.

Valetudo, inis, Gesundheit / Stärcke. *Syn.* Sanitas. *Usus.* Uti valetudine bonâ, commodâ, integrâ; malâ, incommodâ, tenui, gravi, infirmâ, imbecilli, ægrâ, perditâ. Multùm me impedit valetudinis meæ perturbatio, gravitas, infirmitas, imbecillitas. Valetudinem priorem *amisi*, valetudine ab negotiis impedior; labor valetudinem impedit. Valetudini vir literatus *serviat*, oportet; valetudini consulat, operam det, indulgeat, parcat; valetudinis rationem habeat, valetudinem curet, diætâ sustentet. Amissam valetudinem *recuperare*, confirmare; è valetudine afflictâ emergere, veteri languore & valetudine levari. *Thras.* Dum virtutem nobis studemus comparare, valetudinem etiam sustentare debemus. Ita sequi virtutem debemus, ut valetudinem non in postremis ponamus. Valetudinis cum virtute ducenda ratio est; sic ad studia virtutis debemus incumbere, ne valetudo negligatur. Plurimùm virtuti, aliquid tamen valetudini tribuitur; spectanda virtus est, cum ea tamen ne despiciatur valetudo. Excubare virtutis in studio præclarum est, indormire tamen valetudini, minimè debemus. Excolatur animus virtutibus, nonnihil tamen corpori serviatur. Virtutem quidem inprimis, deinde etiam valetudini dare operam debemus.

Valetudinem lædere. Si ad ignem accedo, valetudinis cum detrimento fit; læditur, infirmatur valetudo; damnum facit, incommodô afficitur valetudo. Igne uti sinè valetudinis damno mihi non licet.

Valetudo bona. Valeo, bene valeo; commodè valeo, valetudine bonâ utor. Benè, satis bellè, satis commodè, rectè me habeo; mihi benè est. Mihi est, ut volo. Quales cupio, vires possideo. Viribus utor bonis; roboris, virium, valetudinis habeo satis.

Valetudo infirma. Cicero in adolescentia, cùm adolescens esset, valetudine erat infirma, valetudine utebatur parum, minimè, haud satis, nequaquam firmâ; paulò infirmiore, imbecillâ, non optimâ, non robustâ, satis affectâ, satis ad morbos propensâ; tenui valetudine erat, incommodâ, vitiosâ; parum validus erat, infirmè valebat, valetudinis vitiô laborabat, non rectè se habebat, non omnino valebat; mini-

nis

nùs bellè, non optimè valebat; valetudine erat infirmior, imbecillior; viribus parum firmus; valetudinarius erat Cicero in adolescentia sua; adolescenti Ciceroni parum validæ vires erant; valetudinis, firmitudinis, firmitatis, virium, roboris minus erat, quàm sat esset. Imbecilliore valetudine est; infirmiore, tenuiore, quam ut studiorum onus perferre possit. Infirmioris, imbecillioris valetudinis est; minus habet virium s. roboris, quàm ut studiorum laborem ac onus sustinere possit; ut studiorum labori ferendo esse possit. Valetudine utitur infirmâ s. imbecillâ, sic, ut labor studiorum eum possit opprimere. Eam valetudinem, eas illi vires natura negavit, quas laboriosa studiorum tractatio, assidua literarum exercitatio, gravissima studia postulant, requirunt, desiderant, exigunt. Corporis s. virium infirmitas, tenuitas facit, incumbere, quantum res poscit, ut in studia non queat. *V. Vires.*

Validè, kräfftig/mit Nachdruck/sehr. *Syn.* Enixè, summoperè. *Usus.* Validissimè ei faveo.

Validus, a, um, mächtig/kräfftig/vermögend. *Syn.* Valens. *Usus.* Cupio te quàm primùm validum videre.

Vallaris, e, * zu einem Siegs- und Ehren-Krantz gehörig wegen erstiegenen Walls. *Usus.* Muralibus vallaribusque insignes coronis.

Vallis, is, ein Thal Grund.

Vallor, ari, umschantzen/verbollwercken/mit einem Wall bevestigen. *Syn.* Stipo, munio. *Usus.* Portus & suis opibus & naturâ regionis vallatus. Hæc omnia quasi sepimentô quôdam amicitiæ vallanda sunt. Legationis jus, hominum præsidio & divinô jure vallatum.

Vallus, i, * Pfahl / Rebstecken. *Syn.* Firmior palus.

Vallum, i, Bollwerck/Schantze/Wall. *R.* à βάλλω, *jacio.* *Syn.* Propugnacula & munitio castrorum. *Usus.* Hostibus vallum obducere, objicere. Castra fossâ & vallô munire, cingere, circumdare. Fossâ & vallô septum tenere aliquem. *V. Munio.*

Valvæ, arum, Thür mit zweyen Flügeln / Fenster-Laden. *R. q.* volvæ, *quod utrinque revolvantur.* *Syn.* Januæ templorum. *Epi.* Magnificentiores ex auro atque ebore, multæ & graves, perfectiores. *Usus.* In templo Herculis valvæ clausæ repagulis, subitò se ipsæ aperuerunt. Patent valvæ. *V. Ianua.*

Vanesco, ere, verschwinden. *Syn.* Evanesco.

Vanitas, tis, Eitelkeit / Vergänglichkeit; Liederlichkeit Leichtfertigkeit. *Syn.* Inanitas, mendacium.)(*Veritas, liberalitas.* *Epi.* Blanda, incredibilis. *Usus.* Ut vanitati veritas cedat. Levitate, vanitate, malitiâ exclusâ. Opinionum vanitas.

Vanus, a, um, eitel/nichtig/vergänglich/liederlich. *R. Ex* ἰννὸς. *Syn.* Futilis, inanis, levis, mendax, falsus. *Usus.* Vana ratio. Aruspices vanum & futile genus hominum. Vanâ spe sibi illudere. *Phras.* Homo vanus, longè ventosissimus, inania puerorum delectamenta captat; insigni futilitate & vecordia; in quo nihil grave, cordatum; qui specie capitur; pueriliter miratur omnia. *V. Inanis.*

Vapor, oris, Dunst / auffsteigender Dampff. *Syn.* Humor marinus vel terrenus, extenuatus; expiratio, anhelitus terræ; afflatus ex terrâ. *Usus.* Vapores ex aquis tepefactis & agris excitantur. 2. *Tepor, moderatus calor.* Terra semen tepefactum, vapore & complexu suô diffundit.

Vaporarium, ii, Bad-Stube/Dampff-Loch/Schwitz-Stube.

Vapulo, are, geschlagen werden. *Syn.* cædor, verberor. *Usus.* Omnium sermonibus vapulat. *V. Verbero. Tussis.*

Variatio, onis, * Veränderung / Abwechsel. *Usus.* Plebs consules eosdem sine ullâ variatione dixit.

Variè, vielfältiglich/mancherley. *Syn.* Dissimiliter, diversè. *Usus.* Ea vis variè movetur à sideribus. Variè disputare.

Varietas, tis, Vielfältigkeit / Manchfaltigkeit. *Syn.* Dissimilitudo, disparitas, mutatio, mobilitas. *Epi.* Admirabilis, inæquabilis, incredibilis, jucunda, magna sententiarum, multa, perfecta, perspicua, propria, simplex, suavis, subtilis, summa; annuæ, innume-

numerabiles, non optabiles, multæ. *Usus*. Ut in corporibus magna dissimilitudo, sic animorum maximæ varietates. Varietas est propria fortunæ. Hoc sidus multas facit, generat, præbet, suppeditat varietates. Autores in magna varietate ac dissensione sunt constituti. Quid varietate, vicissitudine, commutatione aptius?

Vario, are, veränderen / abwechselen. *Syn*. Distinguo, varietate distinguo, varietatem facio. *Usus*. Orationem variare & distinguere verborum & sententiarum insignibus. Ut variari voluptas possit. *V. Muto*.

Varius, a, um, ungleich / mancherley / vielfältig. *R. Ex βάλιος, vel φάλιος*. *Syn*. Dissimilis, dispar, diversus, multiplex, distans, commutabilis, disparilis, habens varietatem, varietate distinctus. In varietate constitutus, multiformis. *Usus*. Multiplices variique sermones; variæ & discrepantes voluntates. Varii mores, varia oratio, varium Poëma. *Phras*. Homo est variis moribus. Varius, commutabilis, multiplex; in magna varietate versatur, nusquam sibi constat, à se ipso dissidet.

Varices, um, Krampff-Adern.

Vasarium, ii, Vorrath an Geschirren oder Gefässen / Credentz. *Syn*. Supellex vasorum vel pecunia magistratui in provinciam abeunti, viatici nomine, attributa.

Vas, dis, Vertröster / Bürg / Vertretter. *Syn*. Qui pro aliquo spondet, vel obligatur, præsertim in capitali causa, qui alicujus causam omnem suscipit, & se pro illo supponit reum. *Usus*. Vadem te tyranno dabis pro amico? me pro amico vadem accipies. Alter vas factus est ejus sistendi.

Vas, sis, ein Geschirr / Gefäß. *Syn*. Humida continens instrumentum. *Epi*. Argenteum, aureum, grande, vinarium. Fictilia magnifica & pretiosè cælata, plurima & pulcherrima, vitiosa. *Usus*. Corpus quasi vas est animi & receptaculum. Exposuit vasa Samia, Corinthia, Delia.

Vascularius, ii, Goldschmidt / Silberschmidt / der köstliche Geschirre macht. *Syn*. Vasorum conficiendorum artifex. *Usus*. Cælatores vascularios convocat.

Vastatio, onis, Verwüstung / Verstöhrung / Verödung. *Syn*. Vastitas, depopulatio. *Usus*. Italiam à vastatione defendit.

Vastè, wüst / öde / verstöhrt. *Usus*. Asperè, vastè, rusticè, hiulcè loqui.

Vastitas, tis, Wüsteney / Wüste / Zerstöhrung / Einöde. *Syn*. Vastatio, solitudo, ruina. *Epi*. Deserta & inculta, miserrima. *Usus*. Quæ vastitas in agris, quæ solitudo; quàm deserta, inculta, relicta omnia? cùm vastitatem à templis, delubris, urbe depellerem. Bella effecerunt hanc vastitatem.

Vasto, are, verhergen / verstöhren / verwüsten. *Syn*. Vastitatem infero, depopulor, eripio. *Usus*. Bellô vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, agri exinanientur. *Phras*. Vastatur regio omnis; captam & oppressam etsi nondum exscissam & eversam rempublicam videmus. Hostes adeò effusè populationem faciunt, ut nihil bellô intactum relinquatur. Uruntur nostra & populantur; per omnem agrum populabundus hostis incedit. Nocturnis incursionibus summam vastitatem in agris nostris reddit. Fumant incensa passim tecta, cuncta bellô sunt evastata. Vastas ex pulcherrima regione solitudines facit hostis. Semirutam & spoliatam patriam habemus. Ferrô flammâque omnia pervastantur; agri nudantur, exscinduntur urbes, cædibus & incendiis horrent omnia. *V. Destruo. Exhaurio*.

Vastus, a, um, öd / wüst / verstöhrt. *R. à παντὸς, desertus*. *Syn*. Desertus. *Usus*. Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus & desertus. 2. *Immani magnitudine*. Bellua vasta & immanis; vastum mare transire. 3. *Incompositus, insuavis, difficilis, durus, asper*. Quidam corporis motus vasti & agrestes. Vocalium contorsiones vastam & hiantem efficiunt Orationem.

Vates, is, ein Weissager / Prophet / Wahrsager. *R. q.* fates, *à fando*. *Syn*. Fatidicus, mantes, divinus sacerdos. *Epi*. Optimus, verus. *Usus*. Utinam falsus sim vates! Haruspices, fulguratores, inter-

interpretes ostentorum, augures, sortilegi, Chaldæi, hariolatores conjectores.

Vaticinatio, onis, Weissagung / Wahrsagung / Prophecenhung / Vorverkündigung. *Syn.* Oraculum, prædictio.)(*Ars, scientia.* *Epi.* Falsa, vera. *Usus.* Sortes, quæ vaticinatione funduntur. Auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. *V. Divinatio.*

Vaticinor, ari, weissagen / prophecenhen / wahrsagen / vorher verkündigen. *Syn.* Divino, futura præsentio. *Adv.* Impudenter. *Usus.* Et vaticinantis in modum cecinit, excidium patriæ fatale prodens. Quæ tum cecinerit divinô spiritu instinctus. Hæc ego conjectura prospiciens verè vaticinari possum: Magna nobis impendet malorum Ilias. *V. Præsagio.*

Uber, is, die Brust / Dutte / Euter. *Syn.* Mamma.

Uber, is, überflüssig / reichlich / völlig. *Syn.* Fœcundus, ferax, fertilis, abundans, copiosus. *Usus.* Agrô benè cultô nihil est nec usu uberius, nec specie ornatius. Plenior & uberior ad dicendum. *V. Copiosus.*

Ubertas, tis, Uberfluß / Fülle / Hülle und Fülle / voll auff. *Syn.* Abundantia, copia, magnitudo. *Epi.* Maxima, summa agrorum, vetus. *Usus.* Omnis ubertas, & quasi sylva dicendi, summa ubertas & copia frugum. *Vid. Copia.*

Ubi, wo. *Syn.* Quô locô. *Usus.* Nemo est, quin ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit. 2. *Postquam, cumprimum, simul ut.* Ubi galli cantum audieris, surgito.

Ubicunque, wo es auch seye. *Syn.* Quocunque in loco, ubi ubi. *Usus.* Ubicunque gentium & terrarum fueris.

Ubique, allenthalben / aller Orten. *Usus.* Mortales, qui ubique sunt.

Ubivis, an allen Orten / allenthalben. *Usus.* Nemo est, quin ubivis esse malit.

Udus, a, um, * naß. *Usus.* Udis oculis respicies.

Vecordia, æ, * Unsinnigkeit / Unverstand / Tollheit. *Usus.* Color exanguis, fœdi oculi, prorsus in facie vultuque vecordia.

Vectigal, alis, Zoll / Brücken-Geld / Steuer / Ungeld / Fuhrlohn. *R.* à vecto *vel* veho. *Syn.* Portorium. *Epi.* Certissimum, domesticum, grande, iniquum & grave, magnum præclarumque, prætorium, stipendiarium. Integra, magnifica populi, media, minora, publica, ridicula, salva, transmarina, urbana. *Usus.* Vectigal provinciis grave imposuimus, irrogavimus. Vectigalia acerbè exiguntur, exercentur. Vectigal conducere, redimere. Vectigal pendere, pensitare. Gravissimis vectigalibus levare, liberare populos. Bello affliguntur, pervertuntur, conquiescunt nostra vectigalia. *Phras.* Vectigalibus præest. Epi. maximè commissa, demandata potissimùm vectigalium cura est. Vectigalia præcipuè, summô quôdam jure tractat, exercet. Unus præcipuè vectigalium gerit f. sustinet curam; scripturæ præest; Princeps publicanorum est.

Vectigalis, e, zinßbar / zollbar / steuerbar. *Syn.* Stipendiarius, tributarius, publicanus. *Usus.* Is provinciam vectigalem nobis & stipendiariam fecit; Græcos nobis vectigales habemus. *Phras.* Tributum pendunt, solvunt, conferunt, publicè aliquid pendunt, tributarii sunt, fructuarii, vectigales, non sunt immunes hi agri.

Vectio, onis, die Fuhr / Führung.

Vectis, is, ein Riegel / Stoß-Riegel / Klincke. *Usus.* Demoliri signum vectibus.

Vector, oris, Schiffmann / Färcher. *Syn.* Navigans, qui vehit & vehitur; vectores timidi adversâ tempestate. *Epi.* Ingratus, timidus & perterritus.

Vectura, æ, die Fuhr / das Führen. *Syn.* Vectio. *Epi.* Longa, difficilisque. *Usus.* Pro vectura solvere. Est summa vecturæ difficultas.

Vegetus, a, um, frisch und gesund / munter / wacker / hurtig / rüstig / muthig / freudig. *R. ab antiqu.* vegeo, *pro quo nunc* vigeo. *Syn.* Sanus, firmus, valens. *Usus.* Vegetum ingenium in vivido pectore vigebat virebatque integris sensibus. Siste te nobis vegetum in Græcia, vigentemque animis & corporibus.

Vehemens, tis, hefftig / ernstlich. *Syn.* Acer, fortis, ferox, incensus, immoderatus, effrænatus, nimius, ardens. *Usus.*

Nimi-

Nimium est vehemens feroxque naturâ, inexorabilis in ceteros; acri & vehementi quâdam inflammatione incitatus. Oratio vehemens & pugnax. *Phras.* Ingeniô est vehementiore; effervescens facilè; incitatus & violentus; naturâ immitis & efferatus; fervidiore vir animô; ingenii vitiô impotentior & asperior. Ingeniô percitô & feroci, impotens, immodicus, nimius animi. *V. Fervidus.*

Vehementer, hefftiglich/ ernstlich. *Syn.* Acriter, acerbè, asperè, impensè, valdè, longè, nimiopere, etiam atque etiam, incredibiliter.)(*Remissè.* *Usus.* Illud mihi vehementer displicet. *Phras.* Vehementiùs paulò agendum erit. Animô acri, contentione maximâ, omnibus nervis contendendum est; majoribus præsidiis ac copiis agendum erit. omni animi, virium, ingenii contentione; omni arte, industria, solertiâ in ea re erit elaborandum.

Vehiculum, i, Wagen/ Fuhrwagen. *Syn.* Rheda. *Epi.* Divinum & novum, triumphale. *Usus.* Ego vehiculô me ex horum latrocinio eripiam, si navis deerit.

Veho, ere, führen/ aufm Wagen führen. *Syn.* Porto. *Adv.* Malè. *Usus.* Curru, equô, navi, in navi, rhedâ per urbem vehi; fruges ex agris vehere, jumentis deportare. Commeatum ab Roma consul devehit, subvehit, convehit. *V. Currus.*

Vel, oder/ entweder. *Syn.* Ve, seu, sive, aut. *Usus.* Multorum vel periculo vel honori servire. 2. *Præcipuè, etiam cumprimis.* Vel mori satiùs est, quàm &c. Vel acerrimus oratorum.

Velamentum, i, Decke/ Decklach. *Usus.* Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes.

Veles, itis, Scharmützler/ der leichte Rüstung führt. *R. q.* voles à volando. *Syn.* Levis armatura miles, expeditus ad volandum.

Velificatio, onis, das Seglen/ Schiffung. *Usus.* Mutatâ velificatione id faciliùs assequeris.

Velificor, ari, Seglen/ mit aufgespannten Segeln fahren. *Syn.* Vela facio. *Transl.* Auram popularem capto, faveo. *Usus.* Alicujus honori cupiditatique velificari. *V. Assentor.*

Velitaris, e, * zu dem Scharmützlen und Fechten gehörig. *Syn.* Quod ad velites pertinet. *Us.* Pugna velitaris; hasta, arma velitaria.

Velitatio, onis, * Scharmützel/ Gefecht. *Syn.* Pugna, digladiatio.

Velitor, aris, fechten/ scharmützeln. *Syn.* Pugno, contendo, certo. *Us.* Diu mecum velitabatur.

Vellico, are, rupffen/ zupffen. *Syn.* Pervello. *Usus.* In circulis vellicant, undique rodunt, carpunt.

Vello, ere, ausreissen/ ausrupffen. *Syn.* Evello, pervello. *Usus.* Spinas vellere.

Vellus, eris. * abgeschorne Wolle. *Syn.* Lana ex ovibus detonsa.

Velo, are, verhengen/ zudecken. *Syn.* Tego, obduco. *Usus.* Pietatis nomine velare suam cupiditatem. *V. Tego.*

Velocitas, tis, Behendigkeit/ Geschwindigkeit. *Syn.* Pernicitas.)(*Tarditas.* *Us.* Non enim viribus, non velocitatibus aut celeritate corporum res magnæ geruntur. Alii velocitate ad cursum valent.

Velociter, behend/ geschwind/ flucks. *Syn.* Ocyùs.)(*Tardè.*

Velox, cis, * Ringfertig / behend / geschwind. *Syn.* Celer. *V. Celer.*

Velum, i, Fürhang/ Segel. *Syn.* Integumentum, involucrum. *Epi.* Carbaseum, plenum. *Usus.* Multis simulationum velis natura cujusque obtegitur. An mox jubes vela faciamus, pendamus; ad id, unde aliquis flatus ostenditur, vela demus, plenis velis navigemus. An vela contrahamus, dimittamus, subducamus? Res illa velis & remis fugienda.

Velut, gleich wie/ als wie/ gleich als. *Syn.* Veluti, sicut. *Usus.* Velut in hac quæstione. *V. Sicut.*

Vena, æ, eine Blut-Ader. *R. q.* vehena, à veho *vel* veniendo. *Syn.* Vas & receptaculum sanguinis, interdum arteria. *Epi.* Cava; abditæ & ad usum aptæ, & ad ornatum decoræ metallorum, reconditæ auri, crebræ, multæque. *Usus.* Si cui venæ sic moventur, is habeat febrim. Sanguis per venas in corpus omne funditur. Venæ & arteriæ micare non desinunt. Venas incidere, è venis sanguinem mittere. 2 *Transl. pars intima, origo.* Periculum in visceribusque venisque reipublicæ inclusum. Recondi-

tæ auri & argenti venæ. Teneat Orator, oportet, venas cujusque generis, ætatis, ordinis.

Venabulum, i, Schweinspieß / Jäger-spieß. *Syn.* Venatica hasta, telum vel spiculum. *Usus.* Venabulo transverberare bestiam.

Venalis, e, feil / das um Geld zu verkauffen. *Syn.* Ad vendendum expositus. *Usus.* Proponere, habere fidem suam venalem, quæstui habere rempublicam. Domi tuæ turpissimo quæstui omnia erant venalia, virtus, pudor, jusjurandum.

Venalitius, a, um, der leibeigene Leuthe kaufft oder verkaufft / damit handelt. *Syn.* Venditor mancipiorum, minutus mercator.

Venaticus, a, um, das zum Klagen gehöret. *Syn.* Quod ad venandum valet. *Usus.* Canes venatici.

Venatio, onis, Gejägd / Jagd. Condiunt curas aucupium & venatio. Prodigi venationum apparatûs. *Thras.* Venatione valde delector. Venatu, consectandis feris, capiendis, s. observandis feris valdè delector. In venatione libenter exerceor.

Venatus, ûs, das Jagen / Gejägd / Jagd. *Syn.* Venatio. *Us.* Labor in venatu, sudor, cursus.

Vendibilis, e, verkaufflich / feil. *Syn.* Probabilis, tolerabilis. *Usus.* Orator, oratio sanè vendibilis.

Vendico, are, zueignen / anmassen / zutheilen / zuschreiben. *Syn.* Libero, eximo. *Adv.* Quodammodò. *Usus.* Se ex suspicione sceleris ex hominum sermonibus vendicavit. Solutus & in libertatem vendicatus. 2. *Assumo.* Quisque prædæ partem sibi vendicat. Homerum Chii suum vendicant.

Venditatio, onis, das Augen-dienen / schmeichlerisches zueignen. *Syn.* Ostentatio. *Us.* Laudatiora, quæ sine venditatione & sine populo teste fiunt.

Venditio, onis, das Verkauffen / Verkauffung. *Syn.* Abalienatio. *Epi.* Fraudulentæ, firmæ, raræ. *Usus.* Venditio bonorum.

Vendito, are, zu kauff oder feil haben. *Syn.* Ostento. *Adv.* Fallacissimè se, flagitiosè eloquentiam, peritissimè decreta s. imperia, palàm commentaria. *Usus.* Venditare se alicui, operam polliceri. Memoriam ostentare, venditare ingenium.

Venditor, oris, Verkauffer. *Syn.* Venalitius.)(*Mercator.* *Epi.* Firmior, liberalis. *Usus.* Mercatores Provinciarum, venditores libertatis.

Vendo, ere, verkauffen. *R. contr. ex* venum & do. *Syn.* Alieno, abalieno, mancipo, do, venale habeo, venditionem facio.)(*Emo.* *Adv.* Gravatè, malè, nominatim vectigalia, non ita commodè, non ita magnô, præclarè, quàm optimè, rectè, palàm. *Us.* Vendere alicui aliquid grandi pecuniâ. Parvô pretiô, quàm optimè; sub hasta vendere.

Veneficium, ii, Vergifftung / Verzauberung / Behexung. *Syn.* Venefici artificium & crimen, cantio. *Us.* Id veneficiis & cantionibus factum dicebat. Veneficiis remedia invenire. *V. Magus.*

Veneficus, a, um, verzaubert / vergifftet / behext. *Syn.* Qui venena spargit, qui cantionibus & malis artibus utitur ad suam libidinem explendam. *Us.* Venefici nomen delatum est. *V. Magus.*

Venenatus, a, um, vergifftet / gifftig. *Syn.* Venenum habens, venenô imbutus, s. infectus. *Us.* Vipera venenata. Telô venenatô ictus concidit.

Venenum, i, Gifft. *R. q. citò per* venas iens *Scalig. vel à* φένων, *occidens.* *Epi.* Improbabile, inusitatum & novum, malum; jam tum recens, suspiciosum; cæteris tum incredibile, nunc verò apertum; jam omnibus manifestum. *Usus.* Venenum alicui *parare*, præbere, miscere, infundere, dare. Aliquem venenô interficere, tollere, necare, occidere. Venena spargere. Venenum *haurire*, sumere, bibere, obbibere. Venenis grassari. Venenum deprehendere. Venenum diluit, ferrumque promit.

Veneo, ire, verkauffen. *Syn.* Vendor. *Usus.* Cur bona non veniêre. Plurimò veniêre horti. *V. Vendo.*

Venerabilis, e, * ehrwürdig / ehrenwerth. *Syn.* Cultu & veneratione dignus.

Venerabundus, a, um, ehrerbietig. *Usus.* Venerabundi templum iniêre.

Veneratio, onis, Ehrerbietung. *Syn.* Honor, reverentia. *Epi.* Justa. *Usus.* Quidquid excellit, justam venerationem habet. *V. Reverentia.*

Venereus, a, um, geil/ hürisch. *Usus.* Voluptatibus Veneris frui. Complexu venereô jungi.

Veneror, ari, verehren/ sehr ehren. *R. à Venere, id est, amore & gratia. Ob pulchritudinem amoremque personæ, ætatis, officii colere. Syn.* Colo. *Adv.* Augustè, sanctè. *Usus.* Dii, quos colere, precari, venerarique solemus. Aliquem ùt DEUM, pro DEO venerari. *Vid. Colo. Revereor.*

Venia, æ, Verzeihung/ Vergebung/ Erlaubnis/Uebersehung/Nachlassung. *R. à veniendo; est enim veniendi & abeundi facultas. Syn.* Licentia, impunitas, culpæ remissio, condonatio erroris. *Ept.* Accommodata, bona, molesta, tenuis. *Usus.* Iis, qui errorem suum deposuerunt, qui fatentur se peccâsse, veniam petentibus, s. exposcentibus venia danda, concedenda, tribuenda est. Dabunt mihi veniam cives mei, vel potiùs gratiam habebunt. 2. *Beneficium, favor, gratia.* Date mihi veniam exponendi, quæ volo. Bonâ vestrâ veniâ hoc dixerim. A Diis immortalibus veniam & pacem petere. *Phras.* Erravit, veniam petit. Temerè fecit, pænitet; ad clementiam vestram confugit, delicti veniam petit; ut ignoscatis, orat; ejus peccatis concedi, ignosci æquum est. Danda est illi venia & impunitas; omnia pro infectis sunto; delicti gratia illi facienda, noxa remittenda videtur.

Venialia peccata, läßliche Sünden; geringere aus Schwachheit/ Ubereilung und Unbedacht begangene Fehler. Minora piacula, minimæ noxæ & leviora peccata, quæ magis crebra & quotidiana sunt, & pauciores quasi numeros officii prætereunt; noxarum sordes aliquas contrahere.

Venio, ire, kommen. R. à *βαίνω*, *Syn.* Advenio, mano. *Adv.* Ad vesperum, æqualiter, aliquando, audacter, bellè, benè, brevi, celeriùs, clàm, confestim, continuò, coràm, crebrò, diligentiùs, divinitùs, falsò, honestè, incommodè, liberè, longè, maturiùs, modestè, necessariè, nunc primùm, obviam, occultè, oportunè, optatò, palàm, paratiùs, perrarò, pervesperi, postremò, precariò, privatim, proximè, publicè, quàm primùm, rectà, seriùs, stultè, tardissimè, tutò, vesperi, ultrò. *Usus.* In amicitiam alicujus, familiaritatem, complexum, conspectum, consuetudinem venire. Nescio, quomodo in certamen cum illo, ad inimicitias, in contentionem honoris venerim. In calamitatem ingentem venit. Res ad arma, ad pugnam, ad manus veniet. Ea res in oblivionem in consuetudinem, in sermonem & vituperationem, in odium publicum, in summam gloriam veniet. Res, quæ in controversiam, in disceptationem veniunt. In suspicionem, in spem, in possessionem, in numerum oratorum venire. In discrimen, in periculum venire. Venit mihi in mentem. Si usus venerit. 2. *Pertinet, pertingit.* Magna ei hereditas venit; multæ divitiæ, fama, honor ei venere. Ut res ceciderit, ùt venerit, ita me geram. 3. *Adversor.* Venire contra rem, existimationem, gratiam alicujus. Venire alicui adversum. *Phras.* Speramus te ad nos venturum; putatur appropinquare adventus tuus. Contende ad nos; cùm primùm ad nos aspiraris, cùm pedem in ædibus posueris, cûm ædes nostras tetigeris, lætissimi te accipiemus. Da operam, ut advoles quamprimùm; ut ad nos passis velis perveharis, penetres, commigres, appellas; nostras ædes attingas, accedas; præstò sis, ad nos adeas, te ad nos proripias; ad nos excurras, pergas, proficiscaris; nos convenias, conventum nostrum tibi vitandum non existimes; te nobis oportunè ostendas. Quomodo in eam mentem venisti, huc descendisti, ad istas ineptias abiisti, huc perductus s. delapsus es? quomodo ad inania hæc defluxisti, te demisisti?

Venor, ari, jagen/ dem Wild nachjagen. *Syn.* Aucupor. *Usus.* Canum mira alacritas in venando. 2. *Transl.* Modestiæ laudem in re aliquâ venari. *Vid. Venatio.*

Venter, tris, der Bauch. *R. ab ἔντερον, intestinum. Syn.* Alvus. *Us.* Vitium ventris & gutturis, *vulgo gulositas*

Ventilator, oris, * Korn-Schwinger/ der das Getreid lüfftet u. wendet/ Worffeler. *Syn.* Qui frumentum ventilat.

Ventilo, are, erlüfften/ auflüfften/ schwingen/ worfflen. *R. q. ventulo, à ventulus. Syn.* Incendo. *Usu.*

Ejus linguâ quasi seditionis flabellô ventilata concio. *V. Excutio.*

Ventito, are, offt ankommen. *Syn.* Crebrò venio.

Ventosus, a, um, windig/ windisch. *Syn.* Levis, inanis, vanus. *Us.* Lepidus homo, ventosissimus.

Ventriculus, i, der Magen. *Usus.* Cordis pars, quam ventriculum cordis appellant.

Ventus, i, Wind. *R. à* vento. *Aër cum impetu ventans. Syn.* Flamen, aura, flamina venti. *Epi.* Non adversus, gravis, molestus, popularis servus, subtilis, vehemens, salutaris alicui, secundus, tempestivus. *Usus.* Mare ventorum vi, tempestate immoderatâ turbatum & agitatum. Cape flabellum, & ventum mihi facito. Meliores ventos expecto tantisper. Ventum secundum nancisci, habere. Vento se & mari dare. Nisi increbescant, reflent, adversi sint venti; nisi adversis ventis utamur, si bellè flaverint, si mites lenesq; fuerint venti, solvemus. 2. *Transl.* Rumorum ventos colligere; popularem ventum quærere, aucupari. Dux nobis & auctor opus, & horum, quos proposuit, ventorum moderator quidam & gubernator. Cæsaris nunc venti valdè secundi sunt.

Venundo, are, verkauffen. *Syn.* Vendo.

Venus, eris, Liebs-Göttin / die Göttin der Liebe. *Usus.* Sine Cerere & Libero friget Venus.

Venustas, tis. Lieblichkeit / Holdseeligkeit / Annehmlichkeit. *Syn.* Propriè pulchritudo muliebris præterea lepos, gratia, suavitas. *Epi.* Eximia, muliebris, prisca, prope scenica, summa. *Usus.* Agere cum dignitate & venustate. Homo afflatus omni lepóre & venustate. *V. Pulcher.*

Venustè, lieblich/ liebreich/ schön/ annehmlich. *Syn.* Pulchrè, bellè, aptè, commodè. *Usus.* Illud pervenustè cecidit.

Venustus, a, um, schön / liebreich / annehmlich. *Syn.* Lepidus, festivus. *Usus.* Gestus & motus corporis venustus. *V. Pulcher. Elegans*

Vepres, ris, Dornbusch/Hecken/Strauch. *Syn.* Spinæ.

Ver, eris, Frühling/Lentz. *R. à Gr.* ἦρ, *ex* ἔαρ. *Pars anni ab æquinoctio ad solstitium in Cancro. Syn.* Vernum tempus. *Usus.* Ver tanquam adolescentiam significat; tempus hiemi senescenti adjunctum.

Verax, cis, warhafftig. *Syn.* Veridicus.

Verber, ris, Streich/ Schlag *R. q.* ferber *à* feriendo. *Syn.* Virga, flagellum. *Usus.* Aliquem vinculis, verberibus, omni supplicio excruciatum necare. Verberibus aliquem cædere; quæstionem habere, exanimare. Verbera adhibent ad domandos equos.

Verberatio, onis, das Schlagen. *Syn.* Pulsatio. *Epi.* Mirifica.

Verbero, are, schlagen. *Syn.* Cædo, pulso, virgis, verberibus cædo, manus affero, vim & manus affero, manus infero. *Adv.* Vehementissimè. *Usus.* Verberavi te cogitatione, tacitô convitiô. Matrem verberavi. *Phras.* Graviter eum verberavit, latera illi tutudit, fustibus membra debilitavit, manus contudit, digitos confregit, hominem loris cæcîdit, verberum dolore laniavit, graviter hominem pulsavit. De ejus tergo sibi satisfacere voluit. Nudari miserum jussit, verbera afferri, quibus laceraretur; verberibus fœdum in modum accepit, affecit; multùm ab eo vapulavit. *V. Cædo. Fustis, Ictus.*

Verbosè, wortreich / schwätzhafftiger Weise. *Syn.* Loquaciter, copiosè, multis verbis.

Verbosus, a, um, geschwätzig/ plauderig/ wortreich. *Syn.* Multus in verbis, loquax. *Usus.* Habes epistolam justô verbosiorem.

Verbum, i, Wort. *R. Varroni à* vero, *aliis à* verberatione *aëris per linguam dictum. Syn.* Nomen, vox, vocabulum. *Epi.* Ardens, consideratissimum, durum, insolens & humile, elegans aut grave, imutatum atque inflexum, inusitatum aut novatum, aut translatum, nefarium, odiosum, plenum humanitatis, priscum & inusitatum, solenne, suspiciosum, usitatum ac tritum. *Usus.* Verba adhibere usitata, trita, grandia, amplissima, gravia, plena, sonantia, juncta, non vulgata, delecta, splendida; dura, aspera, inusitata insolentia, prisca, inquinata, abjecta, non aperta, longè petita, odiosa, intolerabilia, inepta, scabra, rigida, desita, obsoleta. Verbum ex eo *elicere*, excutere non potui. Non est is, qui multa verba

ba *faciat* habeat, fundat, emittat; cui verba plura excidant; in verbis coagmentandis superstitiosior est. Verba perpetuare. Verbô aliquem *lacessere*, violare. Credulus sum, verba mihi dari, imponi facilè patior: In verba alicujus jurare, sese totum addicere. Verbis conceptis jurare. Verbis totidem *transferre*. Verbum pro verbo reddere; ad verbum transferre, exprimere; verbum de verbo exprimere, ad verbum ediscere. Verbi *gratiâ*, verbi causâ, verbotenùs. Verbô promittere, re negare; verbô, non re popularis. Unô verbô aliquem terrere. Verbô aliquid transigere. *Thras.* Multi verba potiùs quam sententiam sectantur; at non tam vocabulorum opificem, quàm rerum inquisitorem decet esse sapientem. Multi toti sunt in verborum aucupio, & literarum tendiculis, magni sunt architecti verborum, sententiam negligunt. Rem ad verba deflectunt, magnificentiâ & gloria verborum delectantur, in magnâ sententiarum jejunitate. Atqui rerum copia verborum copiam gignet.

Verè, wahrlich/warhafftig. *Syn.* Reverà, scilicet, in veritate.)(*Falsè, inaniter, fictè.* *Us.* Majores nostri non fictè & fallaciter, sed verè & sapienter, populares fuère. Verè tecum agam & liberè, uti nostra necessitudo postulat.

Verecundè, schamhafftiglich/ züchtiglich/ ehrbarlich. *Syn.* Prudenter, timidè, dubitanter.)(*Impudenter.*

Verecundia, æ, Schamhafftigkeit/ Züchtigkeit/ Sittlichkeit/ Ehrbarkeit. *Syn.* Pudor, rubor, modestia, ingenuitas.)(*Impudentia.* *Epi.* Custos virtutum omnium, dedecus fugiens, laudemque maximè consequens, invisa, stulta, virginalis. *Usus.* Sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum; quasi quidam ornatus vitæ. Solus homo pudoris, verecundiæ particeps. Virginali verecundiâ timidus. *Vid. Pudor.*

Verecundor, ari, sich schämen / züchtig und ehrbar seyn.)(*Impudens sum.* *Usus.* Cunctantem & quasi verecundantem incitare.

Verecundus, a, um, züchtig / sittig / schamhafftig / geschämig. *Syn.* Pudens.)(*Petulans, inverecundus.* *Usus.* Verecundus est, qui, ut bene audiat, erubescit; quem pudet impudica loqui. *Thras.* Juvenis est admodum verecundus; verborum & rerum obscænitate vitanda ruborem suum & ingenuitatem præstat. Pudorem animi & pudicitiam corporis colit. Pudore septus, in loquendo mirè verecundus; adolescentis modestissimi pudor ab omni obscænitate longè abhorret; incorruptis castissimisque moribus juvenis. *V. Pudicus.*

Vereor, eri, sich scheuen. *Syn.* Extimesco, nonnihil commoveor. *Usus.* Istam culpam, quam vereris, ego præstabo. Ab aliquo supplicium vereri. Vereor, ut tibi satisfaciam. 2. *Observo*, in Ehren halten/ Ehr und Recht beweisen. Is patrem veretur ut Deum. Amici non solùm se colent inter se, & diligent, sed & verebuntur. *V. Timeo.*

Vergo, ere, sich neigen/ sich sencken und lencken. *Syn.* Inclinatus sum. *Usus.* Bruti auxilium ad Italiam vergere quam Asiam maluissem.

Veridicus, a, um, wahrhafftig / der die Warheit redet. *Syn.* Verax, apertus.

Veriloquium, ii, wahrhaffte Erzehlung.

Verisimilis, e, wahrscheinlich / der Wahrheit ähnlich. *Syn.* Similis veri, credibilis, probabilis, consentaneus, quod maximè specie veritatis movet, ad veritatem propensiùs, vero propiùs, *Usus.* In omni disputatione, quid esset veri simillimum, quærimus. Verisimile est, simile veri est, verisimili simile, credibile est. Non discrepat, dissentit, non procul abest, non alienum est à ratione; rationi consentaneum est; est, cur credatur, cur verum putetur. Verisimilitudinem, speciem, formam, imaginem veri præsefert, ostendit. *V. Probabilis.*

Verisimilitudo, inis, Glaubwürdigkeit/ Wahrscheinligkeit. *Syn.* Probabilitas, similitudo veri.

Veritas, tis, die Wahrheit. *Syn.* Verum, vera ratio, res. *Epi.* Acerba, æterna, debilitata, in profundo demersa; si non jucunda, tamen grata; molesta, perspicua omnibus, sempiterna, simplex. *Usus.* Magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem & solertiam facilè se per se ipsam defendit. Sunt

alii simplices, aperti veritatis cultores, fraudis inimici. Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. Veritatis ignoratione, vulgi opiniones in maximâ inconstantiâ versantur. Veritatis luce nihil hominis menti dulcius; Animum à pictura ad veritatem traducere, studia sua ad veritatem dirigere. Veritate adductus hæc testor; ad veritatem loqui, dicere. Veritas nempè in profundo demersa in disputatione limatur, eruitur. Obtinere, retinere veritatem. Veritate patefactâ atque omni errore sublatô. Veritas ad liquidum explorata me convincit; à veritate *desciscere*, deflectere; resistere & repugnare contra veritatem non audet. *Phras.* Veritati plus, quàm amicitiæ tribuo; majorem habeo veritatis, quàm amicitiæ rationem; locum apud me honestiorem veritas obtinet, quàm amicitia; apud me cedit veritati amicitia; nihil amicitiæ elargior, nihil veritati nego.

Vermiculatus, a, um, wurmicht / gewurmlet. *Usus.* Emblema vermiculatum.

Verna, æ, leibeigener Hauß-Knecht. *Syn.* Servus domi nostræ ex ancillâ natus.

Vernaculus, a, um, einheimisch / einländisch. *Syn.* Domesticus. *Usus.* Quotidianæ res & vernaculæ. (Vernacula lingua, Mutter-Sprach.)

Vernus, a, um, dem Frühling oder Lentzen eigen / frühjährig. *Usus.* Verni temporis suavitas, Frühlings-Zeit / Früh-Jahr.

Verò, aber. *Syn.* Autem. *Usus.* Numeris astrictior Poëta, verborum verò licentiâ liberior. 2. *Certè, quidem.* Est verò ita. Et verò maximus ille Scipio.

Verres, is, ein unbeschnitten Schwein / Eber. *R. Ex ἐῤῥωὸς, aper, porcus non castratus.* *Syn.* Porcus masculus.

Verro, ere, kehren. *Syn.* Scopis pulverem l. sordes aufero, ejicio.

Verruca, æ, * eine Wartze.

Verrucosus, a, um, voll Wartzen / wartzigt. *Syn.* Verrucis plenus.

Versatilis, e, leichtlich umzuwenden / gelenckig / lencksam / geschickt. *Usus.* Acies versatilis, ingenium illi versatile sic pariter ad omnia fuit, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret. *V. Varius.*

Versicolor, oris, von mancherley Farben / vielfarbig / bund / schäckig. *Syn.* Dubiô, variòve colore.

Versatus, a, um, geübet / gelenckig / gewandt / geschickt. *Syn.* Tractatus, exercitatus, subactus. *Usus.* Homo tum in aliis causis exercitatus, tum in hac sæpius versatus.

Versipellis, e, arglistig / hinterlistig / verschmitzt. *R. vertens subinde pellem ad alium decipiendum.* *Syn.* Callidus, astutus, simulator. *V. Astutus.*

Verso, are, hin und her kehren oder wenden. *Syn.* Converso, volvo, tracto, converto, flecto. *Usus.* Æstuas dubitatione, versat se in utramque partem, huc illuc. Versare suam naturam & flectere ad tempus. Animum ad dolos & fallacias versare cæpit.

Versor, ari, beschäfftiget seyn / womit umgehen. *Syn.* Sum, consuesco, incumbo, laboro, do operam, insudo. *Adv.* Abstinenter, acriter, acutissimè, assiduè, conjunctissimè, callidè, copiosiùs, diutiùs, honestè, impudentiùs, moderatè, nimiùm, peritè, perjucundè, populariter, subtiliùs, temerè, castè, non obscurè. *Usus.* Diu in Sicilia versabatur. Nobiscum versari diutiùs non potes; ingenia, quæ antea in re oratoria versabantur. Res in ore vulgi versatur. Videbis, in quo motu temporum versemur. Juventus ejus tota in laudis cupiditate versabatur. Respublica in discrimine versatur. Ea res versatur ante oculos. In negotiis versor maximis; nominis tui terror in auribus animisque hostium versatur. *Phras.* Libenter cum illo versor. Jucundissimè conjunctissimeque cum eo vivo, assiduitate ejus delector, cum eo consuetudinem & amicitiam junxi. Libenter cum illo ætatem ago, hæreo ad ejus latus, libenter cum illo tendo.

Versura, æ, Umkehrung / Verkehrung / Umwendung. *Syn.* Creditoris mutatio. *Usus.* Iniquissimô fænore versuram facere.

Versùs, gegen / gegen über. *Usus.* Aretium versùs castra movit. *Phras.* Orientem versùs, ad Orientem, Locus ad Ortum

Ortum conversus, ad Ortum vergens, ad Ortum pertinens s. spectans, Orienti oppositus.

Versus, ûs, ein Reim / Vers. *R. à* vertendo, *oratio in numeros* versa. *Syn.* Carmen, modus. *Epi.* Malus, pervagatissimus, seminator malorum. Alterni, delicatissimi, elaborati, heroici, hexametri, obscænissimi, ornatissimi atque optimi, veteres, usitati. *Usus.* Multos versus scripsit. Historiam Pharsalicam versibus scripsit. Multi in eum versus facti, confecti sunt. Magnâ felicitate, variis modis atque numeris versus fundit, texit, componit. Hominum flagitia pulcherrimis versibus exprimit. Multos simul versûs unô spiritu pronunciat.

Versutè, listig/ verschmitzt / spitzfündig. *Syn.* Callidè, vafrè, malitiosè, subdolè, subtiliter.

Versutiloquus, a, um, listig und spitzfündig im Reden; der die Wort auff Schrauben setzen / wenden und drehen kan.

Versutus, a, um, verschlagen/verschmitzt/ spitzfündig / listig / arglistig / der sich drehen und wenden kan. *R. à* versando, *cujus mens facilè se* versat. *Syn.* Callidus, vafer, tectus, multiplex, malitiosus. *Usus.* Acutus, versatus, veterator; versutum & solers acumen. Militia est versuta & fallax nocendi ratio. *V. Simulator. Astutus.*

Vertens, tis, umkehrend / umwendend/ umdrehend. *Syn.* Circumactus, completus. *Usus.* Annô vertente; intra finem anni vertentis.

Vertex, cis, das obriste eines Dinges / Gipffel / Wirbel / Scheitel. *R. à* vertendo. *Syn.* Polus. *Epi.* Celsus, extremus, summus. *Usus.* Duo cinguli cæli verticibus subnixi. 2. *Summa pars*, montis vertex. Ab imis unguibus ad summnm verticem.

Verto, ere, wenden/ drehen/ umkehren. *Syn.* Converto, vario, muto. *Usus.* Vertere stylum in tabulis suis. Vertit hic rationem; fingit, quod probare non potest. Vertit se fortuna, fortunæ ventus. 2. *Converto, dirigo iter.* Vertit se Romam. Terga vertere hostibus. 3. *Transfero.* Vertere Platonem Latinè. 4. *Commuto.* Solum vertere exilii causâ. 5. *Tribuo, do.* Vitio crimini aliquid vertere. 6. *Recipio me, confugio.* Quò se verteret, non habebat. 7. *Sum.* In hoc res tota vertitur. In tua voluntate negotii summa vertitur. 8. *Succedo.* Id consilium, ut tibi bene vertat, ne in perniciem tibi vertat, opto.

Vertumnus, i, ein Abgott der Veränderung. *Syn.* DEUS vertendarum rerum.

Vervex, cis, verschnittener Hammel / Scheps. *Syn.* Mas inter oves castratus.

Verùm, aber. *Syn.* Sed.

Veruntamen, aber doch. *Syn.* Sed tamen. *Usus.* Optabam, verumtamen non audebam.

Verus, a, um, wahr/ wahrhafftig. *Syn.* Sincerus, solidus, germanus, expressus, enucleatus, certus, justus, non fucatus, inustus notis veritatis.)(*Adumbratus, simulatus, fucatus, falsus.* *Usus.* Ea est justa solidaque gloria, quæ virtuti venit. Perspicere, quid in re unaquaque verum sit; licet enim verum dicere; nonnisi verum loquitur. Quidquid dicit, velut ex Oraculo Delphico edita existimes; adeò est veritatis diligens, ut ne jocô quidem mentiatur. Ejus Oratio verè ad veritatem accedit, nunquam à veritate deflectit.

Vesania, æ, * Tobsucht / Tollsucht / Unwitz/ Aberwitz. *Usus.* Quæ vos vesania agitat? *V. Amentia.*

Vesanus, a, um, unsinnig/ thöricht/ aberwitzig/ alber. *Syn.* Vecors, infans, furiosus. *V. Amens. Furiosus.*

Vescor, i, essen. *R. ex* ve *&* esca. *Syn.* Utor, pascor. *Usus.* Lacte, caseô, carne vescor. Dii nec escis, nec potionibus vescuntur. *V. Comedo.*

Vesica, æ, Blase / Harn-Blase. *R. à* φύσα *vel* φύσσα. *Syn.* Folliculus urinæ.

Vespa, æ, Wespe / grosse Fliege oder Mücke. *Usus.* Vespas aculeis uti videmus.

Vespera, æ, Abend / Abend-Zeit / Vesper-Zeit. *R. ex* ἕσπερος. *Syn.* Extremum diei tempus. *Epi.* Obscurus. *Usus.* Ad vesperum, usque ad vesperum perpotavit; non ante vesperum abibo.

Vesperi, e, auff den Abend / zur Abend-Zeit / späth. *Syn.* Occidente sole, tardè.

dè, sole præcipitante, cum advesperasceret. Die præcipiti, sub occasum solis, cùm haud multum diei superest, serô die, solis occasu, sub occasum solis, prima vesperâ, cùm non multùm ad solis occasum temporis superest, die inclinatô in vesperam.

Vesperascit, * es wird abend / es wird spat. *Usus.* Vesperascente cælô.

Vespertinus, a, um, abendlich / zur Abend-Zeit gehörig / spät. *Usus.* Vespertinô tempore.

Vestibulum, i, Vorhoff. *Epi.* Privatum, vacuum, honestum. *Usus.* In primo aditu, & vestibulo prohibere aliquem.

Vestigator, oris, * Nachforscher Nachspührer/ Nachgrübler. *Syn.* Venator.

Vestigium, ii, Fußstapffen / Spuhr. *R. à ve, id est,* valde *&* stigium. *Syn.* Reliquiæ, signum, nota, monumentum. *Epi.* Adversa, manifesta, nefaria, parva, pressa, recentia. *Usus.* Cùm pedem intulero, & in possessionem vestigium fecero; tu extra ædes tuas, ubi vestigium imprimas, ponas, figas, non habes. Stellæ cursûs sui vestigium nunquam inflectunt. Persequi vestigia alicujus. Consequi aliquem vestigiis. Num in ejus scriptis eloquentiæ ullum vestigium apparet? Reliqua sunt, extant multa antiquitatis vestigia. Indicia & vestigia veneni; in temporis, loci vestigio. Pergunt hostem vestigiis sequi. Vestigia in multas partes ferentia.

Vestiarius, a, um, * zun Kleidern gehörig. *Usus.* Arma vestiaria.

Vestimentum, i, Kleid. *Syn.* Vestis, vestitus. *Usus.* Calceos & vestimenta mutavit.

Vestigo, are, spüren/nachspüren/ nachforschen / nachgründen / nachgrübeln. *Syn.* Indago, vestigiis, odoror. *Usus.* Causas rerum vestigare. *V. Indago. Quæro.*

Vestio, ire, kleiden. *Syn.* Tego, obduco. *Adv.* Benè, extrinsecùs, malè, obsoletiùs. *Usus.* DEUS animam corpore vestivit. Reconditas sententias eleganti Oratione vestire, & ornare.

Vestis, is, Kleid. *R. à Græc.* ἐσθής, *vel à* velando, *est enim velamentum pudoris. Syn.* Vestitus, vestimentum. *Epi.* familiaris, muliebris, pretiosa, purpurea, stragula pretiosaque. *Usus.* Vestem lineam conficere, resarcire. Vestem induere, mutare. Vestem alicui detrahere; vestem discindere.

Vestitus, ûs, Kleidung. *Syn.* Vestimentum, ornatus. *Epi.* Necessarius, obsoletior, pristinus, virginalis. *Usus.* Vestitus asper. Victus vestitusque necessarius. Vestitus orationis, montium, riparum.

Veteranus, a, um, alt und abgericht/geübt. *Syn.* Miles, qui viginti annos militasset.)(*Tyro.* *Usus.* Cæsar firmissimum exercitum invictissimô genere veteranorum militum comparavit.

Veterasco, ere, alt werden/ altern / veralten. *Usus.* Veterascentem eorum gloriam quis non videt?

Veterator, oris, ein alter schlauer Fuchs oder Betrüger. *Epi.* Magnus, & perfamiliaris alicui. *Usus.* Homo acutus, callidus, astutus, magnus veterator, *V. Simulator. Astutus.*

Veteratoriè, listiglich/ schlau / betrüglich. *Syn.* Vafrè, callidè, subdolè, versutè dicere, agere.

Veteratorius, a, um, schlau / listig / verschmitzt/ betrüglich. *Syn.* Fallax, dolosus, malitiosus. *Usus.* Nihil ab eo nisi tectum & veteratorium expectes. *Vid. Astutus.*

Veternosus, a, um, * schläfferig / faul. *Syn.* Qui gravi somnô premitur. *Usus.* Veternosus senex. *V. Piger.*

Veternus, i, Schlaffsucht. *Syn.* Lethargus. *Usus.* Veternus civitatem occupavit. *V. Somnus.*

Veto, are, verhüten / verbieten/ untersagen. *Syn.* Prohibeo, absterreo.)(*Jubeo, cogo.* *Adv.* Assentatoriè, dilucidè, fraternè, planissimè. *Usus.* Hoc omnes leges vetant. Vetuit eum desperare. *Vid. Prohibeo.*

Vetulus, a, um, ältlich / altvätterisch. *Syn.* Antiquus.)(*Novellus.* *Usus.* Mulier vetula, & multarum nuptiarum. Equus vetulus.

Vetus, eris, alt. *R. ab* ἔτος, *annus. Syn.* Antiquus, priscus, quod vetustatem fert.)(*Novus, recens.* *Usus.* Credendum est veteribus & priscis viris; mos, amicitia vetus. Usitata & vetus exceptio. Vina veterrima, quæ vetustatem

tem ferunt. Vetuſtate ſeneſcunt, evaneſcunt. *Phraſ.* Vetus hic mos eſt. Vetuſtus, antiquus, longævus, obſoletus, priſcus, jam diu inſtitutus, remotiſſimus à noſtra memoriâ hic mos eſt. Erat hæc in animis hominum opinio, penitùs inſederat, multi temporis, pervetus, diuturna, minimè recens erat hæc opinio. *V. Antiquus.*

Vetuſtas, tis, **Alterthum.** *Epi.* Excellens, infinita, plena exemplorum, priſca, ſcenica, tolerabilis. *Uſus.* Vetuſtatis exempla oratori nota eſſe debent.

Vetuſtus, a, um, **ältlich / altvätteriſch.** *Syn.* Vetus, antiquus. *Vid. Antiquus.*

Vexatio, onis, **Bekümmernuß / Anfechtung / Trillung / Peinigung.** *Syn.* Magna & infeſta quædam jactatio & agitatio. *Epi.* Acerbiſſima, impunita. *Uſus.* Afflictio eſt ægritudo cum vexatione corporis. Vexatio & direptio ſociorum.

Vexator, oris, **Peiniger / Triller / Quäler.** *Syn.* Exagitator. *Epi.* Crudelis alicujus reip. & ſceleratus. *Uſus.* Direptor & vexator urbis.

Vexillarius, ii, * **Fähndrich.** *Syn.* Anteſignanus. *Uſus.* Ordo ſexagenos milites, vexillarium unum habebat.

Vexillum, i, **Fahne.** *Syn.* Signum. *Uſus.* Vexillô opus eſt, convolabunt. Nunquam perditis civibus vexillum deerit.

Vexo, are, **hin und wider treiben / trillen / plagen / anfechten / peinigen.** *R. à vecto, malè vectare.* *Syn.* Agito, exagito, vexator ſum, diripio, populor, infeſtum reddo, inſulto, malè habeo, miſerum habeo. *Adv.* Contumaciter, contumelioſiſſimè, urbanè, crudeliſſimè, fædiſſimè, vehementer, vigilantiſſimè. *Uſ.* Omnia divina & humana jura vexarunt, violârunt, perturbârunt, everterunt. Uxor mea, quam vexaviſtis, quam raptaviſtis, omni crudelitate laceràſtis. Verbis me, probris omnibus, & maledictis vexavit. Bellô vaſtabitur Italia, vexabuntur urbes, ardebunt tecta. *Phraſ.* Multis injuriis, contumaciter & inurbanè vexatus, probè preſſus ſum, liberè vix reſpirare licet. Tanta in me improbitate uſi ſunt, tot injuriis jactata eſt & exagitata æquitas, ut animum meum ægritudo planè conficiat; ita afflictor; ita fædè, crudeliter, iniquè jactor, ut animus mihi dies noctesque exedatur. Eæ injuriæ me vehementer fodicant, lacerant, vexant, ſtimulos admovent, ignes adhibent, reſpirare non ſinunt. Pervellunt me & perpungunt, animos affligunt metu, & debilitant. Multis ſanè moleſtiis conflictor; dies noctesque torqueor, ſtimulor, acerbiſſimè afflictor; eæ injuriæ quaſi morſu quôdam dolorem efficiunt, dies noctesque curis inſomniisque agitant, & excitant ſæpè ſomnô; circumventus ab inimicis præceps agor, moleſtiis afficior ſine cauſa; injuriis vexor, exagitor, jactor immeritô meô; negotium exhibetur immerenti; commiſſum à me non eſt, ut hæc tam gravia ſuſtinerem.

Via, æ, **ein Weg.** *R. ex Græc.* οἶα, *vel q.* veha; *eſt enim ſpatium tritum, quo vehimur aliquò.* *Syn.* Iter, angiportus. *Epi.* Æſtuoſa & pulverulenta, aperta, ſimplex & directa, brevior; certa, neque longa; expeditior, illuſtris atque lata, immunita, inculta & ſylveſtris, militaris, occulta, popularis, præceps & lubrica, proxima ad gloriam & quaſi compendiaria, recta vivendi, ſacra, vendibilis, vitioſa. Ancipites viæ, optabiles in experiendo, jucundæ in legendo, optimæ, tritæ. *Uſus.* Veteres militarem viam magnis ſumptibus *fecère*, ſtravêre, concinnavêre, ſubſtruxêre. Vias repurgabant, reficiebant. Alicui per ſuum agrum viam dare. Patet tibi via per meos fundos. In longam ſe & multorum dierum viam *committere*, dare. In via eſſe, procedere, progredi. Multorum dierum viam conficere. Vide, ne de via *deflectas*, declines, è via excedas, recedas, deducaris de via; etſi exerraveris, in viam redeas. 2. *Transl. Modus, ratio, forma, inſtitutum.* Inuſitatas docendi vias indagare, tritas relinquere. Omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volo, poſſe perveniri. Viâ & arte docere, dicere, progredi. Hæc ad gloriam proxima eſt & compendiaria via. Hi non juſtitiæ, ſed litigandi vias tradunt. *Phraſ.* Viæ erant perdifficiles, ſemitæ anguſtiſſimæ; viæ latebroſæ, terri-

terrimæ, æstuosæ, pulverulentæ; itineribus deviis proficiscendum erat; summa difficultas aditûs; asperis, confragosis, arctis circùm locis, arduis viis intrandæ erant angustiæ; pleræque cavæ simulquè occultæ viæ, nec unquam ante humanô initæ vestigiô aperiendæ; asperitates viarum & angustiæ, saltibus crebris inclusæ, superandæ; inexplicabiles continuis imbribus viæ ineundæ; quæ ne singulari quidem homini unquam patuissent.

Viaticum, i, Weg-Zehrung / Ritter-Zehrung / Weg-Steuer. *Syn.* Viæ impensa, itineris subsidium. *Epi.* Largum & liberale, publicum. *Usus.* Video mihi opus esse viaticô largô & liberali. Quærendum mihi, congerendum viaticum. Nemo mihi viaticum suppeditat, suggerit. Viaticum alicui præripere, eripere.

Viarius, a, um, Weg und Steg angehende. *Usus.* Lex viaria, Gesetz / so da handelt von Verbesserung der Strassen.

Viator, oris, Wanderer / Wandersmann / ein Reisender. *Syn.* Qui iter facit. *Epi.* Præteriens, bene vestitus. *Usus.* Sæpe & latronem occidit viator.

Vibro, are, schwingen / hin und her schwingen. *Syn.* Tracto, agito. *Usus.* Hastas, sicas vibrare. 2. *Mico.* Oratio incitata & vibrans. Mare à sole collucens albescit, & vibrat.

Vicanus, a, um, in einem Dorff wohnend. *Syn.* Qui in vico habitat.

Vicarius, a, um, eines Statt vertretend / Statthalter. *Syn.* Successor, qui vicem alterius obtinet, vel in locum succedit, qui pro aliquo in munere quopiam constitutus est. *Usus.* Vicarius alienæ dominationis, alieni juris. Succedam ego vicarius tuô muneri, suscipiam partes tuas. Vicarius meæ diligentiæ succedes. *Phras.* Pontificium munus, Pontificis partes agit, sustinet; Pontificem agit; vicariam operam Pontificis locô præbet; Pontificis personam gerit, sustinet. *Vid. Loco.*

Vicatim, gassen-weise. *Syn.* Per singulos vicos. *Usus.* Vicatim servi omnes conscribebantur.

Vicem, Statt / Zustand / Stelle / Person. *Syn.* Fortunam, sortem. *Usus.* Meam & aliorum vicem pertimesco, doleo, lugeo, anxius sum, ulciscor.

Vice, an statt. *Syn.* Locô. *Usus.* Sui vice me substituit. Vice versâ. Poëtæ vice nomina fingere. *V. Loco.*

Vicenus, je zwantzig. Vicesima, Steuer von zwantzig fünff. Vicies, zwantzigmahl. Vicesimus, der zwantzigste. Vicenarius, der zwantzig begreifft.

Vicinia, æ, Nachbarschafft. *Syn.* Vicinitas; *quod vide.*

Vicinitas, tis, Nachbarschafft. *Syn.* Vicinia, propinquitas. *Epi.* Finitima artium studiorumque, infelix, meretricia. *Usus.* Cur in istam vicinitatem te constituisti? mihi cum eo vicinitas, & magnus usus est; propter vicinitatem totos dies simul sumus. Tota vicinitas clamoribus personat.

Vicinus, a, um, nahe gelegen / nachbarlich / Nachbar. *R.* à vicus, *ejusdem* vici *inhabitator.* *Syn.* Propinquus, finitimus, proximè accedens. *Usus.* Dialectica finitima & vicina Rhetoricæ. Vicina ad pariendum mulier. *Phras.* Est ille vicinus meus, proximus; ejus ædibus meæ continentes sunt; meas ædes ejus domus attingit, tangit s. in meas ædes incurrit. Est ille mihi finitimus; propè ab mea domo; ipsa loci propinquitas amicos nos reddit; ejus ædes meis adjacent; in proxima vicinia habitat; huc viciniæ dudum commigravit. Vicinum videtur bellum; anguntur multi appropinquatione belli. In ipsis prope portis bellum habemus. Ante portas est bellum, velut in cervicibus habemus hostem, ipsa loci propinquitas ad pugnandum stimulat.

Vicissim, dargegen. *Syn.* Pariter, invicem, mutuò. *Usus.* Æstate calescere, hyeme vicissim algere. Mutuari ab aliquo aliquid, & ei vicissim reddere. Quod honestum, justum est, & vicissim. *V. Immineo.*

Vicissitudo, inis, Wechsel / Abwechslung / Veränderung. *Syn.* Vices, commutatio, varietas quædam. *Epi.* Jucunda studiorum officiorumque, nocturna diurnaque, optabilis. *Usus.* Temporum varietates, fortunæ vicissitudines. Laborum & quietis vicissitudine utendum est. Nihil remuneratione bene-

benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorumque jucundius. *Vid. Varietas.*

Victima, æ, Schlacht-Vieh zum Danck-Opffer Schlacht-Opffer. *R. à* vinciendo. Syn. Hoſtia. *Epi.* Gratior. *Uſ.* Se pro republica victimam præbere.

Victimarius, ii, * Opffer-Knecht. *Syn.* Victimarum magiſter.

Victor, oris, Sieger/ Uberwinder. *Syn.* In contentione ſuperior, palmam ferens.)(*Victus.* *Epi.* Beatus, invitus, ingratus, lætus, ſummus. *Uſus.* Galli victores alacritate & quaſi lætitiâ ad canendum excitantur.

Victoria, æ, Sieg/ Uberwindung. *Syn.* Palma, triumphus, trophæum, res benè geſta.)(*Offenſio timor.* *Epi.* Acerbiſſima, bellica, civilis, crudelis & funeſta, domeſtica, externa, glorioſa, gravis turbulentaque, horribilis, innocentiſſima, naturæ inſolens & ſuperba, moleſta, navalis, præclara, recens. *Uſus.* Multa victoriam portendebant. Is caſus nobis victoriam *dedit*, peperit, detulit, tribuit. Inde victoriæ initium factum, ortum, enatum fuit; jam in manibus eſt victoria, in manibus habemus victoriam. Glorioſam victoriam *adepti* ſumus, habemus, reportavimus, conſecuti ſumus. Tandem ad nos victoria venit; tandem victoriam lætis vocibus conclamare, concelebrare licet. Victoriâ bene uti novit Cæſar. Victoriam minimè crudeliter exercuit. Fortuitus caſus propemodum è manibus *eripuit* victoriam, extorſit, ad hoſtes tranſtulit, diſtulit certè, & moratus eſt tantiſper. Victoria propè è manibus excidit.

Victus, ûs, Lebens-Mittel / Speiß und Tranck / Nahrungs-Mittel / Zehrung. *R. à* vivo. *Uſus.* Alicui victum veſtitumque neceſſarium liberaliter dare, præbere; neceſſaria ad victum ſuppeditare. Victum labore & induſtriâ quærere, comparare. Tenui victu cultuque delectari; vitam propagare, vitam ſuſtentare. Vitæ cultus ac paratus, res familiares. Victus & amictus, Hülle und Fülle. *V. Alo.*

Vicus, i, Gaſſe. *R. ex Græc.* οἶκος, *domus.* *Syn.* Pars urbis pluribus domibus conſtans. *Uſus.* Omnibus vicis ſtatuæ collocatæ ſunt.

Videlicet, nemlich/ verſtehe. *Syn.* Scilicet, nimirum, nam, enim. *Uſus.* Tibi videlicet moleſtus eſſe nolui.

Video, ere, ſehen/ ſchauen/ gucken. *R. ab* εἴδω, *prop. corporis.* *Syn.* Cerno, conſpicio, perſpicio, provideo, aſpectu ſentio, aſpectu percipio; ſenſum videndi, vel oculorum habeo; ante oculos mihi verſatur, vel obverſatur. *Adv.* Acriùs, acutè, aſſiduè, oculis, coràm, diligenter, etiam atque etiam maturè, palàm, paulò, clàm, perſpicuè, phyſice, planè, prudenter, rectè, ſtrictim, tantò ante. *Uſus.* Octavii ſtatuam videmus in foro. Hæc mala & vos videre, ac perſpicere poteſtis, & mihi ante oculos verſantur. 2. *Animô agnoſco, intelligo.* Hæc ego tam video animô, quàm ea, quæ oculis cernimus. Multùm ille videt. Diligentiùs nobis eſt videnduum. 3. Quid concupiſcas, tu videris. Sed video hæc poſteriùs. *Thraſ.* Omnes ad videndam rem novam occurrêre; omnis ſe multitudo ad cognoſcendum effudit; ex muris viſebant multi ſpectatores; omnes rem novam percepere; oculis inſpicere cominùs, coràm cernere ac conſpicari geſtiebant. Ego verò quô aſpectu viderem, quomodo ferrent oculi rem patriæ adeo triſtem? Quomodo non à tantâ fœditate ſpectaculi averterem oculos? Res tam tenuis vix videri poteſt, vix in conſpectum cadit; tanta eſt tenuitas, ut aciem fugiat, ut vix aſpectabile ſit, ſenſum oculorum ut effugiat, ut aſpectu ſentiri non poſſit. Vix ſub aſpectum venit, oculis ſubjici non poteſt. *V. Intueor.*

Videor, eri, mich dünckt/mich bedünckt/ es kommt mir vor; ſihet mich an/als; es ſcheint mir/ als. *Syn.* Compareo, ſpeciem offero, præbeo, ſpeciem habeo, vel præmefero. *Adv.* Facillimè tales, quales ſumus; longè, ſecùs, magnopere, ſecùs, valdè, verè. *Uſus.* Sicut mihi videtur, quantùm judicare poſſum. Edic, quid tibi ea de re viſum fuerit. Ut ea non eſſe facta, ſed videri pronunciarent. *Vid. Puto. Opinio.*

Viduitas, tis, Wittwenſtand. *Uſus.* Triſtis viduitas, ac ſolitudo.

Viduus, a, um, beraubt. Subst. Wittwer/ Wittwe. *Usus.* Cognitor viduarum.

Vietus, a, um, welck/ verhutzelt/ verschrumpelt/ schlos/ hinfällig/ schwach. *Syn.* Imbecillus, languidus. *Usus.* Cor bovis exiguum, vietum, morbô aliquô contractum. Fructus vieti & caduci.

Vigeo, ere, bey Kräfften seyn/ wacker und frisch seyn. *R. ab ὑγιὴς, sanus. vel q. vi ago. Syn.* Vireo, viriditatem habeo, floreo, flagro, in gratia sum.)(*Iaceo. Adv.* Vehementiùs, diu. *Usus.* In omni natura id vivit vigetque, quod calet. Viget animus in somnis. Nihil semper floret; diu Cæsar viguit, nunc Pansa. Multis sæculis viguit ea philosophia; interdum etiam objurgationes in amicis vigent. *V. Floreo.*

Vigesimus, a, um, der Zwantzigste. *Syn.* Vicesimus.

Vigil, is, wachend/ wacker/ munter. Subst. Wächter. *R. à vigeo, sensu vigens. Usus.* Clamor à vigilibus & custodibus tollitur.

Vigilans, tis, munter/ wacker. *Syn.* Attentus, acer, solicitus. *Usus.* Nemo hominum vigilantior, paratior, comparatior ad judicium venit. Homo vigilans, & acutus.

Vigilanter, wachtsam/ wacker. *Usus.* Vigilanter & nervosè agere.

Vigilantia, æ, Wachtsamkeit/ Wackerheit/ Munterkeit. *Syn.* Diligentia, studium, cura, providentia. *Epi.* Horribilis, mirifica, singularis. *Usus.* Meâ perfeci vigilantiâ, ut tuti essetis. Diligentiâ, celeritate, labore, vigilantiâ opus est.

Vigilia, æ, Wacht. *Syn.* Lucubratio, abstinentia à somno. *Epi.* Consularis ac senatoria, flebilis, nocturna. *Usus.* Cui non auditæ Demosthenis vigiliæ? 2. *Cura, custodia.* Idcirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, ut populum Rom. vacuum nostris vigiliis redderemus. Illam coloniam meis præsidiis, vigiliis, custodiis munivi, servavi. 3. *Excubiæ.* De tertia vigilia ad me venit. Diligenter pro castris vigilias collocare. In vigilias ire; vigilias agere, exigere, conficere. Alteri suam vigiliam tradere, nec tamen sibi deesse.

Vigilo, are, wachen. *Syn.* Excubo, vigilias ago, in vigilia maneo.)(*Dormio. Adv.* Acriùs, multùm. *Usus.* Vigilare & excubare ad multam noctem, de multâ nocte. *Phras.* Ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis; totas noctes pervigilo, perpetuas vigilias suscipio; in ea re curæ, consilia, cogitationes meæ omnes evigilant. Diuturnas vigilias tolero, nec me ita curæ obruent, quin animô insomnis sim.

Viginti, zwantzig. Vigintiviratus. Vigintiviri, Rath der Zwantziger.

Vigor, oris, * Krafft/ Vermögen/ Stärcke. *Syn.* Firmitas, robur, integritas. *Usus.* Membrorum, juventæ vigor.

Vilis, e, schlecht/ gering/ verachtet/ unansehnlich. *R. à Gr. φαῦλος, abjectus. Syn.* Vulgaris, contemptus, abjectus, humilis, plebejus, levis, communis, contritus, de populo unus, unus de multis, missorum ultimus, omnium infimus, & sordidissimus homo, nullô numerô, parvus, angustus animus, aliquis vitâ contemptâ & sordidâ.)(*Pretiosus. Usus.* nihil tam vile, tam vulgare est, cujus &c. *Phras.* Vile illud caput, hoc ausus est? Illa labes & eluvies civitatis, illa è vepreto extracta nitedula, illæ plebis quisquiliæ, homo ex ergastulo emptus, emersus è cæno, omnium facilè omnibus rebus infimus, de lapide emptus, homulus ex argilla & luto factus, infimus ac despicatissimus, sordidus, vanus, levis, futilis, in honoratâ & ingloriâ vitâ, de plebe humillimus, vile & infame corpus, semilixa, ultimæ sortis, postremus servorum, sine gratia, sine autoritate, imi vir subsellii, homo infra omnes ordines. Valdè miror, quòd hominis teterrimi ac sordidissimi consuetudine utaris. Mirari satis non possum, quòd ejus te hominis usus & consuetudo delectet, cujus infirma conditio sit, qui sit infimæ conditionis; humillimi, obscuri, nullius loci, ordinis, pretii; qui sit despectus, abjectus, contemptus, qui sit terræ filius, inops, ab omni prorsus existimatione, neque à se ipso neque a Majoribus commendatus; qui nullâ Majorum laude, nullâ suâ virtute commendatus, honestatus, nobilitatus, insignis. *V. Humilis. Abjectus. Tenuis.*

Vilitas, tis, Geringschätzigkeit/ Nichtswürdigkeit/ Schlechtigkeit/ Geringfügig-

fügigkeit.)(*Caritas.* *Epi.* Magna, communis, nec opinata. *Usus.* Summa annonæ vilitas. *V. Humilitas.*

Villa, æ, Meyerhoff/ Bauergut / Land-gut/ Vorwerck. *Syn.* Domus extra urbem rureve ædificata. *Epi.* Aperta ac ne rudis quidem, locuples, parva, proxima, publica, vetus & non magna. *Usus.* Antiquô more parva erat villa. Tota villa locuples eſt, abundat porcô, hædô, agnô, gallinâ, caſeô, lacte, melle. 2. *Vicus, pagus.* Eſſe in agro, & ali ad villam.

Villicus, i, Verwalter/ Mäyer/ Hoff-Mann/ Hof-Bauer/ Vorwercker. *Syn.* Custos villæ. *Epi.* Bonus. *Usus.* Mercari villicum tanquam Fabrum.

Villoſus, a, um, * rauch/ haarig/ zottig/ filtzig. *Usus.* Veſte villoſâ corpus contegere.

Villus, i, Haar-Zotte oder Zopff/ Filtz. *Syn.* Pilus. *Usus.* Ovium villis veſtimur.

Vimen, inis, eine Wiede/ Flecht-Reiß. *Usus.* Simulacra viminibus contexta.

Vimineus, a, um, * von Weiden oder Reisern geflochten. *Usus.* Tegumenta, crates, faſces viminei.

Vinacius, a, um, den Weinbeeren eigen. *Usus.* Acinus vinacius, Weinbeerkörn-lein/ Kern im Trauben.

Vinarius, a, um, zum Wein gehörig/ weinhafft/ weinreich. *Usus.* Vas, crimen; cella vinaria, Wein-Keller.

Vincio, ire, binden/ flechten. *Syn.* Colligo, conſtringo.)(*Diſſolvo.* *Usus.* Facinus eſt vincire civem Romanum. Tu liberos populos tyranno vinctos conſtrictosque tradidiſti. 2. *Connecto.* Sententias quidem habet graves, ſed eas nec vincire, nec explere novit. Loca occupare, vincire præſidiis.

Vinco, ere, beſiegen / ſich bemeiſtern/ überwinden *R. a* vi; *vi ſuperare.* *Syn.* Supero, devinco, expugno, ſuperior diſcedo, obtineo, frango, rem bene gero, victoriam reporto, ſubigo atque in ditionem meam redigo, præliis frango, domo, feliciſſimè decerto, ſecundum prælium facio, copias hoſtium fundo, ſuperior ſum. Litem, cauſam obtineo, præcurro, præſto, præpondero. *Adv.* Facilè, funditus, magnificè, viciſſim, nimirùm etiam, turpiſſimè. *Usus.* Vincam opinionem tuam, expectationem omnium. Cauſam, ſponſionem vincere. Sponſione vincere & ſuperiorem diſcedere. Sapientis animus nunquam vincitur à voluptate. Cupiditate non frangitur, non metu expugnatur. *Phraſ.* Ab utroque victoriam victoriæque inſignia reportavi, tuli, conſecutus ſum. Mihi manus, palmam uterque dedit, detulit. Mihi victus ceſſit, victorem me faſſus eſt; utrumque facilè fregi atque abjeci, nullô negotiô retudi. Utrique antecello, longè præcurro, virtute ſupero. Victoria penes me ſtetit, ante utrumque fui. Cæſar Pompejum, cùm exercitum ipſe haberet multis partibus inferiorem, præliô tamen ſuperavit, pugnâ fregit; acie vicit, fudit, fugavitque; in fugam conjecit, convertit; victoriam obtinuit, conſecutus eſt, adeptus eſt; Pompejum concidit, confecit; ſuccubuit tamen Pompejus, victus diſceſſit, gradu & gloriâ depulſus eſt; impulſa tamen Pompeji acies, percuſſaque inclinavit. Pauci ſe ipſos vincere nôrunt; in omnibus ſeculis pauciores reperti ſunt, qui ſuas cupiditates, qui ſe ipſos frangerent, quàm qui hoſtium copias vincerent; pauci, qui ſuos ipſi animos contunderent, iracundiam cohiberent, impetum temperarent, dolorem iramque ingenti animô comprimerent, contra libidinem animi ſui rectè atque ordine omnia facerent.

Vinculum, i, ein Band. *Syn.* Nodus *Epi.* Aptiſſimum atque pulcherrimum; grave, non mediocre, publicum, arctiſſimum, domeſticum, ſempiternum. *Usus.* Conjunctionis, amoris, amicitiæ, neceſſitudinis vinculis cum aliquo conjunctus. Alicui vincula *injicere*; vinculis conſtringere, aſtringere, colligare. Aliquem in vincula abripere, conjicere. Vinculis mandare; in vinculis retinere. Vinculis innocentem *levare*, è vinculis emittere. Vincula rumpere, revellere; è vinculis corporis evolare.

Vindemia, æ, Wein-Leſung/ Wein-Erndte. *R. a* vino demendo, *cum vinum demitur.* *Uſ.* Omnes meas vindemiolas eò reſervo.

Vindex, icis, Rächer. *R. à* vi *& inuſit.* Dex. *qui per vim dicat, cui quid debetur.* *Syn.* Ultor. *Epi.* Aſſiduus, gravior, optimus. *Uſ.* Cura, carcer, vindex ſcelerum & temeri-

meritatis. Furiæ ſpeculatrices & vindices facinorum & ſcelerum. 2. *Cuſtos.* Brutus vindex libertatis. Cuſtos & vindex cupiditatum.

Vindicatio, onis, Rächung. *Uſus.* Vindicatio eſt, per quam contumeliam defendendo, aut ulciſcendo propulſamus à nobis.

Vindiciæ, arum, Beſchirmung bey einem Recht. *Epi.* Injuſtæ. *Uſus.* Injuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos petere.

Vindico, are, rächen/ahndě. *Syn.* Vindictam ſumo.)(*Defendo. Adv.* Acerrimè, celeriter, graviter, vehementer, ſeverè. 2. *Punio.* Facinus, maleficium, ſeditionem graviter vindicare. 3. *Tueor, aſſero, libero.* Rempublicam in libertatem vindicavit. Pecunia nos à tributis poteſt vindicare. Innocentiâ ſuâ ſe à moleſtia, à ſeveritate judicum vindicavit. Laudem noſtræ gentis propè ſeneſcentem factis illuſtribus vindicavit. *Phraſ.* Quod noſtrum erat, ipſe effecit, ut injurias noſtras in ſe ipſo vindicaret, ulciſceretur, perſequeretur; eundem & iniquum adversùs nos, & iniquitatis atque injuriarum vindicem habuimus. Supplicium nobis de ſe dedit. Quem hoſtem eundem ſuimet ultorem habuimus. Noſtram vicem ultus eſt ipſe.

Vindicta, æ, Rache. *Syn.* Libertas ſeu virgula, quâ tactos ſervos libertate donabant. *Uſus.* Nec teſtamentô, nec vindictâ liber eſt factus. *Vid. Ulciſcor. Punio.*

Vinea, eæ, Weingarten/ Weinberg. *R. à vino. Syn. Locus vitibus conſitus. Uſ.* Vineam inſtituere. Vineas ordinare, conſerere, diſponere, fodere, putare, tondere, incidere, palare. 2. *Machina bellica.* Aggere, vineis, turribus oppugnare oppidum.

Vinetum, i, Wein-Gebirge/ Wein-Garte. *Syn.* Vinea. *Uſus.* Vineta & oliveta.

Vinitor, oris, Weinhacker/ Winzer/ Weingärtner. *Syn.* Vinearum cultor.

Vinolentia, æ, Trunckenheit/ Weinſucht/ Füllerey. *Syn.* Ebrietas.)(*Siccitas. Epi.* Furioſa, utilis. *Uſus.* In vinolentiam incidere.

Vinolentus, a, um, truncken / weinſüchtig / verſoffen. Subſt. Weinſäuffer/ Weinſchlauch. *Syn.* Ebrius, temulentus, vinô plenus.)(*Sobrius. Uſus.* Ne vinolenti quidem hæc faciunt. *Phraſ.* Homo eſt admodum vinolentus, Indies ſe vinô onerat, alienatis ferè vinô animis perpotat, vinô incaleſcit indies; invitationibus benignis & hilaritate juvenili facilè in vinum trahitur; violentiam inſitam ingenio intemperantia vini accendit; maximè in vinum, & quæ ebrietatem ſequuntur, effuſus; haud tolerabilis in eo eſt vini cupiditas; epularum comitate facilè ad largius vinum provehitur. *Vid.* E-*brius.*

Vinum, i, Wein. *R. ab* οἶνος, *vel à vi, quia eſt potus fortis. Uſus.* Vinum *dulce*, lene, tenerum, molle, tenue, leve, fugiens, vehemens, magnæ vetuſtatis, vetuſtatem patiens. Vinum *aſperum* flacceſcens, acidum, mucidum, inveteratum, vetuſtate coaceſcens, evaneſcens. *Uſus.* Vinum meracius ſumere, alicui fundere; vinô ſe ingurgitare; vinô pollui, obrui. Heſternum vinum exhalare, edormire.

Viola, æ, Viole. *Syn.* Floris genus.

Violatio, onis, * Verletzung/ gewaltſame Vergreiffung. *Uſ.* Ob violationem templi furore corripiuntur.

Violator, oris, * Verletzer/ Vergewaltiger. *Uſus.* Ruptor fœderis humani, violatorque gentium juris.

Violenter, durch oder mit Gewalt/ gewaltſamer weiß. *Syn.* Injurioſè, per vim.

Violentia, æ, Gewalt/ Vergewaltigung. *Syn.* Vis, impetus, vis major, injuria. *Epi.* Effrœnata. *Uſus.* Si violentiæ impetu, ſi ejus furore opprimimur. *V. Vis.*

Violentus, a, um, gewaltthätig. *Syn.* Qui vim affert. *Uſus.* Alicujus furentes & violenti impetus. Homo vehemens & violentus. *Phraſ.* Tutum à vi te futurum pro certo non polliceor. Nullam fore vim, exploratè, aſſeveranter, certò promittere non audeo; eâ te cura non libero, eximo; eam curam non adimo, aufero, neſquando tibi vis inferatur ulla; ne quam aliquando vim ſuſtineas, patiare, ſentias, experiaris, feras; vim tibi nullam factum, illatum, allatum, oblatum iri pro certo non polliceor, non affirmo;

mo; ego tibi de vi præstare nihil possum.

Violo, are, verletzen/ vergewaltigen. *R.* *à vi, vi agere, vel vim inferre.* *Syn.* Læ-do, offendo, polluo, macula afficio, imminuo religionem, ex aliquo loco eripio. *Adv.* Impurissimè, indigniùs, teterrimè. *Usus.* Loca religiosa, amicitiam, parentes, leges violare. Corpus tantùm est violatum, animus insons. *V. Lædo.*

Vipera, æ, Natter/Otter. R. *q.* vivipara, *alii enim serpentes ova pariunt.* *Syn.* Anguis *Epi.* Venenata ac pestifera.

Viperinus, a, um, zur Natter gehörig. *Usus.* Morsu viperinô periit.

Vir, i, Mann. R. *à* viribus, *viribus integer.* *Syn.* Fortis homo, homo quivis. *Usus.* Is verè vir putandus est, vir optimus & homo doctissimus. Is denique vir erit, cujus animum nec prospera fortuna flatu suô efferet, nec adversa infringet. *Phras.* Vir est, cùm virtutibus, tum etiam fortunâ satis amplâ ornatus. Bonus, gravis, honestus planè vir est, nec non satis divitiis instructus. Vir est plenus officii ac satis dives. Animi bonis abundat, nec fortunæ tamen bona desiderat. Animi bona multa, nec fortunæ pauca possidet. Vir clarissimus atque spectatissimus est, & in republ. maximis gravissimisque causis cognitus, atque imprimis probatus, valde honoratus; multæ existimationis, auctoritatis; cui plurimum tribuitur, cujus est gravissima auctoritas, cujus sententia ac voluntas pondus habet. Peritus administrandæ, tractandæ reipublicæ; gnarus ac sciens, non-parum versatus in publica re, omnes reipublicæ partes optimè tenens; minimè omnium rudis, peregrinus in republ. *Vir perfectus.* Virum omni laude insignem, excellentem, præstantem; omnibus, ut ajunt, numeris absolutum, participem omnium virtutum, cui nihil deest, in quo nihil desideres, quem esse singularem dicas, tam malè haberi, vexari, tam iniquè turbari vehementer doleo.

Vireo, ere, grünen/ grün seyn. *Usus.* Alia semper virent, alia hyeme nudata vernô tempore frondescunt.

Vires, ium, Kräffte/ Vermögen/ Stärcke. *Syn.* Vis, nervi, lacerti, robur, latera, facultas. *Usus* Nolim, Resp. tibi tantas vires dedisset. Est plurimi sanguinis, habet aliquem succum, non caret maximis viribus; longiore otiô vires collegit, sumpsit. Experire ejus vires, si mulctari velis. Quidquid agas, pro viribus age. Omnibus opibus viribusque repugna. Nimiâ contentione frangentur, deficient te vires tuæ; quas amiseris, non facilè revocabis vires. *Phras.* Nondum satis virium habet, nondum sat ætatis & roboris; non admodum firmus est corporis viribus, & nervis, & efficacitate; sine nervis est, non plurimùm succi habet; plerique viribus ei sunt superiores; teneræ & fragiles sunt ejus vires, in corporibus ejus animisque haud multum vigoris est; non ita validus est, ut aliorum viribus par esset. *V. Valetudo.*

Viresco, ere, * grün werden/ ausschlagen.

Virga, æ, Ruthe. R. *q.* viraga, *à viridis.* *Syn.* Flagellum. *Usus.* Virgis ad necem cædere, acerrimè concídere aliquem. Tergum virgis laceratum. Violata virgis corpora tribunorum.

Virgetum, i, ein Orth/ da viel Gerten oder Ruthen sind. *Syn.* Locus virgis consitus.

Virgineus, a, um, * jungfräulich. *Usus.* Pudor virgineus.

Virginalis, e, jungfräulich. *Usus.* Virginalis modestia, verecundia.

Virginitas, tis, Jungfrauschafft. *Syn.* Castitas, castimonia. *Usus.* Virginitatem suam violare parantem occidit.

Virgo, inis, Jungfrau. R. *q.* virago, *à vir; fœmina viripotens vel virens.* *Epi.* Casta ac verecunda, digna propter quam aliquid fieret, generosa & nobilis, incorrupta, vestalis, nata summô locô. *Us.* Virginem per vim violare, comprimere, vitiare.

Virgulta, orum, Gesträuch/ Gebüsch. *Syn.* Virgæ & aliæ stirpes passim enascentes. *Usus.* Via deserta, & inculta, & interclusa frondibus, & virgultis.

Viridis, e, grün/ ausgeschlagen/ grünfarbig. R. *à vere, ubi omnia virent.* *Syn.* Habens viriditatem.

Viriditas, tis, die Grüne/ grüne Farbe; das Grünen und Blühen. *Epi.* Herbescens.. *Usus.* Laurea viriditatem suam nunquam amittens.

Virilis, e, mannbar/ beherzt/ männlich. *Syn.* Viri proprium. *Usus.* Fortis & virilis oratio. Pro virili parte me obligatum puto. Nonnullos interdum jacit igniculos viriles.

Viriliter, männlich/tapffer/ beherzt. *Syn.* Fortiter. *Usus.* Quod viriliter animoque magno fit, id dignum virô & decorum videatur.

Viritim, von Mann zu Mann/ Mann vor Mann. *Syn.* Per singulos viros, in singulos viros. *Usus.* Agrum viritim dividere.

Virtus, tis, die Tugend/ Tapfferműthigkeit / Krafft und Vermögen. *R. à* Vir, *viri robur. Cic. vel à* vi, *quia virtus quædam animi vis. Syn.* Mediocritas, bonitas, probitas, fortitudo, vis, vires, ars, facultas, integritas, perfecta mens, absoluta ratio.)(*Simulatio, vitium. Ept.* Admirabilis incredibilisque, afflicta, prostrata, maximè luctuosa, amabilis, bellica, clara & insignis, digna gloriâ, dura & quasi ferrea, excellens, exigua, formosa, pulchra & amabilis, generosa, gratuita, immortalis, non inhumana neque immunis, neque superba. Laudabilis ipsa, memorabilis ac divina, mirifica, perennis; perfecta naturâ, & ad summum perducta; præstabilis insignisque, præstantissima, socia vitæ, solitaria, tenera atque tractabilis. Æquales & pares, Dominæ omnium rerum; imperatoriæ, & ministræ, & comites sapientiæ; populares, regiæ, non voluntariæ, positæ in voluntate. *Usus.* Virtus est recta animi affectio, per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. Nullam laborum suorum mercedem desiderat, nisi gloriam, præmium ejus amplissimum. Una altissimis fixa radicibus labefactari non potest; quâ nihil formosius, nihil pulchriùs, nihil amabilius; virtus actuosa est, ejus laus in actione consistit. Magnô virtutis amore teneor. Virtutem *consequi*, habere, virtutis compotem esse. Virtute ornari, præditum esse cuilibet licet. Homo præstanti virtute atque integritate. *Phras.* Si tuorum Majorum laudibus respondere vis, tui muneris est virtutem colere. Si majores tuos referre, imitari, si te dignum illis præbere studes, opus est, ut ad virtutem incumbas, tua studia conferas, navari à te operam virtuti oportet, debes virtutem colere; tui officii tuarum partium est, non potes non virtuti operam dare; hoc ad te pertinet, ut virtutem omni studiô & observantiâ colas.

Virtus labore constat. Magnis laboribus & vigiliis consecutus es, ut virtutem possideas; tibi labores & vigiliæ virtutem pepererunt; tuam virtutem tuis laboribus & vigiliis referre debes acceptam; ut virtute floreas, valeas, polleas, excellas, antecellas, emineas, præstes, fruaris, à laboribus tuis habes. Non hoc virtutis in te esset, si istam virtutem non haberes, teneres, possideres; nisi labores gravissimos & suscepisses, & pertulisses.

Virtutis signa. Tua virtus perspicuis testata signis excitavit eos, qui antea timore perculsi jacebant. Tua præclara facta, actiones egregiæ; tua luculenta facinora, res gestæ; ea, quæ tuæ signa virtutis ostendisti; tua virtus perspecta, præclaris factis declarata excitavit eos, qui antea timore perculsi jacebant.

Virus, Gifft. *Usus.* Acerbitatis virus apud aliquem evomere. *Vid. Venenum.*

Vis, vim, vi, Macht Krafft/Vermögen/ Gewalt. *Syn.* Vires, virtus, efficacia, nervi, lori. *Ept.* Æterna animi, aptior numeris & carminibus, calamitosa, conciliatrix humanæ societatis, confusa totô mundô, contraria, egregia; quasi dux vitæ & magistra officiorum, eloquendi; domina rerum præclara & divina, fatalis, fracta, debilitata, hiemalis, imbecillis metûs, incredibilis quædam & propè singularis & divina ingenii, infinita lacrymarum, quædam innata, magna animi, magna eboris, magna & incredibilis naturæ, maxima auri & argenti, maxima ad rationem aliquam naturæ, proxima fortunæ, princeps rationis atque ordinis, perfecta rei natura & optio; non modò senior, sed æqualis, interdum levior; summa & magna, ac diligenti contemplatione dignissima; tribunitia, vetus judiciorum, universa ac propria Oratoris. *Usus.* Doloris magnitudo vim quandam nobis dedit, attulit. Tanta vis est eloquentiæ,

tantam vim habet. Omnem vim ingenii huc contulit. Quæ sit vis horum verborum &c. Ex vi nominis argumentum elicere. Omni vi te retinebo. Est hæc vis & natura amicitiæ. 2. *Violentia, injuria.* Plebem ad vim vocare, ad vim descendere. Ausus est nobis vim intentare, denunciare; vim nobis afferre, inferre, offerre, facere, adhibere; vim in eos conferre, vim contra nos suscipere. 3. *Copia, ubertas, multitudo.* Magna vis eboris, frumenti, auri. Magna vis servorum, vasorum. *Phras.* Ea res magnam vim habet ad beatè vivendum; in ea re momenta sunt maxima; id permagni momenti est & ponderis; res est admodum efficax, plurimùm habet efficientiæ & efficacitatis ad beatè vivendum. Omnia per vim gesta sunt, contra leges moresquè Majorum; temerè, turbulentè, per furorem sunt acta; lapidibus, ferrô, facibus, vi, manu, copiis nos adorti sunt; ad vim, ad manus ventum est; vi lacessere nos & tenere cæperunt; pro se quisque manus afferebat; lapidatione & concursu actum est. Ad vim spectare res cœpit, ad crudelem superbamque violentiam animum convertère; gladiis rem transigere voluère, *V. Violentus.*

Viscera, erum, Eingeweid. *R. à βιώσκομαι, vivifico.* *Syn.* Intestina; intimæ, nobiliores partes corporis. *Us.* Permanat in venas & hæret, insidet in visceribus malum. Alicujus crudelitatem à jugulo & visceribus civium averto. Visceribus ærarii villas struere.

Visceratio, onis, Austheilung rohen Fleisches unter das Volck. *Syn.* Crudæ carnis distributio, quæ solenni ritu fiebat.

Viscidus & viscosus,* kleberig wie Leim.

Viscus, i, Vogel-Leim. *Usus.* In visco inhærescunt aves.

Visendus, a, um, anzusehend / anzuschauend / Besehens würdig. *Syn.* spectandus, magnificus. *Usus.* Epulum omni apparatu visendô; visendi operis signum.

Visio, onis, Gesicht / das Sehen / Erscheinung. *Syn.* Visum, spectrum, species. *Epi.* Communis veri & falsi, externa & adventitia, falsa, probabilis, fluens, inanis. *Usus.* Animi externâ & adventitiâ visione turbati. Falsâ ejus specie & visione vehementiùs commoventur homines. 2. *Aspectus, videndi actus.* Nec visio, nec auditus sine aëre fieri potest. *Phras.* Cælestis quædam visio mihi oblata est; cælestium quædam species mihi est objecta; visa quædam in somnio immissa; species aliqua viri majoris, quàm pro humano habitu, & augustioris mihi se ostentavit; in quiete divinum quoddam mihi visum affulsit, oculis obversatum est.

Visito, are, offt und fleißig besuchen / fleißig zusprechen und heimsuchen. *Usus.* Podagræ doloribus ardentem visitavit.

Viso, ere, besuchen / fleißig zusprechen / heimsuchen. *Syn.* Inviso, visito. *Usus.* Constitui ad te venire, & visere, & cænare tecum. Visere aliquem longô intervallô. Cùm laxati curis sumus, spectare aliquid volumus, & visere.

Visum, i, Gesicht / Nacht-Gesicht / Traum / Erscheinung. *Syn.* Visio, somnium. *Epi.* Falsum, probabile, verissimum. *Usus.* Visa somniantium. Visis nescio quibus terreri; visa dormientium pro nihilo habenda sunt. Multa visa somniorum proficiscuntur à Numine. 2. *Probabile, apparens.* Cùm visa in animos imprimantur, &c. Visis non omnibus adjungebat fidem.

Visus, ûs, das Sehen / das Gesicht. *Syn.* Videndi sensus. *Epi.* Humanus, insignis & illustris. *Usus.* Nocent visu fœminæ, quæ duplices pupillas habent.

Vita, æ, das Leben. *R. q.* vivita, *à* vivendo, *vel à βιωτή, vita.* *Syn.* Spiritus, animi, usura hujus lucis, vitæ curriculum, cursus vitæ hujus, spiritus cæli, curriculum vivendi, vitæ hujus lex, communis spiritus, victus, caput. *Usus.* Vita *honesta* constans, probata, suavis, jucunda, quieta, tranquilla, splendida, delicata, umbratilis, cita. *Aspera,* insuavis, amara, ambitionis labore districta, arida, horrida, agrestis, fera, sordida, vitiosa, flagitiosa. Exiguum vitæ curriculum nobis natura circumscripsit. Vita nobis à parentibus *tradita,*

data, concessa est. A Deo vitam habemus. Si vita suppetet, suppeditabit. Cùm primùm in vitam *edimur*, introimus, venimus, miseri sumus. Jucundam cum virtute vitam *degere*, agere, vivere, traducere, transigere; cum virtute vitam colere. Vitam Homerus *produxit*, perduxit, propagavit ultra centesimum annum; diu vitâ fruitus est, in vita hac commoratus est, mansit. Tribus rebus hominum vita *tenetur*, continetur, retinetur, sustentatur, cibô, potione, spiritu. Vitæ alicujus *parcere*, in vitâ servare miserum & retinere. Vitam ad omnem virtutem *dirigere*, instituere; vitam sequi honestam. Vitam alicujus *auferre*, adimere, eripere, exhaurire, vitâ aliquem orbare, expellere, privare; ad vitæ exitum à DEO vocari. E vita *decessit* dudum, discessit, excessit, exivit, descivit, migravit, emigravit, demigravit. Vitam cum summa gloria posuit, deposuit, profudit, reddidit, naturæ reddidit, abjecit, edidit; vitæ supremum spiritum edidit, supremum diem egit, vitæ extremum diem morte confecit, vitam dimisit lætus & alacer, vita illum defecit, cum sanguine effluxit vita. Mortuos ad vitam revocare. Mortuis vitam restituere. *Phras.* Omnium rerum honore exceptô, prima esse vita charissima s. antiquissima esse debet. Secundum honorem, post honorem, si honorem exceperis, nihil esse debet vita prius, potius, charius, antiquius; primæ partes vitæ debentur. Vitæ me tædet, quando mihi mors eum eripuit, ex quo meæ lætitiæ manabant omnes. Vitam mihi acerbam puto, acerbè vivo; molesta, gravis, amara prorsus mihi vita est; ægerrimè, molestissime, prorsus misere vivo, quando mihi mors eum eripuit, ex quo mea gaudia manabant omnia. Ducenda simul ratio est salutis & dignitatis; salutis ratio cum dignitatis ratione conjungenda, saluti pariter & honori consulendum. Non dignitatem magis quam salutem spectare debemus; quærenda, amanda, expetenda sine salute dignitas non est. Decet studere dignitati, ita tamen, ne studium vitæ negligatur.

Vitalis, e, **lebend/lebhafft.** *Syn.* Quod vitam præstat, salutaris. *Usus.* Vis vitalis per omnem mundum pertinens. Vitalis calor, spiritus.

Vitatio, onis, **Meidung/Fliehung/das Meiden.** *Syn.* Fuga. *Usus.* Vitatio periculi, lucis, urbis.

Vitellus, i, **Eyerdotter/ das Gelb im Ey.** *Syn.* Ovi pars rubra.

Vitio, are, **verderben / beschädigen.** *Usus.* Alienam uxorem vitiare, **schänden/ schwächen/ zu Fall bringen.**

Vitiosè, **böߧlich/ schändlich/ lasterhafft.** *Syn.* Vitiò. *Usus.* Vitiose loqui, concludere. Lex vitiosè lata.

Vitiositas, tis, **Lasterhafftigkeit.**)(*Virtus.* *Usus.* Malitia certi cujusdam vitii, vitiositas omnium.

Vitiosus, a, um, **lasterhafftig / schändlich / böß.** *Syn.* Multis vitiis flagitiisque convictus, depravatus, corruptus, multis affectus vitiis, quod in vitio est, vitiosè se habens.)(*purus & incorruptus.* *Usus.* Consuetudo naturæ vitiosa & corrupta. Animi hoc est integri, non vitiosi. Vitiosam naturam doctrinâ edomitam & compressam habuit Socrates. Orator vitiosissimus. *Phras.* Improbi multis partibus plures semper fuerunt, quam boni. Semper numerus major fuit malorum, turpium, insolentium, sceleratorum, improborum, consceleratorum, vitiosorum, iniquorum, pravorum, reorum, criminosorum, perditorum, facinosorum, flagitiosorum, malè moratorum, malis artibus præditorum, omnibus vitiis coopertorum, iniquitate insignium; malitiâ, scelere, vitiis, probris, criminibus insignium; qui suum animum ad malas artes adjunxerunt; eorum, qui vitam omni vitiorum labe coinquinatam, à virtute abhorrentem tradere solent, quàm bonorum: Nunquam à vitiis animum, mentem, cogitationem abducis; nunquam de vitiis non cogitas. Nunquam tua mens ab improbis cogitationibus discedit, abducitur, avellitur. Hærent in animo tuo studia vitiorum. Vitia semper cogitat animus tuus. *Vid.* *Malus.* *Nequam.*

Vitis, is, **Weinstock.** *Ept.* Caduca, lætifica. *Usus.* Ars agricolarum, quæ vites circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur, ut quò natura

tura ferat, eò possit ire, ut ipsæ vites, si loqui possent, ita se tractandas, tuendasque esse fateantur. Qui neque serit vitem; neque quæ sata est, diligenter colit. nam faciliùs sicut in vitibus resecantur ea, quæ se nimiùm profuderant.

Vitium, ii, Laster / Unthat / Sünd und Schand. *R.* à φθόη, quod à φθέω, vitio. *Syn.* Vitiositas, pravus actus, turpis actio, pravitas animi, labes animi, morbus animi, animi deformitas.)(*Sanitas, virtus.* *Epi.* Commune & pervagatum, finitimum, insigne, intolerabile, mediocre)(maximum, perspicuum & grande, proprium senectutis singulare uniuscujusq; certissima alicuj9 rei. Domestica *vitia*, fraterna, occulta, paterna, perditissima, hominis stulta, iniqua, contraria. *Usus.* Homo vorago, & gurges vitiorum; omnibus vitiis *inquinatus*, cumulatus, contaminatus, coopertus; in vitium delabi, affine illud vitio est. Hæc à naturâ habet vitia. Facilè se vitiis & erroribus admiscent hominum animi. A vitiis *abstinere*, abesse. Vitia declinare, vitare, effugere, ponere; vitiô carere. 2. *Culpa.* Qui valetudinis vitiô fuerunt; qui fortunæ vitiô, non suo, sua decoxisset. 2. *Dedecus.* Summam laudem alicui vitio & culpæ dare, vertere, in vitio ponere. 4. *Ad auguria pertinens.* Augures vitiô creatum consulem, vitiô magistratum capessivisse ajunt; vitium obnunciant. 5. *Ad ædificia pertinens.* Si ædes excesæ corruerint, vel vitium fecerint. *Phras.* Multis tum animi, tum corporis vitiis laborat; nullum est in moribus naturâque vulnus; nulla pravitas, dedecus, turpitudo, quâ non laboret; Eximia est ingenii tarditate, stupore, debilitate linguæ, oculis perversissimis, vultu omnique motu corporis vastus & agrestis; summâ contaminatione. *Vid. Scelus. Crimen. Flagitium.*

Vito, are, meiden / vermeiden / fliehen / sich hüten. *Syn.* Devito, fugio, effugio, declino, detestor.)(*Incido, fugo, declino.* *Adv.* Cautè, facilè, honestè, magnoperè, summoperè, turpiter. *Usus.* Periculum, vituperationem, culpam vitare. *Phras.* Magis adulatorem quàm inimicum vitare debemus; magis, diligentiùs cavendus est adulator, quam inimicus; cautiores esse, majore cautione uti, majorem cautionem adhibere erga adulatorem, quàm erga inimicum debemus.

Vitricus, i, Stieff-Vatter. *Syn.* Matris meæ maritus, qui me non genuit.

Vitrum, i, Glas. *Usus.* Merces fallaces chartis & linteis, & vitris delatæ.

Vitulinus, a, um, den Kälbern eigen und zugehörig. *Syn.* Ex vitulo.

Vitulus, i, ein Kalb. *Syn.* Bos junior.

Vituperabilis, e, scheltwürdig straffbar / Scheltens werth. *Syn.* Vituperandus.

Vituperatio, is, Scheltung / Bestraffung. *Syn.* Reprehensio, ignominia. *Epi.* Major, summa, tanta, vehemens, justa, maxima. *Usus.* Alicujus factum, aliquem in vituperationem adducere. Id in vituperationem cadit, venit; subeunda erit eâ causâ magna vituperatio. *Thras.* Vituperationem effugere quis potest? Quis est, qui non labatur in tam difficili tamque lubrica rerum humanarum via. Quis est, qui non offendat? cui timenda offensio non est? cuinam effugere ac vitare offensionem licet? Quis ab offensione præstare sibi quidquam possit, in tam difficili tamque lubrica via? Sibi uni studere, servire, prospicere, consulere; se ipsum curare, de se ipso tantùm laborare, suâ tantùm unius causâ laborare, turpissimum est, maximè dedecet, indecorum inprimis est; infamiæ, dedecori, ignominiæ est, dedecus affert; infamiam, turpem famam, opinionem minimè commodam aut optabilem parit; fraudi est; vitio vertitur, tribuitur, datur, adscribitur, assignatur. *Vid. Dedecus.*

Vituperator, oris, Schelter / Bestraffer. *Syn.* Reprehensor. *Epi.* Invidus. *Usus.* Si in vituperatores incideris.

Vitupero, are, schelten / tadlen / mit Worten bestraffen. *R. q.* vitium paro. *Syn.* Crimini, culpæ, vitio do; culpo, deformo; de dignitate, de autoritate alicujus detraho; in maledicti vel criminis loco abjicio, maledictis alicujus gloriam dignitatemque violo. *Adv.* Acerrimè, asperiùs, graviùs, valdè, admodùm. *Usus.* Improbum no-

tari & vituperari. *Phras.* Doleo immerentem convitio exagitatum, jactatum, vexatum, male acceptum. Angor animô, quòd ignominiam tuleris nullâ tuô culpâ; quod ignominia tibi sit illata immerenti; quòd ignominiose sis tractatus, ignominiâ sis affectus nullô tuo meritô. Res palam improbatur, exagitatur, damnatur, vituperatur, reprehenditur, accusatur, acerbè notatur, infamiâ notatur. Sermones ea de re minus commodi, parum honesti, dissipantur. *V. Vituperatio.*

Vivax, cis, * lebhafft / belebt / eines langen Lebens seyend. *Usus.* Cervus vivax.

Vividus, a, um, * langlebig / eines langen Lebens / lebhafft / starck und dauerhafft. *Syn.* Plenus vigoris. *Usus.* Impetus, membra, ingenium vividum.

Vivo, ere, leben. *R. à* βιόω, *vivo. Syn.* Spiro, respiro, vigeo, sum, in vita sum, in vita commoror, inter vivos numeror; vitam ago, tracto, dego; ætatem ago, dego; ævum ago, vitam vivo, vitâ fruor. Vitam & spiritum duco, vitâ & communi spiritu fruor, vitam colo, vita manet; vita suppetit, suppeditat; lucem intueor, vitam propago, animâ meâ exupero, vitam produco, dies in vitâ video. *Adv.* Amantissimè cum aliquo; amicissimè, animosè, audacter cum facinorosis; calamitosè, comiter, concordissimè cum aliquo; congruenter naturæ, convenienter, familiariter, fideliter, honestissimè, immoderatè, improbè, impurè, intemperatè, jucundè, laudabiliter, liberè, licentiùs cum sua domina; luxuriosè cum libidinosis; magnificè, molliter, necessariò, ociosè, petulanter, prodigè. Quàm diutissimè, quietè, sanctissimè, sapienter, satis superque, valde familiariter. *Usus.* Cum aliquo conjunctissimè vivere. Secum esse; secum habitare, & vivere. Vivere de lucro. In horam, in diem barbarorum more vivere; in literis, in otio vivere. *Phras.* Dum vivam, literis studebo ac virtuti. In virtutis studio vitam conterere, degere omnem ætatem est animus; dum animus in hac custodia corporis retinebitur, quantumcunque ætas mihi contigerit longinqua, dum curriculum vivendi à natura datum confecero, dum salvus fuero, spiritum duxero, vita & hôc communi spiritu fruitus fuero; quibus regionibus hoc vitæ meæ spatium circumscriptum fuerit, dum spiravero, lucem intuitus fuero, literis studebo; nec mihi tam chara salus erit, quam virtutis studia: in literarum unô studiô, quasi tabernaculum vitæ meæ collocabo.

Vivus, a, um, lebendig. *Syn.* Spirans. *Usus.* Me vivô non triumphabit. E vivorum numero exturbare aliquem. Vivus & videns pereo.

Vix, kaum. *Syn.* Vixdum, jam, ægrè. *Usus.* Vix, aut ne vix quidem evades. Vix est rectum te huc venire.

Ulceratus, a, um, schwürig. *Syn.* Exulceratus.

Ulcerosus, a, um, * voller Schwären seyend. *Syn.* Plenus ulceribus.

Ulciscor, i, rächen / ahnden. *R. à Græc.* ἑλκίζω, *traho, ad pœnam trahere, malum malo reddere. Syn.* Vindico, punio, persequor, pœnam repeto, injurias persequor; malè meritis refero, quod debeo; expeto, sumo pœnas.)(*Sano. Usus.* Meas injurias nondum sum ultus. Ultus est Sylla hujus victoriæ crudelitatem. *Phras.* Nihil statuo laudabilius, quàm injurias non ulcisci, quam injuriarum rationem non ducere. Quomodo quidem ego existimo; ùt arbitror, sentio, opinor; quantum quidem assequi judiciô possum, ùt opinio est, ùt mea fert opinio; ùt mihi suadet, ostendit ratio; nisi judiciô fallor, nisi judicii sum expers, nisi rudis planè sum, nihil est præstantius, laudabilius, ad laudem illustrius, quàm injurias contemnere, nihili facere, oblivisci, eas ex memoriâ delere, minimè persequi, non ulcisci, ultione non persequi; referendæ injuriæ curam non suscipere; de injuria persequenda, ulciscenda, referenda, nihil omnino cogitare, minimùm laborare; ultionem injuriarum non spectare, non curare. In contemnendis, obliviscendis, ex animo evellendis, ex memoriâ delendis injuriis, oblivione voluntariâ conterendis eximiam sitam esse laudem mihi persuadeo; eam, inquam, laudem,

quâ nulla præstantior est. *Vid. Vindico.*

Ulcus, eris, Geschwär/Geschwür. *R. à Græc.* ἕλκος. *Syn.* Plaga sordida, & non recens. *Usus.* Et tu tanquam unguis in hoc ulcere.

Ullus, a, um, einer/ jemand / wer der auch sey. *Syn.* Aliquis. *Usus.* Ullum nummum nemini debeo. Si ulla erit libertas.

Ultimùm, * letztens/ zum letzten. *Syn.* postremùm, ultimò.

Ultimus, a, um, der alleräusserste / letzte. *Syn.* Postremus, extremus, summus.)(*Citimus.* *Usus.* Aliquid ex ultimis terris accersitum. Quicunque ab ultimo principio hujus urbis ad hoc tempus fuere. *Thras.* Ultimus fugit, novissimus se in castra recepit; ad extremum, novissimè fugit. *Vid. Extremus.*

Ultio, onis, Rache / Ahndung. *Syn.* Vindicta.)(*Gratia.* *Usus.* Ultionem parare. *Phras.* Jure ultionem paro, injurias persequor; justus dolor me ad repetendas tantæ ignominiæ pœnas excitat; ultor ero injuriæ, punitor doloris mei. Quàm acerrimè maledicta illa vindicabo; omnes acerbitates perferre malo, quàm non dolorem meum justâ ultione expleam; pœnas pro injuria illata capiam; id inultum â me nunquam auferet, adeò vindictæ cupidine exarsi.

Ultor, oris, Rächer/ Ahnder. *Syn.* Vindex, punitor.)(*Prævaricator.* *Usus.* Injuriarum nostrarum ultor.

Ultrà, über das / noch drüber/ mehr als jemahls. *Syn.* Supra.)(*Citra.* *Usus.* Ultra, quàm satis sit, angeris. Oratio elegantissima, ut nihil possit ultrà. *Phras.* Non progredior ultrà; longiùs labar, nisi me retinuero; non vagabitur oratio mea longiùs; orationem nimiùm produco; fines orationis latiùs, quàm volueram, profero. In altum provehor imprudens. Cursus dictionis me longiùs extulit.

Ultrix, cis, Rächerin. *Syn.* Vindex.

Ultrò, noch darzu/ drüber; freywillig/ ungezwungen/ von selbst/ aus freyen Stücken. *Syn.* Non quæsitus, spontè. *Usus.* Omnia ei ultrò pollicitus sum.

Ultrò citroque, hin und wieder her. *Syn.* Huc & illuc, vicissim. *Usus.* Ultrò citròque cursare, navigare, commeare. Beneficia ultrò citròque data.

Ululatus, ûs, * Geheul/Geschrey. *Usus.* Victoriam conclamant, atque ululatum tollunt.

Ululo, are, heulen und schreyen. (*propr.* canum, luporum.) *Usus.* Inclinatâ & ululante viâ. *V. Plango.*

Umbilicus, i, der Mittel-Punct / der Nabel. *Epi.* Certus. *Usus.* Is locus, quod in media Sicilia est, umbilicus Italiæ nominatur.

Umbo, onis, * erhabener Orth mitten im Schild / Schirm-Schild. *Syn.* Media pars clypei. *Usus.* Umbonibus incussâque alâ sternuntur hostes.

Umbra, æ, Schatten. *R. à Græc.* ἀμαυρὸς, *obscurus.* *Epi.* Fatalis, infera, tenuis. *Us.* Umbram equitis Rom. & imaginem videtis, simulacrum pristinæ dignitatis. Umbras falsæ gloriæ consectari. Hic homo umbras timet. Umbræ & eminentiæ in pictura.

Umbraculum, i, Schattung/ Schatten-Hütte / Sommer-Laube/ Sommer-Hauß Sonnen-Schirm. *Syn.* Locus frondibus tectus. *Usus.* Ex umbraculis eruditorum & scholæ in solem & pulverem prodire.

Umbratilis, e, im Schatten sich enthaltend. *Syn.* Quod in umbra & otio versatur. *Usus.* E domestica & umbratili exercitatione medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque aciem forensem prodire; ex littelis aliquid in lucem aspectumque proferre. *V. Fucatus.*

Umbrosus, a, um, * schattechtig / Schatten gebend. *Syn.* Opacus, umbrifer.

Unà, miteinander/zugleich/beysammen. *Syn.* Simul, pariter, communiter. *Usus.* Si in Italia fueris, erimus unà. *Vid. Simul.*

Unanimis, e, * einmüthig / einhellig. *Usus.* Fratres, sodales unanimes. *Vid. Concors.*

Unanimitas, tis, * Gleichstimmigkeit / Einmüthigkeit/ Einhelligkeit. *Usus.* Nulla re magis quam unanimitate regna continentur. *V. Concordia.*

Uncia, æ, Eine Untz. R. q. unica ab unus. Syn. Aſſis pars duodecima.

Uncinatus, a, um, krumm gebogen / gekrümmt. Syn. Aduncus.

Unctio, onis, Salbung / Schmierung / Balſamirung. Syn. Palæſtra, luctatio.

Unctor, is, Schmierer / Salber / Balſamirer. Syn. Aliptes. Epi. Bonus.

Unctura, æ, Salbung / Schmierung / Balſamirung. Syn. Unctio. Epi. Servilis.

Uncus, i, krummer Prügel / Hacke. Uſus. Uncus fugitivo impactus eſt.

Unda, æ, Fluth / Waſſer-Fluth / Waſſer-Wellen / Bulgen. R. ab fundo, id eſt, commovendo. Vel ab ὕδωρ, ὕδατος aqua. Syn. Fluctus. Uſus. Undæ comitiorum. V. Mare.

Undè, woher. Syn. Ex quo, à quo. Ratione cauſæ, originis, à re, locò. Uſus. Eloquentia, unde longe abſum. Materia, unde orta ſunt omnia. Quærimus, unde ſit beata vita; unde omnia manant?

Undecies, eilffmahl. Undelibet, woher es auch ſey. Undeviginti, neunzehen. Unde quinquageſimus, der 49ſte. Undevigeſimus, der 19te.

Undique, allenthalben / aller Orten. Syn. Ex omni parte, ex omni genere. Uſus. Undique ex omni regione terrarum concurritur. Aut undique religionem tolle, aut undequaque conſerva. Ex omnibus partibus, a tergo, à fronte, à lateribus terretur. Honeſtas undique perfecta.

Ungo, ere, ſalben / ſchmieren / balſamiren. Syn. Perungo. Uſus. Cæſar unctus occubuit. Cum is caput & os unguentò perfricaret.

Unguentarius, a, um, zum Salben und Schmieren gehörig. Syn. Qui unguento conficit, vel vendit.

Unguentum, i, Salbe / Schmierwerck. Syn. Odorum variorum permiſtio. Epi. Conditum ſuavitate, moderatum. Uſus. Unguentis oblitus. Conſul unguentis affluens, calamiſtratâ comâ.

Unguiculi, orum, kleiner Nagel an Hand oder Fuß / kleine Klaue. Uſus. à teneris unguiculis.

Unguis, is, Nagel an Hand oder Fuß / Klaue. Epi. Transverſus, adverſus, ferus. Uſus. Ab imis unguibus ad ſummum verticem. Unguibus eum diſcerpſere.

Ungula, æ, Klaue / Pferds-Huf. Epi. Vehemens. Uſus. Ungula equi, jumentorum.

Unicè, einig und allein. Syn. Singulariter. Uſus. Unicè patriam diligit. Hunc tibi unicè commendo.

Unicus, a, um, eintzig / alleinig. Syn. Unus, unigena, ſingularis. Uſus. Erat hoc unicum ſolatium in malis.

Univerſalis, e, allgemein. Syn. Univerſus, abſolutus. Uſus. Cauſa univerſalis.

Univerſè, allgemein. Syn. Generatim, generaliter loqui.

Univerſitas, tis, die gantze Gemeinde. Syn. Univerſum, mundus. Uſus. Univerſitas rerum, quâ omnia continentur.

Univerſus, a, um, gantz / ſampt und ſämptlich / alle und jeder ſonderlich. Syn. Totus, omnis, infinitus, confuſus, communis, perpetuus. Uſus. Quid poteſt eſſe extra univerſa. Rem univerſam in partes ſuas diſtribuere. Deus ſeparatim ab univerſis ſingulos diligit.

Uniuſmodi, einerley. Syn. Non varius.)(multiformis. Uſus. Materia ſemper eſt uniusmodi, ſuique ſimilis.

Unquam, jemahls. Syn. Ab omni memoria.)(nunquam. Uſus. Omnes, qui unquam fuerunt, ſuperat.

Unus, a, um, einer. R. ab εἷς, ἑνός. Syn. Solus, ſingularis. Uſus. Ut eſſet unus è nobis. Unum ſuſtinere pauci poſſunt, utrumque nemo. In unius hominis animâ poſitos omnes ſpes habemus. Ad neminem unum ſumma Imperii redierat. Ad unum omnes aſſentiunt.

Unusquisque, Ein jeder / jederman / männiglich / jedermänniglich. Syn. Singuli.)(Nemo, nullus.

Vocabulum, i, ein Wort. R. à vocando. Syn. Nomen, verbum, vox. Epi. Certum & proprium, ſuum cujusque & certum, declarans, incognitum alicui, proprium, aut additum ad nomen, aut novum, aut priſcum, aut ab Oratore modificatum & inflexum quodammodò. Uſus. Vocabulò ipſò declaratur. Quò quæque res proprio & certò vocabulò appellatur. Vocabulorum inanes opifices.

Vocalis, e, hellklingend / laut. Uſus. Concurſus vocalium.

Vocatus,

Vocatus, ûs, Vorforderung/Einladung/Ruffung/Beruffung. *Syn.* Accersitus. *Usus.* Drusi vocatu venimus.

Vociferatio, onis, grosses Geschrey. *Syn.* Clamor, vox effrenatior. *Usus.* Muliebris vociferatio me commovebat. *V. Clamor.*

Vociferor, ari, überlaut schreyen. *R. à* vo-lo, *&* fero. *Syn.* Clamo, clamorem edo, exclamo. *Usus.* Palàm minitari & vociferari. *V. Clamo.*

Voco, are, ruffen/auffruffen/beruffen/einladen/vorfordern. *Syn.* Advoco. *Adv.* Exiguè, fortuitò, jamdudum, nominatim, parciùs paulò, tectè, temerè, ultrò, falsò, vulgò. *Usus.* Aliquem in jus, ad cænam vocare. Senatum vocari jussit. 2. *Invito, traho, impello.* Quâ spe me ad laudem, ad virtutis studium vocas? Equidem à mœrore me vocas. Consules ad arma vocârunt plebem. In eundem me luctum, in longum sermonem vocavit. 3. *Adduco.* Aliquem in invidiam, in odium, in culpam, in suspicionem, in judicium; aliquid in dubium vocare. 4. *nomino,* quamque rem suô nomine vocare. *Phras.* Cùm te vocabo, adesto; si inclamabo, accurras; si acciyero, accersivero, ne morare; cùm te citavero, adesse jussero, meô nempe accitu s, rogatu arcessituque venias; cùm te evocavero, cùm te voluero, ne tergiversare. *V. Accerso.*

Volaticus, a, um, fliegend/flüchtig/unstätt/schnell. *Syn.* Inconstans. *Usus.* Furentes ac volatici impetus. *V. Varius. Inconstans.*

Volatilis, e, fliegend/was fliegen kan. *Syn.* Volucer. *Usus.* Bestiæ aquatiles, volatiles. *V. Inconstans.*

Volatus, ûs, Flug/das Fliegen. *Syn.* Lapsus volucrum. *Epi.* Aërii. *Usus.* Aër volatus avium sustinet.

Volito, are, offt und schnell fliegen. *Syn.* Vagor. *Usus.* Volitare in foro, volitare per gentes & regna.

Volo, are, fliegen. *R. à* vi *&* alas. *Syn.* Pennis aëra seco. *Adv.* Latè insolentiùs, palàm, vehementer. *Usus.* Volâsse eum, non iter fecisse diceres. Volat ætas. Literæ ad Pompejum volabant.

Volo, velle, wollen. *R. à* βούλομαι. *Syn.* Voluntas est, voluntatem habeo, voluntas mea fert, non nolo, sententia est, studeo.)(*nolo.* *Adv.* Etiam atque etiam, imprudenter, magnopere, maximè, nequicquam, perversè, planè ita, rectè non, sanè, valdè, vehementer. *Usus.* Volo omnes de me bene sperare. Quid sibi ista volunt? 2. *Cupio bene,* wohl wollen. Omnium causâ, quos commendo, velle debeo. Valde ejus causâ volo. *Phras.* Voluit juvare. Hoc ferebat ejus voluntas, hoc significâsse & annuisse visus est, habuit in animo, animum induxerat, altè in animum descenderat, parabat juvare pro virili; totâ animi applicatione, animique inductione hoc deposcebat, nec ejus voluntas inde alienari potuit; non pigrabatur; hoc totis animis, ingenti animi ardore cogitabat, volvebat; hoc cupiebat, optabat, votum erat unicum, consilium hoc animis cogitabat. Id affectabat unicè, ut, quâqua in re posset, rempublicam fulciret. Huc mentem attulerat; hanc rationem rerum suarum ingressus fuerat, inierat; animum huc adjecerat, converterat; hoc unicè spectabat, ut ne reip. deesset. *V. Cupio. Desidero.*

Volones, um, * freywillige Soldaten/Volonteurs bey den Römern.

Volubilis, e, beweglich/unstätt/schnell. *Syn.* In orbem incitatus. *Usus.* Cælum volubile. 2. *Concitatus.* Homo volubilis, fervidior, & præcipiti quâdam celeritate dicendi. Vaga & volubilis & inconstans fortuna. *V. Varius.*

Volubilitas, tis, Beweglichkeit/schnelle Bewegung. *Syn.* Volubilis motus, conversio. *Epi.* Inanis atque irridenda, magna. *Usus.* Deus cælum ad volubilitatem rotundavit. 2. *Celeritas, incitatio, inconstantia.* Verborum, linguæ, fortunæ volubilitas. *Vid. Inconstantia.*

Volubiliter, beweglich/gäng. *Syn.* Celeriter, incitatè orationem fundere.

Volucer, re, geschwind/fliegend/schnell wie ein Vogel/behend. *Syn.* Volatilis, penniger, aërius, ales. *Usus.* Volucres angues, aves. 2. *Incertus.* O spem volucrem! 3. *Præceps, incitatus.* Genus dicendi volucre. O nuncium volu-

volucrem! Nihil tam volucre quàm maledictum.

Volumen, inis, Buch. R. ę. volvimen, à volvendo. *Syn.* Liber. *Epi.* Cæleste, maximum, plenum querelæ iniquissimæ, novum. *Usus.* Evolvi volumen epistolarum tuarum. Epistolas in volumen referre, redigere. Aliquot jam volumina confecit, effecit. Omnia hæc paucis voluminibus continentur. *V. Liber.*

Voluntariè, willig / mit Willen / ungezwungen / freywillig / gern. *Syn.* Bonô & promptô animô, non concitô. *V. Volo.*

Voluntarius, a, um, ungezwungen / freywillig. *Syn.* Verus, ad arbitrium, ad libidinem.)(*Invitus, fictus, simulatus.* *Usus.* Voluntaria oblivio. Sunt quidam animi motus voluntarii. Voluntarium facinus. Hominem habuit voluntarium laudatorem. *V. Libenter.*

Voluntas, tis, der Wille / das Wollen. *Syn.* Mens, animus, sensus, arbitrium, consilium, propositum, sententia, institutum. *Epi.* Abdita & retrusa, aliena & offensa populi, alienior ab aliquo, conjuncta inter aliquos, constantissima, depravata, eximia quædam & singularis, fraterna, plena humanitatis & pietatis, grata alicui & minimè nova, incredibilis & popularis populi; jucunda in malis, & grata in dolore; liberalis, obstinatior & in iracundia obfirmatior, occulta, perpetua, præclara atque omni laude digna. Consceleratæ ac nefariæ, diversæ civium, justæ; nec officio immensæ, nec inanes aut ambitiosæ; multæ & perpetuæ, summæ omnium. *Usus.* In eâdem tecum voluntate me senatus adducit, in eadem tecum voluntate sum; voluntatem eandem suscepi, habeo; ad eandem voluntatem incumbo, tuis voluntatibus planè assentior. Nec mutabo unquam, nec abjiciam, quàm cæpi, voluntatem. Ex voluntate alterius quid facere. Ad voluntatem loqui. Aliquô ex voluntate uti. 2. *Studium, amor, benevolentia.* Civium voluntates propensas sibi bonis artibus *conciliare*; voluntates civium conglutinare, copulare. Voluntatem suam civitas universa ad Pompeji partes *conferebat*, aggregabat; voluntatem suam Pompejo profitebatur, declarabat, re præstabat. Omnium voluntates ad Pompejum accessêre. *Conserva*, retine hanc tuam erga me voluntatem; mane, commorare in hac, quam erga me habes, voluntate. At quàm facilè *mutantur*, alienantur, offenduntur hominum voluntates ac studia; quàm levi momentô de pristina voluntate remittunt. Alienatæ verò populi voluntates quam lentè *recuperantur*, reconciliantur. *Phras.* Obsequar tuis voluntatibus, ero in tua potestate, ad conditiones tuas legesque volens veniam, descendam; totum me tibi tradidi, obtemperabo tibi & decretis tuis parebo. *Vid. Adjungo.*

Volvo, ere, weltzen / hin und her rollen. *Syn.* Verto, verso, torqueo, in orbem torqueo. *Usus.* Facilè solutèque volvere sententias. Illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni. Cœlum admirabili celeritate volvi videmus.

Volupè, * behäglich / gefällig / anneymlich. *Syn.* Delectabile. *Usus.* Salvum te venire mihi volupè est.

Voluptuarius, a, um, wollüstig / der Wollust ergeben. *Syn.* Effæminatus, voluptati deditus, voluptati studens.)(*Gravis, continens, severus.* *Usus.* Epicurus homo voluptuarius. *Phras.* Nimiùm deditus es voluptatibus, tibi voluptates placent, unam voluptatem spectas, omnia ad voluptatem refers; nemo tanti voluptates, quanti tu facit; præter modum, supra modum, plusquam convenit, genio indulges; mollitiâ & luxu fluis, Epicureorum te vitâ delectat, Epicuris annumerandus es, Epicurei te mores delectant; Epicuri de grege porcus es. *Vid. Mollis.*

Voluptas, tis, Lust / Wollust / Wolleben. *Syn.* Jucunditas, fructus jucunditatis, lætitiæ. *Epi.* Amatoria, contraria honestati, non digna præstantia hominis, esca malorum, exquisita, illecebra turpitudinis, imitatrix boni, incredibilis lætitiæ & penè divina, inimica virtutis, insatiabilis, magna & perpetua, mater malorum omnium, obscæna, simplex, summa & sempiterna,

na, turpis ; æternæ , confœderatæ & neceſſariæ , delicatæ , flexibiles , indignæ homine docto , majores & non neceſſariæ , plurimæ & maximæ , venereæ. *Uſus.* Verbo voluptatis omnes, qui Latinè ſciunt , duas res ſubjiciunt, lætitiam in animo , commotionem ſuavem jucunditatis in corpore. Voluptate dominantes maximas virtutes jacere neceſſe eſt. Voluptas rationi inimica impedit conſilium , mentis perſtringit oculos , nec habet ullum cum virtute commercium. Ea res mihi voluptati *fuit* ingenti , maximâ me voluptate perfudit ſ. affecit; magnam mihi voluptatem conciliavit ſ. effecit. E literarum ſtudiis ſummam voluptatem *capio*, percipio , accipio, habeo,ſumo. Summâ inde voluptate compleor , geſtio , titillor. Homo Epicureus voluptate omnia *metitur* , omnia ad voluptatem refert, totum ſe turpiſſimis voluptatibus tradit ; voluptatibus affluit , colliqueſcit , peſſumdatur; libidinibus ſe ſuis conſtringendum præbet. *Thraſ.* Totum ſe voluptatibus permittit. Veneri & Libero tempus omne ſuum deberi arbitratur. Voluptatis illecebris delinitus , vinô languidus , confertus cibô , ſertis redimitus , unguentis oblitus , totum ſe vitiorum illecebris & cupiditatum lenociniis tradidit. Quis in voluptatibus illô inquinatior ? quis illô arctiùs voluptatibus conſtrictus tenetur ? Voluptas malorum eſca , blandiſſima domina , ſuaviſſimè ejus ſenſibus blanditur,ſuaviſſimè ad ſenſus ſ. cum quadam ſuavitate ac dulcedine affluit, & allabitur. Multi ducem ſequentes voluptatem , graviter offendunt. Multi illecti voluptate , dulcedine voluptatis , blanditiis voluptatum , infortunia ſubeunt , calamitates adeunt , in miſerias incurrunt. Voluptas ad ea , quæ minus decent , homines allicit. Voluptate tanquam dulci venenô homines pereunt ; jucundam ac dulcem voluptatum conſuetudinem triſtis admodùm & amarus conſequitur eventus. Voluptatis exitus doloris initium eſt.

Volutatio , onis , **Weltzung / Umwaltzung.**)(*Ingreſſus.* *Uſus.* Scelera tua non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.

Voluto , are , **offt hin und herweltzen.** *Syn.* Revolvo , tracto. *Adv.* Liberè, ſtudioſè. *Uſus.* Volutare libros. 2. *Porcorum more me convolvo.* In luto, in omni genere ſcelerum ac libidinum , in omni dedecore volutari. 3. *Procido , accido.* Volutari ad pedes alicujus.

Vomer , eris , **Pflug = Schaar.** *Syn.* Ferrum in extremo aratro. *Uſus.* Vomere terram perſtringere , ſcindere.

Vomica, æ, **Blutgeschwär.** *Syn.* Ulcus. *Uſus.* Vomicam aperire.

Vomitio , onis, **Speyung / das Speyen / Brechen.**

Vomitus, us , * *Idem.* *Uſus.* *Supprimere*, inhibere, ſiſtere, extrahere; *facere* , invitare, repetere vomitum.

Vomo , ere, **speyen / sich brechen oder erbrechen.** *R. ab* ἐμέω. *Syn.* Ejicio, vomitione me purgo. *Uſus.* Convivium, in quo nemo poteſt dicere , utrum iſte plus biberit , an vomuerit , an effuderit.

Vorago , inis, **grundloses Loch / Abgrund / unergründliche Tieffe.** *Syn.* Gurges , charybdis. *Epi.* Ima , immenſa , geminæ. *Uſus.* Immenſa vorago & gurges vitiorum. Habet ſecum fratrem , quem gurgitem , quam voraginem ! Quid eum non ſorbere, quid non haurire cogitatione cenſetis? *V. Helluo.*

Vorax, cis, **frässig / gefrässig ; ein Fraaß / Vielfraaß.** *Syn.* Gurges, helluo , ganeo. *Uſus.* Quæ charybdis tam vorax , quæ tot res tam citò abſorbere potuiſſet ? *Thraſ.* Vorax eſt ; edacitatem ejus pertimeſco , in menſam vomit , de convivio ferè auferri debet, & crudus ſe poſtridie ingurgitat ; cum homine edace & inexplebili nihil res eſt ; natus eſt abdomini ſuo , non gloriæ ; homo plurimi cibi.

Voro , are , **fressen / gefrässig seyn.** *R. à* βορά , *pabulum.* *Uſus.* Alia animalia vorant , alia mandunt. Nos hic cum Varrone voramus literas.

Votivus, a , um , **wünschend.** *Syn.* Quod vol-

volo, fit, aut suscipitur. *Us.* Ludi, legatio votiva.

Votum, i, Gelübde/ Wunsch. *Syn.* Voti sponsio, quâ obligamur Deo. *Epi.* Nefarium, nocturnum. *Usus.* Ego me maximâ voti religione obstrictum puto; de aliquo ægro vota *facere*, suscipere. Votis aliorum se è morte revocatum putat. Voto tenemur, votum Deo debemus. Voti damnati sumus. Vota superis sanctè *reddenda*, solvenda, persolvenda sunt. Nuncupare vota nunquam solvenda. Vovere, devovere; votum vovere, nuncupare, facere, suscipere; voti sponsione se obligare; votô se devincire, obstringere; suum corpus perpetuâ voti sponsione Deo consecrare. Servaturum se pudorem perpetuum votô obstrinxit. Suam DEO castitatem votô dedicare; votô teneri, Gelübd thun/ auff sich haben.

Voveo, ere, geloben/ wünschen. *R. à βοάω, imploro, auxilior.* *Syn.* Vota suscipio, facio, nuncupo. *Usus.* Consul ludos Neptuno vovit. Nostri Imperatores sua capita pro Republica voverant.

Vox, cis, Stimme. *R. à Gr.* ὄσσα. *Syn.* Sonus, verbum. *Epi.* Acerba atque inimica bonis, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva, mediocris, levis, aspera, contracta, diffusa, continenti spiritu, intermissa, fracta, scissa, flexô sonô, attenuata, inflata. Vox *mollis*, muliebris, effæminata, absona, absurda, agrestis, rauca, inclinata, ululans, dura, fusa. Vox *dulcis*, suavis, clara, grandior, plenior, canora, lenis. *Us.* Vox unâ eloquentiam maximè commendat, vel sustinet. Cursus vocis per omnes sonos. Vocem ex eo elicere nullam potuit. Intendas, contendas voce, oportet, ut audiâre. Vocem ad sonum miserabilem mutare, flectere, submittere. Dolor mihi vocem suppressit, inclusit. Unâ omnium voce laudatur. Hæc te vox non percutit. *Phras.* Vocem nullam protulit, emisit, misit, profudit. Ei magnâ voce omnes gratulantur; theatrum totum vocibus percrepat gratulantium; clarissimâ voce exclamârunt omnes; vox gratulantium in totum forum effunditur.

Urbanè, städtisch/ höflich/ sittsamlich/ ehrbahrlich. *Usus.* Urbanè, facetèque aliquem irridere.

Urbanitas, tis, Hofmanier/ Höfligkeit/ Sittsamkeit/ Erbarkeit. *Syn.* Sal. *Epi.* Facetosa, pristina, summa. *Usus.* Vir nostrorum hominum urbanitate limatus. Urbanitatis externæ color exteris Oratoribus deficit. Omnis illa vetus urbanitas exaruit. Homo importunus urbanitatem omnem deposuit. *V. Humanitas.*

Urbanus, a, um, zur Stadt gehörig/ städtisch/ höflich/ ehrbar/ manierlich. *Syn.* Non inurbanus, facetus. *Usus.* Homo cautus & urbanus. Urbani sales. 2. *Ejus, qui in urbe habitat.* Manabat latiùs malum illud urbanum. Urbanarum rerum perturbatio. *V. Humanus.*

Urbs, is, Stadt. R. *ab* orbo, *quod olim* urbes *in* orbem *fiebant.* *Syn.* Civitas. *Epi.* Adjutrix cæterorum, furtorum receptrix, omnium flagitiorum socia, amantissima, amplissima atque ornatissima, antiqua & omnibus rebus aucta, celebris quondam & copiosa; clarissima, nobisque amicissima; copiosissima, firma & permagna, fortunatissima pulcherrimaque, hostilis & bellica. Lux orbis terrarum & arx omnium gentium, magna & gravis, maxima Græcarum artium pulcherrimaque omnium, munitissima; non solùm incolumis, sed etiam ornata; nobilis imprimis & naturâ & situ ædificiorum, & pulchritudine. Oportunior ad res gerendas, nuda præsidiô, referta copiis, pulcherrima & florentissima potentissimaque; referta facinorum, refertissima atque ornatissima signis, una maximè & semper libera. *Urbes.* Inimicissimæ, locupletes, infestissimæ alicui imperio; maritimæ, militares, maximæ, tutissimæ. *Us.* Urbs & naturâ, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine imprimis nobilis ac opulenta. Muris ac situ, fossis, mœnibus septa ac valida; vetusta urbs, & copiosa eruditissimis hominibus, studiisque liberalissimis affluens. Urbem constituere, ædificare. Urbem invadere, capere, exscindere, evertere. Urbem relinquere, deserere. Urbe excedere.

Urceus, ei, * Krug/ Wasser-oder Schöpf-

Ge-

Geschirr / Trinck-Geschirr. *Syn.* Vasis genus. *Usus.* Aquarii, fictiles urcei.

Uredo, inis, der Brand in den Früchten. *Syn.* Morbus, stirpes adurens. *Us.* Si uredo aut grando segeti nocuit.

Urgeo, ere, treiben / antreiben / zwingen / drängen / anstrengen / hefftig zusetzen. R. *à Græc.* ὀργάω, *incito.* *Syn.* Incumbo in aliquo, impello, premo, incito. *Adv.* Angustiùs, diutiùs, graviter, rusticè, sane, acriter, valdè. *Usus.* Urge summô studiô, insta, perfice, nihil remitte; interrogando urgere. *Phras.* Urgere te resistentem non desinam. Meô saltem coactu rem suscipies; usque te premam, instabo, insectabor, poscam, ut enitaris, elabores, rem perficias; anniti, minari etiam, clamoribus & convitiô te impellere non desistam. *V. Excito. Impello.*

Urina, æ, Urin / die Pisse / Harn / Kammer-Lauge. *R. à Græc.* οὖρον. *Us.* Urinam reddere, harnen / das Wasser lassen / abschlagen. *Plin. vulg.* Urinam mittere.

Urinor, ari, sich untertauchen / sich unters Wasser lassen / unterm Wasser schwimmen. *Syn.* Sub aqua nato, & emergo.

Urna, æ, Wasser-Eymer / Schöpff-Eymer. *Syn.* Hydria. *Usus.* Urnas delere, subsellia evertere.

Uro, ere, brennen. *R. à Chaldæo* Ur, *ignis.* *Syn.* Aduro, comburo. *Usus.* Corpus uri & secari patimur. Frigore uri se venatores patiuntur.

Usitatè, gebräuchlich / gewöhnlicher weise oder massen.)(*Contra morem & usum.* *Usus.* Usitatè, populariter, vulgariter loqui.

Usitatus, a, um, gewöhnlich / gebräuchlich. *Syn.* Pervulgatus, solennis.)(*Inusitatus.* *Usus.* Si usitatô more peccâsset. Id non solum usitatum, sed etiam quotidianum est. Honor pervulgatus & usitatus. *V. Communis.*

Uspiam, irgends wo. *Syn.* Alicubi,)(*Nusquam.* Si Brutum uspiam videris.

Usquam, irgend. *Syn.* Uspiam, alicubi. *Usus.* Nullus usquam noster delectus, nullus dux. Nullus usquam consistendi locus.

Usque, biß. *Syn.* Semper. *Usus.* Mihi quidem usque curæ erit. 2. *Usque ad.* Usque ad eum finem, dum judices rejecti fuerint. Usque ab Janiculo ad ædem Vestæ. A manè primô ad noctem. Usque à toga pura.

Usque adeò, so gar. *Syn.* Adeò. *Us.* Usque adeò sæviit, ut.

Usque dum, bis so lang. *Syn.* Donec.

Usque eò, biß dahin. *Syn.* Adeò. *Usus.* Usque eò morosi sumus, ut &c. 2. *Tam diu, ad eum usque finem.* Usque eò se tenuit, quoad Pompejus adesset.

Usquequaque, allenthalben. *Syn.* Ubique, omninò. *Us.* Usquequaque sapere oportet.

Usucapio, ere, ihm zueignen. *Syn.* Usu meum facio, *ex usu amitto.* *Us.* Lex bustum usucapi vetat.

Usucapio, onis, Uberkommung / Nutzung / Niessung. *Syn.* Jus est possidendi, quæsitum usucapione temporum, lege definitum. *Us.* Usucapionum & tutelarum jura.

Usura, æ, Zinß / Wucher. *Syn.* Usus. *Epi.* Parva, diuturna, menstrua, plena lachrymarum. *Usus.* Parvum exigui temporis, unius horæ usuram à te postulo. Usuram lucis alicui eripere. 2. *Fœnus, fœnerationis fructus.* Usuram cum fide pendere. Usuris suis cavere. Aliquem usura liberare. *Phras.* Senatus Populum usuris liberavit; ingravescenti fœnore liberare. Fœnebrem rem levare aggressi sunt Senatores, multis fœnebribus legibus adstrinxerunt avaritiam.

Usurpatio, onis, Brauchung / Gebrauchung / Nutzung. *Syn.* Usus frequens, tractatio, mentio. *Usus.* Usurpatione & renovatione Doctrinæ me consolor.

Usurpo, are, brauchen / gebrauchen. R. *q. usu rapio.* *Syn.* In usum adhibeo, utor. *Usus.* Crebris sermonibus usurpavi vetus illud. Aliquid ex alienis bonis usurpare. Oculis aliquid usurpare. In ea, quam usurpas, tranquillitate. 2. *Dico, appello, voco.* Quos fratres inter se appellare & usurpare solemus.

Usus, ûs, Brauch / Gebrauch / Nutz / Nutzung. *Syn.* Consuetudo.)(*Abusus.* *Epi.* Arrogans & intolerabilis, annuus, assiduus, uni rei deditus, communis

vulga-

vulgarisque, diuturnus, domesticus, forensis & publicus, frequens, magnus, familiaris, militaris; necessarius vitæ, ad aliquid; oratorius, popularis atque civilis, provincialis, quotidianus, Rhetoricus, vulgaris civitatis & forensis. *Usus.* Dicendi ratio in communi quôdam usu versatur. Ita usus obtinuit. 2. *Experientia.* Vir magnæ prudentiæ, usu & exercitatione præditus. Usum in re bellica magnum habet. Docuit nos longa vita, ususque rerum multarum. Cùm ad summam tuam prudentiam tantus usus accesserit. Omnia collocata sunt in usu quotidiano. Res longô usû comprobata. 3. *Exercitatio.* Usus frequens omnium magistrorum præcepta superat. Tractatio & usus vocis; si rerum usum percallueris &c. 4. *Utilitas.* Conciliare sibi animos, homines, & ad usus suos adjungere. Ea res magnos tibi usus afferet, dabit; magnô usu erit. Si ex usu, è re tua fuerit. Res nulli usui. Ingentes inde usus percipies, habebis; magnis usibus fruêris. Rei alicujus usum adimere alicui & auferre. Mihi hic usus est. Si usus fuerit. 5. *Amicitia, familiaritas, consuetudo.* Vetus mihi cum eo usus intercedit. Summus mihi cum parente ejus usus fuerat. Magnô usu familiaritatis cum eo conjunctus sum.

Ususfructus, ûs, **Nießbrauch / Frucht-niessung.** *Syn.* Jus de alienis rebus utendi fruendique salvâ earundem substantiâ. *Usus.* Bonorum suorum usumfructum alicui legare.

Usuvenio, ire, **darzu kommen / zu statten oder Nutzen kommen.** *Syn.* Venio usu, usu accidit, usu evenit. *Usus.* Nunc venit idem usu mihi, quod scribis. Ille mihi usuvenit in causa optima. *V. Evenio.*

Ut, **daß/ auff daß/ damit.** *Syn.* Quò, *finis ac propositi.* *Usus.* Reliquum est, ut tibi satisfaciam. Hæc dicis, ut me teneas. 2. *Ut est, ut nunc est, &c.* Si improbus fueris, ut est. Cælius, ut illis temporibus, ut inter barbaros satis doctus. Ille, ut erat inter suos primus. Mihi factum, & ut in tali re etiam fortuna probatur. 3. *Postquam, vel ubi, vel cùm.* Ut ab urbe discessi, nullum intermisi diem. Simul ùt me viderunt, alloquuntur; primùm ùt me salutavit, abiit. 4. *Quamvis.* Qui, ùt summa habeam cætera, temporis satis non habui. Qui, ùt nihil aliquid, hoc tamen profecit. 5. *Admirantis:* *Quàm, quantùm,* ùt humilis, ùt demissus erat! 6. *Cum superlativo,* seq. *ita.* Ut quisque optimus, ita modestissimus. Ut quisque senior, ita prudentior. 7. *Ut si, tanquam si, quasi, quomodo.* Tuam rem sic ago, uti si mea esset; ùt olim fiebat; ùt est consuetudo.

Utcunque, **wie auch / so anhin / so gut es seyn will.** *Syn.* Quomodocunque, perinde, utcunque. *Usus.* Utcunque res postulârit, ceciderit.

Utensilis, e, **das man täglich brauchet / Subst. Haußrath.** *Usus.* Et reliqua utensilia.

Uter, ra, um, **welcher aus beeden.** *Usus.* Utrô bonô frui velis, tua optio sit. Uter popularis est, tu an ego? potest verum esse & falsum, sed utrum sit, non est mirabile.

Uterlibet, **es seye aus beyden / welcher es wolle.** *Usus.* Utrumlibet elige.

Uterque, **alle beyde.** *Syn.* Utervis, ambo, quisque.)(Neuter, alteruter. *Usus.* Utraque sententia doctos habet authores.

Utervis, **welchen von beyden man will.** *Usus.* Utriusvis rei concursus.

Uterus, i, **Mutter-Leib.** *R. ab ὕτερον, locus fœtum concipiens.* *Usus.* Quæ te belluam ex utero, non hominem fudit?

Utì, **daß / auff daß / damit / wie / gleich-wie.** *Syn.* Ut. *Usus.* Petiit, utì te placarem.

Utilis, e, **heilsamlich / nützlich / vorträglich / erspriеßlich.** *Syn.* Fructuosus, commodus, accommodatus, frugifer, salutaris, ex usu est, quod usui est, quod utilitatem habet, quod alicui opus est, quod multas habet opportunitates, quod lucri est; quod expedit, conducit; quod maximè interest. *Adv.* Paulò minùs sententia, vehementer lex, vehementer jocus; maximè res, proximè & secundùm Deos homines hominibus, sanè libri, valdè. *Usus.* Homo ad nullam partem,

tem, ad nullam rem utilis. Inutilis sibi, aliis utilissimus. *Phras.* Erit id consilium tibi perutile, maximum inde fructum capies, id magnum tibi fructum feret, rationibus tuis mirè conducet, magnô tuô commodô fiet, erit tibi admodùm salutare, nihil commodis tuis aptiùs, valebit in omnes partes plurimùm, nihil majori fructui gloriæque tibi esse possit, magnô bonô ac compendiô tibi erit, magnus ad te fructus redundabit, multum ad beatè vivendum conferet, tuis commodis vehementer inserviet, multum in te boni derivabis, erit id tibi perfrugiferum & fructuosum, cum summa salute & conservatione rerum omnium conjunctum; serviet utilitati tuæ, mirabiles utilitates tibi præbebit, erit id ex usu tuo, in rem tuam multum conducet. *Perge, ut cæpisti, si è re tua est.* Quâ ire viâ cæpisti, eâ perge; tene tuum institutum; tene, quem cæpisti, cursum; tuam consuetudinem tuere ac serva, si è tuo commodo est; si ex usu tuo est, si tibi utile est, si utilitas tua ita feret, si suadet utilitas, si ratio rerum tuarum ita postulat, si tibi conducit s. expedit; si bonô, utilitati, commodo, usui, emolumento tibi est; si est, ut utilitatem capias; si est, ut fructum feras, percipias, colligas; si fructuosum est. *Fuit Ciceroni eloquentia summo emolumento.* Ciceroni eloquentia peperit emolumentum; commoda, utilitatem, copias, fructum dedit; fructum tulit, attulit; profuit. Magnum ex eloquentia fructum Cicero consecutus est. Admodùm Ciceroni fructuosa fuit eloquentia, utilitatis eximiæ fuit; commodorum neque paucorum, neque mediocrium Ciceroni fuit eloquentia.

Utilitas, tis, Nutz / Nutzbarkeit / Ersprieß / Vortheil. *Syn.* Emolumentum, fructus, quæstus, lucrum, opportunitas, commodum, commoditas, usus, res, ratio. *Epi.* Communis, forensis, domestica, gravissima, magna, mediocris, minor, mirabilis, necessaria, pergrata, præclara, solida, summa, tanta, aliena. *Usus.* Utilitate nihil debet esse homini antiquius. E literis plurimùm utilitatis capiet, percipiet. Literæ multas utilitates afferent, parient; multum habet utilitatis. Qui utilitati solùm serviunt, ad utilitatem referunt omnia. Alterius utilitatibus parere. *Phras.* Nullam hucusque utilitatis meæ rationem duxi, habui, spectavi; nullum rationibus meis operam dedi; de utilitate minimùm laboravi; utilitatem minimè spectavi, curavi, quæsivi, secutus sum; nullum in utilitate studium posui; in utilitate nihil industriæ locavi, nihil operæ consumpsi; diligentiam commodorum meorum causâ nullam adhibui; diligentiam ad res meas nullam contuli; res meas indiligenter tractavi, administravi. Quid esset è re mea, in rem meam; quid ad rem meam pertineret, in rem meam faceret s. conveniret; quid rebus meis expediret, prodesset, conduceret, utile esset, utilitatem afferret, utilitati esset, emolumento esset, bono esset, fructum pareret, haud multùm hactenus curavi. *Nihil est majoris emolumenti*; nihil est uberius, conducibilius, fructuosius, ad utilitatem præstantius, unde plus manet utilitatis, unde plus emergat commodi, unde plus existat emolumenti; è re magis, nihil magis ad rem pertinet. Nihil pluris est; tantùm continet utilitatis, quantùm fortasse nulla res præterea; quantum haud scio, an ulla res præterea. Constitutum iter si susceperis, valde in rem tuam erit, valde erit è re tua, tuis rationibus vehementer conducet, utilitas maxima consequetur, in eo tibi maximè consuletur; vehementer expediet s. proderit, fructuosum erit; cum fructu, emolumento, utilitate, commodo, bono rerum tuarum erit; emolumenti, utilitatis, commodi plurimum capies; præstantem fructum sumes, colliges. Astuti id hominis est, ad suam utilitatem omnia referre, utilitatem suam imprimis sequi s. spectare; suam utilitatem rebus cunctis anteferre, rerum omnium habere antiquissimam; utilitatem suam primam ducere, emolumentum suum inprimis ponere.

Utiliter, nützlich / ersprießlich / heilsamlich. *Syn.* Commodè. Cum utilitate.

tate.)(*Inutiliter.* *Usus.* Iracundia utiliter à natura data.

Utinam, wolte GOtt! *Syn.* Dii faxint; velim, ita fit; velim ita fortuna tulisset, ut &c.

Utique, ja freylich/ gewißlich/ allerdings. *Syn.* Omninò. *Usus.* Quid faciendum censeas, utique scribito.

Utor, i, brauchen/ gebrauchen. *Syn.* Usurpo, frequenter adhibeo. *Adv.* Assiduè, benè, benignè liberalitate alicujus, cominùs gladiis, commodiùs, communiter munere, contentiùs ornamentis, cursim, difficiliùs literis, diligenter, diutiùs cibô dulci, integumentô frontis ad occultanda flagitia, familiariter, horridiùs ornamentis, intemperantiùs; liberiùs paulò, magis enim nihil; malè, multùm, moderatè necessariò, non ita multùm, optimè, plurimùm, quàm sæpissimè, salutariter, sanè, sanè multùm, studiosè, temerè, vehementiùs. *Usus.* Facultatibus amplissimis, honoribus, valetudine commodâ, statu fortunæ prosperô, ventis secundis uti. Patientiâ utitur incredibili. Aliquô multùm & familiariter uti. Aliquô vehementer infensô uti. Utitur patre facili; amicis optimis utitur. *Thras.* Utar operâ fratris tui in omni re; ad omnia fratre tuô utar. Fratri tuô me committam, tradam; siquid agendum erit, quidquid acciderit, fratri tuo committam, ad fratrem tuum referam, in fratrem tuum rejiciam, fratris tui consilium petam s. operam poscam; per fratrem tuum, ut agatur, operam dabo; curabo, ut frater tuus operam meis negotiis impendat, præbeat, præstet, navet, commodet, adhibeat, adjungat, tradat; laborem in negotia mea, ad negotia mea insumat, impendat, collocet; mea negotia conficiat, obeat, curet, gerat, transigat, perficiat, consummet; quid quid agendum erit, ad exitum perducat.

Utpote, als/ nemlich. *Syn.* Quippe. *Usus.* Frater ejus, utpote peregrè veniens, benè accipitur.

Utrinque, zu beyden Seiten/ beyderseits. *Syn.* Ab utraque parte. *Usus.* Magnæ utrinque copiæ. Non licet mihi nullius partis esse, qui utrobique magnos inimicos habeo.

Utrobique, an beyden Orten/ beyder Orten. *Syn.* In utroque duorum, vel in utraque parte. *Usus.* Eadem veritas utrobique est.

Utrum, ob/ oder. *Syn.* An, num, nunquid, utrumnè. *Usus.* Quæro te, utrum tibi videatur.

Utròque, auff beyden Seiten/ beyderseits. *Syn.* Utrumque in locum.

Uva, æ, Traube/ Wein-Trauben. *R. ab antiq.* uvor, *quia humore plena.* *Epi.* Maxima, peracerba gustatu. *Usus.* Uvæ à sole nitescunt.

Uvidus, a, um, * feucht. *Syn.* Humidus.

Vulgaris, e, gemein/ schlecht/ gering/ alltäglich. *Syn.* Popularis, quotidianus, contritus, pervagatus, communis, de populo, unus de multis.)(*Excellens.* *Usus.* In communi vita & vulgari consuetudine minimè rudis. Res obsoleta, vulgaris & pervagata est. *V. Communis.*

Vulgariter, ins gemein/ gemeinlich. *Syn.* Populariter, usitatè. *Usus.* Plebejô sermone, patriô sermone, quotidianis verbis, minimè ambitiosè loqui.

Vulgò, insgemein/ gemeiniglich. *Syn.* Passim, populariter. *Usus.* Non sunt ista vulgo disputanda. 2. *Apertè, palam,* vulgò hæc fiunt, vulgò me tibi amicum prædicant. An vulgò eveniat, an insolenter & rarò. *Vid. Ferè. Communiter.*

Vulgo, are, gemein machen/ kund machen/ unter die Leuth bringen/ ausbringen. *Syn.* Pervulgo, divulgo. *Adv.* Valdè, passim. *Usus.* Nolebam eum librum vulgare; ita compresseram librum, ut emanaturum, in lucem proditurum non putarem; quomodo exciderit, nescio. *V. Effero.*

Vulgus, i, Pöbel/ Pöfel/ gemeiner Hauffe. *R. ex Græc.* ὄχλος, *promiscua hominum multitudo.* *Syn.* Turba, multitudo. *Epi.* Incertum. *Usus.* In vulgus dividere, tribuere pecuniam. In vulgus gratum, ignotum esse. In vulgus id exire & emanare non volo. Valet ea res plurimùm in vulgus. In vulgus commendari.

Præ-

Prudentiæ famam retinere. Illud vulgò circumfertur. Populus ac vulgus imperitorum. Expertus, quàm vanâ & levi aurâ mobile vulgus sit.

Vulneratio, onis, Verwundung. *Syn.* Sauciatio.

Vulnero, are, verwunden / wund-oder blutrünstig machen. *Syn.* Saucio, plagam vel vulnus impono, plagam facio, plagam injicio, vulneribus conficio, vulnus infligo. *Usus.* Servi multi vulnerantur. *Phras.* Atrociter vulneratus est; pugione, ficâ percussus, multis vulneribus acceptis ac debilitatô corpore, & contrucidatô se abjecit exanimatus; concisus plurimis vulneribus, extremô spiritu exanguis & confectus; corpus multis vulneribus affectum; altè in corpus descendit ferrum; gravi, mortiferô vulnere ictus cecidit. Duobus jaculis ictus fauciusque procubuit; in adversum os telô sauciatur. Altè penetravit telum, non summa cutis duntaxat perstricta est.

Vulnus, eris, eine Wunde/Wundmahl. *R. ex* ὐλὴ, *cicatrix*, *ulcus.* *Syn.* Plaga. *Epi.* Consulare, gravissimum, vehemens & mortiferum, voluntarium, domesticum periculosum, recens. *Usus.* Grave alicui vulnus *inferre*, impingere. Grave vulnus *accepit*, excepit; vulneribus propè confectus interiit, & erat necesse divellere vulnus, & retractare; recruduit vulnus. 2. *Transl.* Alterius famæ grave vulnus imponere, inurere, infligere. Gravi calamitate & vulnere percuti. Antiquâ reip. vulnera sanare. *Phras.* Vix sanabitur hoc vulnus; vix recreabitur ab inflicta plaga; vulnus eum in omnem vitam inutilem faciet; alligari quidem & herbis curari vulnus poterit, vix tamen futurum spero, ut ex hoc vulnere convalescat. Ejusmodi vulnus est, ut sanari non possit, ut salus desperanda videatur, ut spes nulla salutis supersit, ut medicinæ non sit locus.

Vulpes, is, Fuchs. *Usus.* Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Vulturius, ii, geyerisch / gierisch / rauberischer und frässiger Mensch / ein Fraß / Fresser. *Syn.* Vultur.

Vultuosus, a, um, stoltz / hochtrabend / auffgeblasen. *Syn.* Tristis, severus, vel nimiâ vultûs ostentatione, vel imitatione, quod mimicum est & scenicum. *Usus.* Cave, ne quid ineptum sit, aut vultuosum.

Vultus, ûs, Gesicht / Antlitz / Angesicht. *R. q.* vulutus, *à* volvenda; *vel à* volo, *q.* voltus, *faciei humanæ figura.* *Epi.* Bellissimus, hilaris, gravis, modestus, nefarius & conscceleratus, perturbatus, plenus furoris, sapiens incertusque, severior & tristior, superbissimus; ficti simulatique. *Usus.* Imago animi vultus est, indices oculi. Quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes potest efficere. Sensum animi plerumque indicat, est tacitus quidam mentis sermo, animi janua. Num ejus vultum subire audes? Num ejus vultum ferre potes, num illi vultum tuum præbere? Fingere quidem & simulare vultum possumus. In tuis oculis, tuô ore, tuô vultu acquiesco. *Thras.* Vultu tristi ac severô frontem contrahit; obscurior est, suspensus & incertus ejus vultus; vultus ejus indignitate rerum acrior; desperatio in ejus vultu vel ira atrox eminet; ore confusô, perturbationis notas, ingens malum præfert; in facie vultuque nescio quid triste inest & asperum. Dissentit animus à vultu; non congruit, convenit animus cum vultu; vultus fallit, decipit, mentitur, fraudem facit, in fraudem inducit. Index animi verus non est vultus. Falsa vultûs imagine, ficta specie, dissimulatur animus. Veram imaginem animi vultus non præsefert. Animi sensus vultus occultat. Sensus animi cum vultu minimè congruit, minimè consentit. *V. Forma.*

Uxor, oris, Ehe-Weib / Ehe-Frau / Gemahlin. *R. q.* unxor *ab* ungendo; *aliis q.* unica soror. *Syn.* Quam in matrimonio quis habet, quæ matrimonium alicujus tenet, particeps connubii.)(*Maritus.* *Epi.* Non modò avarissima, sed etiam crudelissima, fidelissima atque optima, lectissima, mima, suô locô nata, sanctissima, probatissima, superior. *Usus.* Quintius à ducenda uxore sic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget esse jn-

cundius. Multos ex ea uxore habet ſ. ſuſcepit liberos. *Thraſ.* Uxor ei peperit multos filios. Ita fæcundâ uxore uſus eſt, ut filiis auctus ſit multis; ut abundaverit multitudine filiorum; complures ex ea filii nati ſunt; multos ex ea filios genuit, ſuſcepit, tulit.

Uxorius, a, um, **zum Ehe-Weib gehörig.** *Syn.* Quod eſt uxoris, vel ad uxorem pertinet.

X.

Xyſtus, i, **Galerie / bedeckter Spatzier-Gang / Halle.** *Syn.* Porticus. *Uſu.* Cum inambularem in Xyſto.

Z.

Zelotypia, æ, **Eyfferſucht.** *Syn.* Obtrectatio. *Uſus.* Offenſio noſtra magis ex zelotypia, quàm ab injuria nata eſt. Obtrectare verò alteri, aut illâ vitioſâ æmulatione, quæ rivalitati ſimilis eſt, æmulari, quid habet utilitatis? cùm ſit æmulantis angi alienô bonô, quod ipſe non habeat; obtrectantis autem, angi alienô bonô, quod id etiam alius habeat. *V. Æmulatio.*

FINIS.

Bayerische Staatsbibliothek München

Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Wagner, Franz,

Universae Phraseologiae latinae Corpus

Augusta Vindelicorum 1718

L.lat. 935 a
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10586618-1
VD18 14756749-001